MANVALE
NAVARRI.

3 F'
12

upna

2 X De bibliotheca
Francisci fourdrin

~~f. Darlet~~

25 aoust 1702.

700€ Edicion no citada
por Oloriz en su Bib
de Martin de Azpilicueta
Es una traduccion
latina del Manual
de confesores del
famoso Doctor
Navarro Martin
de Azpilicueta

# ENCHIRIDION SIVE MANVALE CONFESSARIORVM ET POENITENTIVM.

Omnium pene dubiorum reſolutionem complectens, quæ communiter in ſacris confeſſionibus occurrere ſolent circa peccata, reſtitutiones, abſolutiones, cenſuras, & irregularitates.

*Auctore.*

MARTINO AZPILCVETA, DOCTORE NAVARRO.

*Cui acceſſit in hac poſtrema omnium editione* TRACTATVS DE VSVRIS *ab ipſo Auctore paulo ante mortem compilatus, & nunc primo in lucem editus.*

Nunc etiam annotationibus ad marginem relegatis & Indicibus copioſiſſimis exornatum.

Ex libris Bibliothecae S. Richarii Centul. ord. S. Bened. Cong. S. Mauri in Gallia 1725

F 12.

f. 19 2.

PARISIIS.
Apud ROBERTVM FOÜET, viâ Iacobæâ, ſub Occaſionis ſigno.

M. D.C XI.

S. D. N.

# GREGORIO

## XIII. PONT. OPT. MAX.

MARTINVS AB AZPILCVETA
DOCTOR NAVARRVS,

In iſta mira gubernandi vigilantia perpetuam perſeuerantiam.

*QVOD Enchiridion ſiue Manuale Confeſſariorum, & pœnitentium ante annos viginti ſermone vulgari edideram, nunc latinitate aonatum editurus, tuæ, quæ ſecundum diuinam prima eſt, Maieſtati, audeo nuncupare, Beatiſſime Pater, non quidem, quod humilitatem Auctoris & operis non agnoſcam, neque quod iſtam tuam, Sacroſanctæque Sedis, cui præſides, ſublimitatem poſt Dei maximam, cui nihil niſi altum offerri decuit, exploratam non habeam, ſed quod in id me moueat primum vehemens illud deſiderium ſigno aliquo teſtandi meam erga te obſeruantiam & pietatem, conceptum iam inde, à quo tempore miſſus in Hiſpaniam à latere Legatus admi-*



upna

*rabilis prudentiæ, iuſtitiæ, conſtantiæque ſpecimen toti ei edidiſti illuſtriſſimum. Deinde, quod viſum eſt nonnullis eſſe muneris, ætatis, & officij mei, vt qui iunior in aliis Regnis multis Regibus, & principibus officinæ meæ pauperis munuſcula obtulerim, iam ſenior multis annis in tuis moratus, & ſacerrimo tuæ Pænitentiariæ Prætorio adſcriptus, offeram iſtud humile quidem, ſed ad id, ni fallor, perutile, & longe aliis præſtantius Sanctitati tuæ, à qua & fel. rec. Pio V. quem tu tanti facis tantoque opere præter aliorum conſuetudinem, quibus præceſſorum facta diſplicere ſolent, imitaris, & qua licet, exuperas, maiora beneficia, quam ab aliis accepi. Accedit quod eiſdem ipſis viſum eſt, vt opus in Hiſpania Hiſpano ſermone ab homine Hiſpano compoſitum, Hiſpaniarum ſummæ, eidemque incomparabili Proreginæ Dominæ Ioannæ Auſtriacæ Luſitaniæ Principi dicatum, idem in Latio ab homine iam quadamtenus Latino, factum Latinum, Latinorum Regi totiuſque Chriſtiani populi ſummo Patri dicetur, quo, vt illud fuit ab omnibus illius ſubditis maximo cum plauſu ſuſceptum, ob Maieſtatem tantæ patronæ, quæ tot Auguſtorum & Auguſtarum, tot Regum & Reginarum vxor, mater, filia nurus, ſoror, amita, & matertera extitit, & exſtat, quæque omnium virtutum heroicarum radiis, ceu ſydus irradians, earum ſe toti orbi præſtat exemplar: ita hoc à toto orbe Chriſtiano tibi ſubdito pari plauſu, & eo maiori, quo matericis illius ſpirituum patri magis, quam corporum dominis conueniat, ſuſcipiatur, te patrono velut Deo quodam tutelari, qui non ſolum dignitate, qua Prodeus es, ſed etiam meritis longo interuallo omnes ſuperas, quippe qui per ingenitas & inditas animi corporiſque dotes diuini humanique iuris, præſtantiſſimarumque omnium artium exa-*

*ctam cognitionem tibi comparaſti, quique ab ineunte ætate concreſcentem prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, conſtantiam, modeſtiam, omneque virtutis decus coluiſti, ita vt exiſtimeris alius Fabius Maximus temperantia, Curius frugalitate, Xenocrates conſtantia, Fabricius magnanimitate, Scipio prudentia, Marcellus animo, iuſtitia Cato, Iulius dictator clementia, niſi qua parte ea, fide, ſpe, ac caritate exornando eos ſuperas, per quas ab imo in ſumma per omnes munerum gradus progreſſus, & non per flexanimas, ac potentes Cæſarum, Regumque commendationes, non per eblandita ſuffragia viam tibi ad hāc monarchiam muniuiſti, aut certe Deus ipſe muniuit, & ita quidē, vt dignus fueris, qui prima collatione intra Sacroſanctum Illuſtriſſimorum Cardinalium conclaue habita, Spiritu ſancto afflante, omnium vnanimi conſenſu in Maximum Pontificem deligereris, cum nunquam fortaſſis in Summo illo Senatu interregni anterioris, tanto muneri ſubeundo tot pares fuerint. Quo euenit, vt ſi vllus vnquam huic cæli vicariæ vrbi, adeoque toti imperio Chriſtiano iucundiſſimus dies illuxit, ſi ex honore cuiquam delato ad illos, qui eum decreuerunt immortalis gloria, & ad bonos omnes incredibilis lætitia redundauit, is certe III. Idus Maias, 1572. concordibus cunctis omnium ſacri Senatus Patrum ſuffragiis, te Pont. Max. renuntiato, obtigit. Quid enim factum eſt vnquam, vel ad commendationem Patrum purpuratorum illuſtrius, vel ad recreandā Rempublicam Chriſtianam morte pientiſſimi Pontificis Pij V. cuius in locum ſuffectus es, ſummo mœrore confectā opportunius, aut ſapientius: quam te Dei Vicarium delectū eſſe? Neque vero Patres purpuratos ſua fefellit ſpes, nec orbem ſua expectatio, quandoquidem cerneris*

*tecum te reputare, non tam Regem dominantem, quàm paſtorem vere Gregorium ſuper grege tuo vigilare debentem, vocatumque à Deo tanquam Aaron, non ad feſtum, non ad voluptates, aut otium, ſed ad labores, curas, & vigilias, quibus ita te totum dedis, vt nihil à te inferius ſolum modeſte recteque moderante, nunc ſupremnm moderans degeneres, & (vt Fabricij verbo vtar) difficilius à recto, quam Sol à ſuo curſu, auertaris. Quamobrem B. Pater confidenter ſupplico Sanctitatem tuam, vt hoc munus humile humillimi filij, & ſerui quod antea ſereno animo ſuſcepiſſes, nunc ſereniſſimo ſuſcipere digneris: ſimul benedictionem tuam Apoſtolicam impartiri ei iam octogenario, quo te praeeat in cœlum, in aliquo eius receſſu locandus, ex quo te olim poſt multos annos ſanctiſſime populo Chriſtiano impenſos videre liceat, maximo dracone victo amplissima eius ſede, vel alia cuiuſpiam eiuſdem ordinis, donatum.*

*Amen.*

*AD EVNDEM*

# BEATISSIME PATER,

EN Enchiridion, ſiue Manuale Confeſſariorum, quod Sanctitati tuæ octogenarius ante circiter decem annos dedicaueram, & poſtea ter in hoc decennio reuiſum, & nunc iã quanto ſerius, & accuratius, adeo pluribus in locis, quam putabam emendatum, auctum, ordinatum, & illucidatum, (vt cuipiam videri poſſit nouum) denuo eidem nonagenarius conſecro, ſupplicando quam humillime ſublimitati tuæ poſt diuinã primæ, vt ex alto humilia reſpiciens, animo de more ſereno, ac benigno ſuſcipere digneris munus pauper in paupere officina refectum, & ab Auctore paupere quidem: ſed quã digniſſimã pro ſua tenuitate concipere poteſt, reuerentia oblatum: quo animoſius audeã eidẽ offerre alia omnia opuſcula mea ſimili diligentia, recognita & lucidiora, vtilioraque facta ſimul typis excuſſa: quod propediem me facturum ſpero in gloriam D. N. Ieſu Chriſti, qui te ſummum in terris Vicarium, Eccleſiæ ſuæ ſanctæ, quam diutiſſime ſeruet incolumen. Amen.

## IDEM
## *PIO LECTORI S.*

NVmquam adeo noui, candide Lector, illud omnibus notum, Curæ poſteriores meliores, vt in hac huius noſtri Enchiridij, ſiue Manualis recognitione vltima. Siquidem cum illud ante hac ter recognouerim, emẽdauerim, reformauerim, atque auxerim: nihilominus nunc tot loca emendanda, reformanda, elucidanda, ordinanda inueni, quod cogor memoria repetere illud, quod Eccleſia Catholica Spiritui ſancto illi Deo noſtro æterno, donorumque omnium largitori cantat & pſallit: *Sine tuo numine, nihil eſt in homine, nihil eſt innoxium, nihil ſyncerum, nihil limpidum, nihil integrum*. Cuius opem quam humillime implorando, & quæcumque dixerim Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, quæ vna, vt ſuprema omnium eſt magiſtra, cenſuræ, & cuiuſuis alius melius ſentientis iudicio ſubmittendo, conabor, vt hoc opus omni nationi Orthodoxæ hactenus gratum, poſt hac ſit longe gratius. Ob quod etiam omittimus multa, quę ad te præfati fuimus in primis tribus editionibus, eo quorundam piorum, & prudentium conſilio, ne quæ tunc ob aliquas cauſas erant opportuna, nunc cis ceſſantibus tibi videantur importuna. Omittimus etiam aſteriſcos hactenus additos, & in hac recognitione addendos: ne frequentia eorum Lectorem remoretur, & eius attentionem impediat. Nomina item eorum, ob quorum interrogata & monita multa addidimus: quia nonnulli eorum nolunt nominari: & nonnullis aliorum nominatio diſplicet: & modeſta prudentia, quæ maxima eſt, Romana id quadamtenus faſtidit. Vale in Chriſto Ieſu, qui nos omnes ſaluet: Amen.

## NONNVLLA TVM SOLVTA ORATIONE IVM ADSTRICTA doctoris Nauarri clarorum elogia: & primum.

### EPITAPHIVM.

*D. O. M.*

MARTINVS ab Azpilcueta H. S. E. diuini humanique iuris conſultiſ. qui Salmanticæ primum (*dicere debuerant qui Tholoſæ & Caturci primũ in Gallia, deinde Salmanticæ*) deinde Conimbricæ fauentibus Portugalliæ & Hiſpaniæ Regibus, ius Pont. docuit. Romam profectus Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. PPP. MMM. carus, omnibus nationibus gratus, huic xenodochio beneficus. Obijt. XI. Cal. Iulij cIↃ. IↃ. xxcvi. ętatis anno xciv. M. V. D. viii. multis ſuæ doctrinæ peruulgatis monumentis. Martinus Zuria auunculo ſuo B. M. poſ.

### IVLII ROSCII HOTINI IN Martini Nauarri doctiſſimi tumulum.

*Marmore ſub gelido Nauarri arentia membra,*
*Stant clauſa in cineres non abitura leues.*
*Aſt animus puris purus ſeſe intulit aſtris*
*Claraque perpetuo fama ſuperſtes erit.*
*Ille quidem dignus non cuius ſtamina Clotho*
*Solueret, eſt vitæ quo duce aperta via,*
*Vt tamen in terris æquauit Neſtoris annos,*
*Sic cœlo indigeti ſtat ſine fine quies.*

# GEORGIVS CALANDRVS LVSITANVS IVRISCONS. Candido Lectori S.

EXPECTABAM (Lector beneuole) aliam maiorem occaſionem, qua poſſem Domino, ac pręceptori meo officij mei debitum ex integro perſoluere, ſed recens editio aurei Enchiridij, ſiue Manualis Confeſſariorum, & operum aliorum eiuſdem frequentia, nō patiuntur longiores moras, & me quaſi nolentem cogunt, vt cumque prodire foras, ac illum veluti magnæ ſummæ creditorem, leui quodam, ſed grati animi indice, munuſculo præuenire, donec pleno aliquando opere ſatisfaciam. Sic frondibus coronantur Diuorum altaria, & mola litant, qui thura non habent. Quod autē præcipue me ad hoc adegit, eſt, quod arbitrer è Republica Chriſtiana eſſe, vt vel leuis notitia habeatur de magna æſtimatione eruditionis eius: quam cum vitæ integritate coniunctam ſemper habuit, deque qualitate operum eius, quo libentius ea legantur. Ob oculos ergo propono tibi, candide Lector, vnum noſtri ſeculi, doctrinæ, ac ſanctitatis exemplar, D. Martinum ab Azpilcueta

Doctorem Nauarrum, qui tam præfato Mãnuali, quam omnibus alijs, vtrumque ſartum tectum oſtendit. Alterum quidem, dum primum in ſe, deinde in alijs vitia omnia atque peccata remedijs opportunis extirpat, & actus hominum ad bene beateque viuendum ſedulò inſtruit. Alterum dum in ijs rite peragendis omnia iuris diuini & humani & vtriuſque philoſophiæ penetralia reſerat, & abſtruſa quæque recludit, & in medium profert, ea copia, vt nihil addi poſſit, ea breuitate, vt nihil diminui, tanto in hac vltima manu ſuis prioribus ſuperior, quanto ſuæ priores aliena ſuperarunt. Sic ſunt eiuſdem Auctoris opera nouiſſima, vel quæ addendo prioribus olim editis locupletat, vel quæ de nouo nunc edit plurima. Vergente quippe deorſum conditione corporea, vigor ſpiritus in ſublimiora conſcendit, & quaſi alter naturæ cygnus quo morti proximior, eo ſuauius modulatur. In eo ſub tenui carne tenuiſſimus ſpiritus eniteſcit, quaſi ſine carne totus ſpiritus. Nihil turbidum manat, nil inſipidum: ſed omnia pura, ac defæcata, vtroque ſale, tam conſcientiæ, quam ſcientiæ bene condita. Fluunt ex ore doctrinæ, ac ſanctitatis flores, Amaltheæ cornu copiam dixeris, ſic gratia ac lepore, doctæ ac beatæ animæ circumflant vndique, ſiue antiquis operibus addit, ſiue de nouo cudit. Vtriuſque temporis ego teſtis oculatus ſum, qui à quadraginta annis Salmanticæ, & Conymbricæ (Caſtellę, ac Luſitaniæ literarum Emporiis) cœpi ſub eius diſciplina operam iuri nauare, & vſque ad præſens, quo Romæ in almo gymnaſio, gratia S. D. N. Gregorij XIII. Pontificis Opt. Max. iam per ſeptennium iuris Pontificij ordinarius iuterpres, quã

tamuis minimus exiſto, eiuſdem D. mei præcepto-
ris eximijs ſcriptis addiſco, & quotidie proficio,
ſicut omnibus multum, ſic magis nouiſſime. Quã-
to igitur maiori laude putas, Candide Lector,
quod celebrare potuiſſent hodierna eius opera in-
ſignes illi duo viri, quorum Epigrammata ſubijci-
untur edita Conymbricæ ab hinc annis triginta-
quinque, quo tempore ille primos ſuos edebat fœ-
tus, quorum alter heroico, alter elegiaco carmine
cecinerunt, toto orbe iam tunc celeberrimum Na-
uarrum, tum prælegendo, tum de iure reſponden-
do in inclitis Hiſpaniarum Academijs ea, quæ di-
dicerat, ſimul & docuerat antea iunior in Gallica-
nis, ſi vidiſſent eundem nunc longe ſeniorem, &
maiori otia Romæ vetera ſua augentem, & noua
indies proferentem, & vtraque ingenio acutiſſimo
exornantem, induſtria ſolertiſſima elaborantem,
doctrina abſolutiſſima perficientem, gratisque ad
quæſita tamquam alterum iuris Apollinem ex tri-
pode reſpondentem? Deduxi candide Lector, ma-
gni mei præceptoris, ac domini primas hic tantum
lineas: depingent alij ſuos colores, hoc artem ora-
toriã, in qua non adeo verſor, deſiderat, illi ſimplex
veritas, in qua ſoleo verſari, ſufficit. Bene vale, &
fruere. Romæ 20. Martij M. D. LXXIX.

DVO

# EPIGRAMMATA ILLORVM DVORVM INSIGNIVM VIRORVM

Quos Regia Maieſtas ex Gallia Conymbricam magnis honorariis duxit, primis Auctoris operibus ante triginta annos Conymbricæ adiecta.

*Alterum illius eruditiſſimi, qui tunc inſignis collegii bonarum artium Conymbricenſis profeſſor erat primarius.*

## AD AVCTOREM.

*Macte animi, venerande ſenex, qui pectore ſãcto*
*Abdita ſecreti reſeras penetralia iuris:*
*Et veras recludis opes vitiique rebellis*
*Sæpe renaſcentem reſecas rationibus herbam.*
*Non tu Dictao mendacia callidus antro,*
*Auctoremque* Iouem *fingis, lucove Capeno*
*Auia nocturnæ ſimulas commercia nymphæ,*
*Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:*
*Sed liquida veri puris de fontibus vnda*
*Pectora noſtra rigas: moreſque in praua fluentes*
*Corrigis, & iuſtis legum compeſcis habenis.*
*Spes nimias, animoſque feros moderamine flectis.*
*Pontifices tu per ſacros, dominoſque potentes*

O ſi poëta qui iſta edidit hæc ex animo ſeruaſſet, quam fuiſſet fœlix, qui nunc eſt miſerrimus.

*Auſoniæ, Regeſque doces diſcrimine certò*
*Noſſe modum iuris flexuque obliqua doloſo*
*Exigis ad Canones interpres commodus æquos*
*Ergo velut dubijs Phœbea oracula rebus,*
*Aut Libycas ſortes, aut Dodonea vetebant*
*Templa inopes veri trepidoque inſtante tumultu:*
*Sic cum perplexis mentes ambagibus error*
*Implicat, & iuris ſinuoſo tramite fallit*
*Semita, tu dubios regis, erranteſque reducis,*
*Confirmas trepidos, reuocaſque in cæca ruentes:*
*Et mala ne ſerpant rabioſæ ſemina litis,*
*Ante caues: & iuſtitiæ præceptor inermis*
*Aurea compoſitis inſtauras ſecula bellis.*

---

ALTERVM
# IACOBI TEVII I. C.
ELOQVENTISSIMI
AD EVNDEM

*MEns digna, ingenium, naturæ dona, parentis*
*Sint licet, artificis munere cuncta nitent.*
*Pura quidẽ, & minimis mens candida ſordibus vt ſit*
*Natura, ante eadem purior eſſe poteſt.*
*Linguæ itidem ſonitum præbet natura ſuauem.*
*Suauior, vt fiat, poſtulat artis opem.*
*Quis neget ingenium noſtra magis arte iuuari,*
*Vt ſolet aſſiduo vomere cultus ager?*
*Hæc data diuino tria ſunt tibi munere dona,*
*Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.*
*Purius illa tamen ſtudijs exculta niteſcunt,*
*Et rude ſi quid erat ſedulus arte dolas.*
*Sidera ceu claro debent ſua lumina Phœbo,*

*Sic ſua virtutum lumina terra tibi.*
*Sermo fluit facilis, ſapienti pectore manans:*
*In ſene doctiloquo Nestore qualis erat.*
*Testis erat linguæ, & mentis latiſſimus orbis:*
*At quale ingenium ſit tibi, ſcripta docent.*

Addemus his etiam Simonis Magni Ramlotæi Belgę, I.V.D. ad Chriſtianum lectorem endecaſyllabum, quod primæ huius operis Latinę editionis fini inſertum fuerat.

*Auctoris tibi Christiane lector,*
*Doctrina & pietas ſtupenda nota eſt:*
*Toto notus in orbe, nam Nauarrus*
*Doctor, gloria magna Chriſtianæ*
*Gentis: Quin etiam monarcha iuris,*
*Qualem ſecula priſca non tulere,*
*Nec præſentia, nec ferent futura.*
*Sed ne ſingula perſequi laborem*
*Scripto quod memoro politiore,*
*Olim quod dabo voce ſed ſoluta*
*Librum perlege ponderaque, quo nil*
*Eſt exactius eruditiuſque.*
*Deprendes (ſiquidem ne quid ſupremum*
*Numen fallier) arborem probatam*
*Suauem non niſi ferre poſſe frugem.*

# QVONIAM ELENCHVS PRÆLVDIORVM INSERITVR

infra initio Præludiorum, ideo hic tantum inſerimus Elenchum capitum, in hanc quæ ſequitur formam.

## ELENCHVS CAPITVM


*De contritione, prima parte ſacramenti pœnitentiæ.* cap. 1.

*De confeſſione, ſecunda parte Pœnitentiæ.* cap. 2

*De ſatisfactione, tertia parte Pœnitentiæ.* cap. 3

*De poteſtate, ſcientia, & bonitate Confeſſarij.* cap. 4

*De interrogationibus pœnitentis, & qua prudentia facienda.* c. 5

*De peccatorum circunſtantijs* ca 6

*De conſeruanda fama proximi in confeſſione.* cap. 7

*De ſigillo confeſſionis.* cap. 8

*In quibus caſibus confeſſio iteranda* cap. 9

*Quomodo confeſſarius excipiet cõfitentem.* cap. 10

*De primo præcepto Decalogi, De colendo Deo.* cap. 11

*De ſecundo præcepto, De non vane iurando.* ca. 12

*De tertio præcepto ſeruandi feſta.* cap. 13.

*De præcepto honorandi patrem & matrem.* cap. 14

*De quinto præcepto, De non occidendo.* cap. 15

*De ſexto præcepto, De non mœchando.* cap. 16

*De ſeptimo præcepto, De non furando.* cap. 17

*De octauo præcepto, De nõ falſe teſtando.* cap. 18

*De nono præcepto, De non concupiſcendo uxorem proximi.* cap. 19

*De decimo præcepto, & conſilijs euangelicis.* cap. 20

*De quinque præceptis Eccleſiæ.* cap. 21

*De ſeptem Sacramẽtis Eccleſiæ.* cap. 22

*De ſuperbia, & ſeptem peccatis capitalibus.* cap. 23

*De operibus miſericordiæ, & ſenſibus exterioribus.* cap. 24

*De peccatis diuerſorum ſtatuum.* cap 25

*Quomodo ſe geret confeſſarius erga confeſſum.* cap. 26

*De cenſuris Eccleſiaſticis, caſibus reſeruatis, & irregularitate.* c. 27


ENCHI-

# ENCHIRIDION,

## SIVE

## MANVALE CONFESSARIO-RVM, AC POENITENTIVM.

*Cùm generis proauiti nobilitatis, tum excellentis, ſingulariſque ſanctitatis, ac ſcientiæ nomine, Iuris Monarchæ, illuſtris, clariſſimique Docto-ris, D. Martini ab Aſpilcueta. Nauarri.*

Simonis Magni, Iuris vtriuſque Doctoris, ſtudio, atque induſtria, variè illuſtra-tum, ac locupletatum.

*AD*

*Illuſtriſſimum, generoſiſſimum, omníque virtutum heroicarum genere clariſſimum Dominum, D.* BERNARDINVM MENDOCAEVM, PHILIPPI II. *Regis Catholici, apud Chriſtianiſſimum Gallorum Regem,* HENRICVM III. *Oratorem.*

PRIVSQVAM ad id quod nobis propoſitum eſt, deueniamus, non alienum ab inſtituto, imò verò operæpretium fuerit, præmittere prolegomena, ſeu præludia nonnulla prælibanda: quorum quidem.

*Primum, ob oculos proponet, animæ noſtræ dignitatem & eſſentiam.*

2 *Eius vires & potentias ſenſitiuas.*

3 *Eiuſdem vires & potentias intellectiuas.*

4 *Finem vltimum, & beatitudinem miſeriámque æternam.*

5 *Animæ paßiones & habitus, quibus in merita vel demerita mouemur.*

6 *Animæ actus humanos, quibus æterna beatitudo vel miſeria quæritur.*

7 *Quæ ſint merita, & demerita.*

8 *Membra demeriti, in peccatum originale & actuale.*

9 *Peccati actualis varia genera: & quid peccatum mortale, quid veniale, quibúſque notis peccatum mortale à veniali diſcernatur.*

10 *Pænitentiam & eius partes.*

# De eſſentia & dignitate animæ rationalis.

## PRAELVDIVM PRIMVM.

### Summæ.

1 *Anima quid ſit, & num. 2.*

3 *Animam qui dixêre corpoream, aut mortalem, hæretici.*

4 *Animam vnam tantùm eſſe in homine, contra gloſſ.*

4 *Animas ab Angelis, aut ex natura Dei, non ex nihilo creari, aſſerere, hæreticum.*

4 *Animas hominum à primordio mundi fuiſſe cum Angelis creatas in cœlo, erroneum.*

4 *Animæ non priùs creatæ, aut viuentes, quàm in corpora mittantur. n. 14.*

5 *Animam rationalem veram formam ſubſtantialem corporis eſſe.*

6 *Anima rationalis quem in finem creata.*

7 *Gratia & operibus, non ſola fide, hominem ſaluari.*

8 *Iuſtus fit nullus, niſi per merita Chriſti: nec per illa lege priuata, niſi ita communicata.*

8 *Gratiam primam nemo de condigno meretur.*

9 *Chriſti anima quo tempore iuſta, & beata facta.*

9 *Mariæ, Ioannis & Ieremiæ animæ quando iuſtæ factæ.*

10 *Animam humanam imaginari paruulis membris diſtinctá, error.*
10 *Anima tota in toto corpore, & in qualibet eius parte.*
11 *Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte.*
11 *Chriſti corpus totum in tota hoſtia, & totum in qualibet eius parte.*
12 *Anima non eſt in corpore, ſicut Remex in naui, vel habitator domus, in domo,*
12 *Animam aſſerere non eſſe formam ſubſtantialem hominis, hæreticum*
13 *Intellectus pronuntiati Paulini de interiore & exteriore homine*
13 *Totum interdum à parte principaliori nomenclaturam ſortitur.*
14 *Animæ ſedem eſſe cor, illamque in ſanguine habitare & creſcere, vt intelligendum.*
14 *Cor non priùs tempore alijs humanis membris vitâ donatur.*
14 *B. Hieron. pronuntiatum, Nec poteſt viuere anima, niſi creſcendi capax ſit, vt intelligendum.*
14 *Anima humana nec augetur, nec minuitur, ſemperque eadem & incorruptibilis manet.*
14 *Virgilianum illud, Igneus eſt olli vigor &c. vt intelligendũ.*
15 *Fidei orthodoxæ ſtudium, cæteris præſtantius.*
15 *Credere nos oportet, ſaltem implicite, quæcunque ſunt fidei Catholicæ.*
15 *Animam, Deum & Angelos putans corporeos, an peccet, & ſit hæreticus.*
16 *Figuræ quædam & qualitates Deo, eiúſque ſanctis attributa, quid denotent.*
16 *Deus corporeo ſenſu videri nequit.*
16 *Peccatur quibus modis, circa credenda de anima. & nu. 17. & 18.*
18 *Hæreticus interdũ quis præſumitur in foro exteriori, quàmuis non ſit.*
18 *Ignorantia iuris, quod quis tenetur ſcire, non excuſat.*
18 *Scire, vel ſcire debere, in iure paria ſunt.*
18 *Ignorantia, & incogitantia interdum à pertinacia, cenſuris & pœnis excuſat.*

Animæ noſtræ rationalis perfecta cognitio, nulli vnquam citra ſacrarum literarum, aut fidei orthodoxæ cognitionem, plenè innotuit. Omiſſa proinde definitione

animæ quam tradit Ariſtot.[a] quámque explicat Angelicus & omniſcius ille Thom.[b] ſcilicet. *Anima rationalis, eſt actus corporis phyſici, organici, potentia vitam habentis.* Eã inſtituo noſtro aptiùs, ſic definiemus. *Anima rationalis, eſt ſubſtantia per ſe ſubſiſtens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, vbi & quando infunditur corpori, vt ſit forma ſubſtantialis eius, per ſe, ad beatitudinem per gratiam & bona opera conſequendam, apta.*

2 Dixi (*ſubſtantia*) pro genere, & (*per ſe ſubſiſtens*) ad differentiam animæ vegetatiuæ plantarum, & ſenſitiuę cæterorum animalium, quæ per ſe ſubſiſtere nequeũt, vt probat idem S. Thom.[c]

3 Dixi (*incorporea*) ad differentiam ſubſtantiæ corporeę, & ad confutationem Diogenis, aliorũque Ethnicorum Philoſophorum, qui aſſeruerunt, animam eſſe ventũ, vel aërem, vt refert B. Iſidorus,[d] & S. Antonin.[e] quos Iſidorus hæreticos Tertullianiſtas appellat.[f]

4 Dixi (*immortalis*) tum, ad retundendam hæreſim, quę, vt ait Iſidorus,[g] Arabicorum eſt, aſſerentium, animã ſimul cum corpore interire, quod hæreticum eſſe, declarauit Concil. Lateran.[h] & antea probauit S. Thom.[i] Tum ad differentiam, aliarũ animarum, quæ cum ſuis corporibus intereunt. vt ait[k] S. Tho. & alibi[l] gloſſ quæ tamẽ inuit quiddam falſum, (quod etiam perperam aſſeuerat Ioan. Brunus)[m] quatenus loquitur de anima vegetatiua qua viuimus, & ſenſitiua, qua ſentimus: ſignificãs nobis ineſſe tres animas, vegetatiuam, ſenſitiuã & rationalem: morientibuſque nobis, interire duas, quod vtique falſum eſt: quum nulla ſit in homine anima, pręter rationalem[n] quæ quidem, eſt vegetatrix, ſiue vegetatiua: ſentiens, ſiue ſenſitiua: & intelligens, ſiue intellectiua.

5 Dixi (*creata à Deo*) ad conuellendam hæreſim Tertulliani aſſerẽtis animas ab Angelis creari,[o] contra ſymbolum Athanaſii, & Iuris ſanctiones[p], quibus docemur, Deum eſſe creatorem omnium, viſibilium & inuiſibiũ. Dixi (*ex nihilo*) contra hæreſim Gnoſticorum, qui[q] ob *& latè probat S Thom. in 1. p q. 76. art 3. & lib. 2. contra gẽt. c. 58. & de anima art. 11 & quodl 1. q. 4. art. 1.*

[a] *lib. 3. de anima, textu 4 & 5.*
[b] *1. part. q. 76. art. 4.*
[c] *1. part. q. 75. art. 3. & 6. & q. 76. art 3.*
[d] *lib. 11. originum, ſine etymologiarum c. 1. de homine & partibus eius.*
[e] *part. 1. tit. 1. c. 4. in princ.*
[f] *vbi ſupra lib. 8 c. 5. relatus in c. pen. 24. q. 3.*
[g] *in eod. c. 5.*
[h] *ſeſſ 8. c. 1. in princ.*
[i] *part. 1. q. 61. art. 2. ad 3. & 2. 2. q. 164. art. 1 ad 1.*
[k] *ibidem.*
[l] *Clement. 1. § porrò, verb. intellectiuæ, de ſumma trin. & fid. Cath.*
[m] *de ſponſal. cõclu. 14. n 4.*
[n] *lib. de Eccleſ. dog. c. 15. in princ. tom. 3 inter opera S. Aug.*
[o] *vt tradit B. Aug. in lib. de hæreſib. ad Quoduult deum, c. 86.*
[p] *c. firmiter, de ſum. Trin. & fid. Catho.*
[q] *vt ait Iſidor. in d. c. 5. & refert Auguſt. vbi ſupra c. 6.*

altitudinem ſcientiæ, quam ſibi arrogabant, id nominis ſib. vendicabant, dicebántque ex natura Dei creatas, ſeu ex diuina mente delibatas animas, non ex nihilo, quæ quidem hæreſis, fuit etiam Manichæorum, damnata per primum Concil. Baccharen. [a]

Dixi (*vbi & quando infunditur corpori*) contra errorem Origianorum, aſſerentium animas humanas, iam inde à primordio mundi, ſimul cum Angelis fuiſſe creatas in cœlo, indéque poſtea mitti in corpora.[b] Contra item aſſerentes, priùs creari animas, quàm in corpora mittãtur, quod alibi[c] videtur ſenſiſſe gloſſ dum ait, animam priùs viuere, quam ſit in corpore, quod tamen hęreticum eſſe, proditũ eſt [d] in hæc verba relatu digniſſima, quæ decerpiſſe potuit gloſſ. ex ſentẽtiis Theologicis.[e] *Fides noſtra eſt, quòd quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundendo creat, & creando infundit.* Cui cõſonat, S. Thom. communiter receptus, [f] ita vt anima nõ creetur in cœlo, ſed intra corpus: nec antequam infundatur, ſed quum infunditur, vt infra [g] dicetur.

5 Dixi (*vt ſit forma ſubſtantialis eius per ſe*) contra hæreſim aſſerentium, animam non eſſe formam ſubſtantialem corporis, nec eſſe talem formam, ſaltem in quãtum eſt rationalis, quos damnauit Concil. Viennenſe, [h] & tradit S. Thom. [i]

6 Dixi (*ad obtinendam beatitudinem*) ad inuendum finẽ illum vltimum & feliciſſimum, in quem creatæ ſunt animæ noſtræ, ac proinde nos ipſi, iuxta illud B. Auguſti [k] citatum à Magiſtro. [l] *Fecit Deus rationalem creaturam, quæ ſummum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando, poſſideret, ac poſſidendo frueretur.*

7 Dixi (*per gratiam*) ad conuellendum errorem Pelagianorum tradentium [m] poſſe nos, ſolis viribus naturalibus cum concurſu generali Dei, ſine vlla ope ſpeciali gratiæ, iuſtificari & glorificari, quos Iſidorus appellat hæreticos, [n] qui damnati fuerunt in Concil. Mileuit. [o] & Africano [p] alibi relatis, [q] vt dicemus infra [r]

8 Dixi (*& per bona opera*) nam licèt primam gratiam, qua per baptiſmum, vel pœnitentiam iuſtificamur, ne-

[a] *c.* 5.
[b] *vt ait Iſidor. vbi ſup. & refert S. Thom. in* 1. *part. q.* 118. *art.* 4.
[c] *c ſi quis obiecerit,* 1. *q.* 3.
[d] *gloſſ. Ioan. in c Quòd verò non formatum,* 32. *q.* 2.
[e] *lib.* 2. *diſt.* 17.
[f] *in d. lib.* 2 *ſent. diſt.* 3. *q* 1. *art.* 4. *ad* 1. *& diſtin.* 17. *q.* 2. *art.* 2. *&* 1. *part. q.* 90. *art.* 4.
[g] *eod. n.* 14.
[h] *in Clem.* 1 §. *porrò, de ſum. trin. & fid. Cathol.*
[i] *opuſcul.* 24.
[k] *in Enchirid. c.* 9.
[l] *in* 2. *lib. ſent. diſt.* 1.
[m] *vt refert D. Auguſt. in lib. de hereſib. ad Quoduult deum. c.* 88.
[n] *in c. pen.* 25. *q.* 3.
[o] *c.* 5.
[p] *c.* 8.
[q] *in* 3. *c. vltimis, de conſec. diſt.* 4. *& nouiſsimè in* Concil. *Trid. ſeſſ.* 6. *c.* 1. *& can.* 1. 2 *&* 3.
[r] *Prælud.* 3. *n.* 11.

mo omnium ſuis operibus de condigno ( vt Scholaſtici aiunt) mereri poſſit, [a] nullus tamen adultus firmata iam ætate, iudicio rationis vtens, lege communi iuſtificatur niſi præuio actu aliquo mortaliter bono, libero arbitrio ſuo producto, etiamſi fide illuſtratus ſit, iuxta illud Auguſt. [b] *Omnis qui iã vitæ ſuæ arbiter conſtitutus eſt, cũ accedit ad ſacramentum fidelium, niſi eum pœniteat veteris vitæ, nouã non poterit inchoare. Ab hac pœnitentia, cùm baptizantur, ſoli paruuli immunes ſunt: nondum enim vti poſſunt libero arbitrio.* Quod ipſum alibi [c] ait, & iuxta ea quæ tradit S. Thom. [d] Adultus, inquam, iudicio rationis vtens, quia infantes, pueri & adulti, carẽtes à natiuitate ratione, ob merita Ieſu Chriſti per baptiſmum communicata eam nunc ſub lege gratiæ conſequuntur, [e] & olim ſub lege naturali & ſcripta, ob eadem merita applicata per circunciſionem, aliáque ſacrificia & oblationes in id inſtituta, conſequebantur, non tamen (vt trita Scholaſticorum auribus vtar phraſi) ex opere operato, ſicuti nunc per ſacramenta. [f]

9 Domini autem noſtri Ieſu Chriſti anima illa glorioſiſſima, lege priuata, nullo eius actu & merito præcedẽte, in ipſo ſuæ cõceptionis articulo, non ſolùm fuit iuſtificata, ſed etiam beatificata, quo ad beatitudinem animæ propriam. [g] Eadem inſuper lege priuata, beata & immaculata Deipara virgo Maria, in primo ſuæ conceptionis inſtanti: Beatus denique Ioannes Baptiſta, & Ieremias antequam naſcerentur, ſine vllo ſacramento & ſacrificio fuerunt iuſtificati.

10 Errant itaque, qui imaginantur animas humanas eſſe diuiſibiles, vti ſunt animæ aliorum animantium, haberéq; capitula, ſeu parua capita, brachiola, manuſculas, & id genus alia membra reſpondentia corporis partibus quas animant & informant.

11 Quoniam, anima rationalis eſt excorpus, ſeu res incorporea, & indiuiſibilis, non habens vlla eiuſmodi mẽbra: imò, tota eſt in toto corpore, & in qualibet eius parte, quoad ipſam animæ ſubſtantiam, [i] non ſecus quàm Deus Opt. Max. eſt totus in toto mundo, & in qualibet

[a] *vt definiuit d. Concil. Trid. vbi ſ. c. 5. & can. 1. & 3. & docet S. Thom. 1. 2. q. 112. art. 1. & 114. artic. 2.*

[b] *in c. omnis de conſecr. d. 4.*

[c] *in c. firmiſſime, 15. q. 1.*

[d] *1. 2. q. 113. per totam.*

[e] *c. maiores, de Baptiſm.*

[f] *c. quod autem, & c. ex quo, de conſec. diſt. 4.*

[g] *vt ante & poſt alios declarat S. Thom. 3. part. q. 19. art. 3. & 3. lib. ſent. diſt. 18. art. 24. & ſeq. & opuſcul. 3. c. 238.*

[h] *iuxta ea quæ leguntur & notãtur Lucæ 1. & Ier. 1. & tradit S. Thom in d. 3. part. q. 17. art. 2. & 5. & q. 27. per totam. & 3. lib. ſent. diſt. 3. q. 1. art. 1. & 2.*

[i] *vt docet S. Thõ ab omnibus recept. 1 part q. 8. artic. 2. ad 3. & in 3. part. quæſt. 46. artic. 7. & in 1. lib ſent. diſtinct. 8. q. 5 art. 3. poſt B. Auguſt. lib. 6. de Trin. c. 5.*

eius parte:quia eſt vbique.[a] Et ſicut ſacratiſſimũ Chriſti corpus in almo & admirabili Euchariſtiæ ſacramento, totum atque integrum eſt, ſub tota panis & vini ſpecie, & totum, ſub altera tantùm, ac qualibet eius parte,[b] vt definiuit nuperrimè ſacroſanctum Concil. Trid.[c]

12 Neque verò anima ipſa homo eſt, tum quia, anima[d] eſt ſubſtantia incorporea, & immortalis,[e] tum quia, homo duabus partibus componitur, anima nempe rationali & corpore.[f]

Cauendum autem, ne quis ex illis verbis Auguſt.[g] *Oportet primum domũ compaginari, & ſic habitatorem induci* colligat, perinde animam rationalem eſſe in corpore, ac Remex, ſeu motor nauis, eſt in naui, & habitator domus, in domo: quódque non ſit vera & eſſentialis forma humani corporis, id enim eſt hæreticum, & ſanctione Pontificia damnatum.[h]

13 At verò, cum Paulus[i] appellat hominem interiorem, partem intellectiuam, hominem verò exteriorem, partem ſenſitiuam, non intendit aliquam illarum ſeparatam, eſſe hominem, vt quidam hæreticus Tertullianus inde collegit,[k] ſed ſecundum rei veritatem, partem intellectiuam, eſſe principaliorem partem hominis, & ſecundum nonnullorum falſam æſtimationem, partem ſenſitiuam eſſe partem principaliorem eius: totum autem, interdum à parte principaliori, ſolet nomenclaturam ſortiri.[l]

14 Atqui, quod alibi ait gloſſ.[m] Cor eſſe animæ ſedem, non ita intelligendũ eſt, quòd anima ſoli cordi inſideat, indéque reliquum corpus gubernet: ſed, quòd licèt per ſe totam immediatè omnes eius partes vita veſtiat, & informet: in corde tamen, operatur quàmplurima eorum, quæ ad vitam pertinent, quæ non in aliis partibus, iuxta illud Parthenices Marianæ.

> *Cor prius, ex illo quoniam deſcendit in artus*
> *Vitalis calor, à pleno ceu flumina fonte:*

[a] *ſecundum magiſt. & alios in d.3 lib. ſentent. diſtin.37. & S. Th. in d. 1. part. q.8. art. 2. & 3. lib. contra gent. c. 68.*

[b] *c. ſinguli. & c. vbi pars de conſecr. diſt.2.*

[c] *ſeſſ.13. c. 3.*

[d] *vt diximus ſupra n. 1. & 3.*

[e] *c. firmiter, de ſum. trin. & fid. Cath. tradit S. Thom. opuſcul. 23.*

[f] *c. in quadam, § ſed aduerſus, de celebr. miſſar. Auguſt. in lib. 19. de ciuit. Dei c.3. per totam & in c. Moyſes 32. qu. 2. & latius Thom. 1 part. q. 75. art. 4. & q. 79. art. 1. poſt Ariſt. 2 lib. de anima text. 3.*

[g] *in d.c. Moyſes.*

[h] *Clem. 1. § porrà de ſum. trin. & fid. Cath. vt diximus ſup. n. 5.*

[i] *Epiſt. 2. ad Corint. c. 4.*

[k] *Auctore S. Thom. ibidem lectur. 5.*

[l] *vt declarat idem S. Thom. 1. part. q. 75. artic. 4. ad 1. & in d. lect. 5 ſuper d.c. 4. Epiſt. 2. ad Corinth.*

[m] *c. 1. de ſacra vnct. in princ.*

*Illic prima domus vitæ, poſtrema per illud*
*Diſcedens terris animus, veſtigia ponit.*

Neque tamen ob id exiſtimes velim, priùs tempore cor ipſum anima veſtiri, quàm cętera corporis membra: nec poſteriùs, quàm illa deſtitui ab anima: vno namque & eodem tempore, creatur à Deo ex nihilo, intra corpuſculum, iam ad id organicè fabrefactum, ſimúlque ei toti, & cuilibet parti coniungitur, tanquam forma eius ſubſtantialis, ex qua, & illo corpuſculo, conflatur verus homo.[a]

Similiter intelligendum illud B. Auguſt.[b] *Anima, quia ſpiritus, in ſicco habitare non poteſt: ideo in ſanguine fertur habitare.* In illo autem B. Hieronymi pronuntiato.[c] *Nec poteſt viuere anima, niſi creſcendi capax ſit,* per verbũ (*anima*) intelligendus homo animatus, vt [d] gloſſ. intellexit ſynecdochicos, capiendo partem pro toto (quamuis recentior editio aptiùs pro (*anima*) habeat (*animal*)) anima enim humana, nec augeri, nec minui poteſt: ſed ſemper manet eadem & incorruptibilis.[e]

Cæterùm, illud Vergilij, *Igneus eſt olli vigor, & cæleſtis origo,* quod alibi gloſſ.[f] intelligit de hominibus, eſt quidem verum eo ſenſu, quòd origo hominũ, quoad animam eſt immediatè à Deo per creationem ex nihilo in embrione: non autem, quòd de aliqua parte cœleſti ſit facta, id enim, vt diximus, erroneum eſt.

15 Longè verò magis è re noſtra fuerit, per ſe & ſimpliciter ſcire prædicta, eadémque ruminare, quàm aliàs ſcientias (etiã Iuris) cognitioni fidei Catholicæ minimè neceſſarias. Tum quia, hæc pertinent ad cognitionem fidei orthodoxæ, cuius ſtudium eſſe præſtantius quàm aliarum ſcientiarum (etiam Iuris, & quidem Laicis) ſingulariter proditum eſt.[g] Tum quia, oportet omnes credere, ſaltem implicitè, quæcunque ſunt Catholicæ fidei, hoc eſt, in genere eſſe vera omnia, quæ credit ſacroſancta Catholica Romana Eccleſia, necnon explicitè articulos fidei,[h] ſaltem quos illa ſolemnizat.[i]

16 Qui verò circa prædicta errant, peccant, niſi ſimplicitas vel ignorantia iuſta excuſet, ſuntque hæretici, ſi pertinaciter id ſentiant.[k]

Secus, quum pertinaciter non errant, ſi nimirum ha-

[a] Tho. 1. part. q. 90. art. 2. 3. & 4. & q. 118. art. 2. Magiſter. Scot. & alij in 2. lib. ſent. diſt. 17.

[b] in d. c. Moyſes 32. q. 2.

[c] c. Ne tales, de conſecr. diſt. 5.

[d] ibidem.

[e] vt ſupra dictũ eſt, & probat S. Thom. 1. part. q. 75. artic. 6. & Scotus, Bonauẽtura & alij in 2. lib. ſent. diſt. 17.

[f] in §. fin. inſtit. de Iur. nat gent. & ciuil.

[g] ab Innoc. recepto in c. firmiter n. 6. de ſumma trin. & fid. cath.

[h] ſecundum S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. & 6.

[i] ſecundum eundem ibid. art. 7.

[k] arg. Clem. 1 de ſum. trin. & fid. cath § porro, iuncta gloſſ. in verb. pertinaciter de hæret. & Clem. 1. § pen. iuncta gloſſ. eod. verb. de vſur. & tradit S. Thom. vbi ſupra.

bent præparationem animi actualem vel virtualem reſipiſcendi, & credendi contrarium, quum primùm eis innotuerit, id teneri pro fide ab Eccleſia Romana : quales arbitror plæróſque omnes, qui ſimpliciter, & bona fide, citra pertinaciam, imaginantur animas humanas exutas corpore paruulas. quaſi infantes, quòd frequenter audiant vel legant animam ſancti Pauli primi Eremitę viſam in eiuſmodi figura, à ſancto Antonio, per Angelos in cœlum deferri: vt in eius vita ſcribit Diuus Hieron. & animam ſanctæ Scholaſticæ, à beato Benedicto eius fratre, vt [a] ſcribit B. Gregor. & alia id genus. Sicut & imaginantur Angelos infantulos, & (quod peius eſt) etiam ipſum Deum patrem omnipotentem, figuræ cuiuſdam viri grauis, ac ſeneſcentis: & Spiritum ſanctum, columbam, eò quòd paſſim vidẽt Angelos pictos puerili figura in tabulis repreſentationis Natiuitatis & Aſcenſionis Ieſu Chriſti: Aſſumptionis Dei parę virginis, & alibi ſępe Deum demum patrem repræſentatũ in figura grauis, ſeniorìſque hominis, Spiritúmque ſanctum in ſpecie columbæ, quòd non ſatis doceantur à Parochis & verbi diuini Præconibus, animas & Angelos non eſſe corporeos: ac longè minùs incũparabiliter, Deum ipſum Opt. Max. licèt per ſpecies corporeas repræſententur, quòd ſpiritalia & incorporea nequeant oculis corporeis exhiberi qualia verè ſunt: ſed duntaxat in figuris, quæ ſignificent nobis, non quidẽ ea eſſe talis figuræ, ſed quaſdam eorum virtutes & proprietates. Figura etenim infantilis animæ, quæ in cœlum defertur, ſignificat eius innocentiam. Eiuſmodi autem Angeli ornantis Chriſti natiuitatem, aſcenſionem & Dei paræ aſſumptionem, figura ſignificat ſimplicem & promptam deuotionem eis miniſtrandi. Senilis verò ætas in Deo patre, ſummam eius auctoritatem & prouidentiam Columbæ autem, quæ ſimplex & amans eſt, figura, ſummam ſimplicitatem & amorẽ Spiritus ſancti, qui eſt ſummus & ſimplex amor patris, & filij ei conſubſtantialis. Nam, ſi ſatis hæc inculcarentur, non grauatè deponerẽt huiuſmodi falſas imaginationes: crederéntque firmiter, nec animas, nec angelos, longè verò minus Deum ipſum patrẽ, & filium, qua parte eſt Deus, Spiritúmque ſanctum, vllatenus viſu corporeo cerni poſſe.

[a] 2. lib. Dialog. cap. 33.

17 Cumque, vt plurimùm, nulli orthodoxorum concipiant eiuſmodi imaginationes cum credulitate pertinaci, non ſolùm non ſunt cenſendi hæretici, ſed nec regulariter peccare, ſaltē mortaliter, ſi ſimpliciter, & bona fide id faciant: per id quod in ſimili ſingulariter dixit Innoc.[a] cui nemo hucuſque quem viderim, contradixit, & ſuffragatur Panorm.[b] communiter receptus, putà, non eſſe hæreticum, imò, neque peccare eum, qui naturali ratione motus, falsò opinaretur, patrem in diuinis ſeniorem & antiquiorem filio: & filium Spiritu ſancto, modò præſto ſit corrigi ab Eccleſia.[c] Quod ipſum tenet Caſtrenſ.[d] de omni alia hæreſi, quam quis citra pertinaciam credit vel aſſerit, ignorans contrarium teneri à ſancta Catholica Rom. Eccleſia.

18 Id tamen perpetuum non eſt, ſed reſtringendum. Primò, ne procedat quoad forū exterius, in quo præſumūtur hęretici, licèt verè tales non ſint, ideóque, vt plurimùm, aliqua pœna maiore vel minore, pro qualitate perſonarum plectuntur, qui talia aſſeruiſſe probātur, vel confitentur.[e] Secundò, ne procedat in foro (quod vocant) conſcientiæ, quoad peccatum, in iis, qui tenentur ſcire, illa eſſe de fide, tametſi id ſua culpa ignorent, vel non animaduertant. Tales enim, licèt coram Deo hæretici cenſendi non ſint,[f] nec conſequenter in conſcientiæ foro incurrant cenſuras, pœnáſue contra hæreticos ſancitas, cenſendi nihilominus ſunt grauiter peccare, quum ignorātia iuris quod quis ſcire tenetur, non excuſet.[g] Nam iure paria ſunt, ſcire, vel ſcire debere.[h] Conſtat autem, grauiſſimè peccare, qui ſcientes contrarium eſſe de fide, talia affirmant. Et proinde ignorantes, ſi ſcire debeant, grauiter peccāt: licèt illa qualis qualis ignorantia & incogitantia, cum fide implicita, & animo, ſaltem virtuali, credendi quicquid didicerint eſſe de fide, à pertinacia, cenſura & pœnis excuſet.[i]

Et quidem, prædictoru errorum nullus, nec alius qui-

[a] in d. c. firmiter, de ſum. trin. & fid. cath.

[b] in ead. rub. n. 4. & ſeq.

[c] iuxta Auguſt. in c. Dixit Apoſtolus, 24 q. 3.

[d] lib. 1. aduerſus omnes hæreſes c. 9.

[e] arg. c. Accuſatus in princ. & § 2. & 3. de hæret. lib. 6.

[f] vt præcipitati aſſerunt.

[g] §. notandum, poſito ſub c. ſi quē pœnituerit, 1. q. 4. cum gloſſ. & aliis ſcribentibus, & c. ignorantia, cum gloſ. & ei annot. de reg. iur. lib. 6. tradit S. Tho. 1. 2. q. 76. ar. 2. & 4. & q. 90. art. 4. & 2. 2. q. 53. art. 2. quod ſatis ſentit Innoc. in d. c firmiter n. 2. dum ſentit differre clericos à laicis, in materia, credendi fidei articulos. & clariſs Panorm. vbi ſupra, quamuis nec ipſi, nec alij, quod ſciam, hoc ſatis declarent.

[h] l. quod te mihi dare oportet, ff. de reb. credit. cum multis ibi à recentioribus allatis.

[i] in quod faciunt c. Hæc eſt fides 24. q. 1. & c. Dixit Apoſtolus, ead. cauſ. q. 3. & quæ tradit B. Antonin. 2. part. tit. 12. c. 5. §. 1.

uis, ſi tantùm mentalis fuerit, inducit excommunicationem, pœnáſue à iure ſtatutas, licèt verè ſit hæreſis, peccatúmque mortale grauiſſimum, vt dicetur infra. [a]

[a] c. 11. n. 22.

# De animæ potentiis, quatenus eſt vegetatrix & ſentiens.

## PRAELVDIVM II.

### Summæ.

1 *Animæ potentia quid, & quotuplex.*
1 *Anima intellectiua, habet omnes animæ vegetatiuæ & ſenſitiuæ potentias.*
2 *Potentiæ ſentiendi exteriores quinque, interiores verò quatuor & n 3.*
4 *Anima rationalis habet vim appetitiuã animæ ſenſitiuæ.*
5 *Senſualitas vocatur vis appetens ſenſibilis, iraſcibilis, & concupiſcibilis.*
6 *Anima rationalis, diſtinguitur à potentijs ſenſitiuis.*
6 *Totius ad totum ratio, eadem quæ partis ad partem.*

1 Potentia, ſeu virtus, ſiue vis animæ, cuius hîc meminimus, eſt proximum principium operationis eius. [a]

Et quidem, diuina bonitas eam ornauit omnibus potentiis, virtutibus & viribus, quas habet anima vegetans, ſiue vegetatiua, qua plãtæ viuunt, Adeo quidem, vt meritò anima rationalis appellari poſſit vegetatrix, ſiue vegetatiua. [b] Siquidem, cùm in homine [c] vna ſola ſit anima, videamúſque eum nutriri, augeri & perfici: nutritúmque, auctũ & perfectum, ſimilem ſibi generare: Cõſequẽs planè eſt, eius animam habere omnes animæ vegetatiuæ potẽtias & facultates, quæ ſunt tres. Nutritiua, quæ conſeruat corpus: augmentatiua, quæ auget, & perficit illud: & generatiua, que ſibi ſimile producit, iuxta illud Ariſtot. [d] *Opera animæ vegetatiuæ, ſunt tria, generare, alimento vti, & augmentum facere.*

2 Eadem præterea bonitas ornauit etiam illam omnibus potentijs animę ſenſitiuæ: adeo quidem, vt non abs re quoque anima rationalis appellari poſſit ſentiens, ſiue ſenſitiua. [e] Cùm enim videamus hominem mouere ſeſe conſequitur eum habere potentiam motiuã animæ ſen-

[a] *vt ſatis colligitur ex S. Thom. 1. part. q. 67. art. 1. & 4 & q. 79 per totam.*
[b] *vt reſolutè ait Ioan. maior in 2. lib ſent. diſt. 16. q. 2.*
[c] *vt dictum eſt ſupra prælud. 1. n. 4.*
[d] *2 lib de anima text. 13.*
[e] *vt rectè ait Ioan. Mal. in d. 2. lib. ſentent. diſt. 16. q. 2.*

upna

ſitiuæ. Cùm denique perſpiciamus eũ ſentire & cognoſcere, ſupereſt, eum habere potentiam animæ ſenſitiuæ cognoſcitiuam, quæ in interiorem, & exteriorem ſecatur. Exteriorem exercet per potentias exteriores, quæ ſunt quinque. Viſus, auditus, odoratus, guſtus & tactus.[a] Interiorem autem cognitionem ſenſitiuam exercet per potentias ſenſitiuas interiores, quæ ſunt quatuor.

3 Senſus communis, cuius munus eſt recipere interiùs cognitiones omnium, quæ prædicti quinque ſenſus exteriùs cognoſcunt, dèque illis iudicare. Imaginatiua ſeu cogitatiua, cuius munus eſt, ſeruare cuncta quæ recipit ſenſus communis. Æſtimatiua, ad quam ſpectat recipere intentiones quas animal naturaliter percipit, aliter tamen, quàm per ſenſus exteriores: Cuiuſmodi eſt illa, qua ouis æſtimat lupum eſſe ſuum inimicum. Memoratiua, cuius officium eſt velut in theſauro conſeruare intentiones quas æſtimatiua recipit, ſecundum S. Thom.[b] qui[c] aſſerit Auicennam his addidiſſe quintam, putà phantaſiam, licèt ſuperuacaneè, quum eius officio imaginatiua fungatur.

4 Hæc inſuper eadem anima noſtra, habet potentiam appetendi, qua pollet anima ſenſitiua, poteſt enim appetere ac renuere, ſenſibus prædictis cognita. Quæ quidem potentia appetitiua, ſenſualitas à S. Thom. vocatur[d] & à Ioan. 22.[e] & ab Innoc. 3.[f] Quæ vox tametſi parum proba, nec in Latinã Coloniam deducta videatur, ea tamen vtitur, illámque definit Magiſter.[g]

5 Iſta porrò ſenſualitas, ſiue potentia, ſiue vis appetitiua ſenſitiua, in cõcupiſcibilem & iraſcibilem diuiditur. Concupiſcibilis eſt, per quam anima humana, quatenus cõuenit cum ſenſitiua, poteſt appetere, ſiue velle, aut renuere, ſiue nolle, quæ apprehẽdit conuenire, vel non cõuenire, per prædictos ſenſus, ea ratione quòd cõueniãt, vel non conueniant. Iraſcibilis verò, eſt per quam audet reſiſtere illis, per quæ impugnantur, vel impediũtur quæ ſibi conuenire videntur. Itaque potentia iraſcibilis propugnatrix eſt potentię cõcupiſcibilis, vt dixit S. Thom.[h] qui[i] probat prædictas duas potẽtias ſubdi rationi, eíque obedire: licèt quoad aliquid, ei repugnẽt ac ſubmurmurent. Dictante námque ratione, non eſſe expetẽdum, vel cupiendum, aut renuẽdum hoc vel illud, aut reſiſtendũ,

[a] *Quos recenſuit etiam gl. l. Quod meo, ff. de acq. poſſ.*
[b] *1. part. q. 79. art. 6. in corpore quæſt.*
[c] *in q. 78. art. 4.*
[d] *1. part. q. 81. art 1.*
[e] *in proëm. Clem.*
[f] *in cà. 1. §. in vertice, de ſacra vnct.*
[g] *in 2. lib. ſent. diſt. 24.*
[h] *in d. q. 81. art. 2.*
[i] *in ſeq. art.*

non eſſe huic vel illi: omnino obediunt, vel certè refrænantur. Quod experientia liquet, quoties ira, timore, audacia, amore odiove perciti, omnino, vel ex parte ſedamur, perpendendo nonnulla à nobis, vel aliis propoſita rationi conſentanea: ſicut [a] Dauidis ardens ira, extincta fuit rationibus & precibus iuſtiſſimis Abigail. Amor itē eſtrænatus & furens Mariæ Magdalenæ, repreſſus & extinctus fuit, prædicatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, diuinæ, humanæque rationi conſentanea. [b]

[a] 1. Reg. c. 25.

[b] Luc. 7.

6 Non leuis porrò quæſtionis eſt, an quælibet prædictarum potentiarũ vegetatiuæ ac ſenſitiuæ, reipſa idem ſit, quod anima? Cæterùm, verius receptiúſque eſt, nullā harum potentiarum, quas habet anima rationalis humana, quatenus eſt vegetatiua vel ſenſitiua, cognoſcitiua, ſeu appetitiua, eſſe idē, quod ipſamet anima: Quandoquidem, prædictæ omnes potentiæ, ſunt cōpoſitę ex aliqua parte corporis, adeóque ipſamet anima: non ſecus, quàm totus homo conſtat anima, totóque corpore. Et proinde, vt totus homo non eſt ſola ſua anima, [c] ita partes hominis, quæ ſunt potentiæ ſenſitiuæ, & organa ſēſuum ipſius, non ſunt ſola anima, ex qua, & quibuſdam corporis partibus conſtant: Eadem enim ratio, quæ eſt de toto ad totum, eſt de parte ad partem. [d]

[c] vt dictum eſt prælud. 1. n. 12.

[d] l. Quæ de tota, ff. de rei vēd. & c. Paſtoralis §. Item cùm totū, de off. deleg. tradit. Ioan. maior 2. lib. ſent. diſt. 16. q. 2.

# De potentijs animæ, quatenus eſt rationalis, ſiue intellectiua.

## PRAELVDIVM III.

### Summæ.

1 *Anima rationalis, quas potentias habeat: & an ſint ipſa. & n. 2.*

2 *Aniã, & memoria non differunt: ſicut nec intellectus & ratio & n. 3.*

3 *Deus cur infinita ſortiatur nominà, ſicut & vnus idémque homo*

4 *Anima cur appelletur, intellectus, memoria, intellectus agēs, intellectus poſsibilis, & ratio cùm ſuperior, tum inferior.*

5 *Anima, appetitus & intellectus, varie appellatur.*

6 *Appetendi, & noſcendi vis intellectiua, vt differunt.*

upna

7 *Intellectus an potior voluntate.*
7 *Voluntas & intellectus vario modo animam mouent.*
8 *Appetendi vis diuiditur vt ſenſualitas*
9 *Anima rationalis ſola habet liberum arbitrium.*
9 *Potentiæ re non diſtinguuntur ab anima.*
10 *Liberum arbitrium non eſſe homini, hæreſis.*
11 *Liberum arbitrium vt ſufficit ad cadendum, non ad reſurgendum.*
11 *Gratiam gratum facientem primam, nemo de condigno meretur.*
12 *Gratia Dei quæſita, ſine dono perſeuerantiæ, non perdurat.*
13 *Anima plura vi rationali noſcit, quàm ſenſitiua.*
14 *Anima vt ſe, angelóſque noſcit, & vtrorumque actus.*
15 *Anima & angelus non cognoſcunt per ſuas eſſentias, vt Deus per ſuam.*
15 *Angeli, animæque noſtræ omnis intelligentia & cognitio, eſt quædam qualitas, & accidens reale diſtinctum ab eis.*
16 *Homo imago Dei eſt quoad mentem, non quoad corpus.*
16 *Faciem hominis, non eſſe ſtigmate inurēdam, quòd ad imaginem Dei formata, vt intelligendum.*
17 *Imago Dei eſt mulier, ſicut vir.*
18 *Homo imago Dei, quoad naturam, potentias & actus.*
18 *Similitudines quedam animæ noſtræ, cum Deo.*
19 *Homo qua via Deum vnum & trinum melius cognoſcat.*
19 *Iudæus quidam Chriſtianus factus, variaſque Sectas expertus, cur tandem à Religione Chriſti deſciuit.*
19 *Generatio & proceſſio in diuinis, ſpiritualiſsimæ.*

1 Deus Opt. Max. cuius nutu & arbitrio cœlum, terra, maria, & naturę omnes reguntur, eíque parent, donauit animam rationalem humanam, nō ſolùm potentiis quibus decorauit animam vegetatiuam & ſenſitiuā; verùm etiam alijs longè nobilioribus: potentia nimirū intelligendi, quam Scholæ intellectum, appellāt, & appetitiua, ſiue appetendi, quam eædem volūtatem nominant.
2 At verò, S. Thom. cum ſuis aſſeclis,[a] illas non eſſe animam, ſed ab ea, & inter ſe reipſa differentes aſſerit, ita vt anima, ſit ſubſtantia: intellectus verò & voluntas, duo accidentia diuerſa inſeparabiliter ab ea emanantia. Scotus autem, contrà tenet[b] cum ſuis ſequacibus, & omnibus Pariſienſibus, exceptis Dominicanis,

[a] *1. part. quæſt. 77. ar. 1. & lib. 1. ſent. diſt. 3. q. 4. art. 2. & de anima art. 12. & alibi ſæpe.*
[b] *in 2. lib ſent. diſt. 16.*

vt teſtatur Ioan Maior,[a] qui eam fusè ac dilucidiùs aliis omnibus explicat: ſicut vice verſa, Gabriel diffuſiùs aliis obumbraſſe videri poteſt.

3 Equidem, Scotò magis accedo, tum ob eius rationes, tum quia, quum parum, imò nihil referat, quoad animæ ſalutem (quam ſpectamus) vtrã harum amplectamur, per hanc vitamus complures ſalebroſas difficultates, quæ multum laboris, parúmque vtilitatis ingerunt: Tum quia ipſemet S. Thom.[b] ait, memoriam non eſſe potentiam ſeparatam ab intellectu, & priùs[c] affirmat intellectum poſſibilem non ſeparari ab intellectu agente, neque ſpeculatiuum à practico, [d] neque rationem ab intellectu: nec rationem ſuperiorem ab inferiori.[e] In quam ſententiam vir ſanctiſſimus iuxta ac doctiſſimus tranſit, quòd abſque neceſſitate, non ſunt res multiplicandæ, iuxta illud Ariſtot.[f] *Fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora*: quod non latuit alibi gloſſ.[g] Quin & æquè penè facilè ſuſtineri poteſt, has duas potentias intellectum ſcilicet, & voluntatem eſſe vnam eandémque rem inter ſe, & cum anima ipſa, & memoriam, ac intellectum eſſe vnam eandémque potentiam: Tum denique, quòd Iſidorus, quem nemo eorũ citat, in hanc opinionem tranſiit,[h] eámque declarauit ſtrictim, hiſce verbis. *Hæ* (putà potentiæ) *ita adiunctæ ſunt animæ: vt vna res ſit: pro efficientiis enim cauſarum, diuerſa nomina ſortita eſt anima: nam & memoria mens eſt: vnde & immemores dicũtur amẽtes. Dum ergo viuificat corpus, anima eſt: dum vult animus eſt: dum ſcit, mens eſt: dum recolit, memoria eſt: dũ rectum indicat, ratio eſt: dum ſpirat, ſpiritus eſt.* Quę quidem verba, non obſcurè innuunt, animam pro officiorum varietate varia ſortiri nomina, non quidem, quòd illę vires ac potentiæ ſint ab ea, vel inter ſe, re diſtinctæ: ſed quòd diuerſos diſtinctóſque effectus operetur per illas, quemadmodum Deus ipſe, quum ſit vna res ſimpliciſſima, quia tamen infinitas habet vires, infinitáque operatur, infinita quoque ſortitur nomina: etſi nil ſit in eo, quod non ſit ipſiuſmet ſubſtantia.[i] Et ſicut vnus, idémque homo, ob varia officia, varia induit nomina: pater etenim quia filium habet, Rex, quia regnum, & Comes, quia Comitatum nuncupatur.

4 Humana etiam anima, quatenus habet vim intelli-

[a] *ibidem. q. 1.*

[b] *in d. 1. par. q. 79. art. 7.*

[c] *in ead. q. art. 1. 3. & 4.*

[d] *ibidem, art. 11.*

[e] *art. 8. & 9.*

[f] *1. Phyſic. c. 5.*

[g] *in princ. & fin. Clem. 1. de ſum. trin. & fide Cathol.*

[h] *11. lib. Originum ſiue etymolog. c. 1.*

[i] *iuxta c. firmiter, de ſum. trin. & fid. Cathol. adiuncta gloſ. in verb. ſimplex omnino, tradit Aquinas 1. par. q. 3. & q. 9. art. 1.*

gendi: variam nomen elationem ſortitur. Siquidem, appellatur intellectus, qua ratione intelligere poteſt, & intellectus agẽs, qua ratione agnoſcit & agit cognitiones ac notitias: Intellectus autem poſſibilis, quatenus recipit eas: Memoria verò, quatenus eaſdẽ recolit. [a] Ratio autem dicitur, [b] quatenus aliud ex alio deducit. Quod pulchrè declarat S. Thom. [c] Pars inſuper ſuperior rationis. [d] eo quòd intendit æternis concupiſcendis, & conſeruandis. Pars denique inferior rationis, quatenus intendit temporalibus gubernandis. [e] Intellectus verò ſpeculatiuus, quatenus quod intelligit, non ordinat ad opus: Practicus demùm, quatenus quod intelligit, ad opus ordinat, [f] iuxta illud Ariſtot. [g] *Intellectus ſpeculatiuus, per extenſionem fit practicus.*

5 Eadem inſuper anima variè appellatur, quatenus habet vim volendi, vel nolẽdi rationalẽ. Appellatur enim propriè animus. [h] Appellatur item à vulgo voluntas, quàmuis à nullo claſſico linguæ Latinæ auctore, quem legerim, ſic appelletur. Nã ille volendi vel nolẽdi actus, qui barbarè dicitur volitio, vel nolitio, latinè nũcupatur voluntas, vt à Marco Tull. [i] ibi. *Appetitionem, quàm Græci βούλησιν appellant, nos voluntatem vocamus.* Quod ipſum ſentit Auguſt. [k] ibi. *Voluntas eſt animi motus, ad aliquid imitandum, vel nõ imitandũ.* Appellatur etiam ſpiritus a Paulo. [l] ibi. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: Spiritus autem aduerſus carnem.* Vbi (*Spiritus*) ſignificat concupiſcentiam ſpiritualium. [m] Appellatur demum vulgariter appetitus intellectiuus. At quia loquendum vt plures, ſapiendum vt pauci, vim, ſeu potentiam intelligendi, appellabimus intellectum, potentiam verò volendi aut nolendi, voluntatem, vt Scotus & Thomas appellant.

6 Cæterùm, voluntas quę eſt vis ac potentia volendi & appetendi intellectiua, longè differt à vi ſeu potẽtia volendi vel appetẽdi ſenſitiua, tum, quòd illa [n] ad plura extenditur. Tum, quòd hæc appellatur ſenſualitas: [o] illa verò vulgò appellatur voluntas ſeu potentia, vel vis appetitiua, ſiue rationalis: Tum, ob illud Pauli, [p] *Caro concupiſcit aduerſus, &c.* vbi per carnẽ, ſignificatur ſenſualitas per ſpiritum autem, voluntas ſuperior: Tũ, quia in conſeſſo

[a] *ſecundum Ariſt. lib. 3. de Anima.*
[b] *ſecundum Auguſt lib. 3. ſuper Geneſ. ad literam c. 20.*
[c] *1. part. q. 78. art. 8.*
[d] *ſecundum eundẽ Aug. ibi. c. 13.*
[e] *Quod latius declarat idem Tho. in d. q. 79. art. 9. & magiſt. ac alij, in 2. ſent. diſt. 24.*
[f] *vt idem declarat. in d. q. 79. art. 11.*
[g] *3. lib. de anima, text. 49.*
[h] *vt Iſidorus vbi ſupra ait.*
[i] *4 lib. q. Tuſculan.*
[k] *§. 1. 15. q. 5.*
[l] *ad Galat. 5.*
[m] *vt colligitur ex S. Tho. ibid. lect. 4. & 12. q. 70. art. 4 in corpore q.*
[n] *vt inf. n. 13. dicetur.*
[o] *Vt in proximè præced. prælud. diximus, iuxta tradita ab Ariſtotel. 3. de anima, quæ ſubtiliter tractat vterque Thom. 1. part. q. 80. art. 2.*
[p] *ad Galat. 5.*

ſeſſo eſt, & experimur, velle nos aliqua per ſenſualitatē, à quibus tamen abhorremus, per vim appetitiuam intellectiuam, iuxta illud eiuſdem Pauli. [a] *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mētis meæ.* Tum, quia potētia appetitiua ſenſitiua, ſiue ſenſualitas, nō eſt ipſa anima: ſed pars quædam hominis, ex anima, & materia, ſiue corpore compoſita, in qua eſt vis appetitiua ſenſitiua. Voluntas autem, ſecundum opinionem quam amplectimur, eſt ipſa anima pura, at ſecundum S. Thom. eſt accidens quoddam inſeparabiliter ab eſſentia animæ fluens. [b]

[a] *Ad Rom. 7.*

[b] *vt dictum eſt.*

7. Quibus addo, ab omnibus receptum eſſe, alia ratione voluntatem, ſiue animam velle potentem, mouere intellectum, ſiue ſeipſam intelligere potentem: alia verò animam, quatenus eſt intellectus, voluntatem. Voluntas enim mouet intellectum, veluti volendo, & imperando. vt agat hoc vel illud: Intellectus autem mouet voluntatem, exhibendo obiectum, & rationem qua illud velle nolléve debeat. [c]

[c] *vt declarat S. Thom. 1. 2. q. 9. art. 1.*

8 Sicut autem ſenſualitas & potentia appetitiua humanæ animæ ſenſitiuæ, comprehendit vim iraſcibilem, & concupiſcibilem, quæ non re, ſed ratione duntaxat differunt: ſic potentia & vis appetitiua animæ intellectiuæ, continet ſub ſe iraſcibilem & concupiſcibilem eiuſdem partis intellectiuæ: per quas non ſolùm poteſt facere, quod faciunt concupiſcibilis & iraſcibilis ſenſualitas, circa ſenſilia: ſed etiam circa ea, quæ tantùm ſunt intelligibilia, potéſtque concupiſcere & appetere, quæcunque nouit per ſenſum, vel rationem conuenire, & contraria renuere ſeu fugere: quod eſt officium partis concupiſcibilis. Poteſt denique, renuendo ſeu fugiendo, reſiſtere omnibus impugnantibus, vel conuenientia impedientibus, quæ talia eſſe cognoſcit, per ſenſum, vel intellectum: quod eſt officium iraſcibilis. [d]

[d] *vt colligitur ex S. Tho. in d. q. 82. art. 3.*

9 Et licèt anima humana ea ratione, qua eſt ſenſitiua, non habeat liberum arbitrium: habet nihilominus, qua ratione eſt intellectiua. Tum, per illud. [e] *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui*, id eſt, libertate arbitrij ſui. [f] Tum, quia libere eligit, & refutat per potentiam appetendi quæ ſibi exhibentur à

[e] *Eccleſ. 15.*

[f] *ſecundum gloſ. eiuſd. & S. Thom. 1. part. q. 21. art. 2. & 2. 2. q. 104. art. 1.*

potentia intelligendi & iudicandi, ratiocinãdo. [a] Tum quia hoc intereſt inter inanima & animata, ſola anima vegetatiua tantùm, ex vna parte, ac bruta animantia ex altera, hominémque ex tertia, quòd prima agunt ſine iudicio proprio: alia cum iudicio proprio, ſed naturali, non libero: homo verò iudicio proprio libero, valenti diuerſa eligere.

Neque tamen ideo exiſtimet quis, liberũ arbitrium eſſe actum vel habitum naturalem infuſum ſeu acquiſitum alicuius potentiæ: quandoquidem ſit ipſa animi potentia. [b] Cúmque per ſupra dicta [c] potentiæ non diſtinguantur re ab anima, [d] ſed ſolùm ratione, conſequitur liberum arbitrium eſſe ipſammet animam, ea ratione, quòd cognoſcendo aliquid per vim intelligendi, poteſt liberè illud velle, vel nolle per vim appetendi, ideóque non abs re definitur [e] eſſe facultas voluntatis & rationis: in eius namque exercitio, neceſſum eſt interuenire actum cognoſcendi & ratiocinandi, ſeu conſultandi, qui pertinet ad intellectum, ſeu vim intelligẽdi, & actum eligẽdi, qui pertinet ad volũtatẽ ſeu vim appetẽdi. Itaque anima eſt, dicitũrque liberũ arbitrium.

10 Cæterùm, circa liberum hominis arbitrium, duæ ſuppullularunt hæreſes. Vna Lutheranorum, ſeu potiùs, antiqua Albanenſium, per inceſtuoſum Lutherum reſuſcitata, quæ homini liberum arbitrium planè adimit.

11 Altera, Pelagianorum, quæ docet illud tantæ efficaciæ eſſe, [f] vt eo ſolo, ſine ſpeciali gratia, poſſit iuſtificationem mereri. Quarum prior, non ſolùm reprobatur à S. Thom. [g] & latiſſimè à Caſtren. [h] ac quãplurimis alijs, ſed etiam à ſacroſ. Concil. Trid. [i] Poſterior verò Pelagianorum hæreſis damnata olim in Concil. Mileuitano [k] nuper rurſus damnata fuit à ſacroſ. Concil. Trid. [l] ex quo ad hunc locum pertinentia aſſumere licebit.

12 Atqui, ad perſtandum in gratia iam quæſita, perſeuerandúmque in ea ad finem vſque, ſpeciali Dei auxilio opus habemus. [m]

Quæ verò gratia requiratur ad merendum de condi-

[a] *Quod fuſiſſimè docet Magiſt. 2 lib. ſent. diſt. 24. cum alijs in eum commentantibus & S. Thom. in d. 1. part. q. 83. per quatuor art.*

[b] *vt concludit S. Thom. 1. part. q. 83 art. 2. poſt Magiſt. in 2. lib. ſent. diſt. 24. vbi idem S. Thom. & alij idem affirmant.*

[c] *n. 8.*

[d] *ſecundum eos, quos in hoc ſequimur.*

[e] *A prædictis.*

[f] *vt teſtatur D. Auguſt. lib. de hæreſi. ad quod vult deum c. 88.*

[g] *vbi ſupra.*

[h] *in lib. 9 aduerſus omnes hæreſes, verb. libertas in princ.*

[i] *ſeſſ. 6. de iuſtific. ca. 4 5. & 6.*

[k] *can. 3. & c. 4. & 5. relatis in tribus cap. vltimis de conſec. diſt. 4.*

[l] *d. ſeſſ. 6. de iuſtific. can. 1. 2. & 3.*

[m] *vt probat q. 1. 2. q. 109. art. 10. & q. 11. 1. art. 2. & in 2. lib. ſẽt. q. 38. art. 4. imò & Conc. Trid. declarauit in d. ſeſ. 6. c. 13. & ca. 22. contrariũ eſſe hæreticum.*

gno, & ſi qua, & quæ etiam quo ad bene operandum moraliter tantùm, dicemus infra. [a]

*[a] c.27. in fin.*

13 Longè autē plura poteſt anima noſtra vt eſt rationalis, cognoſcere & appetere, quàm quatenus eſt ſenſitiua. Nā quatenus eſt ſenſitiua, nil aliud cognoſcere vel appetere poteſt (vt prædiximus) quā corporea & ſenſilia: quatenus verò eſt rationalis, poteſt primū cognoſcere & appetere omnia ſenſilia, ad ea ſi quidem omnia quælibet materialia, corporalia & ſingularia, præfatæ eius potentiæ ſe extēdunt per notitias & appetitus immateriales, ſecundum omnes: licèt de modo qui parum prodeſt conſcientijs, inter eos omnes non conueniat. [b]

*[b] vt videre eſt per vtrumque Tho. 1. p. q. 86. art. 1.*

14 Poteſt inſuper cognoſcere & appetere omnia vniuerſalia inſenſilia, incorporalia & ſpiritualia: puta, ſeipſam ſuôſque actus interiores: Angelos etiam, & eorū actus, imò & Deum ipſum quodammodo, ac in eius ſimpliciſſima indiuiduáque ſubſtantia, Trinitatem perſonarum (quàmuis non naturali lumine) iuxta illud collectæ feſti ei ſacri. *Qui dediſti famulis tuis, in confeßione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere: & in potentia maieſtatis, adorare vnitatem.* Non tamen aſſerimus Deum eſſe primum quod cognoſcimus, communiter enim per cognitionem creaturarum (quæ ſunt eius veſtigia) in Creatoris earum cognitionem venimus: iuxta illud Pauli. [c] *Inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*: vel per doctrinam, ſeu prædicationem Magiſtrorum. [d] Quæ omnia fuſiùs ſtabiliri poſſunt per tradita ab Angelico doctore. [e]

Anima porrò noſtra, cognoſcit ſe, intellectus ſui actu naturam ſuam conſiderando, iuxta S. Thom. [f] qui [g] concludit animam noſtram vi intellectus, cognoſcere proprium intelligendi actum, iuxta illud B. Auguſti. [h] *Intelligo me intelligere* Imò & proprium actum volendi, iuxta illud eiuſdem [i] *Intelligo me velle.* Qua ratione etiā in ſtatu præſenti, poſſumus intelligere Angelos, ſaltem imperfectè, & per ſimilitudinem, etiam affirmatiuè, aliquam eorum notitiam habere. [k]

*[c] ad Rom. 1.*
*[d] ad Rom. 10. &c. Cum ex iniuncto, de hæret.*
*[e] 1. part. q. 88. art. 1. 2. & 3.*
*[f] in d. 1. part q. 87. art. 1.*
*[g] in art. 3. & 4.*
*[h] 9. de trin. c. 3.*
*[i] ibidem.*
*[k] vt declarat. D. Thom. 1. p. q 88. art. 1.*

15 Verùm, inter cognitionem Dei & Angeli, animæque noſtræ, plurimùm intereſt Deus enim ſua ſimpliciſſima eſſentia, citra aliam qualitatem vllam, vel accidens, & ſine vllo diſcurſu, ſe, cunctâque alia ſimul in-

telligit: Angelus verò & anima noſtra nihil cognoſcũt per ſuas ipſorum eſſentias, ſed per qualitates ſibi inhærentes. Omnis ſiquidem tam angeli, quàm animæ noſtræ intelligentia, notitia & cognitio, eſt quædam qualitas & accidens reale diſtinctum ab eis eorúmque potentijs, inhærens illis [a] Inter angelum autem & animam noſtram, id intereſt, quòd hæc intelligit componendo & diuidendo ea quæ actu ſimplici apprehendit, & ratiocinando, ſeu aliud ex alio eliciendo. Angelus verò, ſine vllo diſcurſu ſimul ac rei eſſentiam cognoſcit, quæcunque illam conſequuntur apprehendit.

16 Decet autem nos quàm maximas Deo gratias agere, quòd nedum nobis dederit eſſe vt alijs creaturis ſuis inanimis, & exſenſis, ac viuere, vt plantis, ſentire denique vt brutis. Verum etiam, ſapere & intelligere, vt angelis: effecerítque nos imagines ſui ipſius. iuxta illud. [b] *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Quæ imago Dei, nõ cõſiſtit in corporali figura, neque in eſſe vel ſentire: ſed in eſſe intellectuali, quo cæteris animantibus præſtat, [c] in ſapere denique & intelligere, ac aptitudine cognoſcendi & amandi eum: [d] quod quidem beneficium, nullis alijs creaturis indulſit, præterquã angelis: qui eo præſtantiorẽ eius imaginẽ quã homo gerunt, quo magis intellectualem naturã habent. Vnde neque homo quo ad alias partes, quã quo ad mẽtem, prædictam Dei imaginẽ gerit, aut ſolum eius veſtigiũ, ſicut & aliæ creaturæ. [e] Nec obſtat Conſtitutio Imperatoris Cõſtantini, [f] quatenus ſancit faciem hominis non eſſe aliqua nota pœnæ, vel ſtigmate maculandam, quòd ad imaginem pulchritudinis cœleſtis ſit formata: non enim (vt nonnulli exiſtimant) ſignificat, imaginem Dei, quæ eſt in homine, eſſe ſecundũ faciẽ corporalem: ſed ſolùm inſinuat, corpus hominis, erecta facie longè aptius eſſe contẽplando cœlo, & ſignificandæ imagini Dei, eius in mẽte recõditę, quã cęterorũ animantiũ: ob ídque maius veſtigiũ relucere in eius corpore (potiſſimùm facie) quã in alijs, [g] ac proinde nõ eſſe maculandã.

17 Hæc porrò Dei imago, non ſecus eſt in muliere, quã viro: [h] Nã vterque animã rationalẽ & intellectualem naturã habet. Nec obſtat illud. [i] *Vir eſt imago Dei mulier verò imago* (alias gloria) *viri.* Nec illud Aug. [k] *Mulier*

[a] *Quæ colliguntur ex S. Thom. vbi ſup. art. 2. & 4. & de anima, art. 16.*

[b] *Geneſ. 1.*

[c] *ſecundum D. Auguſt. lib. 83. quæſt. q. 51.*

[d] *vt inquit S. Thom. 1. par. q. 93. art. 2. & 4.*

[e] *vt declarat idẽ S. Tho. vbi ſup.*

[f] *l. Si quis in metallum C. de pœ.*

[g] *vt ait Aug. in d. lib. 83. qu. 51. q. & declarat S. Tho. in d. q. 93 art. 6. ad 3.*

[h] *vt poſt & ante alios concludit S. Thom. vbi ſup. art. 4.*

[i] *1. Cor. 11.*

[k] *lib. quæſt. veteris teſt. q. 45. relatum in c. Hæc imago 33. q. 5.*

*ad imaginem Dei non eſt facta.* Non, inquam, hæc obſtant, quoniam non agunt de primaria Dei imagine: quæ cõſiſtit in eſſentia hominis, ſed de alia ſecũdaria, quæ conſiſtit in productione, & proceſſione. Nam quo ad hãc, vir dicitur ſimilis Deo: quòd ſicut ille à nullo alio eſt, ita vir ex nullo alio homine proceſſit: Mulier autem, proceſſit à Deo aſſumente illam ex viro. [a]

[a] *vt ſentit S.Th. vbi ſup.*

18 Anima verò noſtra, non ſolùm eſt imago Dei ſecundum ſuam naturam intellectualem: ſed etiam ſecundum ſuas potentias & actus, quia non ſolùm quatenus eſt apta cognoſcere & amare Deum, illi ſimilis eſt: verumetiam, quatenus habet vim memorandi, intelligendi & volendi. Primò quidem, quia ſicut Deus ille ſummus rerum omnium opifex, habens in ſe ſimpliciſſimã ſubſtantiam, poteſt meminiſſe, intelligere ac velle, ſine vlla corporea qualitate, ita & anima noſtra habens corporis expertem ſubſtantiam, poteſt meminiſſe, intelligere ac velle, ſine aliqua corporea qualitate, licèt non ſine incorporea, vti Deus. Secundò, quòd ſicut in illa ſumma, beata, vna, diuina & indiuidua eſſentia, ſunt tres perſonæ, pater, filius & ſpiritus ſanctus, ita quoque in anima noſtra vna & indiuidua, ſunt tres potentiæ, memoria, intellectus & voluntas. Tertiò, quòd ſicut in illa ſumma & indiuidua ſubſtantia, eſt pater, qui cognoſcendo ſe, generat notitiam & imaginem ſui, quæ eſt verbum, & filius eius, ipſi conſubſtantialis, ac rurſus pater ac notitia illa, & verbum ſupremum, quod eſt filius, amando ſeſe, producunt ſummum illum mutuum amorem, ſui conſubſtantialem, qui eſt ſpiritus ſanctus: ita in eſſentia animæ noſtræ, ipſa ſeſe intelligendo per ſuum intellectum, generat notitiam ſui, quæ eſt eius imago: & per illam notitiam, quæ eius eſt imago, atque voluntatem, generat ſui amorem. Quartò, quòd ſicut filius genitus à patre, non eſt pater, neque ſpiritus ſanctus: nec ſpiritus ſanctus productus à patre, & filio, eſt pater aut filius, aut vterque: ita neque imago illa, quæ eſt filia quædam animæ, eſt ipſa anima, ſiue intellectus, nec amor ſui productus ab ea, & à notitia ſui, qui eſt quidam filius eius, eſt ipſa, nec intellectus, nec voluntas. Eſt tamen immenſa differentia, quãdo quidem, notitia illa, imago & verbum à patre produ-

ctum, eſt ſubſtãtia, & conſubſtantialis eius imago coæterna: amor itẽ ille ſummus, à patre & filio productus, eſt ſubſtantia, & conſubſtantialis coæterna vtrique. At verbum, imago & notitia noſtræ animæ, intelligendo ſe genitam, eſt accidens, & accidentaria forma: ſimiliter & amor à notitia & voluntate productus, eſt accidens, non ſubſtantia, & recentior ea. [a]

19 Cæterùm, non crebra modò, ſed iugi meditatione recolendum, quod ſentiunt Beati Auguſt. [b] & Bernardus. [c] Optimam nempe viam perueniendi in Dei cognitionem, eſſe per cognitionem exteriorem vagam, introire in cognitionem noſtræ animæ ſtabilẽ, pérque eam ſedulò ruminatam aſcendere ad cognitionem diuinæ maieſtatis. Quibus amplius addo, omnium excellentiſſimam viam perueniendi ad qualem qualem illius ſummi, ſummæ Trinitatis myſterij, & perſonarum diuinarum emanationis cognitionem, eſſe, conſiderationem eorum quæ proximè ſuperiùs dicta ſunt, per quam ſtolida illa & vecors imaginatio eorum, qui generationem filij Dei, & proceſſionem ſpiritus ſancti, imaginantur veluti corporalem, exploditur & profligatur. Qua quidem in re, pleroſque grauiter labi, non obſcurè ſcimus, & in ijs, quendam gente Iudæum, profeſſione verò & inani nomine duntaxat Chriſtianũ, qui abhinc triginta, plùs minùs annis, plurimùm in alma vrbe Roma valuit, maximíſque largitionibus & aſtutijs officio ſanctæ Inquiſitionis in Luſitaniæ regna introducendo, fruſtra obſtitit. Is enim omnes leges & ſectas expertus, ad ſpurciſſimam Mahometis ſectam tandem deſciuit: eam quæ Iudæorum eſt, peroſus, quòd diceret, nullum Iudæum, qui ſibi vir bonus videretur, vnquam inueniſſe: Chriſtianam verò (quam aſſerebat ſibi omni alia ex parte placere) reſpuens, quòd firmiter doceret & crederet, Deum habere filium: quod ei incredibile videbatur: quale profectò, imò incredibilium incredibiliſſimum videri debet, ſtolidè, nefandè ac hæreticè imaginanti (vt imaginabatur) generationem filij Dei, eſſe corporalem: Credibile verò, imò & infinita Dei omnipotentia digniſſimum, contemplanti, generationẽ illam eſſe ter ſpiritualiſſimam: vt ſancta mater Catholica Eccl. Rom. ſanctè contẽplatur.

[a] iuxta omnes in 1. lib. ſent. diſt. 2 et S. Thom. 1. p. q. 93. art. 7. & eund. 2 lib. ſent. diſt. 3. q. 4. art. 1. & q. 5.

[b] in c. 31. ſoliloquiorum.

[c] in c. 1. Meditationum.

# De ſumma beatitudine, & ſumma miſeria.

## PRAELVDIVM IIII.

Summæ.

1 *Beatitudinis & miſeriæ æternæ notio, magnum ad pœnitentiam calcar.*

2 *Finis quid, & quotuplex. & nu. 3.*

2 *Finis multiplex, verus, falſus, cuius & quo, cum eorum definitione. & n. 3.*

4 *Finis vltimus, & beatitudo idem.*

5 *Beatitudo eſſentialis, eſt actus intellectus* S. *Thomæ, voluntatis, Scoto.*

6 *Beatitudo quid ſit, & quotuplex. & n. 7.*

6 *Velle ſolemus, nō modò res bonas, ſed & malas, apparēter bonas.*

7 *Deus eſt quicquid in eo eſt.*

8 *Beatitudo eſt actus, & non habitus, neque potentia.*

9 *Beatitudo ſine cognitione & amore* Dei *eſſe non poteſt, & n. 10.*

9 *Beatitudo in cognitione artium, aut ſubſtantiarum ſeparatarum, vel angelorum, non conſiſtit.*

10 *Beatitudo vera duplex, perfecta, & imperfecta, & quid illæ. & n. 14.*

11 *Beatos non videre* Dei *eſſentiam, aſſerere, hæreticum.*

11 *Beatitudinem perfectam non facit cognitio* Dei *confuſa, neque demonſtrata, neque fidei, ſed intuitiua.*

11 *Beatum perfectè quem in hac vita eſſe poſſe, & ab exercitio virtutum abſolutum, aſſerere, hæreticum.*

12 *Beatitudo perfecta omnem miſeriam excludit.*

12 *Fidei ex parte intellectus cognitio, eſt imperfecta.*

12 *Fidei cognitio, accēdit eā habentē ad vidēdū &c. & quare.*

13 *Paulum & Moyſen non fecit beatos viſio* Dei *tranſitoria.*

14 *Dei viſio intuitiua, inſeparabilis à gaudio, & delectatione.*

15 *Beatitudo creaturæ obiectiua increata, ſed formalis, creata.*

16 *Beatitudinem perfectam viribus naturalibus quæri, aſſerere, hæreticum.*

16 *Viatores qua beatitudine in ſcripturis beati dicantur.*

16 *Beatitudo vita æterna quo ſenſu dicatur, & vt Boetij definitio beatitudinis, intelligenda.*

17 *Beatitudinis Dei, angelorum & hominum differentia.*
18 *Beatitudo humana duplex, perfecta & imperfecta.*
18 *Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat.*
18 *Vita contemplatiua hac ratione ſuperat actiuam.*
19 *Beatitudo perfecta, ſatiat animum cunctis cupitis, quæ ſunt hæc.*
19 *Beati non omnes erunt pares gloria, ſicut non omnes pares merito.*
20 *Miſeria quid, & quotuplex, & eius partium definitio. n. 21.*
22 *Miſeriam inferni eſſe interminabilem, eſt de fide.*
23 *Miſeriæ ſummæ quatuor gradus.*
24 *Pœna ſummè miſerorum ſupremi gradus, ſeptuplex.*
24 *Beatitudo ſummè perfecta, vt omnem excludit miſeriam, ita ſummè perfecta miſeria, omnem conſolationem reſpuit.*
24 *Quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito.*
24 *Ignis inferni. licèt ſit plurimus, eſt tamen obſcuriſſimus.*
24 *Damnati Deum putant iniuſtum.*
25 Beatitudo *ſumma, & miſeria ei contraria, ſunt explicitè credenda. n. 26.*

1 Cùm vix quicquam omniũ, nos magis ad pœnitentiam ſtimulare poſsit, quàm ſummarum beatitudinis & miſeriæ crebra meditatio: non alienum hoc loci fuerit, nonnulla de ijs perſtringere: præſertim, quùm Ethnicus ille Satyrographus Perſius, eum carpat, qui finem vltimum, in quem creatus eſt, ceu ſcopum ad quem actiones ſuas referat, non ſibi proponit, dum quærit. [a]

*Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?*
*An paſſim ſequeris coruos, teſtâq lutóq.*
*Securus quo pes ferat, atque ex tempore viuis?*

Cuius quidem finis ac ſcopi definitio & inueſtigatio, quàm plurimorum Philoſophorũ ingenia nequicquam exercuit: non enim plenè ſatisfecit illa operoſa ea de re Ariſtot. inueſtigatio, [b] & longè minùs, verboſa illa oratoris præcipui indagatio. [c]

2 Nos verò alibi [d] pridem ex mente eiuſdẽ Ariſtot. [e] S. Thom. & aliorum, [f] definiuimus finem eſſe bonum verum vel apparens, quod propter ſe appetitum facit, vt aliud propter ipſum appetatur.

3. Vbi [g] diuiſimus finem, in vltimum & medium. Vltimus, eſt, qui propter ſeipſum ſolum amatur, éſtque

[a] *Satyra* 3.
[b] *lib.* 1. & 10. *Ethic.*
[c] *in* 5. *lib. de finib. bonor. & mal.*
[d] *in commẽt. de fini. hum. actuũ ſuper c. cum miniſter.* 23. *q.* 5.
[e] 2. *phyſ. c.* 3.
[f] *in* 2. *lib. ſent. diſt.* 38.
[g] 114.

rurſus bipertitus. Alter, verè vltimus, & omnium creatorum ſcopus, qui propter ſe tantùm, non propter aliud, eſt amabilis, qualis eſt ſolus Deus [a] qui eſt extremum omnium bonorum, quò ſunt omnia ſtudia officia, conſilia vitæ referenda: ad quod omnes curæ, cogitationes, & omnes denique rationes honoris, laudis & dignitatis dirigendæ ſunt Alter, falſus, quem vecordes homines impudentiſſimè, tacitè vel expreſſè ſibi fingunt, & adorant, iuxta illud Apoſtoli. [b] *Quorum Deus venter eſt.* Qualis erat voluptas Epicuro. Finis medius, eſt qui propter ſe, & propter aliud amatur eſtque etiam duplex, vnus, verè medius, qui ſcilicet verè eſt propter ſe, ac propter aliud, amabilis, cuiuſcemodi ſunt virtutes & honeſta omnia. [c] Alter, falſe medius, qui nimirum, non poteſt eſſe amabilis propter ſe, quod genus eſt pecunia: vel non eſt amabilis propter aliud, vt Deus.

Diuiſimus etiam [d] finē in finē cuius, & finē quo (licèt hæ voces parum probæ ſint, Ciceronianíſque non probarentur.) Finis cuius, eſt id in quo eſt ratio boni. Finis autem quo, adeptio, poſſeſſio & vſus eius. [e] Itaque, finis & ſcopus cuius totius humanæ vitæ, eſt ipſe Deus Opt. Max. in quo eſt ſumma & infinita ratio boni. Finis verò quo, eius adeptio & poſſeſſio.

4 Alius proinde eſt finis vltimus noſter cuius, alius finis vltimus noſter quo. Et quia vltimus finis noſter cuius, obiectúmque beatitudinis noſtræ, ſiue beatitudo obiectiua, idem ſunt: & finis vltimus noſter quo, adeptióque finis cuius, ſiue beatitudo eſſentialis noſtra, etiam idem ſunt, ſupereſt, aliud eſſe beatitudinem noſtram eſſentialem, aliud, eiuſdem obiectum, ſecundum omnes Catholicos, [f] præſertim S. Thomā, [g] qui definit beatitudinem eſſentialem eſſe rem creatam & factam: obiectum autem eius, Deum ipſum increatum, rerumque omnium Creatorem.

5 Aliorum porrò opinionibus prætermiſſis, S. Thomas cum ſuis aſſeclis, & Scotus cum ſuis, diuerſimodè definiūt beatitudinem, ſiue finem vltimum verum quo noſtrum. Sanctus enim Thomas, cenſet eum eſſentialiter eſſe actum intellectus ſpeculatiui: Scotus autem, voluntatis. Vterque námque ait, eam eſſe actum poten-

[a] *vt probat. S. Thom. 1. 2. q. 1 art. 2. & q. 27 art. 1.*

[b] *ad Philipp. 3*

[c] *ſecundum Ambroſ. lib. 1. offic.*

[d] *ibid. n. 6.*

[e] *vt declarat S. Thom. 1. 2. qu. 1 art. 8. & q. 2. art. 7.*

[f] *In locis prædictis.*

[g] *in d. 1. 2. q. 3 art. 1.*

tiarum maximè intellectiuarum : & quidem S. Thom. eam cenſet eſſe intellectum : Scotus autem, voluntatem.

6 Nos verò, in definienda beatitudine, ſequemur opinionem S. Thomæ, quæ receptior & vero propior eſt. Illa autem generaliter ſumpta, videtur ſignificare, omnem rei optatæ poſſeſſionem, iuxta illud vulgò iactatum. *Beatus qui poſsidet.* Et quia non modò res verè bonas, ſed etiam malas, quæ ratione aliqua videntur bonę, velle ſolemus: Beatitudo diuidi poteſt in veram, quæ eſt poſſeſſio veri boni : & falſam, quæ eſt poſſeſſio boni duntaxat apparentis, iuxta illud Regij Prophetæ. [a] *Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt : Beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Quorum quidem prius, ad falſam, poſterius verò, ad veram pertinere ait S. Antoninus.[b]

[a] *Pſal. 143.*

[b] *in 4. part. tit. 7. c. 4 §. 1.*

7 Atqui Beatitudo vera ſcindi poteſt in ſummam, quæ eſt ſummum bonum, ſiue vltimus finis verus, vel poſſeſſio eius : & non ſummam, quæ eſt poſſeſſio boni non ſummi. Beatitudo rurſum ſumma, in increatam, & creatam. Beatitudo increata, eſt ipſemet Deus Optim. Maxim. qua ratione, eſt infinita ſui ipſius cognitio, & fruitio. Cùm omnis operatio Dei, & quicquid eſt in eo, ſit ipſemet Deus, qui ſeipſo ſolo ſimpliciſſimo, ſe aliaque omnia cognoſcit & amat. [c] Beatitudo verò ſumma creata genericè ſumpta, definiri poteſt, [d] eſſe cognitio intellectiua Dei, cum fruitione eiuſdem.

[c] *vt probat S. Tho. communiter receptus 1. part. q. 3. per totam & de ſimplicitate Dei art. 5. & 6. & q. 14. de ſcientia Dei art. 4. & q. 20. de amore Dei art. 1.*

8 Dixi (*Cognitio*) pro genere, ad inſinuandum, quòd beatitudo eſſentialis creata eſt operatio, ſiue actio, vel actus, non potentia, non habitus, neque vlla virtus animæ partis intellectiuæ, vel ſenſitiuæ [c] aſſerente Philoſopho, felicitatem, ſiue beatitudinem, eſſe operationem ſecundum virtutem perfectam.

[d] *iuxta mentem d. S. Tho.*

[e] *vt probat S. Tho. 1. 2. q. 3. art. 2.*

[f] *1. & 7. Ethic.*

9 Dixi (*Intellectiua*) ad inſinuandum, beatitudinem eſſe operationem præſtantiſſimæ potentiarum animæ, ſecundum S. Thomam, quem ſequimur, & beatitudinem non poſſe eſſe in parte ſenſitiua. [g] Cuius contrarium, eſt hæreſis, de qua Alfonſ. Caſtr. [h].

[g] *Vt luculenter demõſtrat Tho. lib. 3. contra gent. c. 33.*

[h] *lib. 3 aduerſus omnes hæreſ. verb. Beatitud.*

Dixi (*Dei*) ad excludendas omnes cognitiones aliarum rerum, etiam, quibus dirigũtur actus omnium

virtutum moralium. Actus inſuper, & cognitiones ad prudentiam & cognitionem omnium artium, ſpectantes: in quibus non conſiſtere beatitudinem, demõſtrat Angelicus Doctor. [a] Imò neque in vlla cognitione, quamlibet excelſa, omnium ſubſtãtiarum ſeparatarum, ſeu angelorum. Siue quia illa obtineri nequit ſine Dei cognitione: [b] ſiue quia etiamſi citra illam haberi poſſet, ſine illa tamen ad beatitudinem non ſufficeret. [c]

10 Dixi (*cum fruitione eiuſdem*) quia cognitio Dei fruitione carens, non poteſt eſſe beatitudo, quæ vtramque comprehendit, vt infra patebit. Quocirca, cognitiones illæ, quas plerique theoricè, nullo amoris affectu ducti, diſſerentes, de Deo cõcipiunt, non ſunt beatitudo: quum ijs non inſit fruitio, quæ eſt inhæſio rei per amorem propter ipſam duntaxat conceptum. [d]

*[a] Vbi ſup. c. 33. 35. & 36.*

*[b] vt idem Angelicus doctor vbi ſup. & mirabiliter in lib. 4. cap. 4. 42. & 43. demonſtrat.*

*[c] Per ea quæ idẽ Auctor ibid. ca. 44. adducit.*

*[d] vt tradit S. Tho. 1. 2. q 11. art. 1. & 3. & q. 11. art. 2.*

Beatitudo verò ſumma creata, eſt bipertita, Altera, perfecta, imperfecta altera. Perfecta, eſt cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua, cum fruitione eiuſdẽ, producente ſummum gaudium ac delectationem, ſatietatémque cunctorum deſiderabilium.

Dixi (*cognitio Dei intellectiua*) eadem ratione, qua in definitione beatitudinis in genere.

11 Dixi (*intuitiua ſiue viſiua*) cùm ad coarguendum & conuellendum errorem Armeniorum, aſſerentium beatos non intueri Dei eſſentiam, quod hæreticum eſt: [e] tum, ad profligandum amentem illum errorem Beguinorum, dicentium, poſſe quem in hac vita eſſe perfectè beatum, & ab exercitio virtutum abſolutum, quod alibi [f] damnatur: tum quia, nulla cognitio citerior illa, poteſt dici beatitudo perfecta eſſentialis. Non quidem illa confuſa & communis, quæ promiſcuè omnibus penè hominibus ineſt: ſiue, quia Deum eſſe, ſit per ſe notum, ſicut alia Demonſtrationis principia: ſiue, quod verius exiſtimat S. Thom. [g] quia euidenti ratione demonſtratur: præſertim ea, qua homo videns res naturales certo ordine duci (cùm ordo abſque ordinatore non conſiſtat) comprehendit eſſe aliquem ordinatorem earum. [h]

*[e] Alfonſ. Caſtren. lib. 3. aduerſus omnes hæreſ. verb. Beatitudo in princ.*

*[f] in Clement. Ad noſtrum, de hæret.*

*[g] 1. part. qu. 2. art. 1. & 2. & 1. lib. Sent. diſt. 3. q. 1. art. 2.*

*[h] Tho. vbi ſup. & lib. 1. contra gent. ca. 12. 13. & 14.*

12 Non etiam illa, quæ per Demonſtrationem ha-

betur, licèt excelſior ſit prędicta communi. Tum quia etſi per eam conuincatur Deus eſſe immortalis, æternus, incorporeus, omnino ſimplex, vnicus, aliáque id genus: [a] per eam tamen, non cognoſcitur Deus eſſe commune bonum, communicabile omnibus hominibus, quibus inſitum eſt beatitudinis deſiderium: Tum quia, perfecta beatitudo omnem miſeriam excludit: cognitioni autem prædictæ varia & multiplex miſeria & error admiſceri poteſt, vt palam eſt: tum, per alia, quæ argutè tradit S. Thom. [b] Non denique ſufficit cognitio, quæ per fidem habetur, quàmuis ſit longè certior, purior & amplior ea, quæ per Demonſtrationem contigit. Tum quia, beatitudo eſt perfecta humani intellectus cognitio, fidei autem cognitio, ex parte intellectus, eſt imperfecta quum per eam non capiat perfectè id, cui credendo aſſentitur. Tum quia, beatitudo (cùm ſit vltimus finis) tranquillat naturale deſiderium, quod non præſtat cognitio fidei: imò, accendit & inflammat ſuum poſſeſſorem, ad viſionem eius quod credit, & amat: cùm quiſque quod credit & optat, deſideret videre: tum, per alia quibus idem Thom. id concludit. [c]

13 Dixi (*perpetua*) quia fluxa, quam qui habet, non eſt certus perpetuo eſſe duraturam, non ſufficit: cuiuſcemodi fuit illa Pauli, qua in raptu, vidit Deum, [d] & qua etiam Moyſes vidit eum: [e] quæ non fecerunt eos beatos, quum remanſerint viatores: [f] nam de neceſſitate beatitudinis, eſt certitudo perpetuitatis eius. [g]

14 Dixi (*producente ſummum gaudium & delectationem*) ad ſignificandum, id eſſe inſeparabile ab illa cognitione, ſiue intuitione Dei beatifica: Nemo enim poteſt frui ſummo bono, quod eſt intuitio Dei, abſque ſumma delectatione. [h] Siquidem ex viſione Dei, manat tanta delectatio, vt qui Deum videt, nullius delectationis indigus eſſe poſſit. [i]

Dixi (*ſatietatem omnium deſiderabilium*) ad maiorem declarationem præfati gaudij, & delectationis: & ad innuendum, nulli beatorum deeſſe vllum bonum deſiderandum, cùm fruatur ipſo bono infinito, quod eſt bonum omnis boni. [k]

*[a] vt Thom. in d. libr. contra gent. multis ca. dilucidè oſtendit.*
*[b] Vbi ſup. c. 17.*
*[c] vbi ſup. c. 44*
*[d] Corint. c. 12 vbi hoc lect. 2. declarat S. Tho.*
*[e] ſecũdum Auguſt. c. 12. ſuper Geneſ. ad literã.*
*[f] vt Ioan. Mai. poſt alios dixit in proœm. 1. lib. ſent. q. 1.*
*[g] S. Thom. 1. 2. q. 5. ar. 4. & lib. 3. contra gent. c. 61. & 62. & 4 cõtra gent. c. 92.*
*[h] Tradit idẽ S. Thom. 1. 2. q. 4. art. 1. & 2.*
*[i] vt idem Tho. ait vbi ſu. art. 1.*
*[k] ſecũdum Auguſt. epiſt. 56. & 13. de trinit. ca. 7. relatum vbi ſupra à S. Tho. q. 5. art. 2.*

Beatitudo verò imperfecta, eſt cognitio Dei intellectiua, non intuitiua, perpetua, cum fruitione eiuſdem.

Dixi (*non intuitiua, perpetua*) ad differentiam perfectæ beatitudinis, quæ, vt proximè dictum fuit, illud vtrumque requirit: & quia tantiſper dum ad illam perueniat, ſemper creſcere poteſt, contra alium errorem, alibi [a] damnatum.

[a] *in Clement. Ad noſtrum, de hæret.*

15 Licèt autem obiectum beatitudinis, ſiue, beatitudo obiectiua, & vltimus finis cuius beatitudinis, qui eſt ipſemet Deus, ſit res increata, iuxta illud ſymboli Athanaſij. *Increatus pater, increatus filius, increat⁹ ſpiritus ſanctus,* beatitudo tamen ipſa, qua quis formaliter eſt beatus, res creata eſt, vt poſt & ante alios, concludit S. Thomas: [b] eſt enim qualitas quædam creata in potentia intellectiua, qua Deus ipſe, & æternæ illius veritatis imago clariſſimè relucens, facie ad faciem cognoſcitur, ſi eſt perfecta: per ſpeculum verò ac inuolucra & in ænigmate, ſi imperfecta, vt ait Paulus. [c]

[b] *1.2.q.3.art.1 & q.26.art.3*

[c] *1. ad Cor.13.*

Neque verò beatitudo formalis perfecta, neque imperfecta eſt ipſa anima, neque vlla eius potentia: neque vllus habitus, vel virtus eius, etiam charitas, licèt conſummata in patria: ſed neque gratia ipſa gratum faciens, ſiue teneamus cum S. Thoma, eſſe aliam à charitate, quod ſignificatur alibi, [d] ſiue cum Scoto, eſſe eandem. Non etiam eſt aliud bonum, vel opus operatum manens extra operantem, ſed operatio, non quidem tranſiens in exteriorem materiam, qualis eſt ſectio & vſtio, quæ non perficit agentem, vt ait Philoſophus, [e] ſed manens intra ipſum, qualis eſt (vt ita dicam) intellectio, & volitio, ſeu voluntas, quæ perficit agentem, ſecundum eundem.

[d] *Clem. 1. § fide ſum. trinit. & fid. Cat.*

[e] *9. Metaphyſ.*

16 Atqui inter productionem beatitudinis perfectæ, & imperfectæ, plurimùm intereſt. Perfecta enim, nullatenus poteſt produci ab intellectu creato, viribus eius naturalibus, aut gratuitis, quàmlibet magnis, ſine illo admirabili lumine gloriæ, iuxta illud. [f] *In lumine tuo, videbimus lumen,* quod Deus ipſe, ſua infinita bonitate, indit intellectui beati, quo eleuatur, & augetur

[f] *Pſal. 35.*

virtute ad ſtupendam illam operationem clarè videndi Deum immenſo lumine coruſcantem; vt probat S. Thom. [a] cum magiſtro & omnibus alijs. [b] Quin & iure declaratum eſt [c] hæreticum eſſe, dicere contrarium, vbi gloſſ. [d] rationem ad litteram ex S. Thoma. [e] deſumptam aſſignat. Imperfecta verò, abſque illo gloriæ lumine produci poteſt. In gradu quidem infimo, viribus naturalibus animæ, quibus peruenit ad cognitionem & fruitionem Dei confuſam, vel claram, per demonſtrationem exiſtentiæ & bonitatis eius. In altiore verò gradu, addito dono fidei, & ſpei informis. In maximo autem, addito dono mirabili charitatis & gratiæ ſuperna bonitate infuſæ, qua anima fit Deo grata, ad perfectam beatitudinem accepta. Et quidem, de hac imperfecta beatitudine, quæ eſt principium, via vel participatio quædam beatitudinis perfectæ, omnes vtriuſque teſtamenti ſcripturæ, appellantes viatores aliquos beatos, intelligendæ ſunt, ſecundum mentem omnium Catholicorum, [f] cuiuſmodi ſunt Pſalm. 1. ***Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum.*** *21. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* 40. *Beatus, qui intelligit ſuper egenum & pauperem.* 118. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. &* 127. *Beati omnes, qui timent* Dominum, *qui ambulant in vijs eius.* Et octo beatitudines euangelicæ, [g] aliæque innumeræ ſcripturæ.

Cùm verò Euangelia, Epiſtolæ Catholicæ ac ſymbola, beatitudinem vitam æternam appellant, illam eſſe ſubſtantiam, & eſſe viuentis non ſignificant, ſed prædictam illius beatificam, & æternam operationem: ſola enim Dei beatitudo, eſt ipſius eſſe. Inſuper Boëtius aſſerens [h] beatitudinem eſſe ſtatum omnium bonorum aggregatione perfectum, eam non per genus, ſed per effectum definit, quòd nimirum beatitudo perfecta, ſtatum nullius boni egentem producit, vt ſentit S. Thomas. [i]

Et licèt beatitudo Dei, ſit ipſemet Deus, quum, vt prædictũ eſt, eius eſſe, ſua ſit operatio: beatitudo tamen perfecta, creata, ſiue angelorum, ſiue hominũ, eſt operatio ab eorum ſubſtantijs & eſſe diſtincta, contra hæreſim cuius meminit Caſtr. [k] non tamen eſt interrupta,

[a] *Vbi ſup. cap. 55.*
[b] *in 4. lib. ſent. diſt. 49.*
[c] *in d. Clement. Ad noſtrum, de hæret.*
[d] *d. Clement. verb. non indiget*
[e] *vbi ſup.*
[f] *in locis præcitatis.*
[g] *Math. 5. Luc. 6.*
[h] *lib. 3. de conſol. philoſ. proſa 2. in princ.*
[i] *1. part. q. 26. art. 1. & 1. 2. q. 3. art. 2. & 3. in 17 d. diſt. 49. q. 2.*
[k] *vbi ſup. verb. beatitudo in princ.*

ſed ſempiterna, qua ſemper, & æternùm vnientur ei, [a] quo confutatur hæreſis Origeniana, cuius meminit Alfonſ. [b] poſt Auguſtin. [c]

18 Humana autem beatitudo, bipertita eſt, perfecta, & imperfecta: perfecta eſt, quæ ſupra definitur, [d] quæque nulli poteſt contingere in hac vita, vti declarauit Concilium Viennenſe, [e] nam, vt ait Ariſt. [f] perpetua, & ſine interruptione cùm eſus & potus, tum ſomni, aliarumque neceſſariarũ eiuſmodi actionum, eſſe nequit. Imperfecta verò eſt, qua homo in hac vita, per cognitionem & contemplationem Dei, adiuncto amore, coniungitur eidem: Quę tantò magis ad perfectam accedit, quantò minùs interrumpitur. Quo quidem nomine, vita contemplatiua longè ſuperat actiuam, quæ multò magis interrumpitur, iuxta illud Chriſti teſtimoniũ, [g] *Mariam optimam partem elegit*. Nulla nihilominus cognitio Dei, quantúmlibet intenſa, & quantalibet fide, ſpe, & charitate comitata, ac continuata, perfecta in hac vita dici poteſt, vt prædictum eſt. Cui conſonat illud Parthenices Marianæ.

*Felices, quicumque iſtis à Syrtibus, altam*
*Viſuri pacem ſunt in loca tuta recepti,*
*Nam neque mens vllam ſecus eſt habitura quietem,*
*Neglectos ſenſura dies nec dulcia ſecla.*

Et illud Iobi [h] *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis.* Nemo tamen poteſt ſimul eſſe miſer & beatus, vt ſupra proditum eſt.

19 Hæc porrò beatitudo ſumma & perfecta, quæ eſt intuitio & viſio Dei, implet cumulatiſſimè, etiam ante extremum iudicium [i] omne deſiderium cuiuſlibet generis omnium bonorum, homini à natura inſitum, iuxta illud. [k] *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* & illud. [l] *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Quęcũque enim homo naturaliter deſiderat, reducuntur ad ſcientiã, vitę rectitudinem, honorum ſublimitatem, famæ celebritatem, aut ſui conſeruationẽ, quæ quidem omnia affluentiſſimè confert ea quam credimus & ſperamus viſio beatifica. Siquidẽ, vt acutè deducit ſanctiſſimus, qui ea nunc fruitur, Aquinas, [m] confert primò, omnium generum, ſpecierum, virtutum, & totius ordinis vniuerſi, atque adeo, omnium quæ ſunt in rerum natura ſcien-

[a] *vt ſup. n. 11. declaratum eſt.*
[b] *vbi ſup.*
[c] *in lib. de hæreſ. ad Quoduult deum c. 42 & 43. & 52. de ciuit. Dei c. 20*
[d] *eod. n. 10.*
[e] *Clem. Ad noſtrũ verſ. Quarto, de hæret.*
[f] *10. moral. & vlt. metaphyſ.*
[g] *Luc. 10.*
[h] *cap. 13.*
[i] *vt definit Cõcil. Florent. ſub Eugenio 4. de quo per Alfonſ. vbi ſup.*
[k] *Pſal. 102.*
[l] *Pſal. 16.*
[m] *in d. lib. 3. cõtra gẽtes, c. 63.*

tiam. Secundò, vt in omnibus & per omnia voluntas ſit recta, ac pars hominis inferior parti ſuperiori ſubiiciatur, omniáque ratio gubernet, ac dominetur. Tertiò, honoris ſublimitatem, quatenus, beatus Deo ſæculorum ſummo Regi vnitus, ipſe quoque meritò Rex dicitur, iuxta illud. [a] *Regnabunt cum Chriſto.* Quartò, nominis & famæ celebritatem, non ſolum apud homines, quorum opinio falli poteſt, ſed etiam apud ipſummet Deum, Angelos & ſanctos eius, adeo vt in ſacra ſcriptura non abs re dicatur gloria, iuxta illud [b] *Gratiam & gloriam dabit dominus.* Quintò, diuitias, iuxta illud. [c] *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Sextò, ſummam voluptatem, iuxta illud. [d] *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Septimò, ſui conſeruationem iuxta illud. [e] *Non eſurient, neque ſitient: & non percutiet eos æſtus, nec Sol.* & illud. [f] *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Quæ quidem omnia confirmantur, quòd, vt Iſaias [g] & Paulus [h] inquiunt. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Quod fuſiùs explicans B. Auguſtin. [i] relatus à ſancto Antonino [k] ita ſcribit. *Quanta illa felicitas vbi nullum erit malū, nullum latebit bonum? vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus* & paulo pòſt. *Quid eſt enim aliud quod per prophetam dixit? Ego ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi plebs: niſi ego ero vnde ſatientur, ego ero, quæcunque ab omnibus honeſte deſiderantur, & vita & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona?* Et paulò inferiùs in fine. *Ibi vacabimus & videbimus: videbimus, & amabimus: amabimus & laudabimus.* iuxta illud. [l] (addit B. Antoninus) *Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Et quanquam non omnes erunt pares gloria, ſicut nec pares fuerunt merito: alius enim alio velut è ſpeculo terſiore, clariùs Deum videbit, ipſóque vberiùs fruetur, iuxta illud [m] *In domo patris mei, manſiones multæ ſunt.* & illud Pauli. [n] *Sicut ſtella à ſtella in claritate differt, &c.* Quo confutatur error Iouiniani contrarius, [o] nihilominus tamen omnes planè omnibus concupitis replebuntur, ſatiabuntur & tranquillabuntur.

20 Sicut autem malum duplex eſt, verum & apparens,

[a] *Apocalyp.* 20
[b] *Pſal.* 83.
[c] *Pſal.* 111.
[d] *Pſal.* 35.
[e] *Iſaiæ* 25.
[f] *Apocalyp.* 21.
[g] *c.* 64.
[h] 1. *Corinth.* 2.
[i] *in vlt. lib. de ciuit. Dei c. vlt. in princ.*
[k] 4. *part. ſummæ tit.* 7. *c.* 7. § 10.
[l] *Pſal.* 83.
[m] *Ioan.* 14.
[n] 1. *Corint.* 15.
[o] *vt tradit Alfonſ. Caſtr. lib.* 3. *aduerſus omnes hæreſ. verb. beatitudo. hæreſi.* 7. *poſt* Concil *Floren ſuprà citatum antequam clarius S. Th.* 1. 2. *q.* 5. *art.* 2.

rens,ita quoque miſeria duplex eſt. Vera vna, Apparés altera, Vera eſt paſſio veri mali. Apparens verò, paſſio mali apparentis tantùm, quod genus eſt, paſſio vinculorum phrenetico,& fames eſurienti otioſo, ipſum ad bonum opus incitans.*a*

21 Miſeria denique vera,diuiditur in ſummam & non ſummam. Summa, eſt paſſio carentiæ viſionis & fruitionis Dei, quæ ſcinditur in perfectè ſummam, & imperfectè ſummam: ſicut beatitudo ſumma, vt ſupra diximus. Miſeria perfectè ſumma, eſt miſeria carentiæ viſionis & fruitionis diuinæ, comitatu æterno ſenſus cruciatu, omníque malorum omnium genere.

Dixi (*miſeria*) pro genere, & (*carentiæ viſionis & fruitionis*) ad differentiam aliarum mille miſeriarum, quibus hac in miſeria duorum dierum vita, obnoxij ſumus.

Dixi (*cum cruciatu*) ad excludendam carentiam viſionis Dei, quam ſæpe patimur in hac vita, citra cruciatum, imò interdum cum voluptate, iuxta illud. *b Lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

22 Dixi (*æterno*) ad excludendam miſeriam exiſtentium in purgatorio, quorum cruciatus, eſt temporarius, *c* & ad profligandum errorem Origenianorum, aliorúmque aſſerentium, præfatam miſeriam, olim terminatum iri.*d*

Dixi (*ſenſus*) ad excludendam miſeriam decedentium cum ſolo peccato originali, qui pœna quidem afficiuntur damni, hoc eſt, carentiæ viſionis Dei, citra tamen vllum cruciatum.*e*

Dixi (*omni malorum omnium genere*) ad explicandum ter horrendam illam pœnam, quam patiuntur, decedentes in peccato mortali, qui perfectè ſummam miſeriam patiuntur: & ad conuellendam hæreſim, aſtruentem verum infernum eſſe nō in hac,ſed alia vita, cuius meminit Alfonſ. *f* nullum enim eiuſmodi in hac vita cruciatum eſſe, palam eſt. Miſeria imperfectè ſumma, eſt miſeria carentiæ viſionis & fruitionis Dei, ſine cruciatu, ſaltem ſenſus, cuiuſmodi eſt miſeria decedentium cum ſolo peccato originali, cuiuſmodi inſuper, exiſtentium in Purgatorio: imo *g* &

a *c. nō omnis 5. q 5.*

b *Prouerb. 2. relatum in cap. Quam ſit graue de exceſſ. prælat.*

c *c. Cum Marthæ §. Tertio loco, de celeb Miſſ. &c. Animæ, & c. pro obeuntibus. 13. q. 2.*

d *de quo poſt Auguſt. in lib. de hæreſ. ad Quoduult deū c. 43. Alfon Caſt. lib. 3. aduerſus hæreſ. verb. beatitudo, hæreſi 3. & lib 8. verb. Infernus hæreſ. 2.*

e *Maiores §. Verum quidem, de baptiſ. &c. firmiſsimè, de Conſec diſt. 4. tradit S. Thom. in 3. lib. ſent. diſt. 23. q. 2. art. 1. quæſtiuncula 2. & in 4. diſt. 45. q. 1. art. 3.*

f *vbi ſup. verb. infernus.*

g *Pſal. 52*

viuentium, nullam cognitionem Dei coniunctam fruitioni eiuſdem habentium, qui ore vel opere ſunt de numero inſipientium, dicentium in corde ſuo (vt inquit Pſalmographus Rex [a]) *non eſt Deus.*

a *Pſal. 52.*

23 Ex quibus ſequitur, ſolos conſtitutos in inferno, eſſe in ſupremo gradu miſeriæ perfectè ſummæ: qui verò in loco quem Limbũ puerorum vocant, in gradu eis proximo: Qui in purgatorio, in tertio: Qui autem deraum adhuc viuentes, nullam Dei Opt. Max. cognitionem, & fruitionem habent, in quarto. Supremi porrò gradus miſeria grauatus, & ex hac vita lethali peccato circumretitus, emigrans, verè (proh dolor) dicere poteſt, illud B. Iobi.[b] *Vadam (& non reuertar) ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo: ſed ſempiternus horror inhabitat.*

b *cap. 10.*

24 Ex quo elogio, prolixè colligit S. Antonin.[c] ſeptuplicẽ dãnatorũ pœnam, quarũ ſumma paucis additis, multíſque refectis eſt quòd prima eſt carcer æternus in loco infimo, turpiſſimo, & obſcuriſſimo ſitus, in quem elementorum omnis fæx effundetur, quem non poteſt non ſummè horrere anima nobiliſſima, ad celſiſſimum idémque nitidiſſimum cœli empyrij (cæteris cœlis puritate ſua antecellentis) ſolium, creata: vt Rex delicatiſſimus, carcerem ſquallore, illuuie & pędore ſordentem, non poſſet non maximè horrere, ac pertimeſcere. Secunda, eſt priuatio viſionis intuitiuæ Dei, omnigenam producentis lætitiam, quam diuus Chryſoſtomus tanti æſtimabat, vt malle ſe mille alias pœnas infernales pati: quàm ea ęternum priuari, aſſeueraret. III. ignis ille ardentiſſimus, quo adeo infœlices ardebunt, vt ſoli illi pœnę nulla martyrum tormenta ęquiparari queant,[d] IIII. Deſperatio, nulla vnquam, dum Deus erit Deus, conſolatione, refrigerio, aut redemptione leuanda. Sicut enim ſummè perfecta beatitudo, omnem excludit miſeriam, ita quoque ſummè perfecta miſeria, nullum ſolamen admittit: quod enim operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito [e] V. Tenebrę, cùm exteriores denſiſſimę, quę nullo ſolis radio, nullóque ſplendore ignis (qui licèt ibi plurimus ſit, eſt tamen obſcuriſſimus) attenuan-

c *in 2. part. tit. 5. cap. 5.*

d *teſte August. in § fin. de pœn. diſt. 7.*

e *c. ſecũdum, 8. q. 1. l. Etſi contra tabulas, ff. de vul. & pupill. tradit S. Thom. de malo q. 6. art. 6. & q. 15. ar. 4.*

tur: tum interiores, quibus adeo obcæcantur, vt Deum putent iniuſtum, ſcientiàque hîc quæſita, & morte plurimùm aucta, quæ beatis eſt ſolatio, ipſis ſit maiori ſupplicio: dum per eam clariùs cognoſcunt, quantæ beatitudinis iacturam ſua culpa fecerint, vnde vermis ille ſæuè corda eorum lancinans, nunquam intermoriturus, oritur.[a] VI. Societas cacodæmonum, & aſſidua cum eis conuerſatio, quorum ſanè aſpectus, adeo eſt horrificus, vt vir quidam ſanctus, beato Antonino atteſtante,[b] vnius ſolius aſpectu, ferè exanimatus, cùm poſtea ſe collegiſſet, teſtaretur, malle fornacem igne candentem ingredi, quàm iteratò eius aſpectum ſuſtinere. VII. Confuſio, nam vt habet prædictum elogium, ibi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat: horror, inquam, clamorum, blaſphemiarum, lamentorum, eiulatuum, Deo, ſibi ipſis, & ſociis, tam cacodæmonibus, quàm aliis infœlicibus maledicentium, maléque imprecantium, quibus inuoluitur & confunditur, ter ærumnoſiſſimum illud Regnum.

[a] *Iſaiæ 66.*

[b] *vbi ſup.*

25 Omnes porrò orthodoxos ſub pœna peccati mortiferi credere oportet, non modò implicitè, verum etiam explicitè, vitam, mortémque æternam: omnes enim, ſub prædicta pœna, tenemur explicitè credere articulos fidei, vt ait S. Tho.[c] communi omnium calculo probatus, vt minimium, quos ſancta mater Catholica Romana Eccleſia ſolemniter celebrat, ſecundum eundem Tho.[d]

[c] *2.2.q. 5.art.7. & 6.*

[d] *vbi ſup. art.7.*

# De paſſionibus, habitibus, virtutibus, & vitiis Animæ rationalis.

## PRAELVDIVM V.

### Summæ.

1 *Paſſio animæ, quid, & nulla propriè in appetitu intellectiuo.*

2 *Paſſiones principales quatuor, & aliæ quot, & quæ. & n. 2.*

3 *Paſſiones ſex in appetitu concupiſcibili ſenſitiuo, & quinque in iraſcibili, earumque ſubordinatio. & n.4.*

4. *Bonum abſolutè conſideratum, obiectum potentiæ concupiſcibilis, conſideratum verò vt arduum, potentiæ iraſcibilis.*

5 *Paſſionum, alia bona, alia mala ſuapte natura, & quæ bona quæ mala in ſe, & ſuo genere. & n.6. & 7.*

7 *Paſſiones animæ omnes eſſe morbos, falſum.*

8 *Auctorum pronuntiata de paſſionibus animæ, vt interpretanda. & n.9.*

9 *In dubijs, non claris, locus eſt coniecturis.*

10 *Paſſionum ſacra confeſſio, qualis eſſe debeat.*

10 *Confeſſarius confitentem paſſiones, quid monebit. & n. 11.*

12 *Habitus quid, & quotuplex. & n.13.*

14 *Virtus quid, & vt non repugnat peccato.*

14 *Vitium quid, & vt non repugnat merito.*

14 *Actus malus, peior habitu malo, quamuis ſecundum quid, poſſit eſſe peior actu malo.*

15 *Peccatum mortale, vt ſolùm charitati repugnat.*

1 Paſſio Animæ, eſt motus appetitiuæ virtutis ſenſibilis in imaginatione boni vel mali. *a* Ex quo patet, paſſiones propriè non eſſe in apetitu intellectiuo & voluntate ſuperiori, quatenus diſtinguitur ab appetitu ſenſitiuo, & inferiori eiuſdem: licèt inueniantur in eo motus præuenientes deliberationem, conformes motibus appetitiuæ virtutis ſenſibilis. *b*

2 Harum autem principales, ſunt quadripartitæ, duæ potentiæ concupiſcibilis, gaudium nimirum & triſtitia. Duæ quoque potentiæ iraſcibilis, ſpes ſcilicet & timor, iuxta illud Seuerini Boëtij. *c*

*Gaudia pelle,*
*Pelle timorem,*
*Spémque fugato,*
*Nec dolor adſit:*
*Nubila mens eſt,*
*Vinctáque frænis,*
*Hæc vbi regnant.*

Necnon iuxta illud Parthenices Marianæ. *d*

*Quatuor à diverſis miſcentur vt æquora ventis,*
*Eoo, Zephyro, Libyco, gelidóque Aquilone:*
*Sic totidem noſtras ingenti turbine mentes*

*a ſecundum Damaſcenum lib. 2. c. 22. circa princ. relatum & declaratum à S. Thom. 1. 2. q. 22. art. 3*

*b iuxta mentem S. Tho. in d. 1. 2. q. 17. art. 7.*

*c 1. de conſolat. Philoſo. metro vlt.*

*d lib. 4.*

*Subuerti furijs, pectúſque in prælia mitti.*
*Spes leuat arrectos, metus alto à vertice fluctus*
*Deijcit: hinc animum pulſat furibunda voluptas:*
*Inde dolor, fluctus ceu fracti fluctibus, altum*
*Clamore ingeminat, piceis abſcondita nimbis.*
*Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.*

3 Gaudium verò, eſt de bono præſenti: Triſtitia de malo præſenti: Spes, de bono futuro arduo: Timor, de malo futuro arduo.*a* Ira autem, non habet contrariam paſſionem, niſi priuatiuè, vel per ceſſationem ab ea, iraſci enim propriè non eſt aliud contrarium, quàm miteſcere & ab ira ceſſare ſiue placari & ſedari.*b*

Paſſiones porrò, minus principales, ſunt vndecim,*c* Sex quidem in potentia concupiſcibili, amor ſcilicet, & odium, deſiderium ſeu concupiſcentia, & fuga ſiue rectiùs, renutus, aut refutatio, gaudium, ſiue delectatio, & triſtitia, ſiue dolor. In iraſcibili autem quinque, Spes nimirum, & deſperatio, timor & audacia, & ira. Supradictæ verò quatuor, ea ratione dicuntur principales, quòd ſint fines & ſcopi aliarum paſſionum. Quod cum ordine & ſufficientia illorum colligitur, præſuppoſito, quòd obiectum potentiæ appetitiuæ concupiſcibilis, eſt bonum vel malum abſolutè conſideratum, obiectum verò iraſcibilis, bonum vel malum arduum, ſiue difficile, conſideratum ſub ratione arduitatis, vel difficultatis, vt tradit S. Tho.*d* quẽ ſubtiliter defendit Caietanus*e* contra ſubtilem Scotum: quàmuis quoad animæ ſalutem, parum referat, vtrum illorum ſequamur.

a *Vt exprimit S. Tho. 1.2.q.25. art.4.*
b *ſecũdum Philoſ.2. Rhetor. c 3. declaratũ à S. Tho. vbi ſup. q. 23. artic. 4. in corp q.*
c *vt tradit S. Anton. 2 part. tit. 6. cap, 2. in princ.*
d *1. 2. q. 23 art. 1.*
e *ibid.*

4 Ex quibus, colligitur memoratarum vndecim paſſionum ordo, & quatuor prędictas eſſe primarias, hac ratione. Bonum abſolutè conſideratum, producit in potentia appetitiua quandam complacentiam, ob conformitatem, & aptitudinem quam habet ad illã, quæ eſt amor, ſiue prima paſſio amoris: Bonum autem amatũ, & nondum poſſeſſum, progignit deſiderium adipiſcẽdi illud quod eſt ſecunda paſſio deſiderij, ſeu concupiſcentiæ. Bonum verò, deſideratum, iam obtentum, parit in appetitu quietẽ quandam, ex boni ipſius conſequutione, quæ eſt tertia paſſio, putà, delectatio. E contrario autem, malum cognitum, parit diſplicẽtiam, ob inepti-

tudinem, vel contrarietatem, quã habet ad appetitũ, quæ eſt paſſio quarta odij, contraria paſſioni amoris: malum verò cognitum & exoſum, nondum acceptum, generat fugam, vel renutum, ne eueniat, quæ eſt quinta paſſio, contraria deſiderio: malum autem iam acceptũ, producit triſtitiam, vel dolorem, quæ eſt ſexta paſſio, contraria gaudio & lætitiæ, quæ ſunt ſex paſſiones potentiæ appetitiuæ concupiſcibilis. Atqui, in potentiâ iraſcibili, ſunt quinque, nam bonum apprehenſum vt arduum & difficile, propter bonitatem, quæ habet aptitudinem & conformitatem ad appetitum, generat ſpẽ, quæ eſt prima paſſio iraſcibilis. idem autem, ſperatum vt quæſibile nondum obtentum, generat fiduciam, vel audaciam, quæ eſt ſecunda paſſio iraſcibilis: & vice verſa, malũ apprehenſum vt ineuitabile, generat deſperationem, quæ eſt tertia paſſio potentiæ iraſcibilis, contraria ſpei, ſecundum S. Thom.[a] malum autem futurum apprehenſum vt vitatu difficile, generat timorem, quartam iraſcibilis potentię paſſionem contrariã fiducię & audaciæ, ſecũdum eundem S. Thom.[b] Quinta verò paſſio potentiæ iraſcibilis, eſt ira, quæ perſæpe generatur ex malo iam accepto, nec habet contrarium, ſecundum eũdem Aquinatem.[c] Quia bonum arduum iam obtentum non parit paſſionem vllam in iraſcibili: ſed gaudium in potentia concupiſcibili: deſinit enim habere rationem ardui. Neque verò fruſtra ſępenumero dixi iram naſci ex malo accepto, quoniam non rarò naſcitur triſtitia ſola, quæ ſpectat ad potentiam concupiſcibilem, non iraſcibilem.

5 Eiuſmodi autem paſſionum quædam etiam per ſe in genere conſideratæ, dicuntur bonæ, quædam malæ. Bonæ quidem, quoniam, vt beatus Auguſt. ait,[d] miſericordia ad virtutem pertinet: & miſericordia qua ratione eſt dolor, ſiue triſtitia de aliena miſeria, eſt paſſio vt argutè declarat alibi[e] S. Thom. Quin & Ariſtot.[f] aſſerit, verecundiam eſſe paſſionem laudabilem, quæ ſpecies quædam timoris eſt, vt bellè declarat Angelicus Doctor.[g]

6 Et quia, ſicut nonnulli actus exteriores, cõſiderati in ſuo genere, ſiue ex obiecto ſuo, dicũtur boni, vt largiri eleemoſynam, & ſubuenire proximo,[h] ita paſſiones

[a] 1.2. q. 23. art. 2. in corp. q. & q. 40. art. 4.
[b] d. q. 35. art. 1.
[c] d. 1. 2. q. 23. art. 3.
[d] in lib. 9. de ciuit. Dei cap. 5.
[e] 2. 2. q. 30. art. 3.
[f] 2. Moralium.
[g] 1. 2. q. 42. art. 4.
[h] c. Venerabilibus § fin. de sent. excom. Tho. d. 1. 2. q. 18. art. 2.

quædam, de obiecto ſuo genere bonæ cuiuſmodi ſunt miſericordia, quæ eſt quædam triſtitia de malo proximi, & verecundia, quæ retrahit à turpitudine, meritò in ſe, & ſuo genere, ſunt bonæ. Malæ autem ſunt in ſe, & ſuo genere, paſſiones de obiecto ſuo genere malæ: cuiuſmodi eſt gaudium de malo alieno, & triſtitia de bono alieno. Sicut etiam nonnulli actus exteriores, in ſe & ſuo obiecto ſunt mali, vt capere alienum, & percutere proximum, iuxta doctrinam ſancti Thomæ.[a] Quæ autem bonæ, & quæ malæ ſint, mox dicetur.

[a] *in d.q.* 18.*art.* 8.

7 Neque obſtat opinio Stoicorum, aſſerentium omnes paſſiones eſſe malas, animæque morbos, & perturbationes, ſiquidem falſa eſt, aut certè intelligenda de paſſionibus rationi rectæ diſſonis, vel eam præuenientibus, vti à ſancto Thoma proditum eſt.[b]

[b] *in d.q.* 24.*art.* 2. *in corpore q.*

Non omnes autem paſſiones bonæ ſunt, neque omnes malæ, vt Stoici docuerunt, ſed aliæ bonæ, quæ nimirum rectæ rationi conſonant, aliæ malæ, quæ cum ea diſcrepant. Quarum exempla paſſim è ſcripturis ſacris deſumere licebit. At verò malarum aliæ ſunt moraliter malæ, quibus nimirum violatur lex, cuius violatio mortalis eſt. Aliæ, venialiter tantùm, quibus violatur lex cuius violatio eſt venialis tantùm.

8 Omnes autem textus Biblici, Canonici & Legales, omnia denique pronuntiata Doctorum tam ſacrorum, quàm Ethnicorum, generatim ſignificantia non eſſe amanda, vel deſideranda tēporaria, neque de illis poſſeſſis gaudēdum, intelligenda ſunt, de amore, deſiderio & gaudio inordinatis, ſeu rectæ rationi aduerſis. Quæ verò aſtruunt non eſſe odio habendum proximum, aut fugiendum, déque morte, aliiſve malis acceptis non contriſtandum, nunquam iraſcendum, eiuſque monetæ alia intelligenda ſunt de odio, fuga & triſtitia inordinatis, ſeu rationi rectæ repugnantibus.

9 Quò fit, vt excuſari poſſint à nota hæreſeos, generaliter aſſerentes, non eſſe timendum, non ſperandum in homine: ſine timore ſeruiendum Domino Deo noſtro, non eſſe timendum diabolum: procu-

randam eſſe mentis ſecuritatem, & id genus alia: Hæc enim omnia poſſunt eſſe aliquo reſpectu ordinata, ſiue rectæ rationi conſona, ac proinde bona, & catholica. In dubio autem generale verbum, quod ad bonum & malum ſenſum trahi poteſt, in bonum interpretandum eſt.[a]

Dixi ſupra (*generaliter*) nullatenus declarando agi de inordinato, id enim ſi fiat, in illo ſenſu malo ſunt accipienda, quum in claris, non ſit locus coniecturis.[b]

[a] *l. in ambigua, ff. de ll. c. 2 de reg. iur. c. 1. de iureiur. lib. 6. l. Merito, ff. pro ſoc. & l. ſi procurator. ff. de cōdict. indeb.*

[b] *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.*

10 Cùm verò plærique pœnitentes confiteantur ſe admiſiſſe memoratas paſſiones amoris, odij, ſpei, deſperationis, gaudij, triſtitię, timoris & irę, &c. nec ſatis declarēt, an habuerint eas bene, vel malè ordinatas. Et qui declarant eas habuiſſe inordinatas, non ſat declarant, quanta fuerit eorum inordinatio, vt iudicari poſſit, an peruenerint ad culpam mortiferā necne: admoneri ſanè poſſunt & debent vt de illis, ceu mortalibus, doleāt, ita nimirū, vt animo ſtatuāt nūquā ſe admiſſuros ſimiles.[c]

[c] *iuxta ea quæ infra c. 1. n. 2. & c. 2. n. 5. traduntur.*

11 Itaque, pœnitens qui ſic generatim & confusè confitetur huiuſmodi paſſiones, interrogandus eſt, num omnes illæ, quæque earum adeo vehementes fuerint, vt mouiſſent eum, ad volendum potiùs tranſgredi legē ad mortiferi peccati vinculum aſtringentem, quàm ad deſiſtēdū à proſequutione huiuſcemodi paſſionis amoris, odij, gaudij, lætitiæ, triſtitiæ, vel ſpei & fiduciæ, timoris & iræ: niſi confeſſarius ex qualitate perſonæ, vel confitēdi modo, coniectura tacita, aſſequatur paruitatem, aut magnitudinem malitiæ, vel vanitatis earum.

12 Atqui, habitus animæ, eſt qualitas ſtabilis eſſentiæ vel alicui potentiæ eius inhærens, eámque ad quippiā agendum inclinans.

Dixi (*qualitas*) pro genere, & (*ſtabilis*) ad differentiam actus tranſitorij, vt infra[d] dicetur. Dixi (*inhærens*) ad innuendum non eſſe animam, neque ſubſtantiam aliquam per ſe ſubſiſtentem: ſed accidens, quod poteſt ſubiecto adeſſe & abeſſe citra illius corruptionem[e] Per quod, reprobatur hæreſis Lutherana, necnon opinio Magiſtri aſſerentis,[f] gratiam eſſe ipſummet Spiritum ſanctum, ac proinde gratiam non eſſe inhærentem[g]

Dixi (*ipſius eſſentiæ*) ad includendū gratiam gratum facientem quæ ſecundum opinionem ſancti Thomæ

[d] *Prælud. 6. n. 1. & n. 8.*

[e] *ſecūdum Porphyr. in prædicabil.*

[f] *in 1. lib. ſent. diſt. 17. & lib. 2. diſt. 26.*

[g] *contra Clem. 1. § ... de ſum. trin. ... iudicat ... tradita per Tho. 1. 2. q. 110. art. 1. & eumdē ... & ... alioſq. ... omnes in d. diſt. 17. & 26. & cōtra Cōc. Trid. ſeſſ. 6. can. 11.*

inhæret eſſentiæ animæ, qua regeneratur, fitque cõſors diuinæ naturæ, iuxta illud. *a* *Vt ſimus conſortes naturæ diuinæ*, declaratum per eundem S. Tho. *b*

[a] *2. Petri. 1.*
[b] *1. 2. q. 50. art. 2.*

Dixi ( *vel alicui potentiæ eius, inclinans eam ad quippiam agendum* ) vt includerentur omnes alij habitus à prædicta gratia, qui ſecundum eundem Tho. non inhærent eſſentiæ animæ: ſed eius potentiis, quas diſponunt, inclinant, impellúntque ad quippiam bene, maléve agendum. quod ex eodem S. Tho. & Ariſt. *d* colligitur.

[c] *1. 2. q. 49. ar. 2.*
[d] *2. moral.*

An autem habitus gratiæ & charitatis, re diſtinguantur, vt S. Thom. cum ſuis aſſeclis, ait. [e] An verò ratione dumtaxat, vt ſentiunt Magiſter & Scotus cum ſuis.[f] An denique charitas magis inhæreat animæ potentiæ, differenti re ab ea, ſed inſeparabili, vt ait S. Thom an ipſi animæ, vt alij, in quibus eſt Ioan Mai. [g] non diſputo, quandoquidem, quoad animæ ſalutem, nil referat, hoc, an illud teneamus.

[e] *in d. 1. 2. qu. 110. art. 3. & in 3. part. q. 7. art. 1.*
[f] *in 2. lib. ſent. diſt. 26.*
[g] *3. lib. ſent. d. diſt. 26. q. 1.*

13 Habitus porrò, eſt duplex, infuſus, & acquiſitus. Infuſus eſt, quem benigniſſimus Deus infundit.[h] Acquiſitus autem, qui producitur ab actibus frequentatis: adeo vt actus ſit cauſa partialis habitus acquiſiti, ſeu aucti, & vice verſa, habitus eſt cauſa partialis producendi nouos actus ſimiles iis, à quibus eſt genitus vel auctus.[i]

[h] *Clem. 1. §. fin. ℞c. Maiores, de baptiſ. Tradit. S. Tho. 1. 2. qu. 51. art. 4.*
[i] *Vt colligitur ex S. Tho. 1. 2 q. fin. art. 4. ℞ q. 49. art. 2. & 3. qui in art. 4. probat neceßitatem habituum.*

Duplex demum, eſt habitus acquiſitus, bonus, & malus. Bonus, eſt, qui producitur ab actibus bonis. Malus, qui à malis.

14 Virtus autem, eſt habitus animæ bonus. Vitiũ verò, habitus animæ malus, cùm per illud Auguſt. [k] *Virtus eſt qualitas, quæ facit bonũ habentem: Vitium autem, qualitas ſecundum quam malus eſt animus.* tum, quia vitium eſt contra naturã hominis, quatenus homo eſt, Doctore Angelico aſſertore,[l] qui [m] concludit, actum malum peiorem eſſe ſimpliciter habitu malo, quàmuis πρός τι, ſeu, ſecundum quid ( quia vitium eſt diuturnius ) ſit peius actu malo & vitioſo, & alibi [n] reſoluit, actum malum, qui eſt peccatum, compati ſibi virtutem, non ſecus quàm actus bonus compatitur vitium.

[k] *lib. de perfect a iuſtit. circa fin. 4. ratiocinationis relatum à S. Tho. 1. 2. q. 71. art. 1.*
[l] *in d. q. 71. art. 2.*
[m] *in art. 3.*
[n] *in art. 4.*

15 Tametſi peccatum mortale nequeat eſſe ſimul cum charitate Regina virtutum, quæ eſt gratia gratũ faciẽs, vel ab ea inſeparabilis: quæque eſt habituum omnium

longè nobiliſſimus à Deo diuinitus infuſus, licèt cum fide, & ſpe informibus conſiſtere poſſit.[a]

[a] *Vt ibid. S.Th. tradit, & nuper definiuit Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 14. & can. 28.*

# De actu humano, ſiue morali, animæ humanæ.

## PRAELVDIVM VI.

### Summæ.

1 *Actus humanus & moralis idem, & quid ſint.*
2 *Voluntarium ſimpliciter & ſecundum quid. & n. 3.*
3 *Omiſſio pura, quid & quot ad eam requirantur.*
3 *Violentum quid, & in quo à metu differat.*
3 *Non peccat, cuius omnino renitentis Virginitas violatur.*
4 *Metu facta, regulariter valere, ſed reſcindi poſſe, niſi. &c. nu. 5.*
4 *Violenter & metu factum, qua ratione differant: & an mereantur, vel noceant. & nu. 5.*
4 *Vis quid ſit.*
5 *Sacramenta quæ metu facta, valent.*
6 *Violentus nullus eſt actus elicitus, ſiue interior.*
6 *Voluntas, etiam à* Deo, *non cogitur violenter.*
6 *Actus interior vel exterior non deſinit eſſe voluntarius quòd producatur à concupiſcentia animum plurimum impellente, imò magis eſt voluntarius.*
7 *Metu factum, reſcinditur, non autem blanditÿs extortum.*
8 *Ignorantia quæ facit actum non eſſe humanum,*

1 Ea, quibus ab Adultis & ætate firmatis, mentis compotibus, ad beatam vitam mortémve æternam tenditur, ſunt actus humani, ſiue morales.[b] Actus autem humanus, ſiue moralis, eſt actus hominis tranſitorius & voluntarius, perfectè ac ſimpliciter, vel omiſſo eius.

[b] *Tho. 1. 2. q. 6. art. 1. & alÿ 2. lib. ſent. diſtinct. 24. & 25.*

2 Dixi (*tranſitorius*) ad differentiam habituum, qui ſunt qualitates ſtabiles & permanentes.[c] Dixi (*voluntarius*) ad excludendum actus hominis omnino violentos, quorum nimirum principium, eſt ab extrinſeco, paſſo, id eſt, eo qui patitur, nō conferente vim, ſeu non opitulante, aut iuuante. Cuiuſmodi eſt Thymiama, ſeu ſuffimentum, & litatio thuris, quæ per manum vio-

[c] *iuxta Ariſt. in prædicam. qualit.*

ſenter ab alio in id adactam, fit idolo.[a] [a] c. Presbyteros, 50. diſt.

Dixi (*perfectæ*) ad excludendum actus puerorum, amentium, & ſubitò, ſola imaginatione, nulla preuia deliberatione, inſtar brutorum, agentium: quorum actus, etſi ea parte ſint voluntarij qua propter finem (ſaltem imperfectè cognitũ) aguntur: non tamen ſunt perfectè voluntarij: quum non agantur propter finem ſatis perfectè cognitum: nõ enim aguntur, ob finem cognitum propter rationem & proportionem, quam habet finis ad id, quod propter illum agitur, quod ſolius iudicio & ratione vtentis eſt, vt pulchrè, de more, docet Angelicus Doctor. [b]

3 Dixi (*ſimpliciter*) ad includendos actus metu factos, [b] 1.2 q. 6. art. 2. qui licèt non ſint ſecundum quid voluntarij, ſunt tamẽ ſimpliciter tales, iuxta eundem Tho. [c] Dixi (*vel omiſſis*) ad comprehendendam omiſſionem, qua quod quis [c] in ead. q. 6. art. 6. poteſt, & debet agere, non agit, iuxta eundem. [d] At verò, vt ex eodem, & altero Thoma [e] colligitur, tria re- [d] vbi ſupra art. 3. quiruntur ad hoc, vt rei cuiuſpiam omiſſio ſit purè voluntaria. Quod nimirum poſſit & debeat qui ad id te- [e] ibid. netur, facere, nec velit, negatiuè tantùm, id eſt, quod neque velit, neque nolit. Nam, ſi nollet agere, id eſt, haberet nolitionem, vt ita dicam, ſiue voluntatem non agẽdi, non eſſet tam actus omiſſionis, quam commiſſionis.

Ex quibus infertur. Primò, ratio decidendi principij Cauſæ 32 q. 5. quatenus habet, non modò non peccare, eam cuius omnino renitentis virginitas violatur, ſed &, vt beata Lucia relata ibi à Gratiano dixit, eiuſmodi violatione, caſtitatem duplicari ad coronam.

4 Deinde, quod actus, etiam metu factus, eſt humanus, quum ſit voluntarius ſimpliciter, licèt ſit inuoluntarius ſecundum quid, vt ait Aquinas [f] & probatur alibi, [g] quatenus proditum eſt, eum qui metu mali alicu- [f] 1.2. q. 6. art. 6. ius, quippiam facit, velle illud, quàmuis non propter [g] c. Merito, 15. q. 1. ſe, ſed propter aliud. Qua in re, Theologus quidam inſignis, in quadam epiſtola ad me ſcripta, & Decius [h] lapſi ſunt, quatenus dixerũt, metu facta, non eſſe ſimpli- [h] in l. velle. ff. de regul. iur. citer volũtaria: at dũtaxat, ſecundum quid. Ratio ſi quidẽ diuerſitatis, inter violenter & metu factum, eſt quòd violentum dicitur, cuius principium eſt ab extrinſeco

paſſo non conferente vim, ſiue non adiuuante, vt Iure proditum eſt *a* quo cauetur, vim eſſe rei maioris impetum, cui reſiſti nō poteſt, vt tradit Angelicus Doctor, *b* qualis eſt thuris litatio, vel ſuffitus, cuius ſupra *c* meminimus. Quod autem metu fit, licèt ab extrinſeco impulſionem ſuſtineat: paſſum nihilominus, id eſt, qui compellitur, quia conſentit, confert vim, & adiuuat. *d*

a *l. 1. ff. Quod met. cauſ.*
b *2. 2. q. 94. 73. art. 1. ad ...*
c *n. 2. huc praeu.*
d *d. c. Merito, & l. 2. ff. Quod met. cauſ.*

5 Itaque factum vi pura, nec meritum, nec peccatum eſt: neque prodeſt, neque nocet, quoad vllum forum, quum non ſit actus humanus, at factum metu, quia eſt actus humanus, interdum eſt meritum, & vt plurimùm, prodeſt ac nocet, quoad vtrumque forum: quamuis, regulariter reſcindi poſſit, *e* exceptis ſacramentis characterem imprimentibus, quoad quæ reſcindi non poteſt, *f* & iis quæ liberam & ſpontaneam voluntatem requirunt, vt matrimonium, *g* & votum. *h* Illa namque metu facta, nihil valent, adeóque ſine vlla reſciſſione ſunt inualida, ſiue nulla.

e *Vt reſoluit gl. recepta in c. Abbas, de his quæ vi met. cauſ.*
f *c. Maiores, §. item quæritur, de baptiſ. & eius eff.*
g *c. cū locum, de ſponſal.*
h *c. 1. de his quæ vi met.*

6 Nullus inſuper actus voluntarius elicitus, ſiue interior, poteſt eſſe violentus, nullus enim talis, fit, paſſo non conferente vim. Voluntas enim, ſiue anima vellē potens, non poteſt abſolutè, ſiue per vim præciſam, cogi ad actum à ſeipſa eliciendum, id eſt, ad volendum, aut nolendum *i* Nam etiamſi moueatur & cogatur à Deo ad volendum, non patitur violentiam, *k* ipſa namque confert vim, & adiuuat, dum vult. Itaque non fit, paſſo non conferente vim, ac proinde, non eſt violentum, per ſupradicta.

i *Vt graphicè probat S. Tho. 1. 2. q. 6 art. 4.*
k *S. Tho. ibi ad 4.*

7 Nullus porrò actus interior aut exterior, deſinit eſſe inuoluntarius, quòd producatur à concupiſcentia plurimùm impellente animum ad volendum: quinimo, eſt magis voluntarius, ſecundum S. Thom. *l* Quæ quidem, poteſt eſſe vera nouáque ratio, cur actus per blāditias factus, reſcindi poſſit, ſicut metus: & licèt teſtamentum metu factum, non valeat, *m* vxoris nihilominus teſtamentum, blando mariti ſermone procuratum, valet *n*

l *in d. q. 6. ar. 7.*
m *l. fin. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib.*
n *l. fin. C. eod. & d. l. fin. ff. ſi quis aliq.*

8 Adhęc, actus factus per ignorātiā, interdū eſt humanus, interdum non. Et quidem, eſt humanus regulariter, ſecus tamen tribus concurrentibus. Quorum primum eſt ignorantia rei, quam quis non tenetur ſcire.

Secundum, quòd non ſit affectus, ſeu deſiderata, vel procurata. Tertium, quòd ſit talis, vt ſine ea actus non fieret: hæc enim tria, efficiunt inuoluntarium. *a*

Cæterùm, actus humanus non eſt habitus, hic enim eſt ſtabilis, ille autem, vt dictum eſt, tranſitorius: hic impellit eum cui inhæret, ad actus ſibi conuenientes, ille verò non. *b*

a *Vt eruditè determinat Tho. in d. q. 6. art. 1. & probatur in c. 2. de coſt. t. & c. Ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & c. fin. 37. diſt. & melius § notandum 1. q. 4. ſub c. Turbat, cum eis adnotatis per gloſ. & Docto.*

b *Vt colligitur ex Clem. 1. §. fin. de ſum. Tri. & fid. Cath. & Cardin. Imolæ ibid.*

# De actu humano, ſiue mortali, bono, qui eſt meritum, & malo, qui eſt peccatum.

## PRAELVDIVM VII.

### Summæ.

1 *Actus humanus duplex.*
1 *Meritum quid, & quotuplex. & n. 2.*
2 *Gratia gratum faciens, quid, & quanti valoris. n. 3.*
3 *Meritum de congruo, quid.*
3 *Bona in peccato mortali facta, quantum proſint.*
4 *Actus humanus malus, & peccatum morale idem.*
5 *Peccatum morale quid, latè.*
5 *Lex æterna, quid, quidque ei contrarium.*
6 *Affirmatio & negatio, ad idem referuntur genus.*
6 *Omiſſio pura, cur dicatur factum negatiuè.*
7 *Verba illa, dictum, factum & concupitum, vt accipiantur.*
8 *Definitio hæc peccati, cur eligatur.*
9 *Peccatum & delictum in propoſito, idem,*
10 *Peccatum originale quomodo voluntarium.*
11 *Peccatum veniale, qua ratione verè peccatum.*
12 *Peccata omnia eſſe mala, quia prohibita, vt defendatur.*
13 *Peccatum eſt actus, Vitium, habitus.*
13 *Peccatum non eſt vitium, & quibus conſtet. & n. 14.*
15 *Peccatum, vt aliud eſt in genere entis, aliud in genere moris.*
16 *Actus manens idem in genere entis, nunc bonus, nunc malus.*
17 *Actus nullus ſimul bonus & malus, etiã diuerſa ratione.*

17 *Bonum conſtat ex integra cauſa.*
18 *Bonis in agendis, ne ſint mala, magna cura adhibenda.*
19 *Peccatum cordis, oris & facti in genere moris, vnum tantum eſſe.*
19 *Peccatum mentis ſiue operis confiteri, non ſufficit, ſed contra ſic. & 20.*
20 *Non concludit adeſſe, quod contingit abeſſe.*
21 *Peccatum non eſt reatus, licèt interdum ſic vocetur.*
21 *Reatus quid propriè, & ad quid transferatur & quotuplex, n.22.*
22 *Reatum pro obligatione ad pœnam, eſſe filium peccati, & triplicem. n.23.*
22 *Actionis mater obligatio.*
24 *Otioſum omne, malum.*
24 *Circunſtantiæ cuius defectu, omnis actus ſit malus.*
25 *Peccatur quibus modis, circa peccati cognitionem.*

1 Actus humanus, ſiue moralis, diuiditur in bonum, & malum. Bonus, eſt qui lege nulla, neque ob ſe, neque ob circunſtãtias, prohibetur, vocatúrque meritum, ſecundum mentem S. Thom. communiter recepti. [a]

2 Meritum autem, eſt duplex, alterum, ſimpliciter, ſeu de condigno, alterum, ſecundum quid, ſeu de congruo. Meritum ſimplex, ſiue de condigno, eſt quod meretur gratiam, gloriam, ac vitam æternam, & definiri poteſt, eſſe actus humanus bonus, factus ab habente gratiam Dei, gratum facientem. [b] Quæ quidem gratia gratum faciens, definiri poteſt, eſſe donum Dei ſupernaturale, infuſum à Deo creaturæ rationali, quo eſt illi ad vitam ęternam accepta, ex mente ſancti Thomæ, [c] Scoti & aliorum. [d]

3 Meritum verò, de congruò, vt S. Tho. [e] & alij plærique loquuntur, ſiue meritum πρὸς τι, vel, ſecundum quid, vt ipſemet S. Thom. [f] nominat, eſt actus humanus, bonus, factus ab extra gratiam Dei exiſtente, cui de quadam congruitate, & ſecundũ quid, debetur merces aliqua ſpiritualis, vel temporalis, vt alibi proditum eſt [g] hocce diſticho.

*Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,*
*Cor faciunt humile, & minuunt tormenta gehennæ.*

[a] *1. 2. q. 14. art. 6.*
[b] *Cuius meminit gloſſ. in §. fin. Clem. 1. de ſum. trin. & fid. cat. verb. omnibus.*
[c] *1.2. q. 110. & 111.*
[d] *in 2. lib. ſent. diſt. 26. & 27.*
[e] *in d. q. 114. art. 6.*
[f] *ibid.*
[g] *in gloſſ. c. quod quidam, de pœnitent. & remiſſ. cui eſt alia ſimilis in c. Quærat, §. Quod autem. de pœnit. diſt. 3.*

4 Et licèt peccatum generatim captũ [a], ſignificet omnem deuiationem, vel declinationem, à rectitudine operi debita, ſiue in naturalibus, ſiue moralibus, iuxta Ariſt. [b] qui monſtra naturæ, vocat peccata, hîc tamẽ accipitur dũtaxat pro deuiatione in moralibus: qualis eſt omnis actus moralis malus, ſiue peccatũ morale, quod variè à variis definitur.

5 Cæterùm, ex omnibus definitionibus quas poſt veteres Auctores, tradit Magiſter cum S. Thom. aliiſque recentioribus [c], eligimus quàm reconditæ ſcientiæ theſaurus ille Auguſt. tradit [d] quæ non latuit gloſſ. [e] videlicet. Peccatum, eſt dictum, factũ aut concupitũ, contra legem Dei æternam. Lex verò æterna, vt idem Auguſt. ait [f], & poſt eum Angelicus Doctor, [g] eſt ſumma ratio Dei, quæ iam inde ab æterno, cuncta ordinauit: mundóque creato, cuncta gubernat, iuxta illud Poëtæ.

*Quicquid habet Phlegeton, quicquid caua viſcera terræ,*
*Quicquid habet Pelagus, quicquid ſecat aëra pennis,*
*Feciſti ſolus, totúmque opus ipſe gubernas.*

Ac proinde, quicquid eſt contra legem & rationem naturalem, eſt contra legem æternam: licèt non vice verſa: Cuiuſmodi ſunt; quę ſupernaturalibus obuiant, vt ferè omnis hæreſis, blaſpemia, aliáque id genus. [h]

6 Nec obſtat, quod prædicta peccati definitio, non videatur conuenire puræ omiſſioni, quæ, vt prædictum eſt, [i] ſaltem tribus concurrentibus, eſt actus humanus malus, & peccatum: nec tamen eſt dictum, factum, aut concupitum. Quàmuis enim illa omiſſio, non ſit dictũ, factum, aut concupitum affirmatiuum, eſt tamen negatiuum: cùm ſit non dictum: quod debebat dici: non factum, quod debebat fieri: vel non concupitũ, quod erat concupiſcendum: quoniam affirmatio & negatio, reducuntur ad idem genus. [k]

7 Inſuper, non obſtat, quòd res dictæ, factæ aut concupitæ, non ſunt peccata: illa enim verba definitionis, (dictum, factum & concupitum) non accipiuntur pro rebus eiuſcemodi, ſed pro ipſis actibus dicendi, faciendi & concupiſcendi, ſeu volendi eaſdem, hoc eſt

[a] *vt docet ſanctus Tho. 1. par. q. 63. art. 1.*
[b] *2. Phyſic.*
[c] *in 2. lib. ſent. diſt. 35. & 1. 2. q. 71. art. 6.*
[d] *in 2. lib. contra Fauſt. c. 27.*
[e] *in c. ille Rex, de pœnit. diſt. 3.*
[f] *lib. 1. de libero arbit. c. 6.*
[g] *2. 2. q. 91. ar. 1.*
[h] *vt docet Angelic. doct. in d. q. 91. art. fin. & latè enucleat alter Tho. ibid.*
[i] *ſuprà prælud. 6. n. 3.*
[k] *vt in hac ſpecie tradit. Aquin. 1. 2. q. 71. art. 6. & probatur per l. ſi mora. ff. ſolut. mat. quæ non factum quod fieri debebat, vocat factis, vt ibi adnotauit gloſſ. ibi enim Iuriſconſ. appellat factũ, omiſſionem traditionis dotis faciendæ mulieri, & gloſſ. recepta ibi per Bart. Alex. & alios in l. 2. ff. de verb. oblig. ait diuiſionem illã Iuriſconſult. qua diuidit ſtipulationem in ſtipulationem de faciendo, & dando, cõprehendere etiam ſtipulationem de non faciendo, & non dando.*

pro ipſa dictione, factione & (vt ita dicam) concupitione, ſeu volitione, vel latiniùs & voce cōcinniore, voluntate, quod poſt alios Gabriel rectè intellexit. *a*

8 Non obſtat etiam, quòd definitio illa Auguſt. relata à Gratiano. *b Peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi quod iuſtitia vetat*, nullam faciat mentionem dicti vel facti, quum enim meminerit concupiti & voluntatis, quæ radix eſt malitiæ dicti, & facti, adeò quidem, vt vnum duntaxat peccatum conſletur ex illis, vt præludio ſequente dicemus, faciendo mentionem voluntatis, ſat ſupérque vĩderi poteſt meminiſſe eorum, quorum malitia ab ea pendet.

9 Non obſtat denique, ſecundùm hanc definitionem, delictum eſſe peccatum, quū tamen Auguſt. *c* ſignificet peccatum eſſe perpetrationem mali, ac proinde commiſſionem, delictum autem, deſertionem boni, vt adnotauit gloſſ. alibi *d* & ante illam Magiſter, *e* quoniam ipſemet Magiſter prodidit, *f* promiſcuè apud Auctores, omne peccatum, nomine delicti intelligi, & vice verſa, omne delictum, nomine peccati. *g*

10 Denique, nō obſtat, quòd peccatum originale infantis, imò & nondum nati, ſit peccatum, nec tamē videatur eſſe dictum, factum aut concupitum: nam licèt non ſit factum, aut concupitum perſonale ipſius actuale: eſt tamen ſuæ naturæ humanæ, iuxta dicenda. *h*

11 Ex quibus ſequitur, omne veniale peccatum, eſſe peccatum, tum quia Auguſtin. *i* & Ioan. Chryſoſt. [k] appellat illud peccatum, tum quia S. Thom. *l.* omnem actum inordinatum & vitioſum, appellat peccatum. At, omnium calculo receptum eſt, omne peccatum veniale eſſe actum inordinatum: tum quia Magiſt. cum eodem S. Tho. & aliis, *m* præſupponit veniale peccatum comprehendi ſub verbo, peccatum, quod ab Auguſt. *n* definitur eſſe dictum, factum, &c. cuius contrarium aſſerit S. Bonauentura, cum aliquot aliis, *o* putà, peccatum veniale, non eſſe contra legem, ſed præter legem, cui ſuffragatur etiam Angelicus Doctor *p* dicens diuiſionem peccati, in veniale & mortale, non eſſe generis in ſpecies æqualiter rationem generis participantes, ſed analogi in ea de quibus prædicatur, ſecundum prius & poſterius: non enim, inquit eſt contra legem, ſed præter legem

a *in d. q.35 q.1.*
b *in §.1.15. q.1.*
c *in quæſt. Leuit.*
d *in reg. peccatū & reg. delictū, de reg. iur. lib. 6.*
e *in 4. lib. ſent. diſt. 42.*
f *ibidem.*
g *per c. ille Rex, de pœnit. diſt. 3. & c. ſi peccatū. de pœnit. diſt. 1.*
h *in princ. prælud. ſeq.*
i *in c. Vitiū. § fi. diſt. 25.*
k *in c. de quotidianis, de pœnit. diſt. 3.*
l *12. q. 61. art. 1.*
m *in ſent. Theolog. diſtin. 35. & 42.*
n *Vbi ſup.*
o *in d. diſt. 42.*
p *ibid. q. 1. art. 4. & 1. 2. q. 88. art. 1. & contra gent. c. 19.*

legem : vbi Caietanus nil non molitur, quò illùm à telis Durandi,[a] noſtram illationem tuentis, ſartum rectũ conſeruet. Quin & ipſe Caiet.[b] Scotum carpit, quòd[c] aſſeruiſſet peccatum veniale non eſſe contra legem : cùm negari non poſſit, eſſe contra legem æternam, & virtutis. Quæ quidem contentio, diſtinctionis beneficio ac lumine, dirimi poſſe videtur, dicendo, alteram opinionem procedere, de contrarietate legis, ſufficienti ad aſsequutionem æternæ vitæ impediẽdam : alteram verò, de contrarietate ſecundum quid, quæ ſolum ſufficit, ad eam differendam.

12 Quòd porrò dici ſolet, non omne peccatum ideo malum, quia prohibitum,[d] intelligendum eſt, de prohibitione humana : non legis æternæ, qua omnè peccatum prohibetur, vt ex hac definitione elicitur, & adnotauit S. Thom.[e]

13 Neque verò peccatum eſt vitium, cùm peccatum ſit dictum, factum, aut concupitum, & proinde, actus, vt ſupradictùm eſt, vitium autem, habitus[f]

14 Peccatum autem, duobus conſtat, ipſo nimirum actu, qui eſt quædam res naturalis, & tortuoſitate (vt ita dixerim) ac defectu rectitudinis, qua caret, eò quòd deuiet, & ſit contra legem ac regulam æternam : quæ carẽtia, appellatur priuatio, inordinatio, tortuoſitas ac deformitas, & quatenus eſt actus & res, merito dicitur quoddam bonum naturale : omnis enim res, quatenus aliquid, eſt bonum naturale, iuxta illud,[g] *omnia quæ fecerat, erant valde bona.* At quatenus eſt defectus, & priuatio boni, dicitur malum, & nihil ab Auguſt.[h] qui verbum, nihil, in illo celebri dicto.[i] *Sine ipſo factum eſt nihil*, exponit de peccato, quod non eſt intelligendum de peccato, quoad ipſum actum, quatenus eſt quædã res, at de peccato, vt eſt inordinatio, eique deeſt rectitudo. vt poſt, & ante alios explanat S. Thom.[k] concludens non debere dici peccatum eſse à Deo, niſi cum additione, in quantum eſt actus, & quædam res.

15. Peccatum verò, aliud eſt in genere naturæ, & prout eſt quoddam ens naturale : aliud autem in genere moris, & vt eſt quoddam ens morale, nam, vt proximè dictum eſt, peccatum eſt aliquid & bonum, prout eſt ens naturale, & prout eſt ens morale, dicitur

a *lib.2.ſent.diſt.* 43.
b *12.q.72.art.5.*
c *in diſtin.22.eiuſd.2.lib.ſent.*
d *iuxta gloſſ.celebrem c.ex parte 1.de off.dele.*
e *in d. art. 19.*
f *ſecundum Tullium.4 lib.Tuſcul.relatum à S.Tho.1.2.q.71.art 1.ad 3. quod etiam colligitur ex Ambroſio in cap. ille Rex, de pænit. diſt.3. vbi gloſſ. Ioan. ſingularis*
g *geneſ 1.*
h *ſuper Ioan.*
i *Ioan.1.*
k *in 2.lib ſent. diſtin.37.qu.1. art.2.*

nihil, & malum. Adeo quidem, vt fieri poſſit, quòd actus vnus & idem numero, in genere entis, vel naturæ, nunc ſit bonus, & paulò poſt malus in genere moris, id eſt, quatenus eſt ens morale. Nam ambulatio, qua quis conſedit ad Eccleſiam, eſt vna eadèmque res in genere naturæ, at ſi fiat ob inanem gloriam, erit mala, toto tempore, quo ob eam quis ambulauerit: verùm, ſi mutata ſententia, proſequitur eam ad Dei obſequium, erit bona, dùm ei de aliis circumſtantiis nihil deſit. [a]

[a] *vt tradit Aquinas 1.2.qu. 20 art.6.*

16 Ex quo patet, vnum actum, qui eſt ſimplex & idem numero, ſecundùm genus entis, & naturæ, poſſe eſſe geminum, & diuerſum in genere moris, putà bonum & malum: peccatum & meritum, iuxta Aquinatem, [b] qui quàmuis de actu ſolo exteriori formet & proſequatur quæſtionem, non tamen ob id exiſtimes, contrarium ſenſiſſe de actu interiori, vt Caietanus adnotauit. [c] Cuius indies obuium exemplum, capere, licebit in actu volendi carnibus veſci, continuatò ab hora qua licet eas comedere, vſque ad horam, qua non licet, quod non raro contingit apud infimates, in Carniſpriuio, ac Cineralibus, & apud Summates paſſim, in noctibus præcedentibus dies, quibus carnium eſus vetitus eſt, cuiuſmodi eſt dies Iouis, & quicumque præcedit quatuor tempora, feſtorúmque vigilias.

[b] *vbi ſup.*

[c] *ibidem.*

17 Animaduertendum tamen, nullum actum eodem tempore adæquato, poſſe eſſe ſimul bonum & malum: peccatum & meritum, etiam ratione diuerſa, id enim contradictionem implicat: nam ſi malus eſt, aliqua rectitudo ad bonitatem neceſſaria ei deeſt: ſi bonus, nulla. Bonum enim ex integra cauſa conſtat. [d]

[d] *ſecundùm Dionyſium c.4. de diu. non. & S. Thom. 1.2.q. 2. art 6. & clarius in 2. lib ſent. diſt. 40.q.1.art. 4. & Ioan Mai ibid. q 7. & Caiet ſuper. Matth.c.6.*

18 Quibus (prôh dolor) conſequens eſt, bonam operum aliquorum noſtrûm partem, eſſe malam, cùm minor pars ſit eorum, quibus nulla deeſt rectitudo obiecti, finis, vel alicuius circumſtantiæ. Quamobrem, magna cura ſtudióque opus eſt, vt quæcumque agimus, circumſpectè agamus, ne bona quæ improbo labore ad bene merendum perficimus, parua incuria

perdamus:vel quod peius eſt, fiant nobis mala, ob quæ puniamur.

19 Peccatum autem interius, quo quis peccat volendo quippiam dicere aut facere, dictumque & factum ipſum exterius, ſunt quidem plura entia & plures res, quoad eſſentiam rei naturalis: Alia ſiquidem res eſt exterior actus alia interior, ſunt tamen vnum peccatum ingenere moris quicquid contra rationem nulla nixus ratione, voluat & reuoluat Ioan. Maior. [a] Quoniam (vt accutè, de morte, ait Aquinas) [b] actus interior & exterior ei reſpondens licet ſint duo in genere & eſſe naturæ: in genere tamen & eſſe morali, ſunt vnus. Neque tamen ex eo inferas, ſufficere pœnitenti confiteri peccatum interius ſolum, ſine exteriori: quandoquidem, oportet confiteri cuncta peccata mortalia.[c] Conſtat autem, peccatum exterius eſſe peccatum mortiferum, quando interius eſt huiuſmodi. Et quamuis peccatum interius & exterius ſint vnum peccatum in genere moris: ſunt tamen duo in genere naturæ, vt prædictum eſt.

20 Neque obſtat, quod ſufficiat confiteri exterius: qui enim confitetur exterius, implicitè confitetur interius,[d] cum ſine illo, peccatum non eſſet: non autem contra, qui confitetur interius, videtur confiteri exterius: quum interius perſæpe ſine exteriori reperiatur: nec concludit hoc adeſſe, quod contingit abeſſe.[e]

21 Atqui, peccatum aliud eſt à Reatu peccati: tum quia, per ſupradicta, peccatum eſt dictum, factum, &c. Reatus autem peccati, eſt obligatio nata ex peccato ad pœnã ſubeundã: Tum quia, Magiſter,[f] ait, quod licèt interdum in ſcripturis verbum (*Reatus*) ſignificet culpam, interdum pœnam: id tamen non contingit ex originaria verbi ſignificatione: ſed quia (cùm Reatus ſit medium quoddam inter illa) nomen eius traducitur ad ſignificandum extrema, tum quod verbum *Reatus*) eſt nouum ac incognitum Oratoris pręcipui ætati, & à Meſſala, Auguſto Cæſare imperante, vſurpatum (aſſertore Quintiliano)[g] pro ſtatu & conditione Rei criminis.[h] Et quamuis [i] obligatio ad pœnam, non dicatur propriè reatus, ſed ipſe ſtatus Rei, qui accuſatus ac inter Reos receptus eſt, Gregorius [k] tamen

a *in d. diſt. 42. q. 2.*

b 1. 2. *q. 20. art. 3.*

c *c. omnis, de pœnit. & remiſſ. & clarius in c. 5. & can. 6. Seſſ. 14. Cõcil. Trid.*

d *l. Labeo §. Tubero. ff. de ſupellect. leg. & arg. c. præterea, de offic deleg.*

e *l. neque natales, C. de probat. l. in præſentia, cod. tit.*

f *in 2. lib. ſent. diſt. 42.*

g *lib. 8. Inſt. c. 3.*

h *vt colligitur ex l. S. quis diutino, ff. de pœn. quicquid. ibi reuoluat. Accurſ. vbi adnotauit. Budeus, errore nimio apud. Iuriſconſ. ætatis noſtræ, reatum pro crimine capi.*

i *iuxta ſenſum. Budæi.*

k *In c. ſi peccatũ de pœnit. diſt. 1.*

*a vbi ſup.*

& Magiſter cum Aquinate, & aliis [a] pro illa obligatione accipiunt.

22 At quia duplex eſt peccatum, mortale, & veniale [b] bipertitus quoque Reatus eſt. Vnus, quo quis aſtringitur ad pœnam æternam. Alter quoad pœnam temporariam, ſecundum omnes. Itaque peccatum eſt mater Reatus: Reatus verò filius peccati: ſicut obligatio, eſt mater actionis. [c] actio vero filia eius. [d]

*b c. vnum. §. criminis, 25. diſt.*
*c licet. §. ea obligatio ff. de procur.*
*d gloſſ. in rubr. de action. Inſtit.*
*e lib. 1. Confeſſ. cap. 12.*
*f 12. quæſt. 87. art. 2.*

23 Reatus autem, ſiue obligatio ad pœnam, eſt triplex: quum enim peccatum triplicem ordinem offendat, ad triplicem quoque pœnam obligat. Nam quatenus offendit ordinem propriç rationis, obligat ad pœnam remorſus conſcientiç, iuxta illud. Auguſt. [e]. *Omnis inordinatus animus, ſibi ipſi eſt pœna*, quam conſcientiç remorſum eſſe dixit Diuus Thom. [f] Quatenus autem offendit ordinem Dei obligat ad pœnam æternam, vel temporariam, ab eo infligendam. Quatenus demum, offendit legem humanam, ad pœnam illius legis ab homine ſtatutam arctat.

*g 12. q. 18. art. 8.*
*h in 2. lib. ſent. diſt. 7. & 41. & quod lib. 18.*
*i ſuper S. Tho. in d. art. 8.*
*k Matth 12.*

34 Actus porro deliberatus, qui bonus non eſt, peccatum eſt. Multi enim ſunt actus, qui ex ſuo genere vel ſpecie, id eſt, ex obiecto ſuo, neque boni ſunt, neque mali: cuiuſmodi eſt profectio in campum, & ſubleuatio feſtucæ, vt S. Thom. communiter receptus docet, [g] nullus tamen in indiuiduo reperitur, qui ſi non eſt bonus, malus non ſit: nullus enim reperitur talis cui non deſit bonitas obiecti, finis vel alicuius circumſtantiæ. Et licèt contrarium verius mihi ſequuto Scotum, [h] fuerit viſum, quod videretur dari poſſe actus indifferens, ſine vlla circumſtantia, in nullum finem bonum, vel malum ordinatus, poſtquam tamen legi Caietanum, [i] in hanc tranſiui ſententiam, quoniam omnis actus otioſus, deliberatus, eſt malus. iuxta illud. [k] *Omne verbum otioſum, &c.* & omnis actio non collimata in aliquem finem, eſt otioſa, ac proinde ipſi deeſt circumſtantia finis, ſiue ordinatio ad bonum finem, & ita, eſt contra legem æternam. quę ad bonitatem actus prçrequirit omnium circumſtantiarum concurſum rationabilem. Cui accedit, quod homo naturaliter agit propter finem, iuxta Ariſt. [l] relatum à S. Thom. [m]

*l 2. Phyſic. ca. 3.*
*m 1. 2. q. art. 1. & 2.*

25 Itaque, turpiter errarunt plærique, circa peccatum actuale. Alij quidem, vt Valentinus, quod peccatum nō à libero arbitrio, ſed à demone tantum manaret. Alij, vt Lutherus, quod omne opus quàmlibet rectè factum eſſet peccatum, Alij vt Aetius, & Armenij, nonnulla eſſe peccata, planè irremiſſibilia. Alij, vt Vualdenſes, nullum peccatum mortale eſſe tolerandum, etiam vt euitetur maius malum. Alij, vt Iouinianus, ſemel iuſtificatum, non poſſe ampliùs peccare. Quorum fusè meminit Caſtrenſis.[a] Alij, vt præfati Vualdenſes, per peccatum mòrtale perire ac deperdi omnem poſteritatem, tam laicam, quam eccleſiaſticam, vt ab eodem Caſtrenſi proditum eſt.[b]

[a] *lib. II. aduerſus omnes hæreſes.verb. peccatū hæreſi 3 & ſeq.*
[b] *vbi ſup. verb. poteſtas hæreſi. 1*

# De peccato originali, vna peccati ſpecie.

## PRAELVDIVM VIII.

Summæ.

1 *Peccatum duplex, originale & actuale, & quid originale.*
2 *Peccatum aptius genus ad originale, quam carentia iuſtitiæ originalis.*
2 *Peccatum originale tollitur per baptiſmum, ſed non carentia nu. 3. &*
4 *Peccatum quod primi Parentis, & vt transfertur ad deſcendentes.*
5 *Iuſtitiam originalem ſibi, & toti poſteritati perdidit Adamus.*
6 *Peccatum originale non eſt Reatus, & cum eo omnes naſcimur.*
7 *Peccatum originale propriè eſt peccatum. nec eſt ea multa quorum novine appellatur.*
8 *Peccatum originale cunctis hominibus æqualiter ineſt, & excludit omnes à vita æterna.*
9 *Peccato originali, vt caruit Chriſtus, & mater eius.*

1 Peccatum diuiditur in originale & actuale. Attenta vero magis mente, quam verbis Anſelmi [a] & Magiſtri ac aliorum [b] necnon S. Thomæ. [c] & Concil. Trid. [d] poteſt definiri, eſſe peccatum primum primi parentis, quatenus fuit naturæ, per virtutem ſeminalem transfuſum in omnes poſteros immediate, vel mediatè ab eo genitos, quo ſibi ac illis perdidit iuſtitiam originalem quoad hoc ſeculum, & beatitudinem æternam quoad alterum.

2 Dixi (*peccatum*) pro genere, licèt enim Anſelmus crebriori calculo receptus [e] illius loco ponat (*carentia iuſtitiæ originalis*) & alij (*Concupiſcentia* vel, *Habitus improprius*, vel, *fomes*, vel, *Lex membrorum*, vel, *Tyrannus*, alij, *Reatus*, vel, *Pœna*, aptius tamen ponitur, *peccatum*, cum per hoc diui Thomę circumſpectiſſimum effatum, [f] *Sicut peccatum actuale, eſt peccatum perſonæ, quia per voluntatem perſonæ peccantis committitur: ita peccatum originale, eſt peccatum naturæ, eo quod per voluntatem principij humanæ naturæ commiſſum eſt. Et ſicut peccatum actuale, quod eſt peccatum perſonæ. trahitur ad ſingula membra, per aliquem actum perſonalem: ita peccatum originale, trahitur ad ſingulos homines per actum naturæ, qui eſt generatio.* tum per præfatum Concil. Trid. [g] quatenus declarat hæreticum, qui dixerit, Adamum inquinatum per inobedientiæ peccatũ mortem, pœnaſque corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe: non autem & peccatum, quod mors animæ eſt. Et quatenus definit, [h] hęreticum eſſe negare per baptiſmum remittit omnem reatum originalem peccati, vel aſſerere, non tolli, quicquid veram propriamque rationem peccati habet.

3 At per baptiſmum non tollitur carentia originalis iuſtitię, nec concupiſcentia, nec habitus ille, impropriùs, neque fomes, neque lex membrorum, neque Tyrannus, licèt aliquantulum refrænetur, iuxta omnium calculum, ergo nullum illorum eſt de vera & propria ratione peccati primogenij: ac conſequenter, neque verum genus definiti, quod eſt de ratione ſpeciei. [i] Et quamuis reatus omnis aboleatur per baptiſmum, nihilominus ſecundum Magiſtrum, communi calculo receptum, peccatum originale neque reatus, neque pœna eſt, ſed culpa, vt infra dicemus, ergo aptius genus eſt

a de conceptu virginali c. 2. & 3.
b in 2. lib ſent. diſt. 30.
c 1. 2. q. 81. & 82. & 3. part. q. 77. art. 1 & me lius ad Rom. 5. lect. 2. col. 2. & 3.
d Conc. Triden. ſeſſ 5 § 1. 2. & 3 Decret. de peccato originis.
e vbi ſup.
f Ad Rom. 5. lect, 3. col. 2.
g vbi ſup. §. 2.
h can. 5.
i iuxta. Porphy in prędicabil.

peccatum, quam quoduis cæterorum.

4 Dixi, *primũ primi parentis*, quoniam alia peccata quę ipſe perpetrauit, vel poſteri eius, non ſunt originalia & hæreditaria, nec tranſierunt, aut tranſeunt in poſteros, vt probat S. Thom. ab illis in hoc receptus. [a]

Dixi, *quatenus fuit naturæ*, quia, quatenus perſonale ſolaque perſonali voluntate commiſſum, non fuit, neque eſt originale, aut transfuſum, ſed quatenus fuit peccatum naturæ, & voluntate poſterorum eius, commiſſum, ratione, & modo, qui ex memoratis D. Thom. verbis elicitur.

Dixi, *per virtutem ſeminalem*, ad ineundum quemadmodum, à quo, & in quos deriuetur. Nam homo qui miraculosè in puris naturalibus alia ex materia quam humana carne, crearetur, immunis foret à peccato originali, non enim eſſet, ex Adami poſteris. Imò, nec ſi crearetur de carne alia, ratione alia, quàm per virtutem ſeminalem, iuxta ſententiam eiuſdem S. Thomæ [b] & aliorum, potiſſimum Durandi, [c] nihilominus tamen careret iuſtitia originali, haberétque fomitem ac concupiſcentiam, quæ eſt in baptizatis, vt ſat ſupérque colligitur ex eodem S. Thom. [d]

5 Dixi, *quo ſibi, & poſteris perdidit iuſtitiam originalem, quoad hoc ſeculum*, ad inſinuandum grande illud, irreparabileque damnum, quod ſibi, nobíſque intulit Protoplaſtus. Illa namque iuſtitia, erat donum quoddam ſupernaturale, à Deo inditum Adamo, pro ſe poſteriſque ſuis, quo vires inferiores ſubiiciebat ſuperioribus, & ſuperiores Deo, harmoniam quandam mirificam conſtituens: cui per peccatum deperditæ, ſucceſſit diſcordia ac rebellio oculis omnibus deploranda, & potentia concupiſcendi, tam ſenſualitatis, quàm voluntatis ſuperioris effrænata, iuxta omnium calculum.

Dixi, *& beatitudinem quoad alterum ſeculum*, ad oſtendendum ter horrificum illum effectum, quam peccatum operatur: putà, carentiam perpetuam vitæ beatæ. [e]

6 Atqui, peccatum originale non eſſe reatum, probat Magiſter, [f] & nos ſupra prælud. præcedenti, [g] vbi diximus peccatum non eſſe reatum.

a 1. 2. q. 82. art. 2. & melius in delect. 3 c. 5. ad Rom.

b 1. 2. q. 81. art. 4. & 2. l. ſent. diſt. 31. q. 1. art. 2.

c in d. diſt. 30. q. 2.

d q. 82. art. 4.

e c firmiſſime. de Conſecr. diſt. 4.

f 2. lib. ſent. diſt. 30.

g nu. 11.

a *ad Rom.* 5.

Hæretici nihilominus ſunt, aſſerentes non naſci homines cum vero peccato, nam aſſertore Apoſtolo.[a] *Per vnum hominem, peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt, &* [b] *omnes filij iræ naſcimur*, quibus plæraque iura [c] ſuffragantur.

b *ad Epheſ.* 2.
c *c. firmiſſimè te ne, de conſecr. diſt.* 4. & *Concil. Trid. vbi ſup. can.* 1.
d *Prælud.* 7. *n.* 13.
e 1. 2. *q.* 82. *art.* 1. *ad.* 1.
f *in* 2. *lib. ſent. diſt.* 20. *q.* 2.
g, *in d. diſt.* 30.
h *in d. q.* 82. *art.* 3.
i *ad Rom.* 6.
k *ibid. lect.* 3.

7 At peccatum originale non eſt actus perſonalis, neque potentia vt in confeſſo eſt, neque habitus, vt diſtinguitur ab actu, quia peccatum eſt, nulla autem peccata, vt dictum eſt ſupra, [d] ſunt habitus, quàmuis Metaphoricũs laté capto vacabulo habitus, dici poſſit: quod, vt ille inclinat ad ſuos actus, ita originalis peccati fomes ad ſuos, iuxta ſanctum Tho. [e] & Durandum ac alios [f] neque eſt vere concupiſcentia, ſeu (vt Magiſter ait) concupiſcibilitas, neque fomes peccati, licèt materia eius quodammodo dici queat, iuxta eundem Thom. [h] Quàmuis, interdum vocetur peccatum, nominando effectum per cauſam, iuxta illud Apoſtoli. [i] *Non regnet peccatum, in mortali corpore veſtro*, adiuncta expoſitione B. Tho. [k] aſſerentis, non iubere Apoſtolum, ne peccatum, id eſt, fomes peccati, ſit in nobis: ſed ne regnet in nobis, qui debemus, & poſſumus Chriſti gratia accedente, ei reſiſtere. Quoniam vt ſupra, [l] dictum eſt, per baptiſmum tollitur, quicquid eſt de vera ratione peccati originalis, vt determinat Concil. Trid. [m] nihilominus tamen baptizari, poſt baptiſmum experimur, irę, amoris & voluptatis motus, rationem præuenientes, qui ex fomite illo manant. Idque producendum eſt ad iuſtitiæ originalis carentiam, quæ per baptiſmum non reſtituitur.

l *n* 2.
m *vbi ſup.*

Peccatum itaque originale, propriè eſt peccatum ſeu culpa, ſiue deformitas & defectus rectitudinis, qua caruit actus ille primigeniæ noxę primi parentis, quatenus fuit actus voluntarius totius naturę, omniúmque ab illo deriuandorum per virtutem ſeminalem, modo, quo initio huius Præludii proditum eſt.

8 In vno autem homine, nonniſi vnum peccatum originale eſt, vt idem S. Thom. receptus docet, [n] concludens, [o] id cunctis hominibus, æqualitérque ineſſe. Cui conſequens eſt, omnes homines tam natos, quàm nondum natos, mares ac fœminas, adultos & paruu-

n 1. 2. *q.* 82. *art.* 2.
o *in* 3. & 4.

los, ratione vtentes, & fatuos, qui originali peccato obnoxij moriuntur, & morientur, damnari, ſaltem pœna damni, qua excluduntur à vita beata æternum. [a]

9 Et quidem, hocce peccato originali caruerunt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, aſſertore Aquinate, [b] quia non deſcendit ad Adamo per virtutem ſeminalem. Et glorioſiſſima virgo eius mater, ſecundum plæroſque omnes Catholicos: quæ quidém particulari priuilegio præſeruata fuit quàmuis nonnulli grauiſſimi & ſanctiſſimi viri, ſecus exiſtiment. Quò fit, vt neutra opinio ſit damnanda, iuxta ſanctionem Papæ Sixti. [c]

*a c. firmiſſimè, de conſecr. diſt. 4. quod Gratianus tribuit. Auguſt. licet bonam eius partem. Magiſt. ſent. in 2. lib. diſt. 30. libro de dogmat. Eccleſiaſticis attribuat.*

b *1. 2. q. 81. art. 3. & 3. part. q. 87. art. 2.*

c *in extrauag. 1. de rel. q. & venerat. ſanct. renouata nuper* per Concil. Tri. *vbi ſup. §. vlt.*

## De peccati altera ſpecie, quæ eſt peccatum actuale, déque ſpeciebus eius, præſertim mortali.

### PRAELVDIVM IX.

Summæ.

1 *Peccatum actuale quid, & quæ eius ſpecies noſcendæ Confeſſario.*

2 *Peccatum diuiditur ſeptem modis, in cordis, oris & operis, & in facti cordis & conſuetudinis. & n. 3. & in ſeptem capitalia. n. 4. & in Deum proximum & ſeipſum. n. 5. & in peccatum per exceſſum & defectum. n. 6. & in mortale & veniale. n. 7.*

3 *Mors animæ triplex, ſignata, per tres ſuſcitatos.*

8 *Conſilium contra, etiam diuinum, factum regulariter nō eſt peccatum, etiam veniale.*

8 *Peccati mortalis definitio.*

8 *Peccatum ad mortale, poſſunt obligare leges humanæ.*

9 *Conſcientiæ contra legem quis dicatur peccare,*

9 *Peccatum vt ſit mortale, non, ſufficit fieri contra conſtātiam. dictantem id eſſe peccatum ſimpliciter, ſed oportet eſſe peccatum mortale.*

9 *In cauſato, plus virtutis non eſt, quam in id potentia cauſæ infundat.*

10. *Ignorantia quæ excuſat.*

11 *Subreptio quæ excuſat.*

12 *Paruitas rei, vt excuſat: & quid illa ſit remiſſiue.*

13 *Diſpenſatio quæ excuſat à mortali.*

*14 Diſpenſatio alia iuſta alia iniuſta, alia nulla.*

*14 Diſpenſatio ſine cauſa, quæ non mortalis.*

*15 Diſpenſatio quid, & inferioris, circa legem ſuperioris & ſuam, quæ valeat.*

*15 Diſpenſare non cenſetur inferior, circa legem ſuperioris, niſi id exprimat, nec creditur ei, dicenti ſe diſpenſare iuſta de cauſa, niſi probetur, &c.*

*16 Cauſa quæ iuſta excuſat circa legem humanam.*

*17 Peccatum mortale eſt, contemptus conſilij diuini, & ſalutis proximi n.18.*

*19 Finem vltimum non ponit in creatura, quiſquis mortaliter peccat, & quis illum in re aliqua conſtituere cenſeatur.*

*19 Peccatum veniale quid.*

*20 Peccatum quoddam duplex, quoddam ſimplex, quoddam multiplex.*

1 Peccatum actuale definiri poteſt, eſſe peccatum, quod non eſt originale. Dixi (*peccatum*) pro genere, reliquum loco differentiæ.

Erroneum porrò & hæreticum eſt illud paradoxum Tullij. *Omnia peccata ſunt æqualia*, vt poſitum eſt à Diuo Thoma omnium Catholicorum calculo recepto.[a] Nec ſufficit pœnitenti, confiteri peccata ſua in genere, aut confeſſario illa ſic audire: at oportet illa tam confiteri, quàm audire in ſpecie, vt infra [b] fuſiùs explanabitur: ideóque peccati actualis diuiſiones perpendendæ ſunt.

2 Quarum quidem, prima, eſt Anſelmi [c] relati ab eodem S. Thoma, [d] in peccatum cordis, oris & operis: nec eſt generis, in ſuas ſpecies, ſed eiuſdem peccati, in diuerſos gradus, vt ſupra [e] diximus.

3 II. Diuiſio, eſt Auguſt. [f] in peccatum cordis, facti & conſuetudinis, quę etiam non eſt peccati, in membra diuerſæ ſpeciei: ſed in tria membra diuerſorum graduū eiuſdem peccati, quod eruditè, de more, ait [g] Auguſt. ſignificari per tria genera mortuorum, quos Dominum ad vitam reuocaſſe, aiunt Euangeliſtæ, [h] Gloſſa verò [i] adtexuit hoc tetraſtichon.

*Meps mala, mors intus, malus actus, mors foris, vſus*
*[i] Tumba, puella, puer, Lazarius iſta notant.*
*Hanc verbo, hunc motu, lachrymando ſuſcitat illum.*

a 1.2.q.73.art. 2. & q. 2. art. 9. de malo.
b c.2.
c in lib. de ſimilitud c.24.
d 2.2.q. 162. art.4. & in c. ſicut tribus, de pœnit. diſt.2.
e Prælud. 7. n. 11.
f in lib. de ſermone Domini in monte rellat in d.c. ſicut tribus. de pœnit. diſt.2.
g ibid.
h Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 11.
i d.c. ſicut tribus.

*Chriſtus, & in modico naſcitur æger homo.*

4 III. Diuiſio eſt Sancti Greg. [a] relata à Magiſtro [b] in ſeptem capitalia, & rurſus ſeptem capitalium, in quinque ſpiritualia, inanem gloriam, iram, inuidiam, auaritiam & acediam, & in duo carnalia, luxuriam & gulam quæ eſt diuiſio peccati, in membra ſpecierum diuerſarum, ſeu diuerſorum generum ſubalternorum: ſingula enim illorum ſeptem, à ſe inuicem differunt ſpecie, quando quidem, omnia eorum obiecta ſpecie diſcrepent, vt erudite declarat S. Thom. [c]

5 IIII. Diuiſio, eſt Iſidori, [d] in peccatũ in Deum, proximum, & ſeipſum, quam refert Diuus Thom. [e] quę tamen diuiſio parum Confeſſariis eſt neceſſaria.

6 V. Diuiſio colligitur ex S. Thom. [f] in peccatum per exceſſum, & per defectum, de qua idem dicendum, quod de duabus proximè præcedentibus.

7 VI. Diuiſio, eſt in peccatum lethale & veniale, quę an ſit generis in ſuas ſpecies, necne, ſatis colligitur ex ſupradictis. [g]

Longè autem vtiliſſimum fuerit tam pœnitenti, quam confeſſario, noſſe notas, quibus veniale à mortali diſcernatur: quæ quidem, non ſatis diſcerni poſſunt, dicendo mortale eſſe contra legem, veniale vero præter eã. Supra [h] namque probatum eſt, etiam peccatum veniale eſſe contra legem: & per infra ſcripta planum euadet non omnia contra legem facta, eſſe mortalia, Notę porro præfatæ ex infraſcripta peccati mortalis definitione, eiuſque enucleatione, ſatis colligi poterunt.

8 *Peccatum mortale, eſt peccatum contra præceptum diuinum vel humanum, promulgatum, receptum & non abrogatum, æterna pœna munitum, vel contra aliquid pro tali habitum, ſeu de quo, an eiuſmodi ſit, dubitatur, quod ignorantia, ſubreptio, vel paruitas rei, aut diſpenſatio, vel cauſa iuſta, quoad legem humanam. ab ea non excuſat, vel contra diuinum conſilium contemptum, ſalutemve animæ proximi ſpretam, vel ob finem malum, ſeu in quo finis vltimus conſtituitur.*

Dixi, *peccatum*, pro genere, &. *contra præceptum*, quia factum contra conſilium, etiam diuinum, regulariter, ne quidem veniale peccatum eſt.

Dixi, *contra præceptũ diuinum vel humanum*, vt cõprehendantur præcepta naturalia diuina, diuina poſitiua, & hu-

a *lib. 3. Moral. c. 31.*
b *2. lib. ſent. diſt. 42.*
c *in d. q. 72. articulo 2.*
d *lib. de ſummo bono.*
e *vbi ſup. art. 4.*
f *vbi ſup. art. 1.*
g *Prælud. 7. n. 11.*
h *Prælud. 7. n. 11.*
i *§. fin. 4. diſt. & c. pen. 14. q.*

mana. Quæ triá, ad mortale obligare poſſunt. Diuina quidem ſiue naturalia, ſiue poſitiua, iuxta illud. *Maledicti, qui declinant à mandatis tuis*[a] & illud.[b] *Si iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint.* Lex vero humana,[c] ſi modo ſit promulgata, recepta, nec abrogata in totum, vel pro parte contra quam agitur,[d] vt fuſè tradimus & planum facimus alibi.[e]

Dixi (*æterna pœna munitum*) ad excludendum pecccata quæ fiunt contra præcepta legum, non infligentium pœnam æternam. Qualia ſunt etiam nonnulla diuina, putà, de non iocoſè aut officioſè mentiendo, vt latè tradimus infra[g] poſt Caiet.[h] Qualia denique ſunt illa, quorum authori non fuit animus aſtringendi ad illam pœnam, veluti ſtatuta Dominicanorũ, aſſertore ſancto Thoma[i] quem ſequuntur Ioan. Andr. & alij.[k] Qualia inſuper ſtatuta aliorum complurium ordinum & collegiorum, ad inſtar Dominicanorum facti. Qualia demum, quę non continent verba pręcipientia, vel ſtatuentia, cuiuſmodi ſunt permultæ leges ſeculares, vt latiùs proditum eſt infra.[l]

9 Dixi (*vel contra aliquid pro tali habitum*) ad comprehendendum peccata facta contra conſcientiam dictantem vel dubitantem ea eſſe mortalia, tametſi vere talia non ſint.[m] Quibus adnoto, ad hoc vt peccatum ſit mortale non ſufficere, quod fiat contra conſcientiam, dictantem id eſſe peccatum ſimpliciter, (at vt dictum eſt) oportet eſſe peccatum mortale. Itaque, peccata quæ fiunt contra conſcientiam dictantem illa eſſe venialia, vel ſimpliciter peccata, venialia duntaxat erunt, ſi ex ſe alioqui mortalia non ſunt. Nam (vt ait Bald.)[n] in effectu, plus virtutis ineſſe nequit quam in illam cauſæ potentia infundat: quod etiam iure firmatur.[o] Conſcientia autem, quod aliquid ſit veniale, vel ſimpliciter peccatum. non infundit in id grauitatem lethalem, quam non habet. Addo amplius, non ſufficere, nec requiri ad hoc conſcientiam, vel dubietatem generalem: ſed ſpecialem, vt poſt Tho. à Vio.[p] tradidimus[q] Verbi gratia ſi Iuriſperitus dubitaret generatim, an Iuriſconſultis liceat die feſto conſulere, nulla tamen angeretur dubitatione, an hoc die feſto, hoc conſilium, huic à ſe dati liceat, nullum admittitur ex parte dubitationis conſcien-

a *Pſal 118.*
b *Pſal. 88. verſ. 31.*
c *iuxta c. 2. de maior. & obedient.*
d *§. leges. 4. diſt*
e *in Comment. d. c. fraternitas. 12. q. 1.*
f *c. primum, 24. q. 2.*
g *c. 23.*
h *tomo. 1. Opuſcul. opuſculo 25. q. 1. & 2. 2. q. 72. art, 5.*
i *1. 2. q. 106. art. 9. ad 1.*
k *in c. relatum ne cler. vel Monach.*
l *d c. 23. & in Cõment. c. fraternitas. 12. q. 2*
m *per c. per tuas 2. de ſimon.*
n *l. 1. ff. de Sen.*
o *c. licèt. ex quadam deteſtib. & c. 1. §. hoc. notãdum. Qui feud. dar. poſſ.*
p *d. 1. tom. opuſcul. opuſcul. 31. reſponſ. 13. verſ. ſeptimũ dubiũ.*
q *in c. ſi quis autem 61. & ſeq. de pœnit. diſt. 7.*

tię peccatum. Cæterum, ſi quis arbitretur licere generaliter Iuriſperitis, diebus feſtis conſulere, dubitet autem, an nunc, & huic, hocque conſilium liceat ſibi dare peccatum foret, ex capite dubitationis.

Non etiam ſufficit ad hoc, ſcrupulus in genere, nec in particulari. Nam ſi quis facit opus licitum, quod credit ſibi licere, non peccat, quamuis incertus animi angatur ſcrupulo generali, vel particulari in cõtrarium, animuſque in contrarias ſententias diſtrahatur, & illum diſcruciet anceps cogitatio, vt alibi [a] fuſé confirmamus.

a in d. c. ſi. quis autem, nu. 23.

10 Dixi, *quod ignorantia non excuſat*, nam quando illa eſt facti, imò & perſæpe, quando eſt iuris, excuſat, qua ratione reddit actum inuoluntarium, vt ſupra planum fecimus. [b]

b Prælud. 6. n8

11 Dixi, *ſubreptio non excuſat*, ea ſiquidem in omni materia à mortali excuſat, vt dicemus infra, & alibi, [c] poſt alios, præſertim S. Thom. [d] tradidimus, cuiuſmodi non infrequenter reperitur in acediæ materia, dum quis admittit diſplicentiam quãdam bonorum diuinorum, non ſatis deliberatam ac iudicio firmatam. Cui attexi poteſt, paruitas iudicij, cui obnoxij ſunt ſemidormientes, aut ſemiebrij, vel adeo turbati, vt licet ſufficiat veniale, non tamen ad mortale, vt acutè decidit Ioan. Maior. [e]

c in c. inter verba. 11. q. 3.

d q. 88. art. 5. & 2. 2. q. 33. art. 5. & q. 58. art. 3.

e in 3. lib. ſent. diſt. 37. q. 14.

12 Dixi, *vel paruitas rei*, hæc enim in omni quoque materia, excuſat, vt author eſt S. Thom [f] Quæ autem quantitas cenſenda ſit magna & notabilis, vt furtum efficiat mortale, fuſius quàm alij, explicuimus alibi. [g]

f in locis præcitatis.

g in Cõment. c. fin. 14 q. 6. cuius ſumma inſertur. infra. c. 17. poſt. princip.

13 Dixi, *vel diſpenſatio iuſta*, quia hæc ſimiliter ſemper excuſat. Iuſtam autem intelligo eam, quę ipſo iure valida eſt, licèt non fuerit iuſtè indulta, cuiuſmodi plæræque ſunt circa leges humanas, quamuis nulla earum, quæ circa legem diuinam & naturalem, citra iuſtam cauſam, fiunt, cenſenda ſit talis: quum earum nulla valida ſit ipſo iure: nullus ſiquidem princeps eius rei facultatem habet, iuxta quandam ſolemnem Gloſſ. [h] quæ de diſpenſatione ſuper voto, & aliam Gloſſ. [i] quæ de diſpenſatione ſuper iuramento, agit.

h c. non eſt, de vot.

i c. Quanto. de iureiur.

14 Crediderim nihilominus, quod licet diſpenſans peccet, diſpenſatum tamẽ, ſi bona fide nixus ſuperioris

auctoritate, exiſtimat eam ſibi iuſta de cauſa eſſe indultam excuſari, tantiſperdum ad ſuam notitiam delatum fuerit, eam talem non fuiſſe.[a] Tales etiam ſunt, quæ fiunt circa, legem diuinam & naturalem, iuxta de cauſa ab habentibus poteſtatem, ſecundum prædictas Gloſſ. Tales inſuper, quæ fiunt à principibus circa leges ſuas, Superiores non recognoſcentibus, etiam ſine iuſtà cauſa, dũ tamen ſine ſubreptione fiant iuſtæ enim quod ad hoc dicentur: etiamſi tam diſpenſans, quam diſpenſatus ſciant cauſam iuſtam nõ ſubeſſe. Licèt enim princeps circa ſuam legem ſine cauſa diſpenſans, peccet, iuxta mentem vtriuſque Thom[b] quam latius alibi[c] explicauimus, licèt etiam, diſpenſatus renuendo ſine cauſa, honeſtis moribus eorum quibus cõuiuit morem gerere, ſeſéque adiungere,[d] non tamen peccat ob tranſgreſſionem legis, per diſpenſationem ſibi relaxatæ. Illa namque diſpenſatio & relaxatio (tametſi iniuſta) ipſo iure valida eſt, non ſecus quam excommunicationis iniuſta abſolutio.[e] Cæterũ, animaduertendũ, peccatũ quod admittit ſuperior, relaxando alicui ſine iuſta cauſa, ſuã legem,[f] & peccatũ, quod diſpẽſatus cõmittit, procurãdo eam, ſine dicta iuſta cauſa, ſolum eſſe venialia, ſcandalo & damno notabili alienis ceſſantibus, auctore Caiet.[g]

15 Ardua nihilominus eſt quæſtio, an inferioris, circa legem ſuperioris diſpẽſatio, etiam caſu quo ipſi indulgetur poteſtas diſpenſandi, ſine iuxta cauſa facta, valeat? Et verius receptiuſque puto non valere. Tum quia diſpenſatio definitur eſſe laxamentum ſeu relaxatio aut remiſſio legis, cauſa cognita,[h] ſic enim ſe habet inferior, ad legem ſui ſuperioris principis: Sicut hic ad legem Dei.[i] Diſpenſatio autem principis ſuperioris, circa legem Dei, ſine iuſta cauſa, nihil valet, nec excuſat, vt prædictum eſt. Tum, quod Innocent ſingulariter dicit,[k] diſpenſationem à legato, etiam auctoritate Pape ſibi commiſſa, ſine iuxta cauſa, factam, non valere.

His amplius adnoto, inferiorem non cenſeri diſpenſare circa legem ſuperioris, niſi id exprimat, etiamſi iubeat, aut permittat fieri quippiam, quod non niſi præuia ipſius diſpenſatione, iuſtè fieri poſſet.[l]

Nec creditur ei, aſſerenti ſe diſpenſare iuſta de

a arg. c. *Quid culpatur*. 23. q 5.
b 1. 2. q. 96. art. 5.
c *in d. c. ſi quando de reſcrip. excep*. 8. nu. 12.
d *contra c. Quæ contra diſt*. 8.
e c. *Venerabilibus* § *ſanè, de ſent. excom. lib*. 6.
f *per. c. iuſtũ eſt*. 9 *diſt*.
g 1. 2. 96. *artic*. 5.
h *iuxta gloſ. ſolemn*. § *niſi. rigor*, 1. q. 7.
i c. *Cùm inferior. de mai. & obed. & c inferior*. 21. *diſt*.
k *in c. dudum* 2. *de elect*.
l *iuxta duo. pronuntiata* Innoc. *relata & concordata ab* Hoſt. *&* Panor. *in c. diuerſis falla. ciis, de* Cler. *coniugis*.

cauſa, niſi probetur ſi non fuerit facta prçuia, cauſæ co-
gnitione, per fuſius à nobis alibi [a] adducta : imò neque
ſi fia t ea præuia, conſtetque in foro conſcientiæ, causā
eſſe falſam, tametſi diſpenſatus credens bona fide, ſe-
cum diſpenſatum, ob ſuperioris auctoritatem, excuſari
poſſet.

At vero, diſpenſatio ab inferiore, circa ſuam præde-
ceſſoriſue, vt inferioris ſui legē, facta, in vtroque foro
valida eſt, etiam ſi ſolo voluntatis arbitrio, eam fecerit.
Quin & exiſtimo ipſum circa illam tacitè diſpenſare,
quoties prudens & ſciens, iubet aut permittit quipiam
fieri, contra eam, nulla diſpenſationis mentione facta,
Quæ ſigillatim confirmare, non eſt prçſentis inſtituti,
ſed de iis alibi tempeſtiuius.

16 Dixi, *vel iuſtâ cauſa*, quia vt infra [b] dicemus cauſa
iuſta ſemper excuſat tranſgreſſionem legis humanæ,
ſaltem à mortali, ſecūdum mentem S. Thomç [c] & alio-
rum. [d] Eam vero cauſam crediderim iuſtam, ob quam
legiſlator, ſi præſens foret, excuſationi locum daret. [e]
Quin etiam cauſa quam quis bona fide putat iuſtam,
quamuis non ſit, excuſat à mortali, licèt non à veniali, vt
pulchrè prodidit Caiet. [f] poſt alios non citatos ab eo,
quos alibi citauimus [g]

17 Dixi, *contra diuinum conſilium contemptum*, nam licet
conſilia diuina, nequidem ad veniale obligent, vt prç-
dictum eſt, [h] qui tamen illa contemptim tranſgrediun-
tur, vel non adimplent, mortaliter peccant.

18 Dixi, *vel contra ſalutem animæ proximi ſpretam*, faciens
enim quippiam, quod ex ſe non eſt mortale, nec fortè
illicitum, cuiuſcemodi eſt exornatio mulieris, aut viri,
per contemptum ſalutis animæ proximi, quem credit
per eam ſpiritualiter periturū, mortaliter peccat: quam-
uis non ita peccaret, ſi eiuſmodi contemptus ceſſaret, vt
fusè differetur infra.

Dixi, *vel ob finem mortalem*, quoniam actus omnis in fi-
nem mortalem relatus, mortalis eſt, etiam ſi genere ſuo
talis non ſit. [l]

19 Dixi, *vel in quo finis vltimus conſtituitur*, nam vt tra-
dit vterque Thom. [m] per hoc, mortale efficitur. Con-
ſtituere autem videri poteſt quis finem vltimum in
re aliqua, quando ſic afficitur ei, vt malit auerti

a *in Comment. c. non liceat. §. 4. 12. q. 2.*
b *c. 23.*
c *1. 2. q. 96. ar. 6.*
d *in d. n. 42. citatorum.*
e *arg. gloſſ. ſing. in letale pactu. §. Qui prouocauit, ff. de pact.*
f *2. 2. q. 14. 3 art. 3.*
g *ibidem.*
h *n. 8.*
i *iuxta gloſſ. ſing. & recept. in c quis autem. 10. diſt.*
k *c. 23. à n. 18.*
l *c. Cum miniſter, 23. q. 5. vbi poſt. S Tho. 1. 2. q. 18. art. 4 id. latè tractauimus, n. 23.*
m *d. 1. 2. q. 88. art. 4.*

à Deo, ſiue eius offenſam prouocare, & mortaliter peccare, quod continet auerſionem ab eo, [a] verùm contrarium aſſeruimus alibi [b] verius eſſe: tum quia, alioqui bis peccarent, quotquot ſcienter ſemel peccarent mortaliter: nam tranſgrederentur legem, quod vnum peccatum eſt, & conſtituerent finem vltimum in eo quod alterum eſt: tum quia, complures lethaliter peccant, ſcientes ſe in eo vltimum finem non conſtituere.

*a per dicta vtriuſque Tho. in d. art. 4. & ſeq.*

b in *Cōmen. d. c. cum miniſter, n.* 21.

Atqui, peccatum veniale definiri poteſt eſſe peccatum actuale, quod mortale non eſt.

20 Cæterùm, à prolixa diuiſionum peccati digreſſione, procedamus commodùm ad ſeptimam, qua ſecatur in ſimplex, & varium ſiue multiplex: ſimplex eſt, quod vnica ratione peccatum eſt, vt furari, & fornicari, nullo alio fine malo, aut praua circumſtantia accedente. Multiplex autem, eſt, quod multiplici de cauſa tale eſt, vt furari, quò adulterium committatur, & percutere religioſum.

Itaque oportet Confeſſarium, ac pœnitentem ſedulò circumſpicere, non ſolùm, an actus ſit peccatum, ratione ſui obiecti tantùm: verùm etiam, ratione alicuius alterius mali finis, ſeu prauę circunſtantiæ: Totuplex enim (vt hac voce licet non proba vtar) eſt peccatum, & totuplicis ſpeciei, quotuplici ratione diuerſa, eſt tale. Furtum enim patratum, vt adulterium committatur, eſt peccatum iniuſtitiæ ratione obiecti, qua ratione eſt contrectatio rei alienæ: luxuriæ autem peccatum, ratione finis, quatenus fit, vt adulterium perpetretur: ſi verò fiat in loco ſacro, ſacrilegium: ſi vt ematur gladius, quo homicidium patretur, homicidium dicetur.

Dixi, *mali finis, ſeu prauæ circumſtantiæ*, non enim omnes circumſtantiæ multiplicant peccatum, eiuſque omnem.

Hæc porro poſtrema diuiſio confirmatur, quod etiam bonus actus, qui peccato aduerſatur, eſt varius & multiplex. Simplex nimirum, qui vnica ratione bonus eſt. Multiplex autem, qui multiplici ratione talis eſt, Exempli gratia, ieiunium obſeruatum, ea ſola ratione, quod eſt præceptum, eſt actus bonus ſimplex, & aptus

ſoli

ſoli virtuti obedientiæ, eiúſque mercedi quærendæ. Seruatum au tem quò caſtigetur corpus, eſt duplex, & aptum quærendæ etiam virtuti caſtitatis, illiúſque mercedi. Cęterùm, ieiunium ſeruatum ad complacendum Deo, eſt triplex, aptúmque quærendæ charitati, ac illius mercedi. Seruatum demum ad immolandum carnem ſuam Deo, quadruplex, & aptum etiam latriæ, ſiue religionis virtuti, illiuſque mercedi conquirendæ, idémque de ſingulis iudicium.

## De Pœnitentia, & eius partibus.

PRAELVDIVM X.

Summæ.

1 *Pœnitentia quid generaliter, & quædam cum dolore, quædam ſine dolore.*
2 *Pœnitentia quid propriè, & quid impropriè ſignificet.*
3 *Pœnitentia alia bona, alia mala. Ab Adamo quæ ſemper ad ſalutem neceſſaria. &c.*
4 *Pœnitentiæ ſacramentum, cœpit à paſſo Chriſto, qui omnia ſacramenta nouæ legis inſtituit.*
4 *Pœnitentiæ ſacramenta quæ forma & quæ quaſi materia.*
4 *Iuſtificatio eius qui gratiam in baptiſmo acceptam perdidit, in quo præcipuè conſiſtat.*

1 Pœnitere generatim ſumptum, eſt ob aliquod factum eiúſve prætermiſſionem, animo angi, illúdque infectum optare. Quod quidem bifariam contingit, ſine dolore nimirum, quemadmodum beatos citra dolorem, erratorum ſuorum pœnitet. vt Angelicus Doctor auctor eſt,[a] vel cum dolore, ſicut pœnitere ſolent viatores peccaſſe, iuxta illud D. Auguſtini.[b] *Pœnitere, eſt Pœnam tenere.*

2 Verbum porrò, *Pœnitentia*, ſeu, *Pœnitudo*, propriè ſignificat actum pœnitendi, id eſt, dolorem ob factum aliquod noſtrum, occaſioníſque prætermiſſionem. Transfertur tamen, ad ſignificandum ſacramentum Pœnitentiæ,[c] pœnámque à ſacerdote in ſatisfactionem iniunctam: & pertinentiùs, ad ſignificandum habitum, qui eſt virtus mediatè, vel immediatè ad præfatum pœ-

a *in 4. lib. ſent. diſt. 14. q. 1. art. 1. queſtiuncula 3. & 4.*
b *in c. pœnitẽtia, 2. de pœnit. diſ. 3.*
c *c. quod in te, de pœniten. & remiſſ.*
d *c. falſa §. de pœn. diſt. 5.*

nitendi actum inclinans, iuxta S. Thom & plæroſquè alios, qui diuidunt pœnitentiam, in pœnitentiam virtutem, & pœnitentiam, ſacramentum. In præſenti autem inſtituto, vt plurimum vtemur eo, ad ſignificandum habitum pœnitendi (quæ eſt pœnitentia virtus) eiuſve actum, vel ſacramentum pœnitentiæ, aut pœnam, quæ à Confeſſario præſcribitur confeſſo.

3 Et quidem verbum (*Pœnitentia*) generaliter ſumptũ, tam includit malam, cuiuſmodi eſt, quæ de opere bono habetur, quam bonam, quę de opere malo concipitur, de qua nunc agere inſtituimus.

Bona porrò pœnitentia, pro actu, ſiue habitu bene dolendi ſumpta: iam inde ab Adamo Protoplaſto originẽ cœpit: fuitque ſemper ad ſalutem neceſſaria iis, qui peccatum mortale patrarunt, vti nuper declarauit ſacroſanctum Concil. Trid.[a]

a *ſeſs. 6. c. 14. & ſeſſ. 14. c. 1.*

4 Pœnitentia verò ſacramentum, cœpit à paſſo Chriſto, qui omnia nouæ legis ſacramenta, & in iis, pœnitentiæ, inſtituit, vt nouiſſimè clariùs quàm vnquã, planum fecit præfatum Concil. Trid.[b] aſſerens,[c] quòd licèt vis præcipua ſacramenti pœnitentiæ, ſit forma præſcripta illis miniſtri verbis. *Ego te abſoluo, &c.* ſunt nihilominus, quaſi materia eius, tres illi pœnitentiis actus, Contritio, confeſſio, & ſatisfactio: adeo quidem, vt memoratum Concil.[d] contradicentem, hęreticum pronuntiarit,

b *ſeſſ. 7. can. 1.*
c *in d ſeſſ. 14. can. 3.*
d *c. 4. eiuſd. ſeſſion.*

Quoniam autem, in iis tribus actibus rectè præſtruendis ac præponendis, iuſtificatio eius, qui gratiam in baptiſmo acceptam perdidit, potiſſime conſiſtit. vti ab eodem Concil. Trid. proditũ eſt[e] ab illis, Deo Opt. Max, votis cœptiſque noſtris, aſpirante, ſpirituque ſuo ſancto, criminum labe depulſa, nos perfundente, commodum auſpicabimur.

e *ſeſſ. 6. can. 14.*

*Finis Præludiorum.*

# ENCHIRIDION, SIVE

## Manuale confeſſariorum, ac Pœnitentium, clariſſimi Doctoris, D. Martini ab Azpilcueta, Nauarri.

*Simonis Magni Iuris vtriuſque Doctoris, ſtudio atque induſtria, variè illuſtratum & locupletatum.*

## De Contritione, prima parte Sacramenti Pœnitentiæ.

### Capvt I.

Summæ.

1 *Contritio quid, & vt non eſt eſſentialiter dolor. & nu. 3. & 4.*
2 *Pænitudo peccati, eſt nolle illud admiſiſſe.*
2 *Amor. Dei, debet eſſe firmiſsimus, & vt non intenſiſsimus. n.4.*
3 *Pænitentia quæ ſufficiat peccatis delendis.*
4 *Damnatorum dolor omnes ſeculi huius dolores facile vincit, ſicut & Chriſti acerbiſsimus dolor.*
5 *Amor Dei ſuper omnia, obedientialis, virtualis eſt contritio.*
9 *Contritio, quem, de quo & quantum dolorem requirat. & n.7. & 8.*

7 *Contritio non neceſſaria de futuris, ſed propoſitũ eã cauendi.*
7 *Pœnitentia quàm ob cauſam principaliter ſubeunda.*
1 *Pœnitere metu pœnæ, vel alterius mali non eſt malum.*
9 *Pœnitens non tenetur credere, ſe mortaliter non peccaturum*
10 *Peccatum licèt contritum, eſt confitendum.*
10 *Confitens non neceſſario debet ſtatuere, ſe nunquam peccaturum mortaliter,*
11 *Contritus virtute, vt tenetur conteri actu.*
11 *Ex æquipollentibus, quid fiat, non refert.*
12 *Propoſitum virtuale vitandi futura, quando ſat pœnitenti.*
13 *Horis canonicis pronuntiandis, quæ intentio & attentio requiratur: oranti denique, ſacrificanti, & bona in Deum referenti.*
13 *Opera vt bona ſint, in aliquem finem bonum ſunt referenda & vt meritoria in Deum.*
14 *Contritionis definitio cauſatiue intelligenda.*
15 *Contritio in finem vitæ dilata, quoad quæ dubia.*
15 *Contritus præſumitur mortuus, quilibet peccator quàmlibet flagitioſus, ſiquæ contritionis ſigna oſtenderit: & quænam.*
16 *Contritus non eſt qui non odit peccatum, magis quàm alia mala, n.17*
18 *Contritus vt eſt, qui talis conatur eſſe & non eſt.*
19 *Pœnitens intendens peccare, præbita certa occaſione, non abſoluendus.*
20 *Pœtnientis dolor, vt non debet eſſe nimius. & n.21.*
22 *Contritio an ſingularis requiratur de ſingulis peccatis & n.23.*
24 *Contritio ſingularis non neceſſaria de venialibus.*
24 *Peccati veniali ad remiſſionem, dolor quicunque ſufficit.*

*a quos in c. perfecta, de pœn. diſt. 1. cū animus.*

1 Contritio ex veterum & recentiorum [a] ſententia, eſt pœnitudo voluntaria, cum dolore maximo actuali, vel virtuali, peccati proprij, iam commiſſi, quatenus eſt offenſa Dei, ſuper omnia dilecti, cum ſpe veniæ, & propoſito non peccandi de cętero, ſaltem mortaliter, ac confitendi, & ſatisfaciendi, vt minimum virtuali.

*b vt ſup. prælud. 10. n.2. & 3. diximus.*

2 Dixi *pœnitudo*, tum pro genere, quia omnis contritio eſt penitudo, ſumpto verbo, *pœnitudo*, pro actu pœnitendi, [b] non tamen viceverſa. Tum quia licèt alij aſſerant contritionem eſſe dolorem, alij pudorem, alij

aliud: ipſa tamen, quoad ſuam eſſentiam propriè eſt pœnitentia, ſeu pœnitudo, & actus pœnitendi, ſeu nolendi peccaſſe, vt clarius aliis exprimit Cardin. Caiet.[a] & antea ſenſerant Palud.[b] & ſubtilis Doctor, [c] qui ad modum ſubtiliter ait, hæc quatuor inter ſe diſtingui. Pœnitentiam virtutem, quæ eſt habitus inclinans nos ad volendum vltionem noſtri peccati. Voluntatem puniendi, ſeu velle punire, quod ex ea oritur. Pœnitudinem peccati, ſeu velle non peccaſſe: quæ eſt pars punitionis. Et ſuſceptionem, ac tolerationem punitionis quæ eſt ſatisfactio, ſeu pars eius. Quando quidem, ſingulæ earũ, ſeparatæ à reliquis tribus, reperiãtur: quãuis tertia ſub quarta quadamtenus cõtineatur Quæ, breuitaté affectantes, quia praxi parũ vtilia ſunt, non explicamus: licèt id Scotus [d] faciat. Tertium autem horũ putà, nolle peccaſſe, eſſentialiter (vt ita dixerim) contritio

2 Dixi, *voluntaria*, tum quia, pœnitentia, violenta, cuiuſmodi eſt damnatorum, [e] non ſufficit, neque ea, quæ repentè, ac naturaliter, nulla præuia deliberatione, prouenit, quum non ſit voluntaria. [f]

Dixi, *cum dolore*, ad differentiam pœnitentiæ dolore carentis, cuiuſcemodi eſt beatorum, qui nullo, dolore præuio, meminerunt peccatorum olim admiſſorum, & optãt illa infecta, [g] qualis item reperitur in viatore, qui optaret non peccaſſe, ſine actuali conſideratione, quod id perpetrauit, ſine qua non naſcitur dolor.[h]

Prætereo hic illam ſubtilem opinionem, ſubtilis Doctoris,[i] quem latè ſequitur Andræas à Vega, [k] quod nimirum pœnitentia contentis in noſtra definitione ornata, peccatis delendis ſufficit, etiamſi, abſque dolore obtingat, vt hic dicitur euenire poſſe: id enim eſt de rariſſimè contingentibus, quæ legi paruæ curæ ſunt.[l]

4 Dixi, *maximo*, non quidem, quod dolor ille debeat eſſe ſummè intenſus. Rarus enim aut nullus dolor eſt, qui non poſſit magis intendi, vt omnes ſentiunt, & experientia (quæ rerum eſt certiſſima magiſtra) [m] docet: neque, quod omnes alios dolores ſuperare debeat: non enim opus eſt, vt damnatorum dolorem excedat, qui omnes huius ſeculi dolores facilè vincit: [n] Neque, quod æquari debeat illi accerbiſſimo, quem Saluator

a 1. *tom. opuſc. opuſc.* 4. *q.* 1.
b *in* 4. *ſent. diſt.* 19 *q* 1.
c *in eod.* 4. *diſt.* 14. *in fin.*
d *vbi ſup.*
e *ſecundum Scotum in* 4 *ſent. diſt.* 17. *art.* 3.
f *per ea quæ ſup. prælud.* 6. *n.* 2. *et ſeq. poſt* S. *Tho.* 1. 2. *q.* 6 *art.* 1. *poſuimus.*
g *vt tradit.* S *Tho. in.* 4. *ſent diſt.* 14 *art* 3 *quæſtiuncu.* 3.
h *ſecundum Scotum in* 4. *ſent. diſtin.* 14. *art.* 3. *quodetiã Adria. in.* 4. *de pœnit. q.* 1. *col.* 4. *affirmat*
i *in d. diſt.* 14. *art.* 3.
k *in lib* 14. *c.* 5. *&* *c.* 18. *de iuſtific.*
l *l. nam. ad ea. ff de leg,*
m *c. quàm ſit, de elect. lib.* 6.
n *c. fin. de pœnit. diſt.* 7.

noſter Ieſus Chriſtus pro nobis patiens, ſuſtinuit, qui exceſſit alium omnem huius ſeculi dolorem, [a] imò, nec debet eſſe intenſior quolibet alio dolore cuiuſuis mali, ſed maximus quoad æſtimationem: vt nimirum, malit perpeti, perpeſſúmque fuiſſe cuncta mala quam mortiferè peccaſſe.[b] Sicut etiam dicimus timorem Dei, maximum eſſe debere, non quidem neceſſariò quoad intenſionem, ſed quoad firmitatem, vt ſcilicet dilectio eius, præferatur omni dilectioni cuiuſcumque creaturę, nec ob aliam vllam deſeratur: non tamen neceſſum eſt, intenſiorem eſſe illa, qua parentes noſtros, vel filios diligimus, vt ſequuti S. Tho. [c] diximus.[d]

5 Dixi, *actuali, vel virtuali*, quia ſufficit actus, qui licet non ſit pœnitentia talis formaliter, eſt tamen vitrualiter ſecundum Scotum communiter receptũ.[e] Cuiuſcemodi eſt actus peccatoris, quo amore Dei ductus, vult ſubire martyrium ſibi repente oblatum, peccatorũ non recordando. Imò quilibet amor Dei, quo plus quã alia omnia diligitur, videtur virtualis peccatorũ pœnitẽtia ſecundum cõmunem, in quã Gabriel[f] & Ioan. Med.[g] tranſeunt. Et merito quidem, quum ille hoc intelligendum exiſtimet, de amore, quem obedíẽtialem vocauit, qui virtute continet voluntatem efficacem adimplendi quicquid Deus pręcipit. Dominicus Sotus tamẽ, hoc ſoli martyrio tribuendum eſſe exiſtimauit.[h] Prior nihilominus ſententia confirmatur. Primo, quod in hoc plus operatur amor quo quis martyrium patitur, quàm pœna eius ſubita.[i] Secundo, quod fieri poteſt vt quis plus amet, deſideretve martyrium, non patiendo illud, quàm alius quiſpiã patiendo, pręſertim momentaneę. Quin & cõtingere poſſet, vt è duobus qui ſeſe martyrio obtulerunt, alter, qui plus diligit & deſiderat, non patiatur, alter vero ſic. Tertio, quod eiuſmodi amor extenditur ad ſubeundum martyrium debitum, imò & ad optãdã cõcipiẽdãque formalẽ cõtritionẽ, tempore & loco debitis vt rectè probat Medina.[k] Itaque, dilucide conſtat, quantum hæc ſententia à Lutherana diſſideat, eſt enim reſtringenda, procedere tantum, quando defectus temporis, aut inculpata inanimaduertentia pecatorum, fuit cauſa, quominus formaliter pœniteret, quum tamen Lutherus nec actuale, nec vırtuale, huiuſcemodi

a *ſecundum S. Tho. 3. p. q. 46. art. 6. ad 4. & q. 48. art. 2. in corp. q.*
b *ſecundũ eund. S. Tho. in 4. ſent diſt. 15. q. 2. art. 3. queſtiuncula 3. & quodl. 1. q. 5. art. 9.*
c *1. 2. qu 109. art. 3.*
d *in addit. c. quando, de conſecra. diſt. 1. nu. 10.*
e *in 4. ſent. diſt. 14 q 1. art. 10.*
f *in d. in 4. ſent. diſt. 14. q 1. concl. 12. & 13. & in 3. diſt. 27. q. 1.*
g *in Cod. de pœnit. q. 2.*
h *lib. 1. 18 de nat. & grat.*
i *arg. 1. Corint. c 13.*
k *vbi ſup.*

propoſitum requirat, ſufficere aiens reſipiſcentiam, & nouam vitam: quod damnatum eſt à ſacroſan. Conc. Trid.[a]

6 Contritio autem, ſuapte natura formale propoſitum de cætero non peccandi, requirit: At per accidens, temporis, vel conſiderationis defectu, ſufficit virtuale modò ita eum peccatorum pœniteat, vt ſi mens ferretur in futura, proponeret nunquam iterare ea, nec admittere futura: ad húncque modum, intelligenda videntur, quæ de ſufficientia propoſiti virtualis, nuper ſcripſit præfatus Andr. à Vega.[b] Híncque confirmari videtur illud Syluestri.[c] *Qui mauult mori, quàm peccare, contritus eſt*, & illud Palud.[d] *Cui diſplicet, quòd huiuſmodi formalem contritionem ſibi comparare non poteſt, contritus eſt.* Qua de re mox plura.

7 Dixi, *proprij iam commiſſi*, ad differentiam pœnitentis de peccato alieno, & ad ſignificandum non eſſe opus, vt ſit de peccato futuro, licèt (vt protinus ſubiiciam) intentio, ſeu propoſitum non peccandi ampliùs, vtrũque debeat complecti. Pręteritum quidem, vt non repetat illud denuo, futurum verò, vt illud non admittat.

Dixi, *quatenus eſt offenſa Dei*, quoniam ob id potiſſimè pœnitentia ſubeunda eſt, nam, quem alio nomine, putà, metu pœnæ, infamiæ, alióve ſimili, principaliter pœnitet, vt proditorem Iudam, & Antiochum pœnituit, non concipit eam, cuius nunc meminimus, pœnitudinem & contritionem.[e] Plus enim pœnitere ac dolere oportet de peccato, illúdque deteſtari, quòd ſit offenſa Dei, quàm quòd incommodet, vti ab Angel. Doctore proditum eſt.[f]

8 Ex prędictis porrò, & infra[g] dicendis, infertur, non eſſe veram opinionem, quam nuper vidimus defendi in ſelectis quibuſdam comitiis, ſufficere nimirum, ad condonationem peccati per ſacramentũ pœnitẽtiæ, attritionẽ, qua pœnitens dolet de peccato, tametſi ſciat eam nõ eſſe contritionem, nec doleat propter Deum, vel quia ipſum offendit, ſed ob infamiam, aliáve mala temporaria. Oportet enim, vt cõprimis pœniteat ob amorẽ Dei, vel quòd ſit eius offenſa, ſaltem virtualiter, quóque videatur ei ſufficere illa pœnitentia, aut ſaltem, non videatur non ſufficere, petendę abſolutioni.[h] Quanquam

a *ſeſſ.* 13. *c.* 4. & *can.* 5.

b *lib.* 13 *c.* 21. *de iuſtific.*

c *verb. contritio, q.* 1.

d *in* 4. *ſent. diſt.* 17. *q.* 1. *concluſ.* 5.

e *c. Iudas, c. ſceleratior, de pœn. diſt.* 3. *S. Tho.* 3. *part. q.* 86. *art.* 1. & *alij in* 4. *ſent. diſt.* 14. & 16. & *Adrian. de pœnit. q.* 1. *col.* 4.

f *in l.* 4. *ſent. diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 3. *q.* 2. *ad q.*

g *n.* 33.

h *arg. c. firmiſſimé.* 15. *q.* 1. & *eorum quæ ſupra deducta ſunt.*

pœnitere minùs principaliter de peccato, ob præfatos reſpectus, non repugnet cõtritioni, modò principaliùs id fiat, quòd ſit Dei offenſa. Sicut & amare Deum minus principaliter, ob eius in nos collata, vel conferenda beneficia, non repugnat merito diligendi eum principaliter ob ſemetipſum, iuxta illud [a] *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionẽ,* ideſt, ob repoſitã mercedẽ, quam promiſiſti his, qui tibi obſequuti fuerint. Quinimò, malũ non eſt, pœnitudine duci, ſolùm metu pœnæ, infamiæ, alteriúſve mali: dum voluntas peccandi abſit: vt luculenter explanat Concil. Trid.[b] cuius illa verba (*Si voluntatẽ peccãdi excludat*) æquiualent illis, modò non ea mente, eum pœniteat, eoque nomine, quòd ſi ea non intercederent, non duceretur pœnitudine, quin potiùs, peccare continuaret.

a Pſal. 118.

b Seſſ. 14. c 4. §. illa vero.

Dixi (*ſuper omnia dilecti*) amor enim Dei, niſi maior ſit quouis alio cuiuſcumque rei (ſaltem quoad firmitatem) non ſufficit: imò peccatum eſt, ſi magis aliud quã Deus, vel æquè atque ille diligitur.[c] Quod intelligendum, de amore, quo diligitur Deus comparatiué minus quàm aliud, vel æquè ac ille: non autem de amore, quo ſimpliciter diligitur Deus, ſine cõparatione ad aliud minus, licèt amor ille, verè non ſit amor ſuper omnia, vt facilè colliget quis ex dicto Conc. Trid.[d] Dixi, *cum ſpe veniæ*, quia ſine illa, ſaltem virtuali, nõ contingit venia.[e]

c vt poſt. Angel. Doct. 12 qu. 101. art. 9. in addit. c. quando de conſec. diſt. 1. dicebamus.

d d. c. 4. Seſſ. 14.

e c. ſceleratior de pœnit. diſt. 3.

f in c. Pœnitẽtia 3. de pœn. diſt. 3.

9 Dixi (*cum propoſito non peccandi de cætero ſaltem mortaliter*) quoniam ſine eo non ſufficit, vt ſentit D Ambroſ.[f] & Concil Florentinum ſub Eugenio quarto coactum, exponit. Licèt enim pœnitudo ad peccata necdum perpetrata ſe nequaquam extendat: Contritio tamen non fiet, niſi eam comitetur animus vitandi in poſterum omnia & ſingula peccata mortifera, tam præterita & præſentia quoad effectum non perpetrandi ea denuo, quã futura Adriano,[g] poſt Palud[h] aſſertore: non tamen eſt neceſſum, pœnitentem credere, ſe ampliùs mortiferè non peccaturum: quinimo, id quandam arrogantiam redoleret, velut aduerſum, humilitatem, iuxta Innocent. recept.[i] ſatis enim eſt, ſi nolit amplius peccare, ſtatuatque id, ope diuina, præſtare.

g de pœnit. q. 1. col. 3.

h in 4. ſent diſt. 26. q. 1. col. 5.

i in ca. omnis de pœnit. & remiſſ.

10 Dixi (*cũ propoſito confitendi*) quia licèt contritio aboleat peccata, quoad culpam, non tamen tollit obligatio-

nem ea proprio ſacerdoti confitendi: iuxta illud, Saluatoris noſtri, [a] *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Hoc eſt, non ſunt remiſſa, quoad nexum cōfitendi ea Eccleſiæ, vt innuit Adrian.[b] & tradit S. Tho.[c] ac Cōcil. Trid.[d] Neque rationi aduerſatur, eum, qui reſtituitur in Dei gratiam, per contritionem, teneri offenſam confiteri, cùm & is cui crimen in foro Laico ea lege condonatur, vt annum vnum militet, à die quidem condonationis, in gratiam Regis redit, tenetur nihilominus militare illum annum.

Dixi (*ſaltem mortaliter*) non enim eſt neceſsum habere animum, nunquam peccandi venialiter.[e]

11 Dixi, *& ſatisfaciendi*, propter ea quæ inferius [f] dicentur &, *vt minimùm virtuali*, quia ſicut actus, qui eſt pœnitentia virtualis, ſufficit, ita eadem ratione ſufficere videtur, vt eam comitetur id, quod eſt propoſitum virtuale confitendi, ſatisfaciendi & de cætero non peccandi, quod Ioan Maior [g] affirmat. Et licèt Caiet. [h] arbitretur, eiuſmodi propoſitum, debere eſse expreſsum: in ſumma tamen, [i] idem ſentit, & meritò, cùm nihil referat, quid de æquipollentibus fiat [k] Tacitum autem & expreſsum, ſiue virtuale & formale exæquantur.[l] Quod tamen intelligo procedere, cùm defectus temporis, vel quædam inculpabilis inanimaduertentia pœnitentis, fuit cauſa, quo minus haberet formale propoſitum.

12 Neque obſtat, quòd quidam dicatur tenuiſſe mordicus contrariū, puta, ſemper requiri propoſitū formale mutandæ vitæ, & nō peccandi de cætero. Tum per rationes hîc à nobis inſinuatas, quæ ſi ſatis explicentur, probāt ſufficere propoſitū virtuale, quando, vt reſtrinximus, defectus temporis, vel inculpabilis inanimaduertentia pœnitētis, eſt cauſa nō habēdi formale: Tumque plus eſt, quia etiam contritio virtualis ſufficit, vt ſuprà [m] diximus. Tū, quód Concil. Trid. [n] requirit quidem propoſitum non peccandi de cætero, in genere, at non in ſpecie formale: & proinde, is ſatisfit per virtuale, quod eſt vna ſpecies propoſiti generaliter concepti. [o]

13 Tū, quòd etiā ad horas canonicas rectè pronuntiādas, requiritur propoſitū intēdēdi & attēdendi: at ſufficit virtuale, vt alibi [p] probauimus. Tum quòd ad conficienda ſacramenta, præſertim Euchariſtiæ, maximum

a Ioan. 20.
b in 4. ſent. diſt. q. 1.
c in 4. de cōfeſſ. 17. qu 2 art. 1. quæſtiun. 1. in corp. q.
d Seſſ. 14. c. 1.
e arg ea. ſepties de pœn. diſt. 3.
f cap. 3.
g in 4. ſent diſt. 14. q. 1.
h lib. 1. opuſc. opuſc. 4. q. 1.
i verb, confeſſionis conditio. 12. & verb. confeſſionis iteratio.
k l. fin ff. mandat. & c. licet ex quadā, de teſtib.
l l. cum quid, ff. de reb. cred.
m n, 5.
n Seſſ 14. cap. 4.
o vt nuper ſcripſimus in gl. ſſ. ſum. n, 6., & ca. ecce, n. 1. de pœn. nit. diſt 1.
p in Enchirid, de orat. & hor. can. c. 13. n 17.

propoſitum, maximáque intentio & attentio, conficiendi ea requiruntur: At ſufficiunt propoſitum, intentio, & attentio virtualia: adeo, vt licèt confirmans, vngens, abſoluens, & conſecrans, nullum propoſitũ actuale, ſiue formale, neque vllam intentionem vel attentionem actualem ſiue formalem habeat quando id facit, conficit tamen verum ſacramentum, modò ea virtualiter habeat, ſecundum omnes. Tum demum, quód, vt opera ſint bona, in aliquem finem bonum ſunt referenda: ſufficit nihilominus, vt virtualiter referantur. Quin &, vt ſint meritoria, oportet quidem ea in Deum referri: cæterùm, ſufficit relatio virtualis, etiam quæ ſit tacité, per gratiam habitualem, vt poſt S. Tho. [a] & alios, alibi diximus. [b]

*a 2. lib. ſent. diſt. 4. q. 1. art. 4. & 5.*

*b in c. Charitas 2. de pœnit. diſt. 2. n. 21.*

Ex definitione porrò ſuprapoſita, ſequentia eliciuntur axiomata, ſeu (vt eo ſignificatu, voce non proba dicunt Scholaſtici) Corollaria.

14 Primum, quòd communis modus loquendi, probatus à Concil. Florent & Trident. [c] quo contritio definitur eſſe animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo, intelligendus eſt cauſatiuè, quòd nimirum, ſit cauſa doloris & deteſtationis, quum, per ſupradicta, [d] conſtet, non eſſe dolorem eſſentialiter: ſeu cauſam, ex qua, aliiſque in id neceſſariis, naſcitur dolor, ſi aliunde non impediatur, vti à Scoto proditum eſt [e]

*c Seſſ. 14. c. 4.*

*d hoc eod. c. n. 2*

*e in 4. ſent. diſt. 14. & 16.*

15 II. Plurimùm decipi, exiſtimantes quemlibet dolorem, & quancumque pectoris tunſionem, ac recitationem, *Miſerere mei, &c.* eſſe contritionem, ſufficere que ad cõdonationis peccatorum lethalium impetrationẽ: quum ad id neceſſaria ſit pœnitentia qualem ſuperius depinximus. Neque obſtat, quemlibet peccatorem quantumlibet flagitioſum, præſumi mori contritum, ſi qua contritionis ſigna oſtenderit, [f] veluti, ſi confeſſionem petierit: mandatis Eccleſiæ parêre iurârit: cùm loqui nequiret, oculos palmâſve in cœlum ſubleuarit, aut pectus tutudit, vti prodidit Hoſtienſ. communiter receptus. [g] Non inquam, hoc obſtat, quandoquidem id duntaxat procedit, quoad effectum, vt Eccleſia præſumat eum duci pœnitudine prędictis qualitatibus veſtita, ne denegetur ei Eccleſiaſtica ſepultura, non autem vt adſtruatur per id à Deo impetrari veniam

*f c. à nobis de ſent. excomm.*

*g in dic. à nobis.*

peccatorum mortiferorum, niſi veram concipiat pœnitentiam, quam concepiſſe præſumitur.

III. Non abs re B. Auguſtinum alibi [a] dubitaſſe de ſalute eorum, quos non antè, ſed poſtquam correpti erant ægritudine, pœnitebat peccaſſe. Nam vt eius pronunciatum declarantes, [b] diximus, infirmus ægritudine preſſus, metu mortis, aliiſque curis & anxietatibus diſtentus, vix animum ad eiuſmodi contritionem concipiendam intendit: ac proinde Auguſtin. [c] dubitauit de vera ſalute, non autem de preſumpta, quò indulgeretur abſolutio, & ſepultura eccleſiaſtica. Quod ſane verbi diuini præcones deceret ſæpenumero inculcare.

[a] in c. ſi quis autem, & c. fin. de pœn. diſt. 7.
[b] ibid.
[c] ibidem.

16 IIII. Vt pœnitudo peccati perueniat ad gradum contritioni neceſſarium, oportet pœnitentem magis odiſſe peccatum, quam quodlibet aliud malum pœnæ, odium dignum, velleque illud magis vitare, quam quoduis aliud malum vitatu dignum. [d]

17 V. Non eſſe contritum, qui, actu, aut virtute non eſt eo animo, vt malit generatim ſubire quamlibet pœnam, quam mortiferè peccare, aut peccaſſe: quicquid Innocent. [e] ſenſerit. Quoniam, vt S. Thom tradidit, quiſquis eſt contritus, habet charitatem: Qui autem charitatem habet, Deum magis quàm ſe amat: Qui verò Deum ita amat, mauult ſe ſuaque perdere, quam Deum: Cúmque per peccatum mortiferum perdatur ſibi Deus, conſequens eſt eum malle, ſaltem generatim, cuncta mala perpeti quàm ſic peccare. Dixi autem, *generatim*, quia, vt idem S. Tho. ait, [f] & ante ipſum cenſuit Innoc. [h] Nemo tenetur ſpeciatim ſecum reputare, mallétne hoc vel illud mortis, aut pœnarum genus ſubire, quam peccare, peccaſſeve Quinimo, id foret imprudentiæ, ſicut & imprudens foret Confeſſarius, qui interrogaret pœnitentem, mallétne potiùs filios ſuos, vel ſe, mortem obiiſſe, quàm peccaſſe? Aut sítne paratus mori, filiorumve iacturam facere, potiùs quam mortiferum peccatum patrare? Nam vt argutè ait idem Angelicus Doctor, [i] ſicut delectabilia magis mouent animum ad delectationem, ſi ſpeciatim recogitentur quam ſi generatim, ita etiam horrificata longe maiorem terrorem incutiunt, ſi ſpeciatim ruminentur,

[d] vt ſentit, S. Thom. quodl. 1. art. 9 & omnes in 4 ſentit. diſt. 17. qu. 2. art 4. quæſtium. 1. ad. 4. & diſt. 14. & 17 argute declarauit. Tho. à Vio. tom. opuſc. opuſc. 4. q 1. & opuſc. 17. q. vnica.
[e] in c. omnis, de pœni. & remiſſ.
[f] d. quodl. 1. art. 9.
[g] in d. opuſc, 1. art. 9.
[h] in d. c. omnis.
[i] d. art. 9.

quam ſi generatim: atque adeo fieri poteſt, vt qui in genere malit cuncta mala perpeti, nilque non ſubire, quã mortifere peccare Deique offenſam prouocare, detrectet hoc vel illud malum, ſpeciatim conſideratũ. Quocirca, ſuffecerit Cõfeſſario, ſi videbitur ei pœnitens ſufficiente peccatorum pœnitudine duci. Atſi deprehẽdat ipſum ea non duci, conabitur, pro ſua virili ipſum inducere ad eam habendam, malendumque in genere perdere cuncta alia ſua bona, quam Deum, qui eſt ſummũ eius omniumque creatorum bonum.

18 Cæterùm, ſi fortè nequeat eius animum ad tam excelſum contritionis gradum atollere, contendat ſaltem ipſum ad hoc erigere, vt verè eum pœniteat, ſe talem non habere: per ea quæ ſtrictim infra[a] tanguntur, id enim ſufficit, vt ſi contritus, aut ſaltem, ita attritus, vt abſolui poſſit iuxta Palud.[b] Quæ quidem concluſio, nõ parum ſolaminis ſubminiſtrat, éſtque communi Sanctorum Thomæ & Bonauenturæ, omniumque Theologorum calculo recepta. Diximus, *ſaltem ita attritus, vt abſolui poßit*, ad tollendum ſcrupulũ, qui ſuboriri poſſet eo quod pœnitere, ac dolere, quod quippiam non habeam, non ſit illud habere: ſicut nec dolere, quod non communicarim, eſt communicare, illive æquiualet.[c]

Neque animo diſcrutiari, quod non ſim confeſſus, ſit confiteri, ſicut nec velle arborem conſcendere, eſt eã conſcendere, vt alibi[d] ait Gloſſa. Dicimus itaque re, vera pœnitere quem, quod non habeat contritionem, non eſſe illam habere, ſaltem formaliter, neque pœnitere, quod non valet pœnitere quantum par eſt contritioni habendæ, ſufficere ad eam habendam: niſi alias ipſam iam habeat: ſufficere nihilominus, ad credendum me habere iuſtam attritionem, quò poſſim à Confeſſario abſolui, & ab ipſo Deo veniam, media ſacramentali abſolutione, impetrare. Quinetiam, dici poſſet: quàmuis eiuſcemodi dolor non ſit contritio formalis deſiderium tamen habendi eam, adiuncto iuſto dolore, quo dolet ſe non poſſe pertingere ad contritionis perfectionem, ſaltem virtualiter, eſſe ipſam contritionem in voluntate partis intellectiuę ſitam, fomento diuini auxilij bona deſideria fouentis, etiamſi pars ſenſitiua recalcitret.

a *c. 10. n. 4.*

b *lib. 4 ſentent. diſt. 17. q. 1. art. 5*

c *vt probauimus in c. vt quid. paras.. de conſecr. diſſ. 2. poſt Ioan. Turrecrem. contra gloſſ. ibid.*

d *in l. in vendendis, C. de cõtrah. empt.*

19 Bonum porrò ſignum eſt, Pœnitentem ſponte ſua affirmare, ſe male vitæ iacturam feciſſe, aut aliud quippiam haud abſimile perpeti, quam peccaſſe, iuxta ſententiam Card. Turrecre [a] qui S. Bonauent. ſecutus, aſſerit, peccatorem ſecum ſtatuentem potiùs mortaliter peccare, quam vitæ vſura priuari, non eſſe abſoluendum. Illi vero, qui nil circa hoc ſtatuit etiamſi incertus animi, ancipiti cogitatione diſtrahatur, quidnam facturus foret, ſi ſe in eiuſmodi articulo conſtitutum animaduerteret, abſolutionem denegandam non eſſe dum tamen intendat non peccare, nollétque Deum offendere, quàmuis ei talis ſeſe offerret occaſio. Quocirca, magnopere deplorandi ſunt, qui animo ſeſe propria auctoritate vlciſcendi de iis qui ipſis alapas aut plagas inferrent, cóſve fuſtibus cæderent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudęos, hæreticos, aliiſve id genus nominibus compellarent, aut alia non abſimili iniuria afficerent, ad confeſſionem, & communionem accedunt. Inſuper qui ad eadem ſacramenta accedere non verentur, priuſquam deprauatam ſuam voluntatem, hac vel alia illicita voluptate, ſi occaſio ſeſe offerret fruendi, exuant. Illi denique, qui antequam animo, pellant voluntatem perpetrandi quicquid Rex parer Dominus. amicus, ſociuſve eis iuberet, aut flagitaret, etiamſi lethale crimen foret, eiuſmodi ſacramenta ſumunt: quum id ad damnationem ſuam, quæ iſtiuſmodi confeſſione & communione magis magiſque excreſcit, [b] faciant.

20 VI. Dolorum ſenſus, ſingultus, planctus lachrymas, & eius generis alia, non eſſe ad contritionem neceſſaria: ſufficit enim dolor voluntatis rationalis ex pœnitudine manans. Tum per ſupradicta, tum quia, vt S. Tho. [c] ait, dolor hic non eſt in manu noſtra, licèt vtile ſit illum habere, & optare, flerèque largius ob Dei offenſam, quàm ob alia damna ex mente omnium. Cui conſequens eſt illud Paludani [d] adprobatum à recentioribus, *Pœnitentem*, nimirum, *debere hoc deſiderare*. non intelligendum de debito obligationis, ſed decentiæ tantum, & vtilitatis. Parique ratione, non inconueniens fuerit, pœnitentem maiore dolore ſenſus affici, ob mortem patris, alteriuſve cognati, aut vulnus propriũ,

a *in Sum. de pæ. diſt.* 3.

b *arg. c. ſi propterea, & c. ſi cui, de pœnit. diſt.* 1.

c *in* 4. *ſent. diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 1. *q.* 1. *& art.* 2. *q.* 1. *&* 2.

d *in d.* 4. *ſent. diſt.* 17. *q.* 1. *art.* 5.

quam ob peccatum admiſſum: quod paſſim contingit. Imò, neque oportet eiuſmodi dolorem voluntatis rationalis, intenſiorem eſſe alio quouis dolore voluntatis eiuſdem; ob alia plæraque concepto, per ſupra [a] dicta. Sufficit enim pluris fieri malum peccati, ob quod auertitur Deus quam quoduis aliud malum generatim, vt euitetur illud, & quod euitatum non ſit, dolor concipiatur, iuxta Maior. [b] Quinimò, ſat eſt velle, conarive ita dolere, nec poſſe, doleréque ex animo. non poſſe id præſtare, per ſupra tradita. [c] Et quamuis ſubinde acerbius feratur mors patris, quam peccatum admiſſum, ſatisfit nihilominus, ſi modo Deum non offendere, vel offendiſſe, quam patrem viuere, malimus.

a *hoc. cap. n. 4.*
b *in 4. ſent. diſt. 14. q. 2.*
c *n. 18. & 19.*

21 VII. Quod dolor ſenſibilis ex pœnitudine naſcẽs, & alia corpus affligentia, quod genus ſunt ieiunare, cilicium veſtire, humi cubare, & aliæ non abſimiles auſteritates, non debent adeo modum excedere, vt humani corporis conſtitutionem ſeu habitudinem corrumpant reddantqne pœnitentem inhabilem peragendis iis, ad quæ qualitas ſtatus ipſum aſtringit. Dolor enim ille, nititur amore Dei, ſuper omnia dilecti, qui huiuſcemodi exceſſum reſpuit. [d]

22 VIII. Licèt nonnulli, [e] de ſingulis peccatis mortalibus ſingulas pœnitudines ſubeundas eſſe, ſentire videantur, contrarium tamen cum Ioan. Maio. [f] & Card. S. Sixti [g] tenendum eſt ſufficere nimirum, quod peccatorum pœnitudo adeo ſit extenſa, vt ſaltem virtualiter, protendatur ad vniuerſa mortifera, quæ meminit, vel non meminit. Non enim neceſſum eſt pœnitentem recolere, confiterive ſua peccata, de ſingulis mortiferis ſpecialem pœnitudinem concipiendo: At ſatis eſt, concipere eiuſmodi generalem pœnitudinem, quæ virtute ſeſe ad omnia mortifera extendat: ſiue id faciat ab initio, quum incipit reuocare ad memoriam peccata confitenda: ſiue quouis alio tempore, temporiſve momento: Quod genus eſt pœnitudo, qua ipſum pœnitet mortifere Deum offendiſſe, quouis modo, animo, ſaltem virtuali, confitendi & ſatisfaciendi, quando, & vt neceſſum fuerit, atque de cætero nunquam ſic offendendi, eò quod eum ſuper omnia diligat, capitalémque eiuſdem offenſam, magis quam quiduis aliud odio di-

d *c. non. mediocriter. de conſec. diſt. 5. Tho. in 4. ſent diſt. 17. q. 2. art. 3. & opuſ. 1. art. 9.*
e *Rayn. in ſum. & Ang. verb. contritio. §. 3. & Ludolph. 1. part. vitæ Chriſti cap. 20.*
f *in 4. ſent. diſt. 7. q. 5.*
g *Tom. 1. opuſc. 4. q. 2. & op. Tho. q. 87. ſuper. art. 1*

gnum, execretur, vt ſupra [a] proditum eſt Et quidem de hoc intelligitur illud. Ezechielis [b] alibi [c] relatum. *In quacunque hora conuerſus fuerit, & ingemuerit peccator, &c.*

23 Nam, vt alia prætermittam, ſi de ſingulis peccatis, ſingulæ pœnitudines concipiendæ forent, contingeret caſus, quo quis adhuc viuens, priuaretur potentia cōſequendi vitam æternam, contra expreſſa Canonum ſacrorum teſtimonia, [d] & memoratum Ezechielis pronunciatum, Nam, qui mille peccata lethalia commiſiſſet, ſolámque quartam horæ partem ſuperuicturus, ægrotaret, vel extremo ſupplicio afficiendus foret, non poſſet viuens concipere, de eiuſmodi mille peccatis, totidē pœnitudines in id neceſſarias, quò ſaluaretur. Non tamen quiſquam exiſtimet velim, nos aſſerere, quód ſicut iſtiuſmodi pœnitentia generalis ſufficit ad remiſſionem omnium peccatorum obtinendam: ita quoque ſufficiat ad eximendum pœnitentem ab obligatione reuocandi ad memoriam, deteſtandíque tempore debito omnia genera ac ſpecies illorum quæ patrauit, numero certo, vel veriſimili ea Confeſſario patefaciendo.

Dixi (*genera ac ſpecies*) non enim ſingulorum criminū cuiuſcunque ſpeciei in particulari reminiſci, cáve in indiuiduo deteſtari, tenetur. [e]

24 IX. Non eſſe neceſſariam pœnitudinem ſupra definitam ad venialium condonationem conſequendam: neque conſequenter oportere, pœnitudinem vnius venialis, ad aliud extendi. Tum quia, ad remiſſionem venialis, ſufficit quicumque dolor actualis, vel virtualis quamuis non ſit tantus, quantus exigitur mortalibus delendis, vti proditum eſt à Diuo Tho. [f] recepto. Tum quia, vnum veniale poteſt remitti alio non remiſſo, iuxta eundem [g] Illa namque venialia duntaxat remittuntur, atque dolor ille actualis, ſeu virtualis extenditur, aſſertore eodem S. Thoma. [h] Cæterum, dubitās vtrum peccatum mortale ſit, an veniale, debet ita illius pœnitudine duci, ac ſi mortale foret, vel ſaltem ſub cōditione, *Si eſt quantenus mortale ſit.* iuxta illud D. Auguſtini, [i] *Tene certum & relinque incertum.*

a *hoc eodem. c. à n. 16.*
b *c. 33.*
c *in c. ponderet, 50. diſt.*
d *in c. 3. de pœn. diſt. 7. & c. ponderet. 50. diſt.*
e *vt ſentit. Medina vbi ſupra.*
f *3. part. q. 87. art. 1. ad 1. & in 4. ſent diſt. 16. quæſtiun. 2.*
g *vbi ſupra.*
h *in d. 3. part. q. 87. art. 4.*
i *c. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7.*

SVMMAE.

25 *Contritio delet omne peccatum, etiam ante confeſſionem, & ſemper fuit neceſſaria, non tamen ſtatim poſt peccatum. & 40.*
25 *Confiteri non valens, peccata, ſi contritionem habuit, excuſatur ab obligatione confitendi.*
26 *Pœnitudo duplex, formata & informis.*
26 *Peccator non poteſt ſibi ſuo ſolo libero arbitrio, ſine gratia gratum faciente, impetrare veniam.*
26 *Gratiæ in ſtatu ſe nemo eſſe ſcire poteſt, citra reuelationem, &c.*
27 *Contritio quando, & quibus caſibus neceſſario habenda, & n. 28.*
29 *Contritio vt habetur, citra memoriam peccati nondum remiſſi, & n. 30.*
29 *Opera quantumcunque moraliter bona, facta in ſtatu peccati vt mortua reputentur.*
31 *Pœnitudo maior de maiore peccato bona, non neceſſaria, & quæ ſufficiat peccatis delendis, ac commutandæ pœnæ æternæ in temporariam.*
32 *Contritio carens debitis, circumſtantiis, non eſt contritio.*
33 *Attritio duplex, & quæ non ſufficit abſoluendo confitenti. & n. 34 & 35.*
36 *Pœnitentia minor ſufficit baptizando, quam abſoluendo.*
37 *Attritio quæ cognoſcitur non eſſe contritio, non ſufficit baptizando.*
37 *Pœnitentiæ baptiſmo ſuſcipiendo neceſſariæ, et ad ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendum requiſitæ, differentia,*
38 *Attritus vt fit contritus, & non attritio contritio.*
39 *Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent ſex.*
40 *Contritionis effectus, qui.*
41 *Contritionem non eſſe partem pœnitentiæ, attritionem verò malam, aſſerere hæreticum.*
42 *Contritio quæ ad abſoluendum ſufficiat, & quæ non. & n. 45.*
43 *Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ differentia quædam.*
44 *Sacramenta omnia nouæ legis conferunt gratiam.*
45 *Attritio quæ ſufficit ad Euchariſtiam non valenti confiteri, &*

*ri, & quæ ad abſoluendum, valenti confiteri.*

23. Decimum axioma quod ex ſupradictis elicitur, eſt, verum eſſe, quod plærique aſſerunt, nimirum, frequenter ſola contritione etiam ante confeſſionem, & pœnitentię ſacramentum actu ſuſceptum, condonari mortifera peccata, [a] vt nos [b] latè nuper tradidimus. Et quamuis Magiſter Gratianus [c] cum aliquot antiquioribus ancipiti ſuper eo cogitatione diſtractus fuerit: hodie tamen dubitare nefas eſt, poſt declarationem Concil Trid. [d] Quod nihilominus addit, huiuſmodi condonationem, & reconciliationem, non eſse adſcribendam contritioni, ſine ſacramenti, id eſt, confeſsionis voto, quod in illa includitur. Eiuſmodi namque cõdonatio, nõ eſt credenda fieri, per ſolam pœnitudinem, dolorémque inde natum: at potiùs per gratiam, quã ita pœnitenti donat Deus, quâque illa pœnitudo fit contritio. [e] Gratia enim, eſt cauſa formalis condonationis peccatorum. [f]

XI. Sicut nunc ſub lege gratiæ contingit ſola pœnitentia peccata dimitti: ſic etiam ante eam in lege naturæ ſcripta, vera pœnitentia remittebantur. Licèt enim tunc nondum fuiſset ſacramentum pœnitentiæ inſtitutum, nec ſacramentalis confeſsio: Certum tamen eſt, tunc fuiſſe remiſsionem peccatorum, etiam mortalium, quæ niſi per pœnitentiam, virtutis actum, & contritionem contigiſset, nullatenus contingere potuiſſet. Cui ſuffragatur. quòd licèt, vt prædictum eſt, ſine ſacramento pœnitentiæ actu ſuſcepto, contingat interdum remiſsio peccatorum, non tamen ſine pœnitentia, quãdoquidem hęc pœnitentia ſemper fuit, eſt, & erit iure naturę ad ſalutem neceſsaria vt alibi [g] latè probauimus, adeoque nulla neceſsitas excuſat ab ea. Quò fit, vt qui poſt crimen lethale admiſsum, ante mortem non eſt verè contritus, etiamſi non detur ei ſpatium recolendi & deteſtandi ſua peccata, potiſſimùm, quia in ipſa peccati perpetratione moritur, aut ſubita morte corripitur, dubio procul, damnabitur, quamuis qui confiteri ea nequiret, ſi contritionem habeat, ab obligatione confitendi excuſetur. [h]

Dixi, *pœnitentia vera*, non autem, *pœnitentia qualificata*, modo ſupra dicto, nã illa eſt vna trium ſacramenti pœ-

[a] *iuxta c. dixi & c. magna, d. pœn. diſt. 1. & Tho. 3. par. q. 86 art. 2. & n. 2. ſent. diſt. 17. art. 5. quæſtium 2. à Palud. & aliis receptum in c. Deus qui, de poen. & remiſſ.*

[b] *in gloſ. ſum. & in c. ecce, de poe. diſt. 1.*

[c] *in c. poen. §. quibus præfatæ, diſt.*

[d] *ſeſſ. 14. c. 4.*

[e] *iuxta gloſ. recept. in c. cõuertimini, de pœnit. diſt. 1.*

[f] *ſecundum S. Tho. 1. 2. q. 113. art. 8. & in. 4. ſen. diſt. 1. art. 4. quæſtium 1. & tradidimus in c. conuertimini, n. 5. & in d. c. ecce n. 4. & 5. de. poen. diſt. 1.*

[g] *in gloſſ ſum. de poen. diſt. 1. & diſt. 5.*

[h] *vt poſt & ante alios exprimit S. Anton. 3. p. tit. 13. c. 18. §. 2.*

nitentiæ partium, includítque in ſe propoſitum confitendi aſſertore S. Tho.[a] Quod nũquam fuit neceſſariũ ante legem gratiæ, neque naturali lege magis præcipitur, quàm ipſa confeſſio, vt poſtea oſtendemus.[b] Nec magis quàm pœnitentiæ ſacramentum, quod eſt legis nouæ tantum, communi omnium calculo.

26 XII. Quæſtionis perardųę eſſe, an inueniri poſſit pœnitudo, cui integra hæc noſtra definitio conueniat, per quam mortalia non cõdonentur? Scotus[c] enim, & Card. S. Sixti Caiet.[d] aiunt poſſe. Tum quia, iuxta eos, pœnitudo prædicta diuiditur in formatam, quam nimirum gratia Dei iuſtificans & condonans peccata format ac ornat, & in informem, quã eadẽ gratia non informat. Tum quia peccator non poteſt ſibi ſuo ſolo libero arbitrio citra gratiã gratũ facientem, impetrare veniam iuxta varia iura.[e] Secundum prædictos autem, poteſt præfatam pœnitudinem concipere viribus ſuis naturalibus, quibus Deum ſuper omnia diligere poſſumus iuxta Scotum[f] Tum demum, quia eiuſmodi pœnitudo, non eſt vltima & immediata diſpoſitio ad gratiã. Alioquin enim ſcire poſſet quis, ſe eſſe in ſtatu gratiæ, ſine vlla reuelatione, quippe qui ſcire poſſet, ſe habere eiuſmodi pœnitudinem, quod eſt contra expreſſa Scripturæ ſacrę, iuríſque teſtimonia.[g]

Contraria nihilominus opinio, in quã tranſit Catharinus[h] nobis verior videtur, quandoquidem eiuſmodi pœnitudo haberi non poſſit, non præuio amore Dei ſuper omnia, qui quidem, ſolis viribus naturalibus poſt Adami lapſum, ſine gratia haberi nequit, vt docet. S. Th. declaratus à Caiet.[i] Tum quia, licèt Scotus[k] & Gabriel eius veſtigia ſequutus,[l] aſſerant poſſe nos poſt Adæ caſum, noſtris propriis viribus diligere Deum ſuper omnia: Addunt tamen neminem ad eum gradum peruenire qui gratiam Dei non aſſequatur. Quinimo, adnotant, nedum prædictam actualem pœnitudinem, at etiam virtualem, quæ ex amore Dei ſuper omnia reſultat, ſufficere, eſséque vltimam, & immediatam diſpoſitionem ad gratiam Dei gratum facientem, impetrandam, adeo vt ad eam nemo pertingat, quem miſericordiſſimus Deus ſua gratia non donet.

Neque obſtat opinionis aduerſę fundamẽtum, quòd

[a] in 4. ſent. diſt. 17. q. 1. art. 1. quæſtione. 1.
[b] c. ſeq. n. 2.
[c] in 4. ſent. diſt. 14. q. 2.. art. 2.
[d] Tom. 1 opuſc. opuſc. 5, q. 2. & q 4.
[e] Tria poſtrema cap. de conſ. diſt. 4. & Con. Trid. c. 1 & can 2. Et gloſſ in c. magna eſt conuertimini, de pœnit. diſt 1.
[f] in 2. ſent diſt. 28 & in 3. diſt. 72. q 1.
[g] Eccleſiaſt. c. 3. & c fin de purg. can. & Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 9. contra inanem heret. fiduciam. & ca. 12.
[h] lib. 5 adnot.
[i] in Caiet adnot. de ſacram pœn. 1. 2 q. 109. art 3
[k] vbi ſupra. em.
[l] ind 3. ſent diſt. 17. q. 1.

nimirum hãc opinionem ſequatur, poſſe nos ſcire Deo eſſe acceptos ſine ſpeciali reuelatione: negamus enim nobis innoteſcere poſſe, pœnitudinem prædictis omnibus qualitatibus ornatam nos habere: etiamſi id frequenter iuſtè credere valeamus.

27 XIII. Licèt tempore quo quis ſeſe agnoſcit lethali peccato irretitũ, conſilio ſano obſequi debeat, vt à tam graui morbo liberetur, periculùmque mortis ſubitæ ac æternæ declinet, iuxta illud. [a] *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem* Nec non iuxta S. Tho. & communem [b] atque Caiet. [c] non tamen ad id pręcepto ad nouum peccatum aſtringẽte, tenetur, niſi ea temporis parte, qua memoriæ occurrit, quoad vſum cupiendi, renuendi, committendi, vel omittendi, ſecundum communem opinionem. Imò, neque tunc, ob ea, per quæ id aſſeruit Adrian. [d] & Card. S. Sixti, [e] necnon ob ea, quæ nos alibi [f] adnotauimus: Quicquid Catharinus [g] nulla efficaci ratione nixus, aduerſus Caiet. proferat. Sicut enim alia præcepta affirmatiua de baptiſmo ſuſcipiendo, & confeſſione facienda, non obligãt ſub pœna noui peccati, niſi tẽpore neceſſitatis: ita per cõſequutionem, præceptum affirmatiuum de ſe conuertendo, nõ aſtringit ſub pœna noui peccati mortalis: niſi in neceſſitatis articulo. Ad prædictã itaque pœnitudinẽ concipiẽdam tenebimur imminẽte articulo mortis naturalis, aut violentæ, vel adminiſtrandi, ſuſcipiendive aliquod ſacramentũ, ſecundũ omnes imò etiã, ingruente populi neceſſitate quapiã grandi, cui citra orationis feruorẽ medela adhiberi nequiret. vti ab Adriano proditum eſt. [h]

28 XIIII. Tametſi ſalutaris conſilij ſit, toties cõcipere pœnitudinẽ omniũ peccatorũ mortaliũ, tã iã alias contritorũ, quã aliorũ, quoties ea nobis in memoriã incurrerint, nullo tamẽ præcepto aſtrĩgimur eã bis ſpeciatim de eodẽ habere: cũ Deus bis, in idipſũ nõ iudicet. [i] Licèt teneamur, ne vllo vnquã tẽpore, actu vel virtute nobis placeãt Quãuis enim illa noua (vt ita dicã) complacẽtia nõ ſuſcitet priorẽ culpam, quæ iam extincta fuit, progignit tamen nouam ei ſimilem. [k] Quo fit, vt licèt illud quorundã concilio, vt peccata præterita, etiam rite confeſſa, frequenter ad memoriam reuocemus quò melius illa, repetitis vicibus, deteſtemur, velutique quendam

a *Eccleſiaſti 5.*
b *in 4. ſent. diſt. 17.*
c *Quod lib. 7.*
d *in 4 de confeſ q. 3.*
e *Quod lib. 7.*
f *in 3. part. gloſ. ſum. de pœn. diſt. 5 n. 10. & ſeq.*
g *vbi ſupra.*
h *vbi ſupra.*
i *Naum. 1. & c. at ſi clerici, §. de adulteris verò, de iudic.*
k *arg. c. notum, 2. q1. & c. 1. de offic. deleg. c. ſicut. tribus, de pœn. diſt. 1. & c. ſed penſandum, 9. diſt.*

manipulum myrrhæ,id eſt, ſanctę triſtitiæ, de illis conflemus, non parum probem quoad peccata,quę ſuapte natura triſtitiam, metum, terroremve incutiunt: non tamen crediderim eos intellexiſſe de illis, quorum memoria refricata, ad illicitam oblectationem inſtigat. Cuiuſmodi ſunt peccata carnis, magni cuiuſdam honoris, lucríve temporalis. Quinimo,conſultius exiſtimarem (ne refricare obductam iam cicatricem videamur)eorum nunquam amplius in particulari meminiſſe, niſi cùm opus foret, illa ſemel prçuia cõtritione debita confiteri, vt arguté inſinuauit F. Ludouicus à Granata [a] vel quum appetitus carnis deferbuerunt,ſuntque probè vehementi aliqua contemplatione, oratione, eximia quadam abſtinentia, morbis,doloribusve mortificati:omne namque delectabile in particulari perpenſum,ad ſui deſiderium prolicit. [b] vt dicemus infra.[c]

*a in lib. de oratione.*

*b iuxta Ariſt. 3. moral. & S. Thom. quod. l. 1. art. 9. idque. in ſpecie ſentit vide Tho in opuſc. 6.*

*c cap. 9.*

29 XV. Non paruæ prudentiæ,ſanctique conſilij eſſe prouidere,vt peccato admiſſo,quàm citiſſimè nos illius pœniteat: cùm per id etiam ante confeſſioně, Deo reconciliemur, fierique poſſit, vt qui centies mortaliter peccauit,toto anni,ab vltima cõfesſione, curriculo,non manſerit horis quatuor ſine Dei gratia, eo quod protinus vt peccauit, ſingulorũ peccatorum legitimè eũ pœnituerit. Quocirca,plærique ſimplices exiſtimantes eos qui mortaliter deliquerunt, ſemper crimine irretitos, donec confiteantur, meritò inſtituendi forent. Vt enim à peccatis reſiliant, ſatis (vt ſupra diximus) eſt eis, habere excellentem illũ dolorem ſupra definitum, quãuis adhuc cõfiteri teneantur. Cæterùm,quũ huiuſmodi homines,vt qui rudiores, rarò doleant vt par eſt, niſi dum Confeſſarium adeunt, vt alibi [d]prodidimus: conſultiſſimũ fuerit, eos inducere ad crebrã confeſſionem, ſaltem tribus feſtis. Paſchalibus & die Aſſumptionis virginis deiparę ſacro. Qua ratione quoque,profuerit maximè, protinus poſt peccatum contritionem habere: ne bonorum operum quę ante confeſſionem fiunt,iacturam faciamus, quæ quidẽ euaneſcerent,niſi confeſſio adhiberetur. Opera namque, quantumcumque mortaliter bona extra charitatem, in ſtatu peccati mortiferi facta, dubio procul pereunt mortuaque reputantur, quod ad gratiam & gloriam promerẽdam attinet [e] Licèt quoad

*d in repet. §. in Leuitico, de poe diſt. 1. not. 81 n. 5.*

*e 1 ad Corinth. 13. & c nihil. de conſecr. diſt. 5.*

alia proſint.[a] vt infra[b] fuſius declarabitur.

30 XVI. Quidquid B. Antonin.[c] aſſerat, tenendum, eſt, quod licet peccator neque ſpeciatim, neque particulatim meminiſſet peccati mortalis nondum condonati, poſſet tamen illius contritionem habere, concipiendo pœnitudinem modo ſupradicto qualificatam: ſecus enim, ſequeretur, eum qui peccati cuiuſpiã mortalis nondum remiſſi recordari non poſſet, eſſe extra ſtatum ſalutis, quod à iure alienum foret,[d] Et quamuis reſpõderi poſſet, tali caſu, amorem quo diligitur Deus ſuper omnia ſufficere: vt Gabriel inſinuauit,[e] replicari nihilominus poſſet, vt ſupra[f] dictũ eſt eiuſmodi amorem eſſe contritionem virtualem.

31 XVII. Licèt grauius peccatum grauiorem requirat pœnitudinem, id tamen de conſilio & honeſtate intelligendum eſt,[g] non autem de neceſſitate,[h] nam ſecundum communem Doctorum mentem, quam explicat Ioan. Mai, Pœnitudo circumamicta debitis circumſtantiis, quantumcumque ſit remiſſa, & breuiſſimo, etiam momentaneo tempore concepta, ſat eſt criminibus diluendis quoad culpam, & commutandæ pœnę æternę inferni, in temporalem Purgatorij, contra ſententiam Scoti,[k] quæ hodie communi calculo reprobatur.

32 Dixi, *debitis circumſtantiis*, quoniã, ſi alienum retineo nec, quum poſſim reſtituere, reſtituo, vel odiũ mortale animo nõ pello, aut nõ abdico ſodalitia, & occaſiones valde propinquas peccãdi mortaliter: vel nõ peruenio ad conceptionẽ propoſiti actualis, quo mallem potiùs mori, quã mortiferè peccare, verã eiuſmodi pœnitentiã non habeo, & proinde remiſſionem non conſequor.

33 XVIII. Pœnitentia peccatorum imperfecta, quam neque debitæ circũſtantię, neque qualitates prędictę ornant, poterit nuncupari attritio, non autẽ cõtritio, quæ aſſertore Caiet[l] eſt bipertita, altera, eorũ quos pœnitet quidẽ mortaliter peccaſſe, vellẽntque nõ peccaſſe, at nõ omnino ſtatuunt à peccatis abſtinere. Altera, eorum quos pœnitet quidẽ peccaſſe, ſtatuúntque amplius non peccare, non concipiendo peccatũ, vt rem ſuper omnia execrabilia deteſtandum, nec reputando vitandũ ſuper omne vitabile. Quinimo, pœnitudo ſupra à nobis definita, quam habent qui deteſtantur peccatũ ſuper omne

a *iuxta. gloſſ. c. quod. quidam, de pœnit & remiſſ. vt latè ibi tradidimus, & poſt alios Ioan. Ma in 4. ſent. diſt. 14. q. 2.*
b *c. 27. n. 267.*
c *in 3. part. tit. 14 c. 18. in prin.*
d *c. 1. de pœnit. diſt. 7. & c. ponderet, 50. diſt.*
e *in 3. ſent. diſt. 27. q. 1*
f *n. 5.*
g *arg. c. tempora 26 q. 7. ſecundũ S. Tho. in 4 ſen. diſt. 17. q. 1. art. 1. & 2.*
h *arg. c. talis, de pœn. diſt. 3.*
i *in d. 4. ſent. diſt. 14. q. 1. & diſt. 17 qu. 1.*
k *in d. diſt. 14. q. 1. art, 1.*
l *Tom. 1. opuſc. opuſc. 4. q. 1. & opuſc. 5 q. 5.*

deteſtabile,illudque vitare proponũt, ſuper omne aliud meritò vitandũ,eſt attritio( vt mea fert ſententia) quoad vſque Deus ſuâ miſericordia gratiam ſuam impartitus fuerit:ſed alterius ſpeciei,iuxta eũdem, diciturque contritio informis. At ſecundum opinionẽ communẽ, quã ſupra amplexi ſumus, cuicunque habẽti eiuſmodi pœnitentiã, Deus ſua miſericordia,protinus elargitur gratiam,& proinde,non inuenitur ſine gratia.

34 Atqui, prior ſpecies dictarũ attritionũ, nõ ſufficit vt per eam ſolam remittatur peccatũ imò:neque per eã, & abſolutionem ſacramentale:ſimul. Quinimo, peccat qui cũ ea petit vel accipit abſolutionẽ. Quod etiã producendũ eſt, ad pœnitudinem quã quis concipit ob id ſolũ aut ſaltẽ primariè, ob detrimentũ honoris, quietis, vtilitatiſve tẽporalis aut propter metũ infamiæ, laborũ, pœnæ tẽporariæ, vel æternæ: quàmuis eiuſmodi pœnitudo nõ ſit peccatũ,niſi cũ eo animo cõcipitur, ꝙ peccaret vel à peccato nõ ceſſaret,ni,tale malũ, aut metꝰ ſuperueniret: id enim nouũ peccatũ adiũgere foret.[a] Non etiã ſufficit poſterior attritionis ſpecies,ſecundũ eundẽ, vt ob illã remittãtur peccata, etiã ſacramẽtali abſolutione adiũcta: licet ſufficiẽs ſit ad petẽdã ac recipiẽdã abſolutionẽ ipſã, citra vllã culpã:& vt valida ſit, nec cõfeſſio iterãda. imò ad cõſequẽdũ effectũ ſacramẽti, quũ pœnitẽs memoratã pœnitudinẽ fuerit aſſequutus.

35 Quàmuis autẽ ab hac opinione, ob ſummam eius auctoritatem, & quia ei à nemine contradicitur, hactenus diſcedere auſus nequaquam fuerim: nunc tamen (iuſtiore ſalua cenſura) exiſtimo, eum quem verè & ex animo pœnitet,mortaliter peccaſſe,cum propoſito nũquam in poſterũ peccandi,ob id preſertim, quod, peccatum ſit offenſa Dei, ſi credendo ſine craſſa ignorãtia, ſuum dolorem in id eſſe ſufficientem, confiteatur ſacerdoti, recipitque ſacramentalem abſolutionem, non modò ſatisfacere præcepto confeſſionis (vt ipſe ait,) verùmetiam gratiam & miſericordiam à patre gratiarũ & miſericordiarum conſequi. Nullis enim ſcripturæ ſacræ locis expreſſè cõuincitur, neceſſarium eſſe concipere peccatum tanquam quippiam omnium maximè vitabile& deteſtabile:ſed duntaxat habent(*Pœnitentiam agite.*[b] (*Pœnitemini*) [c] *Facite fructus dignos pœnitentia*) [d] (*In*

*a vt ſup. diximus c. ſi præterea, & c. ſi cui. de pœnit. diſt. 1.*

*b Matth. & Lucæ. 3.*

*c Marc. 1. & Act. 3.*

*d Luc. 3. & c. conſideret. § fin. de pœnit. diſt. 5.*

*quacunque die conuerſus fuerit peccator, iniquitatum ſuarum amplius non recordabor* ([a]) *Conuertimini ad me* ([b]) *Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* (Nullum inſuper Conciliū, nullaque Summorum Pontificum, aut tot ſacrorum Doctorum in decreto citatorum, eiuſmodi interpretationē prodidit Quod ſanè ampridem Concil. Florent. ſub Eugenio 4.[d] dilucidiùs explanauit. Neceſſarium, nimirum, eſſe, dolere de peccatis, cum firmo propoſito, de cætero non peccandi, & ſpe veniæ, non requirendo huiuſmodi reflexiones, cōparationéſque difficiles, pauciſſimis cognitas, & à paucioribus vſu receptas. Quinimo, B August.[e] conſtituens diſcrimen inter conuerſum & verſum, aſſerit, verſum eſſe, qui timore pœnæ compulſus, abſtinet à peccato. Conuerſum verò, qui ſolummodo, vel ſaltem primariè, ob Dei amorem peccato ſuperſedet, & quia eum pœnitet offendiſſe Deum.

a *Ezechiel.* 33. *& c. ponderet.* 50. *diſt.*
b *Iohel* 2. *& c. conuertimini, de pœnit. diſt. Pſalm.* 31. *& c.* 1. *de pœni. diſt.* 1.
d *in decreto de ſacramen.*
e *in c. nullus, §. quod, quamuis de pœnit. deſt.* 7.

Quibus accedit, quòd pauci collatione aliorum ſunt confitentes, qui ab inſtitutione confeſſionis, in noſtra tempora, fecerunt, & faciunt, quod ille requirit: paucioréſque confeſſarij id ſuaſerunt & ſuadent. Imò (noſtro iudicio) Concil. Trid.[f] non obſcurè pronuntiatum noſtrum confirmat. Gratum proinde nobis fuit, intellexiſſe F. Franciſcum à Victoria idipsū aſſeruiſſe. Cur etiā ſuffragatur Domin. Sotus[g] aſſerēs in ſequenti axiomate cōtentū, quod hoc corroborat. Ex quibus omnibus planū eſt, quā vtilis ſit, & ſecura homini pœnitēti cōfeſſio.

f *d. ſeſſ.* 14. *c.* 4.
g *lib.* 2. *de nat. & grat. c.* 15.

36 XIX. Ad ſuſcipiēdū baptiſmum ſufficit, quæcūque pœnitudo & deteſtatio peccati, cū ceſſatione ab eo, ita vt ſit animo de cætero nō peccādi, & diſpliceat peccaſſe iuxta eūdem Sotū: qui Concil. Trid.[h] in eam ſentētiam tranſiſse, ait. Addens, volenti baptizari, ſufficere quantulamcumque attritionē: vt baptiſmi ſacramētum ipſi valeat impendi, quāuis in confeſſo ſit, illa non eſſe contritionem: ad ſacramentum tamen pœnitētiæ, requiri pœnitentiam de peccatis propter amorē Dei, & quia peccatum eſt eius offenſa: quodque à pœnitente putetur eſſe contritio, vel ſaltem non credatur eſſe non contritio, aſserēs ſibi videri, Concil. Trid.[i] id ſenſiſse, quo magno pere præcedens axioma confirmatur.

h *ſeſſ.* 6. *c.* 6.
i *d. ſeſſ.* 14. *c.* 4. *& ſeſſ.* 6. *c.* 14.

37 Cæterum, licèt hæc doctrina ſana videatur, quoad

ſacramentum pœnitentię attinet; nihilominus quoad ſacramentum baptiſmi, admodum noua mihi, viſa eſt, qua parte habet, qualemcumque pœnitudinem, etiamſi agnoſcatur non eſſe contritio, adiuncta ceſſatione à peccatis, ſatis eſſe ad baptiſmi ſuſceptionem. Quoniam B. Auguſtinus in pleríſque decretis relatus, non obſcurè ait, hominem peccati lethalis reatu implicitum, Dei gratiam nunquam aſſequuturum, niſi veteris eum vitæ pœniteat. Siquidem alibi [a] aſſerit neminem vitam æternam conſequuturum, qui non fuerit hic à malo per pœnitentiam, fidémque conuerſus, & per ſacramentum fidei, ac pœnitentiæ, id eſt, per baptiſmum liberatus, & de pœnitentia ante baptiſmum loquens. [b] *Maioribus*, (inquit) *opus eſt de malis ſuis pœnitentiam agere*, inſuper alio loco. [c] *Niſi eum pœniteat veteris vitæ, nouam non poterit inchoare. Ab hac pœnitentia cùm baptizantur, ſoli paruuli immunes ſunt.* Denique. [d] *Agunt homines ante baptiſmum pœnitentiam, &c.* Quod ipſum iiſdem penè verbis D. Ambroſius [e] alibi aſſerit. Quin & cæteri aliis locis aſſeuerare ſolent, his qui poſt aquæ ſalutaris intinctionem, ſeu baptiſmum, in peccatum prolapſi ſunt, pœnitētiam eſſe neceſſariam. Petrus demum Apoſtolus, [f] ait: *Agite pœnitentiam, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm.* Vbi non videtur de quacunque pœnitudine intellexiſſe, ſed de ea quæ concipitur propter Dei amorem, ac quia peccatum eſt eius offenſa, & quàmuis Conc. Trid. [g] dicat ſufficere aliquod odium, & deteſtationem: addit tamen, eſſe neceſſariam talem pœnitentiam, qualis ante baptiſmum exigitur: non explicans qualis illa ſit: & conſequenter, id reliquit antiquæ interpretationi.

a in c. firmiſſimè 34. q. 1.
b paulò inferius.
c c. omnis de cō-ſecre. diſt. 4.
d cap. ſeq.
e c. 1. & 2. de pœnit. diſt. 3.
f Act. 2.
g d. ſeſſio. 14. c. 6. & 24.

Quapropter, ſalua æquiore cenſura, ſemper conſulerem illis, qui infideles adultos baptizant, vt priùs illos inducant ad pœnitudinem peccatorum mortiferorum, quòd illis offenderint Deum, quem ſuper omnia amare, & honorare debuiſſent. Nec auderem aſſerere, eis licere baptizare illos, ſi videant, non eos pœnitere ob amorem Dei: ſed ob alias cauſas. Quin potiùs, perperam agere illos, qui, vt fama eſt, baptizant Indos antequam percipiant illos duci pœnitudine, quæ videatur contritio: eò quòd petunt baptiſmum, eo nomine principaliter, quòd pileus, vel alia ludicra illis donantur: licèt ali-

quam pœnitudinem ſuæ malæ vitę leuem, & friuolam conceperint, ob cauſas, amore Dei nequaquam nixas. Videtur tamen nobis, poſſe alia aſſignari differentia, inter pœnitentiam baptiſmo ſuſcipiendo neceſſariam, & illam, quæ ad ſacramentum pœnitentię neceſſariò requiritur: videlicet, quod ab baptiſmum ſufficit pœnitentia, ſeu pœnitudo generalis omnium peccatorum mortalium, totiuſque vitæ malę tranſactæ, reuocando ad ſummum aliqua in memoriam, citra deſcenſum particularem ad omnes eorum ſpecies, qua praxi videtur vſus fuiſſe diuus Petrus, baptizando eos, quos primos in feſto ſancto Pentecoſtes. [a] legimus baptizaſſe. Ad recipiendum verò ſacramẽtalem abſolutionem, præter hoc, etiam opus eſt recolere omnes ſpecies peccatorum & de illis omnibus ſpeciatim pœnitere: licet in indiuiduo, non opus ſit ſigillatim, ſiue particulatim, de ſingulis ſpeciei cuiuſlibet pœnitere, dolereque. [b]

*Act. 2.*

38 XX. Quàmuis virtute ſacramenti attritus fiat contritus, ipſa tamen attritio, non efficitur contritio, ſecundum s. Thom. [c] licet iuxta Scot. [d] quem ex parte ſequitur Caiet. [e] ſuperueniente Dei gratia, fiat contritio. Poſſunt tamen conciliari, intelligendo S. Thom. de attritione, quæ non eſt contritio, ob defectum, intrinſecum ex parte ſubiecti, & ſcopi, qui eſſe debet Deus ipſe, vel amor eiuſdem, quia videlicet, ille dolor, non concipitur ſolum, nec principaliter propter amorem Dei, eò quod peccatum ſit eius offenſa, vel iniuria: ſed ſolum, vel tantùm, aut principaliùs, propter damnum, quod ipſi ex eo contingit, vel timet ſibi hac in vita, vel futura euenturum: huiuſmodi enim attritio, numquam efficitur contritio, licet ad eam ducat: Scotum verò eiuſque ſequaces contrarium opinantes, de pœnitudine, quæ eſt attritio, & non contritio, non quidem ob defectum iſtum intrinſecum ex parte obiecti ſed ob aliam cauſam extrinſecam, qualis eſt defectus gratiæ vel propoſiti de abſtinendo.

*[b] vt. ſup. nu. 25. dictum eſt.*
*[c] 4. l. ſent. diſt. 17 q. 2. art. 2.*
*[d] in eod. 4. q. 2. art. 1.*
*[e] tom. 1. opuſc. opuſc. 4. q. 1.*

XXI. Non eſſe nimis firmum illud Ioan. Maior. [f] videlicet, neminem eſse adeo imprudentem, qui tẽpore quo peccata ſua confeſsario confitetur, illa nõ deteſtetur formaliter, aut virtualiter. Inde namque ſequeretur, quemlibet confitentem habere iuſtam contritionem;

*[f] in d. 4. ſent diſt. 17. b. 3.*

quod eſt contra duo præcedentia axiomata: & dicta in principio huius capitis. Scotus autem[a] non tam latè loquitur circa hoc quàm quidam aiunt: imò, ſecundum eum, nulla pœnitudo momentanea, ſufficit ad remiſſionem peccati: quàmuis iuxta communem, quam ſequuti ſumus ſupra, ſufficiat.

39 XXII. Cauſa contritionis ex parte Dei eſt eius gratia, & miſericordia: ex parte verò noſtra, ſunt ſex, quæ ſecundum Raymundum, relatum à S. Antonino[b] diſponunt ad gratiam obtinendam. Memoria ſcilicet peccati: Pudor ex peccato proueniens: Vtilitas eius: Timor iudicij diuini: Meditari per illud nos cœleſtem gloriam amittere, noſtrúmque creatorem offendere: Spes veniã conſequendi, & gratiam amiſſam recuperandi, perueniendíque ad fœlicitatem æternã. Conducit etiã maximè, ad hoc, cõſiderare[c] quòd qui mortaliter delinquit, in effectu Deũ à ſe proiicit, eóque loco habet, ac ſi non eſſet vltimus finis: Reputaréq; ſecũ, & ruminare, quidnam faceret, vt à Rege veniã impetraret, ſi eũ negaſſet eſſe ſuũ regẽ: & ſi ſemel Rex illi veniã indulgeret, quãtũ ſibi caueret in poſterũ, ne rurſus in eandẽ rebellionẽ prolaberetur, certò ſciens, à Regis voluntate & nutu pendere vitam ſuam, non ſecus quàm noſtram à Deo.

40 XXIII. Effectus contritionis eſt, non ſolum delere, peccatum quãtum ad totam culpam,[d] verùm etiam extenditur ad remittendam aliquam pœnæ temporalis portionem, in quam æterna commutatur, ſecundum S. Tho.[e] non tamen abolet, vt plurimum, totam pœnam quod nos alibi,[f] abundè collegimus, vbi de culpa & pœna diſputauimus.

Dixi, *vt plurimum*, quia nonnunquam tanta eſt contritio, vt deleat omnem culpam, & remittat omnem pœnam.[g] numquam tamen ob id tollitur obligatio confitendi peccatum, iuxta omnium calculum.

41 XXIIII. Sanctiſſimè à ſacroſancto Conc. Trid.[h] definitum eſt, hæreſim eſſe, aſſerere, pœnitudinem non fuiſſe quouis tempore neceſſariam ad impetrandam culpæ mortalis condonationem. Dicere inſuper, contritionem non eſſe vnam trium partium, quas ſibi tanquam materiam ſubſtituit pœnitentiæ ſacramentum,

*a in d. 4. ſent. diſt. 14. q. 2. art. 2.*

*b in 3. part. tit. 14. c. 18. § 5.*

*c vt in c. fratres, de pœnit. diſt. 5. n. 96. diximus.*

*d vt ex ſupradictis, n. 24. & 31. conſtat, per c. dixi, & c. mag. de pœ. diſt. 1.*

*e in 3. part. q. 86. art. 4. & in 4. ſent diſt. 17. q. 3. art. 1.*

*f in extrauag. vnigenitus de pœnit. & remiſ. in tract. de indulgentijs, ſuper § in leuitico, de pœn. diſt. 1. not. 12.*

*g iuxta gloſſ. c. mẽſura. de pœn. diſt. 1. & gloſſ. in C. Deus qui, de pœn. & remiſſ. & gloſſ. extrau. 1. de pœn. & remiſſ. & trad. S. Tho. 3 lib ſent. diſt. 19. art. 3, q. 2. & in 4. diſt, 15. q. 2 art 2. q. 3. & 17 q. 2. art. 1. q. 1.*

*h ſeſſ. 14. c. 3. & 4.*

Dicere denique malum eſſe examinare conſcientiam ad reuocandam peccatorum memoriam cum ipſorum deteſtatione, & emendationis animò: quàmuis ad gradum integræ contritionis non perueniat, Dicere item, non eſſe de fide, contritionem non ſolùm includere in ſe ceſſationem à peccato, & vitæ nouę propoſitum, inchoationémque, ſed veteris etiam odium continere, & propoſitum illud confitendi tempore debito, cum ſpe obtinendi veniam, licèt, vt ſup. [a] diximus, ſufficiat propoſitum virtuale, cùm defectu temporis, vel inculpata inanimaduertentia pœnitentis fuit cauſa, vt non habeatur formale. Dicere demum contritionem iuſtam non eſſe neceſſariam ſub lege gratiæ, ad culpæ mortalis poſt baptiſmum admiſſæ delectionem. a n. 11 & 12.

42 XXV. Cuidam viſum fuiſſe, dixiſſe nos ſupra [b] attritionem quæ cognoſcitur non eſſe contritio, non ſufficere ad abſolutionem. Contra quod opponit multa, ſed reſpondemus. Primò, nos id non dixiſſe [c] licèt ex eo tacité colligatur, multas eſſe attritiones, quæ nō ſufficiunt ad iuſtam abſolutionem. Qualis eſt pœnitudo præteriti ſine propoſito actuali, vel virtuali vitandi futura, aut reſtituendi malè parta. [d] fateor tamen, me ſecutum Sotum, quatenus ait, [e] ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentiæ, requiri attritionem quam putet pœnitens eſſe contritionem, vel non putet non eſſe contritionem.

b n. 35.

c ibid.

d per c. pœnitentia, de pœn. diſt. 3 & c. falſas, de pœn. diſt. 5. cum multis. quæ ibi adduximus.

II. Quod, licèt ex præfato Soti pronuntiato videatur inferri, non ſufficere ad abſolutionem, attritionem illam, quę cognoſcetur non eſſe contritio: intelligendum tamen id eſt, neceſſario de attritione, quæ putatur non eſſe contritio nec futura talis etiam munita calore abſolutione ſacramentalis. Cùm Sotus ſequatur opinionem ſancti Thomę Aquinatis communiter receptam, aientis, ſufficere ad deletionem peccati, attritionem, quæ accedente ſacramento, fit contritio.

e lib. 2. de nat. & grat.

III. Eius tria prima argumenta, vrgere quidē contra ſententiam Gratiani [f] Ioan Maioris, & eorum, quos ipſe ſequitur [g] quę habet, per ſacramentum pœnitentiæ non remitti cuipiam culpam, quia remittitur per cōtritionem præcedentem: à qua quidem ſententia ſemper

f in c. conuertimini, verſ. ſi & c omnis de pœniſt. diſt. 1.

g in 4. ſent. diſt. 14 q. 2.

diſceſſimus, ſecuti S. Thom communiter receptum [a] vt eſt videre ſupra. [b] & in ſumma [c] latius & neruoſius alibi, [d] vrgẽt, inquam eius argumenta contra præfatã opinionem: nihil tamen faciũt contra Sotum, neque contra nos, qui fatemur, quàm plurimos confiteri cum attritione, quæ ſola non facit eos contritos: ſed acceſſione ſacramenti fiunt contriti quorum de numero maiorem partem plebis eſſe putauimus. [e]

43 IIII. Quod differentia inter ſacramentum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ quoad inſtitutum præſens, non conſiſtit in hoc, quod illud (vt ipſe ait) ſolis infirmis & mortuis datur: hoc autem ſolis ſanis: ſed quod illud per ſe ordinatur ad ſanandum, per accidens vero ad ſanitatem conſeruandam, & augendam: è contrario verò hoc principaliter ad ſanitatem conſeruandam & augẽdam, per accidens autem ad ſanandum. Siquidem, ſacramentum pœnitentiæ, iuſtè datur ſecundùm omnes, eis, qui ſola peccata venialia, vel ſola mortalia iampridem confeſſa, & remiſſa, confitentur, qui creduntur eſſe ſani: cum neque venialia, neque mortalia iam confeſſa & condonata repugnent charitati, [f] & frequentiſſima praxis ſelectorũ presbyterorum, prẹſertim monachorum, inualuit, confiteri quoties celebrant: quos tamen certũ eſt, non ſemper confiteri mortalia noua: ſed venialia, vel mortalia antiqua iam confeſſa.

44 Cuius rei ratio eſt, quia omnia ſacramenta nouæ legis, conferunt gratiam, vt poſt alibi receptam ſententiam, [g] definitur à Concil. Trid. [h] & ita frequẽter auget charitatem nec ſanat: & contra, ſacramentum pœnitentiæ frequenter per accidens ſanat: cùm ſcilicet quis credens probabiliter, ſe eſſe in ſtatu gratiæ, in quo tamen non eſt, ſumit illud, vt docet S. Thomas, [i]

V. Negamus, ex prẹdicto Soti dicto ſequi, tantam diſpoſitionem requiri ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentiæ, quanta ad ſacramentum Euchariſtiæ. Tum quia, ad ſacramentum Euchariſtiæ, non ſolùm requiritur contritio, ſed etiam confeſſio. [k] Tum quia, ad Euchariſtiam, oportet putare, ſe eſſe in ſtatu gratiæ. ad abſolutionem autem, ſufficit putare ſe ita eſſe attritum, vt mediante illa, fiat contritus.

VI. Negamus ſufficere ad abſolutionem ſacramen-

a in 4. ſent. diſt. 17. q. 2. art. 1.
b eod. c. n. 36.
c de pœn. diſt. 1. n. 4. & 5.
d in ca. conuertimini. n. 5. ca. di.
e in d. ca. conuertimini, n. 5.
f vt tradit S. Th. in 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 3. q. 1. ad 1.
g diſtin. 1. lib. 4. ſent.
h Seſſ. 7. de ſacram. in genere can. 6. 7. & 8.
i in 3. part. q. 79. art. 3.
k ſecundũ gloſſ. recept. in ca. de homine, de celeb. miſſ. approb. à Concil. Trid. Seſſ. 13. can. vlt.

talem, attritionem, ſiue pœnitudinem, qua peccator ceſſat à peccato, propter ſolam pœnam inferni, quatenus pœna eſt, ſi nullus actualis, vel virtualis Dei amor, aut odium peccati, quatenus eſt ipſius offenſa, eum comitetur.[a]

a *per dicta ſup. præſertim n. 3. 4. & 35.*

# De confeſſione, ſecunda parte ſacramenti pœnitentiæ.

## Cap. II.

### Summæ.

2 *Confeſſio ſacramentalis quid.*
1 *Confeſſio facta alteri, quàm proprio ſacerdoti. non eſt ſacramentalis.*
1 *Sacramenti pœnitentiæ eſſentia in abſolutiоne conſiſtit.*
2 *Confeſſio non fuit inducta iure naturæ, ſed diuino Ieſu Chriſti Domini noſtri. & n. 3.*
4. *Confeſſio facta laico, non eſt ſacramentalis,*
5 *Confeſſio ſacramentalis exigit multa. In quibus multi errant. & n. 6. 7. & 8.*
9 *Confeſſio, quo tempore facienda, lege diuina. Quo humana, & quo extra illa & num. 10.*
9 *Articulus mortis qui dicatur.*
11 *Confeſſio ſacramentalis fuit inſtituta à Chriſto, de omni mortalis, & eius circumſtantiis.*

1 Secunda ſacramenti pœnitentiæ pars, eſt Confeſſio ſacramentalis (quam vocalem, & auricularem appellamus, quod voce, & in aurem ſecreto fiat) quę addito aliquo recentiorum definitioni, præſertim Gabrielis[b] in hunc modum poteſt definiri: Confeſſio ſacramentalis eſt peccatoris accuſatio ſecreta, de ſuis peccatis, coram proprio ſacerdote: vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur.

b *in 4. ſent. diſt. 17. q. 1.*

Dixi, *Accuſatio*, pro genere, & ad differentiam accuſationum, & confeſſionum iudicialium, vel extra iudicialium: quæ quidem non in ſui accuſaitonem, ſed ob alios fines, fieri ſolent.[c]

c *vt toto tit. de Confeſſ. ff. C. & Decretal. & lib. 6.*

Dixi (*Secreta*) tum ad excludendum generalem illam publicamque confeſſionem quæ fit in principio, aut

medio Miſſæ, vel alias ſæpiſſimè: tum ad inſinuandum non eſſe neceſſarium, fieri publicè, vel aliquo tertio audiente: quàmuis etiam aliis audientibus facta: valere poſſit, vt infra [a] tradimus.

Dixi (*de ſuis peccatis*) ad improbandam illam, quæ quidam ſe de virtutibus, quidam verò de peccatis alienis accuſant.[b]

Dixi (*Coram ſacerdote*) ad excludendam illam, quæ fit alteri: quoniam illa non eſt ſacramentalis.[c]

Dixi, *proprio*, id eſt, habenti iuriſdictionem in foro conſcientiæ in illum, qui ſeipſum accuſat, [d] nam, quæ fit alij, quam proprio ſacerdoti, non eſt ſacramentalis: ſiquidem, abſolutio facta à nõ ſacerdote, vel à ſacerdote nõ proprio, nõ eſt ſacramẽtalis, vt infra [e] trademus.

Dixi, *Vt ab illis abſoluatur*, quoniam, quæ fit alio fine, non eſt ſacramentalis: cum eſſentia ſacramenti pœnitentię, in abſolutione conſiſtat.[f]

2 Ex qua definitione infertur primo, illam confeſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, [g] *Confitebor tibi, pater cæli, & terræ*, & alias plæraſque eiuſmodi confeſſiones quarum in multis pſalmis fit mentio, non fuiſſe ſacramentales, ſed potius Dei laudes.

II. Hanc confeſſionem ſacramentalem, non fuiſſe iure naturali inductam, cum poſt aduentum redemptoris noſtri, omnia ſacramenta nouę legis, initium habuerint, [h] & ita conſequenter poſt Chriſti Domini aduentum, incœpit ſacramentalis confeſſio, quę eſt vna partium ſacramenti pœnitentiæ, vt predictum eſt ſupra.[i]

3 III. Quòd ſacramentalis confeſſio, [k] non fuit inuenta, neque inſtituta in paradiſo terreſtri, vt quidam [l] dixerunt: neque à Ioſue, vt alij, [m] aſſeruerunt: neque à Iacobo Apoſtolo, vt alij [n] affirmarunt: neque ab eccleſiæ conſuetudine, [o] ſed immediatè à Chriſto Domino noſtro, [p] etenim ex pręfata definitione colligitur, hanc confeſſionem ſacramentalem eſſe partem ſubſtantialem eius, iuxta S. Tho. [q] & communem opinionem, vt latius alibi diximus [s] quod etiam ex-

a *eod. n. 6. & 7.*
b *c. omnis, de pœnit. & remiſſ. ibi, peccata, & ibi. ſua.*
c *d. c. omnis, ibi, ſacerdoti, & clarius in* Concil. *Tri. Seſſ 14. c. 6.*
d *d. c. omnis, ibi, cap. proprio.*
e *cap. 22. n. 11.*
f *vt diximus in c. ſacrificiis de conſecr. diſt. 2.*
g *Matth. 11.*
h *iuxta ſententiam omnium, in 4. ſent. diſt 1. & nuper expreſſit Cõc. Trid. Seſſ. 7. can. 1. de ſacram. in genere.*
i *in ca 1. n. 25 & prælud. eod n. 4.*
k *vt in gloſſ. ſum de pœnit. diſt. 5. 2. diximus.*
l *relata ab ead gloſſ.*
m *quos ead gloſ. refert.* n *ib. relati*
n *vt ipſamet. gl. à Canoniſt. ibi. & in c. omnis. de pœn. & remiſſ. cõmuniter rece. videtur innuere.*
p *vt tradit Aquin 4. ſent. diſt. 16. & 17.*
q *3. p. q. 60. art. 2. & 4. ſent. diſt. 2. q. 1. art. 2. & diſt. 5. q. 1. art. 1.*
r *in eodem. 4. ſẽt. diſt. 17.*
s *1. part. gl. ſum. de pœn. diſt. 5. n. 14.*

plicuit Concil. Trid. [a] declarans id fundari irrefragabiliter in illo Ioan. [b] *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

4. IIII. Confeſſionẽ factam laico, non eſſe ſacramentalem, ob ídque ſuis loco & tempore iterandam eſſe. [c]

5 V. huiuſmodi confeſſionem ſacramentalem, & auricularem, vt legitima ſit, requirere ſexdecim conditiones, quæ verſibus hiſce continentur.

*Sit ſimplex, humilis confeßio, pura, fidelis,*
*Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,*
*Integra, ſecreta, & lacrymabilis, accelerata,*
*Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.*

Quæ quidem conditiones explicantur à S. Th. [d] & à S. Antonino [e] nóſque etiam [f] copioſiùs & vtilius explicuimus, dicentes in ſumma, quòd, *Simplex* inſinuat, quòd ſit ſine plica generalitatis, vel diſiunctionis verborum: ſic, vt confeſſarius peccatum ita intelligat, vt poſſit diſcernere, an mortale, an veniale, ſit.

6 VI. Circa quod plæríque grauiter errant, qui mortaliter peccauerunt, nimis comedendo, bibendo, loquendo, ridendo murmurando, ſubſannãdo, iocando, aliáve ſimilia faciendo: quæ cum poſſint eſſe, imò frequenter ſint venialia, confeſſarius intelliget, illa eſſe venialia. Quocirca, oportet diligenter explicare circunſtantias, quibus facta fuerunt mortalia: putà, quòd fuerunt facta cum notabili Dei, ſanctorum, eccleſiæ, ſacramentorum, aut religionum irreuerentia; vel cum notabili aliquo nocumento ſalutis ſpiritualis, aut corporalis, honoris, famæ, vel alterius rei, ad ſe vel proximum pertinentis: vt ita conſtet, an grauitas culpæ, peruenerit ad mortalem, necne? niſi ex qualitate perſonæ, vel modo confitendi, confeſſarius talem coniiciat paruitatem, vel grauitatem malitiæ, vt diximus ſuprà [g] per eá quæ infra [h] ſuper vnoquoque præcepto tradentur.

7 VII. *Humilis*, id eſt, cum ſignis animi ſubmiſſi, modeſtíque. *Pura*, id eſt, ſine mixtione rerum impertinentium. *Fidelis*, id eſt, ſine mendacio, maximè in his: quorum veritaté confeſſio neceſſario requirit. *Frequens*, vt nimirum fiat ſæpe, quæ conditio apponitur propter illũ, qui ſæpe labitur, quę quidẽ, eſt de cõſilio, præ-

[a] *vbi ſup. ſeſſ. 14. c. 5. & can. 3.*
[b] *Ioan. 20.*
[c] *ſecundum omnes in 4. ſen. diſt. 17. & c. quem pœnitet. de pœn. diſt. 1 vbi multa de confeſſione ſcripſimus.*
[d] *4. ſent. diſtin. 17. q. 3. art 3.*
[e] *3. part tit. 14. cap. 1. & 2. cap. 1. & 2.*
[f] *in c. fratres, de pœnit diſt. 5 n. 2. & ſeq.*
[g] *prælud 5. n. 11*
[h] *ab 11 cap. vſque ad 21. & ſuper vtroque vitio cap. 23.*

terquàm illis tantùm caſibus, & temporibus, quibus ea præcipitur fieri à iure, vel ſtatuto. (*Nuda*) vt iocis, aut alia re peccati grauitas nõ occultetur. (*Diſcreta*) vt fiat verbis honeſtis, ſitque debitis circumſtantiis explicata, *Libens*, hoc eſt, voluntaria: nempe vt fiat (ſaltem principaliter) propter Deum: licèt alioquin minus principaliter ex verecũdia, vel quacunque alia humana cauſa, confitens moueatur, *Verecunda*, videlicet, ne ſicuti fabula, vel hiſtoria impudenter narretur: ſed cum pudore cordis, quem facies ipſa præſeferat. *Integra*, vt nullum crimen (ſaltem lethale) cuius adhibita debita diligentia recordatur ſupprimat. *Secreta*, quo ſignificatur primò, ab eodem pœnitente, non per alium faciendam, deinde, nullum teneri confiteri, alia tertia perſona audiente, imò, neque licet id facere regulariter, ſaltem de peccatis occultis.

8 Ceterùm, quia ex prædicto verbo, *Regulariter*, intulerunt nonnulli viri pij, me ſenſiſſe hoc loco, licere aliquando publicè confiteri, quod videbatur eſſe contra hanc conditionem ſecreti omnibus probatam: & quòd ipſe poſt S. Antoninum.[a] dixi, eſſe peccatum, infamare ſeipſum conſtituendum eſt, quòd confiteri publicè non eſt illicitum, quòd ſpeciatim id prohibuerit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſed quia regulariter non licet publicare peccata: verumtamen, quia nonnunquam licet publicare illa, in aliquem finem bonum, prout alibi,[b] rationibus & exemplis ſanctorum Ambroſij, & Anſelmi probauimus, ideo etiam licet interdum facere dictã confeſſioné, audientibus aliis, vt ſcité declarauit Conc. Trid [c] ſubdens, Chriſtum non præcepiſſe, quòd peccator confiteatur publicè: ſed non vetuiſse, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humilitatem, cùm ob aliorum exemplum, tum, ob eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publicè confiteri poſsit. Quo, tollitur ſcrupulus de valore, ac iuſtitia confeſsionum, quæ fiunt in mari, à periclitantibus, & à peſte infectis, remotis à confeſſario, necnon à vulneratis in præliis inter medendum, audientibus chirurgis, & aliis opitulantibus. Illarum item, quæ fiunt per interpreté, ab ignorante idioma cõfeſsarij: quia non deſinunt valere, & eſſe legitimæ, quòd alij eas audiant,

a 2. *part. tit.* 8. *c.* 4. §. 1. & *poſt. Caiet.* 2. 2. *q.* 73. *art.* 3. & *in ca. inter verba*, 11. *q.* 5.

b *in d. c. inter verba.*

c *Seſſ.* 14. *c.* 5.

*Lacrymabilis,*

*Lacrymabilis*, id eſt, quæ ſecum gerat contritionem, ſupra [a] definitam: vel ſaltem attritionem illã ſecundam, cuius ſupra [b] meminimus. *Accelerata*, id eſt, vt ſimul ac peccatum commiſſum eſt, fiat: quod quidem eſt conſilium, vt dicetur infra. [c] *Fortis*, ne præ timore, pudore, verecundia, vel ex neceſſariò dicendis, omittatur. *Accuſans*, ſeipſum: non carnem, mundum, aut dæmonem, vel ſaltem non æquè, aut ita principaliter, ſicut ſeipſum. *Parere demum parata*, nempe confeſſario, ita vt pœnitens præſtò ſit exequi, quod confeſſarius ei pręceperit: quod quidem, partim eſt de conſilio, partim verò de præcepto, vt inferius [d] explicabitur.

VIII. Infertur ſola lege diuina non eſſe definitum tẽpus, quo homo confiteri teneatur: ſed iure canonico humano, omnes peccatores ſemel in anno obligari ad confitendum. [e] Religioſus autem S. Benedicti, & alij, ſaltem de honeſtate, duodecies in anno, ſemel ſcilicet, ſingulis menſibus, ad confeſſionem adſtringuntur, [f] omnes item ſanctimoniales. [g] Vnde, ſecundum communem opinionem, non tenetur peccator ſimul ac mortiferè peccat, ſtatim confiteri, etiamſi fuerit ſacerdos, aut monachus, vel peccatum ſit notorium, ſecundum Pan. [h] & S. Thom. communiter receptum, quod nos etiam [k] copioſiùs diſputauimus, quidquid dicat Innoc. [l] præterquàm, dum vult, ſanctificũ illud cruſtulum, id eſt ſacratiſſimũ Chriſti corpus ſumere, aut ſacrũ facere, & habet copiã confeſſarij. [m] Quocirca, qui accedit ad quẽcunque ordinẽ ſacrũ recipiendum, quoniam ſacram Euchariſtiã accipere debet, vti cõmuni opinione receptum eſt, debet confeſſus accedere, ſecundum beatum Tho. [n] vel, quando inſtat veriſimilis mortis articulus, quem definit eſſe Panor. [o] illum, in quo homines communiter moriuntur, qualem facit probabile naufragium, imminens prælium, & grauis, acutáque febris, [p] tempus item pariendi. [q] vt poſt Hoſtienſ. Panor. [r] concludit, ſaltem quoad mulierẽ, quæ numquam peperit, vel experta eſt partus difficiles. Inſuper cũ probabiliter credit, ſe toto anno non habiturum opportunitatem confitendi: vel quando cõſcientia dictat, illum

[a] *c. 1. n. 1. & ſeq.* [b] *ca. 1. n. 34. & ſeq* [c] *num. 11.* [d] *cap. ſequent.* [e] *c. omnis, de pœnit. & remiſſ.* [f] *Clem. ne in agro, §. ſanè, iuncta gloſſ. de ſtat. mon.* [g] *Conc. Trid. c. 10. ſeſſ. 25. de regul. & monial.* [h] *in d. c. omnis, de pœnit. & remiſſ. nu. 20.* [i] *in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 1.* [k] *in c. fratres, de pœnit. diſt. 5. à num. 9.* [l] *in d. ca. omnis, & gloſſ. in ſum. de pœnit. ead. diſt. 5.* [m] *iuxta gloſſ. ſing. in c. de homine, de celeb. miſſ. argumento à contrario ſenſu omnium calculis approbatam, & denuo, à Conc. Trid. ſeſſ. 13. ca. 7. confirmatam contra nouã Caiet. opinionem 3. part. q. 80. art. 4. & c. 11. epiſt. 1. ad Cor. & in ſum. verb. communio. & c. 21. n. 49. dicetur.* [n] *quodl. 1. art. 11.* [o] *in c. paſtoralis, § 1. n. 5. de off. ord.* [p] *cum infirmitas, de pœn. & rem.* [q] *arg. l. 2. §. ſi non ff. ſi quis caut.* [r] *vbi ſup.*

ad confeſſionem teneri, [a] quamuis ad hoc ſatis foret eiuſmodi conſcientiam deponere, ſi fuerit erronea, [b] vel quando vouiſſet, pluries confiteri, [c] vel etiam, ſecundùm aliquos, quando ſtatim poſt confeſſionem, & communionem in Paſchate, recordaretur, ſe fuiſſe oblitum alicuius culpæ mortiferæ in confeſſione: quod tamen nullus text. nec ratio concludit neceſſariò faciendum: & ita, non aſſerendum, [d] niſi fortè in illo, qui iam ad ſacræ Euchariſtiæ perceptionem accinctus, antequã eam ſumat, recordatur alicuius mortalis culpæ, nondum confeſſæ, & ne aliis ſit ſcandalo, vel impedimento, aut quia eius confeſſarius præſens non eſt, communicat, proponens, eam ſtatim à communione, confiteri, nolens in ſequentem annum confeſſionem illius peccati protrahere. Quod licèt ſecundùm rigorem iuris antiqui, non poſſit probari eſſe neceſſarium, ſi propoſitum illud non peruenit ad votum: ſiquidem cùm eò non peruenerit, non habuit vim obligandi, ſecundùm Archid.[e] & ea, quæ tradimus alibi, [f] videtur tamẽ probari iure nouo Conc. Trid. [g] quatenus præcipit, vt, qui neceſſitate vrgente, abſque præuia confeſſione celebrauerit, quàm citiſſimè poſtea confiteatur. & videtur, quòd ſi concilium interrogatum fuiſſet de laicis, qui licitè interdum communicant non præuia confeſſione, veluti prædictò caſu, vel aliis huiuſmodi, quibus deeſt copia confeſſarij, idem quoque de illis definiſſet: & ita videtur definiſſe. [h] An autem, propter obliuionis periculum, quis ante tempus ſtatutum confiteri teneatur: dicemus infra. [i]

11 Concil. porro Trid. [k] excommunicauit eum, qui dixerit confeſſionem ſacramentalem non eſſe vel inſtitutam, vel ad ſalutẽ neceſſariam iure diuino, ei, qui poſt baptiſmum in culpam lethalem inciderit: aut non fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutam, & præceptam. Eum inſuper, qui dixerit nos non obligari iure diuino confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoriã cum debita, & diligenti præmeditatione habemus, etiam occulta, & interna, ſolo voluntatis conſenſu, abſque verbis, & operibus conſummata, & circumſtantias, quæ ſpeciem peccati ex vna in aliam mutãt.[l] Eum item, qui aſſeruerit, hãc confeſſionem omnium peccatorum,

[a] *arg. ca. fin. de præſcript.*
[b] *arg. c. inquiſitionis, de ſent. excom.*
[c] *arg. c. magna, de vot.*
[d] *arg. c. legatur, 24. q. 2.*
[e] *in c. 1. 17. q. 1.*
[f] *in c. fratres, n. 19. de pænit. diſt. 5.*
[g] *Seſſ. 13. c. 7.*
[h] *iuxta gloſſ. ſing. in l. tale pactum, §. fin ff. de pact.*
[i] *c. 21. n. 35.*
[k] *ſeſſ. 14. ca. 3. can. 6.*
[l] *c. 5. & can. 5.*

quam Eccleſia ſeruat, eſſe impoſſibilē: vel habuiſſe originem à conſuetudine, ſeu ordinatione Eccleſiaſtica: vel ad eam non teneri omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles, ob idque ſuadendum eis, ne confiteantur tempore Quadrageſimę.[a] Vel non eſse bonum confiteri peccata venialia.[b] Quò fit, vt temerarium ſit aliquorum laicorum iudicium, iudicantium clericos, & religioſos toties peccaſse mortaliter, quoties vident, eos confiteri. quod prædicari deberet ad ſeruandam famam illorum, qui frequentant confeſſionem, etiã cùm eis non eſt neceſsaria: & ad eos in id animandũ, ne tam pium, & ſalutare opus omittant: quod à nonnullis vidi omitti, ne dicerentur; vel crederentur ab eis, qui viderent eos tam frequenter confiteri, peccata mortalia cõfeſſi fuiſse. & proinde, tam frequenter peccaſse mortaliter. Quando autem, aut quibus caſibus, confeſſio quæ nulla eſt, iterari debeat, dicetur infra.[c]

[a] c. 5. & can. 8. & ſeſſ. 13. can. 9. de ſacra Euchar.

[b] eod. cap. 5. & can. 7.

[c] ca. 9. n. 3. & ſeq.

## De Satisfactione, tertia parte ſacramenti Pœnitentiæ,

### CAP. III.

Summæ.

1 *Satisfactio quid, & eſt neceſſaria etiã poſt reſtitutionẽ. & n. 2.*
3 *Satisfactio triplex non eſt neceſſaria ob triplex genus peccati.*
4 *Satisfactio fit opere aliàs debito. Et cur melior à Confeſſario impoſita. & num. 5.*
6 *Satisfactio ſacramentalis in mortali facta, quid prodeſt.*
7 *Pœna peccati temporaria, in quam æterna mutatur, an per bona opera in malo ſtatu facta tollatur.*
8 *Bona in malo ſtatu facta vt proſunt.*
9 *Satisfactio vna penſat offenſam factam, altera cauet futurã.*
10 *Occaſio peccandi propinqua cauenda, non remota.*
11 *Miles & mercator non tenentur neceſſariò abſtinere ab arte ſua.*
12 *Occaſio quæ eſt propinqua peccandi vni, non ſemper eſt alteri.*
13 *Pœnitens nõ tenetur credere, ſe non peccaturum in arte ſua.*
14 *Occaſio propinqua ſtudioſe definita.*

15 *Occaſione, de qua credendum, quod rarò inducet ad mortale.*

16 *Matrimonio inualido coniuncti, vt poßint licitè cohabitare.*

17 *Abſoluendus quando quis, licèt peccandi occaſionem non vitet.*

18 *Miles volens redire ad bellum, quod credit iniuſtum, non abſoluendus*

19 *Concubinarij qui non poßint abſolui, & qui poßint.*

20 *Hoſpita ſolita pollui cum hoſpite, quomodo poteſt abſolui.*

21 *Abſoluendæ quæ familiares peccantes cum cognatis, & heris, & num. 22. & 23.*

24 *Abſoluendus non eſt miſcens ſe cœtui laſciuo. & n 26.*

25 *Abſoluendus non eſt, qui comedit ad mortale incitantia.*

26 *Clyſtere quis fundens non abſoluendus.*

27 *Fœminam quis manu ducens non abſoluendus.*

1 Satisfactio ſecundum Scotum [a] bifariam ſumitur: largè videlicet, ſiue in genere,[b] & ſtrictè, ſiue in ſpecie. [c] Et largè quidem accepta, comprehendit reſtitutionẽ, quippe quę eſt genus ad illam. [d] Accepta verò ſtrictè, differt ab illa: quoniam reſtitutio eſt redditio rei acceptæ, vel damni illati compenſatio, [e] aut repoſitio rei in priſtinum ſtatum.[f] Neque enim eſt ſolutio ratione culpæ contra Deum commiſſæ, at potiùs à peccato ceſſatio, iuxta communem ſententiam. [g] Satisfactio verò in ſpecie accepta, nempe pro tertia parte ſacramenti pœnitẽtiæ, definiuiri poteſt, vt nuperrimè alibi definimus,[h] paſſio voluntaria pœnæ pro peccato, ad placandum Deum animo non offendendi eum ampliùs.

Dixi, *Paßio* pro genere, nõ autem, vt in alia editione, *Cõpenſatio*, quia cõpenſatio propriè non eſt ſimplex ſolutio: ſed debiti, & crediti inuicem inter ſe contributio,[i] qualis nõ videtur propriè, cuius meminimus ſatisfactio.

Dixi, *voluntaria*, quia debet eſſe actus virtutis, vt probat S. Tho. communiter receptus,[k] omnis autem actus virtutis, debet eſſe voluntarius, iuxta illud, [l] *Voluntaria oris mei, beneplacita fac Domine.*

2 Ex qua definitione infertur id, quod catholica doctrina contra execrandam Lutheranorum temeritatem nos docet, videlicet, eũ qui peccauit, non ſolùm teneri reſtituere dãnum illatum alteri, ſi quod intulit,[m] verùm

[a] 4. lib. ſen. diſt. 15. q. 1. art. 1.
[b] vt in l. 1. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. ſi rem, §. omnis. ff. de pignor. act.
[c] vt in c. perfecta, de pœn. diſt. 1. & c. ſatisfactio de pœnit. diſt. 3.
[d] vt innuit gloſ. c. peccati venia, de reg. iur. lib. 6. & diximus in rubr. de reſtit. ſpol.
[e] ſecundum omnes in 4. ſent. diſt. 15 & toto tit. de reſt. ſpol.
[f] l. reſtituere ff. de verb. ſig. & c. ſi quem, § fin. 2. q. 3. & diximus latiùs in d. rub.
[g] in d. diſt. 15. quam probat c. ſæpe, de reſtit. ſpol.
[h] in ca. ſatisfactio, de pœn. diſt. 3 num. 2.
[i] l. 1. ff. de com. ſen.
[k] lib. 1. ſent. diſt. 15. q. 1. art. 1.
[l] Pſalm. 118.
[m] c. ſi res, 14. q. 6. & reg. peccatũ de regu. in l. 6.

etiam, ſatisfacere Deo pro offenſa, & iniuria ei per rebellem transgreſſionem eius præceptorum facta, ſiue alteri noceat, ſiue non: vt alibi reſolutè diximus.[a] & dicemus infra[b] nempe, fore neceſſarium pœnitenti propoſitum ſatisfaciendi Deo in hac vita per pœnitentiam, aut indulgentiã: vel in Purgatorio per pœnam. An verò teneatur ſub pœna peccati acceptare pœnitentiam à ſacerdote iniunctam, & habere animum ſatisfaciẽdi in hac vita, dicem⁹ infra[c] vbi contrarias opiniones referemus.

3 Satisfactio autem tripliciter fit, videlicet ieiuniis, orationibus, & eleemoſynis,[d] ad quas, omnes aliæ ſatisfactiones reducuntur: quoniam vigiliæ, peregrinationes, & alia huiuſmodi, quæ carnem affligunt, ieiunio adnumerantur: opera verò miſericordiæ corporalia, eleemoſinis: & ſpiritualia, orationi,[e]

Neque verò ſatis limitatum eſt illud, quod plærique dicunt: ſcilicet, quòd, ſicut tribus modis contingit peccare: corde videlicet, ore, & opere: ita tribus modis oportet ſatisfacere: nempe corde per contritionẽ, ore per confeſſionem, & opere per ſatisfactionem: quoniã, hîc non agimus de contritione, & cõfeſſione, quæ ſunt aliæ partes ſacramenti pœnitentiæ: at ſolùm de ſatisfactione, quæ eſt tertia pars ab illis diſtincta. Si verò reſponderis, contritionẽ, & confeſſionem, quatenus ſunt duo opera pœnalia, poſſe nũcupari ſpecies huius tertię partis, licèt alio qui ſint duæ partes eiuſdem ſacramenti, propter diuerſas rationes, replicabo, eſſe multa peccata, non peruenietia ad os, & plurima, non peruenientia ad opus, pro quibus tamen omnibus, ſatisfaciendum eſt.-

4 Et quidem hæc ſatisfactio fieri poteſt per bona opera aliàs debita, vt copioſè deducit Caiet.[f] dùm tamen illa fiant nõ ſolùm vt debitum perſoluatur: verùm etiã, vt ſatisfiat pro peccato. Quin etiam, poteſt fieri per ęrũnas, tribulationes, & flagella à Deo nobis inflicta, & patienter tolerata, offerendo ea in compenſationem noſtrarum offenſarum iuxta S. Tho.[g] quod poſtea Conc. Trident.[h] redegit in articulum fidei

5. Satisfactio porrò à confeſſario iniuncta, & à pœnitẽte ſuſcepta, duplici ex cauſa eſt præſtãtior illa quam quiſque ſponte ſua ſuſcipit. Primò quia eſt illa magis ſatisfactoria: nam ex definitione colligitur eſſe quid

[a] in c. ponat ſe, de pœnit. diſt. 5. & in d. c. ſatisfactio, de pœnit. diſt. 3.
[b] c. 26.
[c] in d. c. 26. n. 1. & 20.
[d] ſecundum omnes in 4. ſent. diſt. 16. facit ca. animæ, 13 q. 2.
[e] ſecundum Scotum in d. 4. ſent. diſt. 15. q. 1.
[f] Tom. 1. opuſc. 6 q. 1.
[g] in 4. ſent. diſt. 15 q. 1 art. 4.
[h] ſeſſ. 14. c. 8 & 9. & can. 13.

ſacramentale, quod cæteris paribus ob ſacramenti fomentum, maiorem habet effectum.[a]

6 Deinde, quia ſatisfactoria eſt, licet fiat in peccato mortali, ſaltem pro tempore, quo peccator ab eo ſurrexerit: altera verò minimè[b] licèt nos[c] opinionem magis cõmunẽ Scoti, & Io Maioris[d] amplexi fuerimus, aſſerẽtes eã non ſolùm valere quoad militantẽ eccleſiam, ſed etiã quoad triũphantẽ, contra diſtinctionẽ Card. Caiet.[e]

7 Neque obſtat, quod quidã dicitur opponere, nimirum ſecundum S. Tho. & quoſdam alios, nullum opus in ſtatu peccati mortalis factum, eſſe ſatisfactoriũ pro pœna peccato debita, ea ratione, quòd opera noſtra bona non ſunt ſatisfactoria, niſi virtute paſſionis Domini noſtri Ieſu-Chriſti: quòd illa non communicatur, niſi eius amicis, ſibíque gratis. Tum quia, etiam affirmo,[f] id tenere Thom.[g] Bonauenturam, Richardũ, Durandum,[h] & Caiet.[i], quorum ſententiam appello communem.[k] Tum, quòd non ſuffragatur communi opinioni auctoritas cui neceſſariò ſit ſtandum: nec ratio, quæ neceſſariò eã euincat. Tum, quòd omnes ſentiunt, pœnitentiã à ſacerdote iniunctã, & in peccato mortali adimpletã, prodeſſe pro tempore, quo peccator ad gratiã ſurrexit. Tum, quòd etiã idem S. Th. poſt Magiſtrũ[l] tenet[m] ſuffragia facta pro defunctis ab exiſtente in peccato mortali, prodeſſe exiſtentibus in Purgatorio, quod etiã Auguſtinus Triumphus aſſeruit[n] quem retulimus in tract. de Iubileo.[o] Tum, quòd multi tenent, peccatum veniale poſſe remitti abſque mortali, quorum ſententiam validè muniuimus.[p] Tum quòd ipſemet Chriſtus, & Apoſtoli eius, ad preces peccatorum ſanarunt multos ægrotos, etiam antequam iuſtificarentur.

8 Tum, quòd rationi eorũ nouè reſpõderi poteſt, cõcedendo quidem, opera noſtra nõ eſſe ſatisfactoria pro pœna peccato debita, niſi virtute paſſionis Chriſti, vt declarat ſacrũ Conc. Trid.[q] & quòd illa non cõmunicatur, niſi ſuis amicis quoad gratiam & gloriam æternam, nec quoad remiſſionem æternæ pœnæ, vt ſentit idem Conc.[r] Trid. negãdo tamẽ, non cõmunicari bene operantibus quoad pœnã temporalem, in quã, remiſſa culpâ, commutatur æterna, vt ſentit idem Conc. quatenus habet, eam communicari, quoad præparationem ne-

[a] *iuxta ea quæ diximus in c. 1. in princ. de pœn. diſt. 6. n. 36.*

[b] *iuxta S. Tho. & alios in 4 ſent. diſt. 16. q. 1. ar. 1.*

[c] *in d. c. 1. n. 46.*

[d] *in 4 ſent. diſt. 15. q. 1.*

[e] *in d. tom. 1. opuſ opuſ. 6. q. 1.*

[f] *in c. 1. in prin. n. 46. de pœ. diſ. 6.*

[g] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 1 art. 3.*

[h] *in eod. 4. ſent. diſt. 15.*

[i] *in d. tom. 1. opuſc. opu. 6. q. 1.*

[k] *ibi. & in eod. c. 1. §. ſacerdos, n. 27 & ſeq*

[l] *in 4. lib. ſent. diſt 45.*

[m] *in 2. ſent. diſt. 41. q. 1. art. 4. q. 4 ad 5.*

[n] *in ſumma de poteſt. Papæ. 1. p q. 32 art. 2.*

[o] *not. 22. n 3. & in c. fin. nu. 5. de pœn. diſt. 4.*

[p] *in d. §. ſacerdos, n. 25 & c. de quotidianis n. 11. de pœ. diſt. 3.*

[q] *ſeſſ. 12. c. 8. & 9. & ca. 13. & 14.*

[r] *ſeſſ. 6. can. 8.*

ceſſariam ad conſequendam gratiam iuſtificantē, quod eſt maius, quã remiſſio pœnæ tẽporariæ in quã iam cõmutata eſt per condonationē culpæ, tum quòd bona, in ſtatu peccati mortiferi facta, proſunt ad multa.[a] Etiã cõcernentia iuſtificationē, qualis eſt præparatio ad gratiã: auxilium item ſpeciale ad illam, vt prædictũ Conc. Trid.[b] prodidit. Tum, quòd maior ratio ſuadet, vt communicetur quoad pœna temporariã, quàm quoad pœnam æternam, quę commutata eſt in temporalē: communicatũ autē principali, videtur cõmmunicatũ acceſſorio[c] Tũ demique, quòd communis opinio non facit ius, imò vnius ſentẽtia, meliore ratione fundata, debet ei præferri.[d] Itaque, non dãnantes cõmunem, credimus hãc eſſe veriorē, eámque cupimus eſſe omnibus perſuaſam, quò impleatur pœnitẽtia, & fiant multa bona opera in malo ſtatu peccati. Cupimus autem alteram credi, quò magis abominemur peccata mortifera, vti horrenda monſtra, quòd ſecundùm illam, nõ ſolùm adimũt gratiã, ſed etiã facultatē ſatis faciẽdi pro pœna tẽporaria peccatis iã cõdonatis, & venialib⁹ debita, quod etiã alibi[e] inſinuam⁹.

Conc. autem Trid.[f] excommunicauit eum, qui dixerit totam pœnã, ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo: ita vt non ſit opus ampliùs quam credere Chriſtum Dominum pro omnibus ſatisfeciſſe. Excommunicauit item affirmantem, non ſatisfacere nos Deo pro peccatis per pœnam temporalem, in quam commutatur æterna: nec per veniam culpæ, mediantibus meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti: nec ſufferendo mala pœnæ nobis à Deo inflicta, vel à confeſſario iniuncta ſeu à nobis ſponte ſuſcepta.[g] Excommunicauit etiam aſſerentem, ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe veros Dei cultus, ſed traditiones hominum & doctrinam humanitùs adinuentam, gratíſque confictam.[h] Eſt tamen notandum, vt dictum Conc.[i] definiuit, noſtras ſatisfactiones non habere vim, neque efficaciam, niſi nitantur meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui illam eis tribuit.

9 Atqui, cùm in exordio huius capitis dicitur, quòd ſatisfactio hæc, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœnitentiæ, habet duas partes, quarum vna eſt paſſio voluntaria pœnę pro peccato, ſeu offenſa facta: Altera abſtinen-

[a] *iuxta gloſſ. ca. quod quidam de pœn. & remiſſ. & c. quærat, §. quòd autem, de pœnit. diſt. 3. &*
[c] *nos vtrobique tradidimus & ſup. præl. 7. nu. 3 & latiùs infra c 27 n. 267.*
[b] *ſeſſ. 6. c. 7.*
[c] *arg. l. cùm principalis, & l. nihil, §. cùm principalis. ff. de reg. iur. & c. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6.*
[d] *l. 2. §. Sed nec, de vet. iur. enucl. vnde id Panor. recept. collegit.*
[e] *ſub fin. d. §. ſacerdos.*
[f] *ſeſſ. 14. c. 8 & 9. & can. 13.*
[g] *can. 13.*
[h] *can. 14.*
[i] *in d. c. 8.*

tia à facienda, & quod hæc ſecunda pars requirit, vt B. Auguſtin. ait [a] vt exſcindantur cauſæ peccandi, mouent nonnulli grauiſſimi & peritiſſimi confeſſarij grauiſſimas, & in dies obuias quæſtiones quarum deciſion pendet ex duabus generalibus. Altera eſt, An ad abſoluendum pœnitentem, ſit neceſſarium, vt ſtatuat, ſe non vſurum amplius occaſione, quæ illum ad peccandum impulit. Altera, An ſit opus, vt ſtatuat, numquam ſe præbiturum alteri occaſionem peccandi, quã antea præbuerit?

10 Ad quarum priorem reſpondebimus in hac additione, ad poſteriorem verò in ea, quam faciemus infra. [b] Reſpondemus itaque primò, non teneri ſtatuere nunquam ſe vſurum occaſionibus remotis. Nam alioquin, ſicut ad aliud propoſitum inquit Paulus [c] neceſſe foret migrare ex hoc mundo: ſiquidem quidquid ferè in eo eſt, poteſt eſſe occaſio peccandi: poteſt enim eſſe talis occaſio, bona valetudo, morbus, diuitiæ, & paupertas: habere, & non habere vxorem, parentes, liberos, conſanguineos, amicos, pax item, & bellum, proſpera & aduerſa: ecquid non? [d] Nec etiam tenetur ſtatuere, ſe perpetuò abſtēturum ab occaſionibus propinquis peccati venialis, quia, cùm ad ſui abſolutionem non ſit neceſſarium propoſitum numquam venialiter peccandi: ita neque erit neceſſarium propoſitum numquam vtendi occaſionibus ſic peccandi, argumento à maiori. [e]

11 Reſpondemus ſecundò, neceſſarium eſſe, abſtinere à propinquis, quarum ſanè definitionem mallem ab alio audire, quàm ipſe de meo proferre. Quippe, quòd nemo, quem viderim pro dignitate eas definit, ſufficiénſque illarum determinatio difficilis ſit.

Et quidem non videtur ſatisfacere illa Gregor. [f] licèt omnium præſtantiſſima, putà, quòd cauſa propinqua, eſt qua non poſſumus, aut non ſine magna difficultate vti ſine peccato: S. enim Leo, [g] aſſerit difficile militi, & negotiatori abſtinere à peccato, ſuam artem exercendo, & certum eſt, quòd licèt ſit bonum conſilium pœnitenti militi, aut negotiatori, ne ad eiuſmodi vitæ inſtitutum pedem referat, [h] non tamen eſt neceſſe. [i]

12 Deinde, quia quæ vni eſt propinqua, non eſt alteri: nã adoleſcēti & puellæ eſt occaſio propinqua ſimul degere ſolos [k] non ſeni, & puellæ, vetulæ & adoleſcenti.

[a] *in c. ſatisfactio, de pœnit. diſt. 3.*
[b] *ad c. 14.*
[c] *1. ad Cor. 5.*
[d] *iuxta c. de occidendis, ſub fin. 23 q. 5 & quæ not. à S. Thom. 2. 2. q. 43. art. 1.*
[e] *iuxta Clem. 1. de reliq. & vener. ſanct. & c. cùm in cunctis, de elect.*
[f] *in c. negotium, de pœn. diſt. 5.*
[g] *in c. qualitas, & c. contrariũ, de pœn. diſt. 5.*
[h] *c. conſideret, § in his omnibus, de pœn. diſt. 5.*
[i] *vt probauimus in d. cap. qualitas, & c. contrarium, quod illius dicta continet.*
[k] *arg. gloſſ. c. abſit, 11. q. 3.*

Præterea, non eſt, vt plurimùm, talis occaſio, cohabitatio cum matre, filia, nepte, aut ſorore, [a] quandoque tamen ſic. [b] Adire item conſpectũ tyranni principis Turcarum, eſt occaſio propinqua huiuſmodi, deficiendi à fide homini puſillanimo, & inconſtanti: non etiam forti, & conſtanti, imò, eſt occaſio martyrij. [c] Quibus accedit, quòd nulla occaſio eſt, quæ nos cogere poſſit ad peccandum: quia, vt inquit Auguſt. [d] peccatum adeo eſt voluntarium, vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium, [e] & nulla occaſio eſt, quæ aliquando non inducat ad peccandum, imò (quod peius eſt) nullum eſt officium, in quo qui verſantur, interdum non peccent, iuxta illud. [f] *Quid eſt in hominum vſu bono, ac licito, vnde non poßit pernicies irrogari?*

13 Adhæc, vt aliqua occaſio ſit huiuſmodi, non ſatis eſt, pœnitentem & confeſſarium credere, quòd niſi pœnitens abſtineat ab ea, nonnunquam ob illam peccaturus ſit etiam mortiferè in ſuis officiis: neque oportet id credere, vt pœnitens abſoluatur, iuxta Innoc. receptum [g] quamquam teneatur proponere numquam ſe ampliùs, ope diuina, mortaliter peccaturum: paucorúmque militum & negotiatorum confeſſarij credunt, illos in poſterum non peccaturos mortaliter in eiuſmodi ſuarum artium, vel muniorum exercitio: attamen, vt dictum eſt, non debet eis præcipere, ne ad eas redeant, cùm neque B. Ioan. Baptiſta præceperit, [h] militibus ab eo quærentibus, quid facto opus eſſet, vt ſalui fierent, deſerere militiam: neque eccleſia præcipiat militi, aut negotiatori, ne perſeuerent in ſuis officijs: quàmuis id cõſultat, [i] imò refert illa inter licita, tametſi periculoſa. [k]

24 Occaſio porrò propinqua huiuſmodi, à qua pœnitens neceſſariò debet abſtinere, atque ſtatuere, ſe nunquã ea vſurum, vt à confeſſario abſolui poſſit, eſt omnis illa, & ſolà, quæ in ſe eſt peccatum mortale: aut talis occaſio peculiaris, qua credit, vel debet credere confeſſarius, vel pœnitens, nunquam, vel raro, ſe vſurum ea citra peccatum mortale, bene perpenſis eius circunſtantiis.

Dixi, *Quæ in ſe eſt peccatũ mortale*, vt includerẽ officium, & artẽ Necromantiæ, & fœnerãdi, aliáſque artes, & officia, quæ non poſſunt exerceri, ſine peccato mortali.

Dixi, *Peculiaris*, ad excludendum occaſionem gene-

[a] *c. volumus, & c. cum omnibus, 81. diſt.*
[b] *c. 1. de cohab. cler. & mulier.*
[c] *c. presbyteros, 50. diſt.*
[d] *in §. 1. 15. q. 1.*
[e] *facıãt c. tolerabilibus, & c. itane 32. q. 5. tradit Aquinas 1. 2. q. 73. art. 5. & q. 73. art. 6. & alibi ſæpe.*
[f] *c. de occidendis, 23. q. 5.*
[g] *in c. omnis, de pœn. & remiß.*
[h] *Luc 3.*
[i] *iuxta c. conſideret, §. in ijs, de pœnit. diſt. 5.*
[k] *c. noli, c. vtilitate, 23. q. 1. c. quoniã 88. diſt. tradit S. Tho. in 4. ſent. diſt. 16. q. 4. art. 2. q. 3.*

ralem, quam præbet officium, aut exercitium, quo poſſumus vti licitè, credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter, hæc etenim non eſt talis occaſio: ſiquidem, qui dixerit, eam eſſe talem, oportet dicere, deſerenda eſſe à pœnitente omnia officia, & artes, quibus exercendis aliquando peccauit, vt poſſit abſolui: omnia namque præbent occaſionem generalem peccandi, de qua credendum eſt, quod nonnunquam in peccatum mortale nos inducet, per proximè ſuperius dictum: cuius contrarium ibi probatum eſt.

Dixi, *Confeſſarius, aut pœnitens*, quia ſatis eſt, vt alter eorum credat, aut debeat credere.

Dixi, *Numquam vel rarò*, vt excluderem eas, quibus frequenter vtimur ſine peccato mortali, & includerem eas, quibus rariſſimè vtimur ſine illo.

Dixi, *Perpenſis circumſtantiis*, vt ſignificarem, quòd hæ poſſunt eſſe cauſa, vt eadem occaſio ſit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia poſſunt facere, vt confeſſarius, vel pœnitens credat, quòd numquam, aut rarò per eam eſt peccaturus.

Huius autem definitionis probatio, nititur eo, quòd nemo poteſt abſolui, niſi ſtatuat (ſaltem virtualiter) numquam ſe in poſterum mortaliter peccaturum: & conſequenter, euitaturum occaſionem, quæ ex ſe ſit mortifera, aut peculiaris huiuſmodi, quam probabiliter credit peccati mortalis cauſam ſibi fore, iuxta illud. [a] *Qui amat periculum, peribit in illo.* Qua de re fuſiùs diſſeruimus alibi, [b] quippe non vitare huiuſmodi occaſionem, eſt peccatum mortale: at talis eſt occaſio, qua credit, ſe ferè ſemper ad ſic peccandum impulſum iri.

[a] *Eccleſ. 3.*
[b] *in c. ſi quis autem, n 4. & 5. de pœnit. diſt. 7.*

nota

Ex qua definitione, colligitur peculiaris reſponſio ad grauiſſimas, & quotidianas quæſtiones nobis propoſitas. Prima eſt, quòd confeſſarius non debet regulariter abſoluere pœnitentem, nolentem relinquere occaſione, quæ ferè ſemper omnes ſui ſimiles inducit ad mortaliter peccandum. Quoniam confeſſarius & pœnitens debent credere, id quòd efficit vna cauſa in vno ſubiecto, effecturam aliam ei ſimilem in alio ſubiecto ſimili: à pari enim cauſa, in pari ſubiecto, producitur par effectus, ſecundùm doctrinam Ariſtotelicam. [c]

[c] *lib. 3. Phyſic.*

15 Dixi, *Regulariter*, poterit enim, quando tales occurrunt circunſtantiæ, quæ perſuadent, numquam, aut rarô peccaturum propter eam: quàmuis non abſtineat ab ea, & re multum illuminata, Spirituique ſancto commendata, videtur poſſe hoc credere confeſſarium, & pœnitentem, quando quatuor concurrunt Primum, vera pœnitudo præteritorum. Secundum, verum propoſitum non peccandi, cùm illa ſeſe obtulerit Tertium, credulitas, quòd, Deo iuuante, non peccabit, cùm ea ſe præſentarit. Quartum, quod ſubſit rationabilis cauſa non abdicandi eam.

16 Ad quod me mouet Primò, quòd occurrit mihi caſus, quo duo, quorum matrimonium ob certum occultum impedimentum erat inualidum, poſt ſuſceptos liberos, quatuor annis ſimul cohabitarunt in eadem domo, expectantes diſpenſationem, ſeparati tantùm à thoro, cõtinentes ſe à venereis, non ſecus quàm frater, & ſoror. Deinde, quòd Papa Lucius tertius [a] definit poſſe duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, vt fratrem & ſororem, licèt non ſubſiſtat eorum matrimonium ob coeundi impotentiam. Cuius argumenti vim non tollet, qui reſponderit, quòd ea impotentia eos à peccato præſeruabat, tum quia poterat alter eſſe potens, tum quòd experientia conſtat, multa eáque turpiſſima regnare peccata inter multos, qui tametſi non ſint ad copulam apti, ſunt tamen ad ſe polluendum, & ſordidæ ac fœdæ delectationi indulgendum: & de iis quidem loquitur prædictus Papa, ſi preſſiùs eius verba expendantur. Tertiò, quòd non expedit nimis adſtringere pœnitentem: qui enim nimis emungit, elicit ſanguinem [b] Quartò, quòd multùm intereſt inter peccatum, & occaſionem peccandi, non enim licet vnquam ad peccatum redire: ad occaſionem autem ſecus, ob multas cauſas, quatuor prædictis concurrentibus Quintò, non eſſe, opus credere, nunquam in poſterum ſe mortaliter peccaturos [c]

17 Secunda reſponſio, quæ ex prædicta definitione colligitur, eſt, rectè facere confeſſarios abſoluendo multos adoleſcentes, qui verſantur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuerſando abſque cohabitatione illarum in eadem domo: licèt non pro-

[a] *in c. conſultationi, de frigid. & malefic.*

[b] *Prouerb. 30. & c. denique, 4. diſt.*

[c] *per dictum Innoc. approbatum & ſ. alleg. in c. omnis, de pœnit. & remiſſ.*

ponant, perpetuò abſtinere ab occaſione peccandi, quã id illis præbet eiuſmodi conuerſatio, quàmuis ſæpius peccent voluntate, verbis, tactibus impudicis, & etiam copula. Occaſio enim peccandi quæ ex hoc ſubminiſtratur, non eſt ex ſe peccatum mortiferum: neque huiuſmodi, vt ferè ſemper faciat mortaliter peccare eos, qui ea vtuntur: & conſequenter propoſita definitio occaſionis propinquæ non conuenit illi.

18 Tertia, quòd non poteſt abſolui miles, volens redire ad bellum, quod credit eſſe iniuſtum: aut qui vult redire ad ſuam Necromantiam, vel ſuperſtitionem, exercitium, vſurarum, cambiorum vſurariorum, aut cõtractuum iniuſtorum, & id genus alia: quæ exerceri ſine peccato mortali non poſſunt, iuxta mentem ſancti Thomæ. [a]

19 Quarta reſponſio, quod non poſſunt abſolui concubinarij publici, iuxta Ang. [b] neque hi, qui pro talibus innotuerunt aliquibus, iuxta Sylueſt. [c] eſt enim occaſio, quæ in ſe eſt peccatum mortale ob ſcandalum, quod ſcientibus præbetur.

Quinta, quòd regulariter non poſſunt abſolui concubinarij, quantumuis occulti, vt dicemus infra [d] quia confeſſarius vel pœnitens debet credere, quod nunquam, aut raro, ſi conuiuant, abſtinebũt à peccato mortali, voluntate, verbis, vel opere.

Dixi, *Regulariter*, quia rectè poterunt abſolui concurrentibus quatuor prædictis, quæ ſufficiunt, & ſunt neceſſaria, vt confeſſarius & pœnitens credant nunquam, aut raro futurum relapſum, per rationes in ſecunda reſponſione adductas.

Sexta, quòd non potuit abſolui quædam concubina, nolens omittere occaſionem & voluntatem vitandi ſuum concubinum ægrotantem & tenendi, aut porrigendi ei candelam in agone mortis, ſi ſciebatur eius eſſe concubina: quia eſt occaſio, quę in ſe eſt peccatum ob ſcandalum quod datur, imò etiamſi ignorabatur, niſi concurrerent quatuor, quæ diximus debere concurrere, ſupra, [e] quem concurſum equidem non crederem interuenire: niſi illa conciperet propoſitum adhortandi eum, ſaltem generatim, & ſyncerè ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, vt eorum memoria

[a] 2.2. q. 169. ar. 2. ad 4. & 4. ſen. diſt. 16. q. 4. art. 2. q. 3. in corpor. q.
[b] in verb. concubinatus.
[c] eod. verb.
[d] c. 16. n. 20. & ſeq.
[e] n. 15.

per eius pręſentiam renouata, foret potiùs theriaca, quàm aconitum. Tunc enim quia ceſſaret ratio prohibitionis, ceſſaret quoque prohibitio.[a]

20 Septima, quòd confeſſarius poteſt iuſtè abſoluere hoſpitam, quæ, hoſpites excipiens, quoties quendam hoſpitem excipit, habet rem occultè cum illo: modò ſtatuat, & polliceatur, nunquam in poſterum ſe recepturam eum, etiam non data alia cautione: quum nullus ſit text. aut ratio, quæ probet, aliam cautionem eſſe præſtandam. Imò, concurrentibus prædictis quatuor, poſſet eam abſoluere, ſine huiuſmodi propoſito, & promiſſione, quando abſque magno detrimento & ſcandalo, non poſſet eum ab hoſpitio ſuo arcere, modò proponeret, ac promitteret, nunquam ſe ſolam cum eo ſolo, aliquo in loco ſeparato verſaturam & dicturam, ſe præteriti ex animo pœnitere, & confeſſam fuiſſe, propoſuiſéque, nunquam ſe ampliùs cum eo peccaturam.

21 Octaua reſponſio, quòd poſſunt abſolui, ſine ſeparatione, cognatæ, ancillæ, ac famulæ, quæ rem habuerunt cum ſuis cõſanguineis, dominis, vel heris, in quorum domo degunt, concurrentibus quatuor predictis: quorum quartum, ſcilicet causa notabilis, eſt quód non poſſint ſine magno incommodo, & detrimento ſeparari.

Eſt tamen quæſtio notabilis: An poſſint abſolui iterum abſque ſeparatione, ſi reciderint? & videtur nobis poſſe, concurrentibus prædictis quatuor. Idémque dicendum arbitror, de tertia, & quarta vice, quia non ſolùm ſemel, aut bi, vel ſepties, ſed etiam ſeptuageſies ſepties eſt parcendum.[b] Quin & quotidie abſoluimus multos, qui quotannis recidunt: nec recidere, eſt neceſſarium argumentum quò iudicetur pœnitentiam præſentem, vel pręteritam non fuiſſe, aut non eſſe veram: quod probat Gratianus.[c] Veruntamen ipſe, ſi eſſem confeſſarius, non abſoluerem eos, ſi viderem, vicibus præteritis nullam emendationem aut inchoationem eius extitiſſe, neque ſi circunſtantię infirmitatis, puſillanimitatis, & magna propenſio earum ad peccandum, ac diffidentia, quam habent de pœnitudine alterius partis, mihi perſuaderent, quòd niſi ſepararentur,

[a] *c. cùm ceſſante, de appell.*

[b] *Matt. 18. Luc 17. & c. ſepties, de pœnit. diſt. 3.*

[c] *diſt. 3. de pœn. per totam.*

nulla conſequeretur emendatio. Faciliúſque negarem abſolutionem famulæ, quàm cognatę: & cognatæ, quę non eſſet in primo gradu, quàm ancillę: quia alię alijs faciliùs poſſunt ſeparari. Et ante abſolutionem præciperem eis, vt forti, & Chriſtiano animo dicerent perſonis, quibuſcum degunt, & peccant, & negari ſibi abſolutionem, niſi ſeparentur, obſecraréque vehementer per Deum, vt ineant rationem, qua honeſtè ab illis ſeparentur, alioqui ſe cõfeſſario obedituras, quo peracto, abſoluerem eas: quia mihi viderentur ſatis quatuor prædicta concurrere, & poſtea, quàmuis non ſequeretur ſeparatio, ſi tamen conſequeretur notabilis emendatio, eas iterum abſoluerem, ſpe maioris correctionis futurę, commendata re Ieſu Chriſto, & vtendo prudẽtia, variáque circunſpectione, quę ob varietatem circunſtantiarum adhiberi deberet, propoſito ante oculos primùm, remedio ſpirituali animarum: deinde etiam honoris, & bonorum temporalium, quoad eius fieri poterit: & nonnunquam vterer erga ſeruam, remedio
[a] 5.16.n.22. nouo poſito infrà [a]

22 Nona reſponſio, idẽ dicendum eſſe de eo qui occultè rem, aut impudicos tactus exercet cum aliqua conſanguinea, aut alia ſibi amica alia in domo degente, ſcilicet, eum abſolui poſſe ſine propoſito nunquam ingrediendi eam: quàmuis adigerem eum, vt proponeret, ſe nunquam ſolum cum illa ſola ſine maxima cauſa in eadem camera verſaturum: & vt admoneret eam, ſe pœnitere peccati cum ea commiſſi, & confeſſum, rogans vt idem faceret, fruſtra eam cogitaram, ſe ampliùs admiſſurum eiuſmodi peccatum, vel ſe ſolum cum ea in aliqua ſecretiore parte conuerſaturum.

23 Decima, iuſtè fuiſſe reſponſum cuidam aulico, qui adſiſtens, de more curiæ, Reginę menſæ adeo blandè cum quadam nobili eidem menſę adſiſtenti colloquebatur, vt non ſolùm ſe oblectaret ſermone, & cogitatione obſcœnis: ſed etiam turpi ſe pollutione interdum fœdaret: Fuit enim reſponſum, ipſum non poſſe abſolui: niſi ſtatueret, nunquam ſe in poſterum ſic conuerſaturum cum ea, etiam ſi verſaretur animo ducendi eam in vxorem, & pares ad id forent. Quoniam

illa occaſiò eſt in ſe peccatum mortale, & conſequenter propinqua, quæ neceſſariò euitari debet, per primam definitionis partem.

24 Neque ſatis foret, ſi proponeret, ſe cum illa in poſterum non ſic verſaturum: ſed neceſſe eſt, vt proponat, ſe non verſaturum, etiam alio modo ex ſe licito: de quo tamen crederet, ſuam imbecillitatem, & amorem erga illam eiuſmodi eſſe, vt penè ſemper eam induceret ad peccandum, quoties cum ea ſic verſaretur. Quod etiam eſt producendum ad puellas nobiles adſtantes Reginarum menſis: & adoleſcentulos & adoleſcentulas nobilium, & ruſticorum, qui conueniunt, & mutuò ſeſe miſcent, ac contingunt: & dum choreæ ducuntur, aliáque ſpectacula fiunt, illi in earum gremiis recumbunt, fingentes id facere, quò illæ capita eorum vermiculis purgent: interdum impudicè ſeſe tangentes, amplectentes, facientéſque id genus alia obſcœna.

Vndecima, quòd poſſunt abſolui, concurrentibus prædictis quatuor, in facie quidem eccleſiæ coniugati, ſed propter legitimum aliquod occultum impedimentum, non valet eorum matrimonium, expectántque diſpenſationem, vt denuo contrahant, & ex ſeparatione ſequeretur notabile incommodum, per ſupradicta. [a]

25 Duodecima, quòd etiam abſolui poteſt, qui ob eſum rerum calidarum, incidit in adeo graues carnis tentationes, vt eum aliquando impulerint ad conſentiendum pollutioni, vel fornicationi, ſine propoſito nunquam in poſterum ſic edendi, concurrentibus quatuor prædictis. Imò, credo hoc caſu ſufficere concurſum trium primorum: quia hæc occaſio non eſt propinqua: quippe quæ non eſt in ſe peccatum mortale: neque facit quaſi ſemper mortaliter peccare illos, qui ea vtuntur: quod tamen intelligendum de illo, qui ea non edit in hunc malum finem: ſecus enim, illud eſſet in ſe peccatum mortale: & conſequenter neceſſe foret ſtatuere, nunquam illa vti.

[a] *nu.* 16.

26 Decimatertia, quòd etiam poteſt abſolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui, ob colloquium, vel

confabulationem, choream, vel amplexum alterius iuxta honeſtam patriæ conſuetudinem, ſæpe per delectationem moroſam, & deprauatam voluntatem peccauit, abſque propoſito nunquam ea occaſione vtendi: quo etiam in caſu, credo ſufficere concurſum trium primorum. Hæc enim occaſio non eſt ex iis, quæ ſunt in ſe mortiferæ: aut, quæ ferè ſemper ad mortiferè peccandum nos inducunt.

Decimaquarta, quòd id quoque producendum eſt, ad virum fundentem clyſteres mulieribus, & fœminam eoſdem fundentem viris ac chirurgum, & medicum; qui medendis pulchris fœminis in locis ſecretioribus ſæpe peccarunt, ſaltem moroſis delectationibus, & libidinoſis ac deprauatis voluptatibus.

Decimaquinta, quòd idem etiam producendum eſt ad confeſſarium, qui quoties audit confeſſionem certæ cuiuſdam perſonæ, peccat: & ad pœnitentem, idem facientem, quoties confitetur certo cuidam confeſſario conſueto: nec poſſunt commutare ſine magno offendiculo: poterunt etenim abſolui ſine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

27 Decimaſexta, quòd idem dicendum de perſona, quæ ex eo, quòd ducat aliam manu, aut ducatur ab alia: vel quia videt lauantes fœminas in flumine: aut viros natantes: aut ex adſpectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, brachiarum, perizomatum, aut aliorum id genus ſæpe peccauit. Quamquam optimum foret cauere ab iis omnibus, cùm inde non ſequeretur notabile damnum.

## De poteſtate, ſapientia, & bonitate Confeſſarij.

### CAPVT IIII.

Summæ.

1 *Confeſſarius debet habere poteſtatem, ſcientiam, & bonitatem*

2 *Sacerdos non omnis poteſt audire confeſſiones. & n. 3.*

3 *Sacerdos non omnis habet iuriſdictionem actualem.*

*Sacerdos*

4 *Sacerdos in articulo mortis quoslibet abſoluit: & quæ extra illum n. 5. 6. & 7.*
6 *Religioſus in multis habet velle & nolle.*
7 *Ceſſante ratione ceſſat lex etiamſi verba non ceſſent.*
8 *Confeſſarius quis perfectus. & quis ſufficiens.*
9 *Confeſſarius audiens ex præcepto, minori ſcientia indiget, quàm audiens ſponte. & n. 10.*
10. *Depoſitarium quæ culpa obliget.*
11 *Confeſſarius poteſt eſſe quis idoneus vni loco, & alij non.*
12 *Confeſſarius non eſt ſufficiens abſque iuſta ſcientia, & ſoluendi poteſtate: & magis idoneus requiritur in ciuitate, quam pago.*
13 *Confeſſarius imperitus qui excuſetur à culpa.*
14 *Prælato præcipienti audire confeſſiones, quis ſubditus parere non debet.*
15 *Confeſſarius abſoluens in peccato, peccat, ſed valet abſolutio.*
16 *Abſolutionem ſacramentalem eſſe actum iudicialem, eſt de fide*

1 Confeſſarius debet pollere poteſtate,[a] Item ſcientia.[b] Item bonitate, vt rectè ſuo munere perfungatur.[c]
Et poteſtas quidē conſiſtit in hoc, quod ſit presbyter habens iuriſdictionem actualem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata ſibi confeſſa extendatur.[d]
3 Itaque non omnis ſacerdos eo ipſo, quòd ſacerdos, ad id idoneus eſt. Quia, licet per ſacerdotalem characterem accipiat poteſtatem, & iuriſdictionem habitualem abſoluendi (quidquid nonnulli Neoterici contra prædicta iura perperam dixerint) actualem tamen, quæ ad id neceſſaria eſt, non recipit, puta ordinariam, vel delegatam à ſummo Pontifice, ſeu Vicario, vel à Parocho: vel ſaltem vt ratione bullarum, vel ob alias facultates, poſſit à pœnitente eligi tanquam proprius ſacerdos. Secus enim neque in Quadrageſima, neque alio tempore poteſt valide, & efficaciter abſoluere, iuxta Panorm. communiter receptum.[e]
4 (Circa quod aliqui, etiam docti, decipiuntur,) præterquam in mortis articulo, in quo quilibet ſimplex ſacerdos poteſt audire confeſſiones, & à quacunque cenſura, & quibuſcunque caſibus abſoluere,[f] adiecta ta-

a *d. c. 1. in princ. de pœnit. diſt. 6. & quæ ibi diximus.*
b *d. c. 1. § caueat & quæ ibi tradidimus.*
c *d. c. 1. § laboret & § ſacerdos, & quæ ibi ſcripſimus.*
d *c. adiicimus. § ecce, & c. generaliter. § ecce 16. q. 1. & Cōc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & 7 tradit S. Thom. in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 3. q. 4. & quodl. 12. & 31. opuſc. 19. c. 4.*
e *in c. omnis, de pœnit. & remiſſ. n. 7. & Adria. de confeſ. dub. 8. & latiùs in c. placuit. de pœni. diſt. 6. n. 8. tradidimus.*
f *argu. c. quod de iis, de ſent. exc. c. paſtoralis, § præterea. de off. ord. & c. ſi quis ſuadente, 17 q. 4 & eorum. que latiùs ſcripſimus in c. 1. n. 73. de pœni. diſt. 6. tradit S. Tho. vbi ſup. & Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 7.*

men modificatione inferiùs appoſita. [a]

5. Ab hac etiam regula excipiuntur, qui non habent niſi venialia, aut mortalia, alias rite ac legitimè confeſſa: quos quilibet ſacerdos ab[illegible]e poteſt, ſecundum Caiet. [b] quod quidem non ca[illegible]ſa licet, quod ad id nõ opus ſit iuriſdictione ordinaria, [illegible]l delegata, vt ille ait: ſed ob aliam rationem, quam nos, illius confutata, dedimus alibi. [c]

6 Porro, in priore horum duorum caſuum, quos excipimus, puta in articulo mortis poterit etiam religioſus ſine licentia ſui ſuperioris validè, & licitè abſoluere: tunc enim ab ipſo Papa habet eam ſaltem tacitam. At ſecundo caſu, cùm nempe non ſunt, niſi venialia, aut mortalia iam rite & legitimè confeſſa, non poteſt licitè abſoluere: quàmuis valeat abſolutio, ſecundùm doctrinam Palud. [d] nempe religioſum non poſſe audire confeſſionem, niſi ad hoc à Prælato ſuo fuerit tanquam idoneus admiſſus: etiamſi pœnitens aliás ex priuilegio ſummi Pontificis poſſit quemcunque ſacerdotem, ſecularem, vel regularem eligere: quia religioſus non habet velle aut nolle. [e] Quod ſanè, iudicio meo, debet intelligi de religioſo, cui aliquo ſtatuto ſuæ religionis, vel mandato ſui ſuperioris, eſt negata facultas audiẽdi confeſſiones: non autem de aliis. Tum quia, nullus textus, aut ratio efficax reperitur, quæ opinionem Paludani contra illos fundare valeat. Tum quia, religioſus in multis habet velle, & nolle [f] Tum etiam, quia audire confeſſiones eſt opus charitatis: & quemadmodum religioſus citra aliam ſuperioris ſui licentiam, dummodo ſibi præceptis non deſit, neque prohibita tranſgrediatur poteſt pacem componere inter duos inimicos, & bonum conſilium dare conſulenti ipſum: ita etiam fortiori ratione, poterit componere pacem inter Deum, & proximum, vt ſaluetur. Tum demum, quia hoc obſeruant communiter regulares, aliique plurimi religioſi, quibus nullum eſt ſtatutum, aut præceptum contrarium.

7 Quamuis autem clerici ſeculares non poſſint alij aliorum audire confeſſiones, poſt Conc. Trid. [g] vt poterant antea: poſſunt tamen alij religioſi, qui ante illud poterant virtute ſuarum Bullarum confiteri clericis

a in princ. c. 26.

b in ſum. verb. abolutio.

c in c. placuit n. 22. de pœnit. diſt. 5.

d 4. lib. ſenten. diſt. 17. q. 3. à S. Anto. 3 par. tit 17. c. 7. Angel. verb. cõfeſſio, § 4. & aliorum.

e c. nullus c. quorundã. de elect. lib. 6.

f iuxta S. Tho. recep. 2. 2. q. 104. art. 5. & Domin. in d. c. quorundam.

g ſeſſ. 23. c. 15.

ſecularibus idoneis. Qua de re tamen dubitat quidam vir doctiſſimus. Cuius ſcrupulus adimi poteſt ea conſideratione, quòd per dictum Concilium, vt ex eius cõtextu apparet, nihil mutatur quo ad illos. Ex quo quidem Concil. quæ huius fuerint inſtituti deſumes. Nec per eius verba prohibentur regulares audire confeſſiones: à iure autem antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus inuenitur expreſſum. [a] Illa item conſideratione, quod ratio, quæ mouit mutare illud in ſecularibus, qui regulariter ſunt in hoc diſtractiores, & negligentiores, non habet locum in religioſis (qui regulariter ſunt in eo circunſpectiores, & diligentiores) & ita ceſſant verba & ratio, qua ſola ceſſante, lex quoque ceſsat. [b] Etiamſi verba non ceſſarent: quæ tamen in hoc caſu ceſſant.

8 Vt autem confeſſarius, ſit perfectus, & ſolus poſſit de omnibus diſcernere, debet probè callere ſacramẽtalem, & moralem Theologiam, vtriuſque iuris peritiã, & conſtitutiones ſynodales regionis illius, in qua excipit confeſſiones: vt alibi [c] probauimus. Attamen, vt ſit ſufficiens muneri ſuo obeundo, ſatis, & neceſſariũ eſt, vt libros Græcos, Latinos, vel vulgares legens, diligentèrque ſecum conſiderans intelligat, quæ peccata ex iis, quæ illi, quos audit, communiter perpetrant, ſint mortalia, quæve venialia, & quæ circunſtantiæ ſint neceſſariò confitendæ, quibùſque criminibus annexa ſit excommunicatio, quæ ſint peccata reſeruata, quæque reſtitutionem expoſtulent: vel ſaltem ſciat dubitare in iis, quæ alij mediocriter eruditi intelligunt, vt nouerit conſulere peritiores, quomodo, & quando agendum ſit id, de quo dubitat. Quod ſi auditurus ſit clericos, debet etiam noſse caſus, quibus irregularitas incurritur: aut ſaltem noſse dubitare circa illos, vt alibi [d] probauimus. Quæ quidem reſolutio fundatur partim in dictis S. Tho. [e] Partim in eo, quod quiſque noſce debet, quod ſibi neceſſarium eſt ſuo muneri & officio rectè exercendo, [f] etiam lege naturali, iuxta illud Perſij. [g]

*Stat contra ratio, & ſecretan gannit in aurem,*
*Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo,*
*Publica lex hominum, naturâque continet hoc fas,*
*Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.*

[a] *l. præcipimus, C. de appel. & c. 2. de trãſl. Præl.*

[b] *l. adigere, §. quãuis ff. de iur. part. & c. cùm ceſſante, de appell.*

[c] *in d. §. caueat n. 9.*

[d] *in d. §. caueat. n. 27.*

[e] *4 ſent. diſt. 17. in expoſitione literæ ſiue textus & in c. omnis, verſ ſacerdos, de pœn. & rem. & Caiet. in ſum. verb. confeſſario neceſſaria, aliorumq. Doct.*

[f] *c. nõ eſt ſine culpa. de regul. iur. lib. 6. & l. illicitas. § pen. ff. de off. præſ. cum eis adnot.*

[g] *Satyra. 5.*

Partim, quòd ſcientia eminens non eſt neceſſaria: quoniam ſatis eſt ſufficiens, iuxta *Innoc.* receptum.[a] Partim quòd Eccleſiæ primitiuæ presbiteri nihil ampliùs, quam quod dictum eſt, ſciebant. Partim, quòd ſatis eſt in iudicio exteriori, mediocrem quandam cauſarum peritiam habere, vel ſaltem aſſeſſorē, vt ſit index.[b] Partim, quòd mille ab hinc annis in tota Eccleſia Chriſtiana ita communiter factitatum videtur.

*a in c. cùm in cunctis, de elect.*

*b l. certi, C. de iudi. & c. ſtatutū, §. aſſeſſorem, de reſcr. lib. 6*

9 Ex qua reſolutione ſequitur primum, parum eſſe iuri conſonam differentiam *Durandi* receptam à S. Anton.[c] aliiſque Doctoribus, & à nobis etiam,[d] quam conſtituit inter confeſſarios ex obedientia, & charitate onus confitendi aſſumentes, & ſua ſponte ad id prouinciæ obeundum ſeſe offerentes. Videlicet. Quod ij, iuxta illos, tenentur de omnibus ſibi à pœnitente propoſitis iudicare, An ſint mortalia necne? An habeant reſtitutionem, aut excommunicationem annexam? An contractus ſit licitus, vel illicitus? An impediat communionem necne? Qui autem, ex obedientia, & charitate id oneris ſuis humeris imponunt, & non obligātur, niſi ad id quod dictum eſt. Quoniam hæc differentia nullo canone comprobatur: & ſi vera foret, pauci, aut nulli ex confeſſariis ſecularibus ſalui fierent: & quia obedientia non liberat à peccato confeſſarium, qui cognoſcens ſe non intelligere, quod opus eſt audiendis confeſſionibus, eas audit, vt aſſerit idem diuus Anton.[e] Solùm enim excuſat illum, qui dubitat, an ipſe ſciat, quod ſufficit, an nō?[f] Tum quia §. ſæpe, l. 1. ff. depoſ. ad hāc ſententiā allegatus, à remotis agit, & nihil cōcludit.

*c 3. part. tit. 17. c 16.*

*d in d. §. caueat.*

*e vbi ſupra.*

*f arg. c. quod culpatur, 23. q. 1.*

10 Primùm, quia agit de illo, qui ſe gratis offert ad depoſitum cuſtodiēdum. Deinde, quia quàmuis dicit, huiuſmodi depoſitariū teneri reſarcire damnum quod ſua culpa contigit, ad quod aliàs nullatenus teneretur,[g] non tamen dicit (vt quidam illi falsò imponunt) teneri ad illud damnum, quod culpa ſua leuiſſima acciderit: & conſequenter, debet intelligi de leui culpa, vt rectè annotauit Dec.[h] Quibus accedit, quod qui gratis ſe offert ad cuſtodiam depoſiti, non debet ad implius obligari, quàm ille, qui propter ſtipendium idem facit, vt ſentit Gregorius nonus.[i] Eum autem, qui ratione ſtipendij aliquid cuſtodiēdū recipit, non obligat culpa leuiſſima,

*g c. 1. de depoſit.*

*h in l. cōtractus. col 1 ff. de reg. iur.*

*i in d. c. 1. de depoſit.*

licet obliget leuis,[a] & qui tunc huic oneri ſponte ſua ſe offert (vt plurimum) ob aliquod ſtipendium, quo vitam ſuam ſubſtentare valeat, facit. Denique, quod Panor. & Imolen. qui tenent cum communi ſententia, depoſitarium ſponte ſe offerentem, obligari ad culpam leuiſſimam, fundatur in eo, quod huiuſmodi depoſitarius præſumitur accipere depoſitum propriæ tantum vtilitatis intuitu: & conſequẽter, videntur ſentire, quod ſi conſtaret illum ſeſe huic oneri obtuliſſe intuitu illius qui deponit, non eſſet tunc obligatus, niſi ex dolo, vel lata culpa: ſi vero intuitu vtriuſque id fecerit, teneretur ex lata culpa, & leui. Manifeſtum eſt autem, confeſſariũ onus audiendę confeſſionis aſſumere principalius, aut æquè principaliter propter pœnitentem, & in eius gratiam, quam propter ſe: & conſequenter, non tenetur, quia ſe obtulit, ad amplius, quam vt vitet culpã latam, aut leuem: & id, quod communiter eidem officio operam nauantes, euitare ſolent, ſibíque caueat ob eo, ad quod iuxta talis muneris naturam, videntur obligari. Et hoc in toto Chriſtiano Imperio videmus communiter obſeruari.

a d.c.1.

11 Secundò ſequitur, quod non quicũque eſt idoneus audiendæ confeſſioni alicuius certæ perſonæ, vel in aliquo certo loco, eſt idoneus audiendæ confeſſioni quorumuis aliorum, & quocunque loco. Pro quo facit Pragmatica ſanctio Gallican.[b] Quatenus ſentit, in oppidis muro cinctis habiliores rectores, ſeu parochos conſtituendos eſſe, quod multis errandi occaſionem adimit.

b *tit. de collatio. § in ecclesiis, adiuncta gloſſ. in verb. muratis.*

12 Tertio ſequitur, quod qui audit confeſſionem in aliquo vico prędio, aut pago ruſtico, non tanta eget ſcientia, quanta, qui in ciuitate: neque qui in ciuitate mediterranea, tanta, quanta qui in ciuitate maritima: nec qui in maritima, tanta, quanta qui in vniuerſo quodam Regno, vel India: nec qui audit vbi eſt copia virorum literatorum, quos poſſit conſulere, vt vbi nullus talis eſt.

Quarto ſequitur, quòd confeſſarius, qui non nouit quibus caſibus poſſit, aut non poſſit abſoluere: neque differentiam inter maiorem & minorem excõmunicationem: vel ignorat peccata mortalia cõmunia, aut ſim-

plicem fornicationem, aut voluntaté deliberatã ad peccandum mortaliter, eſſe peccatum mortale, vel quamcunque ſuperbiam, iram, inuidiam, aut gulam exiſtimat eſſe mortalem: vel circa dubios contractus, ſaltẽ dubitare, minimè nouit, non excuſatur à culpa, quantalibet bona vita, conſcientia, ſubtilitate. & ingenio naturali præfulgeat aliis muneribus obeundis.[a] Et qui eiuſmodi confeſſarios audiendis confeſſionibus præfecit, vel præfectos tolerat, multo grauiùs peccat.[b]

13 Quintò, veram eſſe ſententiam S. Anton.[c] videlicet, huiuſmodi confeſſarium imperitum, tribus caſibus excuſari poſse Primus eſt, quando, qui confitetur, eſt ſibi ipſi longé ſufficiens vt ſuorum peccatorum grauitatẽ confeſſario exponat (reputatúrque eſſe rectę cõſcientiæ. ſecundus eſt, quando confitentes ſunt perſonæ ſpirituales, ſolitæ ſæpe confiteri: & proinde cõmuniter non aliis, quàm peccatis venialibus tenentur. Tertius eſt, quando pœnitens verſatur in articulo mortis, nec adeſt alius qui poſsit eum audire præter illum Qua eadé ratione, idem videtur dicendum de confeſſario, qui eſt apud infideles, Sarracenos, vel Gẽtiles, penes quos ſunt Chriſtiani liberi, vel ſerui vincti catenis, aut ſoluti, quibus non eſt copia confeſſarij peritioris.[d]

14 Qui porrò obedientię præcepto confeſſiones audit iudicando ſe ad id non eſſe idoneum: peccat Nam neque Prælatus id ei debet præcipere,[e] neque ſubditus, ſi non eſt idoneus, acceptare.[f] At ſi dubitat de ſua ſufficientia, poterit prælati ſeſe pręcepto conformare,[g] ſaltem ſi nouerit, prælatum id muneris ei nõ iniunxiſse ira, odio, amore, vel cupiditate permotum: Superior autem ſecura conſcientia poterit hoc illi præcipere, ſi iudicat cũ idoneũ audiendis cõfeſſionibus, quibus præficitur.[h]

15 Bonitas autẽ confeſsarij, ad minus debet eſſe tanta, vt ſit, vel probabiliter credat, ſe eſse extra ſtatũ lethalis culpæ.[i] Nã ſi in eo ſtatu audiret cõfeſsiones, & abſolueret, mortalis culpæ reatum incurreret. Quiſquis enim recipit, vel adminiſtrat ſacramentũ in peccato mortali. mortaliter peccat,[k] licèt eius abſolutio communiter

[a] *arg. c. non eſt putanda, 1. q. 1.*
[b] *argum. not. in gloſſ. c. 1. de officio deleg. & affirmant Albertus. Magiſter S. Th. Bonau. & alij, in 4. ſent. diſt. 7. & dilucidius B. Anton 3 part. tit. 17. c. 6. § 1.*
[c] *vbi ſup.*
[d] *arg. c. 1. §. fin. ne ſed. vac. l. 6. & l. generaliter §. ſpuries, ff. de decur.*
[e] *arg. 1. ad Tim. c. 1. c. nihil, de elect. & c fin. eod. tit. lib. 6.*
[f] *c. non eſt putanda, 2. q. 1.*
[g] *arg c quid culpatur 23 q. 1. & earũ quæ tradit S. Thom. 2. 2. q. 104. art 5. & 1. lib. ſet. diſt. 29. art. vlt. ad 3.*
[h] *arg. c. Apoſtolicæ, de cler. exc. miniſt. & c. innotuit, de elect.*
[i] *c. 1. §. caueat, & §. laboret de pœn. diſt. 6.*
[k] *c. illud, 95. diſt. c. per Eſaiam 1. q 1. & tradidimus, poſt. S. Thom. 3. part. q. 64. art. 6. & 4 ſenten. diſt. 5. q 2. art. 2. quæſtiũ 1. in c quando, de conſecr. diſt. 1. & c. 6. & 4. & ſeq.*

valeat.[a]

16 Conc. porro Trid. declarauit[b] hæreticum, qui dixerit, abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis, non eſſe actum iudicialem, ſed nedum miniſterium pronunciãdi, & declarandi, remiſſa eſſe peccata confitenti, modo tantùm credat, ſe eſſe abſolutum, aut ſacerdos non ſeriò, ſed ioco abſoluat, aut non requiri confeſſionem pœnitentis, vt ſacerdos eum abſoluere poſſit: Et qui dixerit, ſacerdotem, peccato mortali irretitum, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, adeòque abſolutionem ab eo impertitam, non eſſe validam, vel eũ, qui nõ eſt presbyter, poſſe ſacramẽtũ abſolutionis cõferre.

a *arg. c. maledi. cum* & *d. c. per Iſaiam. 1, q. 1*

b *ſeſſ. 14. 9.* & *10.*

## De his, quæ confeſſarius debet pœnitentem interrogare, & qua prudentia id facere debet.

### CAPVT V.

Summæ.

1 *Confeſſarius quæ debet interrogare ſup. pœna culpæ mortalis num. 2.*

2 *Confeſſarius interrogando ſeruet hæc tria: & circa peccata carnis hoc. & n. 3.*

1 Cui iniunctum eſt aliquod onus, debet illud rectè ſubire, vetuſtate contrito aſſerente prouerbio, Spartam nactus es, illam exorna.[c]

Præcipuum vero confeſſarij munus, eſt pœnitentem prudenter interrogare: ideoque etiam prudenter exercendum, ac ſubinde interrogandus pœnitens, quod expedit, non amplius, iuxta illud Auguſtini relatum à Gratiano,[d] & à Magiſtro.[e] *Diligens confeſſarius ſapienter interroget peccatorem, quod forſitan ignorat, vel verecundia vult occulare.* Quibus verbis addit Beatus Thom.[f] confeſſarium teneri ſcrutari conſcientiam peccatoris, ſicut ſolet medicus morbum ægroti, & iudex cauſam litigantis.

c *c. non eſt putãda 1. q. 1,* & *c. iudicantem, 30. q. 5.*

d *in c 1. de pœn. diſt. 5 § diligens.*

e *in 4. diſt. 9.*

f *in 4 diſt. 19. expoſitione literæ.*

2 Verum itaque eſt illud Angeli[g] nempe confeſſariũ teneri ſub pœna peccati mortiferi interrogare quæcunque videt, animaduertit, & credit eſſe neceſſaria, vt confeſſio ſit integra & fructuoſa, cuiuſmodi eſt,

g *in ſum verb. interrogationes, in princ. quod. fuſius tractauimus, in d. diligens.*

quod exiſtimat, pœnitentem velle ſilere ob ignorantiam, conſiderationem aut obliuionem,[a] hoc enim ad ſuum munus pertinet,[b] ſed non eſt eiuſmodi quod (ſuo iudicio) pœnitens aut intelligit, aut aduertit neque præ obliuione verecundiáve prætermittit: tunc enim poteſt ſibi perſuadere, pœnitentem id non perpetraſſe, vel alias fuiſſe confeſſum, quàmuis omittere aliquam interrogationem per in aduertentiam, aut obliuionem non videatur eſſe mortiferum.[c] Equidem ex confeſſionibus, quas audiui, non obſcurè animaduerti, duas interrogationes eſſe maximè neceſſarias. Alteram de numero peccatorum, cuius expreſſio eſt neceſſaria,[d] licèt videam paucos exprimere: Toties peccaui in hoc toties in illo: imò ſibi ſatisfeciſſe videntur, dicendo: ſæpiuſcule, aut infinitis vicibus, hoc vel illud patraui, quod non ſufficit. Alteram, de ſpecie particulari eius quod generaliter confitentur, quoniam adeo generaliter confitentur nonnulli, vt nequeat ſatis intelligere confeſſarius, an ſit peccatum veniale, àn mortale.[e]

*a arg. c. ſi rector. 43 diſt.*

*b cap. omnis, de pœni. & remiſſ.*

*c arg. d. c. ſi rector. & eorum quæ in prælud. 7. repet. ca inter verba. 11 q 3 diximus.*

*d vt dicetur infra. c. 6.*

*e vt declaratur ſup. c. 1. n 6.*

3 Atqui, confeſſarius debet obſeruare illa tria, quæ alibi[f] comprobauimus. Primum eſt, vt non interroget quæcunque pœnitens poterat commiſiſſe: ſed tantùm, quę homines eiuſdem qualitatis facere ſolent.[g] vnde nobilem laicum nō debet interrogare, quæ communiter ſoli eccleſiaſtici ſolent facere. Secundum eſt, vt ſolū interroget conſueta peccata, quę fere omnes norunt: qualia ſunt tranſgreſſiones vſitatiores præceptorum Decalogi, ſeptem crimina capitalia, omiſſiones circa quatuordecim articulos fidei, & circa ſeptem Eccleſiæ ſacramenta, opera miſericordiæ, cuſtodiam quinque ſenſuum, & alia huiuſmodi. Non autem interroget peccata occultiora, quæ profligatę vitæ homines adinuenerunt: vel ſi forſan de his verbum fecerit, ita cautè & diſſimulanter faciat, talibúſque circumloquiis vtatur, vt, ſi pœnitens illa commiſerit, proferat: ſin minus, ea non ediſcat.

*f in d. §. diligēs, n. 2 & ſeq.*

*g arg. c. de teſtibus, de teſtib. cū iis quæ in d §. diligēs, citamus.*

4 Tertium, vt in peccatis carnalibus non deſcendat nimirum ad peculiares circumſtantias, ſingulas quaſque ſigillatim interrogando, ne ſeipſum, aut pœnitentem ad aliquam delectationē pelliciat: nam vt docet Phil.[h]

*h 3. Moral.*

& Tho.[a] delectabilia tanto magis mouent, quanto particularius conſiderantur. Quo circa, cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi diſquirat, ſatis eſt enim dicere, quoties id commiſerit: modo explicet, quod neceſſarium eſt ad ipſius peccati naturam & ſpeciem dignoſcẽdam, citra deſcenſum ad aliquas obſcœnas circunſtãtias peccati. Quod adeo verum eſt, vt nullatenus pœnitẽti permittere debeat, nimis diſtinctè illas exprimere, vt alibi [b] poſt alios diximus, & cõſequenter ſtrictim & contractè tantum debet interrogare de oſculis, amplexibus, aliiſque tactibus impudicis, eos qui non ſunt obſtricti matrimonio: coniugatos verò, magis perfunctoriè, aut nihil prorſus, vel ſolum vt intelligat, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit ſubſequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo, ſecus enim nõ ſunt peccata, aut nonniſi venialia, vt recte Caieta. [c] explicuit, & inferius dicetur. Imò & cùm circa hoc aliquid confeſſarius interrogauerit, honeſtis vocabulis vti debet, neque turpiter nominet, quod eſt turpe auditu, [d] ſi enim, Cicerone aſſertore, [e] liberis dare operam, re honeſtum ſit, nomine vero obſcœnum: quanto magis, obſcœna, ac proinde nefanda erunt, auribuſque Chriſtianis indigna, quæ & re, & nomine talia ſunt?

a *quodl. 1. q. 5. art. 9.*
b *in d. § diligẽt.*
c *2. 2. q. 154. art. 1,*
d *argum. princ. proem. decretal.*
e *lib. 1. Offic.*

## De circumſtantiis peccati.

### Capvt VI.

#### Summæ.

1 *Circumſtantia quid, & quæ ſunt eius ſpecies num. 2,*
3 *Circunſtantia mutans ſpeciem neceſſario confitenda.*
4 *Circumſtantia prohibita alia lege, quàm ipſum peccatum, vt confitenda.*
5 *Circumſtantia extenuans peccatum, quando confitenda.*
6 *Circumſtantiæ, quæ neceſſario confitendæ. num. 7. & 8. ſequens.*

13 *Circumſtantiæ perſonæ, & religionis. quando confitendæ.*

14 *Circumſtantia conſcientiæ contrariæ, quando confitenda.*

15 *Circumſtantia numeri, non eſt propriè circumſtantia.*

16 *Peccati numerus vt augetur iterando, continuando, & interrumpendo, num 17. & 18.*

19 *Pænitens poteſt vno verbo mille peccata confiteri.*

20 *Circumſtantia obliuione contecta, poteſt in confeßione exprimi, peccato non confeſſo.*

1 Circumſtãtia peccati, iuxta iuris diſpoſitionem, [a] Panor. & aliorum interpretum mentem, [b] S. Thom.[c] & omnium aliorum, [d] Antonin. [e] & Gerſon. [f] quos retulimus alibi, [g] eſt quoddam accidens actus humani, qui peccatum eſt. Dixi (*Accidens*) quoniâm nulla circumſtantia actus eſt eiuſdem ſubſtantia. Dixi (*Actus humani qui peccatum eſt*) quoniã ſæpe fit vt actus, qui ſecundùm ſe non eſt peccatum, ſit tale ob adiunctam circũſtantiam. Cùm enim tunc ipſamet circumſtantia ſit illud, in quo peccatum conſiſtit, non eſt accidens peccati: ſed rei, quæ peccatum eſt. [h]

2 Circumſtantiæ vero actus moralis ſunt ſeptem, contentæ illo verſiculo.

*Quis, quid, vbi quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.*

relato à S. Thom.[i] qui magis nobis placet illo Palud. [k] Quoniam in illo Palud. ponitur verbum (*Quoties*) quod numerũ denotat, loco (*Quibus auxilijs*) & numerus non eſt circumſtantia: ſed potius peccati multiplicatio, [l]

3 Harum vero circũſtantiarum omnes illæ, & ſolæ in ſacramentali confeſſione neceſſario exponi debẽt, quę efficiũt opera, quorum ſunt circũſtântiæ, peccata mortalia: vel vt quæ ſunt mortalia vnius ſpeciei, fiant etiam alterius vel mortale ob vnam cauſam, ſit etiam propter aliã, ſiue mutẽt opera ipſa ex vna in alterã ſpeciem, ſiue ſecus: iuxta cõmunem opinionẽ quam copiosè, [m] pertractauimus. ſolæque illæ, & omnes ſunt huius generis, quæ ſecùndum S. Thom.[n] vltra malitiam eiuſdem operis habent ſpecialem repugnantiam cum ratione. Secundùm Scotũ vero, illę ſunt in confeſſione aperiendæ, quæ diuerſis, ſpecialibuſquę præceptis prohibentur

Diximus, *Specialibus*, quoniam non ſufficit eſſe talia quorum vnum in altero includatur: qualia ſunt lex-

a *c. conſideret. de pæn. diſtin. 5. l. aut. facta., ff. de pen. ca. ſicut. dignum de homic.*
b *ibidem.*
c *1. 2 q. 7. & 4. ſent. diſt. 16.*
d *ibidem.*
e *3 part. tit. 17. c. 18. § . 4.*
f *2. p. fol. 170.*
g *in princ. d. ca. conſideret.*
h *vt in d. c. conſideret. n. 3, elucidauimus ſequentes Alex. Halen, in 4. part. q. 77. art. 2. col. 2.*
i *in d. q. 7. art. 3. in corp. q.*
k *in 4. diſt. 16. q 3. art. 1. vt diximus in princ. d. c. conſideret, num. 2.*
l *vt ibid. tradidimus.*
m *ibid. n. 5.*
n *in d. diſt. 16 q. 6. art. 2. q 3.*

prohibens omne malum, & prohibens homicidium, quod etiam alibi ᵃ probauimus & mox ſpeciatim explicabimus. *a in d. princ. n. 7.*

Atqui Concil. Trid. ᵇ definiuit, hæreticum, qui dixerit, nos non teneri confiteri circumſtantias, quæ peccati ſpeciem mutant, quod quidem eſt intelligendum de circumſtantia, quæ ſpeciem peccati venialis mutat in mortale: vel ſpeciem vnius mortalis in aliud mortale: non autem de illa, quæ mutat ſpeciem vnius venialis in aliud veniale, quod non eſt neceſſariò confitẽdum. ᶜ Et quámuis prędictum Conc. non loquatur expreſsè, niſi de circumſtantia, quæ mutat ſpeciem peccati: intelligendum tamen eſt etiam de illa, quæ opus alioquin ex ſe bonum, vel ſaltem nõ malum, facit mortiferum: imò etiam de illa, quæ facit, vt opus, quod vno reſpectu eſt mortiferum, ſit tale ob alterum, quàmuis ſpecies operis quantùm ad ſuam eſſentiam nequaquam mutetur. quoniam circumſtantia, quæ facit de bono malum, vel de veniali mortale, vel de mortali vno reſpectu, vt ſit tale altero, dici poteſt mutare ſpeciem, vt dicetur infra. ᵈ Ratio enim, quæ ad id definiendum Concilium mouit, eſt, quod confeſſarius ſit iudex, qui in cauſa pœnitentis non poſset æquam ferre ſententiam, niſi præuia manifeſtatione circumſtantię, mutantis ſpeciem peccati, quæ quidem ratio, militat etiam in tribus prędictis circumſtantiis: ob ídque idem iuris debet eſſe de omnibus. ᵉ *b ſeſſ. 14. c. 5. & can. 7. c iuxta gloſſ. ca. omnis, de pœnit. & remiſſ. recept. ibi & in 4. ſent. 7. d n. 4. & ſeq. e l. illud. ff. ad leg. Aquil.*

Ex quibus elicitur. Primò, non eſse confitendas eiuſmodi circumſtantias, ſcilicet, eſse peccatum cõmiſsum ſecunda, vel tertia feria, in prato, vinea, manu dextra, vel ſiniſtra: quoniam per has nullũ prędictorum trium fit, ſiquidem non fit mortale, quod ſinę illis non eſſet tale, neque etiam ſit lethale alterius ſpeciei, neque alio reſpectu.

II. Peccans ob fiduciam, quod poſtea per confeſſionem veniam obtinebit, non tenetur neceſsariò id confiteri, quia non eſt circumſtãtia adeo peccatum aggrauans: imò, potiús minuit, vt inquit Caiet. ᶠ quidquid Bonauent. ᵍ inſinuauerit. *f 2. 2. q. 121. ar. 2. g in apolog.*

4 III. Qui furatus eſt aliquid ſacrũ, vel ex loco ſacro, non ſatisfacit dicendo, ſe id furtũ feciſſe: ſed oportet exprimere eſſe rem ſacram, vel de loco ſacro ſurreptam.

Nam hæc circumſtantia efficit, vt mortale vnius ſpeciei, aut vno reſpectu, fiat etiam alterius, vel altero reſpectu: quòd ſpecialiter prohibeatur lege particulari alia diſtincta ab illa, quæ furtum prohibet, quæ quidem præcipit, ne quid ſacrũ, aut de loco ſacro ſurripiatur, [a] quod ipſum dicendum de homicidio, & fornicatione in loco ſacro perpetratis, per hanc enim circumſtantiam fiunt mortalia alterius ſpeciei, quòd ob alium reſpectum, quàm legis diuinæ, lege ſcilicet humana ſpeciali, prohibeantur. [b]

*a c. quiſquis, 17 q. 4.*
*b c. propoſuiſti, de conſecr. eccle. vel alt. & c. eccleſiis, de conſec. diſt. 1.*

IIII. Eum, qui cum coniugata, religioſa, vel cognata rem habuit, non ſatisfacere cõfitendo, ſe fœminæ concubuiſſe: ſed debet exprimere, fuiſſe coniugatam, religioſam, vel conſanguineam. Nam primo caſu, eſt propriè adulterium: ſecundo verò, ſacrilegium: tertio autem, inceſtus; & proinde, quod erat mortale vnius generis, efficitur alterius. Is item, qui ſtatuit furari, vt poſſit rem habere cum religioſa, & coniugata, tenebitur confiteri furtum, ſacrilegium, & adulterium. Nam etſi tria hæc ſint vnus interior actus voluntatis: ille tamen ex triplici cauſa, eàque diuerſa, eſt crimen mortale. Siquidem, trifariam rationi repugnat, quinimo tribus etiam diſtinctis, & ſpecialibus legibus prohibetur.

Ex quibus facilè colligas. An coniugatus, qui rem habuit cum vxore aliena, teneatur declarare non ſolùm ſe eſſe coniugatum, ſed etiam illam, cum qua rem habuit? Reſoluendum eſt enim affirmatiuè: quia eſt circumſtantia, que per ſe ſola mutat ſpeciem peccati, & ita confitenda per prædicta.

V. Omnis circumſtantia finis, prohibita per aliam legem ſpecialem & diuerſam ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in confeſſione explicari: cuiuſmodi eſt circumſtantia furantis vt fornicetur, occidat, vel percutiat alterum.

VI. Eum, qui mentitur, vel alios delectat ſine alterius detrimento (quod eſt mendacium iocoſum. & veniale tantùm) ea mente, vt, etiamſi intelligeret eſſe mortale, nihilominus mentiretur, teneri illam circumſtantiam confiteri: quoniam per illam efficitur mortale, quod ſine ea, tale non foret.

§ VII. Non tenemur illas circūſtantias cōfiteri quæ peccatū extenuant. Vnde qui peccauit cū muliere quadam ab ea prouocatus, non tenetur confiteri ſe eſſe prouocatum ab illa. Siquidem, id peccatum extenuat.[a] Imò opinio communis, quam amplexi fuimus [b] videlicet, quod pœnitens illam circumſtantiam ſubticere debet: quia in confeſſione ſeipſum excuſare non deber, nunc diſplicet: tum quia nulla lege, aut ratione fulcitur, qua id poſſit efficaciter comprobari, tum quia, quo cunque modo illam exprimat, ſeipſum ſufficienter accuſat, imputando ſibi culpā, quam habet, nihil illi detrahens, neque adiiciens. Tum quia ſecundùm Bonauenturam[c] & communem, quam[d] ſequuti fuimus, tenetur manifeſtare illas circunſtantias ita extenuantes; vt efficiant non eſſe peccatum, vel ad ſummum veniale tantùm, quod aliàs fuerat mortale: qualis eſt circunſtantia grauis morbi, quæ nullum, aut veniale tantùm peccatum facit eſum carnium in Quadrageſima, & quando eas confeſſarius pœnitentem interrogat: vel quando ex earum occultatione, occaſionem alicuius mali idem confeſſatius apprehenderet.[e]

§ VIII. Quàmuis ſit laudabile confiteri circumſtantias, quæ ita peccatum adaugent, vt ex paruo magnum vel magno maius efficiant: opinio tamen communior & probabilior habet non eſſe neceſſarium, quando augmentum illud non eſt cauſa, vt veniale mortale; fiat vel alterius ſpeciei mortalis, vel alio reſpectu: quod nos [f] copioſè confirmauimus, & ſatis declaratum eſt nunc per Conc. Trid.[g] à cōtrario ſenſu, licèt Marſilius.[h] cōmunem iſtam ſententiam reſtringat, ne ſit ei locus in circumſtantia, quæ clarè & manifeſtè peccatum adauget: à quo ibi diſceſſimus ob multas variáſque conſiderationes. Et quàmuis poſt hæc Dominicus Sotus aſſeruerit idem, quod Marſilius contra communem: non tamen debemus ab ea diſcedere. Tum, quia confeſſarij tam magnam inueniunt difficultatem in perquirendis omnibus circūſtātiis mutātibus ſpeciem etiā ſine perquiſitione nō mutātiū, ſed notabiliter aggrauātium, vt putent quaſi impoſſibile perquirere has, & illas: Deus autem, non obligat ad impoſſibile, neque ad nimis difficile, iuxta mentem S. Tho.[i] Tum quia multi

a *per c. ſignificauit, & pœn. & rem, quod in hoc dixit ſing. Fel. in c. dilecti, de except. & per l. ſi adulterium cum inceſtu § Imperatores. ff. ad l. Iul. de adult. quem ad hoc aiebat ſing. Iaſ. in l. vt vita, ff. de iuſt. & iur. licèt aptiſsimus in hoc textus ſit in d. c. conſideret verb. tentatione, de pœn. diſt. 1.*

b *in d. c. conſideret n. 5.*

c *in 4. ſent. diſt. 16.*

d *vbi ſup.*

e *arg. c. nihil, de præſcript.*

f *vbi ſup.*

g *ſeſſ. 14 c. 4. & 5. & can. 7.*

h *in 4. ſent. q. 12. art. 1.*

i *in 4. ſent. diſt. 15. q. 1. art. 2.*

pœnitentes anguntur grauibus ſcrupulis, an confeſſi fuerint bene an malè, videntes pauca peccata eſſe vnius ſpeciei, quæ non ſint maiora, vel minora notabiliter, quàm alia eiuſdem, ratione perſonæ, loci, moræ, modi, antecedentium, aut conſequentium, & ita fiunt importuniſſimi confeſſariis, redeuntes ad ſe reconciliandum, & dicentes, Confeſſi ſumus: *Peierauimus*, Percuſſimus, Fornicati ſumus, ſed non expreſſimus tempus, quod in eo conſumpſimus: neque quod paulò antè, aut poſt diximus, aut fecimus hoc, vel illud, quod augebat peccatum, vixque eſt alia ratio ſedandi & tranquillandi eos, quàm docendo illas circumſtantias non eſſe neceſſario confitendas, quia non mutant ſpeciem ſaltem in genere moris. Inſuper, quia peccator non tenetur, vt aſſerit communis, & idem Sotus,[a] confiteri obſcœna & turpia, verba, ſigna, & geſtus, quæ antecedunt homicidium, aut percuſsionem: ſufficit enim dicere: Interfeci: Percuſſi: neque oſcula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: ſufficit enim dicere: Fornicatus ſum. Neque cogitationes & voluntates apparatuum ad furandum, vel committendum alia delicta: ſed ſatisfacit vltimum actum confitendo, vt dixit Sotus poſt alios[b] dicendo. Percuſſi: interfeci, decies Fornicatus, Furatus fui toties, &c. Tum quia Synod. Triden:[c] cui interfuerunt doctiſsimi, & ſanctiſsimi, qui has opiniones in ſcholis ventilarunt viri, declarauit circumſtantias, quæ mutant ſpeciem, eſſe confitendas.[d] Tum denique, quod intereſt plurimum ad ſalutem animarum, vt amemus & non horreamus confeſsionem, in quod iuuabit alleuiatio eius ab omnibus illis oneribus & difficultatibus, à quibus poteſt leuari, iuxta eius inſtitutionem diuinam, & declarationem ſanctæ matris eccleſiæ. Iugum enim Domini ſuaue eſt, & onus eius leue.[e] Neque obſtat, quod quidam dicitur dubitare de hac noſtra ſententia, quam nobiſcum fatetur eſſe communem, allegans pro ea multos, quos citamus, eò quod legit aliquos auctores contrarium tenere, quos nos etiam legimus: & nihil ominus intrepidè hanc partem elegimus. Tum per fundamenta, quæ hic, & aliis locis à nobis citatis traduntur: Tum quia puto eos, qui dubitant, cauere ſibi debere, ne fere ſemper eos

[a] *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4.*

[b] *d. art. 2.*

[c] *d. ſeſſ. 14. c. 5. & can 7.*

[d] *arg. l. 1. ff. de off. ei cui man. & c. cum Apoſtolica, de his quæ fi. à prel*

[e] *Matt. 11.*

poſt auditas, vel factas confeſſiones conſcientia mordeat, dictans, ſe non ſatis inquiſiſſe, vel expreſſiſſe grauitatem peccatorum, quam circumſtantia intenſionis actus, aut irreuerentiæ, contemptus, temporis, loci perſonæ, & aliæ inducunt.

8 Quibus addo, quod, quamuis hæc noſtra, quæ (vt diximus) communis eſt opinio, videatur facere pro alia concluſione prædicti Soti [a] non tamen videtur nobis vera Illa enim concluſio habet non eſſe neceſſe cõfiteri, virginitatis circumſtantiam, id eſt, quod qui confitetur, eſt virgo, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum: quamuis ſecus ſit, quando peruenit. Non inquã videtur vera tum quia peccata voluntatis, oris, & operis ſunt eiuſdem ſpeciei, nec differunt, niſi quod alia ſint aliis perfectiora, vt dicemus infra, [b] poſt S. Thom. [c] & conſequenter, ſtuprum mentale, quod eſt voluntas habendi copulam cum virgine, ait cum ſit virgo, erit eiuſdem ſpeciei, cuius ſtuprum reale, quod eſt ipſa copula: & qui eam habuit, debet confiteri illam circumſtantiam, vt ipſemet ait. Debet etiam confiteri, qui eam voluit habere, licèt non habuerit. Cum alia ſpecies luxuriæ ſit velle fornicari cum virgine, vel cum ſit virgo, alia velle fornicari cum corrupto vel corrupta, vel cùm ſit corruptus, vel corrupta. Tum quia Concil Trid. [d] declarauit circumſtantiam, quæ mutat peccati ſpeciem ex vna in aliam: neceſſario confitendam: qualis eſt de qua loquimur, vt prędictum eſt. Tum denique, quia non ſuffragatur ei prædicta opinio communis: quia loquitur de circumſtantia non mutante ſpeciem peccati: concluſio vero eius, de circumſtantia illam mutante.

a *in d. diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 4.

b *c.* 16. *n.* 9.

c 1. *ſec. q.* 52. *art.* 7.

d *ſeſſ.* 14. *c.* 5. & *can.* 7.

Videtur tamen nobis hæc cõmunis opinio reſtringẽda.

9 Primò, ne procedat in circumſtantia, quę ſic auget peccatum, vt ratione ipſius fiat reſeruatum, ſaltem vi conſtitutionum ſynodalium, quæ ſolent interdum furta aliqua, & damna certæ cuiuſdam quantitatis Epiſcopo reſeruare, vel præſcribere, quod abſolutio, ſiue reſtitutio fiat certo quodam modo.

Secundo, poſſet etiam reſtringi, ne procedat in circumſtantia, quæ habet annexam excommunicâtionem, vel efficit, vt ſit Papalis, vt leuis percuſſio clerici

eſt epiſcopalis [a] grauis verò Papalis.[b]

Tertiò, limitatur in circumſtantia, quam confeſſarius interrogat, nec poteſt ſileri abſque periculo ſpiritualis incommodi, vt rectè aſſeruit Silu. [c] Quàmuis Ioannes de Friburgo, qui fuit auctor ſummæ confeſſorum, id non dicat in loco citato ab eo, [d] neque etiam vbi de hac materia tractat.

10 [e] Nõ eſt autẽ circũſtãtia feſti neceſſario cõfitenda: nã nõ facit lethale ꝙ ſine illa nõ eſſet tale: nec alterius ſpeciei talis, neque alio reſpectu: niſi foret opus ſeruile feſtis prohibitum: quale non eſt peccatum, iuxta S Tho. [f] Quam aſſertionem confirmauimus alibi [g] multis fundamentis, reſpondendo totidem aliis oppoſits, ſequuti Cardinalem Caietanum, [h] reſolutumque Silueſtrum, [i] teſtantem doctiſſimos quoſque ordinis Dominicani conueniſſe, & in hanc opinionem tranſiiſſe: & Iacobum Almaynum. [k] Quamuis communis opinio poſſet duobus caſibus obſeruari, [l] quando nimirum eo fine peccatum committitur, vt in eo fiat aliquod opus manuale prohibitum illo die, & quando intenſione & propoſito violandi feſtum, lethale crimen admittitur.

11 Adhæc, circumſtantia diei ieiunio vel orationi cõſecrati, licèt videatur aliquantulum augere peccatum, non eſt de neceſſitate confitenda, niſi peccatum perpetretur cum propoſito violandi per illud huiuſmodi diẽ. Quoniam non efficit mortale, quod alias non eſſet tale, nec mutat in ſpeciem mortalis, nec facit vt nouo reſpectu ſit tale, quorum aliquod requiritur ad hoc, vt circunſtantiæ confeſſio ſit neceſſaria, vt ſupra dictum eſt, & probauimus alibi.[m]

12 Quàmuis autem circumſtantia loci ſacri omne peccatum grauius reddat ſecundum accidens, non tamen eſt neceſſario confitenda, niſi quando ipſum opus peccati, ſanctitati, vel immunitati eiuſdem loci directè contrariaretur: qualis eſt humani ſanguinis, vel ſeminis effuſio, aut violenta abſtractio eorum, qui ad loca ſacra confugiunt. Quoniã in his, quod erat mortale propter vnam cauſam, fit etiam mortale ob alteram [n] vel quò peccatũ nõ erat, aut ſolum veniale ex genere ſuo ratione talis circunſtantiæ ſit mortale, vt eſt actus coniugalis inter virum & vxorem ibidem ſine cauſa iuſta

exercitus

a *c. peruenit, de ſent. excom. vbi text. ſing.*

b *c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4*

c *in ſum. verb. confeßio, 1. q. 9.*

d *lib. 3 tit. 33 q 11.*

e *lib. 3. tit. 34. q 81.*

f *3. ſent. diſt. 37. art. 5. 2.*

g *in d c. conſideret. nu. 17. & ſeq.*

h *1. 2. q. 7. & 2. 2. q. 11. art. 4 & quodl. 10. & in ſum. verb. dies feſtos.*

i *verb. circumſtantia, q 3. & verb. dies dominica. q. ſi & in aurea roſa, caſu 63.*

k *in 4. ſent diſt. 17. col. 24.*

l *vt diximus ibid.*

m *in princ. d. c. conſideret. n. 32. verſ. ad primum*

n *arg. c. eccleſiis de conſec. diſt. 1. & c. propoſuiſti, de conſec. eccleſ. & 1. eod. tit. lib. 6.*

exercitus, qui quidem in alijs locis peccatum non foret.

Cæterùm, qui in eccleſia committit peccatum aliquod ſuperbiæ, periurij, aut gulæ, &c. non tenetur neceſſariò confiteri circumſtantiam loci ſacri: neque qui exiſtens in eodem loco deſiderat occidere, ferire, vel fornicari extra illum, dummodo non cupiat id committere in eodem. Nam qui tale deſiderium conciperet, etiamſi extra locum ſacrum exiſteret, circumſtantiam ſacrilegij quod in eo admittit, confiteri teneretur, vt diximus. [a]

13 Inſuper, quàmuis circumſtantia propriæ perſonæ aliquando peccatum augeat, quia cæteris paribus, plus peccat dignitate aliqua ornatus, quàm priuatus, [b] prælatus plus quàm ſubditus, [c] ſapiens plus, quàm ignorãs, [d] & multò plus, qui affectat ignorantiam, vt liberiùs peccet, quàm peccaret ſciens. [e] Et bonus plus quàm malus, & melior, quàm minus bonus: [f] & licèt propterea vtile ſit, huiuſmodi circumſtantiam cõfiteri: non tamen cõmuniter neceſſarium eſt. Quoniam illa, vt plurimùm, neque ex veniali facit mortale: neque ex mortali vnius ſpeciei, mortale alterius: neque ex mortali vno reſpectu mortale alio propter alium finem. At verò, quando hoc fieret, putà cùm violatur votum, vel ſtatutum voto firmatum, vt cùm religioſus fornicatur, circumſtantia perſonæ confitenda eſt: nam tunc aliquod ex tribus prædictis efficitur. Quod quidem non contingit, quando religioſus blaſphemat, vel quoduis aliud crimen, quod non eſt contra ſua vota, vel regulam, quã eſt profeſſus, admittit, vt poſt Caiet. [g] alibi [h] diximus. Circumſtantia enim religionis, communiter nõ facit eſſe mortale, quod ſuapte natura non erat tale: neque etiam facit eſſe vnius ſpeciei, quod ex ſe erat alterius. Ex quibus liquet, An religioſus, qui fornicatus eſt, teneatur confiteri, ſe eſſe religioſum? nam per prædicta eſt palam, eum ad id teneri.

14. Tunc verò demũ, & nõ aliàs, eſt neceſſariũ confiteri circumſtantiam, quòd peccauerit contra conſcientiam, quando cõmiſſum ob nullam legem, ſed ſolùm propter conſcientiam erroneã ſit peccatum: tunc enim ſolummodo vnum ex tribus illis prædictis, & non alia efficere

[a] *in princ. d. c. cõſideret, n. 22.*
[b] *c. homo, 4. diſt.*
[c] *c. præcipuæ, 11. q. 1.*
[d] *c. homo, 40. diſt.*
[e] *c ſicut dignũ, de homic.*
[f] *c. pen. 37. diſt.*
[g] *1. 2. q. 7. art. 1*
[h] *in d. princ. c. conſideret, n. 50.*

manifeſtum eſt, vt nouè declarauimus. [a]

Neque verò numerus peccatorum eſt circumſtantia:
ſed additio peccati ad peccatũ. Quoniam, frequentatio
peccati, non circumſtat prius peccatũ: ſed conſtituit no-
uum & ſeparatum à priori. Circa quod quatuor adno-
tauimus. [b] Quorum primum eſt, non eſſe ſatis dicere:
Peccaui ſæpe, hoc genere peccati: quoniam verbum il-
lud (*ſepe*) verificatur in numero denario, imò & bina-
rio non ſecus quàm in centenario, iuxta glo. [c] & latè
Georg. [d] quamuis Archid. [e] partem affirmatiuam defen-
dat, quem licèt Ang. [f] noluerit reprobare: meritò tamen
eum reprobauit Cardinalis Alexandrinus. [g]

15 Secundum, peccatorem teneri exprimere certum
numerum peccatorum, ſi nouerit exprimere, dicendo:
Hoc peccatũ commiſi toties. atſi certum numerũ mini-
mè nouit, debet ſecum rationem inire, quoties in die,
hebdomada, aut menſe, plus minúſve illud peccatũ ad-
miſerit, & exponere numerum veriſimiliorem. Peccat
enim mortaliter, qui præ pudore, vel hypocriſi, aliquid
ex numero, cuius meminit, ſubticet: imò etiam ſi culpa
ſua lata fiat, quominùs recordetur, quòd ea de re nihil
antea ſecum præcogitarat, cùm tamen id facere potuiſ-
ſet, & proinde confeſſio nulla eſt.

Tertium, ſatis eſſe abſque aliquo numero, ſuum ſta-
tum ſufficiẽter manifeſtare: veluti, ſi qua publica mere-
trix per decennium parata pudorem proſtituere, cor-
púſque ſuum omnibus peruulgare, tam clericis, religio-
ſis, quàm laicis & coniugatis, aut ſolutis: & poſt conuer-
ſionem confiteretur, exprimerétque ſe toto illo tẽpo-
ris ſpatio in eo ſtatu fuiſſe, hoc, inquã, ſatis eſſet, vt poſt
Cardinalem Caiet. [h] concluſimus [i] ponderantes illa ver-
ba. *Quantum perſeuerauerit, & defleat quod perſeueranter pec-
cauit.* Per quæ prædictam ſententiam ſingulariter pro-
bauimus, vt ibi diximus: addentes, eum qui annum in-
tegrum omiſit dicere horas canonicas, ſatisfacere, di-
cendo: Anno integro prætermiſi diuinum officium.

16 Quartum, quòd toties numerus peccatorum au-
getur, quoties peccatum ipſum, vel voluntas peccandi,
quæ fuerat intercíſa, renouatur, ſecundum Ioan. And.
[k] quod planè verum eſt in peccatis internis, quæ ſolo
animo conſummantur, vt odium, & hæreſis: non quæ

[a] *vbi ſup. n. 58. & 65.*
[b] *in d. c. conſideret, n. 41.*
[c] *in c. Monaſterium, de vit. & hon. cler.*
[d] *in princ. Cle. ſæpe, de verb. ſign.*
[e] *in c. imitare, 6. qu. 1. & in princ. d. c. conſideret.*
[f] *verb. confeſſio, 1. §. 23*
[g] *in d. c. imitare*
[h] *Tom. 1. opuſc. opuſc. 18. q. 3.*
[i] *in d. c. conſideret.*
[k] *in reg. delictũ, col. pen. de reg. iur. lib. 6. in Mercur.*

opere exteriori perficiũtur. Nam illa voluntas nõ dicitur iterari, donec opere exteriori perficiatur, vel interrumpatur: vt euenire ſolet, cùm quis longinquè ſeſe cõfert vt homicidium perpetret, & in itinere, quod vno die conficit, nũc de illo, nũc de alijs meditatur. Is enim non peccat in hoc amplius, quam vnum peccatum licèt multò grauiùs, iuxta Caiet.[a] quem [b] ſequimur ponderantes textum ad hoc ſingularem. [c]

Ex quibus ſequitur primò, peccatum non iterari, aut multiplicari, etiamſi durante opere exteriori multoties voluntas interior interrumpatur & renouetur: neque è contrario, ſi manente eadem voluntate opus multiplicetur exterius, antequam delictum finiatur, vt copioſius alibi [d] comprobauimus.

Inſuper, omnes actus interiores & exteriores, qui tantummodo ſunt veluti quædam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum tantùm efficere peccatũ, etiãſi illi actus fuerint interrupti: cuiuſmodi ſunt paſſus itineris, præparatio equi, lanceæ, aliorũque armorũ vna cum deſideriis, variis vicibus interruptis, verbo, eſu & ſomno renouatis, eius, qui vadit & occidat alium, triginta, vel quadraginta miliaribus diſtãtem. Nã licèt illi actus in genere entis conſiderati, ſingulatim ſint multæ & variæ res: conſiderati nihilominus tanquam via & partes ipſius peccati, quibus totum peccatum eſt conſummandum, non amplius, quàm vnum peccatum efficiunt: ſicut lapides, columnæ, ligna, reliquáque materia vnius domus, multa ſunt ſecundum ſe ſumpta. Cæterũ omnia ſimul conſiderata tanquam partes vnius domus, non niſi vnicam domum conficiunt. [e]

17 Non ſolùm autẽ plures actus exteriores, tẽdentes in vnũ peccatũ principale, qui diuerſi ſunt in genere entis, cenſentur cõſtituere vnũ peccatũ in genere moris, ſaltẽ quoad effectũ cõfitendi numerũ peccatorũ, quãdo vnꝰ eſt in aliũ via: ſed etiã quando quis vno impetu fertur in illos oẽs. Tũ arg. præfati iuris. [f] quod probat, eũ qui vno impetu pluries percutit clericũ, ſemel tantũ excõmunicari. Tũ argumẽto aliorũ iuriũm, per Io. And. allegatorũ [g] tũ quod ille vnicꝰ impetꝰ videtur includere quãdam vnitatẽ in genere moris, & efficere, vt quadã tenus vnus eorũ ſit ad aliũ via, vel conſequẽs: licèt ſuapte na-

*a in d. 1. tom. opuſc. opuſc. 17. q. 3.*

*b in d. princ. n. 48.*

*c in c. cum pro cauſa de ſent. excom.*

*d in d. princ. nu. 48.*

*e l. eũ qui, ff. de vſucap. & l. qui vniuerſa, ff. de acq. poſſeſſ.*

*f in c. cùm pro cauſa, de ſent. excom.*

*g in d. Mercurial. c delictum, de reg. iur. lib. 6 vbi Ioan. And. concludit quendam Angelicũ, qui tres ictꝰ vno impetu impegit clerico, non niſi ſemel excommunicatum fuiſſe.*

tura in genere entis per ſe ſubſiſtat. Tum, quòd, qui vnico impetu bis, vel ter appellat, ſemel tantùm appellaſſe dicitur, [a] & qui bis, vel ter eandem rem in teſtamento, vel codicillis legauit, videtur ſemel legaſſe. [b]

Cæterùm, ſicut actus præambuli ad actum principalem peccati non augent numerum peccatorum neceſſariò confitendum: ita eadem ratione nec cōſequentes, nec ſubſequentes actum principalem peccati: quales videntur eſſe actus, quibus quis commiſit aliquod peccatum principale: & poſtea inordinatè gaudet, lætatur, triſtatur, dolet, vel loquitur de illo, vel acceſſoris eius. Tum quòd eadem ratio videtur, & ſic idem eſt de vtriſque iudicandū. [c] Tum quòd, qui furatus eſt infantē, qui apud eum adoleuit, vnum furtum feciſſe dicitur. [d] Tum quòd pauci, collatione aliorū, inueniuntur qui poſt vindicatā iniuriam: poſt fornicationem in domo ſua ſecurè habitam: poſt furtum & dolum admiſſum, non velint, dicant, vel faciant aliqua inordinata, gaudendo, comedendo, bibendo & ridendo, iuxta illud. [e] *Lætantur cùm malè fecerint*, attamen nemo dicet eorum omnium numerum nominatim eſſe confitendum. Tum quia à tota eccleſia Chriſtiana vſu receptum eſſe videtur, quòd ſicut ſufficit homicidæ confiteri, ſe occidiſſe talem hominem, non confitendo numerum voluntatum, & aliorum actuum inordinatorum præambulorum illius homicidij, ita ſufficit confiteri illud, non confitendo numerum actuum cōſequentium, quibus id ei placuit, & mōſtrauit alijs verbis, vel factis placuiſſe ſibi. Et quod ſicut fornicanti ſufficit confiteri principalem actū, non confitendo numerum voluntatū, dictorū, & factorum præambulorum inordinatorū: ita ſufficit cōfiteri principalem actū, non confitendo numerum volūtatum, dictorum, & factorum inordinatorum conſequentium. Tum quia licèt ſinguli præfatorū actuū ſint per ſeipſos peccata mortifera quoad iudicium Dei exactū, oporteátque vt contritio, per quā ſunt remittēda formaliter, vel virtualiter perueniat ad omnia illa, quoad tamē iudicium ſalutare pœnitētiæ, & hui⁹ vitæ, quod facere debet cōfeſſari⁹ ſatis eſt, vt numerus eorū ſic patefiat ei, vt ſtatus pœnitētis ſatis pateat confeſſario ad iudicādum qualem ei debeat exhibere medicinam, vt pulchrè declarauit Caiet. [f]

[a] *c. Lotharius iuncta gloſſ. verb. appellauit, 32. q. 2.*

[b] *cum quæſtio. C. de legat.*

[c] *l. illud ff. ad l. Aquil. c. dudum 2. de elect.*

[d] *l. infitiando, §. infans, ff. de fur.*

[e] *Prouerb. 2.*

[f] *[illegible]em. 1. opuſc. opuſc. 5. q. 3.*

Cùm ergo communiter poſt, & ante actum principalem multa cogitata, & facta inordinata ſoleant haberi, ſatis conſtat confeſſario quoad iudicium ſuum ſalutare ferendum, ſtatus pœnitentis quoad illam ſpeciem peccati. Arbitramur autem, quòd, licèt, qui rem habuit cum aliqua non teneatur confiteri colloquia, oſcula, & alios huiuſmodi actus antecedentes, & conſequentes propinquos ad coitum: tenetur tamẽ, qui bis coiuit, etiamſi vnus actus ſit propinquus alteri, dicere ſe bis coiuiſſe, ea ratione diuerſitatis, quòd vnus coitus iſtorum non eſt communiter via, aut præambulum ordinatum ad alterum, nec conſequens illum, neque quis vno impetu fertur in vtrumque: colloquia verò, oſcula, & amplexus, ſunt communiter præambula, & conſequentia coitum, quem præcedunt, vel conſequuntur. Neque verò ſine cauſa adiecimus ſupra: *Tendentes ad vnum peccatum principale*: quoniam ſi actus illi ſunt peccata ſeparata ſecundum ſe, vel ordinantur ad alia peccata, totidem peccata committuntur, quot ſunt illi ex natura ſua, vel quot ſunt fines deprauati, in quos diriguntur. Nam qui pergit homicidium perpetraturus, & in via furatur, rapit, peierat, blaſphemat, vel ſuum eſum, potum, iter, & colloquia non ſolùm dirigit in homicidium conceptum: verùm etiam in adulterium, infamiam & ſacrilegia perpetranda, tot peccata diuerſa committit, quòt ſunt ibi actus in ſe mali, & quot fines diuerſi mali, in quos diriguntur, quod ipſum dicendum de actibus conſequentibus, déque illis, in quos vno impetu fertur.

Licèt autem cùm inter præambula, conſequentia, & actum principalem ſit aliqua notabilis interruptio, illa ſint peccata diuerſa, etiam in genere moris, etiam ad effectum, vt contritio formaliter, vel virtualiter debeat peruenire ad illa: non tamen videntur diuerſa quoad effectum neceſſariò confitendi numerum eorum: eo quòd ſine illa ſpecificatione ſatis videtur conſtare ſtatus confitentis, quoad iudicium ſalutare ſacerdotis.

18 Qui verò vno impetu alicui plura iniurioſa verba ſignificantia diuerſas iniurias impingit, putà quòd ſit fur, falſarius, hæreticus, cenſendus eſt peccare diuerſa peccata. Tum, quia non ſunt antecedentia, neque conſequentia ad vnum principale peccatum: neque ſunt

vnum, aut vnius ſpeciei. Tum, quia licèt qui vno impetu infert clerico tres ictus, non ſit niſi ſemel excõmunicatus: ſi autem vno impetu, etiam vnico ictu tres ferit clericos, ter eſt excommunicatus, ſecundum Ioan. An.[a] Tum, quia eadem ratione qui fecit, & blaſphemat, & hæreſim aſſerit, tria peccata committit cum numero neceſſariò confitenda, [b] qui verò profert totidem verba iniurioſa, ſignificantia vnam tantum iniuriam, vt quia appellat aliquem quater, vel quinquies furem, hæreticum, vel latronem, vnum tantum peccatum admittit quoad neceſſitatem confitendi numerum, inſtar bis, vel ter vnico contextu appellantis. [c]

[a] in d. Mercur. c. delictũ, de reg. iur. lib. 6.
[b] arg. l. Pretor § fin. ff. de iureiur.
[c] d. c. Lotharius adiuncta. gloſſ. verb. appellauit, 31. q. 2.

At qui impingit alicui vnum verbum iniurioſum, cui ille reſpondet, vnde prouocator replicat, eidem proferens tria verba iniurioſa, peccat tria peccata, ſi tres diuerſas iniurias ſignificant: vnum autem ſolum, ſi tantum vnam.

Qui verò imprecatur mortem alicui, totiſque familiæ eius, duo tantùm peccata committit: non tot, quot ſunt perſonæ familiæ. Tum, quòd tota familia pro vna perſona ficta accipiunt.[d] Tum, quòd familia, licèt ſignificet multos, eos tamen collectiuè tanquam vnum corpus fictum ſignificat. Tum, quòd qui in vnam domum vult ignem conijcere, non videtur peccare tot peccata, quot partes habet, ſed vnum: quia vnum corpus cõpoſitum ex multis vult exurere.[e] Et qui vult furari vnam myriadem ducatorum vel vnum aceruum tritici, vnum ſolum peccatum videtur peccare.[f]

[d] l. 1. ff. ſi fam. furt. fec. dic.
[e] arg. l. eum qui ff. de vſuca.
[f] arg. l. vulgaris ff. de fur. &c. vulgaris, de pœnit. diſt. 1.

Pari ratione, qui blaſphemando maledicit diuo Petro, & vndecim Apoſtolis, duo tantùm peccata videtur admittere.

Cæterũ, ſex peccata peccat, qui peccans moliti ei peccatum, inducit ſibi ſucceſſiuè in memoriã, vt magis delectetur virginem, viduam, nuptam, cognatam, & monialem: quia ſunt quinque peccata diuerſarum ſpecierum: cùm virtualiter prædictis quinque commiſceatur, vel eis mortiferè delectetur: nulláque illorum ſint antecedentia, vel conſequentia alterum.

Semel autem duntaxat videtur peccare quoad neceſſitatem confitendi numerum, qui poſt vnam fornicationem cum amica habitam, eam vigeſies oſculatur, u 5

ad iterandum fornicationem, ſed ad maiorem delectationem, omnia namque illa oſcula videntur conſequi fornicationem, & rem iam habitam.

Qui autem longo tempore illicitis amoribus irretitus, mulierem perſequitur, nec potitur ea, vt minimùm, toties peccat, quoties interrumpit malam illam voluntatem peccandi conceptam ceſſando ab impendenda opera exteriore pro illo tempore, & poſtea illam repetit: adeo vt ſi diem integrum, vel noctem, aut partem eorum inſumpſit muſicis cantilenis, quò mulierem alliceret, aut opportunitati captandæ, qua ipſam alloqueretur, vel alijs officijs, quibus in illum finem prauum eam flecteret: quandiu talis voluntas & opera exterior non interrumpetur, vnum tantùm peccatum erit, licèt tanto grauius, quanto diuturnius. At verò, ſi opera illa exteriore, quam tunc adhibet, finita, vacat alijs negotijs, quæ non ſunt via, neque præparatoria ad dictum opus, & relabitur in eandem prauam voluntatem ſolam, vel in aliam faciendi aliud opus exterius ſimile, vel diſſimile præcedentibus, quò prauo illo fine potiatur, peccatum aliud committet, & tot peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiuſmodi interueniẽt, præter multas alias voluntates abſolutas, quas habuit abſque operis conſummatione: confitendóque numerum veriſimilem eorum, ſatisfaciet.

9 Pœnitens autem poteſt vnico verbo mille peccata mortalia confiteri: veluti dicendo: Millies blaſphemaui: Millies peieraui: Millies fornicatus ſum: Millies cecidere ſtatui: Millies voti fragus vel periurus fui: Decies conſului alicui, vt in peccato mortali perſeueraret: Hoc, aut illud toties feci, vt fornicarer. Huiuſmodi enim confeſſioni nihil deeſt ad ipſius integritatem, etiamſi tot peccata paucis, ſed claris verbis expreſſerit, vt alibi [a] diximus.

At verò circumſtantia ſcandali duobus caſibus eſt neceſſariò confitenda, ſecundum omnes, vti [b] diximus. Quoniam in his vnum ex tribus illis ſupradictis efficitur. Prior caſus eſt, quando ſcandalum eſt formale, hoc eſt, quando aliquid dictum, aut factum fuit, animo prouocandi alium ad peccatum mortale, nec ſolùm tenetur

[a] *in princ. d.c. cõſideret, n.110 poſt Caiet.*

[b] *in c. 1. §. animaduerte, nu. 5. de pœni. diſt. 5.*

confiteri id, quod prædicto animo dixit: aut fecit: ſed etiam explicare peccati ſpeciem, ad quam prouocare intendebat, per dicta ſupra.[a] Poſterior eſt, cùm per opus ſuo genere bonum, aut indifferens, ſecundum ſpeciem tamen & apparentiam malum, præbetur occaſio peccandi mortiferè. Super alio verò tertio caſu, diuerſa eſt auctorum ſententia: videlicet, cùm quis mortiferè coram alijs peccat, abſque animo prouocandi eos ad mortiferè peccandum. Nam Adrian[b]. Ioan. Maior[c] & Syluest.[d] ſentiunt partem affirmatiuam, B. autem Thom.[e] negatiuam, quatenus ait quòd licet grauius peccet qui peccat publicè, quàm qui occultè: non tamen ob hoc dicitur communiter peccatum ſcandali ſpeciale: quod ipſum affirmat Caiet.[f] Nobis idem non videtur, quod vbi ſupra,[g] viſum fuit: priori nimirum opinioni eſſe locum, quando eiuſmodi peccatum per eiuſmodi perſonam, vel in conſpectu eiuſmodi hominum admittitur, vt veriſimiliter id videntes peccati occaſionem accepturi ſint, opinioni verò poſteriori ſancti Thomæ quando non fit per talem perſonam, nec coram talibus, vt ibidem latius extendimus.

[a] c. præced. n. 2.
[b] in 4. de ſacr. confeſſ. q. 4.
[c] in 4. diſt. 38. q. 3.
[d] in ſũma verb. ſcandalum, q. 3.
[e] 2. 2. q. 43. art. 3.
[f] in ſum. verb. ſcandalum.
[g] §. animaduerte.

Notandum verò eum, qui obliuiſcitur confiteri circunſtantiam neceſſario confitendam, non teneri iterum confiteri peccatum, quod iam eſt confeſſus: ſed ſatis eſt ei, ſolam circunſtantiam confiteri, verbi gratia, iurauit quis ſe non iniecturum manus violentas in clericum, non furaturum, non blaſphematurum: & nihilominus percuſſit clericum, furatus eſt, blaſphemauit: quo facto cõfeſſus eſt, ſe illa feciſſe, oblitus dicere, quòd antea iurauerat, ſe illa non commiſſurum, non tenetur iterum confiteri illa: ſed ſatis eſt confiteri, quòd ſemel, bis, ter, vel toties, licita iuramenta fuit tranſgreſſus: vel confiteri ſe admiſiſſe aliqua opera in ſe mala, quæ ſe non facturum iurauerat: quod latiùs tradidimus alibi.[h]

[h] in d. c. conſideres n. 104.

Neque obſtat, quòd, vt quidam opponit, ſi, vt nos probamus, non eſt neceſſe confiteri illas circunſtantias, quæ notabiliter aggrauant, non mutando ſpeciem, ſequeretur, quod ſufficeret fornicanti corde & opere, confiteri, peccaſſe corde, non exprimendo

quod opere compleuerit. Et quòd qui ter ſola mente peccauit, bis verò mente & opere, ſatisfaceret confitendo ſe quinquies decreuiſſe fornicari. Sequeretur item, poſſe confitentem reſpondere confeſſario interroganti, an opere peccauerit? quòd non: quia poteſt negare, quæ non tenetur neceſſariò confiteri, cuiuſmodi ſunt veniâlia, & etiam mortalia iam legitimè confeſſa. Ad quæ reſpondetur negando eiuſmodi conſequentias: concluſio enim noſtra, quam ipſe quoque probat, loquitur de circumſtantia peccati: non de peccato, neque de ipſius perfectione, ad quæ fiunt conſequentiæ. Nam peccatum operis, non eſt circumſtantia peccati mentis, ſed peccatum & perfectio peccati cordis: & à diuerſis non fit illatio. [a] Peccata operis autem oportet confiteri: quia tenemur cõfiteri omnia peccata, [b] vt ſupra [c] poſt ſanctum Thomam declarauimus, addentes rationem, quare ſufficiat confiteri peccatum operis, ſine confeſſione peccati cordis, non viceuerſa.

[a] *l. Papinianus ff. de minor. & c. ad audientiã, de decim.*
[b] *c. omnis, de pœnit. & remiſſ.*
[c] *prælud.*

# Quòd pœnitens debeat famam proximi conſeruare, non manifeſtando ſocios delicti.

## CAP. VII.

Summæ.

1 *Manifeſtare aliena peccata, qua lege prohibitum.*
1 *Confeßio ſacramentalis qua lege debet eſſe integra.*
1 *Legum duarum contrariarum vtra prior.*
2 *Pœnitens non debet nominare perſonam, cum qua peccauit.*
3 *Circunſtantia alioqui neceſſariò confitenda, quo caſu tacenda.*
4 *Confeſſor vt ſcandalizari poßit ratione circumſtantiæ.*
5 *Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri.*
5 *Pœnitens quando mutato habitu confitebitur.*
6 *Communicari poteſt abſque confeßione, inopia confeſſarij.*
7 *Confeſſarius quis prodeſſe poßit, & non obeſſe.*
8 *Verecundia non eſt iuſta cauſa adeundi extraneũ confeſſariũ.*

1 Infamare proximum iniuſtè, & aliena peccata ea ignoranti reuellare, eſt peccatum lege diuina naturali prohibitum, vt diximus alibi. [a]

Atqui lex præcipiens, vt confeſſio ſacramentalis ſit integra, eſt diuina poſitiua, à Chriſto Dño inſtituta. [b]

Cæterùm quando duæ leges contrariæ, aliquo caſu concurrunt, quo alterius obſeruatio eſt omittenda, tũc temporis, quæ maior eſt, minori debet anteferri, & hæc illi cedere. [c]

2 Ex quibus elicitur primò, pœnitentem non debere nominare perſonam, cum qua peccauit: quoniam ſupradicta lex naturalis diuina hoc prohibet.

II. Quòd confeſſarius præuidens pœnitentem velle nominare perſonas delicti conſortes, vel per quas ipſe induxit, vel à quibus fuit ad peccandum inductus, debet ſtatim ei occurrere, ipſúmque admonere, ne illas nominet, ne ipſe confeſſarius pariter peccet infamiæ peccato conſentiendo, vt ait S. Bonauent. [d]

3 III. Quod quàmuis opinio communior, [e] affirmet, quando circumſtantia neceſſariò confitenda nõ poteſt manifeſtari abſque reuelatione tertiæ perſonæ, poſſe licitè illã reuelari, oppoſita nihilominus eſt verior, quã tenet Inn.[f] nempe, potiùs debere circũſtantiam tacere, quàm proximum diffamare, quando alterum de duobus neceſſariò fieri oportet. Exemplum de pœnitente, qui commiſit inceſtum cum propria matre, vel filia, vel extitit mediator, vt ab alio committeretur: ſed quia pœnitens, vel mater, vel filia confeſſario ſunt noti, non poteſt cognationis gradum exprimere abſque mulieris infamia: hoc enim caſu tenetur, circumſtantiam tacere, & eã non infamare. Primùm, quia lex de non infamãdo proximo, diuina naturalis eſt: Lex autem, quæ iubet confeſſionis integritatem, eſt diuina poſitiua, & ita hæc debet illi cedere, [g] cùm non ſit locus vtrique. Deinde, quia ſecundùm opinionem communem, pœnitens debet tacere peccatum, quod in confeſſione detectum, ſibi, vel confeſſario probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ pareret. Veluti, ſi pœnitens confeſſarij fratrẽ occidiſſet, & ſi confiteretur ſe aliquem occidiſſe, ſtatim ſacerdos putaret ſuum fratrem ab illo occiſum: aut ſi cognatam ſuam, quæ filia eſſet confeſ-

[a] in c. inter verba. 11. q. 3.

[b] vt in gloſſ. ſummæ de pœn. diſt. 5. & ſ. c. 2. docuimus.

[c] arg. c. Iulian. & c. ſi dominus, 11. q. 3. & c. ſicut adiuncta gloſſ verb. neceſſitate de conſecr. diſt. 1. vbi latè diximus & in c. ſacerdos, n. 25. de pœnit. diſt. 6.

[d] in 4. ſent. diſt. 21. art. 1. q. 3.

[e] facite. n. tum, 2. q 1. & c. 1. de off. deleg.

[e] in 4. ſent. diſt. 16.

[f] in c. omnis, de pœnit. & remiſſ. & Oſtienſis ibi. & nos latiùs in d. c. ſacerdos, nu. 95. & 96.

[g] per tradita, in §. fin. 6. diſt.

ſarij, carnaliter cognouiſſet, & circunſtantiam cognationis exprimeret, confeſſarius ſuam eſſe filiam ſuſpicaretur: quibus caſibus, pœnitens debet curare concedi ſibi facultatem confitendi alteri: quam ſi impetrare non poteſt, omnia alia peccata debet exponere, & vnum illud tacere, intentione illud eidem confitendi quando prædictum ceſſauerit impedimentum, ſecundum S. Tho.[a] & Altiſi. probatum à Ioan. Maior.[b]

4 Denique, quia communis habet opinio, quòd ſi pœnités ob id quod fœmina eſt, vel ob peccati enormitatem, pel propter alias cauſas, probabiliter credit, ſi ſuũ peccatum vel eius circunſtantiam prodiderit in confeſſione, ſcandalum magnum vel grandem occaſionem peccandi mortaliter, confeſſario præberet, nullo modo debet illam confeſſario detegere, ſecundùm Adrian.[c] eò quod lex, quæ ſcandalum prohibet, eſt diuina & naturalis.[d] Quæ autem obligat ad confitendum omnia peccata, omneſque eorum circũſtantias, eſt quidem diuina, ſed poſitiua, vt ſupra diximus: & conſequenter patet, illam eſſe fortiorem iſta & quando concurrunt ſimul hæc illi cedere debet per prædicta. Quod quidem eſt verum, ſaltem quando ſcandalum illud paſſiuum, quod ex tali confeſſione manaret, ex ignorantia vel infirmitate, non autem ex malitia proueniret, vt ſentit Ioan. Maior.[e]

Neque obſtat, quòd quidam contrariam teneat ſententiam. Tum, quia fundamenta noſtra longè fortiora ſunt, quàm contrariæ Tum, quia fundamentũ principale contrariæ opinionis eſt, quòd communis tenet oppoſitum, quod ipſum etiam nos aſſerimus. Non tamen obſtat, quia à communi recedendum eſt, quando pro contraria eſt textus, vel ratio, cui non poteſt aptè reſponderi, vt dicimus infra,[f] & rationibus prædictis non poteſt aptè reſponderi à communi, neque ille ibi eis reſpondet. Tum quia præſuponunt, me eſſe auctorem huius opinionis: quod demiratus ſum, cùm citauerim duos grauiſſimos auctores illius, ſcilicet Innocen. & Oſtien. Tum, quia prædictum. S. Tho. dictum quod in hoc allegaui, eſt communiter receptũ, quod non negabit, cùm ſit eiuſdem ordinis, & ex eo efficaciter infertur opinio noſtra, à qua non eſt

[a] *in 4.ſent.diſt. 17.q.4.art.4.*
[b] *in.4.ſent.diſt. 17.q.5.*
[c] *in.4.de confeſſ q.4.verſ.ad argumenta qua contra hoc.*
[d] *Matth.18. & Marc 9.& c.2. de oper.no.nũt.*
[e] *in 4.ſent.diſt. 17.q.5.*
[f] *c.27. per textũ cum gloſ. & communi in c. Capellanus, de fer. & l.1. §.ſed neque, C. de vet. iur. enucl.*

diſcedendum:quàmuis etiam Sotus, immemor noſtrarum rationum, ſequatur communem. [a] Tum denique, quia omnium ferè ſententia, vt [b] dicemus, habet, quòd confeſſarius, non valens confiteri peccatum aliquod ſine reuelatione confeſſionis, debet tacere illud, & reliqua confiteri.

*a in 4. ſent diſt. 18. q. 2. art. 5.*
*b in c. ſeq.*

Quæſitum eſt autem nuper à nobis: An qui commiſit inceſtum, teneatur confiteri circunſtãtiam graduum cognationis & affinitatis. Cui reſpondimus teneri: quoniam aggrauat peccatum, mutando ſpeciem. Alia enim ſpecies inceſtus ex copula cum cognata in primo gradu, alia cum cognata in ſecundo, alia cum cognata in tertio, & alia cum cognata in quarto, & circunſtantia, quæ mutat ſpeciem, confitenda eſt per Conci. Trident. [c]

*c ſeſſ. 14. c. 5. & can. 5.*

5 IIII. Infertur, quòd pœnitens in caſibus, quibus non poteſt confiteri circumſtantiam neceſſariò confitendam ſine alterius infamia, debet ſecundùm omnes Doctores, [d] procurare facultatem confitendi alteri, qui eum minimè noſcat: &, ſi talem non inueniat, debet mutato habitu confiteri illi, qui aliàs ipſum agnoſceret, ita, vt neque ex voce, aut alio ſigno deprehendatur, & nomen proprium, patriam, & profeſſionem taceat, quod licitè facere poteſt: hæc enim non tenetur manifeſtare, niſi quando ex illis oritur circunſtantia neceſſariò confitenda: qualis eſt eſſe coniugatum, quo ad culpam, qua matrimonium læditur, vel eſſe religioſum, quo ad culpam, qua votum religionis infringitur. Confeſſario autem ſatis eſt, vt pœnitens eum certiorem faciat: ſe poſſe ab illo audiri & abſolui. Nolumus tamen dicere, hanc ſolam cauſam ſufficere, vt pœnitens poſſit extraneo confeſſario, non habenti hoc priuilegium, confiteri, abſque ſui parochi, vel alterius ſuperioris licentia: id enim verum non eſt, ſecundum Palu. receptum, [e] quod & nos, [f] tradidimus.

*d in 4. ſent. diſt. 7. q. 3.*
*e in 4. ſent. diſt. 16. q. 3.*
*f in ca. ſacerdos, & c. fin. de pœn. diſt. 6.*

6 V. Quòd quàmuis nonnulli ſentire videantur, quando nullum ex prædictis remedium inuenitur, huiuſmodi pœnitentem videri non habere copiam confeſſarij, & proinde poſſe ſine præuia confeſſione, communicare, [g] nihilominus tamen verius arbitramur, tali caſu, debere reliqua omnia peccata confiteri, omiſſo illo, aut

*g arg. gloſſ. fin. receptæ, c. de homine, de celebr. miſſ.*

eius circumſtantia, quæ non poteſt abſque dicto peri-culo exprimi, animo tamen id confitendi, cùm primùm occurrerit confeſſarius, cui abſque tali periculo poſſit illud manifeſtare per prædicta, [a] vt Maior ſentit. [b]

7 VI. Quando proprius confeſſarius huiuſmodi eſt, vt probabile ſit, confeſſionem talis peccati, & circumſtantiæ, illi factam, profuturam, & nullatenus obfuturam, poteſt & debet pœnitens illam ei confiteri, [c] hoc enim non eſt infamare, cùm nihil contra ius reueletur. Nam iure fieri poteſt reuelatio criminis alieni, ei, quem ſcit profuturum, non obfuturum, ſecũdùm S. Auguſt. [d] dummodo prius eum per ſe corripiat, vel nulla ſit ei ſpes correctionis, per ſuam correptionem, per ea, quæ alibi [e] prodidimus.

8 VII. Non eſſe iuſtã cauſam adeundi extraneum confeſſarium, non habita facultate proprij, timorem, quòd poſt confeſſionem, parochus magis ſollicitè & accuratè illius curam ſit habiturus, nec adeo bene, vt primùm de ipſo opinaturus, ſecundùm Silueſt. [f] tum, quia nulla eſt lex, aut ratio, quæ id conuincat: tum, quia pudor ſolus ad hoc non eſt legitima cauſa, niſi quando adeo magnus foret, vt pœnitentem conſtitueret in periculo ſupprimendi aliquod peccatum, vel circumſtantiam, neceſſariò confitendam, vt [g] diximus.

[a] *eod. num.*
[b] *in 4 ſent. diſt.* 17. *q.* 5.
[c] *arg. ca. hoc videtur,* 22. *q.* 5.
[d] *in d. c. hoc videtur.*
[e] *in repet. c. inter verba,* 11. *q.* 3. *concluſ.* 6.
[f] *verb. confeßio.* 1. §. 6.
[g] *in c. placuit, n.* 150. *de pœnit. diſt.* 6.

# De ſigillo Confeſſionis.

## CAPVT VIII.

### Summæ.

1 *Sigillum confeßionis quid, & quare ſic vocetur.*
2 *Sigillum ſecreti, duobus modis ſumitur, & quid ſit.*
3 *Sigillum confeßionis quæ includat, & quos obliget. & n. 4. & 7.*
5 *Sigillum omne confeßionis, eſt ſigillum ſecreti non è contrario.*
6 *Confeſſor non potens confiteri ſuum peccatum, niſi reuelando confeſſum, taceat illud.*
7 *Sigillum confeßionis, etiam poſt mortem durat.*
8 *Confeſſarius vt ſæpe confeßionem detegit. n. 9. & 10.*

11 *Sigillum confeſſionis, quando non violatur n. 12. & 14.*
13 *Confeſſarius audiens multos pueros, vt peccat.*
15 *Confeſſarius deponens de ſibi confeſſis, quis frangit ſigillum.*
16 *Confeſſarius, dicens, tali loco admittuntur grauia peccata, malè facit.*
17 *Confeſſarius quas penitentias imponit prudenter.*
18 *Confeſſio ſimilitudinaria, non inducit ſigillum.*
19 *Confeſſarius vt iuſtè negat adulteram non eſſe ſibi confeſſam adulterium.*

1 In pauca contrahentes, quæ alibi, [a] tradidimus poſt S. Thom. [b] & communem opinionem, dicimus primò, Sigillum nihil aliud eſſe, quàm obligationem, vel debitum occultandi aliquid, dicique ſigillum metaphoricôs: nam ſicut ſigillum continet occultam rem obſignatam in charta, vel tabula, [c] ita obligatio ſeruandi aliquod ſecretum, efficit, ne id fiat manifeſtum.

2 II. Quòd ſigillum ſecreti, diuiditur in ſigillum legis diuinæ naturalis, quod eſt obligatio à iure ipſo naturali inducta, ad occultandum aliquid: & in ſigillum confeſſionis, quod nihil aliud eſt, quàm obligatio à lege diuina poſitiua per Redemptorem noſtrum inducta, ad occultandum, quod in ſacramentali confeſſione reuelatur. qui quidem, ob multas cauſas, alibi, [d] à nobis relatas, voluit, vt, quàmuis alia ſecreta regulatiter obſeruãda, [e] ſæpe poſſint, & debeant reuelari: [f] videlicet, quando iubet ſuperior, [g] vel occultatio talis ſecreti nocet animæ, corpori, honori, aut rei familiari alterius, vti alibi diximus: [h] confeſſionis ſigillum tamen numquam eſt reſerandum, præterquam vno caſu, quando nimirum qui confeſſus eſt, ad id facultatem dederit quibuſdam conditionibus affectam, vt infra [i] dicetur.

Quinimo confeſſarius, directè, vel indirectè confeſſionem detegens, ſiue abſoluat pœnitentem, ſiue non, ſemper peccat mortaliter, ſiue id faciat præ timore, etiã ipſius mortis, ſiue vt vitetur ſcandalum, aut commodũ aliquod reportetur vel propter quemcumque alium finem rectum, aut prauum. [k]

3 III. Quòd idem Redemptor noſter Ieſus Chriſtus voluit, vt ſub iſta obligatione, non ſolùm includerẽtur

[a] in ca. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6. num. 35.
[b] in 4. ſent. diſt. 21. qu. 3. art. 1. quæſt. 3. ad 3.
[c] l. 1. §. fin. & l. eum ab initio, & l. ſi quis ſignatoribus, ff. quemadmodũ teſt. ap.
[d] in d. ca. ſacerdos, n. 53.
[e] c. qui ambulas 5. q. 5.
[f] in d. c. ſacerdos in princ. num. 3. cum ſeq.
[g] c. intimauit, de teſti. cum ei adnot. per Panor. & Fel. & Inno. & Pan. in cap. omnis de pœnit. & remi. & Pa. in c. qualiter, 1. §. ſi verò, ſub fin. de accuſ.
[h] in repet. ca. inter verba, 11. q. 3. concluſ.
[i] n. 10. & ſeq.
[k] c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6.

peccata mortalia & venialia: verùm etiam eorum circumſtantiæ neceſſario, vel voluntariè confeſſæ, & quæcunque alia: quæ licèt peccata non ſint, ſunt tamen talia, per quæ detecta, detegi poteſt, directè vel indirectè, in genere vel in ſpecie, eum qui confeſſus eſt, confeſſum fuiſſe, ſe admiſiſſe aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiamſi leuiſſimum foret, vt alibi,[a] in illis verbis: *Caueat ſacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo, aliquatenus prodat peccatorem*, declarauimus.

4 IIII. Hoc ſigillo & obligatione ſecreti confeſſionis, non ſolùm ipſe confeſſarius obligatur: verùm etiam, vt diximus[b] quicumque confeſſionem ſacramentalem audierunt vel intellexerunt licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediatè, ſiue ſint clerici, ſiue laici, ſiue viri, ſiue fœminæ, iuxta S. Thom. Palud & omnes alios.[c]

5 Omne porrò ſigillum confeſſionis, eſt etiam ſecreti naturalis: non autem è contrario.

Et quidem, ſigillum confeſſionis eſt fortius altero: alterum enim ſolùm introductum eſt à lege diuina naturali: at de quo hîc agimus, diuina naturali, & poſitiua.

Quamuis verò qui aliquod horum ſigillorum infregerit, peccet mortaliter: grauiùs tamen peccat, qui violat confeſſionis ſigillum, quàm qui alteriùs ſecreti naturalis: ille namque peccat contra duas diuinas leges: hic autem, contra legem naturæ tantùm. Sicut etiã grauiùs offendit, qui referat ſecretum, quod iurauit ſeruare, quàm qui ſolùm idem promiſit.[d]

6 Confeſſarius autem qui commiſit mortale, quod non poteſt confiteri abſque confeſſionis ſibi factæ reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri, animo illud etiam confitendi, quando abſque prædicti ſigilli præiudicio, facere poterit, iuxta omnium calculum.[e]

Neque verò vt alibi diximus,[f] ſolùm ſacerdos, & laicus cui propter aliquam neceſſitatem fit confeſſio,[g] & etiã interpres qui partes pœnitẽtis, linguã ignorantis agit, hoc ſecretum obſeruare tenentur: verùm etiã, qui caſu, vel dolo, licitè, vel illicitè, alicuius cõfeſſionem audit: imò & is, cui cauſa conſilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur. Quoniã, res cũ onere ſuo trãſeunt,[h] &

[a] *in c. ſacerdos. n. 68. per d. cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.*

[b] *in c. 1. in prin. n. 77. de pœnit. diſt. 6.*

[c] *in 4. ſent. diſt. 21.*

[d] *c. 1. 22. qu. 1. & gloſſ in c. iuramẽti ead. cau. q. 5. vt in d. cap. ſacerdos, n. 36. & ſeq. diximus.*

[e] *in 4. ſent. diſt. 21. quatenus tenet non eſſe niſi vnũ caſum quo id liceat reuelare, qui nõ eſt hic.*

[f] *in d. c. ſacerdos*

[g] *iuxta ca. 1. in princ. de pœnit. diſt. 6.*

[h] *c. ex litteris, de pig. c. paſtoralis de decim. l. 2. & 3. C. quib cau. pig. tacit. S. Th. Palud. & alij in 4. diſt. 21. qu. 3. art. 1. & 2.*

confeſſio ſimul ac fit in forma ſacramentali, annexam habet obligationem ſecreti: adeo quidem, vt iudex nihil deberet agere, vel moliri ob famam, vel indicium quod inde oriretur.

Hoc verò ſigillum & obligatio durat etiam poſt mortem, quoniam naſcitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad ſemper, & pro ſemper (vt aiunt Scolaſtici) obligat, vt ait S. Thom.[a] Panor. Archid,[b] & alij.[c]

8 Itaque, hoc ſigillum violauit, vti[d] diximus, quidam parochus, qui ſuo parochiano publicè conquerenti, quòd ſibi Euchariſtiæ ſacramentum denegabat publicè etiam in hunc modum reſpondit: Ne queraris, amicè, quòd tibi denegem ſacramentum: habes enim caſum reſeruatum, à quo nõ poſſum te abſoluere. Nam perinde eſt, ac ſi diceret, Ille confeſſus eſt mihi aliquod mortale: ſiquidem venialia reſeruari non ſolent.[e]

9 Confeſſarius porrò, in hunc modum loquens: Ille mihi confeſſus eſt multa & valde grauia peccata, confeſſionem detegit, vt poſt Palud.[f] diximus: Quinetiam qui duarum aut trium perſonarum confeſſionibus auditis, de vna illarum ſic loquitur: hic nullum peccatum mortale habuit: quoniam, indirectè videtur ſignificare, alios duos mortalia fuiſſe cõfeſſos: vt diximus,[g] adijciẽtes idem facere illum, qui, confeſſione pœnitentis audita, ſtatim conſulit virum doctum præſentem, à quo quid agendum ſit circa aliquẽ caſum confeſſionis quærit, & accepto conſilio, illico redit, vt eum abſoluat.

Hoc etiam ſigillum violat ſacerdos, qui, cùm ipſe alteri confitetur, accuſat ſe abſoluiſſe aliquem à peccato ſimoniæ, eo modo, vt alter ſciens à quo fuiſſet in confeſſarium electus, facile poterat conijcere, quiſnam fuiſſet abſolutus, vt alibi,[h] prodidimus.

Itaque, grauiter errabant quidam confeſſarij, quos Oſtienſis,[i] narrat, ſe vidiſſe ridentes & iocantes, qui ſibi inuicem confeſſiones auditas referebant, dicentes in hunc modum: Quidam miles, vel quædam mulier venit ad me, hodie: & hoc, vel illud mihi confeſſi ſunt, qui quidem, quàmuis illorum nomina non exprimerent: per coniecturas tamen facile fuerat deprehendere. Quo in loco etiam reprehendit eos, qui dicunt: Ille confeſſus

[a] *2.2.q.33. art. 2. in corp. q.*
[b] *in ca. nouit, de iudi.*
[c] *in prin. de pœnit. diſt. 5 & c. ſi peccauerit, 2. q. 1. & c. præcepta, de conſecr. diſt. 1.*
[d] *in d. ca. ſacerdos. num. 3.*
[e] *arg. gloſ. c. 2 de pœnit. & remiſſ. lib. 6.*
[f] *in 4. ſent diſt. 21 qu. 3. in d. c. ſacerdos, n. 55*
[g] *in d. ca. ſacerdos. n. 57. & 59.*
[h] *in d. ca. ſacerdos, n. 58.*
[i] *in ſumm. de pœn. & remiſſ. §. in quo tenetur.*

confeſſus eſt admodum bene : Confeſſió illius non mihi ſatisfecit, vt diximus.[a]

10 Neque obſtat, quod Conc. Trid.[b] iuſſit, vt confeſſarij imponant pœnitentias publicas iis, qui publicè peccarunt, cum ſcandalo aliorum manifeſto, vt, quos ad malum inuitarunt, eoſdem ad bonum incitent: tum, quia noluit ſtatuere, vt cõfeſſarij hoc facerent eo modo, quo ſciatur eas ab illis fuiſſe impoſitas: tum, quia non loquitur de cõfeſſariis: tum, quia eſſet infringere indirectè ſigillum illud: tum, quia etiam erat ſancitũ antea,[c] vt peccatis publicis irrogaretur publica pœnitentia, ſed illud, vt probauimus,[d] intelligitur in foro mixto exteriori, in quo poſſet intelligi hoc dictũ Cõcilij: non in mero interiori, quod ſignificat dictum Concilium, tribuendo poteſtatem Epiſcopis, mutandi pœnitentiam publicam, cuius meminit, tum, quia non eſt recedendum ab antiquo iure, quãdo nouum ad id nos non compellit. Itaque, credo confeſſarium non debere palam facere indirectè, quod pœnitens ſibi confeſſus fuit aliquod peccatum publicum ſcandaloſum, imponẽdo ei pœnitentiam publicam, ſic vt credatur ab illo fuiſſe data: quamquã poſſit imponere, ita vt crederetur pœnitentem à ſe illud facere, ad ædificationem eorum, quos ſcandalizauit, poſſétque ei ſuadere, vt hoc ſignificaret illis, quos ſcandalizauit, dicendo, ſe id facere, quò ſciant ſe ex animo pœnitere, percuperéq;, ne quis eius exemplo peccet.

[a] *in d. c. ſacerdos de pœn. diſt. 6. n. 59.*
[b] *ſeſſ. 24. c. 8. de reform.*
[c] *in c. 1. de pœn. & remiſſ.*
[d] *in d c. ſacerdos n 87. & ſeq.*

Inſuper, contra hoc ſigillum etiam facit, qui de concubinariis, vel aliis publicis peccatoribus, aſſeuerat illos peccata illa publica fuiſſe ſibi confeſſos. Quàmuis enim non reuelet peccata: ſiquidem iam publica erant: ea tamen ratione viſus eſt reuelare, quia dicit illos talia peccata in cõfeſſione explicuiſſe, vt comprobauimus.[e] Is item reuelat confeſſionem, qui dicit: Ille confeſſus eſt mihi: ſed eum non abſolui: conſtát enim eum, qui huiuſmodi verba audierit, coniectura aſſequuturum, pœnitentem confeſſum eſſe peccatum mortale: quàmuis Caietanus, cuius argumentis,[f] reſpondimus, oppoſitũ teneat. Præterea, ſecundũ omnes, ille etiã infringit ſigillum, qui dicit: Ego illum nõ abſolui, quia non vult reſtituere, vel relinquere concubinam, aut alia peccata.

[e] *in d. c. ſacerdos num. 62.*
[f] *ibid. n. 64.*

11 At verò non frangit hoc ſigillum parochus, qui accerſitus ad ſacram Euchariſtiam miniſtrandam publicis vſurariis, vel aliis ſimilibus peccatoribus, quorum confeſſionem vel ipſe, vel alius audierat, cum illis ita ſe gerit, ac ſi nihil per confeſſionem accepiſſet, in hûncque modum loquitur: Hi quantum apparet, huc uſque peccato publico irretiti fuerunt, & ſunt, publico autem peccatori, quouſque etiam publicè conſtet, quòd deſiit eſſe talis, non eſt Euchariſtiæ ſacramentum publicè miniſtrandum. Nam iſtius modi verbis non reuelatur confeſſio, neque quidquam falsè dicitur, vti poſt Pal.[a] diximus.[b] At verò, ſi diceret: Ego non poſſũ, vel non potui illos abſoluere, quia publicam illorum pœnitentiam non video, tunc violat ſigillum: quod nos multis rationibus contra Caiet.[c] confirmauimus. Qui autem dicit: Audiui confeſſionem Petri, vel, Audiui peccata Petri, vel, Petrum à ſuis peccatis abſolui, non eſt ſigilli violator, tum, quia per hoc non aſſerit mortalia peccata generatim, vel ſpeciatim ſibi fuiſſe confeſſa, nec venialia in ſpecie, tum, quia in ſumma, nihil amplius dicit, quàm ſi dixiſſet: Cõfeſſus eſt mihi, & ipſum abſolui, quibus verbis nemo confeſſionem reuelare videtur, vt alibi,[d] diximus: niſi quãdo quis adeo clam eſt confeſſus, vt nolit alium ſcire ſe tali ſacerdoti fuiſſe confeſſum: quod quidem contingit, quãdo vxor fratris ipſius confeſſarij, maritum offendit, confitetur que alteri omnia ſua peccata, vt poſtea reliqua, præter illud vnum, mariti fratri vel conſanguineo confiteatur, qui quidem, ſi noſſet illam alteri fuiſſe confeſſam, mali quippiam ſuſpicaretur.

*[a] in 4. diſt. 9. q. 4. col. 2.*
*[b] in princ. ca. 1. n. 91. & 92. & in c. ſacerdos, n. 65. de pœnit. diſtin. 6.*
*[c] in princ d. ca. ſacerdos, n. 65.*
*[d] in d. ca. ſacerdos, n. 68.*

12 Neque verò rumpit ſigillum, qui dicit: Eo ad audiendam reconciliationem Petri, qui ſuis minutiſſimis peccatis (vt ſolet) caput mihi obtundit: nam hic ſolum in genere peccata venialia alterius manifeſtat. Non etiam eſt violator ſigilli, qui ſine expreſſione cauſæ, denegat alicui ſuffragium in electione prælati, eò quòd eius peccata per confeſſionem cognouerat. Neque, qui dicit: Tale peccatum mortale in confeſſione audiui: dummodo adeo circumſpectè & cautè hoc dixerit, vt nullo modo poſſit cognoſci perſona, quæ tale peccatum fuerat confeſſa,

ſecundùm Palud. communem opinionem,[a] & Adriã.[b] quamuis Panormit.[c] oppoſitum ſentiat, cuius argumenta ſatis apertè & ſufficienter, diſſoluimus, addentes,[e] ſatius eſſe, talia verba numquam proferre, niſi propter magnam proximi vtilitatem, & quòd viri grauiſsimi rarò ita loqui deberent, rariùs minùs graues, & rariſsimè leues: quoniam, hi faciliùs, quàm illi incidunt in ſuſpicionem criminis violati ſigilli confeſsionis.

13 Sacrilega porrò eſt illa parochorum quorundam conſuetudo, audiendi ſimul multos pueros in vnum cõgregatos, iam ratione vtentes citra vllam neceſsitatem: tum, quia pœnitentiæ ſacramento iniuriam irrogant: illo ad riſum & iocum abutentes.[f] Tum etiam, quia pueri poſtea ſuorum ſodalium confeſsiones aliis pueris manifeſtant, qua in re contra multa præcepta delinquitur, quæ alibi[g] recenſuimus.

14 At verò confeſſarius interrogatus, quid egerit circa pœnitentem, quem non abſoluit? reſpondere debet, ſe ſuo munere perfunctum: at ſi diceret, ſe non abſoluiſſe, ſigillum perfringeret: tunc enim probabilem ingerit ſuſpicionem, peccatum graue confeſſum eſſe pœnitentem, vel aliquam excommunicationem incurriſſe, aut nolle emendari: quantumuis Caietanus hoc defendere contendat.[h]

Cæterùm non violat ſigillum iſtud, confeſſarius, qui circa peccatum, quod audiuit in confeſsione, conſilio alterius indigens, eo modo poſtulat illud ſibi dari, vt ex eius verbis nulla ratione poſsit intelligi, quis fuerit auctor ſceleris.[i]

15 Confeſſarius autem qui vocatus in teſtem ante iudicem, exponit, quod in confeſsione acceperat, quia alio modo idipſum intellexerat, non dicitur ſigillum confeſsionis diſſoluere: dummodo, ita prudenter deponat, ac ſi nunquam quidpiam tale in confeſsione percepiſſet ſecundùm Sanctum Thomam,[k] ab omnibus receptum, vt alibi,[l] diximus. Nam ſi addat aliud ex his, quæ nouit in cõfeſsione, ſupra id quod antè cognouerat, ſiue rem ipſam, ſiue rei certitudinẽ augendo,

a *in 4. ſent. diſt. 21.*

b *in d. dubio* 10.

c *in ca. omnis. n. 8. de pœnit. & remiſſ.*

d *in d. ca. ſacerdos. n. 78.*

e *num.* 81.

f *f. argu. l. Mimæ,* C. *de epiſc. aud. &* § *fin.* Auth. *de ſanctiſ. epiſc. & gloſſ. ca. cum decorem, de vit. & ho. cler.*

g *in c. omnis, de pœnit. & remiſſ. & in* 4. *diſt.* 21. *vt diximus in d. c. ſacerdos, nu.* 11. 9.

h *vt in d. ca. ſacerdos, nu.* 93. *diximus.*

i *c. officij, de pœnit. & remiſſ. & diximus ſup eod. cap. illat.* 11.

k *in 4. ſent. diſt. 21. q. 3. art. 2.*

l *in d. ca. ſacerdos n. 61.*

fit ſigilli violator, ſecundùm mentem omnium Doctorum, quam Silueſt. expreſſit.[a]

Non etiam infringit ſigillum, qui de licentia pœnitentis, liberè & ſpontè, & ex iuſta cauſa ſibi conceſſa, confeſſionem detegit, ſecundùm S.Tho.[b] & multos alios, quorum opinionem multis textibus, & rationibus, nouam aliam rationem antiquæ definitioni reddentes, comprobauimus.[c]

16 Perperam verò facit confeſſarius, licèt non dicatur confeſſionis reuelator, ita loquendo: in tali loco (expreſſo nomine loci vbi audit confeſſiones) grauia crimina perpetrantur. Nam ſimplices ſcandalizantur, exiſtimantes his, & aliis ſimilibus verbis, confeſſiones reuelari, & ſubinde ſpeciem mali præ ſe ferunt: ideoque ab illis abſtinere debemus, vt diximus alibi,[d] iuxta illud Apoſt.[e] *Ab omni ſpecie mali abſtinete vos.*

17 Neque verò prudentis confeſſarij eſt, iniungere pœnitenti multa ieiunia, & graues alias pœnitentias, quas teneatur ſtatim à confeſſione, vel paulò poſt eam implere, cùm pœnitentiæ fuerint huiuſmodi, vt commodè & ſecretò fieri non poſſint, quin aliquibus innoteſcant, qui ſubinde ſuſpicentur propter grauia crimina illas fuiſſe iniunctas à confeſſario, vt[f] diximus, quàmuis aliqui contendant, propter grauia peccata, graues quoque imponi poſſe pœnitentias, dummodo, inde nulla ſpecialis ſuſpicio ſuboriri poſſit propter iſta, vel alia crimina confeſſa, fuiſſe impoſitas. Cæterũ, quia confeſſarius nullo modo, in genere vel ſpecie poteſt reuelare peccata mortalia ſibi eſſe confeſſa, id non eſſe ſecurum arbitramur, niſi conſenſus pœnitentis iuſta de cauſa datus, accedat.

Non violat autem ſigillum confeſſarius, qui ex Petri confeſſione, intelligens Ioannem illi criminis ſocium fuiſſe Ioannem poſtea de illo crimine interrogat: dummodo non exprimat, quòd rem à Petro acceperit, ſecundùm Angelum,[g] imò, nec in particulari interrogando ſigillum aperit, quando Ioannes veriſimiliter ſuſpicari non poteſt, illud expreſſiſſe Petrum in ſua confeſſione: quia, nimirum, peccatum eiuſmodi erat, vt circa illud confeſſarij ſoleant interrogare.

[a] verb. confeſſio 3.q.5.

[b] in 4. ſent. diſt. 21.q 4.art.2.

[c] in d. c. ſacerdos nu.151.& ſeq.

[d] in ca. ſacerdos, nu.54.

[e] 1.Theſſa.5. relatum in c. cùm ab omni de vit. & hon. cler.

[f] in d.c. ſacerdos num.103.

[g] verb. confeſſio 3.q.16.

Caueat tamen, ne tunc quidquam de Petro ſciſcitetur iuxta Silueſt.[a]

18. At qui reuelat ſecretum patefactum ſibi ſub ſigillo confeſſionis, vt vulgò fit, non præuia ſacramentali peccatorum ſuorum confeſſione, non violat ſigillum confeſſionis, ſecundum Innocent. Panormit. & communem,[b] quos retulimus alibi,[c] etiam ſi genu flexo, & præuio ſigno crucis fronti impreſſo, reuelauerit, vt diximus alibi.[d]

19. Ad illud verò dubium, quid facturus ſit confeſſarius mulieris ductus in deſertum à marito eius nobili, vel tyranno, interrogante, an ſua vxor confeſſa fuerit ei, ſe adulteratam eſſe, minitando ei mortem, ni fateatur veritatem? reſpondeo, poſſe abſolutè dicerè, & (ſi opus eſt) iurare, eam ſibi non eſſe confeſſam vllum adulterium, concipiendo mente, hæc vel ſimilia, *ſic vt reuelare tenear.*

a *d.q.16.*

b *in ca. omnis de pæn. & remiſſ.*

c *in d. ca. ſacerdos, num.39.*

d *in repet. ca. inter verba. 11. q. 3.*

# Quibus caſibus confeſſio debeat iterari.

## CAPVT IX.

### Summæ.

1 *Peccatum rectè confeſſum ſemel, non eſt neceſſe iterum confiteri.*

2 *Abſolutio etiam iniuſta, valet, niſi deſit defectus ſubſtantialis.*

3 *Sacramenta collata excommunicato, regulariter valent.*

4 *Abſolutio à peccatis etiam iniuſtè excommunicati, communiter valet. num.5.*

6 *Abſolutio carentis iuriſdictione, non valet. n.7.*

8 *Confeßio facta excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto, quæ valet. num 9. & 10.*

11 *Confeßio facta parocho carenti omni titulo, inualida.*

12 *Confeßio facta neſcienti, aut nolenti abſoluere, nulla.*

13 *Confeßio ſine propoſito vitandi futura, vel nõ integra, nulla.*

14 *Confeßio omittentis aliquid confiteri iuſta de cauſa, valet. num.15.*

16 *Confeßio ſine debita cura reminiſcendi, quæ non valet.*

17 *Confeßio non iteranda ob pœnitentiam non impletam, neque &c. num. 18.*

19 *Cõfitens ei, cui male cõfeſſus eſt, nõ tenetur cõfeſſa recõfiteri.*

1 Concluſio ab omnibus Catholicis *a* recepta eſt, peccatum ſemel ritè ac legitimè cõfeſſum, non eſſe neceſſariò iterum confitendum, attenta ſola lege diuina & canonica. Imò, neque lex vlla humana ſanciri poteſt, quæ ad id faciendum obliget, abſque pœnitentis conſenſu, iuxta veriorem ſententiam S. Tho. *b* & aliorum compluriũ, putà Gerſonis *c* Palud.[d] & Iacob. Almaini, [e] & Dionyſ. quem Ioan. Maior & Iacob. ſequuntur, & Adria.[f] quos [g] ſequuti fuimus.

2 Sicut autem aliæ iudicum ſententiæ cõmuniter valẽt, etiamſi ſint iniuſtæ: *h* niſi quando defectus eſt ſubſtantialis [i] ita eadem omnino ratione, abſolutio ſacerdotis, regulariter valet, etiamſi fuerit iniuſta, quando ei nihil ex ſubſtãtialibus deeſt, ſecũdũ mentẽ omnium [k]

3 Quàmuis peccatum ſit excommunicato miniſtrare ſacramẽta, ſi tamẽ illi cõferantur, vera ſunt & valida, vt alibi[l] affirmauimus: ſiquidẽ profeſſio facta ab excõmunicato, valet [m] Matrimoniũ itẽ ab illo cõtractũ[n] Sacramẽta itẽ Euchariſtiæ, Cõfirmationis, & Ordinis ab eo adminiſtrata, vel ſuſcepta valẽt, ꝓpter ratiões[o] aductas.

4. Ex quibus ſequitur, primò, abſolutionem à peccatis quæ confertur, maiore aut minore excommunicatione ligato, communiter valere (excommunicatio enim non inducit defectum ſubſtantialem abſolutionis à peccatis, quãuis excõmunicatus dans & accipiens eam ſcienter, ſacrilegium committat [p]) & conſequẽter illum ad iterandam confeſſionem non teneri.[q] Maximè verò prædicta abſolutio valet, quando excommu-

*a in 4. diſt. 17.*
*b Quodl. 1. art. 12.*
*c lect. 2. ſuper Marc.*
*d 4. ſent. diſt. 17. q. 5.*
*e ibi.*
*f in 4. de ſacra. confeſſ. q. 5.*
*g in c. fratres, n. 30. de pœn. diſt. 5. &c. fin. n. 112. & ſeq. de pœn. diſt. 6.*
*h c. 11. q. 3. c. cum inter. de re iudic.*
*i c. 1. eod. & l. 1. & toto tit. C. quando prou. nõ eſt nec.*
*k id d. 4. ſent. diſt. 17. arg. l. illud, ff. ad l. Aquil. &c. 2. de tranſl. præl.*
*l in c. 1. §. cautus, n. 25. & ſeq. de pœ. diſt. 5.*
*m c. cum illorũ, de ſent. excom.*
*n c. ſignificaſti, de eo qui dux. in matrim.*
*o vbi ſup.*

[p] *argum. c. ſi celebrat, de Cler. ex. mi. &c. ſacris, de his quæ vi, &c. vt in c. fratres, num. 40. de pœn. diſt. 5. contra Angelũ ver. confeßio, 1. §. 4. & ver. confeßio 5. §. 10. probauimus, qui incautè pro ſe allegat Richar. in 4. ſent. diſt. 28. art 9. q. 4. quem conſtat nobis ſuffragari.*

[q] *vt in d. c. fratres, n. 45. probauimus, poſt Caiet. ver. abſolutionis impedimẽta, & verb. confeßionis iteratio, & Caie. to. 1. opuſc. 5. q. 2. facit c. Apoſtolicæ de cle. excomi. & quæ ait Card. conſ. 40. & Fel. in c. ſicut tuis, col. 1. de ſimo.*

nicatus neſciebat, vel non aduertebat, ſe eſſe excõmunicatum, ſiue ignorantia, aut inconſideratio fuerit iuſta ſiue ſecus: dummodo, cùm abſoluebatur, neque crederet, neque aduerteret, ſe peccare, recipiẽdo abſolutionem: vt cùm quis eſt excommunicatus, & neſciens vel non aduertens, ſe excommunicatum, bona fide peccata ſua confitetur, petitque abſolutionem, vt ſolent plærique facere, qui ignorant ſe propter percuſsionem clerici in minoribus conſtituti, vel primâ tonſurâ initiatj, excommunicationem incurrere: aut etiam ignorãt, vel non aduertunt ſententiam excommunicationis generalem, eſſe promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud ſurripuerint: hi etenim, quàmuis teneantur impetrare abſolutionem ab excommunicatione, non tamen iterare confeſſionem.

Et quidem, ſi excommunicatio eſſet iniuſta, multò potiori iure valeret abſolutio. Quemadmodum enim qui excõmunicatur excommunicatione inualida, ſiue nulla, poteſt iuſtè abſolui, ſecundum omnes,[a] ſic etiam excommunicatus excommunicatione, valida quidem ſed iniuſta in foro conſcientiæ, poteſt à ſuis peccatis abſolui. Quoniam in illo foro, non eſt excommunicatus, vt ſentit Richar,[b] & Adrian.[c] expreſſit, & ex Felino, & aliis ab eodem[d] colligitur. Non obſtat, quod Silueſt.[e] ſequutus Palud. aduerſæ fuerit opinionis, putà, abſolutionem impenſam excommunicato, non valere: quia alibi[f] admonui tenendum eſſe circa hoc in multis contra Palud.[g] per multas rationes efficaces Caietani:[h] quem contra Palud.[i] cito & ſequor. Et ſi quòd Manuale alicuius epiſcopatus, generaliter habet, confeſſionem excommunicati maiori excõmunicatione iterãdam eſſe, limitandum eſt ad caſus ibi expreſſos & infra inſinuatos. Neque etiam obſtat, collationem beneficij excommunicato factam, inualidam eſſe,[k] nam ius humanum circa ea quæ ſunt iuris humani, ſancire potuit: quòd nõ fecit, nec potuit facere circa ſubſtantialia ſacramentorũ, quæ ſunt iuris diuini, ab ipſo Ieſu Chriſto inſtituta, vt clarè determinauit Conc. Trid.[l]

5 Sequitur inſuper, inanẽ eſſe abſolutionẽ indultã excõmunicato, qui nõ ſolũ intelligit ſe eſſe excõmunicatũ: ſed etiam nouit eſſe lethalem culpam recipere, vel pro-

a *arg. c. ſolet, de ſent. excom. lib. 6. & per multa à nobis citata in prælect. c. cum contingat, de reſcript.*

b *in 4. ſent. diſt. 18. art. 3. q. 4.*

c *in 4. de conf. q. 4. col. 10.*

d *in c. fin. de teſtib. cog.*

e *verb. confeſſio, 1. q. 5.*

f *in c. fratres, de pæn. diſt. 5 nu. 50.*

g *ibi relatum.*

h *in d. c. fratres n. 50.*

i *ibi.*

k *c. poſtulaſtis, de cler. ex. min.*

l *ſeſſ. 7. can. 1.*

curare ſibi impendi, abſolutionem à peccatis antequam ab excommunicatione abſoluatur.

Quoniã huiuſmodi defectus eſt ſubſtãtialis, non quia abſolutio excommunicato impenditur ſcienti ſe talem eſſe: ſed potius, quia integram confeſſionem non facit: ſiquidem non confitetur peccatum, quod perpetrat, petendo ſibi abſolutioné conferri, cùm ſciat ſe peccare petendo & accipiendo eam, ſacerdotem verò, impendendo. Et quàmuis integra fuiſſet cõfeſſio: putà, ſi ipſe confiteretur peccatum, quod in expetenda abſolutione committit, adhuc tamen nihil valeret, quia deficit contritio, vel attritio debita, quæ confeſſionem comitari debuiſſet, vt conſtat ex ſupradictis.[a]

Confeſſarij autem non habentis iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam abſolutio, nulla eſt, debétque iterari. Quoniã defectus poteſtatis eſt eſſentialis, non ſolùm quoad hoc, ſed etiam quoad alia omnia, ſecundum omnes.[b] Nec ſufficit ratificatio, facta à proprio ordinario confeſſario, quàmuis pœnitens hac fiducia fretus, confiteretur, quòd ipſe id gratum & ratum habiturus eſſet. Quoniam, nulla ratificatio efficere poteſt, vt ſit ſacramentum, quod ab initio non fuit tale, ſecundùm Palud.[c]

Nec aduerſatur, ſententiæ Oſtien.[d] dicentis ſufficere ratificationem: non enim dicere intendit confeſſionem extraneo confeſſario factam, cum ſpe futuræ ratificationis à proprio faciendæ, per eam fieri validam: ſed quòd confeſſio facta extraneo, credenti probabiliter, quòd id eſt nunc gratum proprio, valet, vt rectè docuit Silueſt.[e] Cuius rei exemplum: vt alibi[f] diximus, inuenitur in parochianis duorum parochorum tam arcta ſibi familiaritate & amicitia iunctorum, vt vtriq; eorum indifferens ſit, ſiue ſibi, ſiue alteri confiteantur. Nam eo caſu confeſſio & abſolutio impenſæ parochianis vnius, qui alteri parocho confitetur, citra aliam licentiam, validæ reputantur, non quidem vt ratificationis futuræ, ſed cuiúſdam præſentis ratificationis, & licentiæ tacitæ.

7 Sicut verò abſolutio confeſſarij poteſtate carentis ad abſoluendum pœnitentem, nihil valet: ita quoque abſolutio illius, qui eam habet vt abſoluat ab aliqui-

a *c. 1. n. 37. & ſeq.*

b *in 4. ſent. diſt. 17. & dictum fuit ſup. & c. 4. facit l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. & c. 2. de conſtit. lib. 6. & exprimitur in Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. & 7.*

c *in 4. ſent. diſt. 17. q. 3.*

d *in ſum. de pœn. & rem. §. cui cõfitendum, n. 14. verſ. 8.*

e *verb. confeſſor, 1. § 6. verſ. octauo ſi ſacerdos.*

f *in c. placuit, de pœn. diſt. 6. num. 105.*

bus peccatis, & non ab aliis, eò quòd alia ſunt reſeruata, alia verò non, vel ob aliam rationem, valet quoad illa, quoad quę non eſt defectus poteſtatis, qui eſt ſubſtantialis, quoad alia verò minimè. Quod cùm pœnitenti innotuerit, non tenebitur omnia peccata iterum confiteri: ſed ſolùm illa, à quibus eum confeſſarius nequiuit abſoluere, ſecundùm omnes. [a]

8 Præterea, confeſsio eius, qui confitetur excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto, publicéque denunciato, & declarato, nihil valet, éſtque iteranda. Quoniam eiuſmodi excommunicatus, non habet poteſtatem ſufficientem ſententiam validam proferendi, [b] quod etiam producendum eſt ad illum, qui ita publicè manus violentas in clericum iniecit, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, etiamſi denunciatus non fuerit, vt patet ex fine extrauag. Ad euitanda ſcandala, Martini quinti, cuius quidem verum tenorem tranſcribimus infra [c] decerptum ex ſtatutis Eccleſiæ Gallicanæ, quem ſanctus Anton. [d] & Felin. [e] & aliquot alij non fuerunt aſſequuti: quæque innouata fuit per Concil. Lateran. ſub Leone decimo, vt infra dicetur.

Quàmuis maius dubium ſit de illo, qui eſt notoriè ſuſpenſus, interdictus, vel excommunicatus, ob aliam cauſam, quàm notoriã clerici percuſſionem: ſed idem omnino iudicandum eſſe de illo, quod de notoriè excommunicato propter clerici percuſſionẽ, alibi [f] multis fundamentis, & contrariorum argumentorum aptis ſolutionibus, aſſeruimus: quàmuis contrarium paſſim ſeruari audiamus in Germania, Gallia, & aliquot aliis regnis, vbi Catholici non vitant eos, qui notoriè ſunt hæretici: ac conſequenter excommunicati, [g] & per bullam Cœnæ Domini, quæ quotannis in vrbe publicatur, conſuetudo autem dicitur optima legum interpres. [h]

Quæ conſuetudo, quoniam nota eſt, & toleratur à ſummis Pontificibus, qui eam nequeunt de facto extirpare, ſatis poteſt dici excuſare Catholicos ea vtẽtes, quod etiã tangitur infra [i] & poſt illa alibi [k] latiùs reſoluimus compluribus argumẽtis & rationibus, quod hæretico notorio, ſi non eſt denunciatus excõmunicatus,

[a] *in 4. ſent. diſt. 17.*
[b] *c. ad probandum, de re iud. & c. veritatis de dol. & contum.*
[c] *c. 27. n. 35. & priùs in c. 1. § laboret, n. 10.*
[d] *2. p. tit. 9. c. 10. § 1. verſ. ſextũ.*
[e] *in c. Rodolphus, de reſcrip.*
[f] *in d. § laboret à n. 14.*
[g] *c. excommunicatus, de hæret.*
[h] *c. cùm dilectus de conſuet. & l. minimè ff. de ll.*
[i] *c. 27. n 35.*
[k] *in Enchir. de orat. c. 22. Miſcell. 2. n. 5.*

licitè communicatur, & ita recedimus à parificatione denunciati, & notoriè excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti, quam hic antea fecimus, per illa multa, quibus idem fecimus alibi.[a]

9 Valida nihilominus eſt confeſſio, & abſolutio, pœnitenti impenſa, qui ignorans confeſſus eſt ſacerdoti, vinculo excommunicationis, interdicti, vel ſuſpenſionis irretito: qui quidem non eſt publicè denuntiatus: ſed ſolùm excommunicatus, vel ſuſpenſus per ſententiam à iure, ab homine, vel ſtatuto latam.[b] Quoniam, cenſuræ occultæ in præterito tempore, & aliæ in præſenti, niſi fuerint in propatulo denunciatæ, non impediunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur.[c]

10. Eſt tamen dubium, an id producendum ſit ad confeſſionem factam excommunicato, qui, quàmuis non ſit notoriè talis, neque denuntiatus vt talis, hoc tamen ipſe pœnitens non ignorat. Et quàmuis aliqui partem negatiuam amplectantur, Calderinus enim [d] receptus per Panormitan. & communem, [e] & alios quos [f] Fel. refert, aſſerit omnes actus ab excommunicato, etiam occulto, ratione publici officij exercitos in fauorem illius, qui eiuſdem excommunicati operam expoſcit, eſſe irritos, & nullius effectus: verùm tamen oppoſita tenenda eſt ſententia. Quoniam, licèt opinio Calderini eius ætate ante dictam extrauagan. Martini Quinti, tanquam vera meritò defenderetur, erat enim talis, poſt tamen, ampliùs non eſt tenenda, vt alibi,[g] diximus, antequam legeremus Fel. [h] qui & ſi ſubdubitãs teneat illam definitionem non habere locum poſt illius extrauagantis editionem: quoniam fundabatur in eo, quòd qui ſcit aliquem miniſtrum publicum eſſe excommunicatum, peccat participando cum eo: poſt illam verò extrauagantem non peccat, niſi denunciatus ſit, vel notoriè excommunicatus, quàmuis excommunicatio ſit ſpecialis, vt poſt Coſmam [i] defendimus.[k] Verumtamen eſt, quòd ſi confitẽs peccaret mortaliter inducendo hunc confeſſarium excommunicatum ad audiendam ſuam confeſſionem, ſciens illum tali vinculo irretitum, ſéque non poſſe illi confiteri abſque reatu lethalis culpæ, idque aduertẽs tale peccatum nõ

[a] in d. §. laboret.

[b] vt patet ex d. Martini 5. extrauag.

[c] c. ad probandum, de re iud. vbi Pan. & Fel. cum communi ſic reſoluunt. facit l. Barbatius, ff. de off. præt. & c. 1. 3. q. 7. §. verũ.

[d] in d. c. ad probandũ de re iud.

[e] ibid.

[f] ibi col. pen.

[g] in c. dilectus, 2. de præb.

[h] in d. c. ad probandum.

[i] in gloſſ. ſtatutorum eccle. Gallic. tit. de excom. non vit. verb. generaliter.

[k] in §. laboret. nu. 25. de pœnit. diſt. 6.

cõfiteretur, huiuſmodi cõfeſſio & abſolutio nullius eſſent momenti: non quòd confeſſio fieret excommunicato, vel quia abſolutio impenderetur à tali: ſed quia confeſſio non eſſet integra: quippe quòd in ea non exprimeretur peccatum in confitendo ei, & ab eo ſacramentalem abſolutionem accipiendo, admiſſum. Vnde infertur, idem omnino dicendum de illo, qui confitetur ſacerdoti mortali peccato irretito, etiam non excommunicato, quando ob id, quod, illum ad ſe audiẽdum & abſoluendum inducit, peccat mortaliter, & aduertens ſe in hoc peccare, eiuſmodi tamen peccatum non confitetur. Huiuſmodi autem inductio ſiue perſuaſio, tunc eſt peccatum mortale, quando abſque vlla neceſſitate, vel debito quo alius teneretur, illum induxit ad faciendum ſacrum, vel miniſtrandum aliquod ſacramentum, quem ſcit mortali crimine infectum. Quia non ſolùm qui faciũt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, &c.[a]

11 Confeſſio porrò facta parocho, qui nullum titulum bonum, aut malum habuit à ſuperiori, & abſolutio ab eodem impenſa, nil valent: ſuntque iterandæ, ſecũdùm Panor.[b] Sum Roſellam,[c] Syluest.[d] & Caietan.[e] propter poteſtatis defectum, qui eſt eſſentialis. Non diximus, fruſtra, *Titulum bonum, aut malum*, quoniam abſolutio data ab eo, qui titulum habet, licèt malum, à ſuperiori, & virtute eius poſſeſſionem accepit, nõ eſt irrita ſecundùm Innoc.[f] quem Panor. & communis[g] ſequuntur. Idémque producendum eſt abſolutionem datam ab eo, qui aliqua de cauſa bonum titulum, quẽ adeptus erat, amiſit: dummodo, amiſſio illa non eſſet notoria. Cui quidem caſui, quadrare poteſt quoddam dictum Gregorij noni, cum ſua gloſſ.[h] ſecundùm Panorm.[i] Imò & bona fide confitens ei, qui nullum planè titulum adeptus fuit, vel illi, qui notoriè amiſit eũ, quandiu in ſua bona fide perſeuerat, ſaluabitur. Si tamen poſtea eam amiſerit, confeſſio iteranda erit, ſecũdùm Panorm.[k] & ſupradictos.

12 Accedit, quòd confeſſio facta ſacerdoti, qui vel ignorauit, vel noluit vti circa abſolutionem forma ei ſubſtantiali ad id neceſſaria, nihil prorſus valet: quoniã habet defectum eſſentialem,[l] quàmuis crediderim,

a *Rom. 1. & c. notum. 2. q. 1.*

b *c. nihil, de elect. col. 6. & c. dudũ 2. eod. tit.*

c *verb. confeſſor. 1. §. 41.*

d *eod q. 19. verſ. ex his concluditur.*

e *verb. abſolutionis impedimẽta, verſ. & propterea, & verb. Confeſſionis iteratio, verſ. memento tamen.*

f *in d. c. dudum 2. arg. c. nonne 8 q. 4.*

g *ibid. col 7.*

h *in d. c. dudum, adiuncta gloſſ. verb. deceptæ.*

i *ibid. col. 7.*

k *in d. c. nihil. Et d. c. dudum, 2.*

l *arg. c. de homine, de celeb. miſ*

rarò aut nunqam hac ſola de cauſa confeſſionem inanem reddi. Quoniam ferè omnes nouerunt formam ſubſtantialem abſoluendi, de qua cum ſuis antecedentibus & conſequentibus, poſtea ſummatim infra [a] agemus, & alibi, [b] expreſſimus copioſiùs, & communiter loquendo, nemini deeſt intentio, & animus abſoluendi. Quibus adnoto, duobus modis poſſe prudentem confeſſarium dignoſcere, quando pœnitentis cõfeſſio ob id quòd imperito confeſſario facta fuerit, debeat iterari: videlicet, quando ipſum, ipſiúſque omnimodam ignorantiam nouit, & ex diſcurſu confeſſionis ſibi factæ, id colligit, eo quòd in rebus grauibus, quas minimè ignorare debuiſſet, nullum remorſum conſcientiæ, aut ſcrupulum ingeſſit ipſi pœnitenti. Veluti, ſi ſimplicem fornicationem, vel omiſſionem ſacræ communionis in Paſchate, aut ſemel in anno, eſſe peccata mortalia, diiudicare non nouit, per ſupra commemorata. [c]

[a] *c.26.*
[b] *in princ. c.1. de pœnit. diſt. 6. à n.7. & ſeq.*
[c] *c.5. n.2.*

13 Cæterùm (vt attingamus defectus, qui ex parte contritionis contingunt) deducitur, quòd confeſſio ſine propoſito vitandi peccata mortalia in poſterum, quàmuis ſecum gerat tale quale deſiderium vitandi, nihil valet, éſtque iteranda: qualis eſt confeſſio illius, quem pœnitet alienum vſurpaſſe, nec habet reſtituendi animum: qualis item confeſſio eius, qui dolet ſe fornicatum fuiſſe, nec ſtatuit abdicare concubinam. Nam pœnitens, qui non confitetur propoſitum non vitandi illud, quo mortaliter offendit, non integrè confitetur: etſi illud ſimul cum aliis peccatis confiteatur, ſe ipſum inhabilem & incapacem abſolutionis reddit. [d] At verò, & ſi de peccatis præteritis dolet, proponítque futura vitare, quàmuis non adeo doleat, neque ita perfectè illa vitare proponat, vt perueniat ad ſufficiẽtem contritionem, neque ad eam attritionem, quæ adiuncta ſacramento, in contritionem tranſeat, non tamen tenebitur iterare confeſſionem, vt alibi [e] probauimus. Nam alioqui nemo ſciret ſe rectè fuiſſe confeſſum, ſiquidem, nulli conſtare poteſt, an ſit in ſtatu gratiæ, iuxta illud. [f] *Nemo ſcit, an odio vel amore dignus ſit.* [g] Et ex conſequenti, nemo ſcit, an fuerit contritus: nam ſi hoc ſcire poſſet, poſſet etiam illud, [h] & quia cõfeſſio iterari non debet

[d] *arg. c. peccati venia de reg. iur. lib.6. c. legatur, 24. q.2. & c. illud. 95. diſt. & c. per Eſaiam, 1. q.1.*
[e] *in d. c. fratres, n.33.*
[f] *Eccleſ.9.*
[g] *c. fin. de purg. can.*
[h] *arg. c. dixi, & c. magne, de pœnit. diſt.1.*

eo ſolo, quod ſit informis, qualis eſt illa per quam gratia & charitas non obtinentur, ſecundùm S. Thom.[a] & latè tradit alter Thom.[b] quàmuis Gratianus,[c] cum ſuo magno interprete,[d] & aliis auctoribus, oppoſitam ſententiam tueatur. Sed quod prædiximus, haud dubiè tenendum eſt, vt alibi[e] tradidimus.

[a] *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 4.*
[b] *q. 5. in materia Confeſſ.*
[c] *in c. fin. de pœnit. diſt. 3.*
[d] *in gloſ. fin. eiuſ. c. fin.*
[e] *in d. c. fratres, n. 30.*

14 Atqui, quoad effectum ex parte confeſſionis, nihil valet confeſſio, quæ non eſt integra, eò quòd pœnitens prudens & ſciens præ pudore, aut hypocriſi, vel alia inſufficiente cauſa, omiſerit confiteri peccatum mortale: vel quod probabiliter dubitabat, an eſſet tale: ſeu aliquam circunſtantiam neceſſariò confitendam: aut etiam eò quòd data opera & ſtudioſè confeſſus eſt lethalem culpam alicui ſacerdoti, à quo non bene intelligebatur, vel confeſſio non fuit aperta & clara, ob verba obſcura, vel quia confeſſarius dormitabat aut ſurdaſter erat, vel quia confeſſionem diuiſit, dum vni ſacerdoti partem vnam peccatorum ſuorum, alteri verò alteram confitetur: cùm omnia peccata, ſiue cordis, ſiue linguæ, ſiue operis, ſiue occulta, ſiue manifeſta, vni eidémque ſacerdoti dicenda & confitenda ſint: quàmuis non poſſit ab omnibus abſoluere: & propterea neceſſarium ſit ad ſuperiorem recurrere, ſecundùm ſanctum Thomam[f] quem Scotus & communis ſequitur.

[f] *in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 4. & eſt textus expreſſus, in c. omnis de pœni. & remiſſ. & in c. 1. §. cautus, de pœniten. diſt. 5. in Conc. Flor. in decret. Eugen. §. quartum.*

15 Non tenetur autem pœnitens iterare confeſſionem, qua aliquid ex his omiſerit confiteri propter cauſam iuſtam, qualis eſt, veriſimiliter credere, quòd confeſſio peccati, ipſum confeſſarium ad peccandum alliceret, vel induceret in notitiam alicuius peccati & peccantis, quorum notitiam ipſe habuit per cõfeſſionem, propter illa, quæ ſupra[g] diximus. Neque etiam tenebitur confeſſionem iterare, ſi omiſerit aliquid confiteri, neſciens illud eſſe lethale. Nam quâmuis ignorantia legis diuinæ, aliquando non excuſet à peccato, excuſat tamen, ne peccet, id non confitendo, ſicut poſt Ioan. Gerſonem, Adrianum, & Sylueſt. definiuimus: alibi,[h] nouam huius rei rationem afferentes. Et conſequenter pueri vel puellæ, qui grandiores facti, nouè agnoſcunt eſſe peccatum mortale, quod aliàs omiſerunt confiteri, ignorantes illud eſſe tale, non tenentur iterare con-

[g] *c. 8. n. 6.*
[h] *in c. fratres, de pœnit. diſt. 4. n. 82.*

feſſionem eorum, quæ confeſſi fuerunt, Sylueſt. aſſertore.[a]

16 At verò qui cõfeſſus eſt nõ adhibita debita diligẽtia, qua peccata cõmiſſa in memoriam reuocaret, ob idque aliquod peccatum omiſit, debet confeſſionem iterare: quoniam, patitur defectum eſſentialem ex parte confeſſionis, ſiquidem, culpa ſua non extitit integra. Quanta autem debeat eſſe huiuſmodi diligentia, alibi[b] radicitus pertractauimus, vbi in ſumma diximus, tantam debere eſſe ac ſufficere, quanta viro prudenti & æquo rerum æſtimatori, videbitur neceſſaria hominibus eiuſdem qualitatis & conditionis, cuius eſt pœnitens ille, attenta ſaltem prompta ipſius voluntate, qua cupit interrogari à confeſſario, & de interrogatis reſpondere, quæ[c] magnam partem diligentiæ requiſitæ, ſupplet. Confeſſarius autem, defectum notabilem circa hanc debitam diligentiam agnoſcens in pœnitẽte, debet illi imperare, vt eam adhibeat, & poſtea redeat: niſi articulus mortis, belli, ſcandali, vel alia ſimilis cauſa perſuaſerit contrarium, aſſertore Adrian.[d]

17 Atqui, confeſſio qnoad defectum ex parte ſatisfactionis, non eſt neceſſariò iteranda, quòd pœnitens pœnitentiam ſibi iniunctam adimpleuerit extra ſtatum gratiæ: imò, neque quòd eam nullatenus impleuerit, ſiue in bono, ſiue malo ſtatu: ſiue id per obliuionem, ſiue per negligentiam, vel contemptum contigerit, vt alibi[e] abſque ſcrupulo aſſeuerauim9 poſt S. Th. Aqui. qui hoc ſentit:[f] qua de re nihil dubitat Caiet.[g] neque Ioan Maior[h] neque etiam Palud[i] oppoſitum aſſerit, ſi ſatis eius verba expandantur: quãuis aliquam errandi anſam beato Antonino præbuerit, qui Angelum & Sylueſt. in errorẽ induxit. Cùmque id ſępe conſuluiſſemus, & affirmaremus nunquam Paludanum id tenuiſſe, mirifica iucunditate perfuſi fuimus, quòd poſtea animaduerterimus Adrianum[k] in noſtram quoque concluſionem & Paludani ſententiam tranſiſſe. Quę quidem ſententia proculdubio tenenda eſt, quidquid aliquot Confeſſionalia tradant, niſi quando pœnitenti ante abſolutionem iniungitur pœnitentia: & cùm imponitur ſibi, contemnit, aut iuſtam curam

*a verb. confeſſio. 1. q. 3. verſ. qui ex neſcientia.*

*b in d. c. fratres n. 66. & ſeq.*

*c vt ibi n. 80. diximus.*

*d in 4. de ſacrã. confeſſ.*

*e In c. contrariis n. 20. & ſeq. de pœn diſt. 5.*

*f quod l. 1. art. 12*

*g in ſum. verb, confeſſionis iteratio, verſ. ex ſatisfactionis autẽ.*

*h in 4. ſent. diſt. 17. q. 6.*

*i in. eod. 4. diſt. 17. q. 5.*

*k in 4. de confeſ. col. pen. in fin.*

non adhibet, quò poſtea iniunctæ pœnitentiæ recordetur, vt eam poſſit adimplere, quod optimè tetigit Caietan.[a] Tunc enim nihil valeret, etiamſi poſtea eam iniunctam exequeretur, non quia illam non adimplet: ſed quia quando illa iniungebatur, peccauit, ſéque de illo peccato non acuſauit: atque ideo non fuit integra confeſſio.

[a] *vbi ſup.*

18 Cæterùm, confeſſio eius, qui credit ſe non pollere tanta virtute, qua de cætero à peccatis abſtineat, valida eſt, etiamſi credat ſe ante mortem peccaturum mortaliter: quoniam hic defectus non eſt eſſentialis, neque accidentarius, vt ſupra[b] poſt Innoc.[c] communiter receptum, affirmauimus. Non valeret tamen confeſſio illius, qui crederet ſe non poſſe à Deo ſufficiens auxilium ad non peccandum mortaliter, impetrare. Siquidem, hic non ſolum non doleret de omnibus peccatis præteritis. verùm etiam, peccatum infidelitatis committeret, non credens Deum cuicunque facienti quod in ſe eſt, gratiam impartiri, vt dixit Adrianus.[d]

[b] *in c.1.n.9.*
[c] *in c. omnis, de pœn. & remiſſ.*

19. Cùm verò, pœnitens vt iteret confeſſionem, adit eundem ſacerdotem, qui meminit peccatorum, vel ſaltem pœnitentiæ, quam iniunxerat, non tenetur iterum confiteri in particulari peccata ſemel confeſſa: at ſat erit illi dicere in genere, in hũc modum: De omnibus peccatis, quæ tibi pater aliàs fui confeſſus, profiteor penes Deum & te, &c. meam culpam, &c. deinde declarare peccatum, quod ſcienter omiſit, expreſſa ſimulatione, fictione, & mala intentione, qua id fecit. Si verò eidem ſacerdoti non confitetur, vel confeſſarius neque peccatorum, neque pœnitentiæ, quam ratione eorum iniunxerat, recordatur, debet tunc temporis pœnitens repetere confeſſionem, perinde ac ſi antea non fuiſſet confeſſus, iuxta opinionem communem S. Antonini,[e] & Syluest.[f] qui alios citant.

[d] *in 4. de ſacra, confeſſ. q. 4. col. pen.*

Diximus (*Neque recordatur pœnitentiæ*) nam ſi illius meminiſſet, ſatis eſſet, imò etiam (meo iudicio) ſi recordaretur ſtatus pœnitentis ſaltem in confuſo, quo caſu opinio Medinę[g] obſeruari poſſet, qui quidẽ aliorũ veſtigiis inſiſtẽs, abſolutè tenet, prędictam memoriam neceſſariam non eſſe. At verò, quotieſcumque ni

[e] *3. part. tit. 14. c. 19. § 4.*
[f] *verb. confeßio, q. 3. verſ. ſi tamẽ confiteretur.*
[g] *in C. de Confeſſ. fol. 75.*

hil ex hiſce tribus concurreret, eſſet confeſſio noua, adeòque eam opporteret eſſe integram.

# De modo, quo confeſſarius erga pœnitentem ſe gerere debet.

## CAPVT X.

### Summæ.

1 *Confeſſarius ſi recipiat pœnitentem: hæc interroget. & num. 2.*

3 *Confeſſarius quæ dicet in principio, medio, & fine.*

4 *Confeſſarius quid admonebit confeſſum non ſatis contritum.*

5 *Pœnitens quomodo confeſſionem inchoabit.*

6 *Confeſſarius pauorem non incutiat, nec ſinat nominari criminis ſocios.*

7 *Confeſſarius pœnitentem volentem palliare peccata, quid monebit.*

8 *Confeſſarius interrogando pœnitentem, vnde incipiet.*

1 Confeſſarius rogatus audire confeſſionem, primùm (ſaltem de conſilio) ſi vocauerit, debet mentem ſuam ad Deum eleuare, & formaliter, vel virtualiter, ſaltem corde, dicere illud. [a] *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* id eſt, infunde mihi mentem puram, & intentionem rectam, vt ad hoc tam ſanctum munus non me moueat, ſaltem principaliter, cupiditas gloriæ, lucri, voluptatis, ſtudium placendi hominibus, aut res nouas diſcendi, & pro tua infinita bonitate, fac, vt vterque noſtrûm, ego quidem audiendo, hic verò dicendo, tuæ maieſtati placeamus. Amen.

[a] *Pſal.* 50.

2 Debet etiam pœnitentem ſuſcipiendo, exhibere ſe talem, qualem eum eſſe debere ſignificant verſus inſequentes, quos retulimus alibi, [b] & referuntur etiam à ſancto Thom. [c]

*Confeſſor dulcis, affabilis, atque ſuauis,*
*Prudens, diſcretus, mitis, pius, atque benignus.*

Ipſumque animare vt ſua vulnera detegat, & ſpem de

[b] *in c.* 1. §. *quibus cognitis, n.* 1. *de pœn. diſt.* 6.

[c] *in* 4. *ſent. diſt.* 17. *in expoſ. text. in fin.*

de eorum curatione concipiat.

Debet inſuper inducere pœnitentem, ſi nouit, ad faciendum actus exteriores confeſſioni congruos, qui ſunt in genua ſubſidere, ſigno crucis ſe præmunire, &c. ſi vero ignorat, eum illos doceat, admonẽdo, vt ad animum reuocet, ſe potiùs Deo, quàm homini confiteri: ideóque cum maxima reuerentia id facere debere: iubeátque ei vtrumque genu in terrã deflectere, faciémque ad vnum latus inclinare. Et ſi eum non ſatis agnouit, , de eius ſtatu & conditione ſciſcitetur, vt quod expedit, poſſit illum rectiùs interrogare. Si autem ipſum ſatis nouit, ab his ſuperſedeat, vt alibi[a] diximus.

2 Deinde interroget eum, an aliquo detineatur impedimento, ob quod non debeat eum abſoluere: cuiuſmodi eſt habere concubinam, quam nolit domo elicere, eſſe vſurarium, & nolle deſiſtere: quale odium capitale contra aliquem conceptum, quod nolit animo pellere: ne poſtea de illo queratur, dicẽdo: Voluiſti primùm mea audire peccata: & poſtea mihi abſolutionem denegas? Eodem item modo ſe gerat erga eccleſiaſticum, multis incompatibilibus beneficiis ſine iuſta diſpenſatione oneratum, ipſúmque moneat, vt ante omnia ſibi conſulat, quo pacto habeat ſecuram conſcientiam, quo facto, eius audiet confeſſionem, quemadmodum à Cardin. Caietano eruditè proditum fuit.[b] Quod ſanè quidem conſilium quantùmuis (vt ingenuè fateamur) in hunc vſque diem, nequaquam nobis diſplicuerit. nunc tamen valde damnoſum videtur. Tum, quia id eſt pertrahere pœnitentem ad ſuos defectus manifeſtandos extra cõfeſſionem, tum quia fieri, poteſt, vt poſtquam fuerit confeſſus, paritérque admonitus à confeſſario, nouum animum induat eximẽdi ſe à peccato, in quo priùs inſordeſcere decreuerat. Non eſt etiam neceſſarium interrogare, an ſit excommunicatus eo fine, vt confeſſarius vitet excommunicationem minorem, quam incurrunt qui excommunicato communicant, quia non incurrunt illam communicando in his, quæ ad eius animæ ſalutem conducunt[c] cuiuſmodi eſt confeſſarij cum pœnitente colloquutio, & communicatio circa peccatorum confeſſionem. Neque alia iura[d] nec. Inn. citatus perperam à Summa

a *in. c. conſiderer in princ. nu. 60. de pœnit. diſt. 5. arg, l. 1. ff. de act. emp. c. cum qui, de reg. iug. lib. 6.*

b *Caiet. in ſum verb. interrogationis confeſſ. §. ſcito. 2. verſic. ſecũda, ſi, eſt impeditus, argu. nihil, de preſcri. & c. 2 de oper. nonnunt.*

c *c. cùm volũtate, de ſent. excõ.*

d *Clem. 1. de priuileg.*

a verb. confeſſus, 1.§.10. Roſella, [a] aliud ſenſerunt. Sufficitque vt abſoluta iam confeſſione, prius pœnitens ab excommunicatione, quàm à peccatis abſoluatur, vt dictum eſt.[b]

b in.c praeced.n 4.

3 Ad hæc, Confeſſarius conſideret attentè à principio vſque ad medium, & à medio vſque ad finem cõfeſſionis, an propter aliquam cauſam ex ſupradictis [c] teneatur pœnitens iterare confeſſionem, vel confeſſiones aliás præcedentes: & ſi deprehenderit ipſum teneri eas iterare, nec pœnitens aduertat, debet ipſum admonere, vt iterum conſcientiam examinet, ſi per tempus licuerit, maximè ſi multorum retro annorum confeſſiones repetere debeat. Si autem nulla adſit cauſa iterandi cõfeſſionem, roget, an debitam adhibuerit diligentiam in recolendis peccatis ſuis per quam excuſatur à confeſſione oblitorum quo caſu ſatisfacit confitendo ea, quę occurrerint animo confitendi alia, cum in memoriam recurrerint. Vtiléque fuerit accuſare ſe ad cautellam negligentiæ, ſi, & quatenus eam admiſerit.

c in eod. c. & n.

4 Prudenter etiam expendat an pœnitens debitam contritionem gerat: caueat tamen, ne ipſum in tẽtationes damnoſas & ſuperuacaneas coniiciat, vt [d] dictũ eſt: & ſi videtur non habere ſufficientem cotritionem cohortetur eum ad maiorem concipiendam conſiderationibus ſupra [e] tactis, quæ ſunt priuatio gratię, mors animæ, amiſſio felicitatis æternę, receſſus à patrocinio diuino, & præcipitatio in ſeruitutẽ diaboli. Deinde inducat illum ad Dei amorem, propter quem, dolorẽ & deteſtationem de peccatis præteritis, & propoſitum firmum cauendi ſibi in futurum, concipere debet. Et ſi adhuc his omnibus ad dolorem non ſufficienter moueri animaduertat, interroget, an diſpliceat, quod non doleat, quantum par eſſet, & an vellet huiuſmodi dolorem ſufficientem concipere: & ſi annuat, ſat erit, per ſupradicta. [f] At vero ſi eius dolor non eò vſque perueniat, vel quia non proponit in poſterum à peccatis abſtinere, licèt id quadamtenus deſideret, vel nolit ablatum reſtituere, concubinam abdicare, vel odium exuere, vel dicit ſe non poſſe, vel nolle caſte viuere, vel officio, quod ſine peccato mortali exercere non poteſt, renuntiare, aliáve huiuſmodi, nullo modo eum debet abſoluere. [g] Poterit tamen ſacerdos aliquam iniungere

d in c.1.n.17.

e eod.c.1.n.39.

f d.c.1.n.18.

g per c quod. quidam, de pœn. & remiſ.

pœnitentiam,[a] eum tamen admonendo, non eſſe abſolutum, neque ſatisfeciſſe eccleſię prçcepto de confeſſione ſemel in anno ad minus peragenda, quidquid dicat. Silueſt.[b] vt ſenſit Adrian.[c] & latè probat Medina.[d] Nihil enim valet talis confeſſio: tum propter eſſentiálem defectum ex parte contritionis, vt ſupra dictum. eſt, tum quia Concilium generale Romanum.[f] & Florentinum[g] apertè oppoſitam ſententiam expreſſerunt. Præterea debet illum admonere, vt quotcunque bona opera poterit facere non omittat, quò Deus cor eius illuminare & emollire ad agendum pœnitentiam dignetur,[h] non tamen debet illi abſolutionem impendere, etiamſi eam importunè ſatagat extorquere, aliquod ſcandalum aut deſperationem prçſeferens. Quoniam, abſque dubio ſacrilegij peccatum committeret abſoluendo, neque eiuſmodi ſcandali rationem vllam habere debet quoniam ipſe ſibi illud accipit, nemine ei dante, ideóque ſcandalum phariſaicum eſt, & proinde negligendum.[i] An vero, qui ſubticet aliquod peccatum in confeſſione, incurrat excommunicationem ſynodalium conſtitutionum, inferius.[k] dicetur.

5 Vtile porro eſt, quamuis non neceſſarium, vt pœnitens iubeatur à confeſſario hoc modo ſuam confeſſionem exordiri: Confiteor Deo omnipotenti, beatę Marię ſemper virgini, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis cęleſtis curię & tibi pater, quia peccaui nimis, cogitatione, verbo, opere, &c. Deinde, ſi pœnitens non ſtatim id facere cœperit, moneat ipſum, vt omnia peccata, quorum recordatur, & de quibus conſcientia magis ſtimulatur, protinus exponat, imputando culpam ſibi ſoli, vel potiùs & principalius, quàm cælo, dęmoni, mundo, carni, ſodalibus, vel corporis conſtitutioni, ſiue complexioni, circumſtantias neceſſarias declarando.

6 Cùm verò aliquod graue vel turpe peccatũ ab ipſo audierit, nulla ſigna admirationis, abominationis, aut pauoris præſeferat, veluti ſpuendo, ſe cruce ſignando, vel ſeipſum commouendo: quin potius, tanquam ſi nihil audiret, vſque ad finem confeſſionis diſſimulet, & cum volet pœnitentiam imponere, peccatorum grauitatem & deformitatem exponat, ſecundum omnes.

a *iuxta idẽ cap.*
b *verb. confeſſor 4. q. 42. verſ. & hoc quidem.*
c *in 4. de confeſ. q. §. ſed. quid. ſi craſſa ignorantia.*
d *in C. de confeſſ.*
e *c præcep. n. 13.*
f *in c. omnis vtriuſque, de pœn. & rem.*
g *in decret. Eugenij 4.*
h *iuxta dictum c. quod quidam, & c. falſis, de pœn diſt. 1.*
i *Matth. 15. iuxta Thom. 2. 2. q. 53. art. 7. ad. 2. & in 3. part. q. 42 art. 2. in corp. q. & in 4. ſent. diſt. 38. q. 2. art 3 quæſtium. 2 ad. 1. & alios d. diſt. 38.*
k *in c. 27. 269,*
l *arg. c. 1 §. cautus, §. diliges & § quibus, de pœn. diſt. 6.*

Porrò ſi viderit pœnitentem velle aliquam perſonam nominare, etiam propter aliquam circunſtantiam neceſſariò explicandam, nullatenus id patiatur [a] Denique ſi viderit ſeipſum excuſantem in hunc modum: Ego non occido: Alienum non rapio: Nulli malè volo, manſuetè & benignè reprehendat, inſinuans locum illum non eſſe excuſationis ſed, accuſationis potiùs: ſubindéque verbis ſuauibus eum animet ad accuſandum ſe, timore prorſus relegato. Et ſi pœnitens per ſe ipſum peccata recenſeat, patiatur pro libito ſuo ipſum dicere quantumcunque rudi & craſſa, vt dicunt, Minerua, & ſine ordine rem exponat: ſic enim agnoſcet, quibus peccatis magis implicitus extiterit, & de quibus debeat eum amplius interrogare. [b] Atqui, ſi maluerit de illis interrogari, quàm ſolus eadem referre, dummodo decreuerit omnia mortalia crimina reſerare (etiamſi de illis non interrogaretur) non eſſet ea de cauſa corripiendus, ſed potiùs adiuuandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, niſi de illo confeſſarius interrogaret, peccaret mortaliter, & tunc confeſſarius, ſi forſan hoc intelligeret, ad deteſtandum hoc peccatum, ipſum inſtigare deberet.

*a iuxta dicta. ſ. c. 7, n. 2.*

*b vt diximus in d. §. diligens, n. 6.*

7 Adhæc, ſi confeſſarius viderit pœnitentem peccata ſua occultare velle, vel probabiliter credit ea obliuiſci, vel putare nõ eſſe peccata mortalia, debet cautè & prudenter illum pellicere & inducere ad recenſendũ ea, ipſumque docere illa eſſe lethifera, perſuadendo, vt ea de quibus dubitat, an commiſerit nec ne, confiteatur tanquam dubia, non tanquam certa, & indubitanter commiſſa referat, neque etiam tanquam non admiſſa prętermittat: & denique talem ſe ore & lingua manifeſtet exterius, qualem ſe in corde agnoſcit interius, in hunc modum ſeipſum accuſans: Videor mihi in hoc vel illud peccatum conſenſiſſe, atqui, non ſum omnino certus. Quod etiam facere debet, ſi dubitat circa aliquod peccatum, an ſi mortale an veniale. Cęterùm, ſit ambo dubitauerint, pœnitens ſub conditione, peccatum in hunc modum deteſtetur: Si hoc eſt mortale, me penitet illius tanquam mortalis. Similiter, ſi de aliquo actu dubitaret, an bonus eſſet, an malus, ſub eadem conditione ipſum deteſtetur: ſcilicet: Si & quatenus eſt malus

quoniam ſi bonus eſt, nullo pacto eum deteſtari debet, aſſertore Ioan. Maior[a] Si vero recordetur ſe lethale crimen admiſiſſe, non tamen occurrit in ſpecie, quodnã fuerit, fateatur ſe deliquiſſe mortaliter, etiamſi de eo in ſpecie non recordetur, iuxta eundem Mai.[b]

a *in 4. ſent. diſt.* 17. q. 3.

b *vbi ſup.*

8 Poſtquam demum pœnitens explicuit quidquid circa ſua peccata dicendum recordatur, ſi ſacerdoti viſum fuerit, eum non abſolute, & perfectè illa manifeſtaſſe, vt non rarò contingit, debet tunc ſacerdos ipſum interrogare circa id, quod ſibi neceſſarium videbitur, à decem præceptis decalogi exordiendo.

Circa quod rarò, (vt mea quidem fert opinio) mortaliter peccat confeſſarius, niſi cum principaliter ſuſcipit officium audiendi confeſſiones, ob lucrum, fauorem, curioſitatem, vel carnalem voluptatem. Dixi, (*Principaliter*), quia, qui minus principaliter aliquod trium prædictorum quæreret, non peccaret, etiamſi non obiret id officij, niſi aliquod eorum reſpiceret tanquam cauſam, ſine qua id nõ faceret, per ea quæ latius tradidimus alibi.[c] Vt autem Confeſſarius erga confeſſum ſeſe gerere debeat, tradetur etiam infra.[d] Regulæ porrò Confeſſariorum, infra[e] quoque reperientur, vbi etiam agetur de præſentatione. Confeſſariorum. Religioſorum.[f]

c *in comment. c. cũ miniſter*, 23, q. 5.

d c. 26.

e c. 27. 267.

f c. 27. *nu.* 264

# De primo precepto Decalogi, nempe de colendo Deo, & aliis duobus præceptis, ſcilicet, de diligendo Deum, & credendo in eum.

## CAPVT XI.

Summæ.

1 *Symbolum Apoſtolorum, eſt ſumma Chriſtianis credendorum.*

2 *Oratio Dominica continet ſummam à Deo petendorum.*

3 *Sina mons celſiſſimus, aſcenſuſque hominum, & aſpectus defatigans, in eo Moſi Decalogus à Deo datus.*

2 *Decalogus etiam nunc durat, & eſt ſpeculum baptizatis.*

3 *Decalogus continet ſummam eorum quæ agere & vitare tenemur.*

4 *Præcepti tranſgreßio omnis mortalis niſi, &c.*

4 *Præceptorum multorum tranſgreßio quæ vnicum peccatum.*

5 *Præceptum de diligendo Deum ſuper omnia & proximum ſicut ſeipſum, cur non ſit de decem Decalogi.*

1 Quemadmodum vt tradunt S. Tho. [a] & Conc Colonien. [b] ſumma omnium, quæ quilibet Chriſtianus tenetur credere, in Symbolo Apoſtolorum comprehenditur, & in oratione Dominica, omnium, quæ à Deo petenda ſunt ita in Decalogo (quem Deus per manus magni illius ſerui ſui Moſis electæ plebi ſuæ in monte Sina, celſiſſimo, & ob nimiā altitudinē cautéſque præruptas non aſcēſus modò hominū, ſed aſpectus quoque ipſos de fatigāte, tradidit ſumma faciendorū [c] adeoque viuendi ratio qua beatior ne cogitari quidē poſſet, exprimitur. Noluerunt tamen hi patres innuere nil quod non contineatur in Symbolo, eſſe neceſſariò credendū neque quidem, quod non comprehendatur in Decalogo, eſſe faciendum, ſiquidem, omnes tenemur credere myſterium ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, [d] quod tamen non continetur in Symbolo. Omnes item obligamur Deum diligere ſuper omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur, vt dicetur infra. [e]

2 Decalogus autem ſiue decem pręcepta legis antiquæ, adhuc in noua & Euangelica perſeuerant Quoniam, licet vetus illa lex, quantum ad ceremonialia & iudicialia, expirauerit, [f] non tamen quoad moralia, quę pertinent ad legem naturæ, cuiuſmodi ſunt decem præcepta, excepto tertio, quoad Sabbathi obſeruationem, ſecundùm Gratian. [g] S. Thom. [h] & omnes alios. [i]

3 Hæc porro decem præcepta, vt rectè dicitur in dicto. Colonienſi Concilio, ſunt veluti quoddam ſpeculum quod traditur baptizato, vt intueatur, quantum per fidem acceptam, vitam ſuam renouarit, & ordinârit: vel quantum à via illa declinârit, per quam Spiritus ſanctus in baptiſmo acceptus, ipſum deduce-

a in princ. opuſc. 4. & 2.2 q.83, art.9.
b in Enchird. Chriſt. inſtit. in princ.
c Exod.20.
d c.1. §, fin. de ſum. Trinit & fid, cat. & Clem. ſi dominum, de reliq. & ven. ſanct.
e eod.c.n.5.
f § fin. 6. diſt. & c.1. de purif. poſt part.
g in d. § fin.
h 1. 2. q. 100. art.4.
i in 3.ſent. diſt. 37.

bat & qua in re vel quantum candidam illam veſtem, quam ibi induerat, tranſgrediendo quod ibi promiſerat, maculari: & vt poſtquam maculas & vulnera probè animo proſpexerit. de illis doleat, plenaque fiducia redeat ad medicum, qui nullum ægrotum (etiam in eundem morbum ſæpiſſime relapſum & recidiuum) à ſe repellit.[a]

4 Quidquid autem eſt contra aliquod decem præceptorum, regulariter eſt mortale, niſi vna trium cauſarum ipſum excuſauerit. Prima, eſt defectus deliberationis, vt contingit in acedia, ſiue tedio circa ſpiritualia, ſubito nos ſurripiente. Secunda, eſt paruitas, ſiue exiguitas rei in his, quæ ſunt contra ipſa præcepta, cuiuſmodi eſt paruum & exiguum furtum, iuxta S. Thom.[b] & nos latiùs tradidimus,[c] poſt ſanctum Antonin.[d] & Adrian.[e] communiter receptos, & vt colligitur ex quadam. Auguſtin ſententia à Gratiano relata[f] ibi (*Ebrietas ſi aſsidua ſit.*) & ibi. (*Si plus proximum exaſperauerit.*) Tertia eſt defectus iudicij ſufficientis, qui contingit in ſemidormientibus, aut ſemiebriis, vel adeo perturbatis, vt, quàmuis late iudicium ad peccatum veniale ſufficiat, ad completam tamen rationem mortalis non ſufficit, iuxta Ioan. Maiorem.[g]

Atqui, peccatum commiſſum contra plura præcepta, quorum vnum eſt generale, alterum ſpeciale in generali comprehenſum, non eſt niſi vnum, exempli cauſa: Homicidium eſt contra præceptum ſpeciale de non occidendo, & contra generale de obſequendo & obediendo Deo in omnibus quæ præcipit, & contra præceptum de gratia & amore diuino conſeruandis: non eſt tamen niſi vnicum peccatum, vt tactum eſt ſupra[h] cùm de circumſtantiis, neceſſario confitendis ageremus.

Ex quo colligitur reſponſio illius quæſtionis. An qui non ieiunat vigilia ſancti Mathei, quanddo in quatuor tempora incidit, aut miſſam die Dominico, cum quo concurrit aliud feſtum obſeruandum, non audit, aut monachus Franciſcanus, qui non ieiunat die Veneris, quo aliqua vigilia incidit, ſatisfaciat confitendo ſe non ieiunaſſe, aut non audiiſſe miſſam vno die, quo ad id præcepto tenebatur? Reſpon-

a *Math.* 9. & 21.
b 1.2.q.88.*art.* 5. & 6. *in* & 2.2. q.3. art.5. & q. 59. *art.*4,
c *in rep. c. inter. verba*, 11.q.3.
d 2 *part tit.*4.*c.* 5.§.7. & 8.
e *quodl* 8.
f *in* §.*fi. c. vnū*, 25.*diſt.*
g *in* 3. *ſent diſt.* 37.q.14.
h *c.*6.*n.*3.

dendum enim eſt, quod non: dicere enim debet, ſe eo die ad id duobus diuerſis præceptis ſpecialibus obligatum fuiſſe, per dicta ſupra,[a] quamquam qui vnum peccatum quod alia comitatur committit: vt qui aliquem indignum eligit, ex quo praua gubernatio oritur, non niſi vnum peccatum peccat, ſecundùm Alexan. Halen.[b] & S. Bonauent.[c] Quod autem non ſolùm peccet mortaliter qui facit opus, ſed etiam qui vult deliberatè id facere, aut delectatur eo, & qui conſentit aliquo nouem modorum, qui explicantur infra.[d] traditur etiam infra.[e]

5 Præcepta verò de diligendo Deum ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſum, numerantur inter iſta decem: quod docuit S. Thom.[f] quoniam in Decalogo non fuerunt hominibus tradita prima principia, quæ quiſque per ſeipſum, natura magiſtra, vel per fidẽ intelligit: cuiuſmodi ſunt hæc, quæ fons & origo Decalogi, & decem præceptorum in eo contentorum exiſtũt neque etiam in eodem Decalogo, traduntur ea præcepta, quæ difficilè, vel maximâ induſtria ingenij ex his decerpuntur: ſed tantùm quæ ab omnibus poſſunt facilè deduci. Vnde, infertur, præcepta de fide & charitate non contineri in decalogo: ſed præſupponi ad illum, quod multi graues doctores adnotarunt: præſertim S. Thom.[g] Caiet.[h] & Antonin.[i] Quibus conſequens eſt errare eos qui dicunt primum Decalogi præceptum eſſe de diligendo Deo, Eſt enim contra prædicta, & contra textum ipſius Decalogi.[k] Cuius primum præceptum eſt: *Non habebis Deos alienos coram me*: quibus verbis ſolùm peccatum Superſtitionis & Idololatriæ, quæ ſunt contraria virtuti. Religionis & Latriæ, prohibentur. Quę quidem virtus non eſt theologica, ſed moralis, ſecundum S. Thom. receptum,[l] nullaque ibi fit mentio dilectionis Dei & proximi, quæ pertinet ad virtutem charitatis,[m] quæ theologica eſt.[n] Errant denique, qui putant pręceptum de credendo in Deum, eſſe primum Decalogi, eadem ratione: cum fides ſit virtus theologa, non moralis.

a *præl. 9. n. 20.*
b *2. part. de acc. cept. perſon.*
c *in 4. ſent. diſt. 38. ſuper. litera Magiſt. q. 2.*
d *num 15.*
e *n 12. & ſeq.*
f *1.2. q. 100*
g *1.2. qu. 100. art. 4. & 2. 2. q. 44. art. 4. & q. 79. art. 2.*
h *2.2 qu. 64. art. 8.*
i *4. part. tit. 4. c. 1 §. 1.*
k *Exod. 2.0.*
l *2. 2. qu. 81. art. 5.*
m *2. 2 qu. 27. art. 1.*
n *1. 2. q. 62. & 2. 2. q. 23. art. 6.*

# De præcepto de diligendo Deum, quod non eſt Decalogi.

Summæ.

6 *Præcepta de diligendo Deum, & proximum, maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda, num. 7.8.9.10.*

11 *Præcepti tranſgreſſio etiam mentalis tantum, quæ mortalis, & num. 12.*

13 *Delectatio quæ moroſa, & concurrentibus quatuor, mortalis.*

14 *Delectationi malæ reſiſtere virtus, conſentire peccatum, n. 13. & 15.*

16 *Cenſuræ non incurruntur per ſolum conſenſum.*

17 *Reſtituendi obligatio non contrahitur ſolo conſenſu*

17 *Præcepta Dei non impleri poſſe in ſtatu malo, in quo ſenſu eſt de fide.*

6 Opportunum videtur hîc tractare de præcepto amandi Deum, & credendi in eum, quæ duo, præceptum primum, & omnia alia Decalogi præſuponunt, vt ſatisfiat his, qui peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta, reducunt ad primum Decalogi. Itaque primò ponemus ea, quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. Secundò, quæ ad præceptum de credendo in eum Tertio, quæ ea ad præceptum de colendo illum, quod verè & propriè eſt primum præceptum Decalogi.

Præceptum porro de amando Deum, non eſt quidem primum Decalogi: ſed maximum omnium præceptorum, tam Decalogi, quàm aliorum, iuxta Domini noſtri. Ieſu Chriſti doctrinam, [a] quę diuerſis verbis exprimitur in ſcripturis. Nam in Deuteronomio. [b] ſic legitur. *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua.* Et in Euangelio. [c] ſic: *Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua. & ex tota mente tua*· & Apud Marc. [d] ſic: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani-*

a *Math.* 22.
b *cap.* 6.
c *Matth.* 22.
d *c.* 12.

*ma tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Apud Lucam verò. [a] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Quæ omnes in ſenſu conueniunt, & in ſumma hoc ſibi volunt. Deum præcipere, vt ſe plenè & integre diligamus, non quidem, quoad hanc vitam, eo modo, vt omnibus horis & momentis id actu faciamus hoc enim fieri non poteſt in ea, quæ cibo, ſumno, labore, & negotiis neceſſariis id interrumpitur: ſed iuxta mentem S. Thom. [b] vt in omnibus totam mentem ſeu intentionem noſtram (quæ per cor exprimitur) in eius amorem & obſequium dirigamus, totumque noſtrum intellectum (qui per mentem ſignificatur) illi ſubiiciamus: ac omnes appetitus (qui per animam notantur) ad normam ſuæ ſanctiſſimæ legis componamus: & denique omnia noſtra opera exteriora (quę nomine fortitudinis, virtutis, & virium ſignificantur) re idem conformemus. In ſumma vero, hoc totum nihil aliud ſignificat, quam Deum nobis pręcipere, vt ſe propter ſeipſum, & magis quàm cętera omnia, diligamus, eidémque inſeruiamus tam interiori, quàm exteriori obſequio, magis, inquam, non quoad intenſionem & feruorem: ſed quoad æſtimationem & appretiationem: vt alibi. [c] explicuimus poſt S. Thom. [d] & alios Neotericos in quibus eſt Ioan Maior. [e] & Caiet [f] Hoc eſt, vt eum eiuſque amorem pluris, quàm aliquam craturam, imò & quàm vniuerſas ęſtimemus & faciamus: ac propter amorem eius, potius eligamus morté oppetere, quam ipſum corde, verbo, vel opere mortaliter peccando negare.

7 Hoc autem magnum præceptum de diligendo Deo ſuper alia omnia, poſt caſum Adæ, non poteſt, niſi in ſtatu gratię adimpleri, ſecundùm aliquos, in quibus videtur eſſe S. Thom. [g] Cui tamen aduerſatur, quod homo ſola virtute naturali etiam exiſtens in peccato mortali, poteſt concipere, imò concipit partim Deum eſſe ſuper omnia diligibilem, & finem omnium vltimum, & proinde eum vt talem diligere poteſt. Deinde quod datur dilectio Dei ſuper omnia; ſine gratia, aſſertore Caietan. [h] Pręterea, quod ipſemet Thom. [i] affirmat, poſſe quem ſine gratia, implere,

a cap. 10.

b 2.2. q. 4. art. 3.

c in addit. cap. quando. de conſecr. diſt. 1.

d 1 2. q. 109. ar. 3. q. 104. art. 3.

e in 1. diſt. 1. q. 2. & in. 4. diſt. 14. q.

f 2. 2. q. 49. art. 4.

g 1. 2. qu. 106. art. 10. & 2. 2. q. 4. art. 1. & 6. & melius q. 109. art. 3

h S. Tom. opuſc. opuſc. 4. q. 1.

i in 2. ſent. diſt. 28. q. 1 art. 3.

præceptum diligendi Deum quoad ſubſtantiam actus,
licet non quoad meritum beatitudinis, quoad quod
poteſt intelligi prædicta prior eius opinio. quod ſatis
ſentit concôrdia ſancti Thomæ 1548. quæ diſtinctio
fit etiam in aliis prçceptis infra.[a]

Eſt autē quçſtio perardua, nec tam accuratè tractata,
quam nçceſſaria & indies obuia, quando nimirum te.
neamur hoc præceptum actu ad implere ſub pœna no-
ui peccati mortalis, modo, quo in hac miſera vitrea
que & duorum dierum vita expleri poteſt. perfectè
enim nonniſi in alia adimpletur, ſecundùm. Auguſt.[b]
& Thom.[c] Difficultatem enim ingerit, primùm quod
ſit affirmatiuum præceptum, & conſequenter non
obliget pro quocunque tempore, S. Thom. aſſertore,[d]
& Archidiac.[e] communi calculo receptis. nec videtur
præfinitum tempus, quo id fieri debeat. Deinde,
quod dura videtur Scoti ſententia, à[f] qua recedit
Adrian.[g] nempe, nos omnibus feſtiuis diebus teneri
ad illud: quia nullus eſt textus, nec vlla ratio, quç id
neceſſario euincat, & ita non videtur aſſerendum[h]
Nam miſſa, quam illis diebus præcipimur audire,[i]
rectè audire poteſt, ſine tali amore actu concepto. Quo
fit vt rari vel nulli ſe huius omiſſionis accuſent. Præ-
terea, quod nimis laxa videtur opinio dicentium non
obligari nos ad implendum illud præceptum amplius,
quam ſemel in vita, quod meo iudicio, Sotus[k] re-
ctè confutat. Inſuper, quod dicta. Soti non videntur
ſatisfacere: tum quia ait, aliquando non obligari nos
amplius, quam ad opus exterius in quocunque ſtatu
exhibitum: puta, ad increpandum blaſphemum, &
Sanctus Thomas.[l] aſſerit hocce præceptum non im-
pleri niſi in ſtatu gratiæ, tum, quod idem Sotus,[m] te-
net obligare pro tempore baptiſmi, & idem,[n] do-
cuit, ſuſcipiendo baptiſmo, non eſſe neceſſarium tan-
tum efficere, quantum requiritur recipiendo pœniten-
tiæ ſacramento, quoniam, ad hoc non ſufficit attri-
tio, quæ noſcitur non eſſe cōtritio: ad baptiſmū autem
ſic. ſecundum ipſum tum etiam, quia idē affirmat, vnum
quemque, quoties inſigne aliquod beneficium à Deo
conſequitur, teneri illud explere, quod tamen nulla le-

a *hoc. eod. cap. 10. 17.*
b *libr. de perfec. inſt. in reſpon. ratiocinationis 16.*
c *2. 2. q. 44. ar. 6. & in. 3. ſent. diſt. 27. q. 3. art. 4.*
d *2. 2. qu 33. art. 2.*
e *inc. ſi peccauerit., 2. qu. 1. & in ſum. de pœnit. diſt. 5.*
f *d. libr. 3. ſent. diſt. 27. q. 3.*
g *q 4. de confeſſ.*
h *ca. conſuluiſti, 2. q. 5. §. conſideremus, auth. de trien. & ſem. coll 3.*
i *perc. Miſſas. de conſecr. diſt. 1.*
k *lib. 2. de iuſt. & iur. q 3. art. 80. & libr. de nat. & grat. c. 19.*
l *vbi ſup.*
m *vbi. ſup.*
n *lib. 2. de nat. & grat. cap. 15*

ge, aut ratione efficaci euinci poſſe videtur: & ita non eſt aſſerendum.[a]

*a iuxta d. cap. conſuluiſti.*

8 Sanctiſſimum verò (ſaluo meliori iudicio) conſilium fuerit, vt non ſolum diebus feſtiuis, verum etiam quotieſcunque commodè poterimus, nitamur implere prædictum mandatum, præmiſſa (ſi opus fuerit) debita noſtrorum criminum deteſtatione, non tamen pręceptum, quod nos ſub reatu nouę culpę mortalis, obliget niſi primò, cùm ad vſum rationis peruenimus, & habemus vel habere debemus cognitionem, referendi & dirigendi nos ipſos, noſtràque omnia opera, in Deum ipſum, tamquam noſtrum vltimum finem, ſaltem confuſè & modo quo id pueri pręſtare poſſunt, vt ſenſit ſubtiliter S. Thom.[b] quem (licèt in alium finem) retulimus alibi.[c]

Secundo, cum tenemur habere contritionem de peccatis mortalibus,[d] contritio namque ſine hoc amore haberi non poteſt.[e] Non tamen ad id adſtringimur, quoties miniſtramus, vel accipimus ſacramenta: quoniam ſufficit nobis tunc habere gratiam, vel charitatem habitualem, quamuis non habeamus amorem præfatum actualem, non tenemur enim tunc habere contritionem, ſufficítque habuiſſe antea, nec perdidiſſe gratiam habitualem Ex quo ſequitur, non eſſe neceſſarium hunc amorem actualem, quando baptiſmus eſt ab adulto recipiendus, licèt id aſſerat Sotus.[f]

*b 1.2.q. 89. art. 6.*

*c in Enchir. de orat c.2.n. 15.*

*d iuxta dicta in c.1.n. 31. vt explicuit. Caiet. in d. art. 6.*

*e vt ibi dictum eſt.*

*f d. lib. 1. de nat. & grat. c. 32.*

9 Contra quem facit, quod ipſemet[g] aſſeruit, ad baptiſmum, non eſſe neceſſariam contritionem: ſed ſat eſſe attritionem, etiam, quę ſcitur non eſſe contritio, licèt id nobis non videatur verum, per ea quæ alibi[h] diximus. Facit etiam contra eundem, quod eadem ratione teneremur implere hoc mandatum, quotieſcumque aliquod ſacramentum recipimus, & conſequenter, cum contrahimus matrimonium, quod falſum eſt. Satis enim eſt, vt non diliteſcamus in peccato mortali, aut probabiliter id credamus: tametſi huiuſmodi adeo excelſum amorem actualem animo non concipiamus. Facit item, quod nullus peccati mortalis reum diceret eſſe illum, qui octo dies ante baptiſmum, rectam contritionem de peccatis cõcipiens, & ſeipſum

*g d. lib. 2. de nat. & grat. cap. 15.*

*h in d. c. n. 37.*

probabiliter conſtituens in ſtatu gratiæ: poſtea antè noui peccati mortalis. admiſſionem ſiue hoc amore actuali baptiſmũ ſuſciperet. Hic itaque tertius caſus, eſt reſtringendus ad eos, qui ante baptiſmũ non habuerũt contritionem.

Tertiò quotieſcunque tenemur proximũ ex charitate diligere: tunc enim pariter eodem amore Deum diligere tenemur, ſiquidem geminus hic amor eſt eiuſdẽ generis & naturæ, adeoque in amore proximi, amor Dei tanquam finis includitur, vt colligitur ex vtroque Tho.[a] vt infra dicemus.[b]

10 Quibus accedit, eum qui diligit Deum, probabiliter credens ſe eſſe in ſtatu gratiæ, ſubindéquẽ ſuum amorem eſſe amorem Dei ſuper omne aliud, quàmuis in rei veritate non ſit huiuſmodi, neque ſit in eodem ſtatu, nihilominus tamen adimplere hoc præceptum, quoad effectum euitandi nouum peccatum, quod admitteretur ob omiſſionem implementi eius quoniam ſine ſpeciali reuelatione ſcire non poteſt quis quando ſit in ſtatu gratiæ.[c] Et proinde niſi hoc teneamus, nequiremus ſcire, quando præceptum hoc impleremus

Et licèt hoc ſupremum mandatum precipuè excelſum illum amorem à charitare profectum nobis præcipiat, minus principaliter tamen etiam obligat quandoque ad diligendum Deum hoc eodem amore, vel alio bono & naturali, non obligando nos ad præfatum ſublimen charitatis vel ſaltem quàmuis hoc præceptum ad id nõ obliget: obligat tamẽ nos lex naturæ [*Vt patriæ parentibuſque pareamus*.][d] Quæ ſatis iubet amare patriã, reges, parentes, & dominos, quinetiam omnes proximos, quibuſdam caſibus, & Deum ipſum, tamquam Regem, parentem, dominum, gubernatorem, & protectorem, ſaltem aliquo bono amore naturali: & propterea, vt docui rectè prædictus Sotus,[e] quando Deum audimus blaſphemari, aut inhonorari, tenemur ad actum diuinum amoris, ſaltem naturalis boni, quo impulſi, cũ qui in Deum blaſphemus, vel cotumelioſus extiterit, increpemus. Quod quidem ita faciendum eſſe Conc. Lateranen.[f] in ſpecie præcepit. Nec his obſtat dicere, quod amor Dei debet eſſe eiuſmodi, vt ille ſuper omnia diligatur: & niſi talis ſit non eſt bonus, vt videtur

[a] 2.2.q.44.art.2.& q.25.art.1.
[b] c.14.n.4.
[c] eccle. 9. & Iob. 9. relat. c. fin. de purg. can. trad. S. Tho. 1.2.q.112.art.5. & definit Coc. Trid. ſeſſ.6.c.9. & can. 12. 13. & 14.
[d] l. veluti, ff. de Iuſt. & iur.
[e] vbi ſup.
[f] ſeſſ. 9 §. ad. abolendũ

a 1. 2. q. 109. art. 3

ſentire S. Tho. [a] reſpõdetur etenim, quod licèt diligere Deum comparatiuè, minùs quàm illum, vel æquè ac illum, ſit malum diligere tamen eum abſolutè, æquè, vel minus citra vllam comparationem, non eſt malum, vt alij aſſerunt, quæquidem omnia tanquam in oculos noſtros in dies incurrentia & parum ſpecificata debitæ ſubiicimus cenſuræ.

11 Neque verò ſolùm eſt peccatum mortale tranſgreſſio pręcepti ſub eius pœna obligantis: ſed etiam animus ipſe tranſgrediendi, imò & deſiderium deliberatum id faciendi, & (quod maius eſt) ipſe conſenſus ipſa volitio, ſeu voluntas, vera & expreſſa delectandi ſe eiuſmodi tranſgreſſione animo apprehenſa, licèt neſfaciat, nec proponat, nec deſideret facere Qualis eſt conſenſus illius, qui de peccato mortali cogitat, citra animum id faciendi: ſed vt ex eo naſcatur & creſcat ei delectatio, qua fruatur Quinimo (quod maius eſt) cõſenſus, & voluntas interpretatiua vel tacita illius, eſt culpa lethalis. Quę quidem omnia adſtipulantur communi opinioni, quę colligitur ex B. Auguſtino. [b]. Magiſt. [c] cum ſuis commentatoribus, B. Anto. [d] Io. Maiore [e] & Caiet. [f] & ex eis, quę clarius & copioſius, quàm alij reſoluimus, [g] vbi in ſumma, diximus conſenſum verum & expreſſum, quem Caietanus poſitiuum vocat, ipſius delectationis, eſſe illum, quem ſupra docuimus. At vero tacitus conſenſus, quem alii interpretatiuum, alij moroſam delectationem dixere Caietanus autem negatiuum, non poſitiuum appellauit, tunc demum eſt peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primum, vt id dequo concipitur delectatio, ſit lethalis culpa, vt ait S. Tho. [h]

12 Secundum, vt qui delectatur, aduertat ſe delectari nam ſi circa id non aduerteret, quàmuis diem integrum delectatio perduraret, non peccaret mortaliter, iuxta textum mihi ſingularem. ibi. i. *Ex deliberatione conſentit.* Neque ſatis eſt aduertere niſi integre aduertat ſecundũ Caietanum. [k]

Tertium, vt non obſiſtat delectationi, eam à ſe depellere contendendo: quoniam ſi id conaretur, potiùs virtuti, quàm vitio eſſet tribuendum, quamuis eam à ſe non omnino pelleret. [l]

b lib. 10. de Tri. & 1. 2 q. 14.
c in 2. ſent. theologic. diſt. 24.
d 3. part. tit. 5 c. 1. §. 5.
e in 2. diſt. 24. q. 18.
f in ſum. verb. delectatio moroſa in in princ. & tom. 1. opuſc. opuſc. 14. q. 1.
g in c. cognitionis. de pen. diſt 1 & c. ſed penſandum. diſt. 6.
h 1. 2. q. 74. art. 8.
i in c ſed. penſandum. diſt. 6.
k vbi ſup.
l d. c ſed. pẽſandum.

Quartum, vt citra rationabilem cauſam omitteret eam à ſe propulſare: Si namque omitteret eam depellere, quia nouit ſe ea vi & virtute animi pollere, vt certus ſit, ſe non ita victum. vel flexum iri ab ea vt actum de quo eſt, velit: neque ita vt voluntas eius ſuperior, ſeu rationalis, velit ea ſenſuali delectatione frui, non foret culpa, ſaltem lethalis, dummodo, expreſſe non conſentiret in illam. Idémque dicendum, ſi ideo delectationi non reſiſteret, eamque à ſe non depelleret, quod crederet, quò magis velit tentationi abſiſtere, & contra ipſam pugnare, eò magis augeretur, quàm minueretur: ſicut erga carnis illecebras contingere ſolet, quæ quidem fugiendo potiùs quàm reſiſtendo ſuperantur ſecundùm S. Tho. [a] & Io. Gerſonem [b] & alios [c] Idémque iudicium, ſi delectationem illam omiſiſſet pellere, ne ſuam occupationem honeſtam, neceſſariam, aut vtilem, interrumperet, quod genus eſt ſtudium & lectio rerum impudicarum, ad huiuſmodi delectationes prouocantium, neceſſaria ad prælegendum ſcholaſticis, vel concionandum populo: audire denique confeſſiones de rebus impudicis, & alia huiuſmodi, arg. eorum, quæ ſingulariter ſcripſit Caiet. [d] & conſequenter, vt hoc ſit mortale oportet illum, cui eiuſmodi delectatio obuenit, eſſe talem, vt ſuæ imbecillitatis & conſuetudinis præteritæ ratione habita, merito credere teneatur, quod niſi illam reprimeret, in ipſum opus malum, vnde naſcitur delectatio, vel ſaltem in delectationem eiuſdem operis, verè & realiter conſentiret.

*a 2.2.q.35. art. 1.*

*b de pollutione. not 7.*

*c alibi.*

*d in.d. opuſc.14. q.1.2. & 3.*

Ex qua quidem reſolutione intulimus alibi, [e] deciſionem multorum caſuum, qui quotidie in noſtros oculos inuolant, quos hic ſupprimentes, alibi tempeſtiuiùs pertractare licebit,

*e in c. cogitationis, de pœn. diſt. 1.*

13 Cæterùm, delectatio quæ moroſa nuncupatur, (à mora videlicet deducto vocabulo) non eſt ita nominata ratione temporariæ durationis, ſed propter moram, quam facit ipſa ratio in ea non pellenda Quia nimirum, eam non repellit quàm citiſſimè poteſt, & debet: vel (quòd deterius eſt) quia in eam deliberatè conſentit: quod quidem vel in inſtanti fieri poteſt, ſecundum omnes. In his autem duobus caſibus, peccatum mortale cō-

mittitur licét opus exterius numquam fiat, neque ſubſit voluntas faciendi. Quod quidem veriſſimum eſt non ſolùm in peccatis carnalibus, verùm etiam reliquis, iuxta mentem omnium, quod expreſſe S. Bonau. [a] adnotauit.

*a in 2. ſent. diſt. 24. in expoſit. literæ.*

14 Itaque reſiſtere delectationi, quæ naſcitur ex cogitatione peccari mortalis, virtus eſt: adſiſtere autem & aſſentiri expreſſè, lethalis eſt culpa: non reſiſtere verò neque adſiſtere, interdum eſt peccatum veniale, interdum mortale: quãdo nimirùm, quatuor illa ſupradicta concurrunt. Quoniam omnis voluntas deliberata de peccato mortali, vel (pertinentiùs loquendo) omnis voluntas deliberata ſe delectandi actu, qui eſt peccatum mortale, eſt mortifera. [b]

*b c. 1. § põderoſus. 49. diſt. & S. Tho. 1. 2. q 74. art. 8.*

At quoniam huiuſmodi delectationibus, maximè ſi carnales ſunt, ſemper ineſt aliquid periculi ratione naturæ humanæ corruptæ, expedit, vt qui eas habuit, nec eſt certus, an ipſis conſenſerit, an vero ſufficienter reſtiterit, de illis in confeſſione ſeipſum inſimulet, dicens ſe dubitare, an vt par fuit, illis reſiſtere contenderit. Nam ſi credit ſe conſenſiſſe, vel non reſtitiſſe, vt eis frueretur, admodum ve negligenter ſe geſſit in eis depellendis, cum probabili iiſdem, vel operibus ex quorum cogitatione naſcuntur conſentiendi periculo, neceſſarium foret confiteri, quod circa hoc credit & ſentit.

15 Neque ſolum peccat qui aliquod peccatum committit, inque eo perpetrando, eſt præcipuus exequutor: verumetiam omnes alij, qui eidem culpæ conſentiunt, iuxta illud. [c] *Non ſolum qui faciunt, ſed & qui conſentiunt omnes facientibus* conſentiunt inquam, aliquo nouem modorum contentorum, ſubiectis duobus ſenariis, quos refert S. Tho. [d]

*c ad Rom. 1. c. 1. de off. deleg. vbi gloſſ. & c. notũ. 2. q. 1. c. ſicut dignum, per totum. de homic.*

*Iuſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.*
*Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans*

*d 2. 2. q. 62. art. 7. in corp. q. & in. 4. ſent. diſt. 15. q. 1. art. 5. q. 3.*

*e c. 17. n. 17 & n. 130. & ſeq.*

16 Quibus ſignificatur conſentire delicto, qui iubet, conſulit, conſentit, laudat, recipit authorem delicti, vel adiuuat, vel nõ impedit verbo, aut opere, vel non manifeſtat: cùm teneatur & poſſit, quorum modorum interpretatio & [e] amplificatio inferius, fiet. Interim. autem, dicimus peccare mortaliter eum, qui aliquo iſtorum nouem modorum, principali auctori conſenſit, quamuis,

uis, non ſemper incurrat eaſdem cenſuras & irregularitatem neque eadem reſtituendi obligationem quam ille.[a]

Diximus autem in tribus vltimis modis ( *cum teneatur & poßit* ) non enim poteſtas ſine obligatione ſatis eſt ſecundùm S. Tho.[b] & Caiet.[c] & nos ſupra.[d]

Quò fit, vt cuilibet modorum peccandi, faciendo vel volendo facere aliquod peccatum, poſſint adiungi alij nouem, iuxta nouem modos illi conſentiendi, quos etſi non ſemper infra expreſſerimus, aliquando tamen inſinuabimus. Illud nunc admonentes, nunc aliquem cōſilio ſuo, verbis, aut operibus teneri impedire, quando ex officio, ei incumbente, alióve nomine, obligatur & quando proximus circa id extremam patitur indigentiam, & poteſt idipſum prǽſtare, non ſe in conſimilem neceſſitatem coniiciendo, etiam ſi ob id rei familiaris, aut honoris iacturam aliquam faciat: imò etiam cum proximus re illa maximè indiget, ipſéque ſine vitæ ſuæ, ſalutis, honoris, & rei familiaris detrimento, poteſt commodè id præſtare.[e]

17 Vniuerſa demum iſta decem præcepta, aliáque omnia poſſunt impleri ab exiſtente in peccato mortali, quoad ſubſtantiam actus & præcepti, & effectum euitandi nouum peccatum, quod incurreret, ſi non adimpleret illud, iuxta definitionem Aquinatis,[f] communiter recepti. quod Conc. Trid.[g] etiam ſenſit, declarans hæreticum eſſe, qui dixerit opera noſtra ob id ſolùm, quòd fiant extra ſtatum gratiæ, eſſe peccata, quidquid dixerit Dion. ord. Ciſterſienſis[h] quem nonnulli alij ſequuti fuerunt. Eſt enim hoc vnum inter alia commoda, quæ opera facta etiam in peccato mortali ſecum trahunt[i] ( licèt ad promerendam gratiam in hac vita, & gloriam in futura, nihil valeant) implementum præcepti in eo ſtatu.[k] Sub qua regula includitur etiam præceptum de diligendo Deo, iuxta declarationem nunc additam ſup.[l] Quo profligatur ratio, qua inceſtuoſus Lutherus inſanè docuit, Deum præſcripſiſſe nobis duo præcepta, quæ in hac vita non poſſemus implere nem-

[a] *c. cùm quis, de ſent. excom. lib. 6. & c. felicis, § illud, de pœn. eod. lib. Oſtien. in ſum. de pœn. §. quibus, & Caiet. in ſum. verb. reſtitutio. §. conſenſus, & Felin. in tract. quando conatus, & alij alibi.*
[b] *2. 2. q. 44. art. 4. & q. 7. art. 6. & melius. 1. 2. q. 6. art. 3.*
[c] *vtrobique, & melius 2. 2. q. 64. art. 7.*
[d] *præl. 6. n. 3.*
[e] *per dicta in c. 1. de reſt. ſpol. & c. 24. & 25. infra. & c. inter verba, 11. 4. 3. & profundius in cōment c. non in inferenda, 24. q. 3.*
[f] *1. 2. q. 100. art. 10. & 2. 2. q. 44 ar. 1. & ſi.*
[g] *ſeſſ. 6 c. 6.*
[h] *lib. 2. ſent. diſt. 17.*
[i] *quorum meminit gloſ. in c. quod quidam, de pœn. & remiſſ.*
[k] *c. nihil, de conſecr. diſt. 5. vbi latiùs diximus, & in §. fin. de pœn. diſt. 4.*
[l] *n. 6.*

pe, de diligendo Deo, & non concupiſcendo. quod efficaciſſimè poſt alios confutat Caſtrenſis [a] & damnauit Conc. Trid. [b]

[a] *in lib. aduerſus omnes hæreſ. verb. præceptum in princ.*
[b] *ſeſſ. 6. c. 11. & can. 18.*

## Contra præceptum maximum de diligendo Deum, quod non eſt Decalogi, vt peccatur.

Summæ.

18 *Odium Dei, vt genere ſuo maximum peccatorum.*
18 *Præceptum diligendi Deum quis violat.*
19 *Amat qui firmius aliquid, quàm Deum, peccat, non qui feruentius.*
20 *Amat quiſnam* D*eum ob alia, quàm ob ipſum: & quando amandus.*
20 *Viuere qui vult ſemper hanc vitam, peccat.*

18 Aduerſus hoc præceptum de bene diligendo Deo, peccat mortaliter primò, qui deliberatè odit Deum, quod quidem ex genere ſuo, eſt maximum omnium peccatorum, vt probat S. Tho. [c] Tum quia actus, qui opponitur actui ſummè bono, ſummè malus eſt, Ariſt. aſſertore. [d] Actus autem maximè bonus, eſt Dei amor, [e] cui odium Dei eſt contrarium. Tum, quia maximo præcepto omnium, contrarium eſt. [f] Tum, quia directè ſeparat à Deo, quod alia peccata communiter non faciunt, vt explicuit ſanctus Thom. [g] Dixi (*Deliberatè*) quoniam ſubreptio iudicium præueniens, in quacumque materia excuſat à mortali, vt diximus ſupra. [h]

II. Peccat mortaliter, qui non amat Deum ſuper omne aliud amabile, quo tempore id tenetur facere, qua de re ſupra. [i]

III. Peccat mortaliter, qui omittit referre ac dirigere ſe, ſuáque omnia in Deum, tanquã primum principium & vltimum finem ſuum, tempore quo ad id aſtringitur. Quando autem ad id teneatur, etiam dictum eſt. [k]

IIII. Peccat mortaliter, qui amat Deum, ſed minus, vel non plus quàm alia comparatiuè, hoc eſt actu, vel virtute expreſsè aut tacitè gerens in animo, quòd tantùm vel æquè æſtimat vel amat alium, ac ipſum Deum: ſe-

[c] *2. 2. q. 34 art. 2. & q. 39. art. 2. & 1. 2. q. 73. art. 4.*
[d] *Moral. 8.*
[e] *c. charitas 1. de pœn. diſt. 2.*
[f] *Matth 22.*
[g] *1. 2. q. 34 art. 2.*
[h] *prælud. 9. n. 11. c. & eod. c. n. 4.*
[i] *n. 6. & ſeq.*
[k] *ibid.*

cus autem ſi, abſolutè citra comparationem id faceret, iuxta declarationem ſuperiùs poſitam.

19 V. Peccat, qui ſeipſum, vel ſuam vxorem, filium aut Regem ſuum, & dominum, vel quamcũque aliam creaturam, firmius diligit, quàm ipſum Deum. Dixi (*Firmiùs*) quia non debet peccato imputari diligere ſeipſum, vel alium intenſiùs, aut feruentiûs, quàm Deum: dummodo, Deus firmiùs & fortiùs diligatur.[a]

Indirectè autem diligere creaturam, ampliùs quàm Deum, non eſt contra hoc præceptum. Quoniam quicunque peccat mortaliter, indirectè plus diligit aliud, quàm Deum, quatenùs aliquid vult contra eius præcepta, attamen huiuſmodi delinquens, non ideo peccat contra iſtud præceptum, quoniam directè non facit cõtra ipſum, neque aliquid operatur, quod ſecundùm ſe, & ſuam naturam, ſeparat à Deo, ſed ſecundùm accidẽs, iuxta S. Tho.[b] & Scotum.[c]

20 VI. Peccat mortaliter, qui diligit Deum eo ſolo, vel præcipuè, & principaliter, quod ab eo accipit, aut ſperat accipere ſpiritualia, vel temporalia bona, iuxta Franciſcũ Mayronẽ[d] & Silueſt.[e] Vnde infertur, Conc. Tri.[f] quatenus declarat eſſe hæreticum aſſerẽtem eſſe peccatum, operari bene ob remunerationem, eſſe intelligendum, de eo, qui tacitè vel expreſſè, minoris ęſtimat præmium quod ſperat, quàm ipſum largitorem, vel ſaltem abſque conſideratione aliqua vnius, vel alterius & abſque eo, quod finem vltimum & principalem conſtituat, rectè operatur.

VII. Peccat mortaliter, qui eo tempore Deum amare negligit, quo ſub peccati mortalis reatu tenetur, veluti quando mortis periculum, vel neceſſitas recipiendi, vel adminiſtrandi aliquod ſacramentum ſeſe obtulit,[g] niſi probabiliter crederet, ſe gratia, vel charitate donatum eſſe.

VIII. Peccat mortaliter, qui deliberatè optat in hoc miſero ſęculo & mundo immundo, perpetuò viuere, quia eiuſdẽ, bonis, dicã, an veriùs, ludibriis? fortunę que ornamentis, ſeu, potiùs, malorum irritamentis, oblectatur vel aliis de cauſis, ſecundùm Adria.[h] quàmuis peccatũ non ſit, longam vitam exoptare, etiam aduertendo, ob eam, æterna gaudia differri, ſecundùm eundem.

[a] *vt in addit. c. quando, de conſecr. diſt. 1. enucleauimus, & ſup. eod. c. nu. 6. & ſeq. tetigimus.*

[b] *2. 2. q. 34. art. 2.*

[c] *1. ſent. diſt. 1. q. 5. ſub fin.*

[d] *1. ſent. diſt. 1.*

[e] *verb. charitas, q. 7. vti in d. addit. poſt Tho. 1. 2. q. 199. art. 3. ſub fin. diximus.*

[f] *ſeſſ. 6. can. 26. & 31.*

[g] *Io. Tabien. ver. charitas, §. 30. & May. 3. ſent. diſt. 57. q. 13.*

[h] *in 3. de confeſ. q. 4 ſub fin.*

IX. Peccat, qui feſtiuis diebus non fecit actum de diligendo Deo ſuper omnia alia, ſecundùm Ioan. Tab. [a] ſed oppoſitum cum Adriano, [b] verius ſupra [c] exiſtimauimus.

[a] *verb. charitas,* §. 20.
[b] *in 4. de confeſſ. q. 3. col. 2. ſub fin.*
[c] *n. 7.*

# De præcepto de credendo in Deum, quod non eſt Decalogi.

## Summæ.

21 *Præceptum credendi, & præceptum diligendi, differunt vt fides, & charitas.*

21 *Infidelis duplex poſitiuè, & negatiuè, hic non peccat, ille verò ſic.*

21 Præceptum de rectè credendo in Deum, quod pertinet ad virtutem fidei, tam differt à præcepto de diligendo, quod pertinet ad virtutem charitatis, quàm virtus fidei, inclinans ad credendum, à virtute charitatis, inclinante [d] ad diligendum, quę quidem longè alia & maior eſt illa.

Et licèt S. Tho. [e] à Caietano declaratus, dicat, quòd quàmuis multis locis veteris & noui Teſtamenti, ſupra [f] citatis, fuerint data præcepta de diligendo Deo: in veteri tamen, non fuerunt data de fide: tametſi certum ſit, neminem vnquam ſaluum factum aut placuiſſe Deo, ſine fide, aſſertore Apoſtolo [g] cui conſonat principium ſymboli Athanaſij. [ *Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat catholicam fidem: quam niſi quiſque integram inuiolatámque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit.* Nam infidelis poſitiuè, nolens credere fide ſibi ſat notificata peccat peccatum infidelitatis, quo damnabitur: & infidelis negatiuè, qualis eſt quiſquis non credit, eò quòd eſt ſibi ſatis notificata fides, licèt non peccet non credendo, nec ob hoc damnetur, damnabitur tamen ob alia peccata, vt argutè declarat vterque Tho. [h]

[d] *1. Corint. 13. & c. charitas, 2. de pœn diſt. 2. S. Tho. 1. 2. q. 23. art. 6.*
[e] *2. 2. q. 16. art. 1.*
[f] *n. 6.*
[g] *Heb. 11. c. firmiter, de ſum. Trin. & fid. Cat.*
[h] *2. 2. q. 10. art. 1.*

# Contra præceptum de rectè credendo in Deum, quod non eſt Decalogi, vt peccatur.

## Summæ.

22 *Præceptum credendi violat, qui credit non eſſe catholicum, quod tenetur credere eſſe tale.*
*Excommunicatus qui dicto vel ſcripto affirmat contrarium fidei.*
*Hæreſis & hæreticus quid, & vt excommunicatus.*
*Pertinax quiſnam ſit.*
*Dubium de fide, non facit ſcrupulus, neque ſubreptio.*
*Credens quemlibet ſaluari in ſua lege, vt peccat.*
*Fidei articulos expreſſè, & in particulari, non credens, quando peccat.*
*Articuli fidei qui ſint explicitè credendi.*
*Credens patrem in diuinis maiorem eſſe filio, an peccet?*

22 Contra hoc præceptum, pèccant mortaliter. Primò, omnes infideles, quibus ſatis notificatum eſt Chriſti Euangelium, nec credunt ei, & omnes fideles, qui credunt quidem ei, ſed peruerſe & perperam intelligũt illud, aliáve loca ſacrę ſcripturę, contra ſenſum ab Eccleſia catholica definitum, aut ignorant, quod explicitè ſcire tenentur.

II. Qui pertinaciter credit aliquam hæreſim, cuiuſmodi eſt, quicquid ſanctæ fidei catholicę aduerſatur, [a] & eſt hæreticus, ſecundùm communem, [b] Alfonſum Caſtren. & nos [c] ac proinde excõmunicatus, [d] dummodo, errorem illum, verbo, ſcripto, vel opere (etiam ſibi ſoli) expreſſerit: ſecus enim, verè non eſt excommunicatus. Quoniam ob ſolum actum interiorem, non incurritur excommunicatio, vt poſt Caiet. [e] alibi [f] diximus. Addidimus autem (*Pertinaciter*) nam, ſi prę ſimplicitate, vel ignorantia, id credit, quia ſibi videtur eccleſia ita tenere, éſtque præſto errorem deponere, quandocunque veritatem fuerit edoctus, non eſt hęreticus, aut excommunicatus, vt etiam poſt Innoc. [g] communiter receptum diximus, [h] addendo, quòd nec regulariter

*[a] c. à recta, & c. hæc eſt fides, 24. q. 1.*
*[b] in rubr. de hæret.*
*[c] lib. 1. aduerſus omnes hæreſ. cap. 9. in c. nouit, de iudic. not. 3. n. 4.*
*[d] c. excommunicamus, de hæret. c. audiuimus. 24 q. 1. per bullam cœnæ Domini. Anton. 3. part. titu. 23 c. 17. & latius infra c. 27 n. 55.*
*[e] in ſum. verb. hæreſis.*
*[f] in c. inter verba, 12. q. 3. & in c. cogitationis, de pæn. diſt. 1.*
*[g] in c. firmiter, de ſum. Trin. & fid. cath.*
*[h] in add. c. quãdo de conſecra. diſt. 1. n. 72. & ſup. prælud. 1. n. 15. & ſeq.*

peccat mortaliter is autem cenſetur pertinax, qui credit animo non diſcedendi à ſua perſuaſione, etiam monitus, contrarium ab Eccleſia teneri. [a] Imò & qui credit aliquid, quod ſcit aduerſari fidei, vt eccleſiæ catholicæ definitioni: licèt affirmet, ſeparatum corrigere ſeipſum, vti poſt Caiet.[b] diximus. [c] Quàmuis autem Eccleſia iudicaret eſſe hæreticum, qui aliquid credit, quod manifeſtè fidei catholicę, & articulis eiuſdem aduerſatur (licèt aſſereret ſe paratum correctionem ſubire) coram Deo tamen neque hæreticus, neque excommunicatus eſt, ſi verè ignoranter id facit: & quidquid ſancta mater eccleſia docet, verè & implicitè credit. [d]

III. Peccat mortaliter, qui de rebus fidei, pertinaciter dubitat.[e] At verò, ſubreptitia dubietas, & non deliberata, maximè, quæ renitente voluntate euenire ſolet, & contra voluntatem habentis illam perdurat, vel non eſt peccatum, aut ſolùm veniale, aſſertore Io. Andr. recepto.[f] & multò minus ſcrupuli, qui cõtra fidem emergere ſolent, & contra voluntatem habiti, moleſtè perdurant, vt poſt Ioan. Maiorem [g] diximus. [h]

IIII. Peccat mortaliter, qui deliberatè credit, quemcunque infidelem, ſi bene moraliter vixerit, poſſe in ſua ſecta ſaluari. [i]

V. Peccat mortaliter, qui iam diſcretione pollens, negligit ſcire explicitè, & in particulari, eſſe vnum Deum ſolum, qui mundum vniuerſum creauit, & iuſtiſſimè regit, ipſúmque eſſe vnicum in eſſentia, & trinum in perſonis, Patrem, Filiũ, & Spiritum ſanctum, in quo ineffabile ſanctiſſimę Trinitatis myſterium continetur, iuxta mentem S. Th.[k] communiter recepti. Nam licèt ante aduentum Chriſti redemptoris noſtri, ſatis eſſet credere vnum Deum malorum vindicem, bonorúmque æquiſſimum remuneratorem, iuxta Apoſt.[l] poſt ſancti tamen ſui euangelij promulgationem, nõ ſatis eſt illud credere: quàmuis in genere, vel implicitè credat quicquid ſancta mater eccleſia credit, ſecundùm eundem & communem.

VI. Peccat mortaliter, qui iudicio rationis vtens, negligit ſcire explicitè, & in particulari ſecundam perſonam Trinit. putà filium Dei patris, propter noſtram ſalutem factum eſſe hominem, natum & mortuum, iuxta

[a] arg. gloſſ. fin. Clem. 1. §. porrò, de ſum. Trin. & fid. Catho.
[b] 2. 2. q. 1. art. 4.
[c] in repet. c. nouit, de iud. not. 3. num. 41. & d. prælud. 1. nu. 15.
[d] iuxta tradita d. præl. 1. d. n. 15. & ſeq.
[e] c. dubius, de hæret.
[f] in d. c. dubius.
[g] in 3. ſent. diſt. 25. q. 4.
[h] in repet. c. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 6.
[i] c. 1. §. fin. de ſum. Trinit. & fid. cath. & in prin. ac fin. Symboli Athanaſij.
[k] 2. 2. q. 2. art. 8.
[l] Heb. 11.

mentem eiuſdem, [a] quicquid Roſella dicat, quem iuſtè Silueſt. cõfutat. Imò & qui ignorat alios articulos prædicti Symboli, ſaltem quos eccleſia ſolemnizat, vt prædictos, ſecundum eundem S. Tho.[b] & diximus ſupra.[c] Quocirca omnes parochos, patrinos, parentes, & confeſſarios (præſertim plebeiorum) ac verbi diuini præcones obſecramus, vt fidem iſtam articulorum explicitam, & in particulari, cæterorúmque, qui in Symbolo Apoſtolorum, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, continẽtur, ſæpiſſime commendare & inculcare non deſinant. Quandoquidem, in vniuerſa Chriſti Republica, circa hæc tanta ſit ſocordia, vt multos paſſim inuenias, nihil magis in particulari & explicitè de hiſce credere, quàm ethnicum philoſophum, ſola vnius veri Dei naturali cognitione præditum: quâmuis modò non auderem cęterorum articulorum, quos non adeo ſolemnizat eccleſia, ignorantiam, tanquam lethalem & mortiferam condemnare: dummodo, ſaltem implicitè, & in genere, credatur, quicquid ſancta mater eccleſia Romana credendum præcipit.

*a art.7.*

*b ibidem.*

*c Pręlud. 4. nu. 25.*

VII. Peccat, qui non ediſcit, & memorię mandat Symbolum Apoſtolicum, & precationem dominicam, Latino alióve idiomate, quod ſaltẽ eſt veniale graue.[d]

VIII. Peccat, qui circa Trinitatis myſterium, credit Patrem Filio, aut Filium Spiritu ſancto antiquiorem, vel Patrem aut Spiritum ſanctum humanam, aliámve corpoream formam habere, vt Filius, in quantum eſt homo, habet: vel diuinam generationem aut proceſſionem Spiritus ſancti, eſſe inſtar generationis humanæ, vel alterius corporeę, vt diximus ſupra[e] niſi ignorantia, aut rudis ſimplicitas excuſent: quæ quidem ipſum excuſare poſſent: imò quaſi ſemper excuſant, ad hoc vt non ſit hæreticus, aut excommunicatus, licèt non ſemper excuſent à peccato, vt ſupra[f] poſt Innoc. & alios ibi citatos, tradimus. Et ſupra[g] explicuimus generationem filij in diuinis, eſſe inſtar productionis notitię ab intellectu: emanationem autem Spiritus ſancti, ſimilem proceſſioni amoris ab intellectu & voluntate: non autem, per modum corporeę generationis, quod nonnulli temere ac ſtultè comminiſcuntur, vt admonuimus.[h]

*d per c. vos, de conſec. diſt. 4. & diximus in repet. c. quando de conſec. diſt. 1. poſt Palud. in 4. ſent. diſt. 15. q. 5. col. 2.*

*e Pręlud. 3. nu. 16. & ſeq.*

*f Pręlud. 1. nu. 17.*

*g in d. Prel. 3. nu. 8.*

*h ibid.*

[a] *ſeſſ. 4. in decr. de edi. & vſu. ſacror. lib.*

IX. Peccat mortaliter, qui contra Conc. Trid. [a] aſſerit, veterem & vulgatam editionem ſacræ ſcripturæ, non eſſe pro authentica habendam: vel qui eam contra vniuerſalis Eccleſiæ Dei declarationem, & concordem ſanctorum patrum conſenſionem interpretatur: quàmuis eius interpretatio nunquam euulgetur.

# De præcepto de colendo, ſiue honorando Deum, quod eſt primum Decalogi.

Summæ.

23 *Præceptum colendi Deum, vt differt à præcepto diligendi, & credendi.*

23 *Superſtitio eſt maximum vitium moralium.*

24 *Superſtitio quadruplex, & quælibet præter primam lethalis.*

25 *Dæmones bifariam inuocantur, expreſſè, & tacitè.*

25 *Inuocatio Dæmonum tacita, fit quinque modis.*

23 Præceptum de colendo, ſiue honorando Deum, quod eſt primum Decalogi, tam differt à prædictis duobus præceptis de diligendo Deum, & credendo in eum, quàm virtus religionis, quæ eſt moralis, licèt omnium ſuprema, ſecundùm S. Thom. receptum, à [b] virtutibus fidei & charitatis, quæ ſunt theologicæ, & longè omnibus moralibus maiores, ſecundùm eundem. [c]

[b] *2. 2. q 81. art. 2. & 6*
[c] *l. 2. q 62.*
[d] *Exod. 20.*
[e] *2. 2. q. 122, art. 2.*
[f] *l. 1. ff. de off. ei cui mād. eſt iur. & c. cùm Apoſtolica, de his quæ fi. à præl. ſi. conſ. cap.*

Nemini autem debet videri præceptum hoc non fuiſſe conuenienter datum, [d] eò quòd latum fuerit negatiuè, non affirmatiuè, vt pręceptum quartum de honorando parentes. Tum, quia id factum fuit ratione, quam altè declarat S. Tho. [e] Tum, quia, dum ibi vetatur cultus falſorum deorum, præcipitur cultus veri Dei, argum. à contrario ſenſu, quod eſt fortiſſimum [f] præterquam quòd ſecundo præcepto directè iubentur ſabbatha ſanctificari.

[g] *2. 2 q 81. art. 2.*

Sicut porrò, virtus latriæ, ſeu veræ religionis, ad quã pertinet hoc præceptum, eſt maxima omniũ moralium virtutum, vt probat S. Tho. [g] receptus, ita vitium ſuperſtitionis, & falſæ religionis, quod quidem hoc primo

mãdato prohibetur, genere ſuo eſt maximum omnium peccatorum, quę actib⁹ virtutum moralium opponuntur. Quod S. Tho.[a] ſenſit nititúrque ea ratione, quòd contraria de contrarijs dicuntur.[b] Quò fit, vt quẽadmodũ virtus religionis & latriæ inclinat & ordinat nos ad Deum ipſum debito modo colendum & honorandum, tanquam primum principium, ſupremúmque gubernatorem noſtrum, qui nos creauit, & regit,[c] ſic etiam è contrariò, vitium hoc ſuperſtitionis & falſę religionis, inclinat ad reddendnm Deo, cultum pernicioſæ aut ſuperfluæ, vel etiam ipſi creaturæ tacitè, vel expreſſè.[d]

Quatuor autem ſunt falſæ religionis, vel ſuperſtitionis ſpecies, vt ex B. Aug.[e] & vtroque Tho.[f] colligitur. Prima, qua pernicioſus, vel ſuperfluus cultus exhibetur Deo. Eſt autẽ pernicioſus cultus, qui cęremonijs mendacib. falſitatem aliquam prę ſe ferentibus, impenditur: quod genus ſunt Iudaicę cęremoniæ ſignificãt.n. Meſſiam eſſe venturum, ſecũdum S. Tho.[g] Superfluus verò cultus eſt, qui cæremonijs exhibetur, quę neque ad Dei gloriam, neque ad ſubiugandam carnem ſpiritui, & ſpiritum Deo ipſi, quidquam conferunt, iuxta S. Thom.[h] quod genus eſt ſuperſtitio quædam orandi ante ſolis ortum, vel audiendi ſacrum à ſacerdote, qui vocetur Ioãnes, aut dicendi bis halleluia, vel precationem Dominicam &c. quando ſemel tantùm eſt dicendum. Secũda ſpecies eſt, qua cultus diuinus alicui creaturę impenditur, vt ipſa honoretur dicitúrq. idololatria. Tertia eſt, qua cultus diuinus impenditur creaturæ, ad aſſequendam [illegible]am ſcientiam vel inſtructionem, dicitúrque D[illegible]cio. Quarta ſpecies eſt, qua idem cultus tribuitur creaturæ, vt ab ipſa, opera noſtra dirigantur.

24 Atqui, omnes iſtæ ſuperſtitiones ex genere ſuo ſunt lethalia crimina valde grauia, excepta prima ſpecie, qua parte continet cultum ſuperfluum, non tamen contrarium diuinæ aut humanæ legi: vt ieiunare die dominica, vel dicere Pater noſter adeo priuatè, & ſibi ſoli, ac ſi non foret pars & membrum eccleſiæ ſecũdum Caiet.[i] Quarta quoque ſpecies non eſt peccatum mortale, quando bona fide, vel prę ignorantia, ea quis vtitur antequam veritatem edocetur, vt ex mente S. Th.[k] [m] & S. Anton.[l] & Caiet.[m] colligitur, ſecundùm quos iſtis

- a *2. 2. q. 92. art. 1. & q. 94. arti. 3.*
- b *c. ſecundum, 8. q. 1. & l. & ſi cõtra tabulas. ff. de vulg. & pupil.*
- c *2. 2. q. 81. art. 2. & 3.*
- d *2. 2. q. 92. art. 1. & 2.*
- e *lib. 2. de doct. Chriſt. c. 15ud, 26. q. 2.*
- f *2. 2. q. 92. art. 2.*
- g *2. 2. q. 93. art. 1.*
- h *d. q. 92. art. 2. & facit. c. Quiſquis, 41. diſt.*
- i *2. 2. q. 92 art. 1.*
- k *vbi ſup.*
- l *2. part. tit. 12. c. 1. §. 12.*
- m *2. 2. q. 95. art. 2.*

duobus caſibus, non eſt communiter ampliùs, quàm veniale peccatum, vt inferiùs explicabimus.

25 Duplex autem eſt modus inuocandi dæmonem. Vnus expreſſus: alter verò tacitus. Expreſſus eſt, quo apertè vocatur, vel inuocatur dęmon, aut fit aliquid, quod creditur opera ipſius dęmonis fore perficiēdum, ſecundùm mentem S. Thom. quam Caietan.[a] expreſſit. Nam priore modo, verbo poſteriore autem opere, auxilium dęmonis imploratur. Tacita autem inuocatio dæmonis, toties fit, quoties quis nititur aliquid efficere per cauſas, quæ nec [illegible]rute ſua naturali, neque diuina, aut eccleſiaſtica diſp[illegible]one, poſſunt illud efficere, vel quando huiuſmodi cauſæ, tanquam neceſſarię, adiunguntur alijs, quę poſſunt talem effectũ producere, iuxta mentem S. Thom.[b] cuius definitionis exempla poſſunt eſſe quidam rami ab iſta radice ſuppullulantes, quos recenſuit Caie.[c] Quorum primus eſt, vti verbis ſacris ea lege, vt ſint ſcript[illegible] [illegible]lla, vel illa materia: vel tali tempore, aut hora: &[illegible] [illegible]iuſmodi, quę neque ad diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectã rationem pertinẽt. Secundus eſt, adiungere cauſis naturalibus aliquos characteres vim ſignificãdi habentes, qui quidem ad dæmones, illos probè intelligentes referuntur, vel ſunt nomina ignota, quæ quòd ſint talia, tacitè ad eos referuntur. Tertius eſt, vti cauſis naturalibus, ad effectũ ſupernaturalem, veluti ad agnoſcendas hominum arcanas cogitationes, vel ad ſubitò medendũ. Quartus eſt, vti verbis ſacris ad inanem effectum, veluti ad mouendum annulũ ſupra filum, vel ad voluēdum cribrum, quę q[illegible]m, non verba ſacra, ſed ipſe diabolus mouet, vt il[illegible] [illegible]erbis honorẽ ſibi faciat exhiberi. Quintus eſt, miſcere falſa, veluti dicendo Chriſtum laboraſſe febribus. Qua quidem in re, iure quis mir[illegible] [illegible]llorum hominum imprudentiam, qui his & alijs ſ[illegible]bus ſuperſtitionibus, credunt, quòd Deus tam freq[illegible]ẽter impartitus fuerit vetulis quibuſdam deliris, & hominibus idiotis, ac (vt plurimùm) corruptis moribus, vitáque reprehenſibili, ea, quæ non eſt elargitus ſanctis, quibus in gradu adeo ſublimi, profunda ſuæ diuinæ ſapientię arcana, virtutémque ſuæ infinitæ potentię, quo tot [illegible]iracula fecerunt, cõmunicauit: quàmuis malis interdũ [illegible]õcedat,

[a] 2. 2. q. 95. art. 3.

[b] 2. 2. q. 96. art. 1. & multis art. q. 95. eiuſdem 2. 2.

[c] in ſum. verb. incantatio.

quòd plæriſque bonis non indulget, vt infra [a] tangitur. Inſuper, Conc. Trid. [b] declarat hæreticum, qui dixerit à nobis ſanctos inuocandos non eſſe: eorúmve preces nobis apud Deum non prodeſſe: aut eorum reliquias & imagines non eſſe venerandas: declarans, quòd vt ſanctiſſimum eſt, imagines honeſtas ſanctorum, maximè Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius matris, habere & colere, ſic peccatum eſt, imagines ornare & habere, quę ſua venuſtate, nuditate, forma aut habitu, ad libidinem & id genus alia vitia alliiciant. In quo multos (etiã religioſos) errare video, veſtientes Deiparam, & beatam Mariam Magdalenam, aliáſque ſanctas, ornamentis profanis, & vanis, quibus etiam honeſtæ fœminæ ſeſe veſtire vererentur. Declarauit etiam eſſe Idololatriam, credere illis aliquam diuinitatem, aut virtutem ineſſe, præterquam ad ea, quorum ſunt imagines, repreſentanda: neminémque debere in eccleſia collocare, aut domi habere imagines inſolitas, & citra approbationem epiſcopi.

[a] *n. 36.*

[b] *ſeſſ. 23. in decret. de inuoc. ſanct.*

# Contra præceptum maximum, de colendo Deum, quod eſt Decalogi, vt peccatur.

Summæ.

26 *Præceptum de colendo Deum, violatur triginta octo modis præter participantes à num. 26. vſque in finem cap.*
26 *Excommunicatus, an ſit faciens opus infidelitatis exterius.*
27 *Diſputare de fide, laicoillicitum.*
28 *Ars Magica vetita.*
29 *Maleficium an maleficio tolli poßit.*
30 *Sortes quæ prohibitæ, & quæ licitæ.*
31 *Incantatio prohibita, & fide indigna.*
32 *Philtra quæ illicita.*
32 *Adoratio imaginum quæ illicita.*
33 *Somnijs quibus non credendum.*
34 *Reliquiæ, nomina, & breuia, vt geſtanda, & n. 35. & 36.*
37 *Auguriis non credendum.*

38 *Dæmoni herbam muſicam nihil reſiſtere.*
38 *Ars notoria illicita, & quæ ſit illa.*
38 *Striges & Sagas reprobatas.*
39 *Duella illicita, exceptis duobus, & quæ prohibita per Cõc. Trid.*
40 *Tentare Deum illicitum, etiam per martyrium, & 41.*
40 *Martyrium pati quando crimen mortale.*
40 *Diis, Deabuſue gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis tribuere impium.*
48 *Magiſter Poetas gentiles prælegens, vt peccat.*

26 Contra hoc præceptum de colendo Deum, peccat mortaliter, primò qui ſeipſum, vel alium circumcidit, ſeu vtitur aliquibus cæremonijs Iudaicis, vel Mahometicis, quæ aliquam falſitatem noſtræ ſanctæ Catholicæque fidei aduerſantem, ſignificant, etiamſi veram eſſe minimè credat per ſupradicta.[a]

II. Peccat mortaliter, qui expreſsè dæmonem, Solem, Lunam, Idolum, vel creaturam aliquam tanquam Deum adorat, etiam ſolo cultu exteriori.[b] Vel habuit dęmonem, ſeu ſpiritum, quem vocant, familiarem, quo eum admoneret, vel ei oſtenderet, renuntiarétve, quæ in locis remotis, aut ſecretis geruntur, vt alibi,[c] copioſè probauimus. Circa quod, nullatenus excuſamus Reges, non punientes eos, qui eiuſmodi dæmonibus familiaribus vtuntur, ſed potiùs expetunt ab eis certiores fieri, de his, quæ in hoſtium caſtris geruntur, quęve aduerſarij moliuntur.

27 III. Peccat mortaliter, qui metu, vel alia de cauſa profert ex animo aliquid contra fidem, vel conſentit in aliquod opus infidelitatis exterius, etiamſi intra ſe, & in corde ſuo oppoſitum credat: vt Marcellino Papæ legimus contigiſſe,[d] nec ſolùm eſt excommunicatus in foro exteriori, ſed etiam conſcientiæ, aſſertore Caiet.[e] Sed huius oppoſitam ſententiam, olim pro reſponſo dedimus, interrogati de certis caſibus, qui cuidam religioſo Societatis Ieſu apud Sarracenos agenti, occurrerunt circa Chriſtianos quoſdam, qui timore perculſi, & ob alias cauſas, ſe eſſe Sarracenos finxerunt, & ſequuti ſumus eum qui Repertorium Inquiſitorum compoſuit:[f] quod nunc quoque verius arbitramur quàm

[a] *n.22. & ſeq.*
[b] *ſup.n.19.*
[c] *in c. nouit, de iud.not.1.*
[d] *c. nunc autẽ, 12. diſt.*
[e] *22. qu. 94. art.1.*
[f] *in verbo hæreticus.*

quod Caiet.aſſeruit·ſic enim Silueſt. [a] & Io. Tabieſi [b] viſum eſt.& profectò etiam ſi hoc nullus aſſereret,eandem nihilominus ſententiam amplecteremur : quoniam huiuſmodi homo non eſt verè hæreticus : quàmuis grauiſſimè peccet,ſecundùm Alex. Halenſ. [c] quod ex hæretici,hæreſiſque definitione, quam alibi, [d] adduximus,comprobatur & excommunicatio illa iuris, quę continetur in bulla Cœnæ Domini , ſolùm fertur contra hæreticos credentes , vel contra fautores , & receptatores eorum , quorum de numero non eſt cenſendus is, de quo modò loquimur , niſi quando aliquod opus exterius hæreticum commiſiſſet , alicui hæreſi vel hæretico auxilium præſtando :quo caſu , excommunicatus foret , non quia hæreticus , ſed quia fautor hæreticorum.

[a] *verb.hereſis, q. 6.*
[b] *verb.hæreticus n.2.& verb. Apoſtaſia. n. 3.*
[c] *2. part. tit. 53. membr.2.*
[d] *in repet. c. nouit , de iud. not. 3.n. 41.*

IIII. Peccat mortaliter,qui habitum, vel ſignum Iudæi,aut Sarraceni defert,vbi veſte, vel aliquo charactere vnuſquiſque ſuę legis profeſſionem indicat aſſertoribus Angel. [e] Silueſt. [f] & Caietan. [g] Id enim facere , perinde eſt,ac prę timore ſe Iudæum eſſe , aut Sarracenum confiteri.Non autem peccaret ob ſolam omiſſionem ſigni vel habitus Chriſtianiſmi : niſi ſigna Iudæorum aut Sarracenorum vſurparet , vt rectè docuit idem Caiet. [h]

[e] *a verb. infidelitas, §.9.*
[f] *eod. verb.*
[g] *in ſum. verb. habitus omiſſio.*
[h] *2.2.q.3. art.2.*

V. Peccat mortaliter,diſputans de fide, cûm ſit laicus, ſciens laicis eſſe prohibitum ſub excommunicationis pœna de illa diſputare. [i]

VI. Peccat mortaliter , qui reliquias falſas tanquam quę verè ſanctorum eſſent , adorandas proponit , vel votiuas imagines ob miracula falſa, offert imagini crucifixi,vel beatiſſimę Virginis, aut aliorum ſanctorũ : vt alij ſimili exemplo prouocati quippiam templo offerant , vel alia id genus offerendum comparent , vt inde aliquid quæſtus accedat , magna namque diuino cultui irrogatur irreuerentia , dum mendacia circa res ſacras perſuadetur, deciſore Caiet. [k] & quia eſt primę ſpeciei ſuperſtitionis,per dicta ſupra. [l]

[i] *ca. quicunque. de hæret. lib. 6. & l.pœn. C. de ſum Trin. Caiet.in ſum. verb. diſputatio.*
[k] *vbi ſup. verb. ſuperſtitio.*
[l] *n. 23.*

VII. Peccat mortaliter,qui dæmonem expreſſè, corde,vel verbo inuocat , quò ſibi ſit auxilio, conſilio , vel fauori. Quia eſt tertia ſpecies ſuperſtitionis , de qua ſupra. [m]

[m] *d.n.23.*

28. VIII. Peccat mortaliter, qui dæmonem per modum obſecrationis adiurat, vt ab eo aliquid diſcat, auxiliúmve accipiat.[a] Quanquam licitum ſit dæmones adiurare per modum coactionis obſtringendo eos eccleſiaſticis exorciſmis, vel quando citra inuocationem adſunt, vt ſolent in arreptitiis adeſſe, licet enim tunc eos interrogare, ſine precibus tamen & ſocietatis pacto, ad aliquorum vtilitatem, ſecundùm B. Anton.[b] Quin etiam, colloqui ipſis dæmonibus corpora hominum obſidentibus, ob curioſitatem vel vanitatem tantùm, non eſt pluſquam veniale, eſt nihilominus veniale, nullo enim pacto illis coüti licet, niſi tanquam inimicis, determinatore Caiet.[c]

IX. Peccat mortaliter, qui Nectromantiam, vel aliquam aliam magicam artem diſcit, eáve vtitur, vel deliberato animo eam vult ediſcere, aut ea vti. Quoniam iuxta Rich.[d] non eſt ſcientia: ſed potiùs ſuperſtitio,[e] Imò ſi libros huiuſce facultatis habet, & nolit eos Vulcano committere, non eſt abſoluendus, ſecundùm Angel.[f] Nam eſt tertia ſpecies ſuperſtitionis, de qua ſupra.[g]

X. Peccat mortaliter, qui vult dæmonis opera, vel aliis illicitis rationalibus, theſaurum inueſtigare,[h] vel ſi conſulit, aut conſuli ſuadet maleficos, aut eos in domum ſuam accerſit, vt quippiam ab eis ſciſcitetur, iuxta illud,[i] *Anima, quæ declinauerit ad magos & ariolos, &c.* ſeu veneficia compoſuit, vt incantationibus, aut inuocationibus dæmonùm tacitis vel expreſſis, noceret alicui, iuxta illud.[k] *Maleficos non patieris viuere.*

29 XI. Peccat mortaliter, qui maleficium, vel incantationem alio maleficio, aut incantatione diſſoluit, ſeu precatur alium, vt diſſoluat: quàmuis foret ad id agendum paratus, ſecundùm S. Thom.[l] & Io. Maiorem,[m] communiter receptos, quòd etiam Silueſt.[n] comprobat, quicquid dicat Angel.[o] nunquam enim eſt licitum proximum ad peccandum inducere, quàmuis ſit ad id paratus. Quia, non licèt conſentire peccanti,[p] tametſi liceat alieno peccato vti, dummodo res quæ petitur, non ſit peccatum.[q] At qui, fas eſt maleficium licitis modis diſſoluere: putà, exorciſmis approbatis, aquâ benedictâ, ſanctorum precibus, verâ pœni-

[a] c. illud, 26. q. 2. & ſup. eod. d. n. 3.
[b] 2. part. tit. 12. c. 1. §. 5.
[c] verb. interrogatio primi præcepti.
[d] 2 ſent. diſt. 17.
[e] l. culpa, C. de maleſi. & Mat.
[f] verb. curioſitas §. 10.
[g] eod. n. 23. & 24.
[h] arg. cap. illud 26. q. 2.
[i] Leuit. 20. &
[l] l. nemo, C. de malef. & Mat.
[k] Exod. 22. &
[l] multi, C. eod.
[l] in 4. ſent. diſt. 34. q. 1. art. 3.
[m] ibidem, q. 2.
[n] verb. maleficiũ q. 8. arg. l. nullus & l. nemo, C. d. tit. c. non obſeruetis, 26. q. 7.
[o] verb. ſuperſtitio, §. 13.
[p] argu. cap. 1. ad Rom. & cap. nouum. 2. q. 1.
[q] c. mouet, 22. q. 1 vt tradidimus in rebet. ca. inter verba. 11. q. 3.

upna

tentiâ, deuotâ Euchariſtiæ perceptione, ſecundùm omnium doctorum ſententiam, præcipuè Ioan. Maioris,[a] etiam ſine vlla inuocatione, ſoluendo vinculum capillorum, vel aliarum rerum quibus incantatio componitur.

[a] in 4. ſent. diſt. 35. q. 2.

30 XII. Peccat mortaliter, qui interrogat, vel vult interrogare præſtigiatores, ſeu diuinatores circa furtum, vel quippiam aliud ſecretum: aut idipſum ſortibus, aleis, charris, libris cribro vel aſtrolabio tentat cognoſcere, iu[illegible]ud.[b] *Non inueniatur in te qui Pythones, ac diuinos conſ[illegible]at.*

[b] Deuter. 17. d. l. nemo, C. de malef. & Mat.

XIII. Peccat, mortaliter, qui adhibuit incantationes brutis ſeruandis, vel inueniendis, &c. vtendo verbis ſacris, aut profanis, vel aliqua alia vana ſuperſtitione, iuxta S. Thom.[c]

[c] 2. 2. q. 96. art. 4. ad 2.

31 XIIII. Qui cred[illegible] effectum illum, ex operibus, magorum diuinanti[illegible]: incantatorum manantem, etiamſi ſanitas ſequa[illegible]: virtute verborum, vel rerum, quas applicant, effici, cùm huiuſmodi res iuxta naturam ſuam ad ſimilem effectum producendum eiuſmodi virtute careant: quoniam talem effectum producit dæmon per alias cauſas naturales, quas ad id ob pactum expreſsè vel tacitè cum incantatore conuentum, applicat, ſecundùm ſanctum Thomam,[d] S. Anthonin.[e] & reliquos omnes.[f]

[d] 2. 2. qu. 96. art. 2.

[e] 2. part. tit. 12. cap. 1.

[f] 2. lib. ſent. diſt. 7.

XV. Qui peregrinum, quem Hiſpani Gittanum, Itali verò Cingarum, & Galli Ægyptium vulgò vocant, de fortuna ſua percontatur, animo credendi, quod reſponderit: quamuis, ſi ex curioſitate, vel riſus gratiâ id faceret, non foret lethalis culpa, niſi perſona eius eſſet conditionis, vt ex illa interrogatione alij grauiter offenderentur: tunc enim, ratione ſcandali, grauius peccatum foret.[g]

[g] ca. 2. de no. op. nunciat.

32 XVI. Peccat mortaliter, qui alicui philtrum, ſiue poculum amatorium propinat, vt ab ipſo ametur, iuxta Angel.[h]

[h] verb. interrogatio primi præcepti.

XVII. Qui rebus ſacris & eccleſiaſticis ad aliquam incantationem, aut maleficium vtitur, aut fieri procurat: veluti aqua baptiſmali, oleo ſancto, ara conſecrata, verbis conſecrationis, ſiue id genus alijs, aut etiam aliquid horum ſecum malo fine geſtat, aſſertore

[a] *part.2.tit.12.* Anton.[a] Cui caſui in plurimis diœceſibus, excommu-
*c.1. §.12.* nicatio ſynodalis annexa eſſe ſolet.

XVIII. Qui ob ſanitatem alicui reſtituendam, aliquid applicat, quod nulla virtute pollebat ad ſanandum veluti cingulo metiri, vimen findere, aperire arborem vrinam ſupra certam herbam emittere, lienis morbos ſecare: & id genus alia, niſi ignorantiâ excuſetur.

XIX. Peccat mortaliter, qui ſanctorum imagines ſolùm propter ipſaſmet adorat, citra vllam in ipſos ſanctos tacitam, vel expreſſam relationem, & reſpectum, quòd repræſentent ipſos ſanctos in cœlo degentes, Deúmve ipſum.[b]

[b] *c. perlatum, & cap. venerabilis, de conſec. diſt. 3.*

Inſuper, qui fingit, parat, aut fictas aſſeruat imagines ſanctorum, vel alias ita nudas, laſciuas, & obſcœnas, vt probabiliter credi poſſit, motum iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia, vt ſupra diximus.[c]

[c] *num. 23.*

Denique, qui fingit, parat, aut habet imagines probroſas aut contumelioſas virgini matri, Sanctis, ſummo Pontifici, Cardinalibus, Epiſcopis, aliiſve Prælatis eccleſiaſticis, aut [illegible]ias orthodoxæ, catholicæque fidei.

33 XX. Peccat mortaliter, qui aliquid futurum, vel arcanum, credit, ob id maximè, quia aliquid ſomniauit propter expreſſam, aut tacitam dæmonis inuocationẽ: quia nimirum, propter inſomnium, credit id, ad quod vis ſomnij extendi non poteſt: veluti, ſe nunquam fore interficiendum, vel quòd theſaurum inueniet, vel ſcire quam ſit vxorem ducturus, ſecundùm S.Thom.[d] Quàmuis, credere [illegible]uid, quod in ſomnis accepit, dum exiſtimat eſſe re[illegible]ationem diuinam, vel cauſam aut ſignum naturale ſufficiens ad ſignificandum quod portendit, non ſit peccatum, iuxta eundem S.Thom.[e] & Caiet.[f]

[d] *2.2 q.92.art. 6. Deuter.18.c. ſciendũ.26.q.4.*

[e] *in d. art. 6.*

XXI. Peccat mortaliter, qui ob ea, quæ ſomniauit, omittit facere aliquid ad ſalutem animæ neceſſarium, vel operatur aliquid eiuſdem ſaluti contrarium: licèt, ſi non ſit tale, ſolùm venialiter peccet, vt Caietan,[g] tradit.

[f] *in ſum. verb. ſomniorum obſeruatio.*

[g] *ibidem.*

34 XXII. Peccat mortaliter, qui certam ſpem conſtituit in geſtatione aliquot nominum ſcriptorum, firmiter

miter credens, propterea fore, vt numquam in bello vulneretur, feriatur, vel repentina morte rapiatur: aut quòd neque aqua, neque igni peribit, vel quod apud principes omnia ſint illi proſpere ceſſura. Quoniam huiuſmodi nomir[illegible] neque virtute naturali, neque inſtitutione diuina, [illegible] eccleſiaſtica, vllam vim habent tales effectus producendi, & conſequenter, vana eſt eorum obſeruatio, per dicta ſupra.[a] Eiuſmodi itaque breuia, vel nomina, ſunt reprobata, & peccant mortaliter, qui ea confingunt, vel illis vtuntur, aut conſulunt, vt alij eiſdem vtantur, iuxta B. Anton.[b] n[illegible] adeo idiotę & rudes fuerint, vt eos ignorantia exc[illegible]t.

35. XXIII. Peccat, qui eiuſmodi breuia, coniurationes, ligaturas vel nomina, collo appenſa geſtant, niſi hæ quatuor conditiones concurrant Prima, quòd ſint nomina cognita, intellecta, & ſancta, putà, ex euangelio, ſcriptura ſacra, aut aliquo viro ſancto deſumpta. Secunda, quòd in eis nullus alius character, aut ſignum præter Chriſti crucem, aut aliud ſacr[illegible]n, contineatur. Tertia, quòd in eis nihil ſit falſi, au[illegible]ani, vel ad inuocationem dæmonum pertinens. [illegible]rta, quòd nullam conſtituat ſpem in modo ſcribendi, vel ligandi, aut quia in membrana (vt vocant) virgine, ſeu cùm ſol oritur, vel quando legitur euangelium, conſcribatur, vel quòd debeant tot ſigillis ligari, & à puella virginę, aut quòd à nemine videatur, & alia non abſimilia, quę neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem, vel inſtitutum, deſeruiunt, ſecundùm Anton.[c] & Martinum ab Arles, conterraneum noſtrum,[d] & ſatis colligitur ex Thoma.[e]

XXIIII. Qui componit aut defert verſus ſcriptos die Aſcenſionis, credens minorem virtutem habituros, ſi ante Euangelium decantatum, vel ſacro peracto, aut in alio actu, die quo talia verba Euangelij in eiuſmodi ſchedulis contenta decantari non ſolent, conſcribantur. iuxta Roſell.[f]

XXV. Qui defert reliquias ſuperſtitioſa quadam & vana obſeruatione ductus: veluti, ſi vas quo ſunt geſtandæ, ſit trigonum, vel rotundum, quod quidem & alia huiuſmodi, ad diuinum cultum nihil attinent, auctore Thom.[g] neque ad alium effectum natu-

[a] *num. 22.*

[b] *2. part. tit. 12. c. 1. §. 3.*

[c] *2. part. tit. 11. c. 1. §. 3. arg. ca. nō licet 26. q. 6.*

[d] *de ſuperſtitio. n. 4. volum. 10. tractat.*

[e] *2. 2. q. 96. art. 4.*

[f] *verb. ſortilegium, §. 2.*

[g] *2. 2. q. 96. art. 4.*

ralem, aut inſtitutum deſeruiunt. Religioſum nihilominus eſt am decenti veneratione reliquias portare, citra ali n vanitatum admixtionem, iuxta eundem S. Thom.[a]

[a] *vbe ſup.*

36 XXVI. Qui die beati Ioan. Baptiſtæ artemiſiam & alias herbas colligit, credens tali die collectas, maiori virtute pollere, quàm ſi alio die, vel poſt ortũ ſolis colligerentur, aut die S. Petri, vel alterius ſancti, iumentis venam pertundit, vtilius fore credens, id enim illicitum eſt, iuxta Martinnm de Arles,[b] nam quàmuis peccatum non ſit, herbam medicinalem colligere, adhibita precatione dominica, vel ſymbolo, ſi ex deuotione fiat, & abſque ſuperſtitione, vel etiam eadem herba vti, ſi tamen aliqua vanitatis ſpecies admiſcetur, peccati rationem habet, licèt interd n propter ignorantiam, aut ſimplicitatem, lethal ſit, per dicta ſupra.[d]

[b] *in d tract. de ſuperſtitio. nu.* 8.
[c] *arg. c. non licet* 26. *q.* 5.
[d] *n.* 22. *& ſeq.*

Quibus addo, mulieres vtentes quibuſdam ſignis & benedictionibus citra ſuperſtitionem & vanitatem, licitis orationibus & exorciſmis, obteſtantes per paſſionem Chriſti, & alia huiuſmodi, non peccare mortaliter. Horum nihilominus vſus meritò illis interdicendus foret: quandoquidem, ſæpenumerò plæraque vana & ſuperſtitioſa intermiſcent, niſi ſint perſonæ honeſtæ, & prudentes, vitæque inculpatæ, & per id aliȩ ſimplices perſonæ an iam arriperent quippiam ſimile faciendi: ſi enim eiuſmodi illis præberetur occaſio, deberent tales perſonæ honeſtæ, ab ijs protinus abſtinere, iuxta illud Apoſt.[e] *Ab omni ſpecie mali* (aliàs mala) *abſtinete vos.* vt ſenſit B. Ant.[f] illi porrò, qui vulgò Saltatores vocantur (tametſi profligatiſſimæ vitæ homines ſint) licitè poſ t ſuo munere perfungi, quoniam gratia illa gratis data eis, à Deo ſolo conceditur in vtilitatem aliorum, iuxta Margaritam confeſſ.

[e] *ad Theſſal.* 5 *c. cùm ab omni, de vit. & hon. cler.*
[f] 2. *part. tit.* 12. *c.* 1. §. 11.

37 XXVII. Peccat mortaliter, qui eò quòd audit aues garrire, lupos vlulare, mugire boues, rugire leones, & alia id genus, vel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, certò credit ſibi mali[g] quippiam euẽturum. XXVIII. Qui certò credit aliquem, quia ſub tali ſidere vel conſtellatione natus fuit, vel propter complexionem, aut phyſionomiam, cogi bene vel malè operari,[h] quandoquidem.

[g] *c. illos,* 26. *qu.* 2. *& ſeq.*
[h] *ca. illud quod eſt,* 26. *q.* 2.

38 XXIX. Qui obſeruat vnum diem potiùs quàm alium, vt exeat domo, vel iter agat, vel quo pede ſtatim à ſomno, terram contingat: aut quem pedem primùm calceet: vel quòd domo egrediens, in limine impingat: ob ídque retrocedit: vel quia ſimulátque excitatur à ſomno, ſtatim ſternutauit, ideóque lecto ſe denuo recipit, qui, inquam, haſce, eíſque ſimiles ſuperſtitiones vanas obſeruant, vt plurimùm venialiter peccant, antequã à ſuis curatis, conci[...]atoribus, vel confeſſariis admoneantur. Poſt admo[niti]onem autem, ſecũdùm beatum Ant. [a] & citata ſup. [m]ortalia crimina cenſentur.

XXX. Qui diſcit vel diſcere vult artem, quam notoriam vocant, quæ certis ie[iun]iis, & variis quibuſdam obſeruationibus, ſapienti[am] infuſam vanè pollicetur aſſertore S. Thom. [c]

XXXI. Qui credit herbas, vel muſicam contra dæmones quid poſſe: quàmuis, verum ſit contra paſſiones & humores corporeos vim habere, qui ſi ad quandam temperiem reducantur, non adeo poterit vexare dæmon, iuxta Angel. [d]

XXXII. Peccat mortaliter, qui credit veneficos, aut veneficas, vel ſtriges, corporaliter per aëra ferri ad diuerſa loca (vt quidam exiſtimant.) [e] Quàmuis credere quòd aliquando, l[icet] raró, dæmon nonnullos de loco in locum, Deo permittente, tranſportet, non ſit peccatum, deciſore Caietan. [f] ídque experientia iudicum, compertum eſt in Germania, vt traditur in Malleo maleficarum, [g] & probatur rationibus latè in eodem libro deductis. [h]

XXXIII. Qui vult ſortes experiri, aut expertus eſt, vt per eas dæmon, vel cœli conſtellatio ipſum admoneat, quid facto opus ſit: vel aliquid arcani, aut futuri reuelet, aut ſortes iacit, ad electionem eccleſiaſtici beneficij, nullo priùs facto bonorum & idoneorum delectu, [i] quàmuis reuocare ad ſortem, rei alicuius partitionem, vel conſilij ancipitem deliberationem, ir[ urg]ente neceſſitate, ſubmittendo ſe fortunæ, quatenus [d]iuina prouidentia eſt, non ſit illicitum. Verbi gratiâ, tempore peſtis, aut belli quinam clerici, aut monachi, etiam cum diſcrimine vitæ, eccleſiaſtica miniſteria,

[a] *2. part. tit. 12.*
[b] *eod. c. n. 24.*
[c] *2. 2. q. 96. art. 1.*
[d] *verb. ſuperſtitio, §. 6.*
[e] *c. Epiſcopi, 26. q. 5.*
[f] *2. 2. q. 95 ar. 3.*
[g] *2. part. c. 3.*
[h] *1. part. q. 1.*
[i] *Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. c. 1. 2. & 3. de ſortileg.*

ne omnes periclitẽtur, neque eccleſia deſerta relinquatur, ſortitò obibunt, & qui non? eodem auctore. Quid (ait præcipuus orator) [a] putas de ſortibus? Quid enim ſors eſt? Idem propemodum, quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras.

39 XXXIIII. Peccat mortaliter, qui alium prouocat, ad duellum, vel prouocatus illud ſubit: quod inter ſortium ſpecies poteſt numerari, ſecundùm vtrumque Thom. [b] duobus duntaxat caſibus exceptis. Prior eſt, quando, Rex quiſpiam iniuſtè oppugnatus, videt ſe viribus inferiorem alio ad deſcendendum in prælium. Secundus, quando quis falsò accuſatus, ſe interimendum præuidet, vel iniuſtè ſibi membrum amputandum, niſi duellum ſubierit: ſecundùm Caiet. [c] quàmuis Lyranus, [d] laxiùs de hoc loquatur, quod quidem producendum eſt ad eum qui vult, conſulit, delectatur, copiámve id agendi aliis indulget. [e] Et quàmuis ex vrgente aliqua cau ex ipſe tolerare poſſit: nullatenus tamen id cõced et, ſecundùm eundem Caietan. [f] Nunc autem ſacroſanctum Conc. Trid. [g] excommunicat eos, qui in terris vel dominis ſuis permittunt duellum, licèt ſit Imperator, & priuat iuriſdictione territorij, in quo id permittunt, ſi illud obtinẽt ab eccleſia, adeóque ſi feudum fuerit, etiam dominio directo: & faciẽtes eóſque, quos vocant patrinos, excommunicat, notat infamia, bonis priuat, reputat homicidas, morientem in eo, ſacra priuat ſepultura, & conſulentes aut ſpectatores illius excommunicat.

XXXV. Peccat mortaliter, qui ſumit, vel cogit, aut vult ſumere, vel cogere ad ſumendum feruentem aquã, ferrum candens, vel prunas ignitas, aut in fornacem igne candentem ingredi, vel quid aliud ſimile tentat, vt à picione criminis, quod ſibi impingitur, ſeipſum purget. [h]

40 XXXVI. Peccat mortaliter, qui Deum tentando, ſe artyrio temere offert, ipſóſque infideles irritat, & ccaſionem illis ſuggerit, vt eum occidant nulla ſu iſtente cauſa, quæ vi præcepti, aut conſilij ad id ipſum obliget, & dirigat. [i] Martyrium porrò, eſt præcepti quod ad animi præparationem attinet, tenemur enim potiùs velle mori, quàm fidem deſerere, aut pec-

[a] 2. de diuin.
[b] 2.2.q.65. art. fin. c. 2. de purg. vulg. cap. monomachiam, 2.q.5.
[c] ibidem.
[d] 1. Reg. 17.
[e] vt in addit. d. c. quando, de cõſecr diſt. 1. diximus.
[f] vbi ſup.
[g] ſeſſ. 25. c. 19.
[h] c. fin. de purg. vulg. & c. conſuluiſti. 2.q.5. Th. 2.2.q.95. art. 8. ad 3.
[i] argu. ca. fin. de iniur. Tho. 2. 2. qu. 124. art. 1. a 13.

care mortaliter, ſecundùm S. Thom. communiter receptum,[a] Quin &, quo ad effectum, vt nimirum illud ſubeamus, quando ſubire illud eſt neceſſariũ ad fidem, aut bonitatem multorum conſeruandam, vel ad vitandas blaſphemias. At ſolùm conſilij eſt, quando ex eo nihil amplius, quam Dei gloria, vel fidei exaltatio conſequitur, ſecundùm mentem eiuſdem doctoris. [b] Atqui, perferendo martyrio neceſſaria non eſt perfecta charitas, quamuis huiuſmodi charitas exigatur, quò cum voluptate, & gaudio toleretur, ſecundùm eundem S. Tho. [c] nam & in ſtatu p cati mortalis ſubiri poteſt, iuxta Apoſt [d] & S. Tho. ſententiam. [e]

*[a] in quodl. 4. art. 20.*
*[b] 2.2. qu. 126. art. 3. ad 1.*
*[c] in d. quodl. 4. art. 19.*
*[d] 1. Corinth. 13.*
*[e] in d. quodl.*

41 XXXVII. Peccat mortaliter, qui Deum tentat, quippiam dicendo, aut faciendo animo expreſſo experiendi diuinam potentiam, ſapientiam, vel pietatem, vel tacitè faciendo aliquid, quod tantùm ad hanc experiẽtiam faciendam cõducit. Verbi gratiâ, cõcionari nulla præuia meditatione (cùm eam poſſet adhibere) ſecum reputans, per interiorem inſpirationem à Deo ſibi neceſſaria ſubſidia præſtitũ iri, ſecundùm Landolphum. [f]

*[f] 1. part. vitæ Chriſti. c. 32.*

XXXVIII. Peccat mortaliter, qui ſe probabili periculo mortis, aut mutilationis obiicit, citra neceſſitatem, aut vtilitatem: veluti, ægrotus qui reſpuens art medicam vel aliud humanum remedium, ſoli ſe d. næ prouidentiæ committit, S. Tho. aſſertore. [g] Quàmuis nolle vti medicina tempore martyrij, vel alio, propter commodum ſpirituale: putà, ad carnem domandam, paſſionéſque efferueſcentes cõprimendas, vt meliùs Chriſti paſſionem perſentiſcat, perferendo vulnera, vel cauteria, morbum il , alióſque eiuſmodi corporum cruciatus, qui mor periculum ſecum non adferunt, nullum peccatum, at potiùs meritum foret, vt rectè docuit Caiet. [h]

*[g] 2.2. qu. 97. art. 1.*
*[h] in d. art. 1.*

42 XXXIX. Peccat mortaliter, qui credit ineſſe aliquid diuinitatis cœli planetis, Saturno, Ioui, Marti, Soli, Mercurio, Veneri & Lunę. Denique, qui credit indigetes ac cælicolas, homines illos idololatras & facinoroſos, Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios mõſtroſos Gentilium Deos, vel fœminas inhoneſtas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas Ethnici ſuis libris celebrant, & mirificè extollunt,

XL. Peccant ludi magiſtri, qui prælegentes libros, & fabulas gentilium poëtarum, & aduertentes, vel aduertere debentes diſcipulos credere, illis ineſſe aliquàm diuinitatem, non monent eos veritatem catholicam: vt ſcilicet firmiter ſibi perſuadeāt, illos fuiſſe homines puros, vitiiſque magis, quam virtutibus deditos, & cruciari in inferno, cruciatúmque iri æternùm. Nam niſi hoc fecerint, videntur eorum errori cōſentire, & quos poſſunt ab eo nō reuocare, cōtra expreſſas iuris ſanctiones.[a] In quo, vt ſcio magiſtros meos olim peccaſſe: ita credo, plurimos nunc quoq; peccare, quos à verbi diuini præconibus frequenter moneri, è re Chriſtiana arbitror.

XLI. Peccat mortaliter, qui conſentit ſupradictis, aliquo nouem modorum ſup.[b] relatorum.

[a] *c.1. de off. de- leg. & c. notum, 2.q.1. & c. Qui poteſt, & multa alia 23 q. 3. ad Rom 1.*

[b] *eod. c. num. 16.*

# De non aſſumendo nomen Dei in vanum, ſecundo Decalogi præcepto.

## CAPVT XII.

### Summæ.

1 *Præceptum II. Decalogi, quid per nomen Dei deſignet.*

1 *Iurare quid ſit, eſt actus latriæ & religionis num. 2.*

3 *Iuramentum ſine tribus comitibus peccatum, & eſt duplex.*

4 *Iurans falsò, vt peccat, & 4. nu. ſeq.*

4 *Iurare numquam licere, dicere, eſt hæreticum.*

4 *Iurare per creaturas, quando blaſphemia.*

8 *Iurare ſecundùm ſuam intentionem, & non illius cui iuratur, vt peccatum nu. 9. & ſeq.*

10 *Iuramentum rei paruæ, an obliget ad mortale.*

11 *Iuramentum conditionale quod ligat, & nu. 12. & quod factum ſine animo adimplendi. nu. 12. quod contra conſilia. nu. 15. & 16. quod doloſum. nu. 13. & 14. & quod de re vana. nu. 17.*

18 *Iuramentum de redeundo in carcerem, quod ligat, & quando factum ſecundùm intentionem remotam eius, cui iuratur. nu. 19.*

20 *Iuramentum ad falſum inducens eum, quem falsò iuraturum arbitratur, vt peccet.*

22 *Iuramentum de ſecreto ſeruando, quando ligat, & numero 23.*

1 Non ſolùm aſſumit nomen Dei in vanum, qui per eum malè iurat, vel bene iuratum, malè adimplet, iuxta gloſſas & opinionem communem,[a] ſed etiam, qui malè vouet, vel malè adimplet, quod bene vouit, vel qui effutit blaſphemias, aut iniurioſa verba in Deum & ſanctos, quod rectè prodidit Conc. Colonien.[b] & alij, in quibus eſt Angelus.[c] Agemus porrò primò de hoc precepto, quatenus circa iuramentum verſatur: & mox de eodem, quatenus comprehendit votum. Poſtremò de eodem, quatenus vetat blaſphemiam.

Iurare autem, eſt affirmare, vel negare aliquid, adducendo expreſsè vel tacitè Deum in teſtem tanquam infaillibilem veritatem, iuxta ea, quæ alibi[d] diximus, ſequentes ſenſum gl. ſummæ,[e] & mentem S. Tho. & aliorum,[f] & Goff. & aliorum,[g] & ſanct. Anton.[h]

Dixi (*Expreſſe*) ad includendum iuramenta, quę fiunt huiuſmodi verbis, Allego, vel facio Deũ teſtem huiuſce rei tacitè autem, cùm dicimus: Viuit Deus, per Deum, &c. Vel nominando aliquam creaturam, vt in ea reſplendet diuina veritas: veluti, cùm quis iurat per Euangelia, per ſanctos, per cœlum, vel per ſalutem Domini ſui: quod perinde eſt, ac ſi iuraret per Deum, cuius veritas eſt in Euangelio, vel per veritatem, quam ſancti crediderunt, vt per Deum, à quo pendet ſalus Domini ſui.[i] Idem facit, qui nominat creaturam à ſe dilectam, vt in ea diuina exerceatur iuſtitia, ſi verum nõ ſit, quod iurat. Et qui iurat per vitam ſuam, patris, aut filiorum, vel iurat adiuncta execratione, niſi quod iurauerit, verum fuerit: vocatúrque iuramentum per execrationem, vt ſentit S. Tho.[k] & Caietanus declarauit, ſingulariter interim adnotans, non committere duplex peccatum, nempe execrationis & periurij, qui aſſerens aliquid falſi addit: Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, niſi verum ſit, quod affirmo. Cùm enim ea execratio prolata ſit ſola cauſa aduocandi Deum in teſtem, non erit ampliùs quàm periurium: nam actus agentium non extenduntur vltra intentionem eorum.[l]

2 Ex quibus elicitur primò, iurare eſſe actum ſuapte natura bonum: quia eſt actus latriæ, ſiue religionis,

[a] *Exod.* 20.

[b] *in explicatione 2. præcepti.*

[c] *in verb. interrogatio 2. præcepti.*

[d] *in rub. de iureiu.*

[e] 21. *q.* 1.

[f] 2. 2. 4. 79. *art.* 2. *&* in 3. *d. diſtin.* 30. *q.* 1.

[g] *in rub. de iureiur.*

[h] 2. *part. tit.* 10. *c.* 3.

[i] *arg. Iacob. c.* 5. *&c. etſi Chriſtus, de iureiur. & gloſſ. ſing. c. Quoties,* 1. *q.* 7.

[k] *in d. q.* 89. *art.* 1.

[l] *l. Non omnis, ff. de reb. cred. &c. ad audientiam, de decim.*

quo diuinum honorem illi, per quem iuratur, exhibemus: allegatur enim tanquam infallibilis teſtis, & prima veritas, quæ Deus eſt. [a] ſecundùm S. Tho. [b]

*[a] c. à nobis, 2. de ſent. exc. & d. c. etſi Chriſtus.*
*[b] 2. 2. q. 89. art. 4.*

Secundò, eum, qui quippiam affirmat, vel negat, dicẽdo: Per fidem meam: vel, In fide mea: vel, in veritate, nihil iurare, ſi nomine fidei aut veritatis, nihil amplius, quàm fidem & humanam veritatem intelligat, iuxta illam loquendi conſuetudinem qua principes, & nobiles communiter vti ſolent, dicentes: Per fidem meam regalem: vel, Per fidem gentilis, ſiue nobilis hominis. Nec qui dicit: Deus ſcit, an verum dicam. Neque qui dicit: Hoc dixerim coram Domino, ſi ei non ſit animus iurandi, non enim inuocat Deum, tãquam teſtem eorum quæ dicit: ſed tanquam ſpectatorem, vt autor eſt Caiet. [c], quem tamen non ſequimur in eo quod aſſerit, non iurare, qui dixerit: Deus ſcit, me verum dicere: qui enim huiuſmodi verbis vtitur, Deum vt teſtem producit, ſecundùm ſanum & communem intellectum.

*[c] 2. 2. q. 89. art. 2.*

3 Tertiò, omne iuramentum, vt licitum ſit, requirere tres comites: veritatem, iudicium, & iuſtitiam: hoc eſt, vt verum ſit, ac iuſtum quod iuratur, & cum reuerentia debita Deo fiat, ſi verò aliquod horum trium ei deſit, peccatum eſt, per illud Ier. [d] [ *Et iurabunt in veritate, & iudicio, & iuſtitia.*] Peccatum, inquam, mortale regulariter, cùm ei veritas deeſt, vel tanta iuſtitia, vt ſit mortale, quod iuramento confirmatur. Veniale verò, cùm nõ deeſt iudicium, ſiue reuerentia, vel iuſtitia leuis: vt cùm iurat quis, ſe facturum, quod ſolùm eſt illicitum venialiter: non enim erit tunc ampliùs, quàm veniale, ſecundùm communem ſententiam à Caietano [e] optimè, & à nobis explicitam. [f]

*[d] c. 4. relat. in c. & iurabunt, 22 q. 1. & d. c. etſi Chriſtus, S. Tho. 2. 2. q. 79. art. 2 & 3.*
*[e] ibidem.*
*[f] in d. c. etſi Chriſtus.*

4 IIII. Duo eſſe genera iuramenti. Alterum aſſertorium, quo vel præterita, vel præſentia aſſeruntur. Alterum verò promiſſorium, quo futura promittuntur, autore Goff. [g] ab omnibus recept. Ideóque, duobus etiam modis peccari poteſt ratione iuramenti: ſcilicet, perperam iurando, vel malè implendo, quod rectè iuratum eſt.

*[g] in ſ.m. de iureiur.*

V. Elicitur, peccare mortaliter contra hoc præceptum, quatenus verſatur circa iuramentum. Primò, qui credit iurare ſuapte natura eſſe malum, & numquam

licitum, nec ſolùm mortaliter peccat, ſed eſt hæreticus, ſi pertinaciter id facit : Quandoquidem ſcripturis aduerſetur. [a] Cùm ſit ex ſe, vt ſupra dictum eſt, [b] actus latriæ & religionis, quæ inter virtutes morales ſupremum obtinet principatum, autore eodem S. Thom. [c]

Secundò, qui iurat per dæmonem, Mahometem, idolum aliquod, aut Deum falſum [d] ſimúlque blaſphemat. Quoniam, quod Dei proprium eſt, eſſe nimirum infallibilem veritatem, tribuit creaturę: quod eſt blaſphemia iuxta notata à S. Tho. [e]

Tertiò, qui iurat per aliquam creaturam, nulla habita Dei ratione, aut reſpectu tacito vel expreſſo, eam producens tanquam teſtem infallibilem ſuę ſententię, & ita diuinum honorem, & reuerentiam ei tribuens, ſecundùm omnium mentem, & ea quę diximus ſup. [f]

5 Diximus. (*Eam producens tanquã teſtem, &c.*) Quoniam iurare per creaturam citra reſpectũ tacitum vel expreſſum bonitatis diuinę in ea reſplendẽtis, & citra tacitam vel expreſſam intentionem adducendi eam in teſtem infallibilem: ſed talem, qualis ipſa eſt in ſe, non deſignando ipſam tanquam obiectum, in quo diuina iuſtitia exerceatur, meo quidem iudicio, iuramentum non foret: non enim tunc adducitur Deus tanquam teſtis: imò nec eſſe peccatum exiſtimarem: quoniam non exhibetur diuinus honor creaturæ, coram Deo, vt patet ex ſupradictis, [g] & ex mente S. Thom. [h]

Licèt Chriſtiani, quando iurant per creaturam aliquam ſacram, vel in qua magnopere relucet bonitas diuina, cuiuſmodi ſunt, Cœlum, Sol, Luna, Stellę, Lumen & alia id genus, per Deum ipſum, qui eorum eſt Dominus, cõmuniter iurâre videntur, & quàmuis ſaltem, in foro exteriori, excuſabuntur à peccato grauiſſimo deferendi honorem diuinum creaturę, iudicabuntur nihilominus obſtricti vinculo iuramenti: & in foro interiori coram Deo peccatum grauiſſimę ſuperſtitionis admittunt ſi prædictas creaturas tanquam teſtes infallibilis veritatis allegent, etiamſi per Deiparam Virginem iurent. Cæterùm, nullo iuramenti vinculo obſtringentur, ſi neque actu, neque virtute Deum in teſtem, ſed potiùs ipſam creaturam, vt talis eſt,

[a] *Deut. 6. d. c. etſi Chriſtus, S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 2. & in 3. ſent. diſt. 39. art. 2. Caſtren. lib. 2. contra omnes hæreſ. verb. (Iuramentum.)*

[b] *n. 2.*

[c] *2. 2. q. 89. art. 4. adiunctis quæ ait q. 81. art. 2.*

[d] *c. Mouet, 12. q. 1.*

[e] *2. 2. q. 13 art. 1. & 4. ſent. diſt. 14. in expoſit. literæ.*

[f] *eod. n. 2. & per c. clericum, 22. q. 1. & 2. 2. q. 89. art. 6. & d. 3. ſent. diſt. 36. in expoſ. litera.*

[g] *n. 1. & 2.*

[h] *d. diſt. 39. q. 1. art. 1. ad 4. & ad vlt. communiter recept.*

[a] *arg. c. & ſi Chriſtus, in princ. de iureiu. c. conſideret, c. clericũ, c. ſi quis per caput 22. q. 1. & S. Tho. vbi ſupra.*
[b] *c. animaduertendum, 22. q. 2.*
[c] *c. 1. de delict. pueror.*
[d] *in 3. ſent. diſt. 39. q. 3.*
[e] *c. veniens, de iureiur.*
[f] *2. 2. q. 89. art. 3.*
[g] *d. art. 3.*
[h] *vide addi inſ. poſt c. 27.*
[i] *in c. tua, de iureiur.*
[k] *verb. periuriũ.*
[l] *c. homines, 22. q. 1.*
[m] *d. c. homines ſecundùm omnes.*

aduocare velint. [a] Quod quidem facere videntur, qui iurant per ſuam veritatem, aut fidem: vel per fidem, quã ſuo generi, vel dignitati debent. Per has herbas, per has veſtes, per hos capillos, per has paleas, aut eiuſmodi alia vilia, in quibus nihil diuinæ bonitatis ſpeciatim relucet: quos arbitror nec malè, nec bene iurare, intentionémve id faciendi habere, per ſupradicta.

6 IIII. Peccat mortaliter, qui aduertẽs ſe iurare falſum, iurat, ſciens aut exiſtimãs eſſe falſum, [b] ſiue fuerit maior natu, ſiue puer: dũmodo, annos diſcretionis attigerit, [c] ſiue ob vtilitatem ſuã, ſiue alienam, ſiue ex leuitate, ſiue iocandi, vel excuſandi, & ſe purgandi gratiâ, ſiue ob formidinem mortis, ſiue ob alias quaſcunque cauſas iurauerit: quâmuis id iræ furôre percitus faceret, iurando non ſolùm per Deum, per ſacroſancta Euangelia, per beatam Virginem aut per ſanctos: ſed etiam per vitam, & per conſcientiam propriam: vel dicendo, Ita Deus me adiuuet. S. Bonauent. & Gabri. auctoribus. [d] Neque obſtat ſolemnis quædam gloſſ. [e] quæ dixit, non eſſe amplius quàm veniale, iurare falſum iocandi gratiâ: nam communiter & meritò reprobatur.

V. Peccat mortaliter, qui iurat falſum, non aduertens eſſe tale, verumtamen eo animo iurat, vt etiam ſi aduerteret eſſe falſum, nihilominus iuraret, propter peruerſam conſuetudinem, qua tertio quoque verbo, tam falſa, quàm vera iuramento confirmare ſolet, quod etiam tenuit Caietan. [f] quoniam inconſideratio illa non fuit cauſa, ſed potiùs comes iuramenti. Quanquam cõmuniter iurare falſum, non conſiderando, an illud ſit falſum, vel an iuret, non ſit ampliùs quàm veniale, ſecundùm S. Tho. [g] & communem opinionem. [h]

7 VI. Qui per ignorantiam, quam craſſam, vel ſupinam vocant, iurat falſum, credens ſe iurare verum, iuxta Ioan. Andr. [i] Angel. & Silueſt. [k] quàmuis ſi debitam adhibet diligentiam, nihil peccet, [l] ſi tamen aliquam adhibet, at non quantam debet, nõ ampliùs, quàm venialiter delinquit, ſecundùm eoſdem.

VII. Peccat, qui iurat veritatem, credens eſſe falſum quod iurat, & conſiderans id quod iuramento firmat, animaduertit ſe iurare, quãuis iocãdi gratiâ id faciat. [m] Cæterùm, ſi quod iurat, aduertit, non aduertendo, ſe

iurare illud, vel contrà, aduertit ſe iurare, non aduertendo quid iuret non peccat mortaliter, licèt graue veniale peccet. Si autem, neque hoc, neque illud aduertit imò vtrumque nulla præuia deliberatione & conſideratione facit, peccat quidem, ſed tantùm veniale leue, iuxta ſanctū Bonauent.[a] niſi forſan ipſa inconſideratio ex voluntate deliberata & contemptu oriretur: tunc enim mortale fieret ratione contemptus, Angel. aſſertore.[b]

VIII. Peccat, qui iurat aliquid, affirmans eſſe verum, neſciens an ita ſit, iuxta Aureol.[c] & Aug.[d] niſi affirmet eo ſolùm modo quo illud nouit, ad normam videlicet, qui Archidiaconus reſpondet cuidam Epiſcopo, ſuper eo, qui ſacros ordines ſuſcipit: eum videlicet, eſſe bonum & dignum, cùm tamen id non rectè perçalleat: nō enim id ſimpliciter aſſeuerat, hoc interim adiiciens: *Quantum humana fragilitas noſſe permittat.*[e]

8 IX. Qui iurat quod eſt verum ex mente ſua, non autem illius, cui iurat: cùm eſſet iuſſus iurare à iudice cōpetente, ſeruato ordine iuris, vel ſe offerendo ſponte ad iurandum.[f] Dixi, (*Iudice competente, &c.*) quoniam ſi iudex iuramentum exigens, talis non fuerit, vel quamuis ſit competens, interrogat tamen contra iuris ordinem, vel eſt alius quiſpiam priuatus, qui per metum aut importunitatem, iuramentum extorquet iurare poterit quod ſecundùm ſuam mentem eſt verum, falſum autem ſecundùm mentem alterius, qui præſtat iuramētum.[g] Sicuti beatum Franciſcum feciſſe aiunt, qui rogatus, quà perrexiſſet quidam homicida, qui iuxta eum tranſierat, manus in manicas immittens, reſpondit, non transîſſe illac, intelligens, non transîſſe per illas manicas, vt referunt Ang. de Peruſio[h] & Ioannes de Anan.[i] Quàmuis idem Angel. alibi[k] aſſerat, eum manu aurem tetigiſſe cuius etiam alibi[l] meminimus, addentes cum Adrian.[m] quòd qui ſic iniquè interrogatur, poteſt probè reſpondere, ſe ignorare, intelligendo, non èo modo ſe ſcire, quo illud reuelare teneatur.

9 Vnde infertur, quòd quādo iudex interrogat de aliquo delicto, nō notorio, & de quo nō habetur ſemiplena probatio, neque ei⁹ infamia præceſſit, neque indicia approbata intercedunt, neque ex eius occultatione al-

[a] *in 3. diſt. 39. q. 3. art. 1.*
[b] *verb. periuriū, ante §. 1.*
[c] *in 3. diſt. 39.*
[d] *verb. periuriū. §. 4.*
[e] *c. 1. de ſcrutin. in ord. fac. doct. ibi & Angel. verb. periurium, §. 3.*
[f] *c. quacumque arte, 22. q. 5. S. Th. 2. 2. q 89, art. 7. ad 4.*
[g] *c. humanæ aures, 22. q. 5. in cuius comment. fusè de hoc diſſeruimus.*
[h] *in idem, §. ſi tibi, ff. de cōdict. ob turp. cauſ.*
[i] *in c. qui cū fure col. ſi. de fur.*
[k] *in l. quibus, §. qui ex voluntate ff. de furt.*
[l] *in c. inter verba 11. q. 3. concl. 6.*
[m] *in 4. de confeſſ. dub 10. col. 3. & quod l. 11. litera, C.*

teri euenit notabile præiudicium, quàmuis obliquè in damnum accuſatoris vergat, non tenetur iudici reſpōdere iuxta eius mentem, rei veritatem manifeſtando: ſatis enim eſt iurantem dicere veritatem iuxta intentionem ſuam, vt diximus [a] poſt S. Thom. [b] Caietan. & Maior. [c] Et proinde mulier, ſecretum habens impedimentum, ratione cuius neque velit, neque poſſit cohabitare viro, ob idque excommunicationis ſententiam patitur, cùm poſtea eam in articulo mortis conſtitutam oporteat iurare, ſe cum marito vitam tranſacturam, vt poſſit abſolui, tunc temporis, poteſt & debet iurare, ſe id facturam, concipiendo mente conditionem. *Si id ſine peccato fieri poßit*, & ob hoc ſi poſtea conualuerit ex infirmitate, nec ad maritum redierit, periurij rea nullatenus, erit, argumen. eorum quæ notat Panorm. poſt Oſtien. & communem. [d]

10 X. Peccat, qui iurat ſe aliquid licitum effecturum, quod poſtea non facit, communi omnium accedente calculo. [e] Quàmuis ira percitus iuret, niſi foret tanta, quæ iuranti iudicium ad mortalem culpam ſufficiens adimeret, iuxta no. in ſimili de voto per Ioan. And. & communem. [f] An autem id producendum ſit ad illum qui iurat rem leuem licitam, dubium eſt. Nam Caiet. [g] tenet quòd ſic. Cuius ſententia magis pridem placuit, quàm contraria, quam tenuerunt B. Anton. [h] Silueſt. [i] & poſt eos Sotus. [k] Nunc autem magis placet prædicta opinio ſancti Antonini. Tum, quia videtur eſſe receptior, à qua non ſoleo recedere, ſine textu, vel efficaci ratione ad id cogente. [l] Tum, quia paruitas rei in omnium præceptorum materia, excuſat à culpa mortali, [m] ergo etiam in materia præcepti de implendo iuramento paruitas & leuitas rei, excuſabit à culpa mortali. Tum, quia lex de non furando, vel non iniuriando, non minùs arctat, quam lex iuramenti: at paruitas furti, & iniuriæ, excuſat à mortali, ſecundùm omnes. [n] Tum, quia præcepto eccleſiæ, vel iuramento aſtrictus recitare diuinum officium, & ſine contemptu vnum vel alterum verſiculum omittens, non peccat mortaliter, ſecundùm omnes. Tum, quia nō obſtat conſideratio illa Caietani, qui me iampridem in ſuam opinionem flexit, putâ, quòd verſiculus vnius pſalmi, relatus ad totum

[a] *in d. c. inter verba, concl. 7.*
[b] *2. 2. q. 170. art. 1.*
[c] *in 4. diſt. 15. q. 18.*
[d] *in c. literas n. 20. de reſt. ſpol. iuncto d. c. humanæ aures.*
[e] *in 3. ſent. diſt. 39. &c. ſi verò, de iureiu.*
[f] *in cap. dudum. de conuerſ. coniug. de quo infra eod. n. 24.*
[g] 2. 2. q. 89. *art. 7.*
[h] *2. part. tit. 10. c. 4. §, 1. col. 4.*
[i] *verb. iuramentum. 1.*
[k] *lib. 7. q. 2. ar. 1. & lib. 8. q. 1. ar. 7. & q. 2 art. 3. de iuſt. & iur.*
[l] *per c. de quibus 20. diſt. & doctrinā Io. Andr. recept. in c. 1. de conſtit.*
[m] *per §. nunc ante ſub fin. 25. diſt. & citata ſ. c. 11. n. 4.*
[n] *vt in d. n. 4. diximus.*

officium, quod eſt quid magnum, quia eſt pars eius exigua, & reputatur pro modico & nihil, idem tamē verſiculus, per ſe ab aliquo prætermiſſus, non eſt pars alterius magni, ſed quoddam totum per ſe. Non, inquam obſtat, quando quidem, non omne totum, eſt quid magnum: & cuius furtum non inducit culpam mortalem, nec actionem de dolo, ſecundùm eundem & alios omnes, quàmuis ad actionem furti pro eo dandam, ſummo iure ſufficiat, iuxta gloſ. receptam. [a] Tum, quia ipſemet fatetur iuramenta matrum, de dando filiis plorantibus pomo, vel caſtigando eos, non impleta, non facere eas culpæ mortalis reas, ſecundùm communem, difficile autem foret, excuſare illas, alia ratione, quàm paruitatis: quàmuis, alias conati fuimus, eas fortiore ratione excuſare & validiore ariete propugnare quàm ipſe Caiet. Tum, quia iuramentum de faciendo peccato veniali, non eſt pluſquam peccatum veniale, vt ſupra dictum eſt, & violatio iuramenti de facienda re leui & parua, non videtur eſſe peior violatione iuramenti de faciendo aliquid quod eſt peccatum veniale. Tum denique, quòd par eſt credere, Chriſtum miſericordiſſimum, non condemnaturum morte æternâ eum, qui iurauit vni, vel alteri ſe ſalutaturum ſalute patui momenti, nomine illius vnum, vel alterum, vel annunciaturum aliquid exigui momenti. Itaque tenendum videtur cum communi, peccare quidem venialiter, qui iuramētum de re parua & leui non implet: non autem mortaliter, quod ipſum ad votum rei leuis producemus infra. [b]

*[a] in §. Gallinarum, inſt. de rer. diuiſ. verb. (animo.)*

11 Ex quibus infertur reſponſio ad quæſtionem An qui dixit: Deus malè mihi vertat, & me non adiuuet, ſi ampliùs luſero, ab hoc iuramento abſolui poſſit, nulla alia de cauſa, quàm quod ipſe magnum ludendi deſiderium & tentationem patiatur? Reſponderi enim debet, quod non, quia eſt verum iuramentum, per ſupradicta [c] & de re graui factum, atqui ſine iuſta cauſa, à iuramento iuſto de re graui, abſolui nemo poteſt, [d] quamuis, in rem meliorem, vel æquè bonam, aut alia iuramenta commutari poſſet. Quod tamen ne fieret, ſuaderem, præſertim, quum eiuſmodi iuramentum de ludo illicito in magna quantitate ſit, quòd è republica foret,

*[b] n. 40.*

*[c] n. 1. & 4.*

*[d] gloſſ. ſolemnis. & recepta, in c. quando, de iuramētur.*

etiam è caſtris militum exulare,non autem de licito in parua quantitate,qui animi cauſa,etiam Togatis, licet, & ita nuper ſanctiſſimus D. N. Pius V. tenuit in ſimili caſu diſpenſare.

XI. Qui iurat facere,quod poſtea non facit, quia aliquid euenit,quod ſi eueniſſet à principio neutiquam ſe id facturum iuraſſet,interdum peccat mortaliter,interdum vero minimè, vt inferiùs [a] dicemus.

[a] *c. 18.*

12. XII. Qui iurat ſe non iturum, aut non tranſiturum per locum quempiam, ne libidinis aut illiciti ludi occaſione tentetur, & pòſt, eadem occaſione manente, pertranſit: quàmuis, qui hoc iuraret abſque alicuius finis boni & honeſti vtiliſue intuitu, nō peccaret mortaliter contra faciendo: quia iuramentum eſſet vanum, iuxta Caiet. [b] & mentem S. Anthonini. [c]

[b] *in ſum. verb. periurium.*
[c] *vbi ſup.*

13 XIII. Qui iurat deliberatè ſe aliquid facturum animo non implendi. [d] Quoniam qui iurat aliquid, tenetur habere animum adimplendi ſub pœna lethalis culpæ. Quò fit, vt qui iurat quippiam illicitum facere, animo faciendi,bis peccat, ſcilicet, volendo illicitum admittere: deinde iurando ſe id facturum, quoniam contra iuſtitiam iurauit. Qui verò iurat ſe aliquid illicitum perpetraturum,animo non adimplendi,vno tantùm modo peccat, ſecundùm mentem Caiet. [e] iuxta quem, etiam iuſtus timor mortis, in ſimili euentu nullatenus excuſat.

[d] *c. 1. & 22. q. 2.*
[e] *2. 2. q. 89. art. 7.*

XIIII. Peccat qui ſophiſticè & dolosè quippiam iurat,aliter intelligens,quãuis cui iurat intelligit,nulla intercedente cauſa, aut iuſta ratione vtendi eiuſmodi æquiuocatione: nec ſolùm peccat mortaliter (vt dictum eſt) verùm etiam, poſtea non adimplens illud, ſecundùm ſanum & communem intellectum illius, cui præſtitit iuramentum. Quoniam, cùm iurans vtitur dolo, alter verò minimè,iuramentum adimplendum eſt, ſecundùm ſanam & communem intentionem illius, cui iuratum eſt, [f] quàmuis cùm iurans eſt in bona fide, alter verò vtitur dolo, debeat promiſſum impleri ſecundùm intentionem iurantis. [g] Quocirca, nō peccat non adimplendo quod iurauit,qui dolo circumuentus iurauit,ſi dolus eſt eiuſmodi vt ſi ab initio rem animo proſpexiſſet, nullatenus iuraſſet: quoniam iuramentum

[f] *c. quacumque art. 22. q. & doct. ibi. Innoc. & communis c. veniens, de iureiur.*
[g] *c. humanæ aures, 22. q. 5. Innoc. cũ communi. ind. c. veniẽs, Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.*

non obligat extra intentionem eius, qui bona fide iurat ſiue in genere, ſiue in particulari iurauerit ſe hoc vel illud facturum, quod ſibi ab alio fuerat iniunctum.[a] Neque Deus eiuſmodi iuramentum bona fide emiſſum, alio modo acceptat, quàm quo ex corde proceſſit.[b]

14 XV. Peccat, qui ob metum iurat aliquid licitum facere, citra intentionem obligandi ſe ad impletionem illius, vel animo adimplendi, quod tamẽ minimè facit, iuxta S. Thom.[c] & Ant.[d] Quoniam redimere propriam vel alienam vexationem, virtutis opus eſt,[e] omne autem opus virtutis iuramento promiſſum, eſt faciendum,[f] vt alibi[g] poſt Caiet.[h] diffuſè probauimus. Verum eſt tamen ſecundùm prædictos, ſi quando iurauit ob metum, habuit intentionem perficiendi quod iurauit aliquo ſenſu vero, licèt diuerſo ab illius mente, qui ipſum iurare compulit, neque peccaret iurando, neque non adimplendo, ampliùs quàm ipſe intellexit. Quoniam, non tenetur quis iurare ſecundùm intentionem illius qui perperam ipſum iurare cogit, iuxta dicta ſuprà.[i] Quapropter qui iurat latroni, ſe centum aureos illi daturum, conditione intra ſe concepta (*ſi forſan illi debet*) non tenetur illos perſoluere, ſi ſecus non debet, ſecundùm Silueſt.[k] Et quàmuis hoc exemplum non placeat Caiet.[l] rectè tamen poteſt defendi: cùm nihil falſi in eo iurari liquido conſtet,

15 XVI. Qui iurat quippiam facere, contra diuinum præceptum, putà, furari aliquid notabile, aut non exuere odium, vel alteri auxilio eſſe in opere peccati mortalis: veluti, ſi cum alijs fœdus pepigit, in defenſionem vel perpetrationem alicuius facinoris, vel vt fiat aliquid contra obedientiam.[m] Diximus (*in opere peccati mortalis*) quoniam, qui iurat aliquid facere, quod non eſt ampliùs quàm veniale, ſolùm venialiter peccat iurando & adimplendo, ſecundùm S. Anton.[n] quàmuis ea potiſſimùm ratione impleret, quia id iuramento vallauit, vt rectè inſinuauit Silueſt.[o] Tameſi oppoſitũ Angel.[p] aſſeueret. Quoniam circunſtantia, committendi veniale quia iurauerat, potiùs extenuat, quàm exaggeret culpam, quum in eo aliqua reuerẽtia erga Deum exibeatur.

[a] *c. quinta* [...]*alis, c. veniens, de iureiur.*
[b] *c. humanæ aures, 22 q. 5.*
[c] *n. 2. q. 89. art. 7. ad 3.*
[d] *2. part. tit. 10. c. 6. §. quintus caſus.*
[e] *l. nec timorem, §. fin. & l. iſti quidem, ff. quod met. cau. & c. dilectus, 1. de ſimon.*
[f] *c ſi verò, de iureiur. & c. quãuis pactũ, de pactis, lib. 6.*
[g] *in c. verum, de iureiur.*
[h] *in d. art. 7.*
[i] *n. 13.*
[k] *verb. iuramentum, 4. q. 7. ver. ſecundum.*
[l] *in d. ar. 7. ad 3.*
[m] *c. in malis, c. qui ſacramento, & c. neceſſe 20. q. 4.*
[n] *2. part. tit. 3 c. 4. §. 1. col. 4.*
[o] *verb. iuramentum. 4. q. 1.*
[p] *verb. iuramentum 5. §. 2.*

16 XVII. Peccat, qui iurat ſe non facturum quippiam, ad quod non tenetur, eſt tamen ſecundùm ſe melius id facere, quàm non facere, ſi forſan ad conſilia euangelica ſpectet, veluti, ſi iuret, ſe non mutuò daturum, non crediturum rem ſuam, vel collaturum eleemoſynam ei, qui grauem non pateretur indigentiam, non ingreſſurum religionem, non acceptorum ſacros ordines aut epiſcopatum, & id genus alia, ſecundùm Angel.[a] & Silueſt.[b] At nobis oppoſitum magis placet: quoniam neque S. Thom.[c] neque S. Anton.[d] aſſerunt hoc eſſe mortale, vt quidam exiſtimarunt. Caietanus etiam[e] Ioan. Tabien.[f] & gloſſ. communiter recepta,[g] ſed à nemine in hoc adducta, tenent non eſſe lethale: cuius ratio eſt quoniam deterius videtur iurare ſe aliquid facturum, vel omiſſurum, quod quidem factum vel omiſſum, eſt veniale, quàm iurare ſe facturum aut omiſſurum, quod ex genere ſuo non eſt peccatum, licèt contrarium eius, ſit melius eo. Iuramentum autem peccandi venialiter, non eſt ampliùs quam veniale, vt ſupra dictum eſt: quod quidem intelligendum, cùm non iurauit animo non adimplendi etiam caſu, quod id non faciendo peccaret mortaliter.

*a verb. iuramentum 5. §. 3.*
*b verb. iuramẽtum 2. §. 7.*
*c 2.2. q. 89. ar. 7. ad 1.*
*d 2. part. tit 10. c. 6. §. tertius caſus.*
*e in d. art. 7. & 6.*
*f verb. iurare. §. 10.*
*g in c. 1. 30. diſt.*

17 Hoc enim perinde foret, ac iurare ſe ſcelus lethale commiſſurum, quodquidem ſemper eſſet mortale, vt dictum eſt. Quàmuis autem huiuſmodi iuramenta, ſine peccato obſeruari poſſint, nihilomagis tamen ad ſui obſeruationem obligant, quoniam, vt docuit S. Tho.[h] illis apponitur obex Spiritui ſancto, cuius eſt proprium ſancta deſideria animis inſtillare. Eiuſmodi itaque iuramenta etiam propria auctoritate iurantis, poſſunt infringi, iuxta S. Anton.[i] quicquid Archi.[k] Ioan. Andr. & Panorm.[l] dixerint. Quibus adnotamus, fore melius violare, quàm ſeruare iuramentum, de re, quæ ſuapte natura ſit otioſa, vel ad malum & bonum indifferens: verbi gratiâ, qui iuraret ſe non ſuſcepturum in ſuam clientelam hunc, aut illum: vel ſe nõ alloquuturum aliquem ſuper hac vel illa re: aut non aditurum alterius domum: vel non miſſurum panes coquendos ad furnum illius: vel eius officinam non aditurum, vt aliquid emat, &c. niſi huiuſmodi iuramenta proximo fierent, ex pacto,[m] vel ſoli Deo, ad vitandam occaſionem peccandi

*h d. art. 7. ad 3.*
*i 2. part tit. 10. c. 6. §. tertius caſus, per c. ſi aliquid 1. & 2. 22 q. 4.*
*k in d. c. ſi aliquid.*
*l in c ſi verò, de iureiur.*
*m Ang. verb iuramentũ 4. §. 5.*

peccandi, quæ inde ſibi ſubminiſtratur, vt ſupra [a] dictum eſt.
18 XVIII. Qui iurat ſe in carcerem rediturum, nec reuertitur, quàmuis ſciat ſe ob id mortem obiturum, eâmque ſibi illatum iri iniuſtè, ſecundum Caietan. [b] licet Ioan. Tabien [c] nitatur Caietano, ſed ſufficienter, reſpondere. Hoc tamen intelligendum, dummodo carcer non ſit iniurioſus: qualis eſſet, ſi foret priuatus alicuius latronis, tyranni, [d] vel iudicis incompetentis, aut competentis quidem, ſed abſque iuris ordine procedentis, & quàmuis cum iurat ſe rediturum, non habeat animũ reuertendi, ſecundum Angelum. [e]
XIX. Peccat vxor, quæ marito iurat ſe adulterij crimine immunem eſſe, perſuaſa, ſe id iuramento confirmare potuiſſe, quoniam egerat pœnitentiam, fuerátque iam adulterium ſacerdoti confeſſa, [f] quamuis ſi maritus eam circa hoc iurare compellit, quia id iniuſtè agit, poſſet iurare, quod ſecundum ſuam intentionem verum eſt, falſum autem iuxta mariti mentem, vt conſtat ex ſupradictis, [g] quod latius & profundius confirmamus alibi. [h]

Ex quo decidi poterit quæſtio, An qui iurat ſe non habere rem ab alio petitam, vt ab ea danda, vel commodanda ſe excuſet, peccet? Siquidem peccat, ſi mens eius verbis conſonat: non autem, ſi non tenetur dare, commodare, vel reſpondere iuxta mentem petentis, & ea mente iuret, quod non habeat eam illi dandam, aut commodandam.
19 XX. Peccat, qui tempore peſtis iurat verum ad portas ciuitatis, ſed doloſe, contra mentem interrogantium, aſſertore Siueſt. [i] Quoniam, ad ingrediendum ciuitatem ſua ſponte ſe offert: niſi forte cuſtodes ciuitatis crederent aliquam vrbem peſte infectam, quæ re vera non erat: vel ingreſſurus iuſtè credit, neque ſe, neque aliquid ſuum eſſe peſte contaminatum: & proinde verum iurat, ſe non tranſiſſe, per talem locum, ſecundum præcipuam intentionem, licèt remotam, ipſorum cuſtodum. Idque eadem ratione producendum eſt ad ſcolaſticos vniuerſitatum, qui cathedrarum candidatos, ſiue oppoſitores (vt vocant) extra ſcholas conueniunt de rebus, quæ ad ſubornandum

a n.12.
b 2.2.q.6. art. 7. ad 4.
c in verb. iurare, §.10.
d *Panor. d.c. ſi vero. gloſſ. communiter recept. Clem. paſtoralis, de ſenten. & re iud. verb. violentiam, & Io. And. in ſpecie, in rubr. de iureiur.*
e *verb. iuramentum.* 1. §. 37.
f *arg. c. fin. de purg. can. Syluest. verb. iuramentum,* 2. §. 8.
g *n.* 8. & *Ang. verb. iuramentum,* 4. §. 1.
h *in comment. d. c. humanæ aures,* 22. q. 5.
i *verb. iuramentum,* 3. q. 2.

minimè faciunt: quod tamen, ſi poſtea cùm ſuffragaturi ſunt, confiterentur, inde redderentur inhabiles ſuo ſuffragio conferendo, eáque de cauſa, iurari reſpondent, ſe nulli candidatorum quicquam fuiſſe loquutos, intra ſe intelligentes, nihil contuliſſe de rebus quæ contra ſtatutorum mentem fuiſſe videbantur.

XXI. Qui iurat ſe rationem habiturum boni, vel vtilitatis ad aliquam communitatem pertinentis, vel ad munus, quo fungitur, quam tamen poſtea non habet.[a]

a *arg. c. ſi verò, c ego. &c. veritatis, de iuretur.*
b *c. ilic, 22 q. 3.*
c *in 3. diſt. 38.*
d *in c. Clericus, de cohab. cle. & mul.*
e *verb. iuramẽtum. 3. §. 11.*

20 XXII. Peccat mortaliter, inducens ad iurandum eum, quem falſò iuraturum arbitratur,[b] niſi iuris ordinem ſeruet, ſicut iudex ad alterius partis inſtantiam, ſecundum. Richardum.[c] Quocirca, rationi conſonum videtur, non eſſe defferendum iuramentum illi, de quo magna ſubeſt præſumptio, quod peierabit, vt ſentit Alexander quartus[d] quatenus aſſerit, ob hoc non eſſe recipiendum iuramentum à clericis, eos nõ redituros ad ſuas concubinas, vbi Panor, inquit, rectè fuiſſe conſultum, ſi ſcholaſtici vniuerſitatum non abſtringerentur iuramento, ſe Rectori parituros, eſſet enim præſtantius alijs eos pœnis ad id agendum ſtimulari. Vnde infertur, perperam agere confeſſarios, cum pertrahunt pęnitentes ad vouendum, vel iurandum, ſe ab aliquo carnali peccato, vel alio, quod non ſecus quàm illud allicit, abſtenturos, iuxta Ang.[e] Silueſt.[f] & Caiet.[g]

f *eod. verb. q. 9.*
g *2.2. 88. art. 2. col. 3.*
h *vbi. ſup.*

Diximus (*inducit*) textus enim de tali loquitur Vnde videtur inferri, ſi aliter ſponte offert iurare, ſubſitque rationabilis cauſa recipiendi iuramentum, non peccare illum, qui recipit auctore Silueſt.[h]

21 XXIII. Qui exigit iuramentum à famulis, ſeruis, vel quibuſcunque aliis, vt manifeſtent auctorem alicuius furti, ea mente, vt furem omnibus caſibus prodant: id enim licitè fieri nequit, niſi caſibus, quibus exteri poſſent furtum reuelare: ipſe autem vult obligare ſuos ad id faciendum quocunque euentu: quod minimè fas eſt, vt latius inferius[i] dicemus, Exigere tamen ab eis iuramentum, quo adſtringerentur vera dicere caſibus, quibus exteri etiam veritatem detegere licitè poſſent, non foret peccatum, iuxta mentẽ B. Ant.[k]

i *c. 18.*
k *2. part. tit. 10. c. 5. §6.*

Ang. Silueſt. & Tabien [a] licet paulò aliter loquantur & nos alibi. [b] Non etiam liceret ſimpliciter expoſcere iuramentum, vt verum exprimant, etiamſi, non poſtuletur, vt quolibet caſu id faciant, vt patet ex eis quæ diximus. [c]

a *verb. familia.*
b *in c. inter verba, 11.q.3.concl. 6.*
c *in d. concl.6.*

22 XXIIII. Qui iurat facere, vel implere quippiam credens, ſe non poſſe id præſtare, veluti, ſi iurat ſe ad præſtitutum tempus perſoluturum debita probabiliter credens, non futuram ei facultatem id tunc præſtandi, authore Silueſt. [d] Cæterùm, ſi iurat, credens ſe poſſe perſoluere, facitq; quod in ſe eſt, vt ſoluat, quamuis non ſatisfaciat, non peccat. [e] Si tamen tranſacto tempore definito, quam citiſſimè poterit, non perſoluerit, peccabit. [f]

d *verb. iuramentum.3.q.25.*
e *c. quarelam, de iureiur.*
f *arg. c. cùm dilecti, de dol. & contu l. celſus, de recep. arb.*

23 XXV. Peccat, qui iurat ſe quippiam ſub ſigillo ſecreti, celaturum, quod in Concilio, Senatuve pertractatum, vel ſuæ fidei commiſſum fuit, nec occultat ſed manifeſtat, caſibus, quibus non debet. [g] Quod etiam producendum eſt ad illum, qui alterum inducit ad violandum eiuſmodi decretum, vt autor eſt ſanctus Antoninus. [h]

g *arg. c. qui ambulat, 5.q.5.*
h *2. part. tit. 10. c.8.§.3.*

## De præcepto ſecundo, quatenus continet, non malè vouendum, & bene votum adimplendum.

Summæ.

24 *Votum quid, De re mala non valet, de præcepta ſic. & num. 25.*

26 *Votum obligat ad implementum ſui ſub reatu mortalis culpæ.*

26 *Votum non fit propoſito ſolo.*

26 *Votum mentale quid ſit, & qualem deliberationem requirat.*

26 *Votum abſque animo adimplendi, vt obliget.*

27 *Votum de re neceſſario futura, illicita, & indifferenti, vt indifferens eſt, & de eo, quod eſt contra conſilium Chriſti non valet num. 29.*

28 *Votum in finem malum non valet, ſed ſic in bonum ex illo ortum & n. 30. & 31.*

32 *Finis malus, & bonum ex malo natum, differunt.*

32 *Votum propriè non eſt malorum renunciatio, quæ fit in baptiſmo.*

32 *Votum eſt duplex, ſolemne, & ſimplex.*

32 *Votum plus obligat, quam iuramentum, cum concordia contradicentium.*

33 *Voti opus melius, quam voluntarium, &c.*

33 *Confeſſarius ſic admoneat pœnitentem, qui votum violauit &c.*

24 Satis explicatum arbitror hoc præceptum, quatenus habet, non malè iurandum, ſequitur, vt nunc idẽ perſequamur, quatenus includit non malè vouendũ In primis itaque, Votũ, ſecundũ mentem Magiſtri, S. Tho, & aliorum [a] beati Anton, [b] Archid [c] Panorm. & aliorũ [d] & cõmunem opinionem, eſt promiſſio, deliberate Deo facta, de aliquo bono maiori à ſuperiori non irritata.

Dixi (*Promiſsio*) pro genere, & ad inſinuandum, non ſufficere deſiderium, aut propoſitum etiam valde deliberatum faciendi, niſi ſimul adſit animus ſeipſum obligandi, ſecundum eundem communem. [e]

Dixi (*Promiſsio*) in genere, ad ſignificandum, quod, vt aliqua promiſſio ſit votum, ſufficit eſſe mentalem etiã ſi nihil dicatur, aut ſcribatur, modò fiat animo, vel mente ſe obligandi, ſecundum communem. [f]

Diximus (*deliberate*) quoniam promiſſio ſubita, & abſque conſideratione facta, non ſufficeret. Sufficit nihilominus tanta deliberatio & conſideratio. quanta ad peccandum mortaliter, vel merendum ſufficeret, ſecundum Palud. [g] communiter receptum. Nam, vt ait glo. ſingularis. [h] quæ tamen habet ſimilem, [i] iudiciũ, quod ſufficit ad obligandum diabolo, ſufficit ad obligandum Deo. Quò fit, vt votum factum iracundia, quæ iudiciũ & rationem vouentis non abſorbet, adeo, vt tunc poſſet mortaliter delinquere, validum fit, vt ex Ioan. Andr. & communi opinione colligitur, [k] etiam ſi multi graues auctores in quibus ſunt Ludouicus Rom. [l] & Iaſon [m] oppoſitum ſenſerint quod ipſum producendum eſt ad iuramentum, vt tactum eſt ſupra. [n]

25 Dixi (*Facta Deo*) quoniam omne votum tacitè, vel

a *in 4. ſent. diſt. 48. & 2. 2. q. 88. ar. 1. & 2.*
b *2. par. tit. 11. c. 2. in princ.*
c *in c. qui bona, 17. q. 1.*
d *in c. literaturam, de vot.*
e *vbi ſup.*
f *vbi ſup.*
g *in 4. ſent. diſt. 38. n. 1, col. 2.*
h *in c. mulier. 31. q. 1.*
i *20. q. in ſũma.*
k *in c. dudum, de conuerſ. coniung.*
l *ſing. 408.*
m *in l. ſi filiã, C. de inoff. teſt.*
n *eod. n. 10.*

expreſſe, mediatè, vel immediatè, ſit Deo, ſecundum S. Thom.[a] Ex quo colligitur non vouere eum, qui dicit alteri, Ego promitto tibi, me cum illo, aut illo amplius non luſurum, cùm non ſit promiſſio facta Deo.

Dixi (*De aliquo bono*) ad ſignificandum, promiſſionem de re illicita, quæ veniale, vel mortale peccatum eſt, non eſſe votum.[b] Dixi (*Maiori bono*) non quidem vt Rich. Maior, & aliquot alij[c] dicunt, quia votum neceſſario fieri debeat de his, quæ ſunt conſilij, non autem præcepti: ſatis enim eſt, vt ſi maius bonum, ſiue ſit de conſilio, ſiue de præcepto ſecundùm eundem S. Thom,[d] Quamobrem, qui vouit non fornicari, non adulterari, non furari, per huiuſmodi votum, ita obligatur, vt, ſi violârit illud, non ſolùm cenſeatur tranſgredi præceptum de non fornicando, non adulterando, aut non furando: ſed etiam de adimplendo voto, & proinde, non ſufficeret tali tranſgreſſori, culpam ſine huiuſmodi circunſtantia confiteri vt ritè adnotauit S. Anton.[e] & melius Caiet[f] licet oppoſitum, perperam afferat Ioan. Tabien[g]

Dixi etiam (*De bono maiori*) ad ſignificandum, votum faciendi, vel omitendi aliquid, cuius contrarium ſecundùm ſe melius eſt, nihil valere: cuiuſmodi foret votum non ingrediendi religionem, non mutuandi pecuniam, & alia huiuſmodi, ſecundùm ſanctũ Anton.[h]

Dixi (*A ſuperiori non irritata*) vota namque filiorum familias, religioſorum, & aliorum, qui alterius poteſtati ſubduntur, legitimè à ſuis parentibus, prælatis, alijſque ſuperioribus irritata, non obligant.[i]

26 Omne porrò votum ad ſui obſeruantiam obligat ſub pœna peccati mortalis.[k]

At ſolum propoſitum faciendi aliquid boni, abſque promiſſione & animo ſeipſum obligandi, non obligat communiter ſub reatu mortalis, aut venialis: cùm non obliget, ſecundum ſanctum Thomam præceptum,[l] quem ſequitur Arch.[m] & Panorm.[n] quidquid videatur afferere gloſſ. quædam celebris.[o]

Poteſt autem votum fieri abſque verbis expreſſis & deliberatio ſufficiens ad obligandum nos diabolo

a in d. q 88. art. 5. ad 3.
b c. ſi aliquid, & c. in malis, 22. q. 4.
c in 4. diſt. 38.
d 2. 2. q. 88. art. 2.
e 2. part. tit. 11. c. 2. § 1.
f d. q. 88. art. 1.
g verb. votum, 1. § 2.
h in d. c. 2. § 1.
i c. puella, & c. fin. 20. qu. 2. S. Tho. d. q 88. art. 9. & alij DD.
k Eccle. S. c. licet, c. magna, de vot. S. Tho. 2. 2. q 88. ar. 3. & cæteri, in d. diſt. 38. lib. 4.
l 2. 2. q. 88. ar. 1.
m in c. qui bona, 17. q. 1.
n in c. literaturã, de vot.
o c. qui bona, 17. q. 1.
p arg. c. cum apud, de ſponſa.

per peccatum mortiferum, ſufficit ad obligandum nos Deo, per votum, ad vitam æternam conducens, vt ſupra dictum eſt per gloſſam ſingularem [a] quæ id ante Paludanum Cardinalem Caietanum, & alios aſſeruit. [b]

*a in cap. mulier, 32.q.2.*
*b vbi ſup.*

Huiuſmodi verò deliberatio, in momento temporis fieri poteſt: & ſatis eſt, quòd actu vel virtute fiat. Quapropter, illud. Panorm. [c] quod deliberatio, & propoſitum debent promiſſionem præcedere, intelligendum eſt, de præcedentia (vt philoſophi aiunt) naturæ, ſeu cauſæ non temporis, vt nimirum, non ſit opus aliquo ſpatio temporis deliberationem præcedere votum, ſed, vt ad merendum, vel peccandum mortaliter, ſufficit facta eodem momento temporis, quo bonum opus, aut peccatum admittitur: ſic etiam, vt votum ſit validum, ſatis eſt, eodem momento temporis fieri deliberationem, quo fit votum ipſum. Nam quàmuis vtrumque ſimul eodē tempore efficiatur: ſem per tamen deliberatio præcedit votum naturâ, vt ſubſtantia ſolis, præcedit ſuam lucem, & ignis ſuum calorem. Cæterum, non parua eſt differentia inter votum, quod magna præcedente deliberatione fit, & quod ſubitaneo ac repentino motu, vel paſſione accedente, cuiuſmodi ſunt, quæ paſſim à quibuſdam, & ex quacunque leui cupiditate, fiunt: quoniam huiuſmodi vota, facilè relaxantur, commutantur, vel redimuntur, [d] alia vero nōn, quod etiam. Caiet. [e] probat.

*c in d.c. literaturã, de vot. col. 2.*

*d c. 1. de vot.*
*e vbi ſ. art. 1.*

Atqui, ſolum propoſitum ingrediendi religionem ſine promiſſione tacita vel expreſſa, etiamſi induat quis habitum religionis , non efficit votum, quamuis. Paludanus, [f] Antoninus, [g] & aliquot alii [h] ſcripto iure oppoſitum tueantur. Quoniam, in caſu iuris illius, fuerat promiſſio ſaltem implicita, aut virtualis, vt declarant optimè Panormitan. [i] Caiet [k] & alij alibi.

*f in d q. 1. art. 1.*
*g in. d.c. §, 1.*
*h per c. conſulti, de regu.*
*i in c. literaturâ.*
*k in d q 88.*

27 Qui vero Deo aliquid promittit, quamuis ſine animo adimplendi promittat, re vera vouet, tenetúrque implere: ſecus autem, ſi verbotenus abſque animo ſe obligandi, promitteret, vt eruditè prædictus Cardinalis, [l] confirmat, vbi ſubdit, quod quan-

*l in d. art. 1.*

admodum. Eccleſia, ei qui vouit, ſi poſtea dicat non habuiſſe intenſionem ſeipſum obligandi, non credit: ſic etiam perperam agunt religioſorum prælati, qui ſine aliis coniectaris, ſuis ſubditis iurantibus ſe non habuiſſe intenſionem profitendi, cùm profeſſi ſunt, facilè credunt.

28 Inſuper, non eſt votum; promiſſio, quę de rebus neceſſario futuris fit, quod genus eſt votum de moriēdo, [a] neque etiam votum de re, quæ in ſe ſit culpa lethalis, aut venialis: illud enim non eſt bonum, & multò minus erit maius bonum. Imò, promiſſio facta de faciendo aliquid, quod eſt peccatum mortale, eſt mortalis. & promiſſio de fáciendo veniale, venialis, vt ſupra [b] dictum eſt de iuramento.

*a arg. l. 1. ff. de condit. & demonſt.*

*b n. 15.*

Promiſſio autem de re indifferenti, quatenus indifferens eſt, non eſt votum: quoniam, res indifferens, non eſt quid bonum ſecundum ſe niſi aliqua circunſtantia adhibeatur, quę rem alioqui indifferentem, bonam efficiat, exempli cauſa: Votum de non nendo, die ſabbathi, etiam in honorem beatiſſimæ virginis matris, vel votum eundi in ciuitatem Genuenſem, aut non adeundi talem domum, abſolutè & ſimpliciter emiſſum, non eſt dicendum votum: quoniam, nihil horum ſecundum ſe eſt malum, aut bonum. Neque enim die ſabbathi nere naturâ ſuâ deputari poteſt inter obſequia beatæ. Virginis. Licet votum non nendi die ſabbathi, vt aliquoties virginis Roſarium recitetur, vel de ciuitate Genuenſi adeunda, ad videndam adorandámque Chriſti imaginem, quam Veronicam appellant, vel non ingrediendi talem domum, neque perſona impudica conſpiciatur, quę ad libidinem, vel ludos illicitos proliceret ſint valida. Quoniam per has circunſtantias, quę alioquin erant indifferentia, fiunt bona. [c] Itáque circunſtantiis iſtis deficientibus, voti vinculum ceſſabit, vt Caiet ſingulariter definiuit. [d]

*c arg. c. paratus, 23. q. 1 c. diſciplina, & c ſi qui emendat, 45 diſt.*

*d in d. q. 88. art 2.*

29 Cæterum, vota non faciendi aliqua, quę Redemptor noſter conſulit: vt vouere non ſeruare caſtitatem, paupertatem, & alia huiuſmodi, quamuis licitè, obſeruari poſſint, minimè tamen obligāt, [e] quin potius, ita vouens peccat licèt, vt plurimum, nō grauiùs, quàm

*e c. fin. § fin. 22. q. 4. Palud. cum communi, in 4. ſent diſt. 38. q. 1. col. 4.*

a in d. q. 88. art. 2.

venialiter, quod ſatis diffuſè idem Caieta. [a] confirmat, prӕterquam, ſi huiuſmodi vota fierent ad diſplicēdum talium conſiliorum diuino auctori, vel animo non implendi illa, quàmuis occurreret caſus, quo vim prӕcepti obtinerent.

30 At verò, votum maioris boni, ob malum finem emiſſum, non obligat, ſiue finis ille malus, ſit finis illius boni quod vouetur, quale eſt votum faciendi eleemoſynam, ob inanem gloriam, vel ob aliquam voluptatem illicitam: ſiue ſit finis ipſiuſmet voti, quale eſt votum, quo Dux, ad bellum iniuſtum proficiſcens, promittit ſe alicui loco, vel operi pio mille aureos oblaturum, vt victoria, licet iniqua, potiatur, ea intentione, vt votum illud ſit medium ad talem victoriam aſſequendam, vel in gratiarum actionem victoriӕ iniquӕ. Quoniam, omne opus, cuius finis malus, ipſum quoque malum eſt. [b] Et conſequenter, quàmuis, quod vouetur, bonum ſit: votum tamen eiuſce rei, propter malum finem, malum eſt: & ita, eſt conueniens materia voti.

b ca. cū miniſter 24. q. 5. vt ibi diximus &c. non eſt putanda, 1. q. 1.

31 Dixi (*Iniquè*) quoniam ſi quis voueret bonum in gratiarum actionem euentus victoriӕ abſolutè, ſine iniquitate & iniuſtitia conſideratę, quatenus eſt quoddam donum Dei, votum ſubſiſteret: ſicut valet votum de faciēdo quippiam pium in gratiarum actionem pro filio, quem dederit Deus ex concubina, attenta illa datione filij abſolutè, ſine iniuſtitia fornicationis, tanquam quoddam Dei dono, vt mox dicetur. At verò, ſi neque finis boni, quod vouet, neque eiuſdem voti eſſet malus, licèt cauſa, quӕ impellit ad vouendum, mala foret, non ideo tamen votum deſineret eſſe bonum. Exemplum de eo, qui aliquam religionem profitetur, non collimando, neque dirigendo ſuam profeſſionem, ſuáque vota in finem luxuriandi, licet ad id impellatur, ſpe ibi reperiendi occaſionem luxuriandi.

32 Quod etiam producendū ad eū, qui vouet, antequā in duellum deſcendat, hac intentione, vt à morte, vel vulnere liber certamen euadat, & ad eum qui vouet aliquid, ſi Deus illi indulgeat, filium ex muliere, quӕ ſua coniunx non eſt. Etenim, quàmuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniuſto, malum ſit: velle tamen

ſine vulnere ſanum & incolumen euadere, non eſt tale. Et quàmuis rem habere cum ea, quæ non eſt propria vxor, ſcelus ſit, ſuſcitare tamen filium ex illa, dono Dei, non eſt tale. Idem quoque dicendum, de eo, qui huiuſmodi votum fecerit, Si à Deo illa, aut illa temporalia bona per fas nefaſve conſequar, illud aut illud opus bonum faciam: quoniam huiuſmodi votum non adhibetur tanquam medium ad peccatum, neque vt gratiarum actio, pro peccato, ſed vt gratiarum actio, pro re in ſe bona, donoque Dei data, & à fortiori, validius erit votum, quod fit in vltionem proprij peccati, verbi gratiâ: Quiſpiam vouet illam aut illam pœnitentiam vel pœnam ſubire aut Hieroſolymam petere, vel ſummam aliquam pecuniæ erogare pijs operibus, ſi tale, vel tale ſcelus admiſerit, vt ſubtiliter & late poſt alios Car. Caietan. [a] confirmat.

Abrenuntiatio porrò malorum, quæ fit in baptiſmo, non eſt propriè votum, Palud. aſſertore [b] & Caietan. [c] quàmuis Magiſter, & plærique alij oppoſitum docuerint: quorum opinio vera eſt, intellecta de voto improprio.

a *in d.q. 88. art. 2.*
b *in 4. diſt. 88. q. 2.*
c *in d.q. 88. art. 2.*

Duplex autem eſt voti genus. Solemne vnum, ſimplex alterum. Votum ſolemne, eſt quod profeſſione tacita, vel expreſſa religionis approbatæ, vel ex ſacrorum ordinum ſuſceptione, celebratur. [d] Simplex autem, eſt quodcunque aliud, ſiue occultum, ſiue publicum fuerit, deciſore Palud communiter recepto, [e] & B. Anton. [f] Quamuis autem mortale peccatum admittat, qui violauerit votum ſimplex, ac nonnumquam etiam ſcandalum præſeferat: maius tamen crimen, grauiuſque ſcandalum communiter ex voti ſolemnis tranſgreſſione promanat. [g]

d *c. 1. de vot. lib. 6.*
e *in 4 diſt. 38. q. 2.*
f *2. part. tit. 11. c 2 § 1.*
g *arg. ca. homo, 40 diſt. & cap. dræcipue, 11. q. 3.*

Votum vero fortiore vinculo ſtringit, quam iuramentum, ſecundum S. Thom. [h] quamuis Ioan. Maior [i] oppoſitum tueatur. Cuius quidem opinio, vera eſt, quando vtrumque primariô fit in honorem Dei, vel principaliter in vtilitatem proximi Opinio autem ſancti Thom. cùm votum principaliter fit in honorem Dei: iuramentum autem, principaliter in vtilitatem proximi, vt communiter fieri ſolet, vt alibi, [k] vtramque opinionem conciliantes, definiuimus: & poſtea-

h *2. 2 q. 89. art. 8.*
i *in d. 4. diſt. 38. q 5.*
k *in c. quanto, de iureiuran.*

Michael Medina. [a] argutè probat obligationem iuramenti, eſſe firmiorem quam voti, licèt hęc ſanctior ſit illa, cum per illam promittamus proximo, per hanc verò, Deo.

33 Denique, bonum opus ex voto plus meriti habet, quàm aliud non ex vi voti factum: ſecundum S. Tho. [b] Richard. & alios [c] & glo. ſingularem [d] qui quidem, omnes ſequentes beatum Anſelmum [e] aſſeuerant, eum qui bonum facit ex vi voti ſimilem eſſe illi, qui arborem cum fructu ſuo donat eum, verò, qui facit opus ſine voto, offerenti fructum, ſine arbore quàmuis opus conſilij, plus meriti habeat, cæteris paribus, quâm opus pręcepti, [f] iuxta communem opinionem, quàm declarat dictus Medina. [g]

Confeſſarius demùm, tenetur admonere pœnitentem, qui non impleuit votum tempore quo tenebatur, non liberari ab obligatione poſtea implendi illud ob pœnitentiam, quam iniungit, eo quod votum non adimpleuit tempore debito, niſi aliqua impoſſibilitas iuris vel facti ſuperuenerit, aut eiuſmôdi erat, vt debito tempore effluente, eiuſdem obligatio expirabat, iuxta mentem omnium, quam explicat Caietan. [h]

*a lib. 5 c. 22. & 23 de continentia.*

*b 2. 2. q. 88 art. 6. & opuſc 17. ca. 12. & opuſc. 18. c. 3.*

*c in 4 diſt 38.*

*d in clem, 1. de reliq & ven. ſanct.*

*e in lib. de ſimilitud,*

*f ca cum in officiis, de teſtam.*

*g in C. de pœnit, q. 43.*

*h in ſum. de materia voti.*

## Modi vſitatiores, quibus peccatur malè vouendo, vel malè votum implendo.

### Summæ.

34 *Vouens rem mortalem, vel venialem vt peccat.*

34 *Vouens quod eſt præceptum, vel contra conſilium & nu. 35 & 36.*

37 *Vouens ſtulta vota, vt non pectendi ſe non lauandi, &c.*

38 *Vouens quod ſciebat ſe non poſſe præſtare.*

39 *Votum vel partem eius quis rectè frangit ob cauſam. & 40*

41 *Vouens quis tenetur ſtatim implere, vel ad certum tẽpus, &c.*

42 *Vouens ſub conditione, & ſatagens ne adimpleatur illa.*

42 *Vouens ſi perpetrauerit illud, aut illlud. crimen. & 43.*

43 *Vouens ob malum finem, vel ob bonum, qui naſcitur ex malo.*

43 *Vouens virginitatem, & eam poſtquam violauit, non obſeruat.*

43 *Vouens ſe vxorem ducturum, & poſtea non ducit.*

44 *Votum religionis impediens, vel ab illa abſtrahens, ad quid tenetur.*

45 *Votum religionis ſuadens, vel ingreſſum ordinis diſſolui, &c.*

46 *Vouens religionem, & quia non recipitur, vt ipſe vult, &c.*

46 *Vouens ingredi & profiteri, & poſtea exit.*

47 *Vouens religionem ſtrictiorem, & intrat laxiorem, & c.*

48 *Vouentem religionem an ſtatim ligent onera eius.*

49 *Religionis de ingreſſu an conſulendum.*

50 *Religionem laxam ingrediens, vel in eam filios intrudens, num. 51.*

52 *Vouens timore mortis ſpiritualis aut corporalis, vel alterius mali, & c.*

53 *Vouens rem dignam voto, quæ tamen maius bonum excludit.*

53 *Vouens non bibere vinum & crebrò violans, vel facere aliquid tempore certo, quo tranſactò, illud non implet, num 54.*

54 *Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipſum violat.*

55 *Votum qui non implet per alium, quod per ſeipſum non poteſt.*

56 *Vota defuncti qui non adimplet, adiunctis exemplis, & 75.*

57 *Diſpenſatus ſuper voto, per falſam aut iniuſtam cauſam.*

58 *Vouere qui pertinaciter tenet eſſe malum.*

58 *Votum coniugum de abſtinendo, & pactum, an paria, & 60.*

60 *Votum mariti & vxoris ſine licentia, quod valet, & 61.*

62 *Votum de ingreſſu religionis generale, an tollat refutatio vnius Superioris?*

34 Contra hoc ſecundum præceptum, quatenus præcipit non malè vouendum, benéque votum rectè adimplendum, peccat, primo, qui vouet peccatum mortale, vt occidere, & odiſſe, ſeu odio habe-

a n.28. re,&c.per ſupra dicta.[a]

Dixi (*Mortale*) quoniam votum de re, quæ in ſe ſolùm eſt peccatum veniale, non erit pluſquam veniale, niſi vouens ea mente votum emitteret, vt etiamſi peccatum mortale foret, nihilominus, id ſe facturum voueret.

II. Qui vouet ſe facturum id, ad quod ſub pœna mortalis culpæ tenetur: vt non fornicari, vel non confiteri in Quadrageſima, nec implet, & peccat, non ſolùm, quia fornicatur, vel non confitetur: ſed etiam quia trangreditur votum: quò fit, vt huiuſmodi peccatum cum hac circumſtantia confiteri teneatur, per ſupradicta,[b] quidquid dixerit Ioan. Tabien.[c] cuius opinio non habet locum, etiam in illo, qui vouet in genere ſe non amplius peccaturum, quidquid Ioan. Maior[d] inſinuauerit.

b c.6.n.3. & 4.
c verb. votum, §.2.
d in 4.ſent.diſt. 30.q.1.

35 III. Peccat, qui id ad quod ſolùm de conſilio tenebatur, vouet ſe non facturum, etiamſi occurrerent caſus, ad quos ex vi præcepti obligaretur, vt qui vouet non mutuare, aut non facere eleemoſynam, etiam caſu extremæ neceſſitatis, non ſolùm, quia huiuſmodi voluntas ſecundùm ſe talis erat, verùm etiam, quia eam voto firmat. Quod producendum eſt ad illum, qui vouet ſe non facturum quod eſt conſilij, eo animo, vt diſpliceat Deo tantum, quantum mortalia crimina ei diſplicere ſolent ſecus tamen, ſi voueret Deo, vt diſpliceret ipſi eo gradu, quo venialia ipſi diſplicent: tunc enim non ampliùs quàm venialiter delinqueret, quod ipſum leuius foret cùm quis votum emitteret, non aduertens, ſe in eo diuinæ bonitati rem ingratam admittere, vt Cardin. Caietan. eruditè docet,[e] & tactum eſt ſupra.[f]

e 2.2.q. 88. art.2.
f num, 3.

36 IIII. Qui vouet aliquid, quod ſuapte quidē natura aduerſatur conſilio euangelico, aut malū, vel non ita bonū eſt, vt oppoſitum, vel indifferens, ſed id facit, cum aliqua circunſtātia, vel reſpectu, quo fit bonū honeſtum, & poſtea non implet: vt ſi vouet ingredi aliquod monaſterium, quandiu in eo regularis obſeruantia non viget; vel vouet non elargiri eleemoſynam: vel nō fide iubere, aut non mutuare aliquid illi vel illi extra tēpus cuiuſdam eximiæ aut extremæ neceſſitatis: ne aliquam inde anſam

peccãdi captaret. Nam vt multa ſunt genere ſuo bona, quæ ratione qualitatis circumſtantiis mala fiunt, ſic etiã multa ſunt genere ſuo mala, vel non adeo bona, vt eorum oppoſita, vel indifferentia, quę ratione alicuius circumſtantiæ, redduntur bona, vel meliora, quàm eorum oppoſita.[a]

37 V. Qui emittit vota ſtulta, vel temeraria: qualia ſunt, non pectere capillos die ſabbathi, non filare, non lauare caput, non edere animalium capita, in honorem B. Ioan Baptiſtæ, non immittere oſſa in ignem, in honorem. S. Laurentij, & alia huiuſmodi, quæ neque ad honorem Dei, aut ſuam proximive vtilitatem videntur ſpectare, eáque abſque vlla diſpenſatione & licentia ſui confeſſarij, tranſgreditur, ſecundùm Silueſt.[b] Quod verum eſt, intelligendo de vouente, qui credit, eiuſmodi vota valere, vel dubitat de eorum valore, & ante depoſitionem conſcientiæ erroneæ, illa violat, nõ autem de eo, qui ſcit, vel credit ea nõ valere quãuis poſſent licitè obſeruari, vt Gratianus prodidit,[c] quoniã propria vouentis auctoritate poſſunt diſſolui: quippe, quæ ſecundùm S. Tho.[d] ridicula ſunt, & magnam ſuperſtitionis ſpeciem præſeferunt. Autoribus Raymund.[e] & Albert.[f] Quod ipſum ferè dici poteſt, de illo, qui vouet ſe nudum peregrinaturum: quoniam id inhoneſtum eſt, poſſétque valetudini corporis maximè officere, præſertim in hyeme: quàmuis S. Anton.[g] videatur, huiuſmodi votum in aliud fore commutandum.

38 VI. Peccat, qui vouet quippiam, ſciens & animaduertens, ſe non poſſe illud implere iuxta Ang.[h] Dixi (*Animaduertens*) quia ſecus, ſi non aduerteret illam impotentiam, nam [*Ream linguam non facit niſi rea mens.*][i]

VII. Qui vouet animo ſe obligandi, non autem implendi, ſecundum Caiet.[k] & rectè quidem, quia habet animum non ſoluendi Deo, quod debet.

Dixi (*Animo ſe obligandi*) quia, qui vouet animo non ſe obligandi, non tenetur voto in foro conſcientiæ: cum id non ſit verè votum per ſupradicta,[l] adeo vt teneatur voto, qui vouet animo ſe obligandi, & adimplendi, vel ſaltem animo obligandi: non autem qui vouet ſine animo ſaltem ſe obligandi, per prædicta,[m] & quia actus agentium, non operantur vltra intentiones eorum.

a *arg. c. venerabilibus, §. poteſtde ſent. exc. lib. 6. c. Neque, 12. q. 2. c. Noli, 23. q. 1. & c. cum miniſter 23. q. 1.*

b *c. fin. 22. q. 4.*

c *verb. votum. 1. q. 3.*

d *2. 2. q. 88. art. 2.*

e *in ſum. huius, tit.*

f *in 4 diſt 38.*

g *2 part. tit. 11. c. 1. § 3.*

h *verb. votum 2. §. 9.*

i *c. Homines, 22. q. 2.*

k *2. 2. q. 88. art. 1.*

l *n. 26.*

m *ibid.*

Quare aptè reſponſum fuit nuper, bis peccaſſe illum nō implendo ſuum votum factum, animo vouendi, & non implendi, primo vouendo; ſecundo, non implendo.

39 VIII Peccat, qui vouet votum licitum, illudque poſtea violat: & quidem mortaliter, toties, quoties ipſum violat: [a] niſi id fecerit per obliuionem tolerabilem, vel ægritudinem, vel ob aliam iuſtam impotentiam: vt qui vouet templum, ſiue pauperum xenodochium ædificare, vel eleemoſynam quampiam erogare, & poſtea fit inops, aut vouet ieiunare, & poſteà ægrotat, authore Aug. [b] At ſi poſtea redit ad pinguiorem fortunam, vel ſanitati reſtituitur, totum, vel partem, quam poterit, tenebitur implere: ſicut quæ vouet caſtitatem, & poſtea nupſit conſummauitque matrimonium, non tenetur quidem, plenè perfectéque caſtitatem ſeruare: quoniam debitum coniugale viro ſuo tenetur perſoluere, cùm ab ipſa expoſtulárit: tenetur tamen obſeruare ſecundum partem ſibi poſſibilem, ſcilicet, ad non exigendum debitum. Quinimo, debet etiam velle ſeruare caſtitatem perfectè & integrè, quando ſibi fuerit licitum & poſſibile: putà, marito vita functo, deciſore Caiet. [c] Vnde infertur, non liberari quem, à voti obligatione, propter ea, quę voto iam emiſſo, ſuperueniunt, quę ſi ante illud accidiſſent, qui vouit, voto ſuperſediſſet, vt inferius dicemus. [d]

40 IX. Qui vouet aliquid etiā minimum, puta recitare vnum tantùm Pſalterij verſiculum, vel angelicam ſalutationem: poſtea vero, non recitat, vel dare poculum aquę frigidę, amore Chriſti, & non dat, ſecundùm Caiet. [e] Cuius opinio licèt alias placuerit, nunc tamen contraria, quam tenet Sotus [f] magis placet, per ſupra, [g] de iuramento rei leuis & paruę dicta.

41 X. Peccat, qui vouet aliquid ſe ſtatim, vel intra certum tempus facturum ſiue tacitè, ſiue expreſſè, quod tamen non ſtatim, vel intra tempus pręfinitum, implet, ſecundum S. Tho. communiter receptum, [h] At ſi certo nouit, ſe non vouiſſe animo ſtatim adimplendi, neque tempori terminum pręfiniſſe, tacite vel expreſsè, intra quem votum adimplere teneretur, non peccat mortaliter non adimplendo, quam diu conſcientia non

a c. licet, & c. Magna, de vot. ſecundum omnes.

b verb. votum 3. qu. 1.

c in ſum de materia voti.

d c. 18.

e 2. 2. q 89. art. 7.

f lib. 7. q. 2. art. 1. de iuſt. & iur.

g n. 10.

h 2. 2. q. 88. ar. 9. ad. 3. & in 4. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 1. per tex. Deut. c. 23.

angitur ſe eſſe in mora circa eius implementum. Hoc enim eſt argumento, non eſſe tranſactum tempus, intra quod teneatur implere illud, iuxta mentem prædicti. Cardinalis.[a] Cæterum, ſi culpa ſua factum fuit, vt non poſſit implere, peccauit, quod ad voti exequtionem ſeipſum reddidit impotentem: vt quæ vouit virginitatem, ſi ſe corrumpi patitur, non ſolum tenebitur obſeruare, quod ſupererat adimplendum, verumetiam, dignam agere pœnitentiam quod culpa ſua effecta ſit impotens, ad integrè virginitatem obſeruandam.[b]

a 22.q.88.ar. 2. & in ſum. de materia voti.

42 XI Qui vouet adiecta conditione, cuius implementum impedit, nec poſtea implet votum, ſecundum Rich.[c] Ex quo elicitur non eſſe liberum ab obligatione voti, eũ, qui vouit Deo aliquid cum conditione. [*Si Deus ipſum ab aliquo peccato præſeruet*] poſtea verò non facit quod feciſſet, aut deliberabat facere (quò ſe præſeruaret ab illo peccato, quando promiſit) ſi non promiſiſſet, vel ſe in illud peccatum præcipitem dedit, ne implere aſtringeretur: quàmuis Angelus[d] & alij non adeo appoſitè ſententiam Richardi referre videantur.

b *arg.l. in toto iure, ff. de reg. iu. & c. commiſſa de elect. lib. 6.*

c *in 4. ſent. diſt 38. art. 3. q. 3.*

d *verb. Votum. 1. §. 10.*

43 XII. Peccat mortaliter, qui vouet ingredi religionem, ſi fornicationem, vel adulterium, aliùdve ſcelus admitteret, hac intenſione, vt huiuſmodi peccata vitaret, aut iniungeret ſibi aliquam pœnitentiam. vel abſolutè ſe obligat, ſi hoc vel illud ſibi accideret: quod quidem poſtea, etiam completa conditione, non implet.

Quoniam, huiuſmodi vota conditionalia ſunt, ideòque conditione adimpleta, obligant.[e] Quàmuis, ſi contentum in conditione, poneretur loco finis, non valerent, vt dictum eſt ſupra[f] nec facta ſub conditione, obligarent ante impletam conditionem, niſi vouens ipſe eſſet cauſa, quominus adimplerentur: vt mater quæ vouet ieiunare, ſi filius recuperet ſanitatem, non arctabitur ad ieiunium, ſi filius moriatur, Ang autore.[g]

e *arg. l. cedere dum, ff. de verb ſig. c, ſi pro te, de reſcrip. lib. 6.*

f *n, 30.*

g *verb. Votum.*

Præſuppoſito itáque, quod vota eiuſmodi conditionalia, etiam pœnalia, quibus quis vouet ingreſſum monaſterij, vel peregrinationem in terram ſanctam, vel ad Vrbem, & alia eiſdem nequaquam abſimilia.

Si illud, aut illud euenerit: illudve peccatum admiſerit, diſtringant ſic vouentem, quæſitum eſt nuper, quis in eiuſmodi diſpenſet? Ad quod Sotus reſpondet,[a] antequam peccetur, epiſcopum poſſe, poſtea vero, non niſi Papam. Nobis autem, videtur diſcrimen eſſe inter ſpeciem facti, ſeu caſum, quo quis vouet ingredi religionem, vel peregrinari in terram ſanctam, &c. Si tale, vel tale peccatum commiſerit, & inter caſum, quo quis vouet non admittere tale peccatum, ſub pœna eũdi Hieroſolymam, aut ingrediendi religionem, &c. priori namque caſu, ſolum eſt vnum votum conditionale religionis, in quo neque ante, neque poſt impletam conditionem, epiſcopus diſpenſare poteſt, vt dicitur infra.[b] Secundo vero, duo vota ſunt. Alterum abſolutum tale peccatum non committendi alterum conditionale & pœnale, ingrediendi religionem, &c. Si peccauerit, &c. quorum prius eſt principale, poſterius acceſſorium: & certum eſt in priori voto principali, epiſcopum diſpenſare poſſe,[c] cum non ſit votum perpetuæ caſtitatis, neque religionis, nec aliud ex quinque Papæ reſeruatis, & ita videtur antequam prius abſolutum violetur, & per illius violationem poſterius conditionale purificetur, epiſcopum in vtroque diſpenſare poſſe: tum, quia acceſſorium ſequitur principale,[d] tum, quia, ſublato priori principali, per epiſcopi diſpenſationem, tollitur ſecundum conditionale, quum per violationem prioris, quod non eſt, purificari nequeat.

*a lib. 7. q. 4. art. 3. de iuſt. & iur.*

*b n. 75.*

*c per not. in d. n. 75.*

*d c. Acceſſoriũ, de reg. iur. l. 6. l. cũ principalis, ff. eod.*

Ex quibus liquet ſolutio quæſtionis, an valeat iuramentum, aut votum non ludendi, ſeu non ingrediendi talem domum, quæ occaſionem peccandi præbet, ſub pœna eundi genibus Hieroſolymam, ore bufonem ferendo? reſponderi enim debet, valere quidem, quoad ipſam profectionem: non tamen quoad circunſtantiam ferendi bufonem: quia id inhoneſtum eſt, & nullius erga Deum reuerentiæ. Neque quoad circunſtantiam eundi genibus, quia id eſt impoſſibile) ſaltem moraliter) quod ſub votum non cadit.[e] Profectio vero ipſa eſt honeſta & poſſibilis, & ita merito quoad ipſam valet, licet non quoad circunſtantias,[f] quando ſunt ſeparabilia, vt hæc.

*e arg. l. Nepos Proculo, ff. de verb. ſig. & c. faciet, 22. q. 3.*

*f arg. c. vtile per inutile non vitiatur, de reg. iur. l. 6.*

XIII.

XIII. Peccat mortaliter, qui vouet aliquid ob malum finem, veluti ieiunare, vel eleemoſynam largiri, vt conſequatur iniuſtam vindictam, aut voluptatem illicitam: iuxta Rich. [a] & latè Caiet. [b] & dictum eſt ſupra [c] Vbi tamen diximus, quòd concubinarius, promittens Deo aliqua pia, ſi dederit ipſi filium ex concubina, non vouet propter malum finem, & ideo tenetur implere illud, impleta conditione, ratione ibidem adducta.

XIIII. Peccat mortaliter, qui vouet virginitatem, animo perpetuò eam ſeruandi, & poſt votum ſemel, vel pluries violatum, ſtatuit non continere, ſecundùm S. Tho. [d] communiter receptum. Secus autem, ſi eo animo voueret, vt ad eam ſemel amiſſam ſeruandam non teneretur: quia actus agentium, non operantur vltra fines eorum. [e] Qui porò vouet non ducere vxorem, non cenſetur vouere continentiam, ideóque fornicando, non peccaret plus, quàm ſi nō vouiſſet, iuxta Roſel. [f] licèt, qui vouit continentiam, ducendo poſtea vxorem peccet mortaliter, ſecundùm omnes.

His amplius adnotamus, votum abſolutè ducendi vxorem, non valere. Siquidem, vxorem ducere, eſt à ſtatu perfectiori, ad imperfectiorem deſcendere, à ſtatu ſcilicet continentium, ad ſtatum coniugatorum. [g]

Dixi (*Abſolutè*) quoniam ſi voueret quia ſe imbecillem & vix ſufficientem ad reſiſtendum peccato fornicationis, agnoſceret, & niſi vxorem duceret, carni ſuccumberet, obligaretur, vt rectè adnotauit Caietan. [h] Illa namquē circunſtantia de adhibendo remedio propriæ carnis imbecillitati, facit, vt quod alioquin erat minus bonum, efficiatur maius. Per quod pridem reſpondimus teneri ducere vxorem, quendam, qui vouerat vxorem ducere, dum periculum mortis nauigando incurriſſet, vt vitio carnis, cui magnopere obnoxius erat, commodiùs reſiſteret.

44 XV. Peccat mortaliter, qui aliquē alienat à propoſito religionis, quod volebat exequi, oblata iam opportunitate, & aliis circunſtantiis in id neceſſariis. Palud. autore, [i] S. Anton. [k] Ang. Silu. Tabien. & commu. [l] Grauiùs tamen peccat, ſi poſt ingreſſum religionis, in

[a] *in 4. diſt. 38. q. 1.*
[b] *2.2.q.88.art. 2.*
[c] *eod.nu.30.& ſeq.*
[d] *2.2.q.88.art. 3.ad 2.& in 4. ſent.diſt. 38.*
[e] *l. Non omnis, ff. Si cert. pet. c. ad audientiam, de Decim.*
[f] *verb. impedimentum 4.c.12.*
[g] *arg.c. Nuptiæ 32.q.1.*
[h] *2.2.q.88, art. 1.*
[i] *in 4. diſt.15. 2. art. 2.*
[k] *1. part.ti.2. c. 1.§.1.*
[l] *verb. Reſtitutio.*

qua animo ſtabili, perſeuerabat, egreſſum ei perſuaſit: grauiſſimè verò, ſi profeſſione facta, ſine iuſta diſpenſatione facit eum apoſtatare, iuxta mentem prædictorum.

Quinimò, tertio caſu tenetur eundem ipſum reſtituere religioni, ſi poteſt, aut, ſi non poteſt, alium ſimilem, vel ſeipſum religioni mancipare, ſecundùm Scotum [a] quod etiam præcedentibus duobus caſibus faciendum eſſe tradunt B. Ant. [b] & Adrian. [c] nobis tamen poſt Caiet. videtur ſufficere, illis caſibus ſuadere alteri æquè bono, vt ingrediatur religionem, etiamſi hoc illi omnino non perſuadeat, quod etiam idem Scotus [d] videtur ſentire, & ex vtroque Thom. [e] poteſt facilè deduci.

45 Quinimò, credimus nullo caſu, teneri ſeipſum religioni tradere, quod Ioan. Maior. [f] non exiguis argumentis perſuaſus, horũque contraria diſſoluens, tenet, & Sotus.[g] Illud verò cum opinione communi, perſuaſum habemus, eum qui retrahit alium ab ingrediendi, vel profitendi religionem propoſito, aliqua bona intentione, iuſtíſque de cauſis, non peccare, neque incidere in canonẽ Con. Trid. [h] in quibus iuſtis cauſis ſunt, quòd volens ingredi, eſt cõiugatus, & citra conſenſum coniugis, vult id facere: vel quia credit ipſum nullatenus religioni conuenire, ipſíque fore vtilem, vel propter ſuum ſpirituale commodum, quod ex ipſius ingreſſuri conſiliis percipit, ſibi ad honeſtè viuendum conducens: præſertim quia in monaſterio, quod ingredi ſtatuit, malè & contra diſciplinam regularem viuitur. Nam inducere ad talem religionem, & eandem ingredi, ínque ea recipi, peccatum eſt: ſiue ſit virorum, ſiue fœminarum, non obſtante, quòd ab eccleſia toleretur, ſecundùm opinionem communem, quam rectè explicat Caiet. [i]

46. Præterea in ea ſumus ſententia, quòd etiamſi laude dignum ſit, aliquem in religionem inducere, ſecundùm S. Th. [k] non eſſe tamen valde laudandum, illũ, qui perſuadet alteri vouere religionis ingreſſum: quoniam, vt rectè tetigit Caiet.[l] experiẽtia nos docet, quòd minus alacri animo perferunt onera religionis, minúſque perſeuerant, qui votis ipſis quaſi coacti, ingrediuntur, quàm qui libera ſpontaneáque voluntate id faciunt, etiamſi vtrumque genere ſuo rectum & licitum ſit, ſecun-

[a] *in 4. diſt. 15. q. 3.*
[b] *vbi ſup.*
[c] *in 4. de reſtit. q. 3.*
[d] *vbi ſup.*
[e] *2.2. q. 62. art. 2.*
[f] *in 4. diſt. 15. q. 17.*
[g] *lib. 4. q. 3. art. 3. de iuſt. & iur.*
[h] *c. 18. de reg. ſeſſ. 25.*
[i] *2.2. q. q. 89. art. 9.*
[k] *d. 2.2. q. 189. art. 9.*
[l] *vbi ſup. art. 2.*

dùm S. Tho.[a] Quibus accedit, quòd vt inducens alium ad religionem, vbi perfecta regula viget, laudabiliter facit, iuxta eũdem S. Th.[b] ſic è contrario, qui alteri ſuadet ingredi religionem modo paulò inferiùs deſcribẽdo laxatam, & vbi regula perperam obſeruatur, peccat. Adhæc, qui vouet ingredi religionem, non ſatisfacit ingrediendo, vbi regula non ſeruatur, ac diſſolutè viuitur: & ſi quando vouet, non intendit ingredi aliam religionem præter illam, nulláque affulgeat ſpes breui illam ſuæ priſtinæ ſynceritati reſtitutum iri, neque illam, neque aliam ingredi tenebitur: quoniam eius votum quodammodo ratione euentus factum eſt illicitum, vt ſubtiliter adnotauit Ioan. Maior.[c] Quod idem producitur ad illũ, qui monaſterium reformatum, vbi recipiatur, non inuenit: quàmuis inueniat aliquod nominetenus dumtaxat reformatũ: quoniam ibi quiſque pro arbitrio vitã agit, & ferè omnes putantur eſſe malę & cauteriatæ cõſcientiæ. Secus tamen cenſendum, de illo, qui inueniret monaſterium nomine quidem non reformatum, in quo tamen re vera in timore Domini, & votorũ eſſentialium obſeruantia, ac ſub regimine obedientiáque Prælati, communiter viuitur, etiamſi non adeo ſtrictè, vt regularis diſciplina exigit, quoad ea, quæ accidentalia ſunt, ibidem viueretur. Caiet. authore.[d]

XVI. Peccat, qui vouet religionem in genere & abſolutè, ac ſaltem animo ſuo, votum non reſtringit ad hãc, vel illam religionem: hoc vel illud monaſterium: & quia ipſe non recipitur vbi optaret, non vult intrare aliam religionem in qua reciperetur.[e]

Dixi (*Non reſtringit*) quia, ſi reſtringeret, ſaltem animo, ad certam religionem, vel monaſterium, ibíque nollent ipſum recipere, non teneretur aliam ingredi, etiamſi cum ibi non grauatè reciperent: quia limitata cauſa, limitatum producit effectum,[f] quàmuis præfatus Sotus[g] abſque ſufficienti fundamento dicat, debere eum priùs procurare ingreſſum in illam, & ſi in ea non recipiatur, teneri intrare aliam: quod nullo iure, nulláque efficaci ratione probatur, & ita non eſt aſſerendum,[h] vt ſtatim infra dicemus.[i]

47 XVII. Peccat, qui vouet ingredi aliquod monaſteriũ vel religionẽ, animo ſeipſum obligandi ad obſeruã-

[a] 2.2.q.189. art. 1.
[b] vbi ſup. art. 9
[c] in 4 ſent. diſt. 38. q. 20.
[d] 2.2.q.189. art. 3.
[e] arg. c. Non eſt & c. Magna, de Vot
[f] l. Non omnis ff. ſi cert. pet. c. Super literis, de Reſcript.
[g] lib. 8. de iuſt. & iur. q. 2. art. 1.
[h] c. conſuluiſti, 2. q. 4 §. conſideremus auth. de trien. & ſemiſ. col. 3.
[i] n. 48.

dam continentiam, etiam ſi non admittatur ad habitum vel ad profeſſionem, nec vult eam, dum vixerit, ſeruare, eò quòd non fuit admiſſus.

Dixi (*Vouet animo ſeipſum obligandi, &c.*) quoniam, ſi eo animo non fuit, ſed abſolutè vouet tale monaſteriũ, vel religionem intrare, quinetiam (quod amplius eſt) perſeuerare, vel profeſſionem emittere, ad nihil eorum erit aſtrictus, & poterit vxorem ducere, ſi non admittatur. Imò, etiam ſi fuerit admiſſus ad habitum, & poſtea contraxerit matrimonium, licèt contrahendo peccet, non tamen obligatur nexu continentiæ ſeruandæ, & quamdiu matrimonij vinculum durat, poterit coniugale debitum poſtulare. Nam, quẽadmodum qui promiſit Deo intra annum ſacros ordines ſuſcipere, ſi eo tempore non ſuſcipiat, peccati quidem reus erit, non tamen adſtrictus ad diuinum officium recitandum, ad quod ordo ſacer, ſi ipſum ſuſcepiſſet obligabat, iuxta latè tradita per nos alibi.[a] Et ſi in peccatum fornicationis prolabatur, non violabit votum vel continentiam, quam ordo ſacer ſibi habet annexam: ſic etiam qui vouet ingredi religionem, ínque ea permanere, ſi poſtea duxit vxorem, tenebitur quidem ratione peccati, non exiguam agere pœnitentiam, & retinere voluntatem adimplendi votum, ſi in poſterum potuerit: at quandiu matrimonij vinculum durat, non tenebitur continere, vt copioſè & ſubtiliter Card. Caiet.[b] comprobat. Quãuis autem ei Sotus[c] aduerſetur, circa differentiam, quam conſtituit inter illum, qui voto ſimplici ſe obligauit ad religionem, & eum, qui vouet ingredi, & profiteri. Nos tamen in præfati Card. ſententiam tranſimus. Primò, quia vt longè diſtant inter ſe votum de ingrediendo religionem, ad eam probandam, & de ingrediendo, ad eam profitendam, eámque perpetuò ſeruandam.[d] Sic etiam votum obligandi ſe ad vnum ex his duobus, erit valde diuerſum à voto, quo ſe quis obſtringit ad alterum.

Secundò, quia nullus iuriſperitus (meo quidem iudicio) inuenietur, qui non iudicet, diſpenſationem illam eſſe ſubreptitiam, quam qui vouet ingredi ſimul & profiteri, impetraret, exprimendo tantùm, ſe vouiſſe ingredi, & ſubticendo, ſe vouiſſe etiam profiteri.[e]

[a] in c. Quando, de conſec. diſt. 1. c. 7 n. 2.

[b] 2. 2. q. 189. art. 4

[c] lib. 8 q. 1. art. 2. de iuſt. & iur.

[d] c. ad apoſtolicam, de reg. c. 1. & c. Nõ ſolum, eod. tit. lib. 6.

[e] arg. c. Poſtulaſti de Reſcript.

Tertiò, quod qui vouet tantùm ingredi religionem eámque ingreditur, & poſt ingreſſum, vouet profiteri, multò ampliùs obligabitur ad profeſſionem faciendã, quàm, qui poſtquam ingreditur, non emiſit votum de profitendo in ea.[a]

Quartò, quod ius commune non adeo obligat eum ad perſeuerandum qui vouet ingredi ad probandum, ſicut obligat votum perſeuerandi & profitendi, ſiue, id ante ingreſſum ſiue poſt emittat, quoniam iuri communi ſatisfacit ingrediendo bona fide & ſine dolo, vt probet viréſque ſuas experiatur: quàmuis, ſi talis vitæ ratio diſpliceat, poterit, ſi libeat, exire.[b] At verò ſi emiſit votum profitendi, nihil tale præſtare poterit, niſi iuſta cauſa in id eum iuuet.[c] Quocirca, perſuaſum habeo, eum, qui prius horum votorum emiſerit, poſſe intra annum probationis, religionem quam elegit, relinquere, eo ſolo, quòd modus ille viuendi diſpliceat: non autem qui poſterius emiſit, niſi diſpenſatione præuia, ex cauſa, quæ viro prudenti videatur iuſta,[d] qui autem vouit fieri religioſus, nihilo alio expreſſo, ſolum ingreſſum videtur vouere, ſecundùm vtrumque Thom.[e]

48 XVIII. Peccat, qui vouet ſtrictiorem ingredi religionem, & ingreditur laxiorem. ſecundùm S. Thomã[f] non tenebitur tamen ſtrictiorem intrare ſi profeſſionem emiſit in ea, vbi laxius viuitur,[g] alias verò, ſic ſecundùm Archid. communiter receptum. Quibus adnoto, eum, qui vouet religionem, ſi nulla eum velit admittere, poſſe in ſeculo remanere, & vxorem ducere, ſecundùm Ang.[h] & Card. Caietan.[i] quàmuis Innoc. IIII.[k] contra ſentire videatur. Qui porrò vouet intrare religionem, ſine expreſſa tamen vel tacita limitatione huius aut illius monaſterij, ſi in finitimis & propinquis cœnobijs non admittatur, tenebitur ad remotiora externáque proficiſci, vbi ſpes affulgeat quòd eũ recipient. At verò, ſi ſaltem tacitè ſecum intellexit de monaſterijs tantùm ſuæ regionis, aut regni, vel linguæ, & in ijs non inueniat receptores, non tenebitur alia monaſteria perquirere, quod etiam placuit prædicto Cardinali.[l]

49 Cæterùm, quàmuis ſanctus Thomas[m] affirmet, non eſſe opus nimio conſilio, longáque deliberatione

[a] arg. c. 1. de treu. & pac. & aut. itaque, C. commun. de ſucceſſ.
[b] d. c. ad apoſtolicam, & d. c. non ſolum, ibi (pro voluntate) & c. 1. ibi (ubere.)
[c] arg. c. non eſt, & c. magna, de vot.
[d] arg. d. c. non eſt uncta gloſſ.
[e] 2. 2. qu. 189. art. 4.
[f] 2. 2. q. fin. art. pen.
[g] c. qui poſt votũ, de reg. lib. 6.
[h] verb. votum, 3. art. 11.
[i] 2. 2. qu. 189. art. 3.
[k] in c. porrectũ, de regu.
[l] in d. q. 18. art. 3.
[m] 2. 2. q. 189. art. 10.

ad ſtatuendum propoſitum ingrediendi religionem, propter rationes, & auctoritates, quas adducit, & propter alias, quas etiam alibi, [a] ſcripſimus: nihilominus tamen hoc intelligendum foret, de illo, cui ſpecialia non obſtant impedimenta, putâ, morbus, debita, cæteráque huiuſmodi, & de illo, qui adeo bene ſit ad ingreſſum religionis diſpoſitus, vt in Deo totam ſuam collocarit fiduciam, quòd eius auxilio quodcunque onus religionis valebit ſuſtinere, ſecundùm prædictum Cardinalem, aſſerentem hoc adeo eſſe neceſſarium, vt, qui huiuſmodi fiduciam non habet, eam procurare multa oratione, ſacra confeſſione, ſacræ Euchariſtiæ aſſidua perceptione, & ſacræ ſcripturæ lectione debeat: neque prius ingredi, quàm ſaltem ſperet huiuſmodi voluntatem fiduciâmque poſt ingreſſum ſibi à Deo præſtitum iri. Quæ quidem concluſio ſingularis & indies obuia eſt, Gerſon verò [b] & Ioan. Maior [c] ampliùs videntur exigere. Quibus omnibus adde quæ hac de re diximus in Commen. cap. Non dicatis. [d] & quod S. Thom. [e] concludit, Vouentem ingredi religionem, non teneri ad perpetuò perſeuerandum in ea, niſi ſpecialiter id intenderit, cui addit ſingulariter Caiet. quòd vouens ingredi, & fieri religioſus, ſunt paria, ſi expreſsè non intendat fieri religioſus irreuocabiliter, & in eſſe perfecto.

[a] *in addit. c. quando, de conſecr. diſt. 1.*
[b] *in reg. moral.*
[c] *in 4. diſt. 38. q 16. ſub fi.*
[d] *12. q. 1. n. 2.*
[e] *in d. q. art. 4.*

50 XIX. Peccat qui ingreditur & profitetur religionem aliquam, ſed quia ibi regularis obſeruantia nequaquam viget, non obſeruat illa religionis præcepta, quæ ſub reatu culpæ mortalis obligant: neque excuſabitur, eò quòd non intendat obligare ſe ad arctius vitæ inſtitutum: quàm in tali monaſterio ſeruetur, eadem ratione, qua non excuſatur à continentia ſeruanda, qui ſacros ordines ſuſcepit citra animum obligandi ſe ad illius obſeruationem. Quocirca, qui huiuſmodi religionem, vel monaſterium ingreditur, & profitetur, ſi tunc non omnia, quæ ibi ſub reatu mortalis delicti obligant, præmeditatur, vel ea præmeditatus, non intendit ſe ad illa obligare, tenetur huiuſmodi mentem mutare in illam, qua intendat eiuſmodi religionis præcepta in poſterùm obſeruare, vel eam nouè profiteri, vt rectè adnotauit Maior. [f] Quod quidem, verum eſt

[f] *in 4. diſt. 38. q 20.*

quoad eſſentialia vota, non autem quoad alias accidentarias obſeruationes, quæ ſunt ſublatæ, vel mitigare apoſtolicis priuilegiis veris, vel tempore cuius memoriam deleuit longinquitas, præſcriptis: aut ex licentia tacita vel expreſſa proprij prælati ad hoc facultatem habentis: ſeu ex conſuetudine, quæ licèt non ſit immemorialis, eſt tamen adeo rationabilis, & tot annorum, adeóque inueterata, vt ad ita emolliẽdas prædictas obſeruationes, ſufficiat. Quoad quas obſeruationes, rectè poterit defendi opinio Panorm [a] quem prædictu[illegible] Ioãnes Maior, liberiùs, quàm par erat, carpſit: cùm conſtet etiam Cardin. Florentin.[b] & poſt eum multos alios (in quibus ſunt Felin.[c] Aufrerius[d] imò & S. Antonin)[e] idem tenuiſſe. Quibus accedit, totius Imperij Chriſtiani maximam partem idem obſeruare, ipſo ſummo Pontifice ſciente & tolerante, ac proinde, circa id quadam tenus diſpenſante, iuxta gl. ſingularem,[f] quamuis capitulum, cuius eſt gloſſa, non probet quod illa dicit, ſed aliud ſingularius, vt alibi[g] diximus.

51 XX. Peccat, qui filios, vel filias offert monaſteriis religioſis, vbi nimia cum libertate & licentia effrænata viuitur, ac promiſſa ſecundùm regulam ſuam & religionem non obſeruantur, iuxta mentem Card. Caiet.[h] Quod tamen non eſt perpetuum, ſed limitandum procedere, quando filiæ, vel filij traduntur monaſteriis in eiſdem educandi, inſtituendíque, quò fiant monachi, vel monachæ, & ibi tam effrenatè viuitur, ac ſupra[i] dictum eſt: ſecus enim non eſſet peccatum, ſaltem mortale, vt patet ex ſupra[k] & in præcedẽti caſu deductis.

52 XXI Qui vouet præ timore mortis animæ, vel corporis naturalis vel caſualis, concepto in periculo infirmitatis, maris, partus, naufragii, belli, hoſtium, aliiſve ſimilibus, nec implet, etiam cõditione, ſub qua fortè vouit, completa. Quoniam neque timor, quo mors animæ timetur, qui à Deo proficiſcitur, neque ille, quo timetur mors corporis naturalis. caſualis, vel accidentaria, imò, neque timor mortis violentæ, qui non infertur ad extorquendum votum, infirmat illud,[l] niſi tantus ſit, vt hominem ab vſu rationis alienet,[m] Impediret tamen timor mortis violẽtę, qui dicitur iuſtus vel alterius mali ad id ſufficientis. ordinati ad extorquẽdum votum,[n]

[a] in c. ſuper eo, de regul. & c. Deus qui, de vit. & hon. cler.
[b] in c. cùm ad monaſteriũ, de ſtat. monach.
[c] in c. nam concupiſcentiam, de conſtit.
[d] decis. Tholoſ. 448.
[e] 3. part. tit. 6. c. § 11. & 12.
[f] c. qui circa, de conjang.
[g] in c. ſi quis autem, n. 67. de pœnit. diſt. 7.
[h] 2. 2. q. 189. art. 5.
[i] eod. c. n. 46.
[k] ibid.
[l] c. Gonſaldus. 17. q. 2. c. ſicut nobis, de reg.
[m] c. ſicut tenor. eod. tit.
[n] c. 1. de his quæ vi, per quod id trad. Pã. & alij, ibi, & in d. c. ſicut nobis, adiunctis gloſſ. idẽ pan. & comm. quævi. Fortunit de vl. fin. illa. 21. n. 342. & 21. n. 342. & nos in c. verum. de iureiur.

quidquid dixerit Silueſt. [a] poſt Cat. [b] dum loco eius, vitio fortè librarij, vel impreſſoris, Panormitanũ allegat.

[a] *verb. metus q. 8.*
[b] *in d. c. Abbas.*

53. XXII. Peccat, qui vouet aliquid dignum quidem quod voueatur, ſed huiuſmodi naturæ, vt de ſe aliud maius bonum excludat: vt qui vouet perſeuerare in religione laxiore, quod de ſe excludit aliam arctiorem, & nihilominus neque hoc, neque illud adimplet: quoniã illud votum ad alterum ex duobus ſupradictis obligat: non etiam ad perſeuerandum in minùs bono, ſi ad alterum perfectius tranſire voluerit, iuxta ſententiam omnium, quam Ioan. Tabien. [c] explicuit.

[c] *in verb. votũ, 1. §. fin.*

XXIII. Peccat, qui vouet ſe nunquam, dum viuet vinum, vel quid aliud non abſimile bibiturum, & poſtea bibit, quotieſcunque id facit: etiamſi eadem die pluries biberet. Quinetiam, quàmuis non promittat ſe non bibiturum, niſi quodam die certo, putà die Veneris, aut Sabbathi: nam, licèt Palud. [d] innuere videatur, tunc tantùm prima vice peccatum mortale eſſe, non autem ſecunda, vel vlteriori, niſi id ex contemptu faceret: contrarium tamen, verius ac receptius videtur: in quod etiam tandem ipſe Palud. [e] magis propendet, & Ioan. Maior [f] id aſſeuerat.

[d] *in 4. diſt. 15. q. 4.*
[e] *ibid.*
[f] *in ead. diſt. q. 6.*

54. XXIIII. Qui vouet quippiam facere certo tempore, veluti orare, vel ieiunare certo die, nec id facit præſcripto tempore, imò & ſi poſt illud non fecerit, quàm citiſſimè commodè poterit. Quoniam, qui tenetur debitum aliquod perſoluere ſuo creditori ad præſtitutum diem, ſi eo non ſoluerit, tenetur nihilominus poſtea ſoluere. [g] Quod tamen reſtringendum eſt procedere, quando vouens non reſpexit principaliter diẽ vel tempus, quo promiſit explere votum. Quo quidem caſu, ſententia Silueſt. [h] poterit defendi, licèt ſecus foret, quando principaliter reſpexit tempus, rem autem quam vouit, veluti onus, aut quid adiacens ipſius temporis, ſibi præfixit, qualis eſt mens & intentio ſanctæ matris eccleſiæ circa ieiunia, quæ in honorem ſanctorum ſtatutis diebus anni, fidelibus ſeruanda proponit, ex quibus, ſi aliqua omittimus, quàmuis peccemus, & ob id pœnitentiam agere teneamur, nihilominus tamen non tenemur poſtea totidem aliis diebus, quot omiſimus ieiunare, vt luculenter Cardin. [i] explicuit: ſicut neque

[g] *l. Celſus, ff. de recep. arb. c. cũ dilecti, de dol. & contum.*
[h] *verb. votum, 2. q. 4.*
[i] *q. 88. art. 12. ſub fin.*

qui diuinum officium vno die recitare omittit, illud idem alio die tenetur perſoluere, ſed ſolùm pœnitentia delictum expiare, vt diffuſiùs alibi,[a] diximus.

XXV. Qui vouet, & pœnitudine ductus, non vult votum adimplere.[b] Non tamen peccaret, ſaltē mortaliter, ob hoc tantùm, quòd pœnituerit vouiſſe, modò poſtea adimpleat, & propoſitum non adimplendi non concipiat, aſſertore Ang.[c] & Silueſt.[d] licèt additio ad prædictum Ang. contra ſentiat, præſupponens, paria eſſe, quem pœnitere ſe vouiſſe, & nolle votum implere, quod falſum eſt.

XXVI. Qui vouet aliquam abſtinentiam, aut quid aliud ſimile, & dubitans poſtea an debeat implere, necne, abſque ſuperioris (quem facilè poterat adire) diſpēſatione, votum violat, iuxta Roſell.[e]

55 XXVII. Qui vouet aliquid, quod per ſeipſum adimplere non valet, nec per alium curat adimpleri, caſibus quibus id agere tenetur, ſecundùm mentem Inno.[f] Panorm.[g] S. Antonin.[h] Angel.[i] & Silueſt.[k] Caſus autem, quibus quis tenetur alium ſibi ſubſtituere ad complendum votum, quando per ſe ipſum id minimè valet, ſunt ſequentes: Primus, quando votum ſaltem tacitè, ad id videtur extendi, vt votum opitulandi his, qui in terra ſancta pugnant, extenditur ad opem per alium ferendam. Secundus, quando quis vouet quod nulla tenus per ſeipſum poterit executioni mandare, ſecundum eoſdem auctores.[l] Tertius, quando ſua culpa effectus eſt impotens ad votum implendum, ſecundùm maiorem prædictorum Doctorum partem, quod ſine ſolido fundamento dicitur: quocirca, oppoſitū cum Silueſtro vbi ſupra. verius arbitramur.

56 XXVIII. Peccat hæres, qui vota realia defuncti nō adimplet quæ nimirum ad rem familiarem illius pertinere videntur, vtpote, ſi vouiſſet templum ſtruere, vel amore Dei eleemoſynam aliquam elargiri. Quoniam non ſecus tenetur eiuſmodi votis ſatisfacere, quam alia debita perſoluere:[m] ſecus tamē eſt de perſonalibus, cuiuſmodi ſunt vota ieiunandi, macerandi corpus, continendi, & alia ſimilia.[n] Quæ procedunt, ſiue hæres ſit filius, ſiue extraneus quiſpiā alius, niſi ſponte ſua ſe ad id voluerit obligare, ſecundū Palud. cōmuniter receptū,[o]

[a] *in repet. c. quādo, de conſecr. diſt. 1. c. 10. n. 53*
[b] *arg. c. vouentibus, 17. q. 2.*
[c] *verb. votum 3. §. 13.*
[d] *verb. votum, 2. q. 20.*
[e] *verb. votum, 5 §. 7.*
[f] *in c. ſcriptura, de vot.*
[g] *in c. licet, eod. tit.*
[h] *2. part. tit. 11. c. 2. §. 5.*
[i] *verb. votum, 3. §. 7.*
[k] *verb. votum, 2. q. 12.*
[l] *vbi ſup.*
[m] *l. 2 ff. de pollicit. notāt Pā. & alijs, in c. licèt de vot.*
[n] *gloſſ. in d. l. 2. de pollicit.*
[o] *4. ſent. diſt. 38. q. 3. art. 3.*

addentem, quòd quando defunctus emiſerat votum partim reale, partim perſonale, exprimendo vtrumque, puta, vouit pergere ad diuum Iacobum, ibíque calicem aureum offerre, vel monaſterium ædificare, & ipſum ingredi, hæres non arctabitur ad id, quatenus eſt perſonale: ſecus tamen, quatenus eſt reale: & ita in duobus exemplis modò poſitis, non tenebitur adire Diuum Iacobum, neque monaſterium intrare: tenebitur nihilominus ipſum ædificare, & calicem offerre. At verò, quando expreſſit ſolum votum perſonale, non autem reale, quod erat acceſſorium, ad nihil tenebitur: verbi gratia: Hæres illius, qui vouit adire Diuum Iacobum, non tenebitur illuc pergere, neque perſoluere quæ defunctus eò accedens expendiſſet. Inſuper, hæres illius qui vouit religionem, non tenetur in demortui locum ſeipſum Religioni mancipare, neque monaſterio conferre bona, quæ mortuus ſecum adſportaſſet, ſi eam ingreſſus fuiſſet.[a]

57. XXIX. Peccat qui ob falſam, vel iniuſtam cauſam voti diſpenſationem impetrat, vel diſpenſat ſuper eo iuxta gloſſ. ſing.[b] communiter receptam, & S. Thom.[c] quoniam diſpenſatio, quæ falſæ cauſæ innititur, ſubreptitia eſt, & inanis,[d] quæ autem ſine cauſa iuſta fit, non tollit diuinę legis obligationē, iuxta gloſſas cōmuniter receptas[e] Et quamuis Adrianus[f] teneat illū cui indulgetur diſpenſatio ſine cauſa, & contra legē penitus humanam, nihil peccare, licèt diſpenſator ſecus: oppoſitum tamen, quod tenuit Caiet[g] nobis verius eſſe videtur, videlicet, vtrumque peccare, propter rationes, quas adfert,[h] & nos alibi.[i] adiecimus. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum auctorum, videlicet, ponendo differentiam inter actum diſpenſandi, & actum vtendi diſpenſatione iā impetrata ſine ſurreptione, & dicēdo, quòd opinio Caietani, procedat in priori, opinio verò Adriani, in poſteriori, quo multa dubia quotidiana ſolui poſſunt. Addo tamen, illū, qui diſpenſat, grauiùs peccare, quàm qui petit & impetrat: neutrum tamen eorum mortaliter: niſi quando ex tali diſpenſatione, notabile ſcandalum exoritur: & lōgè minorem cauſam ſufficere ad diſpenſandum ſine peccato circa legem omnino humanam, quàm circa legem naturalem & diuinam.

[a] *argu. l. cùm principalis, ff. de reg. iur. & c. acceſſoriū, de reg. iur. lib. 6.*
[b] *in c. non eſt, de vot.*
[c] *2. 2 q. 89. ar. 13.*
[d] *c. ſuper literis, & c. ad audientiam, de reſcrip. & l. & ſi legibus, C. ſi cont. ius vel vtil.*
[e] *in c. non eſt de vot. & c. quando, de iureiurā. arg. c. ſunt quidam, 15. q. 1.*
[f] *in 4. de reſtit.*
[g] *2. 2. q. 95. art. 5.*
[h] *ibid.*
[i] *in c quæ cōtra mores, 8. diſt.*

58 XXX. Peccat, qui credit pertinaciter eſſe malũ vouere, etiam præuijs debitis circumſtantijs, vt aliqui hæretici aſſerunt, ſecundùm mentem S. Tho.[a] quod eſſe hęreticum, latè probat Caſtrenſ.[b]

59 XXXI. Peccat, qui, vel quæ de conſenſu coniugis emittit votum continentiæ, & poſtea debitum coniugale poſcit, ſecundùm omnes. Quin & ſi debitum ſoluit ei, qui de ipſius conſenſu votum emiſit, ſecundùm S. Thom.[c] quoniam conſentit peccato mortali quod alter admittit, coniugale debitum exigendo, & proinde peccat.[d] Attamen non peccaret, ſi peteret, ſecundùm Innoc. à Pan & alijs[e] & Silueſt.[f] receptum.

XXXII. Peccat, qui, vel quæ coniunx poſtquam ambo votum ſimplex continentiæ fecerunt, alter illorum debitum ab altero petit,[g] quàmuis alter illorum votum ſuum violarit fornicando, ſecundùm omnes, non enim debet violare ſuum votum, quòd alter ſuum violauerit. Verum eſt tamen, quòd, ſi timeant ſibi incontinentiam, deberent à ſummo Pontifice diſpenſationem impetrare, quoniam epiſcopus eam indulgere nequit, niſi forſan quando illud ex aliquo magno timore originem duceret, qui tamen non erat ſatis ad voti obligationem impediendam, ſecundùm communem opinionem.[h] quidquid dixerit Ioãnes Maior.[i] Cuius opinioni poſſet eſſe locus, quando ad ſedem Apoſtolicam non pateret recurſus, vti Silueſt.[k] inſinuauit. Cuius rei radicem alibi,[l] expreſſimus, vt inferius[m] dicemus.

Dixi (*Poſtquam votum fecerunt*) quoniam ſi tantummodo pepigerunt inter ſe ad certum vſque tempus abſtinere, veluti vſque ad Paſcha, poſſunt ambo poſtea mutare ſententiam,[n] Imò etiam, ſi alterum illorum ſolùm pœnituit pacti, alter verò intelligit, eum, quem pœnitet pepigiſſe, propẽſum eſſe ad incontinentiam, faciléque in eam lapſurum, deberet ei debitum coniugale perſoluere, ſecundùm Hugonem Card.[o] Nam, quàmuis pactũ præceſſerit inter eos, non tamen vouerunt, & ita ſibi inuicem poſſunt remittere pactum.

60 Votum porrò alterius coniugum, ſine alterius cõſenſu de non ſoluendo debitũ, imò etiã, de non petendo, eſt illicitum, ſecundùm S. Tho.[p] & Palud[q] eſt enim graue onus alteri: eò quòd in eam neceſſitatẽ adigitur,

[a] 2.2.q.88.art 4. & lib.2. contra Gent c.2.8
[b] lib. aduerſus omnes hæreſ. verb. votum.
[c] in 4. diſt. 38.
[d] ad Rom. 1. & cap. 1. de offic. de leg.
[e] in c. 1. de conuerſ. coniug..
[f] verb. votum, 5 q. 2.
[g] c. quod Deo, 33. q. 1.
[h] in c. veniens, qui cler. vel vouent. vbi text. ſing.
[i] in 4. diſt. 32. q. 2.
[k] verb. matrimonium. 7. §. 5 & verb. diſpenſatio, §. 9.
[l] in c. at ſi clerici. §. de adulteriis, de iudic.
[m] d. 76.
[n] arg. c. præterea. de ſponſal.
[o] 1. Corin. 6.
[p] in 4. ſent. diſt. 32. q. 2.
[q] ibid. q. 2

vt pudorē petendi debitū ſemper ſubire cogatur. Quocirca, non ſolùm epiſcopus huiuſmodi votum poteſt diſſoluere, ſed & alter cōiugum poteſt omnino illud irritare: quippe quòd in ſuum præiudicium vergat. Neque ſanctiones aliquot Pontificiæ, [a] quæ contrarium ſignificare vidētur, vllatenus obſtāt: non enim innuūt, eum, qui profeſſus eſt religionem citra coniugis conſenſum, non poſſe petere debitum, ſed potiùs non poſſe exigere. hoc eſt, ad ipſum perſoluendū compellere. [b] At verò, votum non habendi copulam, niſi quādo mos gerendus ſit alteri coniugum, licitum eſt, vimque habet obligandi. Quoniam qui tale vouet, ſibi ſoli, non alteri præiudicium facit. Silueſt. autore, [c] & quia qui profitetur religionem, vouet non habere copulam carnalem, alter coniugum, qui ſine alterius conſenſu profitetur, non ſolùm vouet non exigere debitum, ſed etiam neque petere, neque ſoluere, ideóque eius votum, quàmuis nihil valeat quoad non ſoluendum & non petendū debitum coniugale, quatenus alteri coniugi preiudicat, valet tamen quoad non exigendum & non petendum, quatenus ſibi tantum præiudicat. Quò fit, vt altero mortuo, huiuſmodi coniunx caſtitatem ſeruare teneatur: quàmuis, ſi poſtea vxorem rurſus duxerit, matrimonium validum ſit, vt probè docuit Silueſt. [d]

[a] c. quidā & ca. placet. de conuerſ. coniug.

[b] l. exigere ff. de iudic. & l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. cum eis adnot.

[c] verb. votum. 5. §. 2.

61\. XXXIII. Peccat, qui, vel quæ coniunx vouet rem, quæ non tendit in præiudicium alterius, velut ieiunare, vel facere aliquid, ad quod vi legis diuinæ, aut humanę tenebatur: vel erogare eleemoſynam ex his, quæ vltra dotem poſſidet: nec illud adimplet, ſecundùm mentem omnium Doctorum, quam Ang. [e] & Silueſt. [f] expreſſerunt.

Dixi: (*Quod non vergit in præiudicium alterius*) quoniam ſi aliquo modo præiudicat, nullā vim habet obligandi. Quo fit, vt mulier quæ vouet abſtinentiam, vel peregrinationem ſine mariti licentia, non teneatur eas adimplere, [g] ſi maritus repugnauerit. Imò, etiamſi, ipſo conſentiente, eiuſmodi emiſerit vota, & poſtea contradixerit, vxor non adimplens votum, non peccabit: maritus verò peccat, quando ſine cauſa, quod prius conceſſerat, poſtea reuocat, vt autor eſt Richard. [h] quàmuis conſenſum, quem adhibuit in votum continentiæ,

[d] verb. votum, 4. q. 2.

[e] verb. votum, 2. §. 8.

[f] verb. votum 3 §. 1.

[g] c. manifeſtum, & c. noluit, 33. q. 5.

[h] in 4. diſt. 32. q. 2. art. 2.

reuocare non valeat, iuxta Silueſt.[a] Neque maritus in iniuriam præiudicium vel vxoris, quantum attinet ad coniugale debitum, quidquã vouere poteſt. Nam quoad hoc æqualis cõditionis eſſe iudicantur.[b] Mulier verò, quæ antequam nuberet, vouit, & poſtquam nupſit non poteſt abſque mariti præiudicio vota implere, excuſabitur ab eorum executione, ſi maritus numquam præbeat aſſenſum: eo tamen mortuo, tenebitur illa implere.[c]

62. XXXIIII. Qui vouet terræ ſanctæ ſuccurrere præuia licentia vxoris ſuæ, vel etiam abſque licentia, nec poſtea implet,[d] quàmuis conſultius eſſet nihil tale vouere, ſi vxor non poteſt virum comitari, aut abſque periculo incontinentię, remanere, ſecundùm S. Tho.[e] Vxor etiam, ſecundùm Oſtienſ. Panormit. & communem,[f] poteſt huiuſmodi votum ſine licentia mariti facere, & tenebitur illud adimplere, quando ſine periculo incontinentiæ id præſtare poſſet, adeòque potens foret, vt poſſet milites ſecum ducere, qui auxilio eſſe poſſent: quàmuis S. Thom.[g] & Silueſt.[h] oppoſitum tueãtur: Prius tamen verius apparet, etiamſi neuter ipſorum abſque alterius licentia poſſit habitum ſuum in habitum religioſorum, quos tertij ordinis vocant, vel cuiuſcunque alterius religionis mutare, quoniam, id præiudicium, ac nonnihil horroris & faſtidij affert. Adde hîc, dictis ſupra,[i] quòd vouens generaliter ingredi religionem, vel ſpecialiter aliquam religionem, non reſtringens ſe, ſaltem tacitè, ad certum monaſterium, non cenſetur ſatisfacere voto, eò quòd refutetur ab vno, vel altero Prælato illius religionis, licèt ſit Prouincialis vel Generalis: niſi causâ cognitâ, iudicaret illum eſſe ineptum religioni.

*[a] vbi ſup.*
*[b] ca. gaudemus, de diuort. & ca. ſi quis vxorem, 32. q. 1.*
*[c] c. manifeſtum, 33. qu. 5. Roſell. verb. votum, 2. §. 8.*
*[d] ca. ex multa de vot.*
*[e] in 4. ſent. diſt. 32. q. 2. art. 4.*
*[f] in d. c. ex multa.*
*[g] in d. art. 4.*
*[h] verb. votum, 5. q. 1.*
*[i] n. 48.*

## De irritatione & ratificatione votorum.

### Summæ.

63 *Diſpenſare, commutare & irritare votum, differunt.*
64 *Diſpenſant & commutant ſoli Prælati: & quidam irri-*

*tant. ſed non æquè.*
65 *Votum de numquam peccando venialiter, non valet.*
65 *Votum de non peccando mortaliter, valet, ſed facilè ſoluitur.*
65 *Votum de non peccando hoc, vel illud veniale, vt valet.*
65 *Votum religioſi de non peccando, irritat ſuperior.*
65 *Vota nouitij, non irritat ſuperior.*
65 *Vota ſecularis, per profeſſionem tolluntur.*
66 *Votum irritatum, non reſurgit per mortem irritantis.*
67 *Vota religioſorum, quæ valida, & quæ à nutu pendent ſuperioris.*
68 *Vouere poteſt qui poteſt, peccare, vel mereri.*
69 *Vota religioſorum, & minorum quomodo differant, & conueniant.*
70 *Vota potentium ad matrimonium, quæ irritari poſſunt.*
71 *Vota inualida ratificantur, niſi, &c.*
72 *Diſpenſans ſuper voto, vel commutans illud, qui peccat.*
73 *Religioſus diſpenſatus per hanc ſubreptionem, &c.*
73 *Votum qui ſuperior poſt approbatum, irritat.*
74 *Votum ab alio factum, & à ſe ratificatum non implet, &c.*

63 Diſpenſatio, commutatio, & irritatio votorum, inter ſe differunt. Nam irritatio non aliam cauſam expoſtulat, quàm voluntatem eius, qui irritare poteſt. [a] Diſpenſatio verò cauſam iuſtam & rationabilem requirit: Nam, cui eſt auctoritas diſpenſandi, poterit omnino votum relaxare, loco voti etiam nihil iniungendo uouenti, & tunc tam vouens, quàm qui diſpenſat, ſunt in conſcientia ſecuri. Commutatio autem vel redemptio voti, exigit, vt id, in quod votum eſt commutandum redimendúmve, æquè bonum ſit aut melius, quàm quod vouit: tunc autem æque bonum exigitur, quando ex iuſta cauſa commutatur: tunc verò melius requiritur, quando ſine aliqua cauſa, ſed ſolùm ex mera voluntate eſt facienda commutatio, iuxta mentem omnium, quam optimè Cardin. Caietan. [b] explicuit. Vnde, cui eſt poteſtas diſpenſandi & commutandi, poteſt etiam partim diſpenſando, partim verò commutando relaxare votum, ſine cauſa omnino iuſta ad votũ ipſum omnino relaxandũ, iniungendo quippiam loco eiuſdẽ,

[a] *c. puella. 20. q. 2. c. manifeſtum 33. qu. 5. trad. Palud. in 4 diſt. 38. qu. 4 & S. Anton. 2. part. tit. 11. c. 2. §. 6.*

[b] *2. 2. qu. 88. art. 12.*

vouenti licèt minus ſit eo, quod vouit: vt ſequuti eundem Card. alibi prodidimus.[a]

64 Atqui, prælati eccleſiaſtici, tantùm habent poteſtatem diſpenſandi, vel commutandi vota, ſecundùm S. Thom.[b] & alios, communémque omnium opinionem.[c] Plærique etiam alij habent poteſtatem irritandi vota: putà pater, & eo deficiente, mater, quæ tutelam filiorum ſuſcepit, & ipſi tutores, vel curatores pupillorum, vel minorum. Maritus inſuper, vxoris vota, ac dominus vota ſeruorum, & Abbas, vel alius prælatus vota religioſorum irrita facere poſſunt.[d] Nam, vt rectè definit S. Thom.[e] nemo alienæ ſubditus poteſtati, poteſt emittere votum, quod validum ſit in eis, in quibus ille ſubiicitur, abſque eius conſenſu.

Neque verò præfati omnes æqualem irritandi poteſtatem ſortiuntur. Quoniam pater, & mater, quæ deficiente patre illi ſuccedit, vel tutor, poſſunt omnia vota irritare, tam realia, quæ ad rem familiarem pertinent, quàm perſonalia, quæ fiunt ab illis, qui pro ætatis defectu non poſſunt matrimonium contrahere, adeo vt qui vouerunt, nũquam ampliùs illa vota implere teneãtur, etiamſi qui irritarunt, in ea denuo conſentirent: niſi vouens eadem vota iterum ratificaret. Quod quidem producendum eſt ad Prælatos, quoad vota religioſorum: At verò, neque pater, neque mater, neque curator vllo modo poſſunt irritare vota illius, qui ad iuſtam peruenit ætatem, in qua matrimonium poſſet contrahere, ſi vota ſint perſonalia, & iuri illorum non præiudicant, cuiuſmodi ſunt votum religionis, & caſtitatis.[f] Poſſent tamen irritare vota realia ad rem familiarem pertinentia, & perſonalia, quæ illis præiudicant. Neque quidquam ad rem facit, quòd vota illa ſint purè perſonalia, vel principaliter perſonalia, & acceſſoriè realia: quale eſt vòtum ingrediendi religionem.[g] Quoniam de his omnibus perinde iudicandum eſt, ac ſi purè perſonalia forent.[h]

Maritus autem, nullo modo poteſt vxoris vota irritare & nulla facere, neque rurſus vxor vota mariti, niſi quatenus alter alteri præiudicium facit, quidquid dicat & affirmet Panor.[i] ſecundùm Angel. & Silueſt.[k] propter rationem S. Thom.[l] quam adduximus ſupra,

[a] *in gloſ. 2. cap. quanto, de iureiur.*
[b] *2. 2. q. 88. art. 12.*
[c] *in 4. ſent. diſt. 38.*
[d] *c. illud, 20. q. 1 ca. mulier, 32. q. 2. & c. puella, 20. q. 2. & c. manifeſtæ, & c. nolunt, 33. q. 5. cum ſuis gloſſ.*
[e] *2. 2. q. 88. art. 8.*
[f] *arg. c. annum, de iudic. lib. 6.*
[g] *c. in præſentia, de probat. Aut. ingreſſi, C. de ſacroſ. eccle. cum ei adnot.*
[h] *arg. c. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6. cum ſuis concord.*
[i] *in ex ſcriptura de vot.*
[k] *verb. votum 5. q. 1.*
[l] *2. 2. q. 88. art. 8.*

nisi cùm alter coniugum notoriam fornicationem, ſiuè carnalem, ſiue ſpiritualem admitteret, [a] ſecundùm Panorm. [b] qua de cauſa alter illorum poterit irritare votum alterius, quo ſe obſtrinxerat ad nunquam coniugale debitum expoſtulandum, vt cõſtat ex ſupradictis. Dominus item poteſt ſerui ſui vota, quæ in ſuum diſpendium vergunt, omnino abolere, reliqua verò nequaquam, ſecundùm omnes.

[a] c. Agathoſa, [b] 7. q. 2. in c. fin. de cõuerſ. coniug.

65. Cæterùm, votum nunquam venialiter peccandi, & nunquam peccandi, non valent: quia ſunt de re homini in hac vita impoſſibili, iuxta illud. [c] *Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.* Votum autem nunquã mortaliter peccandi, videtur eſſe de re tam difficili: quàmuis non impoſſibili, vt non obliget, aut certè faciſe per ordinarium relaxari debeat. Votum denique non committendi tale, vel tale peccatum veniale, valet. Credo tamen eius tranſgreſſionem, non eſſe niſi venialem communiter, ſicut nec alia tranſgreſſio voti de re leui eſſe videtur: quia votum, quod eſt quædam lex, quam ſibi vouens tulit, non magis eum obligare videtur, quàm lex à Deo, & eccleſia ei lata, cuius leuis tranſgreſſio non eſt mortifera. [d] Et votum non committendi tale, vel tale peccatum mortale, validum eſt, eiúſque tranſgreſſio duplex peccatum, adeóque tranſgreſſor circunſtantiam voti confiteri tenetur. Quoniam, certam exiſtimo opinionem, quæ aſſerit materiam eſſe ſatis conuenientem voto eam, quæ præcepta eſt, vt dictum eſt ſupra, [e] quàmuis, quæ ſolùm conſilij eſt, magis propria ſit. Inſuper, verior mihi videtur Soti opinio, [f] quàm Caiet. [g] ſcilicet, quòd ſuperior religioſi, omnia eius vota, quàmuis ſint de non patrando tali vel tali veniali peccato, aut tali vel tali mortali, irritare poteſt: quia quàmuis prælatus tollere non poſſit obligationem, qua ſubditus ad illa peccata nõ committenda aliis legibus tenetur, nouam tamen obligationem, quam ſibi ſufficientem ad id libertatem non habens, impoſuit, tollere poteſt. Adhæc, ſuperior non poteſt irritare vota nouitiorum, ſicut profeſſorum: quia illorum voluntas adhuc à ſuperioris voluntate non pendet. [h] Quod verò religioſus, cùm eſſet ſecu[illegible]is fecit, ipſo facto commutatur in votum ſolemne la[illegible] religionis.

[c] 1. Ioan. c. 1.
[d] c. vnum § fin. 25. diſt. S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 5. & alij citati à nobis, c. 11. n. 4.
[e] num. 45.
[f] lib. 7. q. 3. art. 3. de iuſt. & iur.
[g] 2. 2. q. 88.
[h] argu. c. beneficiũ, 1. de re. li. 6

religionis. [a] Maritus autem vota, quæ ſua vxor antequã nuberet fecit, irrita & nulla facere poteſt, ſi marito præiudicant, vt eſt textus ſingul. [b] quem ad hoc à paucis citari credo, in quo S. Auguſt. ait: *vt ſi adhuc innuptæ conceſſerat pater vota perſoluere, antequam perſoluerit, nupſerit, & viro eius non placuerit, non perſoluat.* Non poteſt verò maritus vota, quæ vxor ſub eius poteſtate facit, irritare, niſi quæ ſibi præiudicant, vt ſupra dictum eſt.

66 Licèt autem Innocent. eius opinionis fuerit, [c] quòd vota eius, qui habet ætatem nubendi, aut ducendi vxorem, à maritis, vel vxoribus, dominis, parentibus, curatoribúſve irritata, ſicut obligant quoad ea, quæ non ſunt in præiudicium irritantium, iuxta communem opinionem: ita quoque incipiant obligare, ſimulátque vouentes liberantur à ſubiectione irritantium. Contrarium tamen verius, & rationi conformius nobis apparet, [d] niſi quando expreſsè, aliquid ſe facturos vouerunt, poſteaquam ab alterius ſubiectione immunes fuerint: ſecundùm omnes.

67 Vota porrò religioſorum, quorum materia neque in genere, neque in ſpecie eſt eis prohibita, & proinde ſecundùm ſe ſunt valida, non ideo nullius vigoris exiſtimanda ſunt, quia irritari poſſunt: quinimo, ad ſui obſeruantiam obligant, donec à poteſtatem habente irritentur, etiamſi priùs ea nunquam approbaſſent, quoniam ſub ea conditione ſemper fieri videntur, *ſi ſuperior non contradixerit*, quæ quidem ſemper impleta cenſenda eſt, donec ſuperior contradixerit. At verò, vota quæ fiunt in rebus prohibitis à ſuo ſuperiori, alioquin tamen licitis, non obligant, donec prælatus ea probauerit: quoniam ſub hac conditione ſemper fieri creduntur, *ſi* videlicet, *ſuperior annuerit*, vt Card. Caietan. [e] rectè definiuit, hócque modo limitandum & interpretandum eſt quoddam pronunciatum, [f] putà, *monacho non eſſe licitum vouere.*

68 Et licèt qui ſufficientis ætatis non ſunt, contrahendo matrimonio, ſi eo iudicio polleant, vt poſſint iam & mereri, & peccare, quæcunque vota, ſiue perſonalia, ſiue realia, regulariter emittere poſſint, quibus obligentur, iuxta gloſſ. celebrem, ab omnibus receptam, [g] & Panormit. cum communi, [h] parentes nihi

[a] *c. ſcripturæ, d. vot. cũ et adnot.*

[b] *in c. noluit, 33. q. 5.*

[c] *in c. ſcripturæ de vot.*

[d] *per c. quid. & c. placet, de conuerſ. coniug. vt tenent Pan. in d. cap. ſcripturæ, Ang. Sil. verb. votum, 4 qu. 2. & Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8.*

[e] *vbi ſup.*

[f] *c. Monacho, 20. q. 4.*

[g] *in c. mulier. 32. q. 2.*

[h] *in c. 2. de vot.*

lominus illorũ, vel tutores, omnia illa poſſunt irritare. [a]

Dixi (*Regulariter*) quoniam voto ſolemni religionis ſe non poſſunt obſtringere, etiam accedente conſenſu patris, aut tutoris. [b] licèt ſecus, de voto ſimplici, quidquid aliud inſinuent Angelus, & Roſella, malè percipientes, quid ſibi voluerit S. Thom. [c] vt optimè declarat. Silueſt. [d]

69 Quod verò definitum eſt de pueris aut puellis, qui quæue nondum ætatem nubendi, vel ducendi vxores attigerunt, ſtatuendũ etiã eſt de religioſis, quòd attinet ad votorum irritationem, quam ipſorum ſuperiores facere poſſunt, ſcilicet, eorum vota, de rebus bonis honeſtiſque facta: quæ neque ſuæ regulæ, neque præceptis diuinis, aut ſuperiorum ſtatutis repugnant, valida eſſe quamdiu à ſuis ſuperioribus non obſiſtitur. Veruntamen illi pro mera voluntate ſua, nulla ſubſiſtente alia ratione & cauſa, illa poſſunt irritare, vt ſenſit Inno. communiter receptus. [e] S. Thom. iuxta Card. Caietan. interpretationem. [f] Palud. [g] & S. Anton. [h] & ita intelligendum præallegatum illud pronunciatum. [i] Quàmuis autem, rectè poſſimus affirmare, ne monachus teneatur adimplere votum ſatis eſſe, quod ſuperior iubeat ei, ne faciat, quod vouit, vel nolit id agendi facultatem concedere; licèt priùs non ſit effectus certior de voto: vt tamen votum irritum fiat, neceſſarium etiam eſt, vt prælatus de voto ipſo iam præmonitus, voluntate & auctoritate ſua illud omnino irritet, & nullum faciat; quod argutè Caiet. docuit. [k]

70 Quibus autem iuſta eſt ætas, vt poſſint contrahere matrimonium, poſſunt & quæcunque vota perſonalia facere, eadémque implere tenentur, etiam renitentibus patribus; aut eorum curam gerentibus: cuiuſmodi ſunt, vota continentiæ, religionis, dicendi aliquas orationes, & id genus alia: dummodo regimini & gubernationi domus paternæ, aut parentum poteſtati, ſiue rei familiari, nihil nocumenti, aut iniuriæ inferant, eiuſmodi enim vota, nihil valerent, niſi fierent in ſubſidium terræ ſanctæ, vel ex rebus caſtrenſibus, hoc eſt in bello, vel quaſi in bello partis, de quibus infra, [l] agemus, vel expreſſo tacitóve conſenſu parentis, vt optimè collegit Silueſt. [m] At verò, vota realia, quæ principaliter ad

[a] *ca. puellà,* 20. *q.* 2. *& cap. mulier.* 32. *q.* 2. *de ſumpt. ex ca.* 30. *num error.*
[b] *c.*1 *de reg. l.* 6.
[c] 2.2. *q.* 88. *art.* 9.
[d] *verb. votum.* 3. *q.* 5.
[e] *in c. ſcripturæ, de vot.*
[f] 2.2. *q.* 88. *art.* 8.
[k] *in d. art.* 2.
[l] *c* 17.
[m] *verb. votum.*

rem familiarem pertinent, ſi fiant à potentibus nubere, vel vxorem ducere, licèt valida ſint poſſunt tamen penitus aboleri, aut irritari à parentibus vel curatoribus, donec ad vigeſimum quintum annũ peruenerint: ſicut tam perſonalia, quàm realia puerorum, qui ad decimũ quartum annum, & puellarum, quæ ad duodecimum non peruenerũt, ſecundùm B. Anto. [a]

Dixi (*Principaliter quæ ad rem familiarem pertinent*) quoniam vota quæ acceſſoriè illam concernunt, nõ poſſũt irritare, quando adiunguntur perſonalibus, quæ ab eis irritari non poſſunt: cuiuſmodi eſt, votum profeſſionis, quod quidem ex conſequenti, bona profitentis transfert in monaſterium cum ipſa perſona. [b]

71 Cæterùm, pater & tutor poſſunt votum ſolemne reuocare, ſi factum fuerit à non habente ætatem, vt poſſit cõtrahere matrimonium. Irritandũ eſt autem priuſquàm ad prædictam ætatem peruenerit: quoniã, impleta ea, irritari ab eis non poteſt. [c] Cuius contrarium, accidit circa votum ſimplex, quod etiam poſtquam ad legitimã ætatẽ peruenerit, poterũt irritare: dum tamẽ filius adhuc in illa ætate ratum non habuerit votum, quod exertè Caiet. [d] adnotauit.

Verùm, vt quis votum ſuum inualidum ratificaſſe cenſeatur, non ſatis eſt, credere votum quod emiſit, validum fuiſſe ideòque proponere illud adimplere, vel ratione illius in monaſterio permanere, exiſtimando profeſſionẽ eſſe validã: ſed oportet, vt neſciat illius nullitatẽ, velitque illud nouè validare, vt ſingulariter tradit Caiet. [e] quem ſequimur: tum, per rationem eius: tũ quia errans non conſentit, [f] tum demum quia etiã nouo conſenſu opus eſt, vt cõualeſcat matrimonium nulliter contractum, vt dicemus infra. [g] Quin potius neceſſarium eſt: ita gratum habere, vt velit, votum antea factum ab ipſa ratificatione validum eſſe, etiam ſi priùs non voluiſſet, quod eruditè etiam idem Cardinalis explicuit. [h]

Quò fit vt peccet, qui carens poteſtate diſpenſandi, commutandi, redimendi, vel irritandi votum, aliquid horum fecit.

72 Et qui habens tantùm poteſtatem redimendi vel commutandi, qualem habent multi confeſſarii virtute

[a] *2. part. tit. 11 c. 2. §. 10.*

[b] *c. in præſentia de probat.*

[c] *c. puella, & ibi Card. S. Sixti. 20. q. 5.*

[d] *2. 2. qu. 89. art. 5.*

[e] *vbi ſup.*

[f] *l. ſi per errorẽ, ff. de iuriſ. omn. iudic.*

[g] *c n. 2. 69. & 86.*

[h] *vbi ſup.*

bullarum, aut iubileorum electi, diſpenſat ſuper voto, vel illud irritat, iuxta iura [a] diſponẽtia malè facere eum qui extra territorium ſuum, vel poteſtatem ſibi conceſſam, aliquid facit. Imò & actus ab eo factus non valet, vt ſenſit Caiet. [b] quod etiam alibi, [c] diximus, præſertim, cùm vti iuriſdictione, quam quis non habet, peccatum ſit lethale, ſecundùm ſanctum Thomam receptum. [d]

Peccat etiam, qui ex ordine Mendicantium ad Canonicos regulares vult tranſire præuia diſpenſatione Papæ, ſed quia intellexit illam ſe obtinere non poſſe, niſi priùs habitum dimittat, ob id eum dimiſit, & interdum ſeculari veſte indutus inceſſit, eámque poſtea diſpenſationem impetrans, huiuſmodi doloſam aſtutiam ſubticet. [e]

73 Quocirca, huiuſmodi religioſo conſulendum eſt (Quod ſæpe complures admonuimus) vt ad priſtinam illam ſuam religionem reuertatur, vel iteratò ſupplicet ſummo Pontifici, vt, ea taciturnitate non obſtante, diſpenſationem ratam & validam declaret.

Inſuper peccat, qui cùm eſſet ſuperior, poteſtatémque haberet irritandi, vel obliterandi aliquod votum, in illud conſenſit: poſtea verò citra iuſtam cauſam, ex mera malitia, vel proprio impulſus affectu, aut fingens illud votum in maximum vergere preiudicium, irritat & anullat, cùm parum, aut nihil inde emaneret nocumenti, ſecundùm Caiet. [f] Qui tamen adiicit, ſubditos non peccare, ſi non adimpleant votum, quod fuit ita perperam irritatum, ſicut etiam ſuperiores non peccãt, dum legitimè irritant ſubditorum vota, ſolo ſuo libero arbitratu, citra cauſam aliquam ac malitiam, & antequam approbentur: in hoc enim ſuo iure vtuntur. [g]

74 Peccat, qui votum à parentibus ſuis, vel alijs, ab eo implendum, & à ſe ratificatum, non implet: ſecus ſi non ratificauit, animo ſeipſum obligandi, nam ad nihil aliud amplius, quàm ipſe voluerit tunc obligatur. [h]

[a] *arg. c. 2. de cõſtat libr. 6. & l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic.*

[b] *2 2 qu 88. art. 12.*

[c] *in c. quando, de iuretur.*

[d] *2. 2 q. 60. art. 6.*

[e] *vt in prælect. cat. ſi quando, de reſcript. except. 6. n. 4. comprobauimus.*

[f] *2 2 q 88. art. 8.*

[g] *ca. puella, c. illud, 20. q. 2. ca. noluit, & c. ma in eſtũ, 33. q. 5.*

[h] *ca. licèt, cum ei adnot. per omnes de vot.*

# Quis ſuper voto diſpenſare, aut illud commutare valeat.

## Summæ.

75 *Diſpenſant ſoli Prælati Eccleſiaſtici circa vota.*
75 *Papa ſolus diſpenſat ſuper voto ſolemni, & aliis quinque.*
76 *Epiſcopalem iuriſdictionem habens an in hoc æquetur Epiſcopo.*
76 *Diſpenſans & diſpenſatus ſuper voto, abſque iuſta cauſa vt peccant.*
77 *Diſpenſandi vna cauſa ſuper voto, eſt leuitas vouendi.*
78 *Voto res oblata cui debeatur, facta diſpenſatione.*
78 *Votum omne tollit profeſſio religionis.*
79 *Votum qui commutare poteſt, an poßit diſpenſare.*
80 *Voti commutatio vi Cruciatæ, facienda eſt in eius vtilitatem.*
80 *Votum caſtitatis bis frangit, quæ nubit, & conſummat.*
80 *Vota futura includit poteſtas diſpenſandi.*
80 *Peccata futura includit poteſtas abſoluendi.*

75 Soli prælati eccleſiaſtici habent poteſtatem diſpenſandi & commutandi vota, ratione, quam S. Tho. communiter receptus, reddit.[a]

Dixi( *Et commutandi* )non enim poteſt quis auctoritate propria cõmutare votum etiam in melius, niſi manifeſtum ſit, illud eſſe gratius Deo, vt declarat Caiet.[b] neque conſequenter confeſſarius aut alius, cui non ſit indulta facultas commutandi vota.

Solus autem Papa, vel qui poteſtatem ab ipſo peculiarem habet poteſt ſuper quinque votis diſpenſare, putà, ſuper voto perpetuæ continentiæ, religionis, peregrinationis in Hieruſalem, Romam, vel ad ſanctum Iacobum Compoſtellanum. Quàmuis enim nullus textus reperiatur, qui omnia iſta vota ſoli Papæ reſtituet præter votum in Hieruſalem.[c] Quinimo: ne hoc quidem, quando ex deuotione, non in ſubſidium terræ ſanctæ ſit ſecundùm Pan.[d] quẽ Fel.[e] ſequitur Rauẽnas

[a] *2.2. q. 88. art. 12. per tot.* 2. *ad Corinth. 2. na ẽt ego, quod donaui, ẽt c.*
[b] *in d. art. 12.*
[c] *per c. ex multa de vot. adiuncta gloſſ. ſing. in verb.( incũbit.)*
[d] *in d.c. ex multa.*
[e] *ibi.*

iuxta tamen Romanæ curiæ ſtilum, qui ſatis colligitur ex extrauagãte Xiſti quarti [a] Pontifici ſummo ſunt reſeruata. Vnde, ſecundum aliquos, quicunque inferior ab aliquo iſtorum quinque præſumeret abſoluere, præterquam quòd peccaret mortaliter, pœnam etiam excommunicationis incurreret: per dictam extrau. quod tamen verum non eſt, niſi de illo, qui virtute facultatis vel conceſſionis eiuſdem Papæ Xiſti quarti abſolueret quoniam de tali tantùm ipſa loquitur, vti poſt Silueſt. [b] & Ang. [c] ſuper eadem extrauagant. expreſſimus In cæteris autem votis, alij prælati inferiores poterunt diſpenſare, vt epiſcopi, vel qui iuriſdictionem epiſcopalem ſortiti ſunt, quàmuis Panorm. [d] ſolam commutandi poteſtatem illis concedat, non eſt tamen verum, ob ea quę ipſe alibi [e] prodidit.

At verò, prælati inferiores epiſcopis, non habentes iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, eiuſmodi poteſtatem nullam habent, ſecundum Inno. [f] ab Oſtien. reliquiſque omnibus communiter receptum, & à Panor. [g] explicatum, niſi ab hoc, præſcriptione, vel priuilegio peculiari muniantur: quàmuis verum ſit prælatos regulares poſſe religioſorum ſuorum vota irritare, vt dictum eſt ſupra [h] quod etiam Silueſt [i] aſſeruit. imo & diſpenſare, ſi ſunt exempti. Quoniam eorum iuriſdictio quaſi epiſcopalis reputatur, iuxta glo. ſing. & receptam [k] alias verò minimè, quicquid aliqui ſenſiſſe videantur.

Nullus autem præter ſummum Pontificem, poteſt diſpenſare ſuper voto continentiæ ſolemniter emiſſo, per ſacri ordinis ſuſceptionem, iuxta communem omnium Doctorum ſententiam, affirmantium illum poſſe diſpenſari in voto ſolenni per profeſſionem facto, ſi grauiſſima aliqua ſubſit neceſſitas, ſecundùm Inn. & gl. communiter receptam [l] quam copioſè roborauimus. [m]

76 Communis autem Doctorum conſenſus habet, quòd quàmuis epiſcopi non poſſint diſpenſare in voto etiam ſimplici perpetuæ continentiæ, niſi ſubſit magnum periculum incontinentiæ, nec poſſit adiri Papa, iuxta Silueſt. [n] vt inferius dicemus: poſſunt tamen diſpenſare in voto continentiæ non perpetuò, ſed ad tem-

[a] c. & ſi dominici de pœnit. & remiſſ.
[b] verb. excommunicatio. 7. caſu 32.
[c] verb. excommunicatio. 5. §. 31.
[d] c. Propoſuit, de con eſſ. præben.
[e] in c. de. Vot.
[f] in d. c. 1. de Vot.
[g] in d. c. 1.
[h] n. 63.
[i] verb. Votũ. 4. q. 3.
[k] Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien.
[l] in c. cum ad monaſterium, de ſtat. monach.
[m] in c. literas, de regular. ſpol.
[n] Verb. Votum, 4. q. 4.

pus ſeruandæ: veluti per annum, ſecundum Palud.[a] Imò & ſecundùm Ant. & alios, idem facere poſſent circa votum numquam contrahendi matrimonium Autoribus Ang.[b] & Silueſt.[c] in hoc vltimo tamen contrarium tenet Caietan.[d] Cuius opinio, licèt pridem mihi placuerit, nunc (re ad purum rationis radium preſſiùs expenſa) longè magis arridet opinio Angeli & Silueſtri. Tum, quia illa ſeruatur in ſacro Pœnitentiæ prætorio. Tum, quia preſuppoſita opinione communi, in quam ipſe quoque Caietanus tranſit ſcilicet materiam voti ſufficientem eſſe opus, quod non eſt ſupperrogationis, ſed præceptum, non poteſt verè dici æquiualere votum de non nubendo, & votum caſtitatis, quo corruit eius fundamentum, vnà cum reſponſionibus ad duo argumenta neruoſa nimia ſubtilitate potiùs quàm æquitate nixa: quæ contra ſe producit.

Atqui, nemo ſibi perſuadere debet, ſummum Pontificem pro mera voluntate ſua, ſine iuſta cauſa poſſe diſpenſare, aut commutare vota, vel omnem diſpenſatum ſine iuſta cauſa poſſe eſſe ſecurum.[e]

Neque obſtat ius commune,[f] quatenus definit in quocumque iuramento eſſe ſuperioris ius exceptum: quod etiam ad vota producendum eſt, quoniam illa verba non ſignificant excipi voluntatem Papæ, vt rectè ponderauit S. Tho[g] ſed nullo iuramento aut voto iuri & auctoritati ſummi Pontificis derogari aut detrahi poſſe, quo minus iuſta de cauſa, circa illa poſſit ſanctè diſpenſare. Quàmuis, in religioſorum votis & iuramẽtis, intelligendum ſit (*ſalua ſui ſuperioris voluntate*) & ex conſequenti (*ſalua voluntate ſummi Pontificis*) qui eſt ſupremus omnium Antiſtes. Non n. eſt quoad hoc Papæ tanta poteſtas, in alios omnes orbis Chriſtianos, quanta eidem & aliis religioſorum prælatis in religioſos, vt explicuit optimè doctiſſ. Caiet.[h] Sciendum tamen quod quæuis cauſa reddens complementum voti malum vel inutile, aut maius bonum impediens, eſt ſatis iuſta diſpenſationi indulgendę, ſecundùm omnes poſt S. Tho.[i] Imò etiam, vt ſine diſpenſatione, implementum eius omittatur, ſi manifeſtum fit ynum ex tribus ſupra explicatis, efficere, vt patet ex his quæ ſuperiùs,[k] poſt S. Tho.[l] diximus.

[a] *in 4. diſt. 38. q. 4.*
[b] *verb. Votum. 4.*
[c] *q. 3.*
[d] *Tom. 2. opuſc. opuſc. 11. q. 1.*
[e] *per gloſſ. ſing. c. non eſt de Vot.*
[f] *in . . en. tent. de iuretur.*
[g] 2. 2. q. 8. *art.* 12.
[h] *in d. art.* 12.
[i] 2. 2. q. 88. *art.* 10.
[k] *n.* 24. *& ſeq.*
[l] 2. 2. q. 88 *art.* 10. *&* 12.

77 Vna porrò iuſtarum cauſarum diſpenſandi eſt leuitas, vel facilitas vouendi, ſecũdùm Panorm.[a] & S. Ant.[b] Imbecillitas etiam vouentis ad exequendum, quod vouit, putà ad ieiunandum, vel peregrinandum. Habere item numeroſam familiam, quæ abſque notabili diſpendio patroni abſentiam tolerare non poteſt, & alia ſimilia, de quibus certa omnino regula præſcribi nequit, & proinde arbitrio ſuperioris definiri debent iuxta Panor.[c] iuxta quem[d] ſufficit neceſſitas, vel vtilitas publica, quæ tamen non requiritur, vt quidam ſenſerunt: ſufficit enim, vt ſit vtilitas priuata.[e]

Superior autem votum commutans, debet perpendere vouentis qualitatem, & expenſas, quas facturus eſſet in explendo voto peregrinationis, vel aliorum ſimilium votorum, vltra eas, quas domi ſuæ facturus eſſet, illáſque omnes in alia pia opera cõuertere, laborem autem itineris in ieiunia, & orationes mutare, Angel. auctore[f] iuxta quem, votum ieiunandi à pauperi emiſſum, minoris redimi poteſt, quàm votum diuitis. Inſuper ſi impedimentum ſit temporarium dilationem aliquam temporis duntaxat indulgere poteſt.

78 Et quamuis nonnulli crediderint, munus voto promiſſum, dandum eſſe illi, cui promiſſum eſt, etiam conſequuta voti relaxatione, aut commutatione: oppoſitũ tamen verius arbitramur, iuxta mentem S. Tho[g] Ang.[h] & Silueſt.[i] Quod Caietanus efficaciter probat[k] & nos efficaciùs.[l] Poteſt enim diſpenſari ſuper voto, citra conſenſum eius, cui vouetur, vt efficaciter probamus.[m]

Quemadmodum porro vna ex legitimis cauſis ad votum caſtitatis commutandum eſt magna fragilitas quam vouens, in ſeipſo experitur ad obſeruandum votum, qua ſe credit non adimpleturum, quod vouit vt autor eſt Ang.[n] ita dubium non eſt, quin quodcunque aliud votum poſſit in religionis votum permutari Caiet aſſertore[o] etiamſi ſit Hieroſolymitanum.[p]

79 Licèt autem quilibet ſimplex ſacerdos poſſit à quocunque peccato, & quacunque excommunicatione votique violatione, in articulo mortis abſoluere: non tamen in votis diſpenſare, aut aliquod eorum commutare. Etenim ſola peccatorum abſolutio, non au-

a in c. 1. de Vot. 2. part. tit. 11.
b 1. in princ.
c in c. 1. de Vot.
d per finem c. de multa, de Vot.
e arg. c. 1. & 2. de vot.
f verb. votum, 4. §. 12.
g in 4. ſent. diſt. 38. q. 1. art. 1. & 2 2. q. vlt. art. 3.
h verb. Votum 3. §. 26.
i verb. Votum 4. q. 1.
k Tomo 2. opuſc. 11. q. 1. de vot. non nubendi.
l in Apolog. de redit. eccleſiaſt. q. 1. monit. 71. nu. 1.
m ibi.
n verb. Votum, 4. § 6.
o in ſum. verb. Voti commutatio.
p c. ſcripturæ, de Vot.

tem votorum diſpenſatio, vel commutatio illi conceditur, ſecundum mentem omnium Doctorum: quod etiam explicuit Silueſter. [a]

Quod quidem etiam in multis Iubileis videmus accidere, nóſque etiam alibi [b] comprobauimus, eum, cui non eſt amplior auctoritas, quàm commutandi non poſſe diſpenſare: & qui non habet niſi poteſtatem diſpenſandi non poſſe commutare, cùm iſta inter ſe ſint valde diuerſa: & poteſtas ac priuilegium diſpenſandi poſſit aliquid operari, etiamſi ad commutationem non extendatur.

Quod autem Sotus ad veritatem forſan non ſatis reuocata ratione, aſſeruit, [c] puta: eum, cui eſt poteſtas, relaxandi, quod amplius eſt, habere etiam commutandi, quod minus eſt, fortè verum eſt in illis, qui ſunt huiuſmodi auctoritatem ſortiti iure communi, & tanquam ordinarij: non etiam in his, qui vi priuilegiorum, & tanquam delegati, eandem adepti ſunt, per ea [d] quibus poſt alios reſoluit Decius, priuilegium ita interpretandum, vt aliquid operetur contra ius: dato verò aliquo tali, in reliquis eſſe reſtringendum, quia priuilegia ſunt reſtringenda. [e]

Atqui, Papa Innocentius ſeptimus conceſſit confeſſariis rite preſentatis, ex Ordine fratrum Minorum, vt poſſint ſuper omnibus votis diſpenſare, ſuper quibus poſſunt Epiſcopi, præterquam peregrinationis vltra duas dietas. [f] Quod ipſum etiam poſſunt confeſſarij Ordinis Dominicani, & aliorum, qui priuilegiorum Ordinis ſancti Franciſci participes ſunt.

Nonnulli porrò rudiores in eo verſantur errore, vt ſimul atque diploma ſiue bullam à ſummo Pontifice, vel ſede Apoſtolica, aut Legato Apoſtolico impetrarint, atque receperint, quâ Summus Pontifex, Sedes Apoſtolica, vel Legatus Apoſtolicus indulget, vt confeſſarius poſſit certa illorum vota vel commutare, vel relaxare, credant ſe ſtatim à ſuis votis liberari: ſed perperam, nam aliud eſt committere poteſtatem diſpenſandi, vel commutandi, aliud relaxare & commutare. [g] Quocirca, ab ipſo confeſſario petere debent, vt ſua debita in alia opera pietatis commutet, aut diſpenſet. Niſi etenim confeſſarius fue-

[a] *verb. Votum 4. §. 13.*

[b] *in §. in Leuitico, vot. 27. nu. 1. & ſeq.*

[c] *lib. 7. q. 4. ar. 3. de iuſt. & iur.*

[d] *arg. c. Priuilegia 3. diſt. c. ſanè &c. Porrò, de Priuileg. & not. in c. 1. de reſcript.*

[e] *d. c. Porrò.*

[f] *in conceſſione 115. quod etiam commemorat cõpendium priuil. relig.*

[g] *c. Gratum & c. relatum, de off. deleg. c. ſi qui nulla de præb. lib. 6. & c. ſi ſuper gratiam, de off. deleg. eo. lib.*

rit requiſitus, imò etiam ſi fuerit, niſi diſpenſauerit, aut commutauerit, licèt aliàs ab omnibus peccatis abſoluat, & plenariam indulgentiam concedat, vota nihilominus vt antea perdurant.

Quamuis autem votum neminem alium (etiamſi ſit hæres) quàm vouentem obliget, quoad obligationem perſonalem, vt dictum eſt, aut quoad realem ex vi voti, obligat tamen eum vi pacti, contractus, & promiſſionis, modo, quo obligaret eum iuramentum alienum.[a] Quamobrem, populus qui nunc eſt, tenetur implere vota obſeruationis feſtorum, aut aliarum rerum eiuſdem populi, qui centum ab hinc annis præceſſit: quandoquidem, vnus idémque populus eſt,[b] aut vi voti, quia eſt idem populus, aut ſaltem, vi contractus, & promiſſionis, quæ in ſucceſſorem vniuerſalem deriuatur.[c]

80 Meminerint tamen confeſſarij, qui vota per bullas Cruciatæ commutant, commutationem in vtilitatem ipſius Cruciatæ fieri debere: circa quod plærique errant, commutantes ea in ieiunia, peregrinationes miſſas, aut eleemoſynas. Tenor enim bullæ habet, vt huiuſmodi commutatio fiat in vtilitatem Cruciatæ. Quod ipſum producendum eſt ad eos, qui commutant virtute iubileorum, aut aliarum gratiarum, quę præcipiunt hoc fieri in vtilitatem locorum peculiarium.[d]

An verò qui contra ſimplex caſtitatis votum contraxit matrimonium, teneatur ingredi religionem antequam illud conſummet, cum illo modo ſuum votum perſoluere poſſit, & nõ alio? dubitari poſſet, & quidem Silueſt.[e] viſum fuit, quòd ſic: Soto autem, quòd non.[f] Licèt autem nobis prima fronte opinio Soti verior viſa fuerit: quia votum ingrediendi religionem non fecit videtúrque ſufficere, vt ſuum votum non petendo debitum, impleat, quàmuis reddẽdo petitum, matrimonium conſummet. Poſtea tamen ad purum veritatis radiũ ratione reuocata. Silu. verior viſa eſt. tum, propter eius rationem: tum, quia omne votum oblata opportunitate, perſoluendum eſt, opportunitatem autem in id adeſſe, negari non poteſt, antequam matrimonium conſummetur[g] tum, quia S. Thom. & Rich.[h] aiunt eum qui contra votum caſtitatis matrimonium contraxit con-

[a] *c. ex parte, de cenſib. & not. in c. 2. de pact. lib. 6. & in ca. cum C. laicus de for. compet. & Felin. in ca. cùm ſit. n. 6. eod. tit.*

[b] *c. deniq. 7. q. 1. vbi gloſſ. & l. proponebatur. ff. de iudic.*

[c] *l. 1. & 2. C. de hæred. act.*

[d] *arg. l. illud, ad l. aquil.*

[e] *verb. matrimonium, 7. q. 5.*

[f] *in 4. ſent. diſt. 38. q. 2. art. 1.*

[g] *c. commiſſum, de ſponſ.*

[h] *in 4. diſt. 18.*

ſummando illud, peccare: quod verum non eſſet, ſi poſt contractum & non conſummatum ſeruare votum caſtitatis non diſtringeretur, quod ſeruari citra ingreſſum religionis nequit. Neque obſtat, quod ingreſſum religionis formalem non vouit, ſufficit enim aliud illi propinquum emiſiſſe, ex quo & eius tranſgreſſione, vna virtualis ad illud obligatio naſcitur, Tum, quia idē Sotus, fatetur, votum religionis poſt cōtractum & nondum conſummatum, ad ingreſſum obligare & quidem non alia ratione, quàm quod adhuc perſolui poteſt eadémque ratio voto caſtitatis conuenire videtur.

Cui conſequens eſt, votum religionis, quoad hoc non eſſe firmius, quàm ſimplex caſtitatis: quoad alios autem effectus infirmius, qui enim religionis ingreſſum vouit, fornicando, nec ante, nec poſt matrimonium cōtra illud peccat, ſecus, qui caſtitatem vouit, quia votum religionis ante profeſſionem, non magis ad ſeruandum caſtitatem, quàm ad ieiunium & alias cęremonias, ac ſtatuta religionis ſeruanda obligat. Quò fit, vt qui contraxit matrimonium, & conſummauit, contra ſolum ſimplex religionis votum, poſtea reddere & petere debitum, nulla alia diſpenſatione pręuia, poteſt, quàmuis, qui contraxit contra votum caſtitatis, iuſta diſpenſatione ad id indigeat, quę eſt quotidiana & ſingularis concluſio. Itaque, qui caſtitatem vouit, & matrimonium contraxit, ac poſtea conſummauit, duo peccata commiſit. Vnum contrahendo, alterum conſummando: quamquam Sotus teneat non niſi vnum committere, quod quidem, verum foret, ſi vera eſſet eius altera opinio ſuperius refutata. His amplius adnotandum, Sotum [a] in ea eſſe ſententia, per Cruciatam poſſe quem abſolui à peccatis ea conceſſa commiſſis, non tamen diſpenſari in voto poſt eam facto, ſed non rectè. Tum, quia omnes rationes, quę adducuntur ad probandum Iubilea, & alia indulta ad abſoluendum à peccatis conceſſa, includere peccata futura niſi excipiantur includunt etiam vota futura, quorum relaxandi poteſtas in eis fit, vt videre licet per rationes, quas alibi [b] aſſeruimus cōtra gl. [c] quæ tenuit includere futura peccata. Tum, quia facultas, quā Apoſtolici Senatus Princeps, vel ſancta Sedes Apoſtolica facit ſuis Legatis,

[a] *lib. 7. q. 4. art. 3. de iuſt. & iure.*

[b] *in tract. de indulgent. ſuper §. in leuitico, de pœnit. diſt. 1. & not. 54. n. 4.*

[c] *extrau. ig. 1. de pœnit. & remiſ.*

ad diſpenſandum ſuper votis, extenditur ad futura. Tum, quia commiſſarij Cruciatarum, paſſim relaxant, vel commutant vota facta poſt illarum conceſſionem.

# De præcepto ſecundo, quoad blaſphemiam.

Summæ.

81 *Blaſphemia quid, & eſt duplex, mentalis & vocalis.*
82 *Blaſphemia eſt cōtraria confeſſioni fidei, num. 83 & 84. Et ſecundo præcepto, &c.*
85 *Blaſphemus qui iocando, aut turpiter nominando, vt peccat.*
86 *Maledicens creaturis quis blaſphemus.*
87 *Blaſphemus an ſit, qui cantilenas profanas diuinis admiſcet.*
88 *Interrogatus quod ſcit, quis & vt iuſtè negat.*
89 *Iuramentum quod ligat poſt, ad quod non ligatum ſit.*

81 Secundùm Ambroſium [a] Alexand. Halenſem [b] & S. Thom. [c] communiter receptos, Blaſphemare eſt dicere tacitè, vel expreſſè, verbo, vel ſcripto contra Deū, aut eius ſanctos quippiam contumelioſum: quod quidem fit vel tribuendo Deo, quod illi non conuenit, vel auferando quod cōuenit, vel tribuendo creaturæ, quod ſolius Dei proprium eſt. Quod ſi ſola mente dicitur, eſt blaſphemia mentalis: ſi verbo, vocalis, ſi autem ſcripto, ſcripta.

82 Et quidem blaſphemia eſt confeſſioni fidei charitatíque diuinæ contraria, & diuino honori videtur derogare, ac propterea peccatū eſt mortale grauiſſimum autore S. Tho. communiter recep. [d] Quàmuis neque blaſphemia exterior, neque interior, ſecundùm ſe tantum, ſit dicenda hæreſis: aliud eſt enim credere aut dicere, etiam ſi ſola mente dicatur, blaſphemia autem in dicendo, hæreſis in credendo conſiſtit, ſecundùm vtrūque Thomā [e] vbi adiecit Iunior, tribus modis aliquid dici, deſiderando, pæcipiendo & affirmando.

83 At verò, nullus blaſphemus abſoluendus eſt, etiam in foro conſcientiæ, ni priùs arbitrio ſeueri confeſſarij

[a] *lib. de paradiſo.*
[b] *part. 2. ſum. q. 148.*
[c] 2. 2 q 13.
[d] 2. 2. q 13. *art.* 1. 2. & 3.
[e] *d. q.* 13.

grauiſſima illi pœnitentia imponatur: vt ſtatuit Concilium Lateranenſe vltimum, [a] ſub Leone X. quod alibi, [b] tranſtulimus, & elucidauimus.

Tenetur autem quis corrigere alterum, quem blaſphemantem audiuit, quàmuis emendatio non ſperetur, & quidem acriter, ſi citra periculum facere poteſt, vt ſancitum eſt à præcitato Concilio Later.

[a] *ſeſſ. 9. §. ad abolendam.*

[b] *in .. inter verba, q. 3. concl. 6.*

84 Cæterùm, contra hoc ſecundum præceptum, quatenus blaſphemiam vetat, peccat mortaliter, primò, qui blaſphemat contra Deum, vel ſanctos, his vtens loquêdi modis: Pigeat Deum, vel Doleat Deus: Non credo in Deum: vel maledico, aut abnego Deum, &c. vel dicens: Deum non eſſe miſericordem, non ſeruare iuſtitiam, eſſe acceptatorem perſonarum, non videre quæ agantur in mundo, negligere humana, illum iniuſtè punire, hoc aut illud non poſſe efficere: vel tribuit homini, quod ſoli Deo conuenit, quale eſt, hominem beatum facere: vel poſſe ventura prænoſcere, ſecundùm prædicta: quàmuis iocoſè iſta diceret, ſi attendit quid verba ſignificent, & deliberatè illa protulit, ſecundùm Bernard. de Buſto. [c] Is enim, ſi tantùm iræ furore correptus, & paſſione excæcatus, in ſimilia verba prorupit, vt quid diceret, quídve verba ſignificarent minimè aduertat, tantùm venialiter peccat, autore S. Thoma. [d] Si verò attendit eſſe verba blaſphemiæ, mortaliter delinquit, etiamſi repentina correptus ira, verba protulerit, ipſumque ſtatim pœnituerit illa dixiſſe, ſecundùm eundem. [e] Neque quidquam ad rem facit, an ſubitanea illa ira ex iniuſta cauſa originem habeat, an ex ludo, ebrietate, vel occupatione circa rem illicitam, ſecundùm Angelum, [f] tametſi contrarium teneat Panorm. [g] cuius dictum verum eſt, quòd attinet ad forum exterius. Neque ſatis eſt ad peccatum mortale, quod eiuſmodi inanimaduertentia ex deprauata quadam conſuetudine cùm propriæ ſalutis contemptu coniuncta, vel ex culpa lata, procedat, iuxta Silueſt. [h] dummodo, prolationi talis blaſphemiæ cauſam dederit, hoc eſt, ſi animaduerteret id, quod pronunciat, non pronunciaret illud, ſecundum Caiet. [i]

[c] *1. part. ſermone 17.*

[d] *2. 2. q. 13. art 2.*

[e] *vbi ſup.*

[f] *verb. blaſphemia, §. 6.*

[g] *in c. ſtatuimus, de Maled.*

[h] *verb. blaſphemia, q. 4.*

[i] *in ſum. verb. (blaſphemia)*

85 II. Peccat mortaliter, qui Deum, vel Sanctos iniurioſè nominat, pudenda ipſorum membra propriis no-

minibus effutiens, & aduertit quod dicit etiã ſi iocoſè
[a] interrogat. 1. præcepti. id faceret vt autor eſt Ang. [a] quàmuis, vt iſtis modis
loquendi, putà. Per corpus Domini, Per ſanguinem eius
ſiue iurando cum alio contendendo, non ſit blaſphe-
[b] vbi ſub. mia, Caiet autore, [b] Quoniam, poſt Chriſti incarnatio-
nem, Deus dicitur habere corpus & ſanguinem, qua
parte homo eſt, de quo alibi [c] copioſius diximus.

86 III. Qui maledicit alicui creaturæ ratione caren-
ti, in quantũ eſt creatura Dei: eſt enim blaſphemia per
inde ac maledicere Deo: ſitamen ſimpliciter maledicit,
non intendendo aliquid amplius, ſolùm erit verbum
otioſum & vanum, ac conſequenter veniale tantùm,
quod etiam placuit Caietano. [d]

87 IIII. Qui diuino cultui cantilenas ſeculares
profanas & obſcœnas admiſcet, ſiue voce humana, ſiue
alio organo proferantur: vel patitur, aut procurat, vt
miſceantur, per hoc enim cultui eccleſiaſtico, & Deo
[e] 2.2.q.91. & in ſum.verb. organum viſus ipſi irrogatur iniuria, iuxta Caiet. [e] quem nos etiam [f]
ſequuti ſumus. Quod ipſum decreuit Conc. Trid. [g] vbi
etiam cum eodem Caietano adiecimus, quòd, licèt ali-
[f] in Enchir. de ora. c.16. n. 42. & 48. qui præ ruſtica ſimplicitate exiſtimarent iſta licere re-
creandi animi gratiâ, quoniam vident communiter in
his vſum & conſuetudinem inualuiſſe: ſi tamen intel-
[g] ſeſſ. 22. in decreto de obſeru. & euit. in celebr. miſſ. ligerent id eſſe illicitum, & ſcelus eſſe mortale, nullate-
nus id facerent, excuſarentur quidem à tanto, ſed non
à toto.

Nunc autem, nobis non videtur lethale crimen, niſi
cantilena turpis & laſciua, vana & profana cantetur du-
rante diuino officio ab his, qui iam ſunt præmoniti id
non licere. Quod ipſum dicendum de his, qui in profe-
ſto Natalis Domini turpes rythmos, vel ſcommata ſibi
inuicem occinunt, aut execrationes quaſdam interſe-
runt, tempore quo dicturi lectiones petunt benedi-
ctiones, vt diximus. [h]

[h] in d. c.16. n. 42. 88 At qui interrogatus quis, à iudice incompetente,
vel alio ſine iuris ordine legitimo, an tale quid ſit fura-
tus, poteſt ſecura conſcientia reſpondere verbo abſo-
lutè & ſimpliciter, ſe id non eſſe furatum, (etiam ſi id
furatus ſit (intelligendo mente & tacitè penes ſe, non
eſſe furatũ illo die, menſe, vel anno, per fundamenta
ſolida & irreſtagabilia quæ pro Paludan. Gabriele,

Adrian. & aliis plæriſque Doctoribus, opinionem aduerſam propugnantibus tempeſtiuiùs in medium protulimus infra. [a]

89 Ex his, quæſtio illa finiri poteſt, An Iuramentum de actu, qui tempore iuramenti eſt illicitus, liget iurantem pro tempore, quo fuerit licitus? putà, iuraui nunquam ingredi talem domum odio matris meæ, quæ eam inhabitat, qua mortua, incipit habitari ab alia, quæ poteſt eſſe mihi occaſio peccati: affirmatiua enim vera eſt in iuramento generali & apto comprehendere eundem actum, tam tempore, quo eſt illicitus, quàm quo eſt licitus. negatiua verò, in iuramento ſpeciali, vel reſtricto ex natura verborum, vel ex cauſa, ob quam fit, aliiſve circumſtantiis, ad actum illicitum, pro tempore quo eſt illicitus. Exemplum prioris, iurauit quis generaliter ſeruare omnia ſtatuta alicuius eccleſiæ, inter quæ tempore iuramenti inuenitur vnum factum contra canones ab epiſcopo & capitulo, cuius obſeruantia eſt illicita, [b] poſtea verò confirmatur ex certa ſcientia, à S. Sed. Apoſtolica quo eius obſeruantia fit licita, is tenebitur ſeruare eiuſmodi ſtatutum poſt confirmationem Papæ vt iuramenti, cùm comprehendatur ſub illo, & poſſit ſeruari ſine interitu vel diſpendio ſalutis æternæ. [c] Inſuper, iurauit quis generaliter, numquam intrare talem domum, nulla adiecta cauſa ſpeciali, quod per prædicta ſupra, [d] temerarium ſiue vanum eſt, ſi tamen poſtea incipit habitari ab aliqua cuius conſortium teneatur vitare, tempore inhabitationis illius, arctabit eum iuramentum, quia nec ex natura verborum, neque ex cauſa, vel aliis circunſtantiis reſtringitur ad ſolum tempus, quod illicitum, vel temerarium, aut vanum eſt. Exemplum ſecundi, iurat quis nunquam intrare talem domum, quàmdiu mater eius eam inhabitauerit, vel ob cauſam finalem euitandi eius bonam conuerſationem, quod illicitum eſt, ſi poſtea aliò migrauerit mater. & eam inhabitare cœperit alia, cuius conuerſatio foret magna peccandi occaſio tali iuranti, poterit tunc intrare illam ſine violatione iuramenti, licèt alia de cauſa deberet id euitare, quia iuramentum illud fuit reſtrictum ex natura verborum, vel ex cauſa finali, ad tempus, quo erat temerarium, vel illicitum, &

[a] *c.25.n.43.*

[b] *arg. c. quid ſuper ÿs & eorum quæ ibi citat Felin. de Maior. & obed.*

[c] *arg. c. ſi verò, de iureiur. & c. quamuis de pact. eod. lib.*

[d] *n.19. & ſeq.*

actus agentium, non operantur vltra intentionem eorum. [a]

## De obſeruatione feſtorum, quod pertinet ad tertium præceptum Decalogi, Sabbatha ſanctifices.

### Caput XIII.

### Summæ.

1 *Feſti dies omnes Chriſtianorum, ſunt lege humana inducti.*

2 *Feſti obſeruatio nunc non eſt tam ſtricta ac olim.*

2 *Feſtis diebus præcepimus audire miſſam, & vetamur opus ſeruile facere.*

2 *Finis præcepti alius ab eo, non eſt in præcepto.*

2 *Seruilia opera quæ ſunt.*

3 *Seruilia ſeptem opera permittuntur, quinque non ſeruilia prohibentur.*

4 *Feſta vt potius relaxantur ob neceſſitatem, quàm ob pietatem.*

5 *Feſtis quod licet gratis licet & ob mercedem.*

5 *Feſta inducunt, tollunt, & moderantur lex & conſuetudo.*

5 *Feſta ſua omnis regio & morantes in ea, debent obſeruare.*

5 *Feſtos dies quos viator ſeruare teneatur.*

1 Omnia Chriſtianorum feſta, etiam dies nominica, ſolo humano iure, nulla vero iure diuino naturali, aut ſupernaturali in eccleſiam introducta ſunt, [b] quàmuis Panorm. [c] cum multis aliis & Angel. teneant, ſaltem dies dominicos iure diuino feſtiuos eſſe, quam ſententiam Silueſt. [d] communem eſſe aſſerit. Nihilominus, quod modò definiuimus tenendum eſt. Quamuis enim ius naturale & diuinum præcipiant nobis, Deum ipſum honorare & reuereri, nõ tamen definiunt tempus, quo in nouo teſtamento id facere teneamur: ſolum autem ius humanum decernit, ſtatuítque certos dies, quibus ab operibus ſeruilibus ceſſare, eóſque, religioſo otio colere oporteat, vt id faciamus. Nec obſtat ius commune [e] proximè allegatum, quo ipſi nituntur, quatenus habet, tam veteris, quàm noui teſtamenti paginam

ſeptimam

[a] *l. non omnis, ff. ſi cert. pet. & c. fin. de præb.*

[b] *vt in c. licet de fer, & c. 1. de cõſec. diſt. 4. comprobamus, & Turrecrem. in d. c. 1. Archid. in c. ieiunia, diſt. 3. S. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. & 5. San. Ant. 2. part. tit. 9. c. 7. § antepon. Mai. in 3. ſent. diſt. 27. q. 22. & argutè Thom. Vualdenſ. de ſacramental. c. 14. allegans B. Hieron. & Remigium.*

[c] *c. licèt de fer.*

[d] *verb. Dominica. q. 1. verſ. 7.*

[e] *in d. c. licèt*

eptimum diem humanæ quieti deputaſſe. Poteſt enim noue, & ſingulari modo reſponderi, ad ſummum probare, in vtroque tam nouo, quàm veteri teſtamento inueniri, vnum ſeptem dierum debere obſeruari: non tamen hoc Deum præcepiſſe in vtroque: nam licèt id præceperit in veteri teſtamento præcepto ceremoniali, in nouo tamen, quo illud ceſſauit, â primordiis Apoſtoli auctoritate ſua, non lege diuina, cœperunt diem Dominicum obſeruare, & religioſo otio colere, idémque facere fidelibus præceperunt. Ex quo patet, quanta ſit conſuetudinis vis circa cuſtodiam & obſeruationem feſtorum. [a]

2 Ius autem humanum Chriſtianorum, non adeo ſtrictè præcipit, ſuos dies feſtos obſeruari, ac ius diuinum antiquum ſuum illud ſabbathum (quod Hebræorum lingua requiem ſignificat) tradidit obſeruandum, ſecũdùm S. Thom. [b] communiter receptum. Quapropter, multa nobis diebus dominicis fieri permittuntur, vt præparare cibos, & alia huiuſmodi, quæ nullatenus in ſabbathis Moſaicæ legis fieri fas erat. Vnde conſequitur, circa prohibita noſtris feſtis, nobis eſſe faciliorem diſpenſationem, quàm circa prohibita ſabbatho illo antiquo, ſecundùm eundem S. Thom. [c]

Hoc porrô præcepto de colendis feſtis, non præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando & colendo Deo conſiſtit: ſed tantùm exterior, qui conſiſtit in audienda miſſa, [d] & abſtinendo ab operibus ſeruilibus exterioribus, [e] quæ adminiculo corporis ſunt exercenda, vt eruditè docuit Caiet. [f] Quoniam, quamuis finis huius præcepti ſit, vt homo Deo vacet, ipſóq; fruatur, & in eo quieſcat, vt docuit ſanctus Tho. [g] quando tamen finis præcepti, eſt aliud à re præcepta, non cadit ſub præceptum, vt idem ſanctus Tho. communiter receptus [h] aſſeruit. Nihilominus, quò rite audiatur ſacrum, ſitque Religionis opus, requiruntur propoſitum & attentio iuteriora.

3 Neque verò diebus feſtiuis omnia opera prohibentur, ſed tantùm ſeruilia, quę nimirum propriè ſeruientibus cõueniunt, iuxta tex. Leuit, [i] (*Omne opus ſeruile non facietis in eo.*) Non autem, quę communia ſunt tam

*a arg. c. fin. de conſuet. & l. 2. quæ ſit long. conſuet.*

*b in d. q. 122. art. 4. ad 4.*

*c in d. art. 4.*

*d c. Miſſas de conſecr. diſt. 1.*

*e c. ieiunia, cùm gloſſ. & Archid. de cõſecr. diſt. 3.*

*f 2. 2. q. 122. art. 4. in prin.*

*g ibidem.*

*h 1. 2. q. 102. art. 5.*

*i cap. 23.*

ſeruientibus quàm Dominis ſecundùm eundem ſanctū Thomam.[a]

Itaque ſeptem generum opera notata à ſancto Thoma,[b] diebus feſtis licitè exercentur. Prima, quibus in diuino cultu Deo ſeruimus.[c] Secunda, quibus ſpiritualia exercemus, quale eſt docere verbo, vel ſcripto.[d] Tertia, quæ ſunt ad ſalutem propriam neceſſaria.[e] Quarta, quæ ad ſalutem corporalem proximi ſunt neceſſaria, iuxta illud,[f] (*Erue illos, qui ducuntur ad mortem.*) Quinta, quæ ſunt neceſſaria ad vitādum damnum ſibi, vel proximo imminens, iuxta illud.[g] (*Non videbis bouem fratris tui, &c.*) Sexta, quibus parantur cibi ex conſuetudine eccleſiæ. Septima, piſcari quandoque ex eiuſdem eccleſiæ conſuetudine.[h]

Quinque autem ſunt opera non ſeruilia, quæ prohibentur feſtis, iure canonico. Nam in iurib. ſupra[i] allegat. prohibentur mercatus, iudicium ciuile, vel criminale, & iuramentum, niſi pro pace, vel alia neceſſitate præſtetur, & alibi[k] omnis proceſſus & ſtrepitus iudicialis, niſi pietas ſuadeat, & neceſſitas vrgeat.

4 Non tamen omnia, quæ poſſunt fieri neceſſitatis causâ, poſſunt fieri ratione pietatis. Nam, propter neceſſitatem omnia opera tam ſeruilia, quàm non ſeruilia, exerceri poſſunt: at non omnia permittuntur causà pietatis, ſi per pietatem intelligamus virtutem, quà patriam & parentes veneramur, vt accepit Tullius[l] & Aug.[m] Non etiam ſi pro miſericordia capiamus. Etenim, quàmuis opera, quæ naturâ ſuâ ad miſericordiam pertinent (vt veſtire nudum, alere pauperem[n]) omnibus diebus feſtis poſſint licitè fieri,[o] imò & opera iudicialia,[p] alia tamen opera ſeruilia, quæ ſola intentione operantis, ad miſericordiam diriguntur, prohibita ſunt. Quamobrem, qui miſericordiæ & pietatis prætextu, citra aliam vrgentem neceſſitatem, diebus feſtiuis ædificant, vel reficiunt pontes, ſternunt vias, tota errant via, iuxta Caiet.[q] At verò, ſi per pietatem cultum Dei intelligamus, omnia opera, quæ ſuapte naturâ & immediatè tendunt in honorem Dei, veluti, portare crucem, & reliquias ſanctorum, licitè fieri poſſunt. Imò

[a] *in d. q. 122. ar. 4. ad 3.*
[b] *in d. art. 4.*
[c] *Io c. 3.*
[d] *iuxta gloſ. numero. c 28.*
[e] *1. Machab. 4. &c. diſcipulos, de conſec. diſt. 5.*
[f] *Prouerb. 4. c. non in inferenda, 23. q. 3.*
[g] *Deuter. 22.*
[h] *c. licèt, de ferijs.*
[i] *d. c. licèt.*
[k] *in ca. fin. de fer.*
[l] *3. Rhet. ad Herenn.*
[m] *c. 1. 22. q. 2.*
[n] *c. 2. 45 diſt.*
[o] *iuxta gloſſ. c. fin. de fer.*
[p] *d. c. fin.*
[q] *2. 2. q. 122. art. 4.*

& alia veluti præambula & pręparatoria horum, quæ ſimul vel paulò antè fieri ſolent, veluti, pulſare cymbala ante miſſam, vel veſperas. Diuerſa tamen ratio eſt de alijs operibus, quæ licèt ſint præparatoria in ſupradicta, ante tamen feſtum ipſum commodè poſſunt fieri, cuiuſcemodi ſunt formas (quas hoſtias vocamus) conſecrandas effingere, verrere eccleſiam, tapetibus ornare: & multò minus opera, quæ ſecundùm ſe non deſeruiunt diuino cultui, neque ſunt præparatoria in illum: veluti arare, ſerere, & metere ad aliquod ſubſidium eccleſiæ præſtandum, quò diuinus cultus ibi fiat, illa enim non ſunt licita, niſi iuſta ſuperueniat neceſſitas: vt ſi eccleſia adeo foret tenuis & pauper, vt neceſſarijs ad cultum careret.

3 Atqui, tam licitè ac principaliter poteſt fieri diebus feſtis ob pecuniam, quod gratis licitè poteſt, quàm licitè & principaliter ob eam quouis alio tempore id fieri poteſt, ideóque lucrandi animus, non facit, vt opus quod aliàs ſuo genere non eſt ſeruile, ob hoc fiat tale, formaliter vel materialiter. Quod poſt Cardin. Caiet. [a] validiſſimis rationibus [b] comprobauimus: quamuis Richard. [c] Angelus [d] Ioan. Tabien. [e] & Siluest. [f] non ſatis rem perpendentes, contrarium teneant. Quibus adnoto, nouiſſimè Conc. Trid. [g] declaraſſe dies feſtos in ſuo epiſcopatu ſeruari ab epiſcopo præceptos, à religioſis, quàmuis exemptis, ſeruandos eſſe.

Et quàmuis feſta, quæ iure communi ſunt omnibus obſeruanda, ſint iure expreſſa & determinata [h] multa tamen eorum, abrogauit conſuetudo, & alia induxit. Quapropter, in ſingulis regionibus ea obſeruãda ſunt, quæ lex, aut conſtitutio ſynodalis recepta, & non abrogata, vel conſuetudo pręſcripta, ibi pręcipit obſeruari, quandoquidem, vt dictum eſt ſupra [k] omnia lege humana inducta ſunt.

Quinetiam, ſi conſuetudo præſcripta præcipit, quod paſſim fieri videmus, vt à media nocte, in aliam vſque mediam noctem feſta ſeruentur, neutiquam ſeruanda ſunt à primis veſperis, vſque ad ſecundas veſperas, quàmuis ius ipſum commune id præcipere videatur, [i] & ſi vſu receptum foret, vt ſolùm ſer-

[a] 1.2.q.122.ar. 4. & in ſum. verb. feſt9 pag. pen.
[b] in c. ieiunia de conſec. diſt. 3.
[c] lib. 3. diſt. 37
[d] verb. feriæ, § 9.
[e] verb. feriæ, n. 17.
[f] verb. Dominica, q. 4.
[g] ſeſſ. 25. c. 12.
[h] c. pronunciandum, de conſecr. diſt 3. & c. conqueſtus, de fer.
[i] per dd. cc. & c. fin de conſuet.
[k] eod. c. n. 1.
[l] c. 1. de fer.

uentur vſque ad meridiem, vel ad ſolemnia miſſarum peracta, poſtea opera ſeruilia fieri poſſent.

Vnáquæque autem prouincia, aut ciuitas obſeruare tenetur illa, eo modo & tantum, quæ quomodo, & quantum conſuetudo ipſius præcipit obſeruari.

At, qui degit aliquo in loco, tenetur obſeruare feſta illius loci vbi tunc degit: non autem quæ in propria ſua patria obſeruantur, iuxta illud. [a] ( *Dum fueris Romæ, Romano viuito more, Dum fueris alibi, viuito ſicut ibi.* ) Vt de ieiunijs, & facultate non edendi, vel edendi oua, lacticinia, aut animalium inteſtina diebus veneris, ſabbathi, & alijs diebus vigiliarum, ieiuniorum & abſtinētiarum, dicetur inferius, [b] poſt Cardin. & Panorm. ibi citatos.

[a] *c. illa, adiuncta gloſſ. 12. diſt.*

[b] *c. 23.*

Et quidem operarij, qui locandis operis ſuis, vadunt in alias regiones, non tenentur obſeruare dies feſtos ſuorum locorum, ſed illorum, vbi ad tempus commorantur.

Ideoque, perperam agunt parochi ſuis parochianis pœnitentias, aut publicas pœnas iniungentes, quòd feſtis illis, quæ in propria ſua parochia obſeruantur, in alijs, vbi illa non ſeruantur, operas ſuas conducti præſtiterunt.

Licet iuſtè defendi poſſet eos, qui in feſti vigilia, & etiam ipſo die feſto, à ſuo proprio loco in alium operaturi commeant, vbi feſtum illud non obſeruatur, iuxta rigorem iuris, nullatenus peccare. Siquidem, non violant feſta, vbi obſeruari debent, dum tamen, ſi eodem die egrediantur, miſſam audiant. Quoniam vbi dies feſtus ipſos deprehendit, ad id eos obligauit, vt ego, iter faciens, non ſemel putaui me ad audiendam miſſam, vel faciendam obligatum, quòd ante meridiem tranſibam, egrediebar & ingrediebar locum, vbi obſeruabatur feſtum, quod alijs in locis non erat ſeruandum: quàmuis crediderim ſolum tranſitum non adeo obligare.

# Modi vſitatiores peccandi mortaliter contra hoc tertium præceptum, de colendis feſtis.

Summæ.

6 *Feſtum violans, peccat mortaliter, niſi aliquod horum excuſet.*
6 *Feſtum violans vi, metu. præcepto, vel coactione, vt peccat.*
7 *Feſtum qui violat iter agendo, deferendo onera. &c.*
8 *Feſtum vt violat, qui vendit, emit, permutat, &c.*
9 *Feſtum an violet tonſor, piſcator, molitor.*
10 *Feſtum an violet laborans pro pauperibus, pontibus, & viis nu. 11.*
11 *Venator quis violat feſtum.*
12 *Feſtum an violat mulio, qui feſto die ablegat iumenta ad operandum.*
12 *Conſulere an liceat feſtis, lucri gratiâ.*
13 *Feſtum an violet ob pietatem vel neceßitatem, vel ſine illa, tranſcribens librum pulſans lyram, canens. &c. nu. 14.*
15 *Feſtum an violet qui laborat ob neceßitatem, ludit, ſaltat, venatur, & otioſè tota die vagatur.*
15 *Feſtis Crucis, Michaelis, Innocentium, & S. Sylueſtri, licitè quis laborat.*
16 *Feſto de violato, quædam accuſandi conſuetudo mala.*
17 *Feſtis contritio bona ſed non neceſſaria.*
18 *Feſtum an violet, qui omittit in eo opera præcepta.*
19 *Oblatio in Miſſa quando requiſita.*

6 Circa hæc peccat primo, qui diebus dominicis, vel alijs feſtis, ſub prçcepto obſeruandis, aliquod opus ſeruile, vel ex alijs quinquę prohibitis exercet: niſi excuſet exiguitas, aut licita conſuetudo, vel neceſſitas aliqua ſpiritualis, vel corporalis ſalutis ſuæ, vel proximi, ſeu detrimentum imminens rebus ſuis, aut proximi, quod non poteſt differri, aut præueniri, vt patet ex ſupradictis,[a] & ex Oſtien.[b] Ob quam neceſſitatem, aut conſuetudinem excuſantur, qui frumentum ex area perferunt in horrea, vel vuas è vinea, quādo imbres, ac pluuię timentur, & quicunque alij, ſimilia facientes,

[a] *n. 3.*
[b] *in ſu n. de fer. §. 4.*

Sic etiam fabri ferrarij, equis iter agentium ferreas ſoleas adaptantes, & macellarij, vendentes ac parantes venales carnes feſtis, cùm antea non potuerunt parare, & caupones hoſpitúmque ſuſceptores, in ſuis tabernis aut hoſpitijs, propter ementium neceſſitatem, cibos & neceſſaria vendentes: non autem, vt ludant aut inebriētur, id facientes. Angel. auctore. [a] Cuius tamen opinio, duriuſcula nobis videtur, nec tenenda, vbi conſuetudo contrarium præſcripſit. Excuſantur etiam, qui cibos & edulia, aliáque neceſſaria vendunt, putâ, panem, vinum, fructus, herbas, & ſi quæ ſunt eiuſdem monetę alia, quæ diei feſto conducunt iuxta Caiet [b] Excuſantur inſuper Agaſones, qui iumentis oneratis, diebus feſtis ſuum iter non intermittunt: non autem qui de domibus ſuis proficiſcuntur diebus feſtis, cùm ſe domi continere potuiſſent, iuxta Caiet. [c] aut in aliud tempus profectionem differre, niſi antè, aut pòſt audiant miſſam.

[a] *vbi ſup.* §. 12.
[b] *vbi ſup.*
[c] *vbi ſup.*

Diximus (*Oneratis*) quia conducere exonerata non eſt aliud, quàm iter facere, iter autem facientes, excuſantur: quàmuis conducant mulos onuſtos ſuis lectis, veſtibus, & viaticis, modò miſſam audiant, licèt longiùs & toto die iter faciant. Nam, pauxillum itineris facere, non eſt opus ſeruile, aut prohibitum feſtis, & ſine vlla excuſatione conſuetudinis, aut neceſſitatis fas eſt, ſecundùm omnes. Idémque dicendum videtur, de longiori & totius diei itinere. Quàmuis autem, ſecundùm plærosque id ſub genere operis ſeruilis ponatur: conſuetudo tamen inualuit, vt liceat, modò miſſa audiatur.

7 Similiter excuſantur, qui diebus feſtis excoquũt vitrum, ollas, tegulas, calcem, quorũ decoctio intermitti in alium diem non poteſt Ang. [d] authore, & Caietan. [e] Tonſores inſuper, qui diebus feſtis infirmis venas aperiunt, & ſubditi ac ſerui iuſſi & compulſi à ſuis heris ad opus agendum feſtis diebus, non ob contemptum feſtorum, ſed alterius rei gratiâ, qui niſi morem gererent in graue damnum perſonale, vel reale prolaberentur, maximè ſi ob id miſſa prętermiſſa non fuit. Idem etiam dicendum, de vxoribus & liberis, qui in poteſtate ſunt maritorum, & patrum, quin & de agricolis, ad id iuſto metu compulſis, qui laboris ſui mercedem accipere

[d] *verb. feriæ*, §. 19.
[e] *vbi ſup.*

poſſunt: [a] Et ſi ſunt famuli ſtipendiarij, finito tempore in quod ſuas operas locarunt, diſcedant ab eis, nec intra id tempus debent parêre ſuis heris ſi iubeantur operari, niſi ſubſiſtente cauſa iuſta. Si quis tamen iuberetur operari in contemptum feſtorum & eccleſiæ, quę ea ſanxit, morem gerere non debet, etiamſi ob oculos certam ab eis propoſitam mortem videat. [b] Hoc enim non ſolùm eſſet contra ius humanum, in quo neceſſitatis excuſatio communiter locum habet: ſed etiam contra diuinum & naturale, quo ſuperiorum obſeruantia imperatur. [c]

8 II. Peccat, qui vendit, aut emit quippiam die feſto, multum temporis in eo conſumendo, [d] non tamen ſi parum, vt fieri ſolet in emendis aut vendendis candelis, & aliis ſimilibus: in quibus de pretio non eſt paciſcendum, quia æſtimata ſunt, aut ſine remota æſtimari poſſunt, iuxta omnium ſententiam, præſertim Silueſt. [e] quod temperandum videtur prout ſequitur.

III. Peccat, qui nundinas adit, aut in eis negotiatur, non auditâ miſsâ, cùm poſſit, aut id facit contra iuſſum epiſcopi: niſi exiguitas excuſet, aut in eiuſmodi negotio magnum pateretur damnum, niſi eo die fieret, aut alia iuſtâ causâ excuſaret, vt autor eſt Silueſt. [f] Nec refert, an nundinæ agantur die Dominico, aut feſto magis, minúſve celebri, quia ſi conſuetudine præſcriptum eſt, nec vlla eſt prohibitio noua eius, qui prohibere poteſt, licet, auditâ miſsâ, negotiari eo die. Cùm enim omnes dies feſti lege humana conſtituti ſint, vt dictum eſt ſupra, [g] conſuetudo poterit moderari, imò omnino tollere feſtum diei nundinarum. [h] Vti nunc moderatio facta eſt circa res quę in auctione diſtrahuntur, iudicis, vel alia auctoritate, & circa vigilias ſolemnium feſtorum, quoad tonſuram, quã tõſoreres parare poſſunt ad duas horas poſt noctis acceſſum, [i] iuxta diſpenſationem Eugenij Papę IIII. Quod intelligi debet de regionibus, in quibus cultus fit à veſpera in veſperam, vt iure communi fieri debet. [k] Nam vbi cultus fieri incipit à media nocte, & ad mediam noctem inſequentem perdurat, vt apud nos vſu receptum eſt, hoc priuilegium exoleuit: quandoquidem tonſor abſque priuilegio tondere poſſit vſque ad mediam noctem. [l]

[a] *Roſſel. vbi ſup. caſu 23. & 24. Silu. vbi ſup. q. 5. & ſup. eodem c. n. 5.*

[a] *arg. c. ſacri, de his quæ vi, & c. itane, 31. q. 5.*

[c] *l. veluti. ff. de iuſt. & iur.*

[d] *c. 1. de fer.*

[e] *verb. dominica, q. 3.*

[f] *vbi ſup.*

[g] *eod. n. 1.*

[h] *arg. c. fin. de conſue. Caiet. in ſum. verb. in feſto licita.*

[i] *Caieta. in d. ſum.*

[k] *c. 1. de fer.*

[l] *arg. l. More Romano, ff. de fer.*

[a] 2.2.q.122. art.4.

[b] in ca. peruenit de conſ. diſt. 3.

[c] iuxta c. licet, de fer. cũ ei ad-no. per Panor. Ang. verb. feriæ, §. 34. & 35. ac Caieta. vbi ſup.

[d] de feriis.

[e] verb. feriæ, §. 1.

[f] in ſum. verb. feriæ.

[g] 1.2.q.122. ar. 4. & in ſum. verb. feſtos dies.

[h] eod. ca. n. 4.

[i] num. 8.

9 Quibus cum Caiet. [a] addimus, neque tondere barbam, neque in id conſentire vno, aut alio die feſto, eſſe peccatum mortale, ob paruitatem operis: neque etiam veniale, ſi aliqua in id ſubſit cauſa, licèt contra ſenſerit Archid. [b] cuius ſententia locum habet in tonſore, qui multis barbam detondet, vel aliter parat. Neque peccant, qui piſcantur die feſto, certum piſcium genus, quod tantùm certis diebus adinuenit, vel conſpicitur, & ilico recedit, niſi tunc capiatur. Quod genus ſunt Thuni, Haleca, & Sardæ: aliqua tamen eleemoſyna erogan-da erit, in eccleſias viciniores, aut pauperes. [c] Quàmuis enim dictum cap. licet, [d] non loquatur niſi de Halecibus, ſiue Aringuis: eadem tamen ratio, idem ſuadet in reliquis nominatis piſcibus. Licitum etiam videtur, molere molendinis fluminum, vel ventorum, quæ ſine magna occupatione molunt, maximè ſi vigeat ea conſuetudo, nec à prelatis prohibeatur. Contrarium tamen dicendum eſt de molitura piſtrinorum, quæ magnam occupationem & laborem requirit, excepta magna neceſſitate, ſecundùm Roſel. [e]

10 IIII. Qui laborat etiam in gratiam pauperum diebus feſtis, etiã audita miſſa, principaliùs ob cõmodum, vel amicitiam, aut cognationẽ, quàm ob eleemoſynam, aut etiam principaliùs ob paupertatem: verùm non vſque adeo magnam: aut vſque ad vltimam eius potentiam laborat, ſecundùm mentem Monaldi. [f] Neque diſcrimen ſtatuendum eſt inter dominicos, & alios dies feſtos magis vel minùs celebres, ſecundùm eundem: niſi quod celebrius feſtum maiorem cauſam requirit, quod ipſa vulgi conſuetudo ſeruat.

11 V. Qui laborat diebus feſtis, extruendis, aut reſtaurandis pontibus aut viis: quanquam ſit opus pietatis & miſericordiæ, erga viatores, abſque tamen magna, quæ vrgeat neceſſitate, id facit, ſecundùm Caietan. [g] contra alios plæroſque ob dicta ſupra, [h] ſecũdùm quem & omnes, licet operari diebus feſtis iis, qui aliter ſe ſuſtentare nequeunt, modò id occultè faciant (vt vitetur ſcandalum) & audiant miſſam.

VI. Peccat mortaliter, qui venatur feſtis diebus non audita miſſa, ſecundùm omnes: non tamẽ ſi eam audit, etiamſi venaretur quæſtus causâ, per ſuperius dicta, [i] ex

Caiet. [a] non enim eſt ſeruile opus, neque de numero quinque non ſeruilium prohibitorum, neque lucelli finis efficit, vt tale ſit, quidquid dicant Roſella, [b] & Silueſt. [c]

12 VII. Peccat, qui iumenta ſua feſto die, aut eius veſpere mittit aliquò, vt altero die feſto, quo eſſent impedita, quæſtum faciat, ſecundùm Roſellam. [d] Niſi ablegет ob res neceſſarias eiuſdem diei, vel ſequentis, quæ antea deuehi non potuerunt, & qui conducit, miſſam audiat, breuéque iter faciat, vel conſuetudine excuſetur, per ſuperius dicta, [e] quod tamen intelligendum eſt de iumentis oneratis: nam vacua mittere poteſt, per ſuperius dicta. [f]

VIII. Peccat mortaliter Doctor, aut literatus, præbens conſilium principaliter ob quæſtum, etiam è longinquo venienti, ſecundùm Silueſtr. [g] & communem ſententiam. Cuius tamen contraria eſt longè verior: tum, quia conſilium non eſt opus ſeruile, aut aliquod ex aliis quinque prohibitis: tum, quia quod licitum eſt facere diebus feſtis, perinde fieri poteſt ob lucrum, ac in profeſtis, vt ſup. [h] diximus. Non eſt itaque peccatum inſtruere, ſiue informare iudicem, etiam adhibito procuratore & aduocato, verbo, aut ſcripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquam diſciplinam honeſtam: cùm ſit exercitatio operis ſpiritualis, vt latè probatur à Caiet. [i]

13 IX. Peccat mortaliter iudex, qui audit litigatores diebus feſtis, [k] quàmuis enim non ſit opus ſeruile, eſt tamen vnum de quinque non ſeruilibus prohibitis: niſi ob pietatem, & miſericordiam id faciat. Nam, quæ non ſunt ſeruilia, licèt ſint prohibita, permittuntur fieri ob ſolam miſericordiam citra aliam neceſſitatem, hacque ratione, licita ſunt, multò magis, quàm ſeruilia, vt ſupra, [l] diximus. Satiſque iuſta neceſſitas videtur, ſi alio tempore, ad iudicem acceſſus non pateat, aut teſtes haberi nequeant. Caiet. autore. [m] Quamobrem, excuſantur iudices ruſticorum, qui diebus feſtis, ſecũdùm conſuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt ruſticis: quòd aliis diebus neque iudices, neque teſtes ſuppetunt, aut ne pauperes fruſtrentur ſuis diebus operariis, quibus ad vitam ſuſtentandam maximè opus habent.

[a] *in ſum. verb. feſtos.*
[b] *verb. feriæ, §. 11.*
[c] *verb. dominica q. 5.*
[d] *vbi ſup. §. 22.*
[e] *eod. c. n. 8.*
[f] *eod. c. n. 6.*
[g] *vbi ſup. q. 5. concl. 3.*
[h] *eod. c. n. 5.*
[i] *in d. q. 122. ar. 4. & in ſum. verb. feſtos dies.*
[k] *c. fin. de ſer.*
[l] *eod. c. n. 3. & 4.*
[m] *vbi ſup.*

14 X. Qui tranſcribit librum, aut inſtrumentum quæſtus ergo, ſecundum Roſellam [a] & Ang. [b] non tamen propter rationem ab eis prolatam: ſed quia licèt ſcribere de ſe non ſit opus ſeruile, etiamſi ob lucrum fiat: ſeruile tamen eſt tranſcribere, & tranſcribendo componere libros, lucri causâ, hoc enim mechanicum, & corporale eſt.

Ex quo planum eſt, non eſſe peccatum ſcribere literas, conſilia, aut inſtrumenta, de rebus, quę licitè fiunt diebus feſtis, etiamſi ob lucrum fiant, per ſupradicta. [c] Idémque eſt iudicium de eo, qui pulſat organa, vel alia inſtrumenta, aut cantat die feſto, ſiue principaliter ob diuinum cultum, ſiue honeſtam animi recreationem, ſiue demum, ob alium finem pium & neceſſarium, vel ob quæſtum, quicquid dicant Ang. & Silueſt. non enim ſunt opera ſeruilia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur, vt ſupra, [d] dictum eſt.

15 Licèt autem epiſcopus ſub pœna excommunicationis iuberet, vt nemo diebus feſtis operaretur, qui tamen neceſſitate preſſus id faceret, eiuſmodi pœnæ non eſſet reus. Quia ſententia eius generalis, iuridicè interpretanda eſt: vt nimirum nemo faciat à lege non permiſſum. [e] At cuilibet conceditur opus vitæ neceſſariũ. [f] Et ſi in excommunicatione iuberetur, vt neque neceſſitatis neque pietatis causâ laboretur, contineret errorem intolerabilem, & legi aduerſantem, [g] & conſequenter irritum eſſet. [h]

Papa verò Eugenius quartus, in Compendio Priuilegiorum, [i] conſtituit, vt laici qui operantur in feſtis ſanctę Crucis, & ſancti Michaëlis menſis Septembris, necnon feſtis innocentium, & ſancti Silueſtri non peccẽt mortaliter, niſi huiuſmodi dies dominicis incidant. Inſuper, qui auditâ miſsâ, reliquum tempus diei feſti conſumunt in venationibus, bellorum ſimulacris, ſiue iuſtis & torneamentis, in luſibus, in choreis, aut otiosé vagantur, non peccant mortaliter: quia non faciunt opus ſeruile, licèt ſic grauiter, ſecundùm Caietanum, [k] quia tempus diuino cultui conſecratum, Deo non tribuunt: & in huiuſmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, ſecundùm S. Ant. [l] vbi ait, omnium lachrymis deflendam eſſe Chriſtianorum cæcita-

[a] verb. feria, §. 12.
[b] eod. verb. §. 31.
[c] eod. c. n. 5.
[d] eod. c. n. 5.
[e] arg. l. ſi procurator ff. de cõdi. indeb. ca. quintauallis, de iureiur. vt in c. inter verba, 11. q. 3. diximus.
[f] c. diſcipulos, de conſecrat. diſt. 5. vt ſup. dictũ eſt.
[g] contra c. fin. de feriis.
[h] arg. c. 1. de iur. & c. per tuas de ſent. excom. Roſell. vbi ſup. §. 27. & Silueſt. vbi ſup. q. 7.
[i] fol. 69.
[k] in ſum. verb. in feſto licita.
[l] 2. part. tit. 9. c. 7. §. 5.

tem, qui grauiùs Deum offendunt diebus feſtis eiuſdem diuino cultui dedicatis, quàm totâ hebdomadâ vitæ neceſſarijs parandis inſtitutâ.

16 Atqui neceſſitas, nullâ preuiâ licentiâ ſuperioris, excuſat à peccato feſto die operantem, ſi eſt indubia adeo, vt quàmuis epiſcopus præciperet, ne operaretur, poſſet operari, vt ſupra proditum eſt, ceſſante tamen ſcandalo: quoniam cum eo nihil agi debet, [a] vt etiam, cui eſt iuſta cauſa & euidens non ieiunandi, ſine tali facultate excuſatur, iuxta S. Tho. [b]

17 At verò reprehenſione digniſſima eſt complurium parochorum conſuetudo, cogentium ſuos parochianos, qui feſtum violârunt, aut die quo præcipitur ieiunium, non ieiunârunt, publicè petere veniam, die ſequenti inter miſſarum ſolemnia cum eorum infamia, præſertim, ſi huiuſmodi tranſgreſſiones ſunt occultæ, & non niſi ex confeſſione cognoſcuntur: amentiáque maxima eſt, credere eum, qui ſic publicè confeſſus eſt, liberum eſſe à ſecreta confeſſione eiuſdem peccati, quam confeſſario tenetur facere, vt alibi, [c] probauimus.

Et quàmuis contritio, aut compunctio peccatorum optima ſit diebus feſtis, præſertim his, qui intelligunt ſe peccato mortali irretitos, non tamen præcepta eſt ſub pœna peccati, ſecundùm Roſell. [d] Caietan. [e] & Silueſt. [f] quos in hoc ſequimur.

XI. Peccat mortaliter, qui diebus feſtis miſſam non audit, vel audit diſtrahendo ſe ſponte ad cogitationem rerum, attentionis miſſæ debitæ impatibilium: audire namque miſſam diebus feſtis cum mediocri attentione, eſt præceptum. [g]

18 XII. Peccat mortaliter, qui alijs temporibus non vacauit orationi, ad quam tenebatur priuata obligatione: cuiuſcemodi ſunt preces canonicæ horariæ, & quas ſacerdos impoſuit loco pœnitentiæ, & à proprio prælato ſpirituali iuſſæ, communi omnium ſentẽtia. Quod etiam producendũ eſt ad illũ, qui preces ad Deũ facere prætermiſit tẽpore quo nullũ aliud remediũ ſuæ ſalutis, aut proximi affulgebat. Tunc enim lex diuina naturalis ad id nos obligat, vt alibi [h] probauimus ſequuti mentẽ Paludan. [i] & Silueſt. [k] vbi poſuimus exemplum eius

*[a] c. nihil cũ ſcãdalo, de præſcri.*
[b] 2. 2. q. 147.
*[c] in ca. ſacerdos, n. 107. de pœni. diſt. 6.*
*[d] verb. feriæ, § 2*
*[e] in ſum. verb. cõtritio, & 2. 2. q. 122. art. 4.*
*[f] verb. dominica. q. 6.*
*[g] in c. miſſas, de cõſecr. diſt. 1. ſecundum Ang. verb. feria, § 4 & Caie. in ſum. verb. violatio feſtorum, & nos, in repet. c. quãdo, de cõſec. diſt. 1. c. 3. n. 19. & c. 2. n. 10.*
*[h] in d. c. quãdo, not. 3. n. 13.*
*[i] in 4. diſt. 15. q. 1.*
*[k] verb. oratio, § 8.*

qui in grauiſſimam tentationem impatientiæ, aut libidinis prolapſus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam ſupereſſe, præterquam ſpeciale auxilium Dei, oratione impetrandũ, & eius qui eminus intuens duos in duello conſerturos manus, exiſtimat nullũ aliud eſſe remedium, niſi ſpeciale auxilium Dei oratione impetrandum, quò dirimatur eiuſmodi duellum iniuſtum: his enim caſibus, id à Deo petere tenetur.

Cęterùm, opponet quiſpiam, ex hoc ſequi teneri quem de præcepto orare pro ijs, qui auctoritate iudicium ſupplicio extremo afficiũtur, quod à veritate alienum eſt, Ad quod reſpondemus negando illationem: quoniã hi iuſtè occiduntur, illi verò iniuſtè ſe occidere conãtur: & ita in his non licet ponere obicem contra iuſtitiam, [a] in illis autem ſic. [b]

19. XIII. Peccat, qui nihil inter miſſarum ſolemnia offert die feſto, cùm habeat vnde poſſit, & illo ex inueterata conſuetudine quippiam offerẽdum eſſet, cum notabili ſcandalo aut præbendo occaſionem, ne maior pars populi offerat, [c] quia licèt communi lege nemo offerre diebus feſtis obligetur, autoribus S. Th. [d] Ioan. Turrecrem. [e] S. Anton. [f] Ioan. And. Panor. & cõmun. [g] tenetur tamen conſuetudine, vbi à decem annis recepta eſt, ſecundùm eundẽ Panor. [h] cui ſatisfit communiter, quando maior pars populi, capituli, aut collegij offert. Neque eam infringit qui, quòd tunc non habeat, non offert, ſatiſque eſt offerre quod libitum cuique fuerit, ſecundùm Silueſt. [i] niſi præſcriptum ſit, vt offerantur certa & definita quantitas, iuxta ſententiam præcitatorum, & Silueſt. [k]

[a] *iuxta not. in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. & tradita in comment. c. nõ in inferenda, 23. q. 3.*
[b] *iuxta d. c. non in inferẽda, cum ſuis concordan.*
[c] *arg. c. omnis, de conſecr. diſt. 1.*
[d] 2. 2. q. 86. *art. 1.*
[e] *in d. c. omnis.*
[f] *3. part. tit. 2.*
[g] *in rubr. de parochis.*
[h] *in ca. ſuam, de ſimon.*
[i] *verb. decima, §. 1.*
[k] *verb. dominica. §. 1.*

# De quarto præcepto honorãdi patrem, ac matrem. & amandi proximum.

## CAPVT. XIIII.

### Summæ.

1 *Religio eſt virtus annexa iuſtitiæ.*
1 *Pietas, quæ eſt virtus annexa iuſtitiæ, non eſt miſericordia.*

1 *Miſericordia, quæ eſt virtus coniuncta charitati, non eſt pietas.*
2 *Obſeruantia virtus coniuncta iuſtitiæ.*
2 *Religio interdum vocatur pietas, imò & obſeruantia.*
2 *Religionem ſpectant tria præcepta, quatuor pietatem & obſeruantiam.*
3 *Patres qui cenſeantur in hoc quarto præcepto.*
3 *Proximi quonam pacto comprehendantur in quarto præcepto.*
4 *Patres in tribus honorantur, ſed minùs quàm Deus.*
5 *Præceptum diligendi proximum, non eſt ex decem, & vt ex eo ſeptem naſcuntur.*
6 *Amor proximi charitatiuus, & naturalis qui eſt duplex. & n. 7.*
8 *Præceptum de diligendo proximo, ad quid pro ſemper obligat.*
8 *Amandi proximum præceptum, in malo ſtatu impletur. nu. 9. & 10.*
10 *Conſuetudo dicendi, Dæmon te aripiat, diabolica.*
10 *Amor honeſtus inter virum & vxorem, qua re conſeruatur.*

1 Inter virtutes iuſtitiæ annexas, ſicut eſt vna nuncupata religio, quæ iuxta præcipuum oratorem.[a] & S. Tho.[b] eſt virtus, impellens hominem ad honorandum colendúmque Deum, tanquam primum principium noſtrum, à quo ſumus, & in quo viuimus: ita eſt alia nuncupata pietas, quę ſecundùm eundem Oratorem.[c] & S. Tho.[d] eſt virtus impellens nos ad colendum parentes, cognatos, patriam & amicos, tanquam principia quædam ſecundaria, quibus ſubſiſtimus, & conſeruamur. Et quàmuis vulgus communi vſu loquendi pietatem & miſericordiam pro eadem re ſumat: reuera tamen diuerſa ſunt. Tum, quia miſericordia eſt virtus annexa charitati, ſecũdùm S. Th. receptum,[e] pietas autem annexa iuſtitiæ, ſecundùm eundem[f] tum, quòd pietas impellit ad reuerentiam præſtandam perſonis prædictis: miſericordia autem, vt aliorum neceſſitatibus opitulemur, autore Card. Caiet.[g] frequenter tamen à viris doctis confunduntur. Quibus addimus, quòd licèt predicta virtus pietatis, præcipuè animum inclinet ad honorem exhibendum ſupradictis perſonis, tanquam principijs noſtris ſecundarijs, à quibus noſtrum eſſe accipimus, & conſeruamur: ſecundariò ta-

a *3. Rhet. ad Herennium.*
b *2. 2. q. 82.*
c *vbi ſub.*
d *2. 2. q. 101.*
e *2. 2. q. 10. art. 1.*
f *2. 2. q. 101. art. 1.*
g *in d. q. 101. art. 2.*

men & minus principaliter, etiam prolicit parentes ad honorandum proprios filios, maritumque & vxorem ad mutuò ſe honorandum.

8 Eſt autem alia tertia virtus adiuncta etiam iuſtitiæ quæ dicitur obſeruantia: & ſecundùm Tull. [a] ac S. Tho. receptum [b] eſt, quâ viros in dignitate conſtitutos veneramur tanquam principia, non quidem exiſtentiæ noſtræ, ſed gubernationis: & vt religio antecellit pietatem: ita pietas obſeruantiam. Inſuper, quemadmodũ religio ſæpiſſime pietatis nomine ſignificatur. iuxta B. Auguſt. [c] & S. Tho. [d] ſic etiam obſeruantia ſæpiſſimè nomine pietatis exprimitur, ſecundùm eundem. [e] Denique, vt tria præcepta prima prioris tabulæ, quæ ſupra memorauimus, pertinent ad religionem, annexam iuſtitiæ, ſic etiam hoc, quod eſt quartum, ſecundùm ordinem Decalogi, & primum præceptorum ſecundæ tabulæ, datur præcipuè de operibus ſpectantibus ad pietatem: ſecundariò verò de operibus obſeruantiæ. Imò (vt mea fert opinio) ad omnia opera charitatis, quę proximo debentur, poteſt facilè extendi, iuxta dictũ quoddam S. Bonauenturæ, [f] quod ſtatim ſubiiciemus.

Atqui, pater poteſt præcepto ſuo filium obligare ad peccatum mortale: imò & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momenti, quæ poteſtati ſuæ ſubeſt ipſi præcipit, vt poſt Alex. de Ales, [g] colligunt Ang. [h] & Silueſt.

3 In hoc porrò præcepto ſub nomine parentum, iuxta concilium Colonienſe, quo loco de hoc agit, præcipuè intelligimus eos, qui nos genuerunt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quæ nos conſeruat. [k] Secundariò autem, gubernatores eccleſiaſticos. [l] Et ſeculares. [m] & qui noſtri curam gerunt, quales ſunt tutores & curatores [n] magiſtri, prædagogi: imò & omnes proximi iuxta B. Bonauenturam: [o] Nam quodammodo cognati noſtri ſunt, [p] quandoquidem omnes ab eodem parente Adamo originem ducimus. [q] Quæ licèt vera ſint, quatenus hoc præceptum extenditur ad actus virtutis pietatis ac obſeruantiæ, & charitatis ad proximos. Non tamen quoad effectum confitendi neceſſariam circumſtantiam perſonæ offenſæ: quoad id enim, non videntur intelligi omnes proximi, nec cognati: ſed ſolùm ve-

[a] 3 *Rhet.*
[b] 2. 2. *q.* 102. *art.* 1.
[c] *lib.* 10. *de Ciu. Dei.*
[c] 2. 2. *q.* 101. *art.* 3.
[e] *in d.* 101. *art.* 1.
[f] *in* 3. *diſt.* 37. *in expoſit. litteræ.*
[g] *part. ſuper* 4. *præcep.*
[h] *verb. filius*, §. 30.
[i] *eod. verb. q.* 22. *pro quibus eſt text.* Deut. c. 21. & *ad Epheſ. c.* 6.
[k] *Eccleſ.* 3.
[l] 1. *Corinth.*
[m] 4 *Reg.* 5.
[n] *ff. de auctorit. tut. & curat. per totum tit.*
[o] *in* 3. *diſt.* 37. *in expoſit. lit.*
[p] *l. vt vim ff. de iuſt. & iur.*
[q] *iuxta gloſſ. d. l. vt vim.*

ri parentes: & ſuperiores quoad, quæ habent poteſtatem in nos.

4 Honor verò cuius præceptū hoc meminit, in tribus cōſiſtit, putâ in amādo, obediēdo, & honorando corde, verbo & opere, Neque eſt cōtrariū illud Chriſti.[a] [*Qui nō odit patrem ſuum, & matrem & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, &c. non poteſt meus eſſe diſcipulus:*] nihil enim aliud ſibi vult, quàm quod idem Dominus dixit.[b] [*Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus.*] Deus enim vult, vt diligamus quidem, amemus, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus, neque tantùm, ſicut ſe: & cùm præceperit aliquid, parentum imperio repugnans, ipſe præferatur.

*a Luc. 14.*
*b Matth. 10.*

5 Præceptum autem de diligendo proximo, ſicut ſeipſum [c] nō adnumeratur præceptis Decalogi, vt nec etiā præceptū de diligēdo Deo ſuper omnia, inter illa numerari diximus, ſupra [d] poſt ſanctum Th. Vt enim præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, eſt origo vnde immediatè dimanant tria prima præcepta Decalogi: ſic etiam, hoc de diligendo proximo, eſt principium, vnde quartum præceptum, & ſex alia, quæ ſequuntur, originem ducunt: quæ quidem, præcepta ſecundæ tabulę nuncupentur, ſicut tria prima præcepta prioris tabulæ, [e] de quibus pulchrè S. Tho.[f] & glo. ſingul.[g] Diximus (*Immediatè,*) quoniam, mediatè vel immediatè, omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo ſuper omnia, tanquam à primo principio deducuntur: ab ipſo enim ſtatim pullulat præceptum de diligendo proximo ſicut ſeipſum, iuxta declarationem ſancti Thom.[h] ab omnibus receptam.

*c Matth. 22.*
*d c. 11. nu. 5. & 6.*
*e Exod. 20.*
*f 1. 2. q. 122. ar. 4. ad 6.*
*g c. Quid in omnibus 32. q. 7.*
*h 2. 2. q. 44. art. 2.*

6 At verò, duæ ſunt ſpecies honeſti amoris proximi, quod facilè colligas ex vtroque Thom.[i] Vnus naturalis & humanus. Alter ſupernaturalis & diuinus, qui charitas, vel charitatiuus appellatur. Amor naturalis ſiue humanus eſt, quo Deum, vel proximum diligimus, ex eo capite, quod ſit homo, cognatus, vicinus, vel quocunque alio reſpectu: qui neque Deum ipſum, ſuper omnia dilectum, neque æternam felicitatem, neque capacitatem ad illam in ſe continet.

*i d. 21. q. 23. art. 1. & 24. ar. 12. q. 26. art. 1. ad 6.*

Amor autem humanus, in duos alios amores ſubdiuiditur, iuxta eundem S. Tho. [a] non obſtante ſubtilitate, quam ibi Caietanus in medium protulit. Alterum vocant amorem concupiſcentiæ, quo proximum ipſum principaliter ad aliquod bonum noſtrum voluptarium, commodum, vel vtile amamus. Alterum vocant amicitiæ, quo principaliter proximũ ad bonum eius voluptarium, cõmodum, vel vtile amamus. Et quidẽ vterque eorum poteſt eſſe bonus ac honeſtus, ſi fuerit bene ordinatus: ſicut viceuerſa, vterque malus & inhoneſtus, ſi fuerit malè ordinatus. Alter autem, eſt amor ſupernaturalis & diuinus, ſeu charitatiuus vel charitas infuſa, quo proximum amamus, eſt quę eiuſdem generis & naturæ, cuius amor Dei charitatiuus, ſeu charitas, ſecundùm S. Tho. [b] Nam licèt obiectum materiale amoris charitatiui proximi, ſit idem proximus obiectum tamen formale, ſiue ratio, vel cauſa amoris, eſt ipſa diuina & infinita bonitas, quæ nihil aliud eſt quam ipſe Deus ſuper omnia benedictus, vt autor eſt idem S. Tho. explicatus ibi à Caietano. [c] Siquidem, neque amor ille concupiſcentiæ, quo proximum ad noſtram voluptatem, aut vtilitatem amamus, neque etiam amor amicitiæ naturalis, quo ipſum diligimus in vtilitatem illius: quòd ſit cognatus, ſocius, vicinus, vel amicus, vel ob quamcunque demum aliam neceſſitudinem temporalem, eſt charitas, ſeu charitatiuus, ſaltem inquantum talis eſt, iuxta mentem eorundem, [d] vt diximus, licèt parum à multis aduertatur. Solus enim amor proximi eſt charitas, ſeu charitatiuus, quo ipſum diligimus, quòd ſit capax, ſicut nos, illius æternæ beatitudinis, quã diuina bonitas nobis indulgere & communicare dignatur, gratiſſima ſui viſione gaudióque æterno ac inexplicabili, & optamus illam ei tamquam illius capaci. Sic etiam, vt amor quo noſmetipſos diligimus, ſit charitatiuus, ſeu charitas, oportet vt ea nos ratione diligamus, quòd Deus propter ſuam infinitam bonitatem nos capaces fecerit æternæ felicitatis, quæ in intuendo eo ſemper, amando & fruendo conſiſtit, vt ſupra [e] diximus.

*a 1.2. q. 26. art. 4.*

*b 2.2. q. 25. art. 1.*

*c 2.2. q. 23. art. 5.*

*d in d. addit. c. quando de conſec. diſt. 1.*

*e Prælud. 4.*

7 Quemadmodum tamen omnis actus cuiuſcunque virtutis, poteſt fieri actus charitatis imperatus, quando

fit in-

ſit intuitu charitatis: ſic etiam amor concupiſcentiæ vel amicitiæ honeſtus, fit actus, charitatis imperatus, ſi ob eam habeatur. Sicut enim ſoluere debitum duntaxat quia iuſtum, eſt actus virtutis iuſtitiæ, & charitatis imperatus, ſi fiat etiam ob finem Deo placendi: ſic actus amandi patrem, duntaxat quia pater, eſt actus virtutis pietatis, non charitatis: fit tamen actus charitatis imperatus, ſi habeatur etiam ob finem Deo placendi. Ex quo liquet, quàm rarus & parcus huius amoris charitatis vſus ſit inter Chriſtianos vulgares: cùm licèt omnes aliquos ament, quòd ſint cognati, vicini, conterranei, lepidi, iucundi, aut vtiles: rari tamen ſunt, qui alios ament ea ratione, quòd ſint capaces beatitudinis æternæ, & quòd, niſi culpa mortalis obſiſtat, ea ſimul fruentur, videndo & diligendo ineffabilem cum gaudio, Deum infinitè bonum, & quem miſit filium ſuum Ieſum Chriſtum, vt experientia, quæ certiſſima rerum magiſtra eſt, locupletiſſimam fidem facit: cùm id rarò veniat in mentem altioris ordinis & conditionis hominibus, erga minoris ordinis ac ſtatus proximos, cùm tamen Saluator noſter in hæc verba præceperit. [b] [*Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.*] & Paul. [c] [*Super omnia tamen, mutuam charitatem habere, quæ eſt vinculum perfectionis.*

a c. *Quam ſit, de elect. lib.* 6.
b *Ioan*, 15.
c *ad Coloſ*. 3.

8 Cæterùm, circa hanc materiam oritur dubium, à nemine (quod ſciam) pro dignitate reſolutum, quo videlicet tempore, aſtringamur ad præceptum de diligendo proximum, ſicut nos ipſos, ſub pœna noui peccati mortalis, nõ adimplendo tùnc illud? Ad quod breuiter (ſaluâ ſaniore cenſurâ) reſpondeo, primo, quòd nos obligat ſemper, & (vt aiunt Scholaſtici) pro ſemper: ne vnquam ab amore & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex charitate diligimus, vllum etiã inimicum noſtrum, vel Dei excludamus, donec æternis fuerit ſupplicijs in inferno mancipatus. Iuxta mentem vtriuſque Tho. [d] iuxta quam, quod de damnatis dixit, intelligo.

9 II. Quod nos obligat, vt quotieſcunque inimicus, qui nos offendit, veniam à nobis poſtulat, ipſum diligamus, & ſpecialia amoris ſigna illi exhibeamus, iuxta mentem eorumdem. [e] Sed crediderim ſatis eſſe ipſum

d 2.2. *q.* 25. *art.* 6. 8. & 9. & *q.* 83. *art.* 8.
e *in d. q.* 83. *art.* 8.

diligere, amore aliquo naturali, huiuſque amoris aliqua ſigna exhibere: tametſi, amorem illum excellentem, & ſublimen charitatis, ſeu charitatiuum corde non concipiamus ne in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus: tum quia contrarium nullo iure, aut efficaci ratione concluditur: tum, quia licèt hoc primo intuitu contrarium videatur ei, quod ipſi aiunt, penitus nihilominus expenſi hoc ipſum fortè ſentiunt.

III. Quod nos etiam arctat hoc præceptum, quando proximus eſt conſtitutus in extrema neceſſitate noſtri auxilij, ad ſalutem animæ, qualis eſſet infans aut mente captus, vel etiam, iudicio vegeto & firmo, qui ſine baptiſmi ſacramento actutum eſſet moriturus: qualis eſſet etiam, qui depoſceret conſilium, ſolamen, vel auxilium ſpirituale à nobis, ſine quo veriſimile eſſet, eum condemnatum iri. Dixi (*neceſſitate noſtri auxilij ad ſalutem animæ ſuæ, &c.*) opinamur enim non peccaturum, qui hunc amorem charitatiuum non conciperet erga eum, qui pateretur extremam neceſſitatem vitæ corporeæ, ſi modo, alio amore naturali inferiore diuino, quo cognatum, amicum, ſocium, vel vicinum diligere ſolet ipſum proſequendo, ei opitularetur [a] Nec obſtat, eandem eſſe rationem illius, qui abſque amore charitatis, ſolo amore naturali impulſus, ſubuenit proximo in periculo ſpirituali conſtituto: quoniam rariſſimè poterit euenire, vt huiuſmodi neceſſitati ſpirituali occurri poſſit abſque deſiderio ſpiritualis ſalutis, quod formaliter, aut virtualiter amorem charitatis includit.

[a] *arg. not inc. Paſce, 26. diſt. Et in l. Necare, ff. de lib. agnoſc. & eorum quæ* Caie 2.2. q. 25. *art. 1. tradidit,*

[b] *c. 11.*

IIII. Quod (vt ſupra[b] diximus) vt videtur nobis non peccare nouè, qui bona fide credens ſe eſſe in ſtatu gratiæ, cum tamen non ſit, adimplet præceptum de diligendo Deum ex charitate quando ad id eſt obligatus, à fortiori quoque, ſatisfacere videtur præcepto de diligendo ex charitate, qui extra ſtatutum gratiæ illud implet, putans veriſimiliter ſe in eo eſſe.

10 V. Poſſet etiam defendi, nunquam obligari quem, ad impletionem huius præcepti de dilectione proximi, in ſtatu gratiæ, ex ſpeciali amore charitatis, niſi cùm neceſſitas adminiſtrandi ſacramentum ei qui extrema ne-

ceſſitate ſpirituali premitur, vel alia ſimilis cauſa ad id compellit, & obligat.

Sacrilega porro, & diabolica eſt conſuetudo, malè dicendi proximo, dicendo: Diabolus te auferat: Commendo te dæmoni: Angelica verò, vtilis & conſolans illa, corde ac voce dicendi: Dominus te ſanctum faciat: Deus te dirigat ad paradiſum, &c. Vtinam illuc nos aliquando conueniamus, & aliæ ſimiles: eiuſmodi enim deſiderium verè animo conceptum, valde refrænat cohibétque, ne amor humanus, & honeſtus degeneret in libidinem: quod frequens ait eſſe B. Hieronymus.

Quoties autem quis animaduertit proximum verſari in periculo patiendi notabile damnum, à quo non poteſt, vel creditur non poſſe liberari, niſi ipſi ſubueniat, toties tenetur eum liberare ſub pœna noui peccati, modò id præſtare poſſit, abſque damno, quod vir prudens iudicaret ſufficere ad excuſandum, vt alibi copiosè prodidimus.[a]

[a] *in Comment. c. Non in inferenda, 23.q.3.n. 25. & in c. 24 n. 17.*

# De peccatis filiorum contra parentes circa hoc præceptum quartum.

Summæ.

11 *Filius vt peccat mortaliter odiendo parentes, aut eis malum cupiendo, vel amoris ſigna non monſtrando.*

12 *Filius qui non obedit patri quoad regimen, & bonos mores.*

13 *Filius parentes feriens, ad iram prouocans, eos accuſans execrans, contemnens, mortem exoptans, vel non liberans è carcere.*

13 *Filius parentibus in magna neceſſitate conſtitutis non ſuccurrens.*

14 *Qui ob parentum ſubuentionem, non ingreditur religionem.*

15 *Filius, qui non ducit vxorem, quam pater vult.*

16 *Filius, qui parentum malè parta non reſtituit, nec legata implet.*

11 Contra hoc præceptum de honorando parentes peccat primò filius qui grauiter parentes odit, vel eis graue damnum optat: Si enim graue & iniuſtum odiũ, ac deſiderium deliberatum inferendi cuiquam, etiam extraneo damnum notabile, eſt peccatum mortale multò magis odium in parentes naturales, grauius erit; gerétque ſecum circunſtantiam neceſſario confitendam, per ſupradicta.[a]

12 II. Filius, quilicét non odit parentes (imo potius diligit) nunquam tamen, vel raro, ſigna amoris illis exhibet, at contra pietatem (quæ ſæpe vultu lædi ſolet) eos toruo intuetur aſpectu: adeóque aſperè alloquitur ac ſi eos odio haberet, ſecundúum Ang.[b] Silueſt,[c] & Tabien[d] Quoniam tenemur eos diligere, reuerteri, ipſíſque obedire corde, verbis, & operibus, vt expoſitum eſt ſupra.[e]

III. Peccat filius, qui in rebus pertinentibus ad regimen & politiam domus reíque familiaris, non vult parêre parentibus, authoribus Ang. Silueſt. & Ioan. Tabien.[f] niſi cum ex incogitantia abſque contemptu, & obſtinatione, omittit obedire: tũc enim venialiter tãtũ delinquit. Si verò in aliis, non pertinentibus ad ipſorũ parentum gubernationem & curam obedire detrectet, non peccabit mortaliter, determinatoribus Angel & Silueſt.[g]

IIII. Filius non obediens in his, quæ pertinent ad bonos mores: & ſalutem animæ, vt, pote, fugere noxia ſodalium contubernia, ludos prohibitos meretrices, aliáque huiuſmodi vitia, quibus tempus infelliciter abſumitur, ſecundùm Doctores ſuprá allegatos.

V. Peccat filius parentes etiam leuiter percutiens, ſecundùm Richard.[h] vel contumelioſis verbis ipſos animo deliberato inceſſans: vt merito illos ad iracundiam notabilem prouocet, deciſore Alexandr.[i] & Richard[k]

VI. Filius ex animo ipſis maledicens, ſiue viuis ſiue iam ſeculo defunctis.[l] Si tamen oretenus tantùm maledixit, non ampliùs, quàm venialiter offendit.

VII. Filius qui alicuius criminis eos accuſat, ſecun-

a c. 6. n. 3. & ſeq.
b verb. filius, §. 30.
c verb. filius, q. 22.
d verb. filii, §, 16.
e n. 4. eod.
f vbi ſup.
g vbi ſup.
h in. 3. diſt. 37.
i in 3. part. de 4. præcept.
k vbi ſup.
l Exod. 20. &c.
Alex. vbi ſup.

dũm. Richard. [a] niſi foret proditionis crimen in Regem, vel Rempublicam Nam, hoc caſu, quamuis non obligetur, vt Decius [b] aſſeruit, nihilominus liceret, [c] imò ſæpiſſime ad id obligatur, vt alibi [d] diximus.

VIII. Filius, qui ita parentes contemnit, vt ſibi dedecori & contumeliæ futurum exiſtimet, ſe pro filio illorum haberi, authore Alex, [e] Diximus( *Contemnit*) nam, ſi abſque contemptu id facit, ad vitandum incommodum ſiniſtræ opinionis, vel ob aliam non abſimilem cauſam non peccat mortalirer, maximè ſi parentes tacitè, vel expreſſè in id conſentirent, ad euitandum diſpendium, quod ex incommodo filii eis proueniret. Quamuis licitè quis poſſit ſe inhonoratum iudicare, quod patre Iudæo, hæretico vel perduellione ſit natus. [f] Neque enim aſſerimus, peccare illum, qui ſe abiectum, vel infamem, putat quòd ſit talibus parentibus natus: ſed qui adeo deſpicit parentes ſuos, vt ſe putet, & c. Ita vt ratio peccati non conſtituatur in eo, quòd ſe vilem putet, ſed quod deſpicit indebitè parentes inculpatos, quos etiamſi ſint pauperes, & abiecti, ipſe verò diues, & ſublimis, tenetur honorare, per hoc quartum præceptum.

IX. Peccat mortaliter filius qui parentibus mortem optans, vel imprecans, quò citius eorum bona ad ſe deuoluantur, vel non dans operam, vt ipſos à captiuitate, vel inſano furore, quo ſunt mente capti & iudicii expertes, liberet, [g] hácque de cauſa poteſt exheredari, [h] vel ſi forſan prohibuit, ne teſtarentur: aut à reſtituendis alienis bonis ipſorum animos alienauit. [i]

13 X. Peccat filius, qui parentibus magna neceſſitate preſſis ( maximè circa victum & veſtitum, ) vel grauibus morbis detentis non ſubuenit, cùm id commodè facere poteſt, [k] niſi ſciat partem propriis bonis, vel officio, quo fungitur, ſibi poſſe conſulere: tunc enim nõ tenetur è bonis ſuis quicquam conferre: niſi munus illud, vel ars, quam pater callet, ſuo ſtatui dedecori eſſet. [l]

14. XI. Filius qui parentibus in extrema neceſſitate conſtitutis, eiuſque auxilio & ope indigentibus, ingreditur religionem, vel ab ea non egreditur, etiamſi ſit profeſſus, cùm veriſimile eſt egrediendo, ipſis poſſe

a *vbi ſupra.*
b *in c. 1. n. 7. de offic. de leg.*
c *arg. l. minimo ff. de Relig. & ſumpt. fun.*
d *in repet. c. inter verba, 11. q. 3. concl. 6.*
e *vbi ſupra.*
f *arg. l. quiſquis C. ad. l. Iul. Mat. & in c. 2. c. ſtatutum, & c. cũ ſecũdum, de hæret lib. 6.*
g *arg c. 2. de nõ-ceſſ. præb. & l. fin. C. de Pact.*
h *Auth. vt cùm de apell. cog. §. cauſas.*
i *arg. l. 1. C. de teſtam. & l. 2. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib.*
k *arg. c. inter, cætera, 12 q 4. c. nõ ſatis. 86. diſt. & Ang. verb. filius, §. 30.*
l *arg. l. ſi quis à liberis, § idem, reſcripſit, ff. de lib. agnoſc. ad. iuncta. gloſſ.*

ſubuenire, aliter verò minimè. [a] vel quando parétes adeo grauis premit neceſſitas, vt licèt non ſit extrema, eſt tamen talis quæ filium obligat ex præcepto, ad eorum inopiam ſubleuandam (alias verò minimè) & eo non obſtante ingreditur religionem, determinatore ſancto Thom. [b] quàmuis hoc caſu, ſi eſt profeſſus, non teneatur exire debet tamen pro ſua virili in ſtatu ſuo perſeuerando, eis ſubuenire, ſecundum Caiet. [c] Qua ratione duæ opiniones diſſidentes purà, S. Thom. [d] Nicolai Lyrani. [e] & Ioan. Maioris [f] poſſunt ad concordiam reduci. Quibus addimus, quod ſi parentes ſunt in tali neceſſitate conſtituti, quando filius ingreditur religionem, tenetur egredi, cũ non egrediendo, tali neceſſitati ſubuenire non poſſet, egrediẽdo verò, poſſet: quoniã, huiuſmodi debitum præceſſit ipſum religionis ingreſſum, vt probè Ioan. Maior [g] videtur intellexiſſe, vti alibi ſcripſimus. [h]

15 XII. Peccat filius, qui ducturus vxorem, non vult ducere, quam pater præcipit, vt illo matrimonio inimicitiæ periculoſæ aleæ plenæ, ſopiantur, vel contra præceptum paternum, ſe minimè dignam vxorem ducit. [i] Licèt enim iuxta inſignes gloſſas. [k] pater non poſſit filiam exhæredare, quod contra ſuam voluntatem maritum eligit non indignum ſe, neque etiamſi indignum iuxta communem opinionem, quam ſequuntur Felin. Decius, [l] & Ioan. Lupus, [m] Nihilominus tamen, filia perperam facit, patrique iniuriam irrogat, & proinde peccat mortaliter, dum contrauenit voluntati patris ſaltem ſine iuſta cauſa, vel tali, quæ coram Deo iuſta ei videatur, ad huncque modum, reſtringendmm eſt, quod in huius caſus initio dicitur. Ex quo poteſt colligi nouus & ſingularis intellectus cuiuſdam conſtitutionis Pontificiæ [n] qua cauetur, filium teneri ducere vxorem, de qua aſſumenda paciſcitur pater, non quidem ſolùm de honeſtate, ſed etiam neceſsitate, quo ad effectum non peccandi, licet non, vt ad id cogi poſsit.

16 XIII. Peccat filius cui ex hæreditate paterna aliqua bona obueniunt, quæ ſcit iniuſtè, putà per vſuras parta fuiſſe, nec ea (vt par eſt) reſtituit. [o]

XIIII. Peccat filius ex negligentia, vel auaritia diu

a *arg. c. paſce. 89. diſt.*
b *2.2.q.101.ar. 4.*
c *in. d. art. 4.*
d *in d. art. 4.*
e *Math. 15.*
f *in 4. ſent. diſt. 38. q. 16.*
g *vbi ſup.*
h *in Tract. de pauper ſuper c. nullam, 18. q. 2, n. 48.*
i *arg. c. aliter, 30 q. 5. & c. honorantur, 32. q. 1. & c. 1. de deſpõſ. impub. iuxta S. Bonau.*
k *c. de raptoribus, 36. q. 2. & aut ſed ſi. poſt. C. de inoff. teſtam.*
l *in c ecclesiæ, de conſtit.*
m *in rep. c. per veſtras, de dot. int. § 9.*
n *n. c. 1. de deſ. ponſ. impub.*
o *c. Michael, de vſur. cum gloſſ. & nos. per omnes.*

differens debita patris defuncti perſoluere, vel legata teſtamenti adimplere, maximè, quæ ad pia opera pertinent, iuxta beatum. Antonin.[a] Diximus: ( *Diu differens* ) quoniam exigui temporis procraſtinatio, non videtur crimen lethale,[b] nec etiam veniale, ſi ea de cauſa potiſſimum rem protraxit, vt bona defuncti melius vēderentur, ad copioſiores eleemoſinas erogandas, quāuis eiuſmodi intenſio nō ſufficeret rei diutius differēdæ, ſecundum S. Thom.[c]

a 2. *part. tit.* 2. *c.* 7. § 3. *&* *c.* 8.

b *arg l. ſi. debetori, ff. iudic.*

c *quod. l.* 6. *art* 14.

# De peccatis parentum erga filios, contra hoc præceptum. IIII.

## Summæ.

17 *Pater & mater peccant non ſuccurrendo filiis.*

17 *Mater, quæ filios non lactat propris vberibus, vt peccat.*

17 *Patres, qui exponūt filios ad fores vel portas & C. ciuitatū, vel Xenodochiorum.*

17 *Patres, qui irritant vota filiorum, in quæ iam conſenſerant.*

17 *Patres qui dolo, aut timore filios inducunt aut extrahunt à religione.*

17 *Patres, qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota.*

18 *Patres, qui ſinunt filias ſuas amare, vel amari malo fine vel iam deſponſatas, tactus impudicos exercere.*

17 XV. Contra hoc præceptum peccant pater & mater qui notabiliter negligunt exhibere quæ ad filij neceſſitatem ſpiritualem, aut corporalem pertinent, ſi nulla excuſatio paupertatis, vel alterius iuſtæ cauſæ ſubſit.[d]

XVI. Peccat mater, filium proprio lacte non nutriens, vel negligens notabiliter deligere nutricem bonam, aut gerere curam circa liberalem pueri educationem, vel vſque ad triennium ei non ſubminiſtrans neceſſaria,[e] quāmuis nolle filium propriis vberibus lactare, ſine cauſa iuſta, non ſit amplius, quam veniale, & ne quidem, ſubſiſtente cauſa. veniale,

Diximus: *Vſque ad triennium* ) quoniam, deinceps pater ipſe tenetur neceſſaria filio exhibere, niſi ſit

d *c. duo iſta, & c. non. putes,* 23. *q.* 4. 1. *ad Timo.* 5. *Text. ſin. in.*

e *ſi quis reliquerit,* 30. *diſt.* e *per ea quæ diximus. in in c. ad eius,* 5. *diſt. & arg. c fin. de c cōuerſ. infid. & l. nec filium, C. de. patr. poſt.*

pauper & filio nulla ſint bona neque ars, aut officium decens, quo poſſit ſeipſum alere: nec ſi adeo ingratus & flagitioſus, vt ſecundùm iura, exhæredari mereatur.[a]

XVII. Peccat mortaliter pater, qui ob auaritiam ablegat filios ad hoſpitalia pauperum vel ad portas ciuitatũ, vel ſuper altaribus eccleſiarum, aut ad alia loca publica, vel priuata exponit:[b] vel non vult filias, etiam ſpurias, dotare, cùm poſſit.[c]

XVIII. Peccant parentes qui abſque cauſa reuocant votum peregrinationis, vel abſtinentiæ, quod filij eorum accedente, conſenſu, emiſerunt, iuxta prædicta.[d]

XIX. Peccant parentes, qui filium ab aliqua religione quam fuerat ingreſſus, cum iam attigiſſet ætatem in id ſufficientem, vi vel dolo reuocant,[e] vel ſi filio, vel filiæ, qui vel quæ votum continentiæ, aut religionis emiſerat, poſtquam ad ætatem ratione & conſilio firmatam, peruenerant, conſulunt, vel cogunt coniugium eligere.[f]

XX. Peccant parentes, qui dolis, aut minis, aliíſque id genus rationibus filiam cogunt religionem intrare.[g] Qui ſanè, eſt magnus ætatis noſtræ abuſus, cauſaque exitij religionibus, & vt in illis maledicantur perpetuò, qui profeſſas in id adegerũt. Vt nõ abs re Cõc Tri.[h] ana themati ſubiecerit, omnes qui quomodolibet, præterquã caſibus iure expreſſis, coëgerint Virginem, vel viduam, aut quamcunque demum aliam mulierem, ingredi monaſterium, ſuſcipere habitum religionis, vel emittere profeſſionem. Necnon eos, qui earum veli accipiendi, votiue emittendi voluntatem, citra iuſtam cauſam, impedierint.

XXI. Parentes qui patiuntur filias ſuas habere procos ſeu amaſios malo fine, vel eas à ſuſpectis ſodalitiis, & flagitiorum quibuſdam veluti diuerſoriis non abſtrahunt: cuiuſmodi ſunt nonnullarum portentoſæ vilitatis & nequitiæ fœminarum conſortia, quas veriſimile eſt ipſas ad peccatum illecturas.

XXII. Peccant mortaliter parentes, qui ſciunt filiam turpem vitam agere, vel vti fucis & irrritamentis, ad inducendum aliquem in peccatum mortale, nec ipſam coarguunt.[i] Non peccat tamen amplius quam venia-

a arg. l necare, & l. ſi quis à liberis, ff. de lib. agnoſ. vt rectè not. Silueſt. ver. filij, §. 21.

b l. necare, ff. de lib. agnoſ. & c. 1. & 2. de infãt expoſit. cũ gloſ. & ibi adnot.

c c. cùm haberet, de eo qui dux. in matr. ſecundum Pan. ibidem & Vualden. de ſucceſſ. ab inteſt. & Dec. in c. clerici, de indic.

d in c. 12. n. 61. & 63.

e c. puella, 20 q. 2.

f ar. c1. & ei adnot. de off. de leg.

g arg. c. 1. de his quæ vi & c. requiſiuit, de ſponſal 18

h ſeſſ. 25. c. 18 de Regula,

i arg. c. duo iſta nomina, 23. qu. 4.

liter eo ſolo, quod, ſe ornet cultius, quàm ſtatui ſuo cõueniat, abſque fine malo, ſaltem mortali, nec cõſequenter, parentes amplius quam venialiter peccarent, non reprehendendo eam, Siquidem, qui conſentit in crimen alterius, non grauius peccat communiter, quàm auctor illius.[a]

XXIII. Peccant parentes, qui conſentiunt, vt cùm filia ſua ſponſa, vtatur ſponſus tactibus impudicis, & enormibus, vt ſentit S. Thom.[b] quod eiuſdem commentator amplificat[c] Quamuis oſcula & amplexus videantur licita talibus ſponſis, etiam ob ſolam delectationem, tanquam principium nuptiarum promiſſarum quæ aliis eſſent illicita: & multo magis quando citra finem delectationis, ſed honeſti amoris ac beneuolentiæ, vel neceſſitudinis ergô id faciunt.

a *c. I. de offic. deleg.*

b 2.2.q.154.*art.* 4.

c *ibidem.*

# De peccatis coniugum contra hoc præceptum IIII.

Summæ.

19 *Coniunx vt peccat, vetando coniugi miſſam, & ieiunium*

19 *Coniunx percutiens, vel verbis infamans coniugem.*

20 *Vxor notabiliter denegans obedientiam marito.*

20 *Vxor nolens migrare cùm marito.*

20 *Coniunx preuocans cõiugem ad magnam iram, vel blaſphemiam.*

20 *Coniunx notabiliter contemnens coniugem.*

19 XXIIII. Peccat contra hoc quartum præceptum, coniunx, qui vel quæ abſque cauſa, prohibet coniugi, ne diebus feſtis audiat miſſam, aut cogit violare præceptum diuinum, vel eccleſiaſticum, obligans ſub pœna peccati mortalis, putà, ne ieiunet ieiunia præcepta, & id genus alia iuxta mentem Beati. Antonini.[d]

d 2.*part. in.* 9.*c.* 10.§.2.

XXV. Peccat, qui vel quæ coniunx immoderatè percutit, aut verberat coniugem, ſiquidem, neque ſeruum ita cædere debet.[e]

e *l.* 1.*ff.de his, qui ſũt ſui vel alien. iur. n.* § *fin. Inſtit. eod tit.*

XXVI. Qui cauſa cõuitiandi, vel infamandi notabiliter, deliberatè aliquod verbum, licèt ſuapte natura

minimè iniurium, coniugi impingit, vel é contrario, ſine animo diffamandi, iniuriámve irrogandi, aliquid dicit, quod ſuapte natura vergit ad infamiam, & inde infamia ſubſequitur; vel ſaltem ſubeſt. periculum infamiæ probabile, iuxta ſententiam S. Thom.[a] Quod etiã alibi comprobauimus.[b]

XXVII. Peccat mortaliter vxor quæ marito eſt notabiliter inobediens, in his, quæ ad regimen domus, & familiæ, bonóſque mores pertinent.[c]

20 XXVIII Peccat vxor, renuens ſequi maritũ, aliò migrantem, cùm ſub reatu culpæ mortalis teneatur comitari[d] niſi pactum preceſſerit inter eos, ne maritus aliò migraret, tunc enim non teneretur, niſi viro aliqua iuſta neceſſitas emigrandi ſuperueniret, vt morbus, vel capitalis inimicitia Non etiam teneretur ſequi maritum vagabũdum, ſi tempore, quo matrimonium contraxerunt, non ſolebat vagari, vel vxor eiuſmodi mariti morem nõ intellexerat.[e] Etenim, ſi id præſciuit à principio, tenetur eum ſequi, quandiu honeſta cauſa vagaretur: ſecus, ſi ob turpem cauſam id faceret, vel circumduceret, exponendo eam peccati, vel mortis periculo, tunc enim nullatenus ipſum ſequi teneretur. Siquidẽ, qui ita vagatur, abſque dubio peccat, proinde, nõ eſt illi conſentiendum.[f]

XXIX. Qui, vel quæ coniunx rixis, & iurgiis ad blaſphemiam prouocat coniugem, & ſciens, aut ſcire debens illum, vel illam ad blaſphemiam, vel aliam mortalem culpam prouocatum iri non ſe reprimit.[g]

XXX. Peccat mortaliter vxor, quæ contemptim detrectat, marito debitam obedientiam atque obſeruantiam preſtare, vel illi aliquid notabile imperat, eiuſve iuſtum præceptum non implet, quale eſt præceptum, vt ſuperflua & vana, moreſque incompoſitos, abdicet & exuat.[h]

Dixi (*Contemptim detrectat*) quoniam, cum preceptũ mariti, non ſit maius, quàm eccleſiæ, argum. eorum, quæ ſupra [i] diximus, illud que non obliget ſemper ſub mortali, ſi deſit contemptus, iuxta S. Tho.[k] & laṭe per nos[l] & communem opinionem, non etiam eius præceptum ſemper obligabit, ſi contemptum abſit, licèt interdum ſecus.

a 2.2. q. 75. art. 2.

b in c. inter verba, 12. q 3. conclu. 3.

c c. eſt. ordo, & c. hæc. imago 33 q. 4. Richard. vb. ſ. diſt. 37.

d c. vnaquæque, 13 q. 1.

e gloſſ. in d. c. vnaquæque, & c. ſi quis neceſſitate, 34. q. 1. i-

f arg. c. nõ ſemper, 11. q. 3. & Silueſter. verb. vxor, q. 8.

h arg. c. fin. de iureiur.

h arg. c. cum caput 33. q. 5.

i eod. c. n. 12.

k 2.2. q. 186. art. 9.

i in rubr. de pœnit.

# De peccatis dominorum, & ſuperiorum, erga ſeruos, famulos, & ſubditos, ac viceuerſa.

Summæ.

21 *Dominus vt violat quartum præceptum erga ſubditos ſuos.*

22 *Subditus vt violat quartum præceptum erga ſuperiorem.*

21 XXXI. Peccat dominus, vel herus, qui notabiliter negligit ea, quæ pertinent ad ſeruorum, famulorumve ſuorum conſcientiam, floccipendendo ſi aſſueſcant male iurare, vel præcepta Dei, aut eccleſiæ violare: aut non monet eos, confiteri & communicare, miſſamve audire diebus ad id ſtatutis, vel negligit notabiliter procurrare illis ſacramenta. Confirmationis, & Vnctionis extremæ, ſuo tempore, & alia ad vitæ. Chriſt. inſtitutum ſpectantia, procurare.[a]

Quinetiam peccat ſimiliter dominus, vel herus, qui habet ſeruum neophytum, ſeu nouè ad fidem conuerſum nec curat per ſe, aut per alium, Chriſtianam doctrinam ipſum perdoceri.

XXXII. Herus, vel dominus, qui notabiliter negligit nôſſe peccata manifeſta ſeruorum & famulorum ſuorum, vt poſſit eos corrigere, ſecundum ſanctum Antonin.[b] eum autem qui neque verbis, neque iuſta pœna emendatur, debet familia ſua pellere vel ei neceſſaria denegare, ſi veriſimiliter credit, hac ratione ad bonam mentem illum reuocatum, arg. reg. S. Aug.[c] At, ſi veriſimile eſt, eum domo pulſum, deteriorē fore, conſultius erit, eum domi retinere adhibendo remedia opportuna.[d]

XXXIII. Peccat dominus, vel herus, qui prohibuit ſeruis ſuis maximè quos ſciebat concubinis irretitos, ne vxores ducerent.[e] Dixi (*Prohibuit*) quoniam, non tenetur præbere conſenſum, facultatémque illis facere contrahendi matrimonium, tenetur tamen non prohibere, & non impedire: multum enim differunt præbere

a *arg. c. duo ſunt 22. q. 4. & 1. ad Timo. 5.*

b *2. part. tit. 5 c 9. §. 2.*

c *c. 3.*

d *ar. c. quantūlibet. 47. diſt.*

e *c. 1. & per totum tit. de coniug. eru.*

conſenſum, & non impedire, vt inferius, [a] dicemus: quàmuis neutro caſu, libertatem aſſequãtur, iuxta mentem. gloſſ. Pano. & commun.[b]

22 XXXIIII. Peccat ſubditus, qui notabilter contemnit ſuperiores, vel illis honorem notabilem & debitum denegat, etiamſi ſiut diſcoli & mali.[c]

XXXV. Peccat ſubditus, qui leges & pręcepta iuſta ſuperiorum violat: quòd putet, in hac vita neminem in alium poteſtatem habere: nec ſolùm peccat mortaliter,[d] ſed etiam eſt hæreticus.[e]

XXXVI. Peccat ſubditus, qui iuſta ſuperiorum præcepta, aut leges omittit obſeruare, eò quòd non vult ſe illis ſubmittere: quàmuis credat eos eſſe verè ſuos ſuperiores: quòd eſt propriè peccatum inobedientiæ, iuxta S. Tho.[f]

Cæterùm, ſi aliis de cauſis id omittit, interdum peccat mortaliter, interdum venialiter, quandòque neutro modo iuxta cauſarum varietatem, qua de re latiùs infra,[g] tractabimus.

*a c.22. de matrimonium 34.*
*b in ca. 1. de con. iug. ſern.*
*c 1. Petr. c. 2. & ad Rom. 13. c. ſolitæ, de maiorit. c. omnis de cẽſib.*
*d c. adhæc, 79. diſt.*
*e extrauag. vnã ſanctam. de maior. & obed. & gloſſ. ſing. recepta in c. generali, de elect. lib. 6. verb. inhibemus.*
*f 2. 2. q. 105. art. 1.*
*g inc. 23. n. 36.*

## Qui peccant contra quartum præceptum, vt extenditur ad honorandum proximum.

Summæ.

23 *Proximum non honorans, quis violat hoc quartum præceptum.*

23 *Proximus qui non diligit ſe aut, proximum charitate, &c.*

23 *Proximum, qui alium excipit à ſuis orationibus generalibus.*

23 *Proximus, qui non diligit proximum, cum tenetur.*

23 *Amat qui plus ſe, aut corpus, quàm animam ſuam.*

24 *Amat qui ſeipſum vel proximum cum offenſa mortali Dei.*

24 *Proximus, qui deſiderat, vt alius mortaliter peccet, vel condemnetur.*

24 *Excommunicationem qui procurat, vt proximus condemnetur.*

25 *Accuſare qui aut denunciare recuſat, quando debet, &c.*
25 *Odium, & rancor duplex.*
25 *Odium aut rancorem malum quis dicitur habere.*
25 *Inimico an quis debeat amoris ſigna exhibere.*
25 *Iniuriam non omnis ea affectus, remittere poteſt.*
25 *Iniuriæ veniam vter offenſorum petere debeat.*
26 *Periculo peccandi ſe exponens, vel agens contra conſcientiam.*
27 *Peccatum mortale alterius, qui non impedit, cum poßit, &c.*
27 *Peccati alterius qui eſt cauſa, niſi, &c.*
28 *Peccat qui mortaliter, vel ſpeciem eius rei præſtat, vt alius ita peccet.*
29 *Peccat qui venialiter, vt alium ſic peccare faciat, ſolum venialiter peccat.*
30 *Proximus, qui facit aliquid, ob quod credit alium mortaliter peccaturum*
30 *Proximus familiaris alicuius cum ſcandalo alterius.*
31 *Proximus, qui rancorem, aut odium non deponit, ne ſibi detrahatur.*
31 *Proximus, qui ſcandalum præbet edendo carnes, vel non ieiunans.*
32 *Occaſio quæ neceſſariò vitanda pænitenti, vt abſolui poſſit.*
33 *Finis principalis operis boni, licèt non poßit eſſe bonum minus illo: poteſt tamen eſſe minus principalis, modo non ſit malum culpæ.*
34 *Occaſionem dare ad veniale, tantum eſt.*
35 *Occaſio peccandi per actus de ſe bonos quæ vitanda.*
36 *Synagogas, Mezchitas & Idola, qui facit, aut reſtaurat,*
36 *Miſſæ præcepta tempore canens, ſaltans, &c.*
36 *Membra pudenda nuda oſtendens, vel videns, & c.*
37 *Ornans ſe ornatu ad peccandum prouocante.*
37 *Scura, vel alius peccans cauſa nimis ridendi, & c.*
37 *Peccatum veniale peius omni malo pæna, & diſponit ad mortale,*
38 *Peccat cauſam qui dat, arma, vel alia commodando.*
38 *Peccat ſuadens alij peccatum, licèt nolit, vt faciat illud. & 42.*
39 *Peccat petens, quod peccatum eſt, &c, n. 40.*
39 *Iuret vt per falſum Deum ethnicus, velle malum, ſed non vt iuret, licet ſciat iuraturum per falſum Deum.*

40 *Vſurario carenti pecunia, commendans ſuam vt peccet.*
40 *Peccatum per minus arcere à maiori, vt bonum.*
41 *Peccat quando petens bonum ab eo, qui dando peccabit.*
41 *Sacerdotis mali ad peccandum inductio, quæ peccatum.*
42 *Tyrannum rogare pro iuſtitia, aut gratia, non eſt peccatum.*
42 *Peccata an ſint vrbanè dicta in peccata mouentia.*
42 *Tactus mammillarum, & quidam alij, qualis occaſio peccandi.*
43 *Scholarum gradus, & præmia Mineruália, cur licita.*
43 *Scientiæ licet ob eas dentur gradus, & cathedræ licitæ.*
43 *Ars mechanica, licèt ſit occaſionem malorum, vt bona.*
43 *Scientiæ malus vſus, non effecit eam malam.*
43 *Legem non arguit malam malus eius vſus.*
44 *Publici conuentus in bonum finem iuſti, & boni.*
44 *Scandalum ob quod non omittenda præcepta, vel conſilia*
44 *Bona quæ non omittenda ob ſcandalum.*
45 *Bonum ſpeciem mali habens omittendum, aut excuſandum.*

23 XXXVII. Peccat qui cum tenetur, nec amat ſe, nec proximos charitate, ſiue amore charitatiuo, id eſt, propter Deum, & quia ſunt capaces æternæ beatitudinis, exoptando eam ſibi & ipſis,[a] vel amore naturali, tempore, quod id facere tenetur, ſub pœna mortalis peccati. Quod autem tempus ſit illud, ſupra[b] inſinuauimus.

XXXVIII. Qui aliquos à participatione, & communione generalium orationum, quibus pro aliis orare ſolet, excludit: quod genus ſunt illæ petitiones orationes Dominicæ: *Panem noſtrum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, & c.* iuxta mentem S. Thom.[c]

XXXIX. Qui habuit animum non diligendi, vel non ſubueniendi cuipiam proximo: quòd ſit peccator, cúmve offenderit, vel ob aliam cauſam, caſu quo id foret ei ad ſalutem neceſſarium, ſecundum vtrumque Thom.[d]

XL. Peccat, qui amat aliquam creaturam firmius

a *vt in addit. repet c. quando, de conſec. diſt. 1. diximus, & ſupra eod. c. 7. & 9.*
b *eod. c. n. 8.*
c *2. 2. q. 25. art. 4. 6. 8, & 9.*
d *in d. art. 8. & 9.*

quàm animam ſuam, vel corpus ſuum firmius, quam animam proximi, vel honorẽ, aut fortunas ſuas, quam corpus proprium, aut proximi: adeo vt omittat, vel ſtatuat non opitulari extremæ neceſſitati illius, cui tunc plus debet, vt non deſit ei cui minus debet iuxta S. Bonauent. & Richar, [a] Etenim non ſatis eſt diligere, quod oportet, niſi etiam debitus diligendi ordo ſeruetur: putà, primò firmiùs Deum, quàm alia omnia. Secundo nos ipſos quoad animas noſtras Tertio, animam proximi. Quarto, proprium corpus, iuxta Auguſt. [b] & S Thom receptum [c] Dixi (*Firmius*) non autem (*intenſius*) aut (*feruentius*) quoniam non tenemur ad id, vt alibi, [d] declarauimus, probantes, ſatis eſſe, quod firmius diligamus, hoc eſt, vt pluris faciamus & æſtimemus quod magis amare debemus: & eius amorem, quam quod minus debemus, & eius amorem.

a *in 3. diſt. 29.*
b *lib. 1. de doctr. Chriſt.*
c *2. 2. q. 26. per totam.*
d *in d. addit. & ſup. c. 1. n. 4.*

24 XLI. Qui adeo amat ſeipſum, filium, amicum delitias, diuitias, honores, aut dominum ſuum temporalem, vt ſit præſto eorum gratia animo, vel opere Deũ mortaliter offendere, ſecundum Scotum & Franciſcum Mayronem. [e]

XLII. Peccat, qui deſiderat, vt quiſpiam mortaliter delinquat, vel damnationem æternam incurrat, ſeu (quod grauius eſt) Deum orauit, vt aliquid horum proximo eueniat, vel ex animo imprecatus fuit, vt hic vel ille perennibus gehennæ mancipetur ſuppliciis, atque inferni flammis crucietur: vel ſententiam excommunicationis in proximum facit pronunciari, animo, vt, qui rem ipſi ablatam non reſtituat, animæ ſuæ iacturam faciat, vel alia huiuſmodi, ipſi eueniant, vt diximus. [f]

e *li. 1. ſent. diſt. 1*
f *in d. additione.*

XLIII. Qui non reprehendit proximum aut non denunciat, cum debet, vel reprehendit, aut denunciat, aliter quàm debet, &c. vt inferius, [g] dicetur.

25 XLIIII. Peccat, qui quod ſit iniuria laceſſitus vel alia de cauſa, aliquem odio & rancore proſequitur. [h] Etenim quilibet offenſus, tenetur pellere animo odium & rancorem malum: imò non concipere illum aduerſus ſuum offenſorem, quantalibet fuerit iniuria, iuxta ſententiam diui Gregorij. [i]

Dixi (*Odium & rancorem malum*) qui eſt vna filiarum

g *c. 24. à n. 17. & ſeq.*
h *ca. ſi quis contriſtatus, 90. diſt. c. fin. de pœnit. diſt. 5.*
i *in d. c. fin.*

acediæ: non enim tenetur deponere rancorem bonũ: qui naſcitur ex ira, qua quis appetit, vt per iudicem caſtigetur delictum: imò interdum tenetur illum concipere, conſeruare, & oſtendere, [a] cum videlicet ad ſalutem ſpiritualem offenſoris, Dei obſequium aut reipu. vtilitatem conducit, vt diximus. [b] Non tenetur etiam eum alloqui, eiue ſigna amoris exhibere, niſi tempore neceſſitatis: iuxta S. Tho. receptum, [c] maximè cum offenſor ſatisfacere renuit, aut non vult ſufficienter id facere, imò nec tunc quidẽ tenetur ſub reatu peccati illum in ſuam conſuetudinem & amicitiam peculiarem admittere: quàmuis aliquod ſignum ſpeciale amicitiæ teneatur oſtendere, vt tactum eſt ſup. [d] Quocirca, confeſſarij aduertere debent, quando & quomodo ob hoc offenſis abſolutionem negent, vel impartiantur, vt docuit Caietan. [e] Multo minùs autem tenetur condonare ſatisfactionem iniuriæ, quæ iuridicè peti poteſt, iuxta gloſſ. ſing. [f] Imò nonnulli, etiamſi velint, non poſſunt id facere: quales ſunt vxor, filius familias nondum emancipatus, ſeruus & religioſus, iuxta glo. receptam. [g] Actio enim, contra iniuriantem ad ſuperiores pertinet: putà ad maritum, patrem, dominum, & prælatum, ſecundùm gloſſam præallegatam Quando verò duo ſe mutuò offendunt, amborumque offenſio eſt æquê grauis, qui prius offendit, prius debet reconciliationem petere: At verò, ſi poſterior iniuria, ſit maior, poſterior debet prius eam petere. deciſore Silueſt. [h]

26 XLV. Qui periculo peccandi mortaliter ſe exponit: vt qui dubitans de aliquo an ſit mortale necne, facit illud: aut omittit confiteri, [i] & fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit cõtra conſcientiam, dum quippiam facit, facere ve omittit, quod illa in particulari dictat eſſe peccatum mortale: Tenetur enim eam deponere, aut quod conſcientia dictat, facere. [k]

Dixi (*In particulari*) quoniam, dum conſcientia generaliter dubitat, aut dictat contrarium eius, quod in particulari rectum iudicat, non eſt mortale. [l]

27 XLVI. Peccat. mortaliter, qui valens impedire, ne alius mortale crimen perpetret, non impedit. [m] Hãc concluſionem, quam innuunt complures textus, in alia huius operis editione, limitauimus, ſolum procedere

*a c. ſi is qui c. eſt iniuſta miſericordia ca. diſplicet, 24. q. Silueſt. verb. charitas q. 4*
*b in d. addit.*
*c 2. 2 q. 2. ar. 9.*
*d eod. n. 9.*
*e in d. qu. 25. art. 9.*
*f in d. ca ſi quis contriſtatus.*
*g in c. parochianos de ſent. excõ.*
*h in roſa aur. caſu, 56.*
*i arg. cap. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7. vt ibi n. 57. & 81. diximus & S. Bona. in 4. diſt. 7. & Caiet in ſumma verb. periculo. peccandi ſe exponere, tenent.*
*k c. per tuas, 2. de ſi non vt in d. c. ſi quis autem, n. 120 diximus.*
*l vt in d. c. ſi quis autem diximus.*
*m c. qui alios, de hæret c. error 83. diſt. c. negligere, 2. qu. 7. & alia in gloſſ. eorum citata*

ſin eo,qui ſine verecundia, incommodo,& dedecore id poterat impedire,ſecundum Feli[a] vt[b] latius diximus.[c] Neque obſtat non peccare mortaliter, qui ab vſurario mutuò pecunias expoſcit, quem credit ſine vſura & peccato,mutuò non daturum Nec etiam qui petit à parocho ſuo, vt baptizet ſibi filium, credens eum contaminatum peccato mortali, & quod abſque contritione illius peccati, baptizabit,videtúrque horum vterque poſſe ab huiuſmodi petitione abſtinere, citra incommodum,verecundiam, & dedecus,ſaltem caſu, quo qui petit ad vſuram, graui non premeretur neceſſitate: & inuenirentur ſacerdotes,qui de licentia proprij parochi (quæ facilè ſolet concedi) baptiſma miniſtrare vellent: certúmque eſt,quod illa peccata mortalia quæ creduntur conſequutura præfatas petitiones, illis omiſſis, impedirentur. Quibus accedit, quod non peccat mortaliter ob hoc ſolum, mulier, quæ gloriæ vanæ, & venialis deſiderio tacta, abſque alio fine mortali, ſe fucat & ornat, licét credat aliquos qui ipſam ſic fucatam,& ornatam conſpecturi ſunt, in eius concupiſcentiam mortalem exarſuros, vt infra,[d] dicetur. Certum autem eſt eam abſque incommodo,verecundia,& dedecore ſuo,poſſe ab huiuſmodi ornatu temperare. Vt interim taceam quod etiam inferius,[e] opponitur, eum qui omittit clericum defendere, ne ab alio percutiatur, cum poſſit ſine ſuo detrimento auxiliari,non incurrere excommunicationem iure latam,[f] ſaltem in foro conſcientiæ, ſi abſque dolo malo,& conſenſu, omiſerit defendere. Inſuper, etiam inferius[g] definiuimus, neminem teneri alteri ſpiritualem eleemoſynam elargiri, ſub reatu mortalis culpæ: niſi ei, qui eius extremam patitur indigentiam: manifeſtum eſt autem, eum, qui voluntariè crimen lethale committit, ſciens & aduertens illud eſſe tale, poténſque ab illo abſtinere,non eſſe in extrema neceſſitate ſpirituali, vt ei ab alio ad id auxilium præſtetur. Sed horum (quæ ardua ſunt) dubiorum, exactam ſolutionem tempeſtiuiùs infra[h] ſubijciemus.

28 XLVII. Peccat, qui conſilio ſuo,fauore,vel ope, alij,eſt cauſa peccandi mortaliter.[i] Nolumus tamen dicere, quod quicunque ab alio quippiam petit, credens petitionem illam futuram eſſe alteri occaſionem

a *ind.c.qui alios.*
b *in repet. cap. ſi peccauerit, 2. q. 1. & in repet. c. inter verba.*
c *24.num.20.*
d *c.23.n.20.*
e *c. 27.n 78.*
f *in c.quantæ.de ſent excom.*
g *c.24.*
h *c. 21. n. 15. & c. 24 n. 6.*
i *c. [illegible], de pœnit. diſt 1.*

peccandi mortaliter, ſit cauſa illius peccati, non enim eſt quum iuſtâ causâ id petit, licèt ſecus, quum ſine illa id facit. Nam qui neceſſitate preſſus, mutuum, poſcit ab vſurario, ſciens illum ſine vſura nullatenus mutuò daturum, non peccat: tametſi dans peccet. Peccaret autem, qui abſque neceſſitate peteret, vt etiam alibi, [a] iuxta Ioan. Maioris definitionem, qua definit, eum, qui parochum ſcelere aliquo mortali irretitum obſecrat, vt filium ſuum baptizet, non propterea peccare, etiamſi ſciat illum non præuia penitentia peccati, baptiſmatis ſacramentum puero adminiſtraturum: & per conſequens, ea de cauſa reatum mortalis culpæ incurſurum.[c] Quod equidem procedit, quādo quod petitur, ex ſe nō eſt peccatum: vt dicta baptiſmatis, & mutui petitio. Nam ſi tale foret, nunquam liceret, vt ſi peteret dari ſibi baptiſma abſque contritione, vel mutuum ſub vſura, vt argutè prodidit Caiet.[d]

XLVIII. Peccat qui facit, aut dicit quippiam, quod de ſe non eſt mortale, animo tamen alterum ad illud inducendi: vel abſque tali animo, facit aliquid, quod præſefert ſpeciem peccati mortalis, factumque tali loco, & coram talibus, eſt ſufficiens impulſus ad peccandum mortaliter, arbitrio boni viri, & prudentis, ſecundùm ſanctum Thomam, [e] & S. Anton. [f] quod etiam poſt ipſum ſupra [g] tradidimus.

Dixi (*Quod de ſe non eſt mortale*) quoniam ſi tale de ſe foret, eſſent duo peccata effectu, vel vnum cum circumſtantia ſcandali neceſſariò confitenda, per prædicta.

29 Dixi (*factum in tali loco, & coram talibus*) quoniam, quod ex ſe non eſt peccatum mortale, licèt habeat ſpeciem eius factum coram alio, animo non inducendi ad peccatum, non eſt mortale: imò de ſe mortale, commiſſum coram aliis abſque tali intenſione, & citra periculum probabile impellendi alios in peccatum, non trahit ſecum circumſtantiam neceſſario confitendam, vt alibi, [h] nouo quodam illato lumine diſtinctionis, duas oppoſitas opiniones conciliauimus. Neque verò veniale peccatum fit ampliùs quàm veniale, quòd fiat animo alliciendi alterum ad peccandum venialiter, ſecundùm omnes.

a in c.1. §. ſacerdos. n.6. de pen. diſt.6.
b in 4. ſent. diſt. 15. q.1.
c c. preter, adiūcta gloſſ. verb. agentibus, & verb. communio, 32. diſt.
d 2.2.q.78. art. 4. & part.3.q. 64.art.6.
e 2.2.q.43. art. 2. & 4.
f 2. part. tit.7.c. 4. ante §.
g ca.6. & c.1. §. animaduertere, n.6. de pœnit. diſt.5.
h in d. §. animaduertere, nu. 8. & c. cōſideret in princ. n.115.

upna

30 XLIX. Qui adeo parui æſtimat ſalutem ſpiritualem proximi, vt abſque neceſſitate, vel vtilitate, atque adeo ex mera libertate ſuæ voluntatis. aliquid agit, quod credit proximum ad mortaliter peccandum illecturum. Exemplum conſtituatur in fœmina, quæ ſine cauſa exhibet ſe conſpiciendam ei quam credit ſimulàtque eam proſpexerit, prauum & impudicum deſiderium peccandi mortaliter, concepturum, etiamſi non intendat ad eiuſmodi deſiderium allicere, vt [a] poſt B. Anton.[b] defendimus.

Dixi (*Abſque neceßitate. vel vtilitate, atque adeo ex mera voluntate*) quoniam, ſi alioquin non poteſt honeſta ratione eiuſmodi loca non adire, aut tunc temporis non eſſe, vbi ab alio ſolet videri: quia, verbi gratiâ, neceſſarió eundum eſt illi ad eccleſiam, vel aliò, aut de more, ſedere oportet præ foribus cum vicinis & affinibus, ne inurbanitatis vel arrogantiæ poſſit argui, nullatenus peccat, ſecundum eundem. Cæterum, occurrit iſthîc ſcrupulus, circa mulierem, quæ ob appetitum inanis gloriæ (quo ſolùm venialiter delinquit) fuco & pigmentis faciem ſuam depingit, an peccet mortaliter? ad quod tempeſtiuius infra [c] reſpondebimus.

31 L. Qui abſque cauſa neceſſaria, vel vtili, alicuius mulieris ſuſpectæ conſuetudine familiari vtitur, & aduertens ſe ſcandalum præbere aliis ſiniſtre de illa ſuſpicantibus: ab ea nihilominus non diſcedit: quod nihili faciat ſcandalum aliorum. Eodem inſuper modo peccat, qui frequenter moniales, debitam clauſuram non ſeruantes, inuiſit: vnde populus occaſionem accipit detrahendi & murmurandi: etiamſi alioquin caſtè viuant, & recta intenſione loca illa frequentet. Ille denique, qui domi ſuæ retinet mulierem, de qua populus ſiniſtri quippiam ſuſpicatur, ſiue ſit ei ſanguine, vel affinitate iuncta, ſiue extranea, quandiu eam à ſe non abdicat & miſſam facit, Authore Ioan. Maior.[d] Quod ipſum, producendum eſt ad eum, qui cohabitat fœminæ, cum qua eum rem habere populus ſuſpicatur, etiamſi, neque opere, neque cogitatione cum ea peccet, vt etiam alibi, [e] fuſius declaraui-mus.

a *in d. §. animaduertere num. 6.*

b *2. part. tit. 7. c. 4. c. nihil, de præſcrip. & c. 2. de oper. no. nunciat.*

c *c. 16. n. 23.*

d *in 4. ſent. diſt. 15. q 30.*

e *in c. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 5.*

[a] c. 3. n. 9.

32 Altera duarum quæſtionum ſupra [a] propoſitarum, quam huc terminandam remiſimus eſt, An qui occaſionem peccandi alteri præbet, ſine propoſito nunquam amplius eam præbendi, abſolui poſſit? Ad quam reſpõdeo, quod occaſio faciens alterum peccare, à qua pœnitens abſtinere. & nunquam ampliùs eam daturum ſtatuere debet, quò abſolui poſſit, definiri poteſt eſſe omnis & ſola, quæ eſt ſcandalum actiuum mortiferum, vt nimirum, qui eam dat, mortaliter dando, peccet. Et ſi roges, quænam ſit illa, quam qui dat mortaliter peccata. Reſpõdeo, quod omnis, & ſola illa, quæ datur per peccatum mortale, aut intenſione principali, vel minus principali inducendi ad illud, aut ad id iuuando, vel cõtemnendo ſalutem ſpiritualem proximi, aut in id, ſaltem interpretatiue, conſentiendo.

[b] 2.2. q. 43. art. 4

[c] c. 6. n. 19.

Dixi (*Per peccatum mortale*) vt omnis occaſio, quæ per opera mortaliter mala datur, includatur. De qua quidem occaſione, agit ſanctus Thomas, [b] quoniam, licet omne peccatum mortale, quo ſcandalizamus non habeat circunſtantiam neceſſariò confitendam, vt ſupra [c] dictum eſt: cum tamen nunquam liceat peccare mortaliter, patet non eſſe abſoluendum, qui non proponit, ſe nunquam daturum occaſionem peccandi per peccatum mortale: qui enim aſtringitur ad quippiam, aſtringitur ſimiliter ad conſequens neceſſarium. [d]

[d] *arg. l. illud, de acq. hæred. & c. preterea, de off. deleg.*

[e] 2.2. q. 43. art. 2. ad 4.

[f] *in c. inter. verba*, 11. q. 3. & c. *quãdo, de cõſecr diſt.* 1. & *in additi. eius, & in comment capit. cum miniſter.* 13. q. 5. n. 39.

33 Dixi (*Aut intenſione principali, vel minùs principali inducendi ad peccatum mortale*) ad includendum omnes occaſiones, quæ cum hac intenſione dantur, ſiue opera ex ſe bona ſint, ſiue mala, ſiue ad malum, ſiue ad bonum inuitent. Quia ſimul ac huiuſmodi intenſione dantur, tales ſunt, iuxta ſanctum Thomam [e] Nec huic obſtat, quod alibi dixi, [f] opus nimirum, non deſinere eſſe bonum, ſi principaliter propter Deum fiat, aut quia eſt bonum, tametſi minus principaliter, ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod ſi principaliter fieret malum foret. Non, inquam, obſtat: ſiquidem, intelligendum eſt, quando quod minus principaliter intenditur, non eſt malum culpæ, ſeu peccatum: at res quę bene appeti poteſt quamuis non poſſit eſſe finis principalis virtutis, quæ præſtantior ea eſt. Id autem, quod

in hac definitione dixi intelligendum eſt de malo culpæ, ſeu peccato, quo nullatenus deſiderare, aut velle, nobiſve finem principalem, aut minus principalem proponere poſſumus Cuius enim finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt.[a] id autem[b] diſtat inter finem malum, quia eſt malum culpæ, & finem malum, quia ineptus eſt quod ſit medio minus bonus, quod hic, poteſt eſſe finis minus principalis boni operis, ille vero non.

a *d c. cum miniſter, 3. q. 5.*

b *& t in d. ca. cum miniſter, nu. 36. diximus.*

Dixi (*aut ad id iuuando*) ad includendum eas, quibus quis opitulatur ad peccandum, opem enim ferens, peccat,[c] qualis eſt, quam præbet, aliquam ſynagogam Iudæorum ædificans, aut reſtaurans, quamuis ſine aliqua intenſione mouendi ad peccandum id faciat.

c *ca. ſicut dignũ, § illi autem, & § hiquoque, de homicid.*

Dixi (*Aut contemnendo ſalutem ſpiritualem proximi*) ad includendum eas, quæ dantur ob proximi ſalutis contemptum: cuiuſcemodi eſt, quam dat qui ideo trãſit per fores domus alterius, quem ob illum tranſitum mortaliter ira vel amore inordinato peccaturum credit (dum nihil pendit aut parui facit quòd alter ad id moueatur) contemptus enim huiuſmodi efficit, vt mortale ſit, quod ſecus non eſſet, iuxta ſanctum Thomam,[d] & ante illum, gloſſ. putatam ſingularem à noſtris.[e]

d *2. 2 q. 186. art 9.*

e *in ca. quis autem, 10. diſt.*

Dixi (*Aut conſentiendo*) conſentiens enim peccat, non ſecus quàm principalis.[f]

f *ad Roman. 1. c. notum 2 q, 1 c. 1. de off. deleg.*

Dixi (*Aut ſaltem interpretatiuè*) ad includendum eas, quæ dantur ab eo, qui aliquid facit, quod ſuâ naturâ & ex circunſtantiis, in id adhibitis, adeo ad peccatũ mortale incitat: vt maiorem partem eorum, qui ſunt eiuſdem qualitatis, cuius hi, quibus datur eiuſmodi occaſio, in peccatum mortale prçcipitare ſoleat: aut faciat quippiam, quod quâmuis ex ſua natura & circumſtantiis tale non ſit: credit tamen & aduertit, ob illud certam perſonam ex ſua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturam. & antequam huic rei prouideat, id facit: aut credit, & aduertit ex malitia peccaturam, ſine tamen vlla cauſa, & vtilitate ſua, vel aliena illud facit aut pretermitit aliquid facere contra legem iuſtitiæ, vel charitatis præceptum, ob quod alius mortaliter

peccat. Neque verò, fruſtra addidi (*Certam perſonam*) non enim ſufficit credere aliquam generaliter peccaturam, vt qui animi gratiâ ludum inſtituit, non peccat, quòd aliquem in eo peccaturum credat: vt nec qui credit, aliquem flagitioſum eſſe in aliquo oppido, aut magno conuentu, peccat.[a] Quamuis ea de re nulla ſubſit præſumptio particularis: licet peccaret, ſi crederet hunc vel illum illius oppidi, vel conuentus, eſſe flagitioſum.

34. Dixi (*Faciendi mortaliter peccare*) non enim ſufficit, quæ venialiter peccare facit eum, vt abſoluatur. non ſit opus animo, de cætero nunquam in veniale, quod confeſſus eſt, relabendi, iuxta. S. Thom.[b] vt ſupra[c] dictum fuit & occaſionem venialiter peccandi, per opus non mortale, dare, ad ſummum eſt peccatum veniale, iuxta eundem S. Tho.[d]

Eiuſmodi verò occaſionem præbet, quiſquis coram alio mortaliter peccat, licèt eam tali modo non dederit, vt circunſtantiæ neceſſario confitendæ cauſa eſſet, quod quando contingat, ſupra[e] dictum fuit.

35 Inſuper talis quoque occaſio eſt, quam dat quælibet perſona, quæ intenſione principali inducendi ad amorem inhoneſtum & mortiferum, eleemoſynam erogat, alloquitur, inuiſit, docet, conſulit: & fortiori ratione ea quæ datur viſu, nutu, blando & amatorio affatu, blanditiis, tactibus, muneribus, aut obſequiis in hunc finem directis. Nec obſtat, quod fortaſſis ex ea finis mortifer, qui prætendebatur. non ſequitur: cùm omnis voluntas, vt quis mortaliter peccet, mortifera ſit, vt ſupra[f] poſt. S. Thom.[g] S. Anton.[h] Magiſtrum,[i] & Ioan. Maior.[k] dictum eſt. Itaque, qui aliquam harum occaſionum dedit, niſi ſtatuat eam nunquam amplius ſe præbiturum, abſolui non debet

36 Eiuſcemodi quoque eſt quam dat qui etiam ſine praua intenſione, facit aut reficit Idola apud Indos: Synogogas apud Iudęos: Mezchitas apud Mahumetanos: Pagana templa apud Paganos: Hæretica apud Hæreticos: aut aliud quippiam facit, cuius principalis vſus eſt peccatum mortale: cum occaſionem ad illud det cum auxilio.

Talis prętereà eſt, quum nonnulli diebus feſtis, miſſa

[a] vt colligitur. ex. tex. ſing. c. Oſint, de elect.
[b] 3. part. q. 87. art. 1.
[c] c. 1.
[d] 22. q. 45. art. 4.
[e] c. 6. n. 9. & ſeq.
[f] c. 11. n. 12. & n. 15. & 16.
[g] 1. 2. q. 74.
[h] 1. part. tit. 5. c. 2. §. 5.
[i] in 2. diſt. 24.
[k] d. diſt. 24. q. 18.

ab ipſis audita, qui eam non audierunt, præbent, canendo, pulſando, choreas ducendo, ſaltando, ludendo, aliùdve ſimile faciendo, quo præſentes, (dum audire miſſam ex præcepto tenentur) detinent, eo ſolo, quod eorum ſalutem ſpiritualem parui pendũt. Quapropter, gubernatores qui ad clauum Reip. conſtituti ſunt, hæc fieri publicè, tempore diuinorum officiorum, ſaltem præceptorum, ſanctè prohibent.

37 Similis quoque eſt, quam dat, credens quempiam ſibi obuiam factum, in concupiſcentiam, aut iram mortiferam, ex ſua infirmitate, vel ignorantia, prolapſurum, & hoc aduertens, obuiam ei procedit, eius infimitati, aut ignorantiæ non conſulendo, tametſi citra intenſionem, vt peccet, id faciat: idque ratione conſenſus interpretatiui.

At qui eiuſmodi occaſionem non dat, qui ſine intentione & comtemptu mortifero, ita ſe ornat, vt credat quidem, ſe ab aliqua perſona totius populi, circi, vel eccleſiæ, odio habitum iri, vel quempiam concupiſcentia mortifera exarſurum, ſi ad certum quempiam locum ſeſe contulerit: neſciens tamen à quo, aut id non aduertit: nec etiam ſi ſciat, ſed intelligat, quòd ex malitia, praua conſuetudine, & habitu ſibi inſito, peccabit, quales ſunt, qui non ſolùm tales occaſiones fugiunt, ſed etiam aucupantur, & ſe de eo iactant, Et quidem per hanc & præcedentem deciſionem, quæ Caietan. [a] Silueſt. [b] & alij affirmant, conciliari poſſunt, a 2.2. q. 186. art. 9. verſ. ad. 4. b verb. ornatus. q. 4.

Similiter, talis occaſio non eſt, quam dant vaniloquus ſcurra & alij, qui præbent occaſionem nimiam ridendi, comedendi, bibendi, aut loquendi: modo exceſſus ille non perueniat ad copulam mortalem. Cum ſolùm venialiter peccare faciant, quamquam illis conſulendum foret, vt ab eo abſtineant Tum, quia ſi ob nullam omnino rem, peccatum veniale committẽdum eſt, [c] longè minùs, tot ſunt cõmittenda. Tum, quia etiam vnum tãtum peccatum veniale diſponit ad mortale, iuxta S. Th. [d] Quod ipſum, etiam producendũ eſt ad eum qui dicit aliquid, aut facit vt ad amorem vanũ, aut veniale tantùm malum proliciat, qualis eſt, qua quis videt, alloquitur, vel obſequio aliquam fœminam pro- c vt ſentit gloſ. c. ſi aliquid. 22. q. 4. & probat c. 1. cum ſeq. 22. q. 2. d 1. 2. q. 38. art. 3,

ſequitur: non quidem, quo pelliceat eam ad copulam carnalem, tactus inhoneſtos, aut delectationem moroſam: ſed quò delectetur eius adſpectu, alloquio, pulchritudine, ac ornatu, eumque beneuole intueatur, oblectationem de corporis pulchtitudine, aptaque membrorum cōpoſitione (quod inter ſe omnes partes quodam cum lepôre conſentiant) duntaxat ſignificando. Quanquam, magna circumſpectione opus ſit; ne id mortali culpa inficiatur.

38 Interdum tamen abſolui poteſt, qui occaſionem interficiendi præbuit ob commodatam baliſtam, abſque malo fine, licét nunquam ſe amplius ſic cōmodaturum non ſtatuat, interdum verò non. Quia commodare, ſuâ naturâ, talem occaſionem non producit: licét eam circūſtantiæ producere poſſent. Proinde, ſi quis alicui, qui cum alio rixatus eſt irato animo baliſtam petenti, eam commodari: talem prębet occaſionem: quia interuenit auxilium, aut contemptus ſalutis ſpiritualis, vel cōſenſus, ſaltem interpretatiuus, quod ſufficit vt aliquid ſit eiuſmodi occaſio. Quod ipſum quoque producendum eſt ad eum qui commodat, aut vendit lanceam, ſclopetum, enſem, aliáve arma, pigmenta, chartas luſorias, talos orbiculos, aut ſi quę ſunt eius furfuris alia quę bene & malè alteri tradi poſſunt.

Quinetiam, talis eſt occaſio illa indies obuia, quam dat qui imperat, conſulit, aut rogat alium, vt falsò iuret, iniurias inferat, percutiat, fornicetur, aliud ve opus manifeſtè malum faciat, quo experiatur virtutem eius tantùm, licét non intendat, eum ad id inducere: imò deſideret, ne id faciat. quia eſt peccatum mortale: cum ſit actus ſuapte naturâ ad culpam mortiferam inducens, ſiue circunſtantia iuſtificante.

39 At vero, talem occaſionem non præbet, qui à parato ex ſua malitia, ad peccandum, petit rem de ſe bonam: quæ tamen eſt materia exercendi peccatum ab ipſo cōceptum: quamuis, talis ſit, quam dat petens aliquid, quod eſt peccatum, ab eo, qui in id paratus eſt. Ex quo, colligitur ratio, Cur qui mutuatur ab vſurario, dare ad vſuram parato, ob neceſſitatem, non peccat: qui vero petit ab eodem ad vſuram peccat. Siquidem, qui prius petit ab eo rem malam non exigit, quàmuis materiam

peccandi offerat: qui autem petit poſterius, ſecus, vt re-
ctè probauit Caiet.[a] cui adſtipulatur Dominicus So- *a vbi ſup.*
tus,[b] & ſuffragatur axioma quoddam diui Auguſt.[c] quo *b li. 6 qu. 1. art.*
probatur, non eſſe peccatum, petere ab infideli, vt ſe *5. de iuſt. &*
promiſſis ſatisfacturum iuret, licèt illum per ſuum mõ- *iur.*
ſtroſum Deum iuraturum ſciat. Quanquam petere, vt *c in c. Mouet,*
per illum ſuum falſum Deum iuret, peccatum foret. *2. 2. q. 1.*
Suffragatur etiam ratio ſuperius tacta: puta non eſſe
peccatum occaſionem peccandi ſine mala intenſione
cum neceſſitate aut vtilitate præbere ei, quia ſuâ mali-
tiâ peccat: quanquam ſecus, petere vt peccet, aut rem,
quæ peccatũ eſt, faciat. Et quod ſicut memoratum axio- *d in d. c. Mouet.*
ma.[d] probat ac S. Tho. dixit[e] alieno peccato ſine con- *e 2. 2. q. 78. art.*
ſenſu in illud, vel licitum eſt, non ſecus quam ipſemet *4.*
Deus ſuâ inexhauſtâ bonitate, noſtris peccatis in bo-
nos fines non rarò vtitur.

40 Deinde, non eſt talis occaſio illa vſu frequentiſ-
ſima, quam quis dat deponendo ſuos numos apud
nummularios vſurarios, aut contractus vſurarios e-
xercentes, qui proprios numos habent illis exercen-
dis: vt dixit S. Thom.[f] Licèt eiuſmodi ſit, quam *f in d. art. 4*
dat deponens apud talem nummularium, proprios
numos, quibus ſuas vſuras exerceat non habentem,
vt idem S. Tho. ſentire videtur, quod quidem, verius
eſt, quam quod Caietanus[g] inſinuauit. Idemque *g in d. q. 78. art.*
quod nobis, viſum fuit Soto:[h] differentia namque *4.*
quam S. Thom. inter illos duos conſtituit, non ſatis *h li. 6. qu. 1. ſub.*
apte verificatur, intelligendo eam, vt Caietanus, quo *fin. de iuſt. &*
ad peccatum veniale, quod vnus incurrit: quia ſuam *iur.*
pecuniam non depoſuit prudenter, illi committen-
do, quem credebat eam impenſurum: cum propriam
non haberet, alius vero non quia prudenter deponit
apud eum, quem credit eam non impenſurum, cum pro-
priam habeat: is ſiquidem intellectus à mente S. Tho.
maxime eſt alienus.

Eiuſmodi porrò occaſionem non præbet, qui alium
ad committendum peccatum minus inducit, videns eũ
ad maius accinctum, aliâque ratione non valens id
ei diſſuadere, vt etiam infra[l] dicemus, quam- *l c. 17. n. 263.*
uis Caieta,[k] oppoſitum tenuerit. Quia, licitum *k vbi ſup.*

& ſanctum eſt, precari & perſuadere ei, qui ſtatuit in- terficere, vel adulterari, vt ſatis eſſe ducat, percutere aut fornicari, vt clare à S. Auguſt.[a] Adrian.[b] Sot[c] Caiet.[d] proditum eſt.

a in c. ſi quod verius, 33 q. 2.
b quodlib. 1. q. 2.
c ſuper. c. 3. ad Roman.
d in ſum. verb. tyrannus.
e lib. 6. q. 1. art. 5. de iuſt. & iur.

Et quidem per prędicta elucidari poteſt illa concluſio Soti[e] non peccare, nimirum, eum qui quippiam de- ſe bonum, poſtulat ab eo, qui illud dare facere ve po- teſt, quod non obſcurè ſciat, alium dando, aut facien- do petitum, peccaturũ. Siquidem, per prædicta: vera vi- detur, quando ſine contemptu ſalutis ſpiritualis pro- ximi, & non præbito ad illud auxilio, aut conſenſu in illud, etiam interpretatiuo, petitur, alius autem per ma- litiam, non per ſolam ignorantiam, aut infirmitatem, peccat, at, cùm aliquid horum concurrit, non videtur vera.

f in 4. ſenten. diſt. 24. qu. 1. art. 5. ad 3.
g verb. clericus, § 8. q. 1.
h c. 25. n. 78.
i in c. 1. §. ſacerdos, n. 3. & ſeq. de pœni. diſt. 6.
k 3. part. qu. 64. art. 6.

41 Concluſio verò quàm poſt S. Thom.[f] & Silueſt.[g] aſſerimus infra,[h] mortaliter nimirum peccare, qui, credens ſacerdotem irretitum peccato mortali, quod- que eius non pœnitebit ante miſſam, quam faciet, in- ducit ipſum ad eam celebrandam, eſt intelligenda, de ſacerdote ab eccleſia per excommunicationem, aut ſuſ- penſionem notoriam pulſo, aut non preparato, nec ad miſſam obligato, ſeu per ignorantiam, aut infirmita- tum, non autem per malitiam peccante, eum ve mala intenſione, conſenſu, vel comtemptu ſalutis ſpiritualis eius ad id inducit, & non alias, vt colligitur ex prædi- ctis & his, quæ alibi,[i] poſt vtrũque Th.[k] diximus. Quo fit vt credam, eos qui rogant ſacerdotes vt pro ſe ſacri- ficent, aut ſibi ſacramenta adminiſtrent raro pec- care.

l in ſum verb. tyrannus.

Non etiam eſt talis, quam ſubditus tyranni, qui dominium & iuriſdictionem alicuius Ditionis vſurpa- uit, eidem prębet, petendo ab eo iuſtitiæ adminiſtra- tionem, aut beneficium, ſeu gratiam aliquam hone- ſtam, cùm ipſe per malitiam peccet, & ſubditus non pe- tat opus de ſe malum: quàmuis materiam peccandi, of- ferat, imò, ad minus peccandum inducit: Siquidem, dat operam, vt qui peccat iuriſdictionem vſurpando, non peccet etiam iuſtitiæ adminiſtrationem & beneficio- rum, ſeu gratiarum diſtributionem prætermitendo, vt rectè prodidit, Caiet.[l]

upna

42 Eiuſmodi fuit, occaſio quam quidã nobilis religioſo cuidam iuuenit à ſe hoſpitio excepto, præbuit, introducens ei in cubiculum noctu puellam, citra animum inducendi illum, aut illam ad peccandum: ſed tantum tentandi eius caſtitatis virtutem, cùm illud opus peccatum ſit mortale, quippe quòd ſua natura inclinat ad culpam mortiferam: niſi illius magna religio, & puellæ honeſtas circunſtantiam iuſtificantem producerent. Idémque dicendum de ea, quam dedit, qui amatoriè quandam mulierem ſolicitauit nolens, vt illa in id conſentiret: ſed vt intelligeret, quidnam reſponderet. Et de ea, quam alius dedit alteri, cùm ſoli eſſent, ſtudioſè dicens ſine mala intenſione, vt eam experiretur. *Si te magnopere vrgerem, dormires ne mecum?*

Non erant denique tales, quas ſibi mutuò dederunt duo Hiſpaniæ magnates, quorũ vnus, (cùm vtrique vnimulæ inſiderent, & tranſirent cum ſuo comitatu per locum quendã ſecretũ, abſque fine mortali, aulicè dixit alteri) Qualis locus erat hic, domina, ad voluptati indulgendum, ſi tu alia fuiſſes, illa vero reſpondit: Erat quidem valde aptus, ſi tu alius fuiſſes, eum impotentiæ inſimulans. Nec etiam illa, quam grauis quidam vir dedit vrbanè dicens, citra malum finem, honoratæ cuidã fœminæ: Vis vt eodem lecto nos metiatur. Nam quãuis hæc verba, per ſe ad peccatum mortale tendant, ex qualitate nihilominus perſonarum, fine, & modo dicendi, colligebatur circunſtantia quædam, moderans eorum vim, quam ad iuducendum ad peccatum mortale habent.

Cæterum, ancipiti, diuturnòque ſcrupulo, hactenus dubitaui, an eiuſmodi foret occaſio illa, quam quidam ſacerdos ante triginta annos mihi confeſſus fuit, ſe dediſſe, admouẽdo (iocoſo honeſtoque amore, citra prauam intenſionem) manus honeſtæ cuiuſdam mulieris pectori, eiuſdèmque mammillas palpando: nunc tamẽ cenſeo eam non eſſe talem, cùm tactus ille ſua natura non adeo incitet ad peccatum mortale, vt quaſi ſemper mortaliter peccare faciat perſonas eiuſmodi qualitatis, quando (vt dixi) iocoſè ſit quamuis: ſi ſeriò fieret, aliter cenſendum foret. Quod ipſum iudicandum eſt, de eo, qui citra mortalem finem & intenſionem, fœmi-

nam manu aut brachio ducit, tametſi vterque ſit iuuenis. Et de eo, qui manum premit. Caietan. autore [a] aut vellicat, brachium torquet, eiuſue pedem, ſuo contingit. Quinetiam, de eo, qui amplectitur, & oſculatur, vbi talis eſt conſuetudo, modò partim obſcœnarum aſpectus, & tactus abſit, nec ſit alius finis & intenſio mortalis, vt ſolet fieri in choreis, iocis, ſaltationibus, aliiſque id genus ludis ad recreationem adhibitis

a 2. 2. qu. 154. art. 4.

43 Ad hæc, non etiam talis eſt occaſio illa peccandi, quam dant Vniuerſitates, Studia, Collegia, gradus, magiſteria, Doctoratus &c. ad docendum ſcientias licitas inſtituta, licèt multi ob illa peccent, docendo, diſcendo, gradus conferendo, ſuffragia ferendo, & multa perperam gerendo, per ſuperbiam, ambitionem, vanam gloriã inuidiam. auaritiam, technas, mendacia, ſubornationes, & periuria. Ob quæ, huius contrarium aſſeruit Hæreſiarcha V vicleffus, dãnatus per Conc. Conſtant. [b] cuius articulum damnatũ [c] (ſi quis fortè requirat) ſubcribimus. *Vniuerſitates, Studia, Collegia graduationes, & magiſteria, in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & tantum proſunt eccleſiæ, ſicut diabolus.*

b ſeſſ. 8.
c ibidem.

Talis prẹterea non eſt occaſio, peccandi, quam ſubminiſtrant ſcientiæ licitæ, Theologiæ, Legum, & Medicinæ: quamuis, quidam ſcripſerit animas perire ob ſacram Theologiam ad earum ſalutem inuentam: corpora verô ob Medicinam, ad eorum valetudinem inſtitutam: & bona per leges ad eorum conſeruationem latas quia culpa non eſt earum, nec ſuorum auctorum: ſed eis abutentium. Idémque dicendum de aliis ſcientiis & artibus, quas infamia notaré infamis Cornelius Agrippa, & damnare damnatus Lutherus veriti nõ fuerunt vt eorum debellator Caſtrenſis refert. [d]

Nec etiam talem occaſionem, ſubminiſtrant qui artes mechanicas exerceant, quarum vſus bonus & malus eſſe poteſt: quanquam plærique illis male venialiter vtantur. [e] Quando quidem, peccatum veniale non adimit gratiam diuinam, illiúſque abdicatio ad illam conſequendam, ſit neceſſaria, ſecundum S. Tho. [f] & dictum fuit ſupra. [g] Quo fit, vt mihi videatur, abſolutio non deneganda perſonis, quæ cõponunt pigmenta, induſia, collaria, ſudaria, mãmillaria, & alia non parũ operoſa,

d lib. 6. aduerſus omnes hæreſ. verb ſcientia.
e vt in c. negotium, de pœnit, diſt. 5. n. 19. & 27. probauimus.
f 3. part. qu. 87. art. 1.
g c. 1. n. 26.

quorum vſus communiter venialiter malus eſt, licèt confeſſarij ab hoc eas auertere deberent, præſertim moniales, quæ cùm ſint profeſſæ ſtatum perfectionis illuſtrem, à dandis accipiendiſque vanitatum occaſionibus ſibi magnopere cauere debent, licet non ſint niſi veniales. Quia, quamuis maculam non aſpergant, tollunt tamen decôris lucem & obſcurant, vt declarauit S. Thom. [a] poſt S. Auguſt. [b] cuius hîc ſubijciemus verba. (*Peccata venialia ſi multiplicentur, decorem noſtrum ita exterminant, vt a celeſtis ſponſi amplexibus nos ſeparent.*)

[a] 1.2.q. 87. art. 1.

[b] lib. de pœni.

Non etiam præbet eiuſmodi occaſionem, qui exercet artem faciendi quæ ex ſe ſunt talia, vt illis bene, & malè vti liceat, quamuis maior pars malè etiam mortaliter vtatur, vt efficaciter alibi [c] probauimus, ſequuti mentem diui Tho. & Caietani, [d] & præcipue ea ratione, quod ars, aliaue res non eſt mala quod plures malè etiam mortaliter, ea vtantur. Bona enim eſt lex naturalis & diuina, de vno ſolo Deo rectè colendo, quamuis maior hominum pars, imò & nouem è decem, qui ſunt Pagani, Iudæi, Mauri, Hæretici, & multi Catholici, malè etiam mortaliter, ea vtantur. Bona etiam eſt lex de non iurando irreligioſe, ſed maxima hominum pars, recenſendo Gentiles, Iudæos, Mauros, Hæreticos, & Catholicos, quos omnes illa obligat, iurant, aut habent voluntatem iurandi per falſos Deos, aut irreligioſe per verum. Sancta eſt inſuper lex ſexti, & noni præcepti Decalogi, de non fornicando, & non concupiſcendo: maior tamen pars in illam mortaliter peccat 'opere, ore voluntate deliberata, aut moroſa delectatione carnali contra vel præter naturam.

[c] in d. c. negetium n. 8.

[d] 2.2. qu. 66. art 2.

44 Talem etiam occaſionem peccandi nequaquam præbet, qui bono fine permittit, aut inſtituit cum moderatione debita, ſupplicationes, congregationes publicas, ſolemnes orationes. mercatus, nuptias, primitias, belli ſimulachra, publica conuiuia. paleſtras, aut choreas & tripudia &c. Sunt enim opera ſuapte natura talia, quibus bene, & male vti licet. Et quamuis plærique eorum occaſionem peccandi, capiant: multi tamen illis bene vtuntur, & in iis, qui abutuntur quamuis nonnulli mortaliter peccent, longe tamẽ maior pars non ampliùs, quam venialiter peccat,

An verò occaſio peccandi, quæ ex agitatione taurorum datur, ſit talis, vel non, infra [a] dicetur.

Inſuper, an ſit talis occaſio, quæ ex permiſſione lupanarium publicorum datur etiam, infra [b] dicetur.

Atqui talis eſt occaſio, quam præbet, qui ne ſcandalizet, alium, qui iuſtè offenditur, omiſit aliquid facere quod ſub reatu mortalis culpæ efficere tenebatur, putà, rancorem in inimicum conceptum de ponere, vel opitulari proximo extrema neceſſitate laboranti, ſecundum S. Thom. [c] Richard. [d] & S. Anton. [e] Neque etiam opera, quæ non ſunt præcepti, ſed conſilij, putà largiri eleemoſynam, ieiunare, & id genus alia, omittenda ſunt ob malitiam, inuidiam, vel male affectam voluntatem eorum, qui propterea ſcandalizantur. Eſt enim ſcandalum Phariſaicum [f] Imò, nec quando ſcandalum ex ignorantia, vel infirmitate animi oritur, quod puſillorum, aut ignorantium, ſeu imbecillium nuncupatur, debent bona opera penitus relinqui: ſed occultari, aut differri, quouſque moneatur proximus, bonitatem eius, quod facit. Et ſi huiuſmodi admonitione facta, adhuc ſcandalizatur, nihil eſt faciendum tale ſcandalum: cum fiat phariſaicum iuxta præallegatos doctores, & B. Gregorium. [g] Niſi quando admoniti, non intelligunt rationem, quæ illis redditur: aut antiqua conſuetudo, vel alia ratio, quia ipſi nituntur, perſuadet eis iſtiuſmodi rationem non eſſe iuſtam. Tunc enim, quia ſcandalum non ex malitia, ſed ignorantia oritur, eiuſcemodi opera etiam ſecundum ſe bona, cùm non ſint de neceſſitate ſalutis ſpiritualis, prætermittenda ſunt, vt Card. Caiet. [h] docuit. Nemo tamen ſibi perſuadeat, in gratiam proximi, aut vt vitetur ſcandalum, licere alicui vel vnicum peccatum veniale committere, ſecundùm S. Thom. [i] Imo, neque ad impediendam mortem alterius, mentiri vllo modo licet. [k]

Talis demum eſt occaſio, quam dat, qui aliqua de cauſa occultè veſcitur carnibus diebus ab eccleſia prohibitis, vel qui ieiuniis præceptis non ieiunat, eóſque qui propter ignorantiam, ſcandalizari videntur, certiores non facit, per prædicta.

a c. ſeq. n. 9.
b c. 17. n. 195.
c 22. q. 43. art. 7.
d in 4. ſent diſt. 38. text. in c. vtilius, de reg. iur.
e 3. part. tit. 9. c. 4. § 5.
f Matth. 15. & c. inter. verba, 11. q. 3.
g ind. c. inter. verba.
h 2. 2. q. 54. art 7.
i in 3 diſt. 43. art. 7. ad 5.
k c. ſuper eo, de vſur. & c. primum 22. q. 2. & tis gloſ. ſing. c. ſi quid, 22. q. 4.

# Qui reſtituet animæ proximi bona lædens

### Summæ.

45 *Reſtituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis animæ*

45 Qui proximo nocuit in bonis animæ, quia ad peccandum mortaliter ipſum induxit, tenetur pro ſua virili, eniti, vt bonum, quod ſuâ culpa amiſit, ipſi reſtituatur. Nam, ſi rerum corporalium reſtitutio, eſt neceſſaria: longè ſanè magis ſpiritualium, quæ ad animam pertinent.[a] Siquidem, hæc nobiliora ſunt illis.[b] Itaque. modo quo nocuit, reſtituere debet: inducendo eum, quem illexit ad peccatum, ad pœnitentiam, & opera meritoria conſulendo, exhortando, & pro eo Deum precibus, cum propriis, tum alienis, ſi opus erit interpellando, eiuſque conuerſionem impetrando, reuocare contendet, citra tamen peccati occulti manifeſtationem. Ex quibus liquet, in quantum diſcrimen ſeſe coniiciat, qui alium ad peccandum iuduxit, cum vix dignam reſtitutionē facere poſſit, ſiquidem voluntas, in peccatum ſemel collapſa, vix multis etiam admonitionibus, conſiliiſque ad virtutem reſurgit, ſecundùm Scot.[c] Adrian.[d] & alios.[e] Sed hæc omnia videntur intelligenda, de eo, qui vi, dolo, aut fraude alium ad peccandum pellexit, veluti, ſi pater, dominus, aut paterfamilias auctoritate ſua induceret filium ſuum, aut clientem, vt cum alio inimicitias exerceret, aut litteris imbutus, vel hæreticus quiſpiam, alteri perſuaderet, falsò hunc aut illum contractum non eſſe vſurarium: vel illam, aut illam doctrinam eſſe veram: vel qui ſuſurrando & falſa renunciando, inter aliquos inimicitias ſereret: Non autem, qui ad peccandum impelleret alium, ſcientem illud eſſe peccatum, & ab illo abſtinere (citra timorem aut erubeſcentiam eius qui induxit illum ad peccandum,) valentem. Nam hic ad nullam tenetur reſtitutionem à iuſtitia præceptam, de qua hîc loquimur, ſiquidem, nihil commiſit contra iuſtitiam, tametſi, de-

a *arg. c. cum in cunctis, de elect. auth. multò magis de ſacroſ. eccleſ.*
b *c. deteriores. 6. q. 1.*
c *in 4. ſent. diſt. 16. q. 3.*
d *in 4. de reſtit. q. 31.*
e *alibi.*

beat illum ex charitate, ſicut alios peccatores, & aliquanto plus corrigerre, quod eruditè inſinuauit, & (meo iudicio) efficaciter probauit Sotus,[a] nóſque nuper alibi prodidimus.

a lib. 4 q. 4. art. 3. de iuſt. & iur.
b in c. ulti, de pœn. diſt. 1.

# De V. præcepto Decalogi: Non occides.

## Capvt XV.

### Summæ.

1 *Præceptum quintum vetat mortem corporis, non animæ.*
2 *Occidunt iuſtè, bellans & iuſtè ſe vel alium defendens.*
3 *Mors aliena ad defenſionem propriam an licita?*
3 *Vita proximi, quando plus æſtimanda, quàm res propria.*
3 *Defenſio iuſtæ inculpatæ tutellæ*
3 *Occidere cuius licet, ferro ſe petentem.*
4 *Fugere quis an teneatur?*
4 *Honorem ad tuendum, vt licet alium percutere, vel occidere*

1 Hoc præceptum fuit interpretatum ab eo, qui illud tulit, apud Matth.[c] putà, quod per illud non ſolum prohibetur homicidium, aut quæuis percuſſio, verum etiam, voluntas id faciendi. Etenim, vt docuit S. Tho. receptus,[d] quem ſequimur[e] peccata cordis, oris & operis, eiuſdem ſunt ſpeciei.

Siquidem, tantò meliùs illud cuſtodiri debet, quantò potiores ob fines alibi[f] á nobis enucleatos, latum fuit. Is autem violat illud, qui ob vindictam, aliúmve reſpectum publicum, vel priuatum iniuſtum, vult, procurat, aut operatur, detrimentum perſonale, aut corporale notabile proximi, non autem, qui vult, procurat, vel operatur detrimentum animæ, vt ipſummet Concilium Colonienſe[g] ſenſit.

2 Atqui, ſæpe quis licitè alterum occidit, primo, vt iudex publica auctoritate, iuxta illud,[h] *Maleficios non patieris viuere ſuper terram*) & S. Thom[i] etiam ob furtum, iuxta alterum Tho.[k] quæ eſt communis opinio[l] contra Sotum. Secundo, in bello iuſto, quod etiam aucto-

c c. 5.
d 1.2. q. 72 art. 7.
e in addit. quãdo, de cõiec. diſt. 1. & ſ prelud. 9 n 2.
f in d. addit.
g in declaratione huius præcepti.
h Exodi. 20. c. ille, 23. q. 4.
i 2.2 q. 64. art. 2.
k in d. art. 2.
l in 4. ſent. diſt. 15.

ritate

ritate publica geritur.[a] Tertiò, ob vitæ propriæ defenſionem.[b] Quartò, cùm alter rem ſuam tueri nequit, vt poſt Caiet.[c] Anton.[d] & Silueſt.[e] probauimus,[f] reſpõdendo ad iura[g] quæ ſecundùm Panorm.[h] contrarium probant, in illis verbis; (*Te tuáque liberando*) & ad rationem pro illo facientem, putà, quòd, vt ſupra[i] dictum eſt, tenemur magis diligere vitam proximi, quàm noſtras fortunas: id nimirum, verum eſſe in caſu neceſſitatis: extra tamen illum, maiorem curam quem habere debere rerum ſuarum, ad ſuam ſuorúmque vitam tuendã, virtutémque exercendam, quàm vitę alienę iuxta S. Th receptum.[k] At, qui capit aliena titulo alio, quàm neceſſitatis, in illa conſtitutus non eſt.

Quintò, ob defenſionem proximi iuxta gloſſ. penult[l] Innoc. Panor. commu.[m] & Panor.[n] quicquid dicat Fortun.[o] Omnes autem hi caſus, vna in re conueniunt, quòd nimirũ in omnibus eis peccat occiſor, qui odio, aut vindicta priuata occidit,[p] differunt autem in aliis. Etenim, tertio caſu, qui hominem necat neque peccat, neque eſt irregularis: in cæteris autem, licèt non peccet, fit irregularis, iuxta glo. ſing. ab omnibus ferè receptam, quæ eſt pen.[q] Inſuper, qui duobus primis caſibus occidit, aut iubet occidere, poteſt quidẽ habere propoſitum, & animum occidendi, ob bonum pacis & tranquillitatem reipubl. at, qui aliis caſibus occidit, non poteſt iuſtè habere animum occidendi, vel apprehendere mortem alterius, tanquam medium ad ſe defendendum, ſolùm enim debet intendere in defenſionem ſui, rerum ſuarum, aut proximi, licèt inde mors aggreſſoris fuerit ſubſequuta, vt videtur ſentire S. Tho.[r] & expreſſit latè[s] Caiet. & Card S. Xiſti,[t] & Abulen.[u]

3 Quibus ſuffragantur quædam pronunciata B. Auguſtini: quorum præcipuum eſt.[x] *De occidendis hominibus, ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium. niſi fortè ſit miles aut publica functione fungatur.* Contrarium tamen tenuimus alibi[y] quod etiam poſtea latè

a *c. niſi, c. noli, c. quid culpatur & c. militare, 23. q. 1.*

b *Clem. 1. de homicid.*

c *in d. q. 64. art. 7.*

d *3. part. tit. 4 c. 3. ſub fin.*

e *verb. bellum, q. 2.*

f *in c. olim, 1. de reſt. ſpol.*

g *putà c. 1. de homic.*

h *ibidem.*

i *c. præced.*

k *in d. art. 7 pro quo facit l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.*

l *Clem. 1. de homic. & in ſum. 15. q. 8.*

m *in c. ſi verò 1. de ſent. excom.*

n *in c. penult. de cleri. percuſſ.*

o *in d. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. n. 24.*

p *c. cùm miniſter 33. q. 3.*

q *Cle. 1. de hom.*

r *2. 2. q. 64. ar. 7.*

s *ibidem.*

t *in c. de occidendis, 23. q. 2.*

u *ſuper Matth. c. 5. q. 46.*

x *in d. c. de occidendis.*

y *in d. c. olim.*

asſeruit Sotus.[a] Primum, quod hæc ſubtilis limitatio
videtur noua, nouitates autem, quoad eius fieri poteſt,
ſunt fugiendæ,[b] tum, quia vim vi repellere licere, om-
nia iura clamant.[c] Tum, quia licet cuiuis ferro ſe pe-
tentem occidere,[d] Tum, quia, niſi ſanctus Tho.[e] hoc
inſinuaſſet, nullus præfatorum id tenuiſſet. S. Thomam
autem id noluiſſe dicere, ſatis probat Sotus.[f] Tum,
quia præfatum Auguſtini pronunciatum, intelligen-
dum eſt, de voléte occidere alium, quam aggreſſorem,
vel aggreſſorem citra præciſam neceſſitatem, vt iura
iuribus concordent, quod expedit.[g] Tum, quod alio-
qui vix vllus vnquam occideret aggreſſoré ſine pecca-
to,[i] quoniam quilibet inuaſus, vt plurimum, concipit
voluntatem occidendi, ſi ſecus ſe, ſuáque tueri nequeat.
Tum, quòd metus mortis, quæ ſecundùm Philoſophũ
eſt omniùm terribilium maximum, non permittit, fra-
gilitatem humanam tam æquo animo eſſe, vt percutien-
do aggreſſorem, ſolùm velit ſe defendere, non occide-
re, & ita, qui ſe defendit, etiam vibrando enſem, non
peccat,[h] etiamſi ſpiculum dirigat in guttur aggreſſo-
ris, vt rectè explicat Sotus. Itaque nemini licet occide-
re alium, antequam inuadat, ne occidatur ab eo, habita
opportunitate id faciendi, licèt ſciatur id facere decre-
uiſſe: quia nulla iura naturalia, aut humana id permit-
tunt in alium, quàm aggreſſorem, vt memoratus Au-
guſtinus videtur innuere. Credimus autem dici poſſe,
quoad hoc illum tantum aggreſſorem. qui decreuit oc-
cidere alium, nulla mora interpoſita, qua vllo modo
poſſit inuaſus effugere mortem, niſi præueniat eum,
antequam inuadat: cuiuſmodi videtur eſſe vxor, quæ
certo nouit ſe occidendam à marito, pugione, quem
ſupponit ceruicali, ad occidendam eam dormientem,
cum nequit fugere concluſa claue ianua. Non tamen
videtur talis, qui occidit inſidiatorem ſuum, nondum
aggredientem, à quo tandem certo credit ſe occiden-
dum niſi præueniat: hoc enim euentu, poſſet liberari
abſentando ſe, continendo domi, vel aliquo tuto loco,
morte denique, morbo, aut pœnitentia inſidiãtis, quod,
vt puto eſſe verum quoad forum interius, ita videtur
in foro exteriori excuſationi locus fore, ſi occiſus mi-
natus fuit mortem occidenti: & erat conſuetus ſuas

a lib.5. q. 1. art. 8. de iuſt. & iur.
b c. ex parte, de conſuetud.
c d. olim, & l. ſcientiam, §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. & l. 1. ff. de vi & vi arm. & l. 1. C. vnde vi. & cita in eis ibi per gloſſ.
d l. ſed etſi quẽcumque, ff. ad l. Aquil.
e vbi ſup.
f vbi ſup.
g c. cũ expediat, de elect. lib. 6 & l. 1. C. de inoff. dot.
h iuxta gloſſ. Clem. 1. de homicid.

minas exequi: vt Caſtrenſis adnotauit.[a] Inſuper, vt quis tribus vltimis caſibus, iuſtè occidat, oportet, circa defenſionem obſeruari moderamen inculpatę tutelæ, id ſolùm faciendo, ſine quo iniuria non poſſet vitari, vt alibi[b] fusè declarauimus. Itaque, non liceret, ſe tueri, maiori vi, quàm ad propulſandam iniuriam neceſſariã,[c] nec conſequenter, armis, ab eo, qui ab inermi inuaditur,[d] niſi quando pugnus inuaſoris, eſt ita, aut paulò minus validus, quàm enſis inuaſi.[e] Idèmque nobis videtur, quando, niſi ſe armis defenderet, iniuriam maximam honoris, aut perſonæ pateretur: ſiquidem,[f] licitè quis poteſt ob ſuarum rerum cuſtodiam, alterum occidere, at honos pluris valet, quàm bona fortunæ,[g] adeóque iniuria perſonæ, maior eſt, quàm fortunarum.[h]

4 Ex quo,[i] cum Panorm. intulimus, quòd ſi is, quem alius aggreditur, non poteſt abſque ſuo dedecore fugere, non tenetur id facere: Imo ſi non poteſt vitare vulnus, aut alapam, quam ſibi alter molitur impingere, niſi ipſum occidendo, poterit occidere[k] Contra verò, qui iam eſt vulneratus, vel quem aggreſſor iam reliquit & fugit, non poteſt abſque peccato illum occidere: quoniam illud eſſet vindictam ſumere, limitéſque defenſionis tranſgredi, ſecundum Richard.[l] Quod limitandum exiſtimo, quando affectus iniuria vulneris, aut alapæ, vel alia, magnam ſui honoris iacturam faceret, ſi fugientem non perſequeretur. Talis enim, poſſet eum perſequi, & percutere quantum ad ſui honoris defenſionem opus foret. Nam licèt non eſſet defendere perſonam, aut fortunas: eſſet tamen defendere honorem, quod licet ( vt prædictum eſt ) etiam occidendo, ſi eo ad id opus eſſet. Quibus adnotamus, maritum occidentem, aut cupientem occidere vxorem in adulterio deprehenſam, peccare mortaliter,[m] quàmuis in foro exteriori minimè puniatur.

a *in l.1.C. quãdo licet vnicuiq. ſine iud. ſe vind.*

b *in gloſſ. fin. d. c. olim.*

c *per d. c. olim, & d.l.1. C. vnde vi, & per trad. à S. Anto. 2. part. tit. 7. c. 8. §. 1*

d *iuxta d. gloſſ.*

e *iuxta eand. gl. ſing. communiter recept. d l. 1.*

f *iuxta prædicta in 4. caſu ſupra eod. c. n. 2.*

g *c ſuam, iuncta gloſ verb. modeſtiæ de pœn. Pro. uerb 22. Ariſt. 4. moral. gloſſ. extrauag. ad cõditorẽ, §. rurſus, verb. honori, de verb. ſig.*

h *l. ſeruorum, ff. de pœn.*

i *in d. c. olim, extra gloſſ.*

k *Bald. in repet. l. 1. C. vnde vi.*

l *in 3. ſent. diſt 37.*

m *c. inter hæc, 33. q. 2. vbi gloſſ ſing. & celebris.*

# Peccat mortaliter quis contra hoc quintum præceptum.

Summæ.

5 *Occidens, feriens, procurans, & eo gaudens, niſi id faciat, ſe vel alium vel ſua bona defendendo, vel ſit latro.*
5 *Latro diurnus & nocturnus in quo differunt.*
6 *Occidens caſu, & exponens ſe periculo mortis corporalis.*
7 *Irregularis eſt occidens maritus fœminæ ob ſui defenſionem.*
8 *Occidens, aut feriens miniſtros iuſtitiæ, etiam ſe defendendo.*
9 *Duella mala, vel torneamenta ſubiens, vel eis adſiſtens.*
9 *Torneamenta quænam ſunt licita. & 18.*
10 *Mortem alienam deſiderans, vel ea ſe delectans.*
10 *Delectari poteſt quis bono naſcente ex alterius morte.*
10 *Mortem propriam iratus exoptans, aut vitam abbreuians. num. 12.*
11 *Excommunicatus qui clericus ſeipſum percutiens.*
12 *Martyrio ſe ob tædium vitæ offerens, aut optans ſe non fuiſſe natum.*
13 *Comedens, vel propinans notabiliter noxia.*
13 *Mater infante cum tenello in eodem lecto dormiens.*
14 *Abortiens, vel abortiendi periculum ſubiens, vel procurans.*
14 *Irregularis fit quis propter abortum procuratum.*
15 *Bellum ad iniuſtum pergens vel in eo militans.*
15 *Reſtitutio rei lucrifactæ in bello iniuſto.*
16 *Mortem ad iniuſtam pergens, vel ab ea non liberans. n. 17.*
17 *Vindictam non vetans, conſentiens illi, vel morti, aliquo ex nouem modis.*
17 *Teſtem ad condemnandum, nemo tenetur ſe offerre.*
18 *Taurorum agitatio vt illicita.*
19 *Taurorum agitatio per Pium V. prohibita, vt intelligenda. num. 20.*
16 *Taurorum agitationi duellis æquatæ, qui prohibētur intereſſe.*
20 *Feſta ſanctorum non tauris, ſed piis operibus honoranda.*
21 *Taurorum agitatio torneamentis æquata, vt moderata licet.*
21 *Legis cauſa finalis & ratio ex proemio conijci ſolet.*
21 *Lex iuxta limites ſuæ rationis, extendenda, vel reſtringenda.*

Peccat mortaliter contra hoc quintum præceptum, Primò, qui iniuſtè occidit, mutilat, aut fuſte, vel ſecus, notabiliter ferit alium, aut quippiam horum vult, procurat, aut delectatur ea feciſſe. [a] Quod autem Ioannes Maior. [b] admonet, vt confeſſarius interroget homicidam quid impulerit ipſum ad homicidium, & quantum temporis in propoſito perſeuerauerit, quoties decreuerit id facere, & poſtquam perfecit, quoties meminit, factúmque placuit, illa, inquam, admonitio, pertinet ad peccatorum circunſtantiam, quam numeri vocant, nec ſpectat magis ad hoc peccatum quàm ad alia. Quod verò dicit, toties peccare mortaliter, quoties id voluit, limitari debet, [c] vt non procedat, quando abſque interruptione operis exterioris, actus interior continuatur, vel abſque interruptione actus interioris, apparatus exteriores & præparatoria maleficij, multiplicantur.

Dixi ſupra (*Iniuſtè*) quoniam, qui iuſtè occidit, ob iuſtam defenſionem proximi, vel ſui honoris, & rei familiaris, etiam ſi aliter propriam vitam defendere poſſet, non peccat, licèt irregularitatem contrahat, iuxta gloſſam ſingularem (quæ penultima eſt) [d] receptã per omnes, & Silueſt. [e] Quàmuis, poſtquam hæc ſcripſiſſemus, contrarium tenuerit ibidem Reuerendiſſ. Segobienſis Didacus à Leyua, ſequutus Fortunium, [f] eò quòd eiuſmodi defenſor non peccat: quæ ratio fragilis eſt: cùm iudices, aduocati, teſtes, & alij, ſine peccato cooperantes ad iuſtè damnandum morte delinquentem, non peccent, imò mereantur: fiunt tamen irregulares, ſecundùm omnes, vt dicemus infra, [g] & ſeruat curiæ Rom. ſtylus, qui ius facit. [h] Quocirca, à communi non eſt recedendum.

II. Peccat mortaliter, qui noctu, aut interdiu, furem interimit, cùm poſſet illum apprehendere, & ſe ſuáque defenſare, non occidendo eum, [i] etenim, quàmuis magna ſubſit differentia, quantum attinet ad forum exterius, inter latronem diurnum & nocturnum, quod hic præſumitur occidere velle, non ille: quod forum tamen conſcientiæ, nihil eſt diſcriminis: occiſor enim, conſcius eſt veritatis, cui in hoc foro, cedit præſumptio. [k]

a 23. q. 4. *in fin. ſum.*
b *in 4 ſent. diſt.* 17 *q.* 4.
c *iuxta ea quæ in c.* 1. *de pœnit. diſt.* 5. *n* 48. *& ſup c.* 6. *n.* 14 *& ſeq. definitæ ſunt.*
d *Clem.* 1. *de homicid.*
e *verb. homicida, q.* 9.
f *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.*
g *c.* 27. *n.* 206.
h *c. quàm graui, de crim. falſ. & c. ex literis, de conſtit.*
i *c. ſi perfodiens, de homicid.*
k *arg. c. tua. & c. is, qui, cum ea adnotatis, de ſponſal.*

III. Qui occidit aliquem, etiam ad tuendam ſuam caſtitatem, quam ſaluo honore ſuo, poterat illæſam ſeruare fugiendo, vociferando, alióue modo, iuxta communem opinionem, quam S. Antonin. [a] optimè declarauit. Nec intereſt, an ſit vir, an fœmina, ſic ſe defendens.

a 2. par. tit. 4. c. 3. §. 2.

6 IIII. Qui caſu occidit, percutítve quempiam præter intentionem: ſed in culpa fuit, in non aduertendo, vel non adhibendo diligentiam, quam mediocriter prudentes, in ſimilibus adhibere ſolent, ne mors, vel noxa perſonalis conſequatur, vt ſi deiiciens tegulas ex tecto, antequam eas deiiceret, non præmonuit tranſeuntes, nullúmve eius rei ſignum poſuit: aut caſtigaturus puerum, non amouit gladium à cingulo, quo erat cum caſtigaturus, & eo poſtea è vagina elapſo, illum occidit, aut læſit. [b] Quibus addimus, ad hoc, vt homicidium caſuâle ſit peccatum mortale, vel non, parum ad rem facere, an opus, quo mors conſequitur, licitum ſit, vel illicitum: nam vtroque caſu, crimen erit lethale, ſi præceſſit culpa, in non adhibendo debitam diligentiam, ad periculum mortis vitandum [c] neutro verò, ſi ea fuerit adhibita: quàmuis, quantum ad irregularitatem, plurimùm referat, vt Caiet. [c] ſufficienter probauit.

b *c. ad audientiam, c. lator c. presbyterum de homic. l. ſi putator, ff. ad l. Aquil.*

c 2. 2. q. 64. art. 8.

7 Illud porrò S. Antonini. [d] *Qui illicitè aliquid aggreditur, quod eſt cauſa, vt alium occideret propter ſui neceſſariam defenſionem, non ſolum peccat id aggrediendo, ſed etiam eſt homicida*, intelligendum eſt, quando opus illud illicitum, erat quædam via ad homicidium perpetrandum, iuxta mentem Caietani. [e] Vt ſi intendens tantùm percutere hominem, interimit. [f] Quo defendi poteſt aliud eiuſdem S. Antonini pronunciatum, [g] putà. *Qui ad mulierem alienam ingreditur, eiúſque maritum interficit, vt ſe defenderet ab eò, qui eum inuentum cum illa volebat occidere, eſt homicida quoad irregularitatem.* Talis enim ingreſſus, iure dici poteſt via ad tale homicidium; & proinde, præuideri debuiſſet ab eo illius conſequutio, qua de re, latiùs infrà. [h]

d 3. *part. tit.* 5. *c.* 8. §. 1.

e *in d. art.* 8.

f *probatur efficaciter per c. fin. de homic. lib.* 6.

g *in d.* §. 1.

h *c.* 27. *n.* 238.

8 VI. Peccat, qui damnatus ad mortẽ, occidit, aut percutit lictorem, ſiue miniſtrum iuſtitiæ, quò ſe liberet. Quoties enim, vis eſt iuſta, reſiſtentia eſt iniuſta, iuxta gloſſ. [i] & Scotum communiter receptum. [k]

i *l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.*

k *in* 5. *ſent. diſt.* 15. *q.* 3.

VII, Qui ne timidus,puſillanimis,aut ignauus habeatur. vel temeritate, ſeu audacia nimia proponit deliberatè amittere, aut amittendi periculo exponere vitam, ſeu membrum aliquod, vel partem eius notabilem, aut inferendi notabile damnum proximi perſonæ, loco, tempore,vel,modo indebito,iuxta mentem S.Thom.[a] receptam,& Caietan.[b] Dixi (*Deliberatè*) quia ſubreptio & inconſideratio eius, quod aggrediebatur, ipſum excuſare poſſet à mortali Caieta.[c] autore & probatur per dicta ſupra.[d]

Neque obſtat,quòd ex hoc videatur inferri quippiam falſum:putà,latronem,qui furatur peccare bis, videlicet furando,& ſe exponendo periculo ſuſpēſionis,hîc enim agitur de eo qui per audaciā,ne habeatur timidus,ſtultè & directè per ſe, exponit ſe periculo perdendi vitam, &c. latro autem, non ſe exponit per ſe, & directè, nec per audaciam, eiuſmodi periculo, ſed per accidens, & per quandam conſequutionem: quod non alterat nec multiplicat ſpeciem peccati:[e] Proinde,latro,qui furaretur, ne à ſociis iudicaretur timidus mortis, quam propter furtum incurrere poſſet,bis peccaret.

VIII. Peccat,qui aliquem iocum exercet periculo ſuę vitæ probabili, vt funambulus ſuper funes altiſſimis in locis corpus volutans,vt autor eſt Silueſt.[f] quod (meo iudicio) non procedit,quando prudentis arbitrio,eiuſmodi funambulus eis viribus & velocitate pollet,locûſque adeo eſt appoſitus, vt citra periculum veriſimile, talem iocum exercere poſſit.[g]

Ex his, quæſtio illa finiri poteſt. An qui hauriunt, vel propinant venenum, ad experiendam theriacam mortaliter peccent? Et aliis quidem videtur,non peccare,dum qui compoſuit illam, pro homine legali habeatur: & facto iam in aliquo bruto animante periculo, virtus eius comprobata ſit, ac tam qui dat, quàm qui ſumit venenum, credit theriacam eſſe talem, qualis eſſe debet prædicto modo compoſita, nullúmque ſubeſſe mortis, vel alterius notabilis damni corporalis periculum.Aliis tamen aliud viſum eſt, quibus lubens accedo, ante periculum, vel experimentum factum, quòd ſatis experimenti ſumi poſſit in brutis,facto nihilominus experimento, nō auderem aliorum damnare opinionem.

a *2.2.q.126.ar.1.*
b *in ſum. verb. timiditas.*
c *ibidem.*
d *c.1.n.4.*
e *arg.l.ſi quis ne causā, ff. de reb. cred. cum multis ibi citatis per recentiores, & S. Tho. 1.2. qu. 18. art.11.*
f *verb. ars, q.8.*
g *arg.extrauag. 2. Ioan. 22. de Torneam.*

9 IX. Peccat mortaliter, qui gladiatoriam lanienam, ſiue duellum aut ſingulare certamen illicitum aggreditur, vel procedit ad torneamenta, aliáve huiuſmodi exercitia prohibita: vnde vt plurimùm cædes, vel grauia vulnera reportantur ſeu ad id alium induxit, vel non impediuit, cùm poſſet. [a]

Tametſi, plærique crudeli cupiditate diræ vltionis incitati, generoſi excelſique animi eſſe putent, exiſtimationem ſuam iniuriis vlciſcendis, eiuſmodi duello tueri: cùm tamen vanitatis, faſtus & ambitionis plenum ſit. Vera certè animi magnitudo, in contemnendis magis, quàm perſequendis priuatis iniuriis, conſiſtit: ac in placabilitate potiùs, quàm ferocitate. Quod non tãtum à Chriſto & eius Apoſtolis, eſt proditum, cùm iubent alapam impingenti, alteram genam cædendam præbere: benedicere maledicentibus. benefacere, malefacientibus: diligere inimicos: ſed etiam ab Ethnicis ipſis Philoſophis. [b]

Dixi (*Vnde, vt plurimùm, cædes, vel grauia vulnera reportantur*) quoniam multa torneamenta, haſtiludia, equus deſultorius, ludus Troianus, ſiue cannarum, vel virgarum, quibus equites tecti clypeis ludere ſolent, & ſi quæ ſunt eius monetę alia, quę exercentur, adhibito moderamine, ne cędes & alia pericula eueniant, non ſunt illicita: [c] quàmuis, interdum, ſed raró, mors & vulnera notabilia conſequantur. Dixi (*Duellum illicitum*) quoniam, qui iuſtum duellum ſubit, non peccat: quale eſt eius, cui per ſententiam iniuſtam, vita vel membrum eripiendum eſt: niſi cum accuſatore in arenam, & duellum deſcendat: quale etiam Regis, vel Ducis, qui videns ſe fouere iuſtitiam, & ab aduerſario multò maiori potentia pręcelli, qua credit ſe in vniuerſali prælio ab eo ſuperatum iri, ob ídque duellum ſubit, iuxta ſententiam Caietani. [d] Cæterum, Concil. Tridentin. [e] plęraque ſanxit quoad duelli materiam, quę ſupra [f] relata fuére.

X. Peccat, qui intereſt huiuſmodi torneamentis, aut duellis illicitis magna ſui animi voluntate, cõſenſuque deliberato, vt fiant, vel tali animo, ea ſpectat, vt, licèt id foret ſibi interdictum ſub reatu mortalis culpę, nihilominus tamen ſpectaret, vel eius pręſentia fuit

a c. monomachiã 2 q. 5. c. 1. & 2. de cle. pug. in duel. & ca. 1. de Torneamen.

b Ariſtot. Moral. 4.

c per extrauag. 1. de tornea. probat Io. Mai. in 4. ſent. diſt. 15. q. 5.

d 2. 2. q. 95. art. 8.

e ſeſſ. 25. c. 9. de reform.

f c. 11 n. 39.

cauſa, vt fierent, autore Silueſt.[a] Quàmuis, extra hos tres caſus non erit ampliùs, quàm veniale: niſi ratione ſcandali fiat mortale, quòd ſpectator ſacerdos ſit, aut monachus, vt decidit Ang.[b]

10 XI. Peccat, qui ad ſperatam ſucceſſionem, nefariis artibus viam ſibi præmunit, vel deliberatè alicuius mortem optat, vt in eius munus, aut officium ſuccedat, vel ne reprehendatur, aut caſtigetur ab illo: iuxta omnium calculum, vel quàmuis mortem nemini optet, nec ex alterius cæde voluptatem capiat: animaduertens tamen deliberatè delectatur cogitatione peruerſi operis homicidij: quia inde ſibi aliquod bonum vel vtilitas prouenire poſſet, vt ſentiunt S. Bonauen.[c] Alexan. Halen.[d] & Caietan.[e] quàmuis delectari propter bonum, vel vtilitatem, quę ex illa morte ſibi orirentur, at non ob ipſam mortem peccatum non foret: per ea, quæ alibi[f] diximus. Quinetiam, optare licet alterius mortem, morbum, aut rei familiaris iacturam, vt conuertatur ad Dominum: aut ne tot tantáque facinora perpetret, vel alio fine honeſto & ſancto, iuxta Alex.[g] & S. Thom.[h] vti plærique ſanctè imprecantur mortem Turcarum Principi, ni ſe conuertat, vt Deus Chriſt. imperium liberet ab eius tyrannide. Imò & inimicis Chriſtianis iniuſtè nos perſequentibus, ſi non ſuppeteret aliud præſentius remedium, poſſemus eo fine eam optare, vt ſpeciatim tradidit Sotus.[i]

11 XII. Peccat mortaliter, qui deliberato animo ſibi mortem, aut membri mutilationem præ ira, impatientia, dedecore, paupertate, ſeu ob quoduis aliud infortunium, exoptat.[k] Nemo ſi quidẽ, ſaltem quoad hoc, eſt dominus ſuæ vitę, ſuorumve membrorum,[l] & ob alias rationes, quas B. Thom.[m] adducit. Proinde, ſi ea de cauſa, cùm eſſet clericus, aut monachus, ſibi ipſi manus iniecit, excommunicationem incurrit, iuxta Io. Andr. Panor. Feli & alios omnes,[n] eam tamen non incurrit, qui zelo deuotionis pectus pugno, faciem palma, vel corpus, vt illud coerceat diſciplina, percutit. Neque etiam (iudicio noſtro) ſi eiuſmodi ſit percuſſio, vt ſibi licitè poſſet inferre: licèt non conſentire, vt ſibi ab alio inferatur, qualis eſt, capillos, aut barbam vellere, ſe ala.

a verb. duellũ. §.
b in verb. interrogatio 5. præcepti.
c in d. diſt. 24. in expoſ. litte. poſt 4. q.
d 2. par tract. de peccato veniali.
e in ſum. verb. delectatio moroſa.
f in repet. c. inter verba, 11 qu. 3. & in addit. ca. quando, de conſec. diſt 1.
g in tract. de maledi.
h 2.2. qu. 36. art. 2.
i lib. 5. qu. 12. art. 1. de iuſt. & iur.
k c. ſi nõ licèt, 21. qu. 5. iuxta B. Auguſt. libr. 1. deci. Dei, S.Th. 2.2 q,64. art. 5. & oliuerium Malhart. de triplici tædio, in ſermone 8. aduentus.
l i. liber homo, ff. ad l. Aquil. ca. contingit. 1. de ſentent. excom.
m in dicto art. 5.
n in d.c. contingit, 1. de ſent. excom.

pis cædere ob mortem parentum vel amicorum, iuxta mentem omnium Doctorum [a] tametſi nullus eorum hoc expreſſerit.

12 XIII. Peccat, qui ſeipſum offert, vel habet animum offerendi ad martyrium, principalius ob vitæ ſuæ tędiũ, vel alium finem prauum, quàm ob ſanctę ſidei catholicę amorem Silueſt. autore.[b]

XIIII. Qui vult vitam abbreuiare vel abbreuiat per abſtinentias, quas ſcit, & aduertit eſſe temerarias, etiam ſi abſque intentione abbreuiandi eam, id faciat: ſed aduertit, quod eam decurrat, iuxta ſentent. B. Hierony.[c] & vtrumque Thom.[d] quàmuis id velit, aut faciat, quò meliùs Deo pro peccatis ſuis ſatisfaciat, illaque expiet.

Dixi (*Quas ſcit, & aduertit eſſe temerarias*) non enim videtur eſſe mortale, ſi ſe bonum opus facere exiſtimat, imò, neque veniale, ſi exiſtimat probabiliter, eas non eſſe indiſcretas, ſecundùm Thom. iuniorem.[e] Quod etiam Gerſon,[f] videtur ſentire.

XV. Qui ob infortunium optat deliberatè ſe nunquã natum fuiſſe. Alex. autore.[g]

XVI. Qui coniecit, aut fuit cauſa coniiciendi aliquem in carcerem iniuſtè: ſiue ſit iudex, ſiue non,[h] Quin & ampliùs tenetur totum damnum,[i] & iniuriam, quam intulit, reſarcire

13 XVII. Peccat, qui ægrotans, aut ſanus comedit, vel bibit aliquid, aut dedit alteri ſano vel ægroto comedendum, aut bibendum, probè intelligens, vel intelligere debens, ſibi vel alteri graue inde diſpendium ſalutis euenturum, vt autor eſt Inno. recept.[i] maximè ſi illa medicus interdixerat: atqui, ſi damnum ſit exiguum, non erit ampliùs, quàm veniale, ſecundum eundem.

XVIII. Mater vel nutrix, quæ tenellum infantem, ne eiulet, aut ne ſurgens è lectulo frigoris intemperiem patiatur, in ſuo lecto noctu ita collocat, vt periculum immineat dormiendo puerum ſuffocandi, ſiue ſuffocet eum, ſiue non.[k] Atqui, non peccat ſaltem mortaliter, ſi nõ ſubſit eiuſmodi periculũ veriſimile, etiamſi caſu eum ſuffocet, putà, quia cubile eſt amplum, & puerum à ſe longè collocauit, neque dormiens ſubinde iocum ſolet

a *in d. c. cõtingit.*

b *verb. Martyrium.*

c *in ca. non mediocriter de conſec. diſt. 5.*

d *2 2 qu. 147. art. 2.*

e *ibid. 2. 2. qu. 147. art. 2.*

f *4. part. ſerm. Dominicæ 2. Quadrageſimæ.*

g *tit. de Acedia.*

h *c. nõ ſanè, 14. q 5 verſ. fin. l. 1. C. de priuat. carcer.*

i *in c. tua de homicid. arg. c. fin. de iureiur. & l. qui occidit, ff. ad l. Aquil.*

k *arg. c. cõſuluiſti, 2. qu. 3. & c. fin. de his qui fil occid.*

mutare:at vbi ſemel ſe collocat, ibidem ſolet perſiſtere, iuxta mentem Panor.[a] & Caiet.[b]

14 XIX. Peccat, qui mulierem grauidam, cùm noſſet illam vterum geſtare, ita grauiter afficit, ſiue maritus ſit, ſiue alius, vt in probabile periculum abortus ipſam coniiciat, etiamſi poſtea non abortiat: ſicut viceuerſa, ſi in tale periculum probabile illam non impulit, etiamſi poſtea abortiat, non peccat mortaliter,[c] quàmuis certum ſit, non fieri irregularem, ſi fœtus caret anima rationali.[d] Fœtui autem, ſi maſculinus ſit, ad diem 40. ſi fœmininus, ad 80.[e] infunditur anima.

XX. Peccat mulier grauida, procurans abortum, ſumendo pharmaca eo fine confecta, vel nimio labore corpus defatigando, ſeu quocunque alio modo, etiamſi effectus non ſequatur. Nam, vt quis lethaliter delinquat, ſatis eſt prauum animum habere, vel culpã, quam latam appellant, admittere.[f] Imò etiam, ſi abſque animo abortiendi, facit quippiam, quo tali periculo probabiliter ſe exponit: vt dum graue onus humeris imponit, vel immoderatis laboribus corpus atterit, tripudiiſve, aut choreis nimis exultat, iuxta mentem B. Anton.[g] Atqui, ſi iocus eſt leuis, moderatus, & periculo carens, non peccat, etiamſi poſtea eum conſequatur abortus.[h]

15 XXI. Peccat, qui proficiſcitur, aut vult in bellum proficiſci, ſciens illud iniuſtum, ſaltem ex parte illius, ſub cuius auſpiciis militare vult.[i] Imò etiam, ſi eò pergit ſtipendij ſolius intuitu, non attendens, an iuſtum ſit vel iniuſtum, ſiue ſit ſubditus ſiue non, vt autor eſt Caietan.[k] Quin etiam, ſi ſcit bellum eſſe iuſtum, militat tamen animo deprauato principaliter inimicos occidendi, aut prædia & rem omnem deuaſtandi, quàmuis hoc caſu, non obligetur ad reſtitutionem, iuxta ſententiam Caietan.[l] Neque etiam 2. caſu, ſi bellum eſt verè iuſtum, ob eandem rationem. Verum nihilominus eſt, ſubditum poſſe iuſtè ad bellum proficiſci (ſi imperio Domini ſui admonitus id faciat) etiamſi ſecum nõ præmeditetur, an ſit iuſtum, dum tamen credat tale.[m] Neque vlla eſt differentia inter ſubditum & externum: qui ante belli exordium eidem

a *in d.c.fin.*

b *2.2.qu.64. art.8.*

c *arg.ca.ſicut ex literarum de homicid. adiunctis quæ ibi Pan. n. 6. & S. Ant. 2. part. tit. 7. ca. 8. §. 1. aiunt.*

d *cap. aliquando cum ſeq. 32. q. 2.*

e *iuxta gloſſ. recept. in ſum. 5. diſt. per illum text.*

f *c. 1 de præſum. ca. ſi quis per negligentiam, de conſec diſt. 2.*

g *2, part. tit. 7. c. 8. §. 1.*

h *iuxta Panor. in d.c. ſicut.*

i *23. qu. 1. in princ.*

k *in ſum. verb. duellum, part. 2.*

l *2. 2. q. 40. art. 1.*

m *c. quid culpatur, 23. q. 1.*

Principi ſeruiebat,ſecundùm Caiet. [a]

19 XXII. Qui fert, aut vult ferre iniuſtè mortis ſeu alterius nocumenti corporalis ſententiam in aliquem. [b] Vel ſi iniuſtè morti damnatum non liberat, cùm id facere poſſit, iuxta illud [c] *Erue eos, qui ducuntur ad mortem:* vel inuaſo ab inimicis ſuis, cùm poſſit, non ſubuenit, ſecundùm B. Ambroſ. [d] Si tamen commodè verbis, aut opere, abſque periculo, poteſt ſuppetias ferre: ſecus enim, minimè tenetur, niſi foret officiarius publicus, qui etiam armata manu debet defendere eum, quem ſibi videtur defendere poſſe, ſecundùm S. Antonin. [e]

17. XXIII. Qui ſuo teſtimonio aliquem ab iniuſta morte, pœna damni, vel infamiæ poteſt liberare, nec vult teſtificari, quod nouit, etiamſi non iubeatur id facere: aut ſaltem non facit quod in ſe eſt, denuncians veritatem ei, cui poteſt prodeſſe, [f] niſi confeſſione ſacramentali id tantùm noſſet: tunc enim tenetur tacere, nec immiſcere ſe liberationi eius, etiamſi protinus foret cruci ſuffigendus, non ſecus, quàm ſi nihil penitus audiuiſſet: non enim nouit, an reus datâ operâ delictum illud in ea confeſſione ſubticuerit, vt autor eſt Ioan. Maior. [g] Nullus tamen ſe tenetur offerre ad ferendum teſtimonium, quo quis condemnetur, niſi iuxta iuris formam à iudice foret conſtrictus, etiamſi accuſatori inde periculum immineret. Ille namque ſponte ſua ſe in id periculi ingeſſit: reus autem inuitus, ſecundùm eundem S. Thom. [h] niſi quando accuſator, quia obligatur ad id in conſcientia, accuſat. [i] Qui vero aduerſus quempiam, falſum protulit teſtimonium, ob quod verſatur in periculo perdendæ vitæ, debet ſuum teſtimonium reuocare, omnémque ſuam operam adhibere, vt illum eripiat, etiamſi ob id oporteat eum vitæ iacturam facere. Quàmuis qui aliquẽ occidit, ob quod alius cum diſcrimine vitæ ſuæ, carceri eſt mancipatus, non videtur obligatus ſeipſum prodere, & periculo propriam vitam amittendi, exponere, vt Sotus videtur inſinuare, [k] cuius ſententia iuri conformior videtur cõtraria quam amplexus fuit Medina, [l] fundans ſe magis in charitate, quàm iuſtitia.

a *in ſum. verb. bellum, part.2.*
b *ca. omnis, 15. diſt cap.2. de re. iud lib.6.*
c *Prouerb.24.*
d *in c. non in inferenda, 23 q.3.*
e *2. part tit.7. c. 8. §.2.*
f *arg. c.1. de crimine falſ. S. Th. 2 2. qu.70. art. 1. Gabriel. in 4. ſent. diſt.15 q.6. art.2. concl.7.*
g *in 4. ſent. diſt. 31 q.1.*
h *d. q.70. art.1.*
i *vt in cap. inter verba. 11. q. 3. diximus.*
k *lib.3. q.6. art. 3. de iuſt & iur.*
l *in C. de pœnit.*

XXIIII. Qui affectus iniuria, ſciénſque cognatos ſuos vel amicos vindictam ſumere velle, non vetuit eis id expreſsè.[a]

XXV. Qui licèt nihil facit, nec vult facere ex ſupradictis, conſentit tamen in ea aliquo nouem modorum ſupra[b] expoſitorum, putà, imperando, conſulendo, prębendo conſenſum, laudando malefactorem, recipiendo, adiuuando, vel non impediendo verbis, operibus, aut monitu cùm id poſſit & teneatur facere.

a c. Petrus de homic.
b c. IX. an. 15.

18 XXVI Peccat, qui agitat, vel procurat in circo agitari tauros, aliáſve feras beſtias Tum, quia, vt antea diximus illiciti ſunt ludi, quibus, vt plurimùm occiſiones, neces, & enormia vulnera contingunt: qualia in hac agitatione contingere ſolent. Tum, quôd torneamenta iure canonico prohibentur,[c] adeo vt, qui in illis moritur, quàmuis confeſſus, & ſacra communione munitus decedat, nō ſit in ſacro loco ſepeliendus: agitatio autem taurorum, torneamentis ſimilis videtur: ergo de ea idem iuris ſtatuendum.[d] Qua de re fel. rec. Pius V. ſequentem edidit conſtitutionem.

c c. 1. & 2. de torneam.
d l. illud. ff. ad l. Aquil.

# Pius Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. 19

*DE ſalute gregis Dominici, noſtræ curæ diuina diſpenſatione crediti, prout ex debito paſtoralis officij adſtringimur, ſollicitè cogitantes, fideles cunctos gregis eiuſdem, ab imminentibus corporum periculis, etiā animarum pernicie perpetuò arcere ſtudimus. Sanè, licét deteſtabilis duellorum vſus à diabolo introductus vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilij Tridentini, prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in pleriſque ciuitatibus & alijs locis quàm plurimi ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ, in publicis priuatiſque ſpectaculis, cum tauris & alijs feris beſtijs, congredi non ceſſant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarúmque pericula frequenter oriuntur, & cæt.*

*Non igitur conſiderantes hæc ſpectacula, vbi tauri & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes hæc cruentà, turpiáque dæmonum & non hominum ſpectaculà aboleri, & animarum ſaluti, quantum cum Deo*

poſſumus, prouidere, omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis quacunque tã Eccleſiaſtica, quàm mundana, etiã Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuſuis Cõmunitatibus, & Rebus publicis hac perpetuò noſtra conſtitutione valitura, ſub excommunicationis & anathematis pœnis, ipſo facto incurrendis prohibemus & interdicimus, ne in ſuis prouinciis, ciuitatibus, terris oppidis & locis huiuſmodi ſpectacula, vbi taurorum, ferarúmve agitationes exercentur, fieri permittant.

Militibus quoque, cæteriſque aliis perſonis, ne cum tauris, & aliis beſtiis in præfatis ſpectaculis ipſi tã pedeſtres quàm equeſtres congredi audeant, interdicimus. Quòd ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura.

20 Clericis quoque tam regularibus, quàm ſecularibus, beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibemus. Omnéſque obligationes, iuramenta & vota, à quibuſuis perſonis, vniuerſitate, vel collegio de huiuſmodi taurorum agitatione etiam vt ipſi falsò arbitrantur, in honorem ſanctorum ſeu quarũuis eccleſiaſticarum ſolemnitatum & feſtiuitatum, quæ diuinis laudibus, ſpiritualibus gaudiis piiſque operibus, nõ huiuſmodi ludis celebrari & honorari debent, hactenus factas, & facta, ſeu in futurum fienda, quæ & quas omnino prohibemus, caſſamus, & anullamus, ac pro caſſis, nullis & irritis haberi perpetuo decernimus, atque declaramus.

Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus S R. E feudatariis, ſub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipſa Rom. Eccleſia obtinent: reliquos verò principes Chriſtianos & terrarum dominos prædictos hortamur in domino & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, præmiſſa omnia in ſuis dominiis ac terris huiuſmodi exactiſsime ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi, Ac vniuerſis venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Primatibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, aliiſque locorum ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipimus, quatenus in ciuitatibus & diœceſ propriis, præſentes noſtras literas ſufficienter publicari faciant: & præmiſſa etiã ſub pœnis & cenſuris eccleſiaſticis, obſeruari procurent. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Romæ, apud S. Petrũ, anno incarnationis Dõni. 1567. Kal. Non. Pont. noſtri anno 2.

31 Huius extrauagantis definitionem limitarem (ſalua ſanctæ Sedis Apoſtolicę cenſura) ne procederet in agitatione taurorum; vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi poſſit, eam non conſequutura notabilia nocumẽta perſonalia, putà, neces, vulnera, mutilationes & id genus alia. Tum, quia ratio & finis, quæ mouerunt eius latorem, ad eam edendam, fuit, quia frequenter ex huiuſmodi agitatione conſequebantur talia, vt colligitur ex proœmio eius, vnde ſolet cauſa finalis legis comici, [a] quæ ceſſant in agitatione, ſic moderata; & ita ceſſare debet etiam eius diſpoſitio in ea, cùm iuxta limites rationis legis debeat reſtringi, vel extendi lex. [b] Tum; quia, licèt prohibita ſint abſolutè torneamenta [c] permittuntur tamen, quæ cum moderatione prædicta fiunt: quia in eis ceſſat ratio illius prohibitionis abſolutæ, vt ſupra, [d] dictũ eſt, idque vſus totius Chriſtiani orbis obſeruat. Tum, quia videmus vbique, etiam in Vrbe, paſſim agitari tauros, boues, & bufalos funibus oblongis pedes vel cornuta ligatos, etiam per medios calles tranſitu hominum frequentes: quod tamen nemo, etiam poſt prædictam extrauag. damnat, quàmuis interdum contingat notabile nocumentum. Imò, quotannis in carniſpriuio ſolemnis curſus equorum, bufalorum, equarum, & aſinorum, brauis præuertenti propoſitis, in Vrbe celebratur: quàmuis caſu inſidentium, & occurſu eorundem, nonnunquã prædicta mala contingant. Tum, quia plærique viri, eruditione, pietate & religione clari, qui damnabant agitationes taurorum modo quo communiter fiebant, approbarunt eas, quas ter maxima illa domina Iſabella Prima, Regina Catholica permittebat, cornuum cuſpidibus præciſis, nimia agitantium temeritate coërcita, tutiſque refugiis opportunè conſtitutîs

*a l. fin. ff. de hæred. inſtit. c. Quia propter, de elect. cum eis adnot.*

*b arg. l. Cũ pater, §. Dulciſsimis, ff. de legat. 2. & l. Adigere. §. Quamuis, ff. de iur. pat. c. ſuggeſtum c. Meminimus, cum adnot. eis à Pan. de appell. & c. Quoniam contra falſam, de probat.*

*c c. 1. de Tornea.*

*d n. 9. & probatur in extrauag. 1. de Torneam.*

Vnde patet, ante hanc conſtitutionem damnandum fuiſſe ſtudium, quo multi magnates Hiſpani quærebant & conſeruabant ferociſſimos tauros, qui ante in circis agitati, aliquos occidiſſent, & iudicium illud crudele, quo iidem & alij ferè omnes iudicabant ſpectacula taurorũ prædicta: in quibus nulli interimerentur, vel vulnerarentur, eſſe frigida vituperióque digna.

Et quanquam agitationes moderatas non auderem damnare, etiam poſt hanc extraua. longè tamen conuenientius arbitrarer, loco illarum, vti aliis ludis, quibus Gallia, ad hilarandum populum & publicam lætitiam ſignificãdam, tempore meo vti ſolebat: putà, ſupplicationibus publicis, haſtiludiis, equitum, vel peditum pugnis vmbratilibus aduerſus dracones fictos, vel effigies hominum armatas, quæ ſe percutientes in vno brachio repurcutiunt altero, exercitiis equorum deſultoriorum, arcuum, baliſtarum, ſcloporum, pilæ, luctæ, curſus, globorũ ligneorum cùm manu, tum claua, impulſorum, chorearum honeſtarum, comœdiarum, aut tragœdiarum, pelarum ac folliarum Luſitanarum, aliiſque id genus exercitiis honeſtis, & extra omnem periculoſæ aleæ iactum conſtitutis. Sunt autem pelæ puellæ paruæ ditiſſimè ornatæ, quæ virorum agilium & ſaltantium humeris inſidentes, manuum, & brachiorum ac totius corporis geſticulatione plurimùm ac honeſtè ſpectatores oblectant. Folliæ verò, manus iuuenum, circa grande tympanum exultantium, tinnulorum, crepitantiumque ſiſtrorum agitatione mirificè populum citra vllam vllius iacturam, exhilarantium.

## Ad quid teneatur qui alium occidit, aut percutit.

### Summæ.

21 *Homicida liberi, vel ſerui quid reſtituere debeat.*

22 *Homicida quas impenſas reſtituere tenetur, & 23.*

24 *Homicida an teneatur ſe carceri offerre.*

24 *Homicida quid teneatur ſoluere cognatis.*

24 *Occidens opificem ad maiorem reſtitutionem tenetur quàm occidens nobilem, licèt nobilem occidendo grauius peccet.*

25 *Fur & alij Rei etiam puniti publica pœna, reſtituãt damna.*

25 *Hæredes morte damnati, qui damnum intulit, ad quid teneantur.*

26 *Occidens defendendo ſe ſine moderata tutela punietur mitiùs, quàm aggrediens, ſed reſtituet quantum ille & 27.*

28 *Duella quæ inter particulares milites exercituum licent.*

XXVII.

XXVII. Peccat mortaliter, qui alium iniuſtè occidit, nec vult ſatisfacere. Circa quod notandum, Sotum [a] cui ſatis conſonat Adrian.[b] & Ioan. Maior.[c] aſſeren. primò ridiculum eſſe putare, eum, qui bouem proximi necat, teneri ad reſtitutionem: non etiam, qui proximum occidit. Quibus tamen aduerſantur multæ leges [d] quarum vna [e] aſſerit hominem liberum, nullo pretio æſtimari poſſe. Alia [f] verò, in hæc verba ſanxit. (*Illi homini libero qui præteriens per viam publicam percutitur, re aliqua proiecta, aut cadente ex aliqua feneſtra, deberi medicationis impenſam & ſtipendia, quæ ſanus lucrifeciſſet, non autem quidquam pro deformitate, aut cicatrice inde relicta: corpus enim liberum nullam recipit æſtimationem.*) Tertia autem, ſtatuit, quòd quàmuis contra dominum alicuius animalis, quod occidit ſeruum, vel aliud animal, eius dominus habeat actionem, & ius petendi medicationis impenſas & ſtipendia, quæ alioqui lucrifeciſſet: nil tamen poteſt petere pro cicatrice & deformitate, neque etiam ſi occidatur.[h] Itaque ſit reſolutio, eum, qui occidit, aut percutit aliquod animal brutum proximi, vel ſeruum, teneri illi reſtituere, tantundem, quanti valet quod occidit: Imò & quanto minoris valet ob deformitatem ex vulnere relictam: & qui percutit hominem liberum, tenetur ei reſtituere medicationis impenſas, ac ſtipendia, quæ ſanus lucrifeciſſet tempore medicationis, totiúque vitæ reſiduo: quatenus ob eiuſmodi percuſſionem ad illa lucrifacienda inhabilis eſſet effectus: deformitatem autem ex vulnere relictam, nullatenus tenebitur compenſare. Qui verò liberum hominem occidit, non tenetur ſoluere quicquam pro vita, quam ademit, ſed quantum in medicando impendit, antequam obiret, necnon damnum, quod filij & hæredes eius perpeſſi ſunt, vt mox dicemus. Imò etiã, quod in eius funere moderato, iuxta conſuetudinem perſonarum eiuſdem conditionis expenſum eſt, cùm fuerit cauſa eiuſmodi ſumptus [i] quamquam hoc vltimum nemo vſque ad nos expreſſit.

23 Idem quoque Sotus aſſerit, huiuſmodi hominem debere patienter perferre mortis pœnam ſibi iuxta legem inflictam, etiamſi ſuis proprijs manibus non teneatur ſibi illam conſciſcere: & quidem rectè.

[a] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 3.*

[b] *in 4. De reſtit. q. fin.*

[c] *in eod. 4. diſt. 15. q. 14.*

[d] *l. fin. ff. de his qui deiec. vel effud. l. liber. homo, ff. ad l. Aquil. & l. ex hac ff. ſi quadrup. paup. fec. dic.*

[e] *d. l. liber homo*

[f] *d. l. fin. de his qui deiec. vel effud.*

[g] *d. l. ex hac.*

[h] *iuxta gloſſ. d. l. ex hac, & l. qua actione, § ſi quis, ff. ad l. Aquil. quod ipſum aſſeruit Azo. in ſum. ad l. Aquil. & clarius Oſtien. in ſum. de iniur.*

[i] *arg. c. fin. de iniur. & l. Qui occidit, ff ad l. Aquil.*

[k] *arg. gloſſ. ſing. c. fraternitas, 12 q. 2. & eorum quæ diximus in rub. de pœn.*

Neque etiam, iudicio meo, tenetur vinculis & carceri, aut morti inferendæ ſeipſum offerre, etiamſi hoc facere ſaluti ſuę animę magnopere expediret.

Ait inſuper, ſi pœnam mortis non ſubeat, expedire quod ſupereſt vitæ, contra infideles tranſigere: quòd ſi non placet, debere aliqua reſtitutione iudicio boni viri homicidium compenſare, ſatisfaciendo operibus ſpiritualibus, quę tanti eſſe videantur, quanti vita hominis interfecti æſtimanda erat: ſecundùm æquipollentiam, ſeu æqualitatem, quę hac in re inueniri poteſt, quod tamen non arbitrantur neceſſarium, per ſupradicta.

24 Ait etiam vltra hæc teneri reſarcire parentibus, filijs, aut cognatis occiſi, quancumque iacturam, quam ratione necis perpeſſi ſunt, quod quidem iuſtum eſt. Vnde Panorm. [a] dilucidiùs rem totam explicans, dicit, tantum hęredibus defuncti reſtituendum, quantum ille viuens ſuo labore, vel arte lucrari poterat: quod quidem videtur iure quinquaginta aureis ęſtimatum eſſe. [b] Ex quibus infertur, quod Ioan. Maior aſſeruit, [c] nempe, eum vinculo maioris reſtitutionis aſtringi, qui ſutorem, aut quemuis alium artificem mechanicum, quàm qui nobilem aliquem occidit, etiamſi grauius crimen admittat, qui hunc occidit, quàm qui illum. [d]

25 Atqui homicida, latro, aut alius reus, quem iudex puniuit, tenetur ſoluere damnum, quod parti intulit. Quandoquidem lex naturalis & diuina obligat eos ad reſtitutionem damni, parti læſæ, antequam à iudice puniantur, punitio autem, quæ in vindictam publicam irrogatur, eſt compenſatio iniuriæ Reipublicę illatæ [e] quæ non liberat à debito, quo parti obſtringitur: Cùm qui duobus diuerſas res debet, non liberetur ſoluendo vni, quod ei debet, nec ſoluendo vni, quod alteri debet: [f] & conſequenter, qui publicam pœnam paſſus, habuerit quo priuato damno ſatisfaciat, ſoluere debebit, vt ſentit Inno. ſi bene ponderetur. [g]

Nec obſtat, quod Fel. [h] & alij multi ex gloſſis prædictis colligunt: eum videlicet, qui ob delictum luit corpore, quod non habet in ære, ad pœnam pecuniariam non teneri: quàmuis poſtea ſat bonorum ei

[a] *in c.1. de iniur. poſt Specu. tit. de iniur. §. ſequitur, n. 26.*

[b] *l. 2. §. 1 ff. de iis qui deiec. vel effud. vt intellexit ſingulariter Oſtien. vbi ſup.*

[c] *in 4. diſt. 15. q. 19. in fin.*

[d] *arg. l. Aut facta, ff. de pœnit. & c. Aut facta de pœn. diſt. 1.*

[e] *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. &c. vt famæ, de ſent. excom.*

[f] *c. ea te, de rur. c. ſicut dignum, §. eos, de homic.*

[g] *in c. Odoardus, de ſolut.*

[h] *in c. Ad liberandam, de Iud.*

ſoluendę acquirat. Aliud enim eſt, dicere, quem ob pœnam corporalem à pecuniaria excuſari, quod illę gloſ. probant: aliud verò quem propter pœnam corporalem à ſoluendo intereſſe parti, excuſari, quod non aſſerunt: nos verò aſſeruimus, quod etiam ſenſit Iaſon. [a]Quod tamen perpetuum non eſt, ſed limitandũ quando pars lęſa vellet, vt delinquentes per pœnam corporalem, non ſolùm Reip. ſed etiam ſibi ſatisfacerent. [b]Ex quo ſequitur, quòd hæredes capite plexi, vel ſuſpenſi per ſententiam, obligãtur reſarcire damnum, quod intulerat parti, ſicut & ſoluere alia debita. [c]imò & Fiſcus, ſi eius bona confiſcata fuerint. [d]

[a] in §. pen. n 45 de Act.

[b] l. 1. ff. qui ſatiſda. cog. & l. Si rem, §. omnis ff. de pign. act.

[c] l. 1. C. ex delict. defunct.

[d] l. Non poſſunt & l. in ſumma, ff. de iur. fiſc.

26 Atqui inter Sotum & Communem [e] conuenit, quòd non ſolùm homicida, ſed etiam percuſſor tenetur reſtituere omnes expenſas quas percuſſus in ſe medicando fecit, & inſuper quicquid lucrifeciſſet arte vel officio ſuo, quamdiu malè habuit: imò & quicquid amplius reſiduo vitæ tempore ſuo labore ob id lucrifacere poterat. Vnde confeſſarius non debet eum, qui occidit, aut percuſſit, abſoluere, niſi prius illatum damnum compenſet: vel reuera proponat reſtituere, iuxta omnium ſententiam: quod quidem intelligendum, de eo, qui iniuſtè percutit, vel occidit. Nam qui iure permittente ſimile quid facit, nulli reſtitutioni eſt obnoxius. [f]

[e] vbi ſup.

[f] Clem. 1. de homic. c. olim, de reſt ſpol. cum eis adnot.

27 Non eſt tamen adnumerandus iuſtè quem occidentibus, qui debitum modum defenſionis & moderamen inculpatæ tutelę excedit, quinimo, noſtro iudicio (quicquid alij opinentur) quàmuis multò minùs peccet, & proinde minorem pœnitentiam in foro interiori, leuioremque pœnam in foro exteriori mereatur, quàm qui voluntariè alterum occidit, [g] nihilominus tamen, tantę reſtitutioni, ac alter, eſt obnoxius, ſaltem ſi culpa lethalis exiſtat. [h] Siquidem, huiuſmodi mors, non ſolùm iniuſta eſt ex mala intentione: ſed etiam ex ipſomet opere exteriori. Quod addimus ad obuiandum reſponſo, quod noſtro argumento dari poterat, deſumpto ex illo pronunciato eruditiſs D. Card. Caie. quo aſſeuerauit, atque prodidit [i] eum nimirum qui alterum occidit in bello iuſto, vel iuſto præcepto iniquo animo, & intentione, licèt pro-

[g] per textũ ſing. in c. ſignificauit, de pœn. & remiſſ. & l. ſi adulterium, § Imperatores, ff. de adult.

[h] iuxta l. ſi ex plagis, § fin. ff. ad l. Aquil.

[i] 2. 2. q. 44. art.

per intentionem iniquam peccet ad vllam nihilominus reſtitutionem non teneri.

Neque obſtat, quòd quidam aſſerit, tenere me iſthic homicidam aggreſſoris, qui per inaduertentiam non ſeruauit modum inculpatæ tutelæ, ſi ad id ſe accinxit, vt peccaret mortaliter, ad tantam teneri reſtitutionem, ad quantam homicida voluntarius. Contra quod ait tenere Silueſtrum [a] ſibíque ſuffragari, quòd minor culpa minorem inducit reſtitutionem. Non, inquam, hoc obſtat. Primò, quia Silueſter agit de ſolutione pœnæ, non autem de reſtitutione damni, & intereſſe, cuius meminimus: ait enim, occidentem ob ineuitabilem neceſſitatem, ad nullam pœnam teneri, niſi det cauſam inuaſionis, eóque caſu teneri ad reſtitutionẽ arbitrio boni viri: nos verò loquimur de reſtitutione damni dati, vel intereſſe ob illud contingentis. Inſuper, per incogitantiam videtur ab eo dici, quòd minor culpa minorem reſtitutionem meretur. Videtur enim velle dixiſſe, minorem culpam, minorem pœnam mereri. Tum, quia quodlibet furtum notabile obligat ad reſtitutionem, non autem odium Dei: quod eſt ſuo genere maximum. Tum, quia culpa ſeiuncta à dolo, obligat ad tantam reſtitutionem, ad quantam ei coniuncta. Tum, demum quia etiam ſine culpa, interdum quis tenetur reſtituere: vt cùm animal alicuius non aſſuetum nocere, nocet alicui ſine vlla culpa domini. [b]

28 Dubium autem mihi propoſitum. An videatur nobis vera ſententia Caiet. [c] quâ damnat milites, qui tẽpore belli ſubeunt ſingularia certamina, vnius contra vnum, duorum contra duos. 10. contra 10. &c. ad quæ prouocantur ab hoſtibus? quę dubium proponenti diſplicet: quòd exercitus prouocantium animoſior fieret, ſi prouocati ea non acceptarent. Pro quo ipſe cito, quòd memorię proditum eſt [d] de Goliatho Philiſthęo prouocante, déque Iudæis renuentibus, & Dauide Hebræo monomachiam ſuſcipiente, ac funda puerili minaces, ſuperbóſque ſpiritus Goliathi confringente. Qui quidem, exercitibus inſpectantibus, ea tandem lege depugnarunt, vt ex alterutrius victoria, toti etiam exercitui victoria parta cenſeretur. Quibus accedit, quòd milites debent honori ſuo cõſulere, iuxta tradita

[a] *verbo reſtitutio, 3. q. 2.*

[b] *d. c. fin. de iniur.*

[c] *in ſum. verb. Duellum 5.*

[d] *1. Reg. c. 17.*

à Panor. & alijs, [a] quæ ſupra [b] extendimus ad eum ho-norem, quem renuendo, talia perderent. Cæterum, arbitror vtriuſque ſententiam teneri poſſe: Caietani quidem, in certaminibus, quæ offeruntur oſtentandarum virium, artíſque, pugnandi, & gloriæ vanæ quærendæ gratiâ ſine reſpectu, ſaltē principali, belli victoriæ commodandi acceptantur, quod ipſius verba ſignificant: proponentis autem ſententia, cùm acceptantur principaliter ad commodandum belli victoriæ, honoríſque ac reputationi fortitudinis, ſui exercitus (quæ plurimùm ad victoriam momenti habent) ſeruatis ſeruandis: quod eius ratio ſubindicat.

[a] *in c. olim de reſtit. ſpol.*
[b] *eod. c. n. l.*

# De ſexto præcepto, Non mœchaberis, vel non fornicaberis.

## CAPVT XVI.

Summæ.

1 *Preceptum 6. de non fornicando, & 10. de non concupiſcendo que vetant. 2. & 3.*
1 *Luxuriam an ignorantia, vis aut metus excuſet.*
2 *Luxuria omnis reducitur ad has ſex ſpecies.*
3 *Sponſa Dei eſt anima viri, vt & anima fœmine.*
3 *Luxuria loci, & perſone ſacre, eſt ſacrilegium.*
3 *Sacrilegium cur non ſit violatio dormitorij, & eccleſie ſit.*
4 *Conſecrari que monacha non poteſt.*
4 *Inceſtus gradus cur neceſſario à confitente exprimendus.*
4 *Confeſſarius vt debet interrogare circa peccatum luxurie.*

1 Hoc præcepto (vt diximus) [c] nobis eſt à Domino interdicta quæcunque carnalis copula extra legitimum matrimonium, quæ eſt peccatum mortale, quàmuis ſit ſoluti cum ſoluta, quæ ſimplex fornicatio appellatur, adeo quidem, vt contrarium aſſeuerare ſit hæreſis, iuxta Concil. Viennenſe, [d] Neque ignorantia ab eo excuſat, [e] neque etiam exiſtimare, non eſſe peccatum rem habere cū publica meretrice. Hæc enim eſt ignorātia iuris naturalis, & diuini, planè manifeſti, quæ nullatenus excuſat. [e]

[c] *in addit. c. quando, de conſec. diſt. 1.*
[d] *Clem. ad noſtrum, de hæret.*
[e] *c. 1. q. 4. § notandum, &c. ignorantia, de reg. iur. lib. 6.*

Neque metus, aut minæ mortis, vel infamiæ, neque pudor vociferandi, neque timor infamiæ, quæ vociferationem conſequeretur, ab hac culpa excuſat. Sufficit enim voluntas, aut conſenſus, etiam coactus, vt culpę mortalis macula contrahatur, [a] potiùs enim debet quis vniuerſa mundi mala perpeti, quàm illi conſentire. [b] Excuſaret tamen vis abſoluta, qua nullo accedente cōſenſu cogeretur adulterari, aut fornicari, adeo vt ſi virgo exiſteret, quæ ſemper animo huiuſmodi obſcœnæ voluptati contradiceret, non perderet virginitatem, ſaltem quoad Deum, vt glorioſiſſima Lucia virgo & martyr, relata à Gratiano. [c]. & à S. Thom. [d]. reſpondit Paſchaſio in hæc verba ( *Si me feceris inuitam violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.* ) Quod procedit, etiamſi actu ipſo delectationem aliquam perciperet: modò neque in ipſum actum, neque delectationem voluntate deliberata conſentiret. Eiuſmodi enim delectatio non eſſet voluntaria: ſed naturalis, éſtque eſſe in medio ignis, & non ardere, vt dixit S. Gregorius, [e] neque tenetur manus iratas inijcere in eum, qui vim inferre nititur: neque clamore ſe defendere. Satis eſt enim non conſentire ad hoc, vt non peccet coram Deo mortaliter, vt ſingulariter prodidit Sotus. [f] Quàmuis quoad forum exteriùs præſumeretur conſenſiſſe ( ſi contingeret id ei intra ciuitatem ) & neque clamaſſet, neque petiiſſet opem ad ſui defenſionem cùm poſſet. [g] Quod verò idem Sotus addit, non teneri huiuſmodi fœminam, etiam ſuis propriis membris reſiſtere, ſatiſque eſſe non ſe componere, aut præparare ad obſcœnum illum actum, dummodo animo nō conſenſerit, difficile profectò poſſet cōtingere: adeóque credo paucas honeſtas repertum iri, quæ aliquo modo non reſiſtant, ſaltem cum clamore, & manuum iniectione in eos, qui eas tātâ iniuriâ afficere nituntur, quę opinio Soti ſic limitata magis placet, quàm alia Caietani infra [h] tacta, dicentis debere clamare, non obſtante infamia, quę inde ſequi poſſet. Interrogatus autem, An ſentiam peccare mortaliter eam, quę ſaltem ſuis membris ſine clamore, & percuſſione non reſiſtit: & quid ſi ob metū ad eiuſmodi actum obſcœnum ſua membra cōponit? Reſpondi, me ſenſiſſe non peccare ſolùm non reſiſtendo. ſed ad eum

[a] *c. marito, 15. q. 1.*
[b] *c. itane, 32. q. 5. c. ſacris, de his quæ vi, & Anto. 5. part. tit. 5. c. 6. ſub fin.*
[c] *32. q. 5. in ſum.*
[d] *2.2 q. 64. art. 3. ad 3.*
[e] *in c. vir cum propria, 33. q. 4.*
[f] *lib. 5. q. 1. art. 5. de iuſt. & iur.*
[g] *Deutero. c. 22.*
[h] *n. 13.*

actum ſeſe componendo, licèt enim id faciendo, non conſentiat actui obſcæno: participat tamẽ cooperando ad illum, quod ſufficit, vt peccet iuxta tradita infra.[a] quæ autẽ ſolũ non reſiſtit, nõ cooperatur, ſed ſolũ patitur, quod ipsũ etiã ſenſit Sot.[b] licet rationẽ nõ proferat.

At verò ſimul ac vetatur aliquid, cenſetur vetitum deſiderium, & propoſitum faciendi illud: imò & cõſenſus deliberatus delectãdi ſe eo, viſu, tactu, aut cogitatu, etiam ſine opere alio, actu, vel animo aut deſiderio committendi illud, vt colligitur ex S. Tho. in hoc probato.[c] Ac conſequenter, quàmuis decimum præceptum, quo vetatur deſiderium copulæ illicitę, non fuiſſet datum: per hoc tamen ſextum fuiſſet vetitum.[d] At Dominus noſter in hac & furti materia, ſpeciatim per nonum & decimum pręceptũ, vetuit deſideria & propoſita, quód in eis delectatio, quę ex cogitatione ſola naſcitur, eſt quoddam bonum apparens, ad ſui deſiderium inuitans, ſecundùm ſanctum Tho.[e]

2 Omnia verò luxuriæ peccata tam cogitationum & delectationum, quàm verborũ & operum, vt plurimũ, ſunt ex vna ſex ſpecierum, aut generum, vt ait Gratia[f] & S. Tho.[g] & vt rectè defendit & declarat Caiet.[h] Quarũ prima eſt fornicatio ſimplex, quę eſt inter ſolutos, non ſolùm à vinculo matrimoniali, ſed etiam cognationis, affinitatis, ordinis ſacri, religionis, voti, & infidelitatis. Si enim alter eſſet vinctus aliquo pręd̃ictorum vinculorum, non eſſet ſimplex fornicatio autore S. Tho.[i] Secunda, adulterium, cùm alter vel vterque eſt coniugatus. Tertia, inceſtus, quando ambo ſunt conſanguinei, vel affines, ad quam reduci poteſt ſacrilegiũ, quod admittitur, quando alter eſt perſona religioſa, profeſſa, ordine ſacro inſignita, aut cognatione ſpirituali cõiuncta,[k] aut admiſſa fuit copula in loco ſacro, Quarta, ſtuprum, quando fœmina eſt virgo: eſt enim peccatũ ſpeciale ratione violationis ſigilli virginalis, vt docet S. Th.[l] Nõ ſufficit autẽ quoad hoc, vt vir ſit virgo, vt prodidit Caiet.[m] Quinta raptus, quando violenter aliqua contra voluntatem ſuam, vel patris ſui extrahitur domo ſua, quàmuis id fiat vt ducatur in vxorem, poſt habitam copulam: & quando violenter extorquetur copula, ſiue ſit virgo, ſiue nõ,[n] licet vim paſſa, ſi nullatenus cõſentit,

[a] *c. 17. n. 20.*
[b] *vbi ſup.*
[c] *1.2.q.74.art. 3. & quæſt. 34 art. 3. & 2.2.q. 54. art. 1. & 5.*
[d] *vt in addit. c. quando, de conſec. diſt. 1 diximus, & probatur efficaciter, per c. 5. Matth. & c. meretrices, 32. qu. 5. & c. nec ſolo, & c. qui viderit. 32. q. 5.*
[e] *1.2.q. 100. ar. 5*
[f] *c. 2. §. cùm ergo. 36. q. 1. c. mulier, 16. q. 1. c. extraordinaria 35. q. 2.*
[g] *2.2.q. 154. art. 1.*
[h] *ead. q. art. 7.*
[i] *2.2.q. 154. 1. & 2.*
[k] *c. fin. 30. q. 1.*
[l] *2.2.q. 154. art. 6.*
[m] *in d. art. 6.*
[n] *c. raptores, 36. q. 2.*

non peccet, vt dictum eſt. Sexta, contra naturã, quando non ſolùm peccatur cõtra rationem naturalem, vt fit in ſpeciebus prædictis, ſed etiam contra ordinem, quem natura ad habẽdam copulam carnalem ordinauit, iuxta vtrumque Thom.[a] putà, cùm peccat vir cum viro, fœmina cum fœmina, aut vir cum fœmina extra vas naturale: quod grauiſſimum, abominabile, & indignũ relatu peccatum eſt, quàmuis perpetraretur inter maritum & vxorem. Eiuſdem ſpeciei eſt etiam, cùm peccatur cum animali bruto, quod beſtiale dicitur, Eſtque omniũ, quę ſunt contra naturam, maximum, iuxta ſanctum Th.[b]

*a 2.2.q.154.art.1.*

*b 2.2.q.154.art.12.*

3 Licèt autem plures ſunt luxuriæ ſpecies, ſex tamen memoratæ primas ſibi vendicant, ſúntque celebriores, adeóque directe vel obliquè cæteræ ad eas reducuntur. Nam & luxuria, quæ admittitur cum religioſa, vocari poteſt adulterium, vel inceſtus,[c] cùm ſit ſponſa ſpiritualis Dei, qui eſt omnium pater, & conſequenter, qui violat eam, violat ſponſam alienam, affinémque ſuam: quàmuis etiam[d] vocetur ſacrilegium, quòd rem ſacram violet iuxta illud S. Thom.[e] *aliquod ſacrilegium eſt ſpecies luxuriæ, & aliqua ſpecies luxuriæ ſacrilegium*, licèt[f] ſolas prædictas ſex ſpecies poſuiſſet, quòd Caietanus varijs rationibus propugnat[g] Nec refert, an peccans ſit religioſa, vel religioſus ſi quidem, Deus tam verus ſponſus eſt animarum virorum, qui ſuam caſtitatem diuino ſuo cultui dedicant, quàm fœminarum, quæ idem faciunt. Adhæc tam ſacrilega eſt, cæteris paribus ſecularis, cum qua rem habet religioſus, quàm ſacrilegus ſecularis, qui rem habet cum religioſa, & magis ſacrilegi, ille & illa, qui cùm ſint ambo religioſi, ſibi mutuo ſeſe commiſcent. Sacrilega quoque dici poteſt omnis copula etiam coniugum, quando ratione loci ſacri eſt illicita.

*c iuxta gloſſ. c. virginibus, 27. q. 1.*

*d ab ead. gloſſ.*

*e 2. 2. q. 154. art. 10.*

*f in ead. q. art. 1*

*g d. q. 154. art. 1.*

Monaſterium porrò, & dormitorium religioſorum eiuſmodi loca ſacra, quæ peccatum carnis ibi commiſſum faciant eſſe ſacrilegium, non ſunt, cùm ſint quartæ ſpeciei rerum ſacrarum, ſecundùm S. Tho.[h] ſi autem ad ſacrilegium ſatis foret, eiuſmodi peccatum committi in loco ſacro quartæ ſpeciei, ſacrilegiũ foret, quodcũque in quibuſlibet agris, prædijs, aut domibus eccleſiæ cõmitteretur, quippe, quæ omnia sũt ſacra eiuſdẽ ſpeci[...][i]

*h 2. 2. q. 99. art. 3.*

*i c. ſacrilegiũ c. qui rapit, c. quiſquis, 17. q. 4.*

iuxta S. Tho.[a] Non obſtat, quòd eccleſia & cœmeteria ſunt loca ſacra, quæ faciunt, carnis peccatum eſſe ſacrilegium, illa namque ſunt tertiæ ſpeciei rerum ſacrarũ, iuxta eundem ſanctum Thom.

[a] *vbi ſup.*

4 Peccat autem Sanctimonialis, quæ cùm eſſet ſæcularis, aut antequam profeſſionem faceret, occultè fornicata eſt, ſuæ conſecrationis velum ſuſcipit niſi præuiâ diſpenſatione, ſaltem epiſcopi, aut aliâ honeſtâ cautelâ ſuſcipiat, vt Silueſt[b] perbellè declarat. Quod ipſum producendum arbitror ad illam, quæ voluntariè ſeſe polluit, vt colligitur ex ſancto Tho. communiter recepto.[c] Quò fit, vt forſitan paucæ grandiorũ, ſine cautela licitè conſecrari poſſint. Atqui, ſub ſpecie inceſtus, cõtinetur inceſt⁹ cognatorũ etiam diuerſorum graduum, qui ſunt diuerſæ ſpeciei ſpecialiſſimæ: & proinde, non ſufficit confiteri habuiſſe rem cum cognata, ſi habita fuerit cum cognata 1. 2. vel 3. gradus: ſed oportet exprimere gradum, nam licèt circunſtantia illa non mutet ſpeciem generalem, ſiue genus inceſtus, mutat tamen ſpeciem ſpecialiſſimam, quod ſufficit, vt neceſſariò ſit confitenda, iuxta tradita[d] ſupra.

[b] *verb. conſecratio virginum, q. 1.*

[c] *2. 2. q. 152. art. 1. ad 4.*

[d] *c. 7. n. 4. & ſeq.*

Cumque periculoſum ſit tam confeſſario, quàm pœnitenti, immorari nimis in huius generis interrogationibus, debet ſe quàm citiſſimè ab eis expedire, interrogãdo ſola neceſſaria, citra nimirum deſcẽſum ad particularia & minutiora, per dicta ſupra[e] & tradita à Caietan.

[e] *c. 6.*

Quicquid autem Ang. & aliquot alij contra ſuãmet rationem nulla ratione nixi, dicant, ſatis eſt, vt confeſſarius circa hoc præceptum, percunctetur coniunctim omnia, ad illud ſpectantia, vnà cum pertinentibus ad decimum, quàm diuiſim alia circa hoc, alia circa illud.

## Præceptum de non mœchando quis violet.

### Summæ.

5 *Preceptum ſextum de non fornicando, quis violat.*
6 *Pollutio voluntaria, & inuoluntaria variorũ caſuum. & 7.*

6 *Pollutionis incurrendæ periculis conſentiens.*
7 *Pollutio dormienti adueniens, &c. an poſſit placere. n. 8.*
7 *Referri poteſt in Deum quidquid non eſt peccatum.*
8 *Pollutio præterita, & futura vt differant.*
9 *Generationem matrimonialis copulæ impediens, &c.*
9 *Fornicandi deſiderium, & delectatio moroſa quando peccatum.*
9 *Peccata cordis, oris, & operis eiuſdem ſpeciei.*
10 *Delectatione, quam cogitando percipit, ſi lætatur.*
10 *Delectatio præſens de copula præterita, vel futura. &c.*
11 *Oſcula quæ peccata. & n. 12.*
13 *Tactus qui peccata, & qui non*
14 *Ornans ſe, inſidens feneſtris, cantans, &c. qui peccat.*
15 *Comedit, qui ad luxuriam incitantia, &c.*
15 *Amans inſequens amatam vt peccat.*
15 *Meretrici domum locans an peccet.*

5 Hoc præceptum de non mœchando, vel non fornicando violat. Primò, qui habet copulam carnalem extra legitimum matrimonium, tenetúrque dicere, quoties illam habuit, & cum quibus perſonis: quò ſciat cõfeſſarius, cuius ſpeciei ſit, putà, an ſit ſimplex fornicatio, vel adulterium, inceſtus, ſtuprum, ſacrilegium, raptus, aut contra naturam, iuxta dicta ſupra.[a] Tantùm porrò quis peccat per copulã cum vna eadémque perſona decies habitam, quantum peccaret, ſi eam cum diuerſis decem, eiuſdem cum illa qualitatis, haberet: vt Ioannes Maior[b] expreſſit.

[a] *eod. c. n. 3.*
[b] *in 4. diſt. 17. q. 4.*

6 II. Violat idem præceptũ qui procurat, vt contingat ei pollutio, aut cui deliberatè contingentia illius non procurata placet, vel cùm poſſit, & debeat eam impedire, non impedit: aut probabili periculo, vt eueniat, ſe exponit, voluendo intellectu turpes cogitatus, voluntatémque carnali voluptate oblectando, aut immiſcendo ſe conuerſationibus, vel tactibus turpibus, ad eã prouocantibus, à quibus poteſt, & debet ſe auertere, aut, vt ſibi eueniret pollutio, comedit aliquid, aut bibit, quàmuis ad exonerandum naturam id faciat. Quod genus peccati dicitur mollities, eſtque de numero peccatorum contra naturam, de quo Apoſt.[c] (*Molles non poſſidebunt regnum Dei.*) quod licet maius ſit, quando alterius adhibitâ operâ contingit, propter participationem in

[c] *1. Corinth. 5.*

alterius peccato: non tamẽ ob id fit alterius ſpeciei, niſi copula Sodomitica accederet, iuxta ſententiam Caiet. [a] & niſi aliud interueniret, quo ea mutatio fieret, proinde, ſi prçter id, intercederet perſonę alicuius memoria, & voluntas, ſiue deſiderium eam libidinem explendi cũ lia, non ſolùm eſſet mollities: ſed etiam alia luxuriç ſpecies, cuius eſt copulare ipſa habita cum illa perſona. putâ, adulterium, ſi eſſet nupta: inceſtus, ſi cognata: ſodomia, ſi alterius ſexus: ſecundùm eundem Card. [b].

a 2.2. qu.154. art. 11.

b vbi ſup.

7 Dixi (*Qui procurat, &c.*) Quoniam pollutio quę inuito contra voluntatem euenit, non eſt peccatũ: qualis eſt, quę euenit dormienti, ſeminis fluxum patienti, & violento alterius tactu, ei, qui in id non conſentit. Dixi (*Cùm poßit, & debeat impedire non impedit.*) Quoniam non ſufficit potentia impediendi, niſi adſit obligatio id faciendi. Nam, qui operi alicui incumbens, poteſt eiuſmodi pollutionis euentum impedire, ceſſando ab opere illo, & ſe in alia diuertendo, at quia non tenetur opus illud intermittere non ceſſat ab eo, ob idque polluitur, non peccat, ſi nullatenus pollutioni aduenienti conſentit. Exemplum ſtatui poteſt in eis, qui ad concionandum, docendum, diſputandum, audiendum confeſſiones, aut alloquendum fœminas ex cauſa honeſta, cùm ſint viri, vel contrà, viros, cùm ſint fœminæ, vident, legunt, audiunt, aut dicunt aliqua turpia, ſeu talia, quę illam prouocent, quàmuis ſi quidem poſſint, non ſunt tamẽ obligati cœpto ſuperſedere, quò pollutionis euentum impediant, adeóque, ſi illis eueniat, non peccant, modò nullatenus, vt ſupra dictum eſt, ei aduenienti conſentiant. Quæ omnia colliguntur ex traditis à S. Thom. [c] S. Ant. [d] Card. Ioann. de Turrecrem. [e] & Card. Caiet. [f] Quæ tamen omnia intelligenda ſunt de ſolis illis, qui probabiliter credunt, voluntatem eorum ſuperiorem ſiue intellectiuam, in huiuſmodi pollutionem non conſenſuram, nam credentes contrarium, potiùs debẽt omittere cõfeſſiones, cõciones, & quiduis aliud, per ea, quę Cai. [g] prodidit, & nos, [h] tractãtes illud Eccl. (*Qui amat periculũ, peribit in illo*) tradidimus. Nõ eſt inſuper, peccatũ mortale, cupere vt ſibi dormiẽti contingat pollutio (quò leuetur natura) per ſolã viã naturalẽ, nullã ad id cauſã dãdo. quod ne cui videatur durius, addimus

c 3. part. qu. 80

d 2. part. tit. 6. c, 5.

e in c. teſtamentum, &c. ſed pẽſandum, diſt. 6.

f Tom. 1. opuſc. opuſ. 14. qu. 1. & 3 qu. 16. & in ſum. verb. pollutio.

g vbi ſup.

h c. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7

i c. 3.

nos hac in parte ſequi Caietan.[a] Silueſt.[b] & alios, præ-ſertim glorioſum illum Anto.[c] non tantùm ob eius au-ctoritatem (quanquam mihi ſemper maxima eſt) ſed etiam ob rationes ſequentes.

[a] 2. 2. qu. 154. art. 5.
[b] verb. pollutio.
[c] 2. part. tit. 6. c. 5.

Prima eſt, quòd hæc, de qua loquimur, pollutio, non eſt in ſe peccatum, ſecundùm omnes: & quicquid non eſt peccatum, in obſequium Dei referri poteſt, iuxta omnium ſententiam, in quam tranſit Caiet.[d]

[d] 1. 2. qu. 8. art. 3. & expreſſè q. 100. art. 10.

II. Quòd agitur de deſiderio, ſiue cupiditate, quæ nullatenus eſt pollutionis cauſa, quale eſt deſiderium eius qui cupit, vt pollutio ſibi quandoque eueniat in ſomnijs, eo modo, quo ſudor in ſubleuamen naturæ.

III. Quòd eiuſmodi pollutio quoad hoc non adæquatur peccato. Nam etiam S. Thom.[e] Palud.[f] & communis aſſerunt, non eſſe peccatum, complacere ſibi de præterita pollutione ob ſanctum & ab omni malo defæcatum finem, cùm tamen peccatum ob nullum finē, euentum, vel effectum quàmlibet ſanctum, vlli poſſit iuſtè placere, vt ſuprà[g] & alibi,[h] probauimus.

[e] in 4. ſent. diſt. 9. q. 1.
[f] in ead. diſt. q. 3.
[g] c. 13. n. 10.
[h] in c. inter verba, 11. q. 3. & in addit. c. quando de conſeſ. diſt. 1.

8 IIII. Quòd inter complacentiam futuræ pollutionis & præteritæ, nulla eſt, quantum ad hoc, alia differentia, quàm quòd complacētia futuræ, poteſt eſſe cauſa illius: nos verò expreſſè agimus de complacentia, quæ nullatenus eſt cauſa illius, vt etiam quos ſequimur, loquuntur.

V. Quòd Doctores, qui contrarium affirmant, intelligendi ſunt de deſiderio, & cupiditate, quæ eſt aliqua via pollutionis, vel irritamentum eius, licèt in bonum finem: non autem, de qua agimus, quæ nullatenus eſt cauſa: nec irritamentum eius, neque ad malum, neque ad bonum finem.

VI. Falſum eſſe, quòd omnes, qui deſiderant aliquid, procurent illud habere: & quòd quicquid licet deſiderare, liceat & procurare: poſſum enim deſiderare mortem propriam: imò & alienam, multis caſibus: eam denique à Deo poſtulare, at, non eſt mihi licitū procurare illam opere, vt rectè elucidat Sotus,[i] & eruditè docuit Caietan.[k] in hæc verba. *Aliud eſt volitum, aliud voluntarium, illud reſpicit obiectum, hoc voluntatem. Et poteſt quis nonnunquā rectè deſiderare, vt eueniat ei mors iuſſu Regio,*

[i] lib. 5. q. 12. art. 1. de iuſt. & iur.
[k] 2. 2. qu. 154. art. 5.

*aut Reipub. contra ſuam voluntatem facienti quicquid poteſt, ne illa eueniat ei, & ſe defendat ab ea.*

VII. Quòd medicus poteſt deſiderare, vt ei, cui medetur contra ſuam voluntatem, eueniat pollutio (quam credit ſaluti eius plurimùm profuturam) ſine vlla culpa ægrotantis, & vlla illicita procuratione. Quibus rationibus, & prædictorum, quos ſequimur, auctoritate freti, hanc partem, ſine vlla contentione peruicaci, & præiudicio eius, qui ſecus contenderit, ſub correctione debita, amplectimur.

Addentes, non eſſe peccatum mortale, comedere nimis, aut calida edulia, ob quæ pollutio euenit, dummodo non fiat, vt eueniat: ſed ſolùm, quò ſuæ gulæ ſatisfiat. Ex quibus elicitur, pollutionem, quæ dormienti obuenit, nõ eſſe peccatũ, quãuis eſſet in cauſa,[a] quia nõ eſt voluntaria, & quia, vt alibi[b] diximus, nemo, cùm dormit, poteſt bene mereri, aut peccare, etiam venialiter, niſi exequẽdo peccatum: vt ſi ſommo vteretur tanquam inſtrumento peccandi. Autoribus S. Thom.[c] & Caietan.[d] veluti vteretur, qui ſe ſommo daret, eo modo, vel ea corporis parte, vt ſibi pollutio eueniat: tunc enim peccatum eſſet vel ſaltẽ exequutio eius eo modo, quæ percuſſio facta ſagitta eſt peccatum, ſeu exequutio peccati, quod perpetrat, qui eam ad percutiendum eiaculatur. Non eſt item peccatum, ſaltem mortale, pollutio, quæ incipit euenire alicui, cùm dormit, & finitur, poſtquam eſt experrectus, ſi voluntas ſuperior, ſiue rationalis deliberata, in illam non conſentiat, quàmuis ſenſualitas ea delectetur, iuxta communem ſententiã,[e] & Ioan. de Turrecrem.[f] Imò neque ſi incipiat, poſteaquam eſt ſemiexcitatus, ſiue experrectus, antequã plenè expergiſcatur, modò abſque eam patientis conſenſu deliberato voluntatis rationalis, perficiatur, poſteaquam eſſet plenè experrectus, iuxta mentem Cardin. à Turrecrem.[g] ad conſtituendum ſiquidem peccatum mortale, iudicium integrum requiritur.[h]

III. Hoc præceptum violat, cui pollutio dormienti eueniens, poſtquam plenè expergiſcitur, placet deliberatè ob delectationem, quam inde cepit, præſertim, ſi deſiderat vt iterum ei delectationis ergô eueniat, autore Siluestr.[i] Dixi (*Ob delectationem, &c.*) quoniam, ſi

*[a] iuxta gloſſ. recept. d. ca. teſtamentum verb. rei. S. Tho. 2. 2. q. 154 art. 5. & Ioan. Mai in 4. ſent. diſt. 9 qu. 2*
*[b] in addit. cap. quando, de conſec. diſt. 2.*
*[c] in d. art. 5.*
*[d] tom. 1. Opuſc. Opuſc. 14. q. 1.*
*[e] in 4. ſent. diſt. 9.*
*[f] in c. ſed pẽſandũ, art. 5. diſt. 9*
*[g] vbi ſup.*
*[h] c. omnis, de pœ. & remiſſ. & ca. 1. de delict. puer. & c. inebriauerunt, 15. qu. 1.*
*[i] verb. pollutio.*

placuit pręterita, vel optat futuram, ad tētationes carnis ſedandas, non procurādo, vt eueniat, non eſt peccatum, iuxta Caietan [a] Anto. [b] & Silueſt. [c] etiamſi comedat aliquid, quod eam prouocaturum exiſtimet, modo in hunc finem non faciat, licèt ad ſatisfactionem gulæ id comedat: Anton. & Silueſt. [d] autoribus.

*[a] 2. 2. qu. 154. art. 5.*
*[b] 2. part. tit. 6. ca. 3.*
*[c] verb. pollutio*
*[d] vbi ſup. facit, ca. de occidēdis, 24. qu. 5. & l. ſi quis nec cauſā, ff. de reb. cred.*

9 IIII. Peccat, qui habens rem cum aliqua, dat operam, ne concipiat, procurādo, eiuſmodi coitum, vt nequeat fieri conceptio, quod peccatum eſt contra naturam, iuxta S. Thom. [e] & Caietan. [f] quoad ambos quidem, ſi ambo conſentiant, ſin autem, quoad conſentientem tantùm, qui eſt reus culpę.

*[e] 2. 2. qu. 154. art. 1.*
*[f] in comment.*

V. Peccat cui eſt animus, vel deſiderium deliberatum copulę carnalis extra legitimum matrimonium, vel delectatur illa moroſè, expreſſè, vel tacitè. Expreſſè quidem, fruendo, vel conſentiendo expreſſè, & deliberatè in delectationem, quæ ex turpi cogitatu illius naſcitur in appetitu ſenſitiuo. Tacitè verò, ſi aduertens ſe illa teneri, & duci in periculum conſentiendi, non expellit aut nititur expellere, ſine iuſta cauſa, quæ ab expellendo eum excuſet. [g] Toties autem peccat, quoties habuit eiuſmodi animum, aut delectationem moroſam, ſiue circa vnam interrumpendo ſępius, ſiue circa multas ſimul, aut ſeparatim, iuxta S. Anton. [h] & omnes alios, ac ſuperius dicta. [i] Quia peccata cordis, oris, & operis, eiuſdem ſunt ſpeciei, & ſolùm differunt ſecundùm maiorem, vel minorem perfectionem S. Thom. autore. [k] Proinde, iuxta varias circumſtantias variarum perſonarum, quas ſic concupiuit, ſunt etiam varię ſpecies horum malorum deſideriorum, peccatique ſpeciem mutant. Nam quę ſunt cum coniugatis, ſunt adulteria, quę cū cognatis, inceſtus: quę cum virginibus, ſtupra, de quibus ſupra dictum eſt. Ideoque hæ circumſtantię neceſſariò ſunt cōfitendę, cum numero eiuſmodi deſideriorum, ſiue concupiſcentiarum. Silueſt. autore, [l] cui ſupra dicta [m] ſuffragantur.

*[g] per reg. ſup. n. 3. poſitam, c. 1.*
*[h] 2. part. tit 5 c. 1. §. 6.*
*[i] c. 11. nu. 13 & 14.*
*[k] 1. 2. q 52. ar. 7*
*[l] verb. luxuria, § 3.*
*[m] c. 6. ſup. eod.*

VI. Peccat, cui deliberatè placet delectatio, quæ ſibi naſcitur ex cogitatione copulæ carnalis, quam habiturus eſt cum illa, vel illa, quando ſibi facta fuerit vxor, aut ſi alioquin liceret, iuxta ſententiam Caiet. [n]

*[n] d. 1. Tomo opuſc. opuſc. 14. q. 2.*

Quoniam, quàmuis licita ſit voluntas conditionalis, habendi copulã cũ illa, vel illa, ſi, vel quando ſua vxor fuerit, quãuis etiã liceat ei gaudere de ſpe, quam concipit habendi aliquando illam: non eſt tamen licitum ei admittere deliberatè delectationem carnalem, quæ inde naſceretur. Nam, quàmuis voluntas conditionalis copulæ futuræ, nil ponat in eſſe: delectatio tamen, quę inde naſcitur non eſt conditionalis, nec futura: ſed pręſens, & abſoluta, quæ eſt concluſio ſingularis, de qua latiùs ſcripſimus nuper. [a]

10 VII. Quiſquis coniunx mortua, vel mortuo thori conſorte, meminit copulam carnalem matrimonio ſubſiſtente habitam, & delectationem carnalem ex eius memoria ortam admittit, eáque deliberatè gaudet: vel aduertens ſenſualitati ſuæ eam ineſſe, ſeque exponi periculo pollutionis incurrendæ, vel conſentiendi in eam, non expellit, aut nititur eam expellere, cogitatum ſuum in aliud per diſciplinam, vel alia ratione, diuertendo. [b] Verum tamen eſt, viduum, & viduam licitè poſſe meminiſſe copularum carnalium temporis pręteriti, & gaudere, quòd eas habuerint, quódque eis delectati fuerint: imò & velle illas habere, ſi qua ratione fieri poſſet. Non tamen licitum eſt illis, habere nunc actu, & in præſentia delectationem, quæ ex illa recordatione naſceretur, iuxta omnium mentem, quam dilucidiùs cęteris declarauit Caieta. [c] Quod ipſum per eaſdem rationes videtur etiam nobis producendum ad coniugem, cui ex recordatione copulæ licitæ pręteritæ, aut futuræ, coniugis abſentis, naſcitur, atque excreſcit delectatio in ſua ſenſualitate: Tametſi, nemo (quod quidem ſciam) illud exprimat. [d]

VIII. Peccat, qui firmato, & ſtabili animo, vult amplecti, exoſculari, aut tangere, vel amplectitur, exoſculatur aut tangit fœminam, cùm ſit mas, vel marem, cùm ſit fœmina, animo fruendi delectatione carnali, quæ ex huiuſmodi actu naſcitur (licèt tactus ille non ſit de ſe impudicus, & tangeret perſonam, quam deſiderabat, atque ſperabat in coniugem accipere, ſi nondum acceperit) iuxta ſent. vtriuſque Thom. [e]

*[a] in ca. ſi cui, n. 1 & ſeq. de pœni. diſt. 1.*

*[b] per reg. ſup. c. 11. n. 14. poſtam.*

*[c] in d. tom. 1. opuſc. opuſc. 14. q. 1. & 2*

*[d] arg. l. illud, ff. ad l. Aq. & c. 2 de tranſl. Prel. de quo latius per nos in d. cap. cogitationis, & c. ſi fortè, de pœ. diſt. 1.*

*[e] 2. 2. qu. 154. art. 4. S. Anton. 2. part. tit. 5. ca. 1. §. 7. 8. & 9.*

Dixi (*firmato animo*) quoniam appetitus qui in ſenſualitate naſcitur, aut ex voluntate aliquid horum patrandi; antequam intellectus id animaduertat, & voluntas ei deliberatè conſentiat, aut etiam omittat eum expellere, cum periculo conſentiendi, ſaltem in illam delectationem, non eſt peccatum mortiferum.[a] Dixi (*animo fruendi delectatione carnali*) quoniam facere illa ad ſe delectandum honeſtè, vt faciunt plærique, qui tangunt, oſculantur & amplectuntur pueros, puellas, cognatos vel cognatas, non eſt peccatum.[b]

11 Dixi (*Oſculari, tangere, & amplecti*) non autem (*videre, & alloqui*) quia hæc, cùm fiunt honeſtè in finem honeſtum: putà, honeſtæ vrbanitatis gratiâ, vel vt ſe agnoſcant poſteà, cùm iterum conuenerint, vel ad reprehendendã illius vanitatem, vel de rebus honeſtis cõmonefaciendum, aut ad laudandum Deum, quòd adeo pulchra opera efficiat, vel ob honeſtum amorem: imò & ad ſe delectandum caſtè honeſteque amando, non eſt peccatum: ſed virtutis actus, modò non faciat ea tali loco, tempore, & modo, quo ſe periculo concipiendi mali propoſiti operis, vel delectationis luxurioſæ, exponat. Nec eſt pluſquã veniale, facere prædicta ob ſolam curioſitatem cognoſcendi, qua pulchritudine ſit vel quem inceſſum, aut geſtum ſeruet. Imò, nec oblectare ſe, etiam deliberatè, videndo, & alloquendo eiuſmodi creaturam formoſam, & perſpiciendo mores eius nouos, ac generoſos, modò nulla intentio mala illam comitetur, nec alia mala delectatio carnalis, ſuapte natura ordinata in aliquem luxuriæ actum, iuxta Caiet.[c] conſtituentem magnum diſcrimen inter viſum & alloquium ex vna parte, & factum ex altera. Nec obſtat his, quòd Hieron.[d] ſcribit in hæc verba: *Claude oſtium tuum, abſcondere! Foris vagentur virgines ſtultæ, &c.* Nam, hortatur ad optima, & fugienda etiam minus bona, quæ poſſunt eſſe impedimenta: quod genus ſunt illa. Nos verò dehortamur à malis, diſcernendo illa à bonis, & quo gradu ſint talia.

12 At verò, quàmuis deſponſatis (qui ſponſalia duntaxat de futuro contraxerunt) illicita ſit copula, ſine propoſito, ſaltem antea in matrimonium conſentiendi: neque hodie poſt Concil. Triden.[e] cum tali propoſito: lici-

[a] *per d. reg. in c. 11. n. 13. & hoc ipſo ca. n. 9.*

[b] *vt diximus in c. ſi cui, de pæni. diſt. 1. n. 11. & ſeq.*

[c] *tom. 1. opuſc. opuſc. 14. qu. 3.*

[d] *in epiſt. ad Euſtochiũ, de virginit.*

[e] *ſeſſ. 24. in decret. de matrim.*

licita eſſe poſſit, nihilominus, poſſunt non ſolùm ſe contemplari, alloqui, & frui gaudio atque voluptate, quæ inde naſcitur:ſed etiam oſculari ſe mutuò, amplecti & tangere tactibus, qui de ſe non ſint impudici, adeôque frui voluptate, quæ oritur ex eis, citra vlteriorem tamen voluntatem. Sponſalia enim, quæ initium matrimonij ſunt, faciunt facultatem fruendi voluptate præambula voluptati matrimoniali, quæ ſingularis eſt eiuſdem Caietani determinatio. [a] Quæ tamen intelligenda eſt, quando id fit cautellâ præuiâ, ne contingat pollutio, aut periculum probabile illius incurrendæ, ſeu, conſentiendi in eam, vel in copulam matrimonialem, antequam expreſſè, vel tacitè matrimonium contrahant:licèt poſt Conc. Trident. [b] non ſufficiat tacitus cõtactus. Quod, quia raro contingit, cum ſoli ſecretò ſeſe oſculantur, amplectuntur, & tangunt plurimùm expediret, ne occaſiones eiuſmodi, donec coniuges eſſent, eis indulgerentur.

13 Impudici porrò tactus eiuſmodi ſunt tactus verendorum, nullatenus debent conſentiri:imò, ſi ad euitandos eos, foret neceſſarium, implorandum eſſet cum clamore auxilium nõ obſtante infamia, quæ alteri partium, vel vtrique inde inureretur, ſecundum Caiet. [c] in cuius ſentẽtiã tranſimus, cui hac in re aduerſatur Sotus, relatus ſupra, [d] cum moderatione ſupra tacta. [e]

IX. Peccat, qui ſe confert ad aliquem locum, præſertim eccleſiam, quò videat, & concupiſcat inordinatè, lethalitérque fœminas, [f] ob intenſionem mortiferam. Quod ipſum producendum eſt ad eum, qui mittit, tradit, recipit, vel promittit epiſtolas, aut dona, quàmlibet paruâ eiuſmodi cum intenſione, Silueſt. [g] autore.

X. Peccat, qui quærit mediatrices, aut maleficias, ſeu male ſuadas ac callidas lenas, quò ſuâ concupiſcentiâ perfrui valeat Alex. Halen deciſore. [h]

XI. Peccat, quiſquis ſe in feneſtra, vel alio loco exhibet, vt conſpiciatur ab aliquo, vel aliqua: à quo, vel qua ſcit ſe carnaliter amari, & eo conſpectu mortaliter peccaturum :licèt in opus peccati nõ conſentiat, & toties lethaliter peccat, quoties id facit, ſecundum S. Anton. [i]

a 2.2.q.15.art. 4.

b *vbi ſup.*

c 2.2q.154. *art* 4. *ſub. fin.*

d *eod. n.* 1.

e *ibidem,*

f *iuxta gloſſ. ca. di.* 24 q. 1. o

g *verb. donatio,* §. 2.

h *in tract. de luxuria.*

i 2. *part. tit.* 5. c. 1. §. 7.

14 XII. Qui ſe veſtit, vel ornat animo, vt videatur alicui eius pulchritudo, ob quam carnaliter, & mortaliter ametur: ſecus tamen, ſi id facit, vt ametur honeſtè, licet carnaliter, in finem contrahendi matrimonium, vel alium honeſtum: imò neque ſi vt ametur inhoneſtè, ſed non mortaliter: putà, ad luxuriam tantùm venialem.

XIII. Peccat, qui animo deliberato delectatur, loquendo, canendo, vel audiendo verba luxuriæ obſcœna etiam citra animum malè operandi, per ſuperius dicta,[a] & quiſquis verbo, tactu, vel ſcripto dat cauſam alteri peccandi: licèt nolit peccare, vel ad peccatum inducere.[b]

XIIII. Qui nutu oculorum, verbis, muſico cantu, aliiſve eiuſmodi, nititur prouocare ad conſentiendum luxuriæ peccato: aut curauit, vt ſe comitarentur aliqui, ad actum mortiferum: qualis eſt cantus muſicus: qualia haſtiludia, & id genus alia, ad prouocandum aliquem in eiuſmodi peccatum mortale directa. Alex. Halen. authore.[c]

XV. Non ſolùm peccat qui falsò gloriatur ſe cum illo, vel illa rem habuiſſe: ſed & tenetur reſtituere famam, quam per id adimit.[d]

15 XVI. Qui comedit, aut bibit pluſquam oportet aut conquirit aromata, vel aliqua calida, quò magis luxuriæ peccato oblectetur: niſi ſit cõiunx, qui ſi id faciat quò debitum matrimoniale commodè ſoluat, nõ peccat: ſi verò, quò magis in eo ſoluendo delectetur, tantùm veniale admittit. Ang authore.[e]

XVII. Peccat, quam tædet impotentiæ coëundi luxurioſè: quàmuis tædio affici, ob impotentiam ad copulam matrimonialem, non ſit peccatum, ſecundum omnes.

XVIII. Qui mulierem aliquam prauo animo inſequitur, quod peccatum, eo grauius eſt, quo diuturnius. Imò, ſi mulier eſt honeſta, tenetur reſarcire iniuriã contumeliam, aut infamiam, qua ob hoc afficitur,[f] modò honeſto habitu incedat alioqui vero minimè.[g] An autem ſi eam ad peccandum inducit, obligetur ei pœnitentiam ſuadere, dictum eſt ſupra.[h]

XIX. Peccat, qui locat domum, vel eius partem

a c. 11. n 8.

b arg. c. fi. de iniur.

c tract. de luxuria.

d arg. regulæ peccatum, de reg. iur lib. 6.

e in interrogatione circa gulam, §. 17.

f l. itẽ apud Labeonẽ. §. appellare, ff. de iniur.

g d. l. item. §. ſi quis virginem.

h ca. 15. n 4. & latius in c. noli. de pœn. diſt. 1.

alicui meretrici, quam ſcit, vel probabiliter credit, in ea meretricaturam, ſeu corpore ſuo turpem quæſtum facturam: is enim, videtur peccato conſentire, ac vt id patretur iuuare, & conſequenter peccat.[a]

a *arg. c. 1. de offic. deleg.*

# Quid reſtituere eum oporteat, qui rem habet cum virgine.

## Summæ.

16 *Virginem qui deflorat, quid reſtituet, & cæt. & numero* 17.

18 *Virgini qui promittit ſe eam ducturum in vxorem, & cæt.*

19 *Virgini corruptæ, quæ putata virgo æquè bene nubit, vt ſatisfiet.*

19 *Reſtitutio qualis facienda patri, ab eo qui eius filiam deflorauit.*

16 XX. Peccat, qui rem habet cum ea quæ putatur virgo, & non eſt: nec ea vult facere ad quæ tenetur. Si verò citra dolum & deceptionem ipſius id ipſum fiat, quia ſe ad id offert, vel leuiter rogata, conſentit: nil tenetur reſtituere, in conſcientiæ foro, etiamſi verè virgo eſſet: tum, quia ſcienti, & ſponte conſentienti, non fit iniuria, aut dolus,[b] tum, quia lex, quæ obligat ad ſoluendum aliquid ei quam deflorauit, agit de decipiente.[c] Diximus (*Leuiter*) nam ſi valde importunè fuit rogata cenſetur coacta, quoad hunc effectum.[d]

Et quidem, in foro exteriori, huiuſmodi deflorator, iubebitur eam dotare, in vxorémque ducere, aut dotare, & fuſtibus cædi,[f] quamuis eam incorruptam non inueniſſet: & pernegetillam fuiſſe talem, nec ipſa ſe virginem probet: ſatis enim eſt ei, quod ipſe non probet contrarium: iure namque preſumitur tunc fuiſſe virgo. & decepta, Anton. Panorm commu.[g] & S. Anton. recept.[h]

17 Neque obſtat, quod hic aſſerimus, illum nempe qui virginem deflorauit ſeu corrupit, ſi eo non

b *c ſciẽti, de reg. iur. lib. 6.*
c *ca. 1. de adult. Exod. 22.*
d *arg. l. 1. C. de rapt. virg. & gloſſ d. c. ſcienti.*
e *d. c. 1. de adult.*
f *c. 2. eod. tit.*
g *in d. c. 1. & 2. de adult.*
h *2. part. tit. 5 6. § 1.*

obſtante, tam honoratè nupſit, ac ſi virgo foret, marito corruptionem minimè deprehendente, ad nullam reſtitutionem teneri, non placere cuidam religioſo, quòd contrarium aſſeruit F. Franciſcus Victoria. Siquidem ipſe Victoria loquitur de ſatisfactione: ego autem, de reſtitutione: quas differre vt genus, & ſpecies diximus ſupra[a] Et ita certum eſt corruptorem virginis, etiam ſi nihil damni (quod reſtitui poſſit) corrupta paſſa ſit, teneri nihilominus actione iniuriarum ſatisfacere pro illa per pœnam impoſitam, vel imponẽdam, licèt æquè honoratè nubat, vt rectè ait Victoria, [b] non tamen ad reſtitutionem, vti aſſero: quia pœna pro iniuria imponenda, vel etiam ipſo iure impoſita, non debetur in foro conſcientiæ. [c] Reſtitutio enim, reſpicit damnũ pretio æſtimabile (ablatum, vel impeditum) reddendum, etiam in foro conſciẽtiæ [d] Cæterùm, ad ſaluandum dictum præfati Victoriæ (quod equidem ſecus de rigore iuris ſaluari non poteſt) adiicimus, illud intelligendum, quo ad reſtitutionem in foro conſcientiæ faciendam, quando virgo corrupta, licèt æquè honeſtè nubat, ac ſi fuiſſet incorrupta: poſt nuptias tamen, poſtquam corruptio marito innotuit, malè tractatur ſignis, verbis abſentia, aliiſque modis. Quod quidem, non eſt leue diſpendium, ex eiuſmodi corruptione proueniens: & reſtitutioni obnoxium.

*a eod. in princ. c 3.*

*b per l. apud Labeonem. § ſi quis virginem, ff. de iniur. & cap. ſi quis tam de pœn. diſt 1.*

*c cap. in hac. 33. q 2.*

*d per tradita infra. c. 17. n. 10.*

Qui porrò importunis precibus, & compellationibus, aut falſis promiſſionibus ſine pollicitatione eam ducendi decepit, in vtroque foro tenetur. In exteriori quidem, ad id, quod ſupra dictum eſt, in interiori verò, ad ducendam eam, vel eius animum captandum, aut reſarciendum omne damnum, quod inde illi euenerit, putà, quanto maioris eget, quò talem adipiſcatur maritum, qualem manens virgo adipiſceretur, viri boni arbitratu, vt ſenſit S. Ant. [e] imò & aliquid ampliùs, ob verecundiam, quam tota vita ſua paſſura eſt, & contumelias quas ob id à ſuo marito eſt acceptura, vt [f] diximus, addentes non obligari eam omnino dotare quoniam, id pœna eſt, quæ in foro interiori omnino non debetur, donec à iudice imponatur. [g]

18 At verò, ſi promittit ſe ducturum eam, ſiue promittat animo ſyncero, ſiue ad decipendam eam ficto,

*e vbi ſup.*

*f n. d c. 1.*

*g § in hoc 3 3 q. 2 & gloſſ. ſing ap. fraternitas, 12. q 2 in cuius comment. id latiùs ventilamus.*

tenetur ſtare promiſſis tam in interiori, quàm exteriori foro, & multò magis, ſi iuramento idfirmauit. a Niſi forent valde inequales genere, potentiâ, vel diuitiis, putà, ſi ipſe eſſet nobilis, illa vero agricolæ cuiuſpiam, vel opificis mechanici filia:eo enim caſu, præſumi poteſt, illam fingere, ſed non eſſe deceptam. Vel quia huic rationi præſumptionis, non eſt locus in foro conſcientiæ, ratio aptior fuerit quod illa non poteſt allegare iuſtè, ſe deceptam eſſe: quum non ſit decepta, vel non debuit decipi paria ſiquidem ſunt, ſcire, vel debere ſcire, b ob quod (iudicio noſtro) non obligatur niſi dare quantum magis opus habet, ad eiuſmodi maritum conſequendum, qualem ſi infamata non foret, adipiſceretur, vel ad ſtatuendam eam in ſtatu honeſto, in quo Dei obſequio incumbat, ſecundum S. Ant. c ab aliis probatum: ad alterum tamen horum tenetur, licet enim non præſumatur decepta ad effectum ducendi eam, tenebitur nihilominus reſarcire damnum: quod promiſſio ducendi, vim habeat, ſaltem precum importunarum. Idemque dicendum caſu, quo promiſſio fuit vera, & ex animo facta: ſed probabile eſſet, ex matrimonio cõſequuturo, grande ſcandalum naſciturum: & de eo, qui promittit, eſt que ſacris initiatus, aut aliam habuit vxorem, vel pater tenuit omnino illam ei tradere.

a *c. 1. & ca. qualiter de pact. adiuncto c. quacũque arte, 12. q. 5*

b *l. quod re. ff. de reb. cred. S. Anto. vbi ſup. & Silueſt. verb. luxuria, q. 5.*

c *vbi ſup.*

19 Quinetiam, vltra prædicta obligatur placare illius patrem, & ſatisfacere ei pro iniuria illata, S. Tho. d Caietan. e S. Anton. f & aliis authoribus.

Et certè iuſtum, rationique conſonum videtur nobis. quod dicitur aſſeueraſſe memoratus Victoria, illum nempe qui virginem dolo, aut importunis precibus violat, obligari ſatis facere ei detrimentum ex ſigili virginitatis violatione illatum, etiamſi æquè bene nuberet, ac ſi præfatam ſigilli iacturam non feciſſet: præſertim. quando defectum huiuſmodi deprehendit illius maritus, ob idque eam deſerens, peregre proficiſcitur, aut eam aſpere nimiumque ſeuerè exercet: quàmuis (iudicio noſtro) id reſtringendum, ne eis locus ſit, quando maritus eiuſmodi defectum non deprehendit: imò exiſtimat ſe illam inueniſſe virginem.

d *2. 2. qu. 154 art. 6.*

e *ibidem.*

f *vbi ſup.*

Is demum, qui dolo, fraude, aut precibus importunis habuit rem cum aliqua priùs ab alio corrupta, ſed pro virgine reputata, ac habita, & per hoc eam infamauit, licèt ad nihilum in foro conſcientiæ ob virginitatem ereptam, teneatur: ob famam tamē ademptam tenetur, ſecundùm Ioan. Maiorem[a] Quæ omnia de illo ſunt intelligenda, qui peruenit ad copulam carnualem.

a 3 *ſent. diſt* 37. q. 33.

# Concubinarius quis non debet abſolui.

## Summæ.

20 *Concubinarius, aut pro tali habitus, quis non debet abſolui.* & 21.

22 *Ancilla, qua dominus abutitur vt eſt ab eo ſeparanda. nu* 21.

22 *Concubinarij vt plurimum excommunicati,*

20 Concubinarius cohabitās concubinæ, adeo peccat vt abſolui nō debeat antequam ab ea ſeparetur animo nunquam amplius ad eam redeundi Tum, quia, nō poteſt verè pœnitere, nō remota occaſione & opportunitate peccandi, adeo propinqua,, ac eſt eiuſmodi cohabitatio, vt latius diximus b poſt Thom.[c] à Paludano, & aliis receptum & à S. Anton.[d] Silueſt[e] & aliis Summiſtis: tum, ob ea, quæ ſupra[f] diximus, eſſe ad veram pœnitentiam neceſſaria, tum per ea, quæ ſupra[g] prodidimus, de peccādi occaſione, cùm nō poſſint ſine grandi periculo cohabitare, quin alteruter vel vterque ipſorum, opere, verbis voluntate, aut delectatione peccet pręſertim, quum ſub quouis lapide ſcorpio dormiat, & prunas tunica deferre illæſa non liceat: ac qui periculum amat, peribit in illo.[h] Rariſſimè autem euenire poterit, vt abſque peccandi periculo, ſibi cohabitare valeant, nec debēt abſolui abſque propoſito deliberato nunquan conuerſandi opere, animo, aut voluntate. Quod vero de concubinariis dictum, ad eos producendum eſt, quos populus credit eſſe tales licèt non ſint, donec veritas innoteſcat. Quoniam non ſo-

b c. *ſatisfactio, de pœnit. diſt* 3.
c *in* 4. *diſt*. 15. *q*. 1 *art*. 1 *quæſt*. 3.
d 3. *par. tit*. 4. *c*. 26.
e *verb. confeſſio, q*. 25.
f c. 1.
g c. 14 *n* 31.
h *Eccleſ*. 3.

lũm ab omni malo, ſed etiam ab omni eius ſpecie, iuxta Apoſt. [illegible]uendum eſt.[a]

21 At qui, quod diximus de concubinario, dicendum etiam eſt de illo, qui alteri cohabitando, non poteſt ob ſuam fragilitatem vitare, ac (vt rectius dicamus) iudicio ſuo non vitabit peccatum mortale, niſi ſeparetur ab ea: ob ídque ſeparari debet quàmuis ſit pater, mater, filius, filia, maritus, aut vxor, ob eandem rationem.

22 His ampliùs adnotamus quod ſerua qua dominus luxurioſè abutitur, ſi nequaquam poteſt ei reſiſtere, aut putat, quod ob ſuam fragilitatem ei non reſiſtet, niſi fugiendo, iuſtè poterit fugere: non ſecus quàm vxor, poteſt diſcedere à marito, qui eam ad peccandum prolicit[b] & incitat. Imò (iudicio noſtro) poſſet dominum compellere, vt eam vendat alteri, qui ipſa non ſic abutatur: tametſi, hoc nemo alius exprimat: ſiquidem, ob aſperum, & crudelem corporis cruciatum (qui longè minor eſt animæ cruciatu)[c] poteſt ad illud compellere,[d] cuius rei rationem, quæ fundatur in occaſione peccandi, altius, quàm cæteri, in hac poſtrema editione, ſupra perſcripſimus.[e]

Neque verò concubinarij ſolùm peccant, ſed etiam communiter per conſtitutiones ſynodales excommunicantur, vt in epiſcopatu Conimbricenſi, & hodie vbique gentium, legitimè priùs moniti, ſunt excommunicandi, & concubinæ in exilium ablegandæ, iuxta Conc. Trid.[f] vbi quæ huc pertinent require.

a 1. Theſſ. 5. c. cum ab omni, de vit. & ho. cler.

b c. ſi infidelis & c. idololatria & c. ſeq. 28. q. 1.

c l. iuſtiſſimè. ff. d de ædil. edict. & c. præcipuum 12. q. 1.

d §. ſed maior, inſtit. de his qui ſunt ſui vel a lie iur.

e c. 14. n. 32. & ſeq.

f ſeſſ. 24. c. 8. de refor. matrim.

# De coniugum luxuriæ peccatis.

Summæ.

23 Coniunx cognoſcens ſuam, vt non ſuam peccat. & 24.

25 Coniunx negans ſine cauſa coniugi debitum petitum. & 26.

26 Vxor quibus, & quot modis debitum coniugale petat.

27 Vxor non efficitur bigama, aut irregularis, maritus verò ſic, ob copulam carnalem cum adulterante, &c.

27 *Debitum negandi coniugi, quæ iuſta cauſa.*

28 *Coniux non diſcedens à coniuge adulterante, vt peccat.*

28 *Vxoris non eſt corrigere maritum, vt mariti, vxorem.*

29 *Maritus vxorem adulteram quando accuſare non poteſt.*

30 *Matrimonium contra ſimplex votum caſtitatis contrahens, vel conſummans.*

31 *Voto caſtitatis de conſenſu vel ſine conſenſu coniugis adſtrictus, coniux qui petit vel reddit debitum.*

32 *Debitum vt negatur ob menſtruum, aut locum ſacrum.*

33 *Coniux conceptionem impediens. & n. 41.*

54 *Coniux qui fit patrinus filij per ignorantiam, vel malitiam.*

34 *Coniux interdum rectè reddit debitum malè petenti.*

34 *Cognatio ſpiritualis ſpontanea, vt maior malitioſe contracta.*

35 *Coniunx cognatam noſcens, vel coniugi adulterandi licentiam dans.*

36 *Matrimonium clandeſtinum contrahens, ſine iuſta cauſa, & quæ ſit illa, & 37.*

37 *Lex precipiens ob inconuenientia. illis ceſſantibus, nõ obligat.*

38 *Matrimonium nolle publicare cur peccatum.*

38 *Matrimonio qui occulte ante benedictionem vtitur*

39 *Matrimonium qui cum duabus contrahit, quid faciet.*

40 *Matrimonium contrahens ante cognitam coniugis mortem, quid faciet, num. 41.*

42 *Coniuges ſe impudice tangentes. & inordinate polluentes.*


23 Quamuis peccatum mariti adulterantis, cæteris paribus maius ſit, peccato vxoris adulteræ, aſſertore Auguſt. [a] quia maritus ratione ſolidiore, firmatòque magis iudicio eſt, ac meliùs poteſt reſiſtere, debétque vxori ſuæ virtute prælucere, ſuoque exemplo regere: maius tamen eſt peccatum vxoris [b] qua ratione prolem incertam patris, reddit, maiuſque ſcandalum generat.

II. Peccat quiſquis coniunx cum coniuge eo animo rem habet, vt eam haberet, vel habere vellet, etiamſi nõ eſſet ſibi coniunx: aut qui, vel quæ tam vellet habere cum alio vel alia quam coniuge.[c]

24 III. Quiſquis, coniunx ſine cauſa legitima negat coniugi debitum loco & tempore idoneis petitum, ſecundùm omnes [d] niſi petenti precibus contrarium ſuadeat: quæ tamen non debent eſſe nimium importunæ

*a c. indignãtur, 32. q. 6.*

*b arg gloſſ l. illud, C. ad l. Iul. de adult. tradit cai. 2. 2. q. 154. art. 8.*

*c c. origo adiuncta. gl. ver. amator, 32. q. 4 Palud. in 4. diſtin. 32. q. 3. & Ant. 3 part. tit. 1. c. 20. § 1.*

*d in 4. ſent. diſt. 32.*

Nec ab eo excuſat: Quadrageſima, vel alius dies quàm libet feſtus, etiam Paſchatis, neque voluntas ſe à pluribus liberis procreandis, excuſandi. [a] Multóque magis peccat, quando ira, odio, aut malo aliquo fine id pernegat.

25 Dixi (*Tempore & loco idoneis*) non enim tenetur reddere in locis publicis, aut ſacris, nec quando probabiliter timeret ob id incurrere mortem, aut grauem infirmitatem, vel abortiendi periculum, qua cum moderatione, ſunt intelligendæ ſanctiones nonnullæ Pontificiæ, [b] quę iubent, vt leproſi coniuges coniuncti viuãt, vt colligitur ex Palud. [c] Caiet. [d] S. Anto. [e] & aliis Rapſodis.

26 Dixi (*Petitum*) quia non obligatur offerre, niſi petatur: ſufficit tamen peti verbis, nutibus, vel operibus [g] Proinde Auguſtinus de Ancona relatus à S. Antonino [h] ait, vxorem tribus modis debitum coniugale petere, verbis, ſignis, & ſuo ingenio, ſiue conditione, qua maritus coniectura aſſequitur id eam deſiderare: ſed præverecundia diſſimulare: quod fœminę naturaliter ſunt hac in re verecundiores viris. Idipſum tamen dicendum, de marito, qui ob puſilanimitatem ſuam vel vxoris duram cõditionem, aut inſignem auctoritatem, non audet expreſſè citra metum petere ob eandem rationẽ: quàmuis nemo id exprimat.

27 Cæterùm iuſtam etiam cauſam denegandi debitum habet cõiunx, ante conſummatum matrimonium, ſi ſtatuit intrare religionem, ad quod, & ad profeſſionem, indulgendum eſt ei tempus bimeſtre, vel quod vir bonus arbitrabitur, iuxta Panor. [i] & communem. Non eſt tamen eiuſmodi cauſa, ſtultitia, vel furor petẽtis, ei reddi poteſt, abſque periculo notabilis damni perſonæ, à qua petitur, authore Richar. [k] Et quàmuis, quoad copulam carnalem maritus, & vxor ſint omnino pares, differunt tamen in eo, quod illa non ſit bigama, vel irregularis ob copulam carnalem, etiamſi ſciat eũ adulteratum fuiſſe: ille verò, ſic ob copulam habitam cum ea etiamſi ignoret eam adulteratam fuiſſe, [l] etiamſi iudice iubente id ſub cenſuris faceret: nec refert, an poſſit probare néne, quoad forũ cõſcientiæ, quo adꝓloquimur, quicquid nõnulli abſq; ratione, ac lege aſſerãt. [m]

a arg. c. 7. 1. ad Corinth. c. 1. & 2. de coniug. lepros.

b pntà cap. 4. & 2. de coniug. lepros.

c lib. 4. diſt. 32. q 1.

d in ſum. verb. Matrimonium, part. 2.

e 3. part. tit. 1. ca 20 §. 6.

f in verb. debitū coniugale.

g arg. l. de quibus ff. de leg. & c. dilecti, 3. de appell.

h in d. §. 6.

i in c. ex publicō dio. de conuerſ. iug.

k in 4. ſent. diſt 22.

l ſi cuius, 34. diſt

m contra c. conſuluiſti, 2. qu. 5.

28 IIII. Peccat, maritus, ſciens ſuam vxorem adulterari, nec ſe ſeparans ab ea, ſed petens & ſoluens ei debitum coniugale, [a] ſecundùm omnes, niſi quando adulterium eſt occultum, aut ſe emendauit, cóve ſine debitum petit, quò ipſemet non incidat in adulterium, nec aliis præbeat occaſionem credendi ſe vxoris eſſe lenonem, ſecundum Paludanum, [b] & S Anton. [c] Quamobrem, vxor communiter non, peccat, non recedendo à marito, nec petendo, nec reddendo ei debitum, licèt ſit publicus adulter. Tum, quia non eſt eius corrigere maritum, vt eſt mariti corrigere illam. [d] Tum, quia nunquam, aut raró putabitur à populo in mariti adulterium conſentire, vt S. Anton. [e] expreſſit, poſt Palud. [f] & probat Caiet. [g]

29 Aduertendum tamen, non poſſe maritum accuſare adulterij vxorem, ſi etiam ipſe adulteratus eſt, [h] neque cùm vxor fuit vim paſſa, [i] aut quando probabiliter credebat, ſuum maritum mortem obiiſſe, [k] neque ſi quis cum ea ſub mariti ſpecie rem habuiſſet, neque ſi maritus adulterandi occaſionem ei præbet: [m] aut tolerat, & paſſus eſt eam, poſtquam ſciuit eam adulteratam fuiſſe, [n] neque ſi ante baptiſmum id fecit. [o]

30 V. Peccat quiſquis coniunx vouet continentiam, aut nunquam contrahere matrimonium, & poſtea cõtrahit, etiamſi non conſummet: & rurſus ſi poſtea conſummat prima vice ad ſuam petitionem, ſecundùm omnes: imò & quoties id petit ſecundum ferè omnes gloſſ. [p] cum quibus Panorm. tranſit. Ioan. Andr. & cõmun. [q] Palud. communis & Ioan. Maior [r] Angel. [s] & melius Roſel. [t] Quàmuis nonnulli contradicant, ſed minus rectè, quicquid Angelus dicat. [u] Verum tamen eſt, quòd, quia, ſecundùm omnes, qui eiuſmodi votum emiſit, poteſt habere copulam quando eius coniunx id petierit expreſſè, poterit etiam habere quoties petierit tacitè: ſignis, ingenio, vel conditione, vt ſupra dictum eſt, [x] poteſt etiam qui ſic vouet, obtinere ab epiſcopo

a c. 1. & c. ſi quis 32. q. 1.
b vbi ſup. in 4. ſent. diſt. 32.
c 3. part. titu. 1. c. 20 §. 9.
d cap. duo iſta, 23. qu. 4.
e 2. part. tit. 1. c. 20.
f in d. lib. ſent. diſt 32.
g tom. 1. opuſc. opuſc. 12. q. 13. & opuſ 31. reſp. 14.
h ca. nihil iniquius, 32. qu. 6
i c. itane, ead. cauſ. q. 5.
k c. cum per bellicum, 34 qu. 1.
l c. in lectum, ead cauſ. & qu.
m c. diſcretionẽ, de eo qui cognou. conſang.
n c. ſi quis vxorem, 32. q. 1.
o c gaudeamus, de diuort.
p c. quodam, c. placet, de conuerſ. coniug.
q in cap. rurſus, qui cler. vel vou.
r in 4. ſent. diſtinct. 31.
s verb. matrimonium, 3. impedimentum, 5. §. 3.
t verb. impedimentum, 4. §. 7.
u vbi ſupra.
x eod. c. num. 25.

diſpenſationem debitum petendi ob grande peccandi periculum, & difficultatem continendi, quæ eſt ſimilis ei, quam patitur ſitiens à potu aquæ præſentis oblatæ ſe abſtinendi, iuxta Angel. Roſel. & Maior.

31 At verò, ſi quæras, cur hoc loci, dicamus omnes affirmare eum, qui poſt votum ſimplex caſtitatis emiſſum, vxorem ducit, peccare, cùm Calderinus [a] & Ang. [b] in contraria ſint ſententia?

Reſpondeo, me hic loqui de eo, qui ducit vxorem animo conſummandi matrimonij, vt communiter matrimonium contrahi ſolet, quod communi omnium calculo probatur: prędicti autẽ duo auctores, de illo loqui animo profitẽdi, antè matrimonij cõſummationem loquuntur cuius hîc nõ memini Nunc autẽ dico, eũ peccare, non tantũ, quod violet votum, quàm quòd ſponſam decepit, vt Sotus [c] rectè dixit, & ante ipſum Silueſt. [d] & quia non leue damnum infert ei, quippe, quæ non ita facilè alij nubet, ob ſuſpicionem copulæ cum illo habitæ. Credo tamen, ſi aliqua cauſa vrgeret eum, ad matrimonium contrahendum cum ea, ſimulato eiuſmodi propoſito, cuiuſmodi eſſet notabilis mortis, aut infamię metus, quamuis non eſſet ſatis iuſta ad matrimonium impediendum, & dirimendum, non peccaret, modò operam daret, ne quid detrimenti ſua culpà ei eueniret, quo caſu opinio Calderini. & angeli intelligi poſſet.

32. VI. Peccat, qui, vel quæ coniunx accedente alterius conſenſu, vouet caſtitatem, & poſtea debitum petit, ſecundùm omnes. Denique, qui vel quæ conſentit voto, etiamſi non vouit, & reddit debitum ad petitionem eius, qui vouit, quia in eius peccatum conſentit Secus tamen dicendum, ſi qui non vouit, ſed conſentit alterius voto, id petit: quia nec ipſe peccat contrauẽniendo voto quod non emiſit: nec alter reddendo debitum, à quo votum quod fecit non abſoluit Quandoquidem, coniunx faciens alteri facultatem vouendi, non videtur renunciare iuri (quod habet) petendi, ſecundùm Innoc. [e] communiter per Panormitanum & alios meritò receptum [f] Si verò ambo communi conſenſu continentiam vouerint, ambo peccant mortali ter. [f] vt ſupra [g] dictum eſt. Quamuis, ſi ambo pacti-

a *in c. rurſus, qui clerc. vel vou.*
b *verb, matrimonium,* 3.. § 1.
c *in* 4. *diſt.* 38. *q.* 2. *art.* 1.
d *verb. matrimonium.* 7.. *q.* 5.
e *in c.* 1. *de conuerſ. coniug.*
f *c. quod Deo pari,* 33. *q.* 5.
g *c.* 12. *n.* 60

eſſent, ne à ſe mutuò debitum peterent, & ambo cognoſcentes, vtrumque id petiturum, ſi poſſet, haberent copulam, non peccarent, ſecundùm Angel.[a] & melius Roſel.[b]

Neque obſtat, quod quidam ait, me aſſerere hîc, vxorem reddentem debitum marito, voto caſtitatis adſtricto, peccare mortaliter, etiamſi matrimonium ſit conſummatũ, quod ei non placet, cùm eius contrarium probabilius teneat Couarru.[c]

Non enim aſſero, quod ille imponit, ſiquidem loquor de vxore, quæ reddit debitum marito adſtricto voto de conſenſu eius: ipſe verò opponit de marito adſtricto voto ſine ipſius conſenſu, cuius etiam Couarru. meminit.

Quibus accedit, videri ſuffragari nobis D. Auguſtinum[d] in hæc verba. (*Quod te non exhortarer, niſi quia tibi ad hoc ipſe conſenſit*:) per quæ ſignificat coniugem, cuius conſenſu, maritus vouit caſtitatem, nõ poſſe iuſtè reddere illi debitum.

Ratio porrò, cur vxor non debeat redderre debitum marito, ſine ipſius conſenſu, voto adſtricto, eſt, quia ipſius non accedente conſenſu, vouit: quæ ceſſat, cùm illa conſentiente, maritus id facit, & meritò, quia quæ adiuuat ad vouendum, non debet iuuare ad contrariũ, votúmque infringendum.[e]

32 VII. Peccat, quiſquis coniunx debitum petit, aut reddit tempore menſtrui, ſecundùm S. Thom.[f] & aliquot alios, quibus ius[g] ſuffragari videtur, contrarium tamen aſſerendum eſt cum Palud.[h] quòd nimirum, non peccat (etiam venialiter) ſi petit, aut reddit, ne conſorti ſit odio, vel vt fornicationem alterutrius, euitet: mortaliter autem, nunquam, etiamſi credat ex huiuſmodi complexu, monſtrum aliquod conceptum iri, aſſertoribus Palud. & S. Anton.[i] & pridem alibi[k] tradidimus: nuper verò aſſeruit, Alfonſus Caſtrenſis.[l]

VIII. Peccat, quiſquis coniunx in loco ſacro, ſiue cõſecrato[*] ſiue tantùm benedicto, cum coniuge rem habuit, Palud.[m] S. Ant.[n] Caiet.[o] & Ioan. Turrecrem.[p] autoribus: ſiue eam habeat, vt voluptate fruatur, ſiue vt fornicationem vitet: & ſiue ad modicum tempus exiſtat in eccleſia, ſiue ad multũ, vt tempore belli, quicquid

a verb. matrimonium 3. impedimentum 5 § 1.
b verb. impedimentum 4. § 7.
c 2. part. de ſpon. ſal. c. 3 § 1. n. 6
d in c. quod Deo part. 33 q. 5.
e arg. l. rem legatam, ff de adim. leg. & c. fin. de verb. ſigni
f in 4 ſent. diſt. 32.
g in c. ad eius 5. diſt.
h in 4. diſt 32. q. 1.
i 3. part tit. 1. ca. 10 § 5.
k in d. c. ad eius.
l lib 1. ca. 12. de lege pœna.
m in d. diſt. 32.
n 3 part. tit. 1. ca. 20. § 2.
o verb. matrimonialis vſus.
p in § ſed quum naturale, art. 4. diſt. 5.

Ang de relati per eum aſſerant. a *verb. debitum,*

Neque obſtat cuidam, contrarium videri probabi- § 32.
lius, quod id teneat Sotus, [b] poſt Angelum à Clauaſio. b *in 4. ſent. diſt.*
Non, inquam, obſtat, quia S. Anton. Palud Caietan. & *32. q. 1. art. 3.*
Cardinalis Turrecremata, maioris ſunt auctoritatis quam Angelus & Sotus, quos ipſe allegat, licèt ego nullius eſſem, ideóque nō deberet præfatam meā opinionem damnare, ſola eorum authoritate, nulla alia ratione, ſuam muniendo.

Quibus accedit, quòd Sotus non eſt contrarius huic meæ opinioni: imò verò illi in omnibus adſtipulatur, niſi qua parte dubitando per dictionem (*Fortè*) limitat ad copulam occultam quā tamen ait non eſſe occultam, ſi eam habeāt iacētes in eodem lecto, ideóque, id non eſſe eis permittendum.

Adhæc, vt ait Caietanus, par eſt, vt ob reuerentiam Dei, & loci ſacri, teneatur multo tempore abſtinere, cùm id teneatur frequenter facere, etiam ob reuerentiam Regis, cùm maritus rebus bellicis diſtringitur. Cui addo idem eſſe, cum occupatur in aliis negotiis Regis vel Reipub. aut ſuis priuatis neceſſariis.

Vt interim taceam, talem copulam illicitā eſſe quod per eam polluatur eccleſia, [c] etiam ſi haberetur poſt multàm temporis in ea manſionem, ſecundum omnes, & etiam Sotum, qui addit, eam haberi poſſe in campanili, aut aliquo alio loco eccleſiæ contiguo Dubitatio porrò illa Soti de copula occulta, non poteſt ſuſtineri, quia licèt per talem copulam, non polluatur eccleſia, (vt ipſe ait, & verum eſt dum manet occulta) incipit tamen ſenſeri polluta, protinus vt innoteſcit, quod contingere poteſt, confeſſione cōiugum, vel fama, aliíſve indiciis poſtea obortis, vt ante circiter quinquaginta annos Salmanticæ prælegentes memoratum cap. primum de conſec eccleſ. prodidimus.

c *ſin. de conſec. eccle. & c. 1. eod. tit. li. 6.*

33 IX. Peccat, qui, vel quæ coniunx potionem, vel quiduis aliud hauſit, vel præbet conſorti, quò prolis conceptio impediatur, aut ne ſibi procreentur plures liberi, quàm quos educare poteſt, vel ob alium finem quàmlibet bonum. Et ſi ob hoc ſemen extra vas effundatur, grauius peccatum, alteriúſque ſpeciei, nempe contra naturam, erit, ſecundùm eundem S. Anton. [d] Sed

d *3. part. §. 20. §. 6.*

quia coniuges nõ tenentur petere à ſe mutuo debitum, ſecundùm omnes, & licitum, eſt eis diſiderare, ne ſint ſibi plures filij, quam quos alere poſſunt, vt aſſerit S. Ant. [a] iuſtè poſſunt communi conſenſu abſtinere à copula carnali, ſecũdum eundem, ab omnibus receptum niſi quando alteri veriſimile foret, conſortem fornicaturum, niſi debitum petierit, Ang. autore. Cuius determinatio, tantum procedere videtur, quando alter animaduertit, thori conſortem ob verecundiam non verbo, ſed tacitè ſat ſupérque opere petere.

a *vbi ſup.*

34 Peccat, quiſquis coniunx fuit patrinus filij ſui cũ baptizaretur, vel confirmaretur. ſubdolè quo coniugem debito coniugali fraudaret, ideóque non reddit. illud: eo enim caſu, licèt non poſſit petere: tenetur reddere. At, ſi ambo malitioſè fiant huiuſmodi patrini, non poſſunt à ſe mutuo debitum citra peccatum petere: quamuis alteri petenti, alter reddere teneatur. Cæterum, ſi errore, neceſſitate, aut ignorantia facti, vel iuris fiat, huiuſmodi patrinis iuspetendi debitum, nullatenus perit. Quæ omnia ſatis colligũtur ex quodam Alex. iij. reſponſo, [b] & eius gloſſis, ſimul adiuncta, quã ſuper eo addidimus iampridem opinionum concordia, ob ea, quæ Palud [c] ſcribit, cui concordant Vvendelinus, [d] & Silueſt. [e]

b *in c ſi vir, de cogn. ſpirit.*
c *in 4. diſt. 32. concluſ. 7.*
d *ibid.*
e *verb. matrimonium, 8. q. 7.*

Rogatus autem proferre ſolutionem argumenti, quod formari poſſet ex eo, quod ſupra diximus, [f] ſcilicet, coniugem reddentem debitum coniugi, qui, vel quæ de conſenſu eius vouit continentiam, peccare, quia, conſentit peccato: Reſpondi, argumentum quidem eſſe neruoſum ac torſiſſe ingenia Oſtien Ioann. Andr, Anton. Card. Panorm. & aliorum, [g] aliis alia docentibus Nec offendiſſe me vllum, qui omnino ſolverit, exiſtimare nihilominus ſolui poſſe, negando, eandem rationem conſenſus inueniri in vtroque caſu, quoniam, in d. cap. Si vir, agitur de impedimento, quod canon inducit, citra conſenſum coniugis debitum reddere debentis: in illo autem noſtro pronunciato, de impedimento, quod naſcitur ex conſenſu coniugis debitum reddere debentis, ſine quo, non poterat naſci, & proinde, minus tenetur impedimento, quod ſola lege ſine illius conſenſu inducitur, quàm impedimẽto, quod

f *c. 12 n. 59.*
g *in d. c. ſi vir.*

lege, & conſenſu ſuo inducitur.[a] Cæterum, ſanum conſilium fuerit, quòd ſi ambo, vel alter nequeunt abſtinere, petant diſpenſationem ab epiſcopo quem in hoc diſpenſare poſſe, S, Anton.[b] & Silueſt.[c] aiunt, arg eorum, quæ adnotant Panor. & alij,[d] ac Roſella.[e]

Interrogatus inſuper Romæ, an qui infantem ſemeſtrem filium ſuum, quem abortiuit amica eius, extem plo moriturum abſente clerico baptizauit, poſſet ducere in vxorem ſine diſpenſatione illam amicam? Reſpõdi, nõ poſſe. Quia, licèt neceſſitas efficiat, vt poſſit cũpater cum vxore ſua iam nupta, eadémque commatre, licitè rem habere, vt hîc dicitur, non tamen efficit, ne naſcatur compaternitas, quæ ante matrimonium nata, illud impediat, & dirimat.[f]

35 XII. Peccat, quiſquis coniunx habuit rem cum cõiugis cognata vel cognato, & poſtea debitum petit,[g] quàmuis reddere teneatur: An autem impediat petere debitum poſt copulam cum cognata vel cognato ſuo proprio habitã, colligetur ex his, quæ dicentur infra[h]

XII. Peccat, coniunx faciens marito peregre proficiſcenti, facultatem habendi rem cum aliis mulieribus, aut conſentit, vt ſe cum aliis domi manentibus, miſceat, vel dum commodè poſſet, non impedit eiuſmodi commiſtionem ſecundum B, Anton.[i]

36 XIII Peccat, quiſquis coniunx clandeſtinè matrimonium ſine iuxta cauſa coutrahit,[k] etiamſi coram parocho, & teſtibus, licèt enim id ſufficiat, vt matrimoniũ valeat,[l] non tamen, vt deſinat eſſe clandeſtinũ, per alia iura, quibus Conſilium Trid non derogat. Iuſta autem cauſa id faciendi, viſa eſt eruditiſſ. Cardin. Caietano.[m]

37. Quando ceſſant omnia inconuenientia ob quæ iure vetátur contrahit clandeſtina matrimonia. Cui tamen aduerſatur doctrina eiuſdem,[n] nempe, quod lèx non deſinit obligare ſubditos ad id, quod præcipit: etiamſi abſque illo obueniat finis, in quem id præcipit licet reſponderi poſſet, aliud eſſe, dicere quòd lex præcipiens quippiam ob aliqua inconuenientia, illis ceſſantibus, non obligat, vt aſſerit Caietan.[o] & antea dixit Panormitanus[p] aliud verò dicere, quod in aliquem bonum finem pręcipitur, ceſſare, ſi finis ille alia via habeatur, quod ipſemet[q] ait, & & alibi[r] tradidimus. Iuſta proculdubio tamen foret cauſa, quam ipſe ſibidem

a arg. ca. 1. de treug. & pac.
b 3. part tit 1. c. 15. §. 3 ſub fin.
c vbi ſup.
d in ca. 1. de eo qui cog conſang. vxor. ſuæ.
e verb. impedimentum, 6.
f per c. ad limina iuncta gloſ. vlt. 30. q.
g c. qui dormierit 27 q. 2.
h c. 22. n5.
i 3. part. tit. 4 c. 9. §. 1. ſub fin.
k c. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ.
l iuxta c 1. de reform ſeſſ. 24. Cõc Trid.
m tom. 2. opuſc. opuc. 12. qu. 2.
n 2. 2. qu 120. & 185. art. 5.
o vbi ſup.
p in c. quoniã cõtra, de probat.
q in d. qu. 120. & d. art. 3.
r in ca. adhæc de præb.

exprimit, puta, contraxiſſe antea matrimonium publicè, ſed inualidè ob aliquod impedimẽtum: habita enim diſpenſatione legitima, poſſunt clandeſtinè contrahere, neque ob id in vllas pœnas incidunt: Quod quotidianum eſt, & in ſacro pœnitentiariæ prætorio, vſu receptum, quatenus etiam poſt Conc. Trid qui publicè ſemel contraxerunt, tenentur denuo contrahere, ob diſpenſationem nouè obtentam, quo ad forum conſcientiæ tantùm iuxta tradita infra. [a] Iuſta denique eſt cauſa Minoris, nubendi clandeſtiné alicui ſibi multum conuenienti, cum animaduertit ſe à ſuo curatore traditum iri nuptui, alicui parum conuenienti. Inſuper reſpondimus in nullas cenſuras, aliaſve pœnas incidiſſe confeſſarium. & teſtes, qui procurarunt, vt quidam gladio grauiter læſus, actutum animam exhalaturus, duceret in vxorem concubinam ſuam, ex qua liberos ſuſcitârat, quò illos faceret legitimos, & ad emigrandum ex hoc ſeculo, iter meliùs adornaret.

38 XIIII Peccat, quiſquis coniunx matrimonio clandeſtinè ſine teſtibus contracto, vtitur: eiuſmodi enim vſus, non ſolùm eſt iure vetitus, [b] ſed etiam prauus, ſecundum Gardin Caietan. [c] quod palam verum eſt, poſt præfatum Conc Trid. cuius decreto, inualidum eſt matrimonium ſine parocho, & teſtibus contractum: & quòd etiam hodie id verum ſit, videntur probare ſupra dicta, nempe, matrimonium dici clandeſtinum, etiam ſi contrahatur coram parocho, & teſtibus extra faciem eccleſiæ Atqui, præfatus Caietanus [d] ait matrimonij vſum nunquam eſſe mortiferum, quod benedictionẽ nuptialem antecedat: quod ipſum antea dixit Angel. [e] & Silueſt. [f] Non quia non inueniatur textus, qui hoc ſignificare videatur, vt quidam neotericus dixit, ſiquidem [g] inuenitur, neque ob rationes, quas in medium proferunt, ſed, quia nulla ferè tranſgreſſio eorum, quæ dicto cap. aliter, prohibentur. eſt mortifera, iuxta, omnium ſententiam, niſi comtemptim, vel magno cum ſcandalo. fieret. Quàmuis Ioan. Tabien. [h] (pulchre mõſtrans, S. Thomam non ſentire, quod Ange. & Silueſt, aiunt) nullâ iuſtâ ratione affirmet, prima vice peccare, quod ipſum ante illum prædixerat S. Anton. [i] quod tamen non videtur tenendum, quia nullo iure, vel ratione

a ca. 22. n. 70.

b perc. aliter. 30. q. 5.

c d. q2.

d d. opuſc. 12. q. 3. & in ſum. verb, matrimonij peccata.

e verb, debitum, §. 1.

f eod. verb. qu. 9.

g in c. aliter, 30. qu. 5.

h verb. matrimo. nium, §. 3.

i 3. par. tit. 1 c. 2.

eiuſmodi

eiuſmodi differentia inrer primam vicem, & alias conuincitur, Quibus accedit, videri hodie ſuffragari textũ eiuſdem Concil. Trid.[a] Caiet. quatenus hortatur, non præcipit, ne contrahentes habitent in eadem domo, donec benedictionem ſacerdotalem in templo accipiant.

Qui porrò matrimonium clandeſtinum contrahit, eo ſolo, quòd non vult illud publicare, mortaliter peccat, quàmuis matrimonio non vtatur: ſi altera pars poſcit vt publicetur, aut periculum incontinẽtiæ imminet; nec vlla eſt iuſta cauſa, qua differatur, quia officio ſuo non ſatisfacit. Imò etiam, licèt vterque conſentiat, nec vllum ſubſit incontinentiæ periculum, ſi quia non publicatur, eiuſmodi damna & pericula timentur, quæ ex eius vſu clandeſtino orirentur,[b] ſecus verò non.[c]

39 XV. Peccat, qui vel quæ coniux priùs clandeſtinè contrahit cum priore, & poſtea publicè, cum poſteriore, habétquè rem cum poſteriore, etiamſi iuſſu eccleſię ſub excommunicatione præcipientis, eã haberet, iuxta ſententiam communem, quicquid Magiſt. ſent. cõmuniter refutatus[d] aſſeruerit. Peccat etiam, ſi habet rem cum priore, offendendo eos, qui putant eam non eſſe ipſius coniugem.[e] Secus tamen, ſi abſque ſcandalo eam haberet, tenetur autem poſteriori conuiuere, eccleſia id iubente, ſi abſque periculo habendi rem cum ea, vel eo, id facere poteſt, alioquin minimè: etiam ſi ob id excõmunicaretur,[f] quod tamen hodie Conc. Trid. reformante,[g] non procedit, niſi vbi illud non eſt receptum: vel quando matrimonium fuiſſet coram parocho & teſtibus, clam tamen, aliàs contractum, ſi ob mortem parochi & teſtium, vel alia de cauſa, probatio prioris matrimonij deficeret.

40 XVI. Peccat quiſquis coniunx antequam ſufficienter certior fiat de prioris cõiugis morte, matrimonium iteratò contrahit,[h] & etiam ſi poſt contractum habet rem cum poſteriori, ſubſiſtente cauſa probabili dubitandi de morte prioris (licet non ſit euidẽs, & manifeſta) debitum petit.[i] Imò & ſi reddit petitum, etiam iubente ſuperiore, priuſquam illam animi dubitationẽ deponat, ad effectum ſaltẽ reddendi illud. Probauimus enim[k] non ſolùm peccare mortaliter faciẽtem aliquid,

[a] in d.c.1. de refor ſeſſ. 24. ver. præterea.

[b] arg. l. adigere, § quàmuis, ff. de iur. patro.

[c] arg. c. cum ceſſante, de appell.

[d] in 4. diſt. 38.

[e] per dicta in § præced.

[f] arg. c. inquiſitioni de ſent. excomm. Silueſt. verb. debitũ cõiugale q 6.

[g] ſeſſ. 24. c. 1. de reform. mat.

[h] c. domibus de ſecund. nup.

[i] d. c. dominus. & d. c. inquiſitioni.

[k] in c. ſi quis autem, n. 81. de pœnit. diſt. 7.

quod credit eſſe mortale, ſed etiam, qui facit aliud, de quo dubitat, an ſit mortale necne. Proinde, cõiux probabiliter de prioris coniugis morte dubitans, antequã rem habeat cum poſteriore, debet pellere animo eiuſmodi dubitationem, & credere mortem prioris, ad effectum ſaltem reddendi debitum, quàmuis non credat, neque credere poſſit aut debeat, ad effectum illud petendi, vt alibi, [a] latiſſimè monſtrauimus, aperientes iuſtum intellectum, & veram concordiam inter pronunciata duo celebria, quorundam iurium [b] declarantéſque differentiam inter ſcientem ex vna parte, & credentem aut probabiliter dubitantem ex altera, nec non inter eũ, qui ex leui cauſa credit aut dubitat ex tertia, non eſſe ſitam in eo, quod vnus peccet reddendo debitum, alius non omnes ſi quidem peccant, tam reddẽdo, quàm petendo, ſi eiuſmodi ſcientià, credulitate, vel dubitatione durante, petant vel reddant. ſed conſiſtere in eo quod primus horum nequit illam ſcientiam iuſtè deponere, neque ad petendum, neque ad reddendum. Secundus autem, poteſt deponere ſuam credulitatem, vel dubitationem, precipiente ſaltem iudice, ad effectum ſoluẽdi. Tertius vero, poteſt ad vtrumq; effectum, quę eſt ſingularis deciſio, alibi à nobis prodita. [c]

*[a] in d. c. ſi quis autem, à n. 26. vſque ad 18.*

*[b] ad. cap. Dominus, & c. inquiſitionis.*

*[c] in d. c. ſi quis autem.*

42 XVII Peccat, qui vel quę coniux impudicis tactibus ſe polluit, vel exercet tactum huiuſmodi, intendens habere pollutionem, aut cum periculo probabili habendi, iuxta ſententiam Card. Caiet. [d] matrimonium enim eiuſmodi tactus licitos non reddit.

*[d] verb. matrimonii vſus. pag. pen.*

XVIII. Peccat, quiſquis coniux copulam exercet cum coniuge, alia via, quàm naturali, extra vas naturale, vel modo, quo vxor non poſſit ſuſcipere, aut retinere ſemen ſecũdùm omnes. Qui autem habet copulam intra vas naturale, ita vt vxor poſſit ſemen ſuſcipere, & retinere, non peccat mortaliter, quamuis fœdus ſit modus eam habendi: grauè nihilominus peccatũ veniale admittit, copulámque eo modo exercens, graui reprehenſione dignus eſt, peiórque animali bruto, quod in eiuſmodi actu modũ à natura pręſcriptũ, non excedit.

XIX. Peccat, quiſquis coniunx nihil prædictorum facit, nec vult facere, ſed conſentit aliquo nouem modorum, quos ſupra, [e] declarauimus, puta mandando,

*[e] c. 11. n. 16. & c. praec. n. 17. & infra c. 25. nu. 144.*

conſulendo, conſentiendo, laudando, tacendo, auctorem receptando, participando, vel opitulando, aut non impediendo, verbis, opere, vel admonitione, cum poſſet, & deberet id facere.

## De muliere fingente ſe peperiſſe filium.

Summæ.

43 *Mulier fingens ſe prægnantem, vt abſoluatur n.44.*
44 *Vxor vt faciet quo non infametur, & iuſto filio non noceat.*
45 *Reſtitui non debet res familiaris, cum famæ propriæ iactura & ſeq.*
48 *Reſtituat damnum qui tradidit filium ſuum ad partum ſupponendum.*
48 *Infantis hoſpitali expoſiti impenſas quis ſoluet.*
48 *Mulier teſtans, vt iuſtè poteſt ſpurium, filium appellare.*
49 *Adulter poteſt non credere eſſe filium ſuum.*
49 *Cauſa etiam remota, quæ obligat reſtituere.*
50 *Reſtituendum quantum iuſto filio læſo ob ſpurium ignotum.*
50 *Legitima filiorum varia in varijs regnis.*

43 XX. Peccat mulier coniugata: quæ ſuppoſititium
partum, ſuum fingit, ſeque prægnantem fuiſſe ſimulans,
ſecretoque alienum partum accipiens, illum tanquam
proprium ſe enixam fuiſſe comminiſcitur. Quinetiam,
peccat, quæ ſuſcepit prolem ex adulterio.
44 Cæterum, abſolui poterit, etiam id non reuelãdo,
quàmuis, noceat tam patri putatiuo, efficiẽdo vt filium
alienum pro ſuo enutriat, quàm etiam hæredi eius, qua-
tenus filius putatiuus, & ſpurius habitus pro vero & le
gitimo, adiuit hæreditatem patris putatiui, aut partem
eius, vt reſpondit. Innoc. [a]
Id vero procul dubio procedit, quando maritus indubiè credit eſſe ſuum filium, ipſa vero timet mortẽ ſibi ab eo inferendam, vel mortali odio peccaturum, ſi eius rei conſcius fieret. [b] Imo, ſufficit timor propriã famam perdendi, ſecundum Caiet.[c] ante quem id ſubtiliſſimus Scotus aſſeruit;[d] & S. Anton.[e] quia, vt præfatus Cardinalis[f] prodidit, non tenetur reſtituere bona ordinis inferioris, cum iactura bonorum ordinis altioris, ſaltem communiter, & vt alibi[g] diximus. Bona famæ, altioris

a *in c. officij, de pœn. & remiſſ.*
b *iuxta textum illius cap. Pan. & communem.*
c *tom.1. opuſc. opuſc. 32. reſpon. 14.*
d *in 4. diſt. 15. q.2. poſt art.4. in reſponſ art.*
e *2. part. tit. 1. c. 18. §.8. in fin. & melius, tit.2. c.7. § 4.*
f *2.2. q. 62. art. 6. & in d. reſponſ.14.*
g *in repet. c. inter verba, 11. q. 3.*

ordinis ſunt, quàm bona rei familiaris, iuxta illud[a] *Melius eſt bonum nomen, &c.* Vt etiam bona vitæ ac ſalutis, altioris ſunt: quàm bona famæ.[b]

45 Nec obſtat, quod Panor.[c] & communis videntur præſupponere, ſi reuelare poſſet, citra animæ, & corporis periculum, putarétque ſibi fidem habendam, debere reuelare. Quia Innoc. cuius mentem omnes ſequũtur.[d] ait, eam ad id non teneri, ſi quod grande malum conſequeretur. Et quamuis poſtea conſtituat exemplum, in malo corporis & animæ, non tamen negat id ipſum dicendum de malo famę quod grande malum eſſe, planũ eſt, vt ratio prædicti Caietan, probat. Nec obſtat, quòd Ioan Maior.[e] affirmet contrarium, ſiquidem id fecit, iuſta ſupradictorum perpenſione non præuia.

46 Atqui, ſi mulier illa iam erat de adulterio infamata creditque probabiliter abſque periculo corporis & animæ poſſe id reuelare, & quod ſibi adhibebitur fides, tã à patre, quam filio, debet reuelare, quæ communis eſt concluſio Innocentij[f] & aliorum.

Si verò crederet filium ſuum ſpurium, & ſuppoſititiũ tanta virtute pollere, matríque tam audientem eſſe, vt ſecretò caſum ei reuelando, crederet, totámque hæreditatem aliis fratribus legitimis hæredibus relinqueret, tenetur ei reuelare

47 At, quando eiuſmodi mulier non eſt ad reuelandũ huiuſmodi caſum obligata, vel ſua reuelatione nõ poſſet conſulere damno, quod ſuo marito, vel eius hæredibus euenit, aut eſt euenturum, tenetur eis legitimè ſatisfacere, confeſſarij prudentis arbitrio.[g] Confeſſarius autem, tali mulieri ſuadere debet ſecundùm Scotum,[h] vt ſatagat inducere filium illum ad ingreſſum religionis, vel vt ſacris initietur, & accipiat beneficium eccleſiaſticum, quo contẽtus, hæreditatem aliis renunciet: & ſi hoc ei perſuadere non poſſit, debet tam marito quã eius hæredibus reſarcire damnũ ex bonis paraphernalibus, id eſt, quæ vltra dotem habet, quod genus ſi non habeat, nõ obligatur amplìùs, quam ad ſui peccati pœnitentiam, & ad concipiendam voluntatẽ ſatisfaciendi vbi potuerit, ſecundum Scotum.[i] Cui duo addimus Alterum, quòd religio, cuius ingreſſus eſt ei perſuadendus, debet eſſe hæreditatis incapax (qualis nulla iuxta

[a] *Prouerb. 22. c. 2.*
[b] *l. in ſeruorum, ff de pœn.*
[c] *in d. c. officij.*
[d] *ibid.*
[e] *in 4. ſent. diſt. 15. n. 17.*
[f] *in d. c. officij.*
[g] *vt præfati officij contextus in fin. habet.*
[h] *vbi ſup.*
[i] *vbi ſup.*

Conc. Trid.[a] eſt hodie præter Franciſcanã, Capucinorũ & Minorũ de obſeruantia nuncupatorum) vel vt ante ingreſſum, & profeſſionem, renunciet hæreditati patris putatiui: alioquin enim, nil prodeſſet huic propoſito ingreſſus ille, cum monaſterium poſſet hæreditatem illi obuenientem adire.[b] Alterum, quod, vbi non poterit ei prædictũ ingreſſum perſuadere, nec pro bonis, in quæ filius eſt ſucceſſurus ſatisfacere, debet bona mariti augere, vltra onera, ad quæ ratione matrimonij tenetur, laborando, minuſque expendendo in amictum & victũ de his, quæ honeſtè impẽdere poteſt, vt quod per hanc parſimoniam reſiduum fecerit, adæquetur damno per filium fictum illato, vel inferendo. At, ſi ne hoc quidem ad id fuerit ſatis, debet donare in vita, vel relinquere in morte, tantum, quanto in id opus fuerit filijs legitimis ex illa bonorum ſuorum parte, quæ libere, in animæ ſuę, vel extraneorum gratiam, relinquere poteſt.[c] Si porrò, hęc omnia non fuerint ſatis, ſufficiet ei contritio, & voluntas, quas Scotus dixit ſufficere.

48 Tenetur inſuper reſarcire eiuſmodi damnum, qui tradidit ei filium ſuum ad ſuppponendum partũ, ac eiuſmodi figmentum comminiſcendum. Adulter denique, ex quo illum concepit, ſi credit, aut credere debet, eſſe filium ſuum, quandoquidem illius damni cauſam dedit: & qui cauſam damni dat, damnũ dediſſe videtur,[d] Cæterum, vt alterius eorum reſtitutio, & reparatio vtrumque liberat, ſic altero nequeunte, aut nolente reſarcire, alter obligatur, per ea, quę infra ſcribentur.[e] Quinimo, ſi infans fuit expoſitus hoſpitali alicui, vt ibi nutrietur, tenetur ſoluere impenſas, quas in eo nutriendo fecit, ſi eos paupertas non excuſaret, eo quod hoſpitalia pauperibus ſuſtentandis inſtituuntur.[f]

Interrogatus, An mulier, quæ ex adulterio filium ſuſcepit, teſtari poſſit, cùm id facere poſſe nõ videatur, niſi affirmando eum legitimum eſſe, quod eſt mendacium ob nullam rem dicendum? Reſpondi poſſe, tum, quia poteſt eum appellare filium, abſque aliqua legitimi intentione: tum, quia ſine mendacio labijs poteſt legitimum appellare, intelligendo mente, & in fibris, tales eſſe communi exiſtimationė,[h] tum, quia plurimum intereſt legitimorum, eam teſtari, quo exoneret

*a ſeſſ. 3. c. 3. de regul.*

b *argr. c. in præſentia, cũ ei adnot. deprobat.*

c *iuxta authen. nouiſsima, & authen. vnde ſi parens, C. de in off. teſtam.*

d *l. qui occidit ff. ad l. Aquil.*

e *c. ſec.*

f *c. Xenodo. his & per ea quæ ibi Lupus in repet. de relig. domib. tradit.*

g *c. primum. 22. q. 2. c. ſuper eo, de vſur.*

h *iuxta late per nos adnot. in c. humanæ aures, 22.*

conſcientiam, quanto amplius poterit, eis relinquendo, iuxta ſupradicta.

49 At confeſſarius non debet huiuſmodi reſtitutionem imperare adultero non credēti, nec debēti credere, eiuſmodi filium eſſe ſuum, ſiue, quod mater eſt leuis, & ſolita cum alijs adulterari, ſiue, quod ipſa quoque dubitat, an ſit filius adulteri, an vero mariti ſui, ſiue quod exiſtimat eam, vt ſe obliget, mentiri ſecundum S. Anton[a] Nec ipſe adulter faciłè debet credere, ſe ad id teneri.[b] Si vero adulter credit, eum eſſe ſuum filium, reſtituere debet patri putatiuo impenſas nutricationis, necnon hoſpitali, ſi in illo expoſitus fuit. Inſuper etiam præfato patri reſtituere debet dotem, aut ſpon alitiā largitatē, ſi quam ei dedit: imo & filijs eius, quod de patris hæreditate percepit, vt S. Anton (quem Silueſt. & communis probat.) ait.[c] Quanquam Sotus[d] contrarium teneat: motus, quod non videtur ei cauſa propinqua illius damni. Communis nihilominus opinio videtur nobis longè verior, Primum, quod eſt communis: deinde, quod ipſemet fatetur, adulteram ad id teneri, quæ tamen non eſt propinquior cauſa damni, quam adulter: quandoquidem, id non conſequitur immediate ex adulterio, neque ex partu, ſed ex vita eius quem peperit. Tertio, quod adulter eſt cauſa ſatis propinqua, licet non proxima, non oportet autem eſſe proximam, quo de damno teneatur.[e] Quarto, quod adulterium, ſuapte natura ordinatur ad generandum, & eſt via, ac medium in illud damnum, quod genitus, eo ipſo, quod genitus eſt, infert: cumque ſit res illicita, obligat in id, quod ipſum conſequitur, tanquam effectus eius, quo caſu etiam cauſa remota nocet.[f]

50 Idem porrò Sotus addit,[g] filijs putatiui hæredibus non debere reſtitui tantum, quanti valet hęreditas: nec quantum reſtituendum foret, ſi poſt acquiſitionem, illa eis adimeretur, ſed multò minus, prudentis & boni viri arbitratu, quę ſingularis concluſio eſt, confirmarique poteſt per id, quod vterque Tho. ait.[h] Quod tamē (noſtra ſententia perpetuum non eſt, ſed reſtringendum, tunc demum procedere, quando reſtitutio facienda eſt filijs ſucceſſuris, antequam ſuccedant: id eſt, dum pater, cui ſucceſſuri ſunt, viuit, & dubitatur, an filius putatiuus

a in 2. part tit. 2. c. 7 ſub fin.
b arg. c. Dominus, de ſecun. nup.
c vbi ſup.
d lib. 3. q 7. ar. 2. de iuſt. & iur.
e iuxta not. in. c. ſi egreſſus, &c. ſin de iniur.
f c. fin. de homi. lib. 6.
g vbi ſup.
h. 2. 2. q. 61. art. 2

victurus ſit, tempore, quo de diuidenda hæreditate paterna agetur. Nam à patris putatiui morte, & adita eius hæreditate, videtur agi de bonis quæſitis & ita, reſtituẽdum eſt illis, tantum quantum valet, quod filio putatiuo obuenit, [a] quamuis Sot. noſtro (iudicio) vtroque caſu loquatur.

[a] *arg. l. cùm hæredes, ff. de acq. poſſeſſ.*

Itaque omnia obiter reſoluendo, dicendum, quod ſi perſona ad eiuſmodi reſtitutionem obligata, acceſſerit confeſſarium, priuſquam pater putatiuus moriatur, debet perquirere, quantum expenderit in filij putatiui nutricationem, aut forſan dotem, vel ſponſalitiam largitatem ei tradendo, in vel literarum ſtudiis ſuſtentando: Denique quam, & quantam mercedem meruerit filius putatiuus, à ſuo patre putatiuo, habitá que horum omnium ratione, præcipiat illi perſonæ, vt reſiduum, quod patri debetur, ei reſtituat, perſuad átque illi, vt concipiat animum reſtituendi, cui oportuerit, quod præfatus filius putatiuus de bonis patris putatiui, adquiſiturus eſt, ſi ſuperuixerit illi. At ſi perſona præfata pœnitens, eſt mortis periculo propinqua, relinquat aliis filiis, vt dixit Sot. non tantum quantum deberetur eis, ſi hæreditatem adquiſiſſet vnà cum illis filius putatiuus: ſed tanto minus, quanto minoris æſtimari debent bona à patris putatiui morte, quærenda, ob illam dubitationem, an adquiſiturus ſit necne? Idq́ue poterit facere meliorando (vt iuriſconſultorum vulgus loquitur) alios filios de illa bonorum parte, quam cuicunque volet, libere poteſt relinquere, iuxta varias variorum Regnorum leges. Caſtellæ quidem de tertia, & quinta [b] Tauri. Portugalliæ verò de tertia. [c] Nauarræ autem, de omnibus, excepta minima re. In illis verò ditionibus, in quibus ius cõmune ſeruatur, de ſemiſſe, aut triente. [d] Si tamen præfata perſona pœnitens acceſſerit confeſſarium priuſquã patri putatiuo ſucceſſerit, & fratribus ſuis damnum iam intulerit, præcipiat ei confeſſarius, vt reſtituat fratribus quos filius putatiuus læſit, omne damnum quod eis intulit, quàm optima ratione poterit, quicquid & Sotus, & qui eum ſequuntur, aſſeruerit.

[b] *l. 7. & 8. al. iuncta lege tauri.*

[c] *lib. 4. ordinat. tit. 70.*

[d] *auth. nouiſſima. & aut. vnde ſi parens, C. de inoff. teſtam.*

# De ſeptimo præcepto Decalogi, Non furtum facies.

## CAPVT XVII.

### Summæ.

1 *Furtum quid, & diuiditur in mentale, & reale.*
1 *Præceptum non ſurandi, quæ & quot prohibet.*
2 *Furtum genere ſuo mortale, ſed excuſat ab eo paruitas, & alia,*
2 *Furtum ad cauſandum mortale, quanta quantitatis requiratur.*
2 *Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens, differunt.*
2 *Furtum pauperi, & diuiti factum qualiter metiendum.*
3 *Furtum propter omne mortale, non fertur excommunicatio vbique.*
3 *Doli actio non datur ob quantitatem omnem, quæ mortalem culpam facit.*
4 *Furtum mortale hæc quantitas facit.*
4 *Furtum à mortali culpa, ſeptem excuſant.*
5 *Metus minor iuſto, attenditur in foro conſcientiæ.*
6 *Finis vtilis animæ, & bonis domini excuſat à furto.*

1 *Furtum*, definitore iuriſconſulto [a] *eſt doloſa contrectatio rei alienæ inuitio domino ſuo, ad proprietatem eius, aut poſſeſſionem, aut vſum adquirendum.*

Dixit (*Contrectatio*) quo intelligimus, etiam voluntatē cōtrectandi, quæ eſt mentale furtū. Dixit (*Aliena*) quia ſuæ contrectatio, quatenus eſt aut merito creditur ſua eſſe, nō eſt furtum. [b] Dixit (*inuito domino ſuo*) quia, quod eo volente fit, non eſt furtum. [c] Dixit (*Doloſa*) quoniam, iocoſa, & officioſa, quò reddatur cautior Dominus, non eſt furtum, vt rectè ait Maior. [d] Dixit (*Ad adquirendum proprietatem aut poſſeſſionem &c.*) quia vt ſit furtum, ſufficit, vt contrectans velit aliquod horum adquirere, ſecundum omnes Ex quibus ſequitur, furtum eſſe bipertium, reale, quod eſt contrectatio

[a] *in l. 1. ff de furt. §. 1. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc.*

[b] *l. inter omnes, §. rectè ff. de furt.*

[c] *d. § rectè.*

[d] *in 4 ſent. diſt. 51. q 18.*

realis, & mentale, quod eſt voluntas ſic contrectandi: quæ eſt definitio iuriſconſultorum vſui loquendi proximior, quàm alia Ioan.[a]

Hoc autem præcepto. vt diximus, [b] non ſolùm prohibetur contrectatio occulta, vel voluntas contrectandi, quæ propriè furtum dicitur, ſed etiam, omnis illa, qua aliquid ab aliquo iniuſtè accipitur, & iniuſtè retinetur, omniſque iniuſta damni illatio, & per conſequens violenta, & omnium rerum alienarum vſurpatio illicita, [c] & conſequenter omnis voluntas deliberata faciendi quippiam prædictorum, Quoniam vt ſupra diximus, [d] peccata voluntatis, oris & operis, eiuſdem ſunt ſpeciei, imò, vnum: quanquam, quæ ſunt ſolius voluntatis, ad reſtitutionem non obligent, vt [e] dictum eſt.

2 Omne porrò furtum, ſuo genere eſt mortale ſecundùm Thom. [f] Excuſat tamen illud à culpa mortali, primò quidem, paruitas rei, quia in omni materia peccati, illa & alia duo excuſant à peccato mortali, vt diximus ſupra, [g] poſt S. Thom.[h] & S. Antonin [i] & Adria.[k] Ex quo ſequitur ſaltem in genere moris, furtum paruum, quod non attingit culpam mortalem, differre ſpecie à furto magno, quod attingit illam: ſupra namque diximus, circunſtantiam, quæ facit actum, eſſe mortalem, ſine qua non eſſet talis, mutare ſpeciem iu genere moris.

Perarduæ verò queſtionis eſt, quænam paruitas excuſet à mortali: id enim nullo iure naturali diuino, aut humano definitum eſt, communiter tamen tenetur [l] (& quidem rectè) id boni viri arbitratui relinqui, quoniam, quę indefinita à lege relinquuntur, arbitrio boni viri definienda ſunt [m]

Quænam autem quantitas ſit ad hoc notabilis: aut quam talem arbitremur: ſcripta in quodam noſtro Cōmentario [n] definiũt Et quidem, qui parum furatur volens multum furari, mortaliter peccat, vt S Hier.[o] clarè ſenſit Nam voluntas faciendi, & ipſum factum, eiuſdem ſunt malitiæ, iuxta S Thom. receptum [p] Qui autem rem paruulam furatur, citra animum, aliam maiorem furandi, maiuſque damnum proximo faciendi, quàm pauxilla illa res valet, furtum mortale non com-

[a] *abi ſup*
[b] *in addit. cap. quando, de con diſt.1.*
[c] *c. pœnale, 14. q 5.*
[d] *in prælud. 7. n 19. & c 11.n. 11. poſt S. Tho 1. 2. qu. 72. art 7.*
[e] *in d c 11. n.16.*
[f] *2.2 qu. 66. art. 6. d.c. fin 14 qu. 6. & ca. fratres, cũ 3 ſeq de furt.*
[g] *c. 11 n. 4.*
[h] *2.2 qu. 88. art 5. & 6. & 2.2 q.3. art.5. & qu. 59. art 4.*
[i] *2. part. tit 4. ca. 5 § 7. & 8.*
[k] *quod l. 8*
[l] *c. 6. n. 3. 8 & ſeq*
[m] *l. 1 ff. de iur. delib. & ca de causſis, de off. de l.*
[n] *c. fin. 14 qu. 6*
[o] *in d. c fin. 14. q 6.*
[p] *1. 2. qu. 20. art. 3.*

mittit, quàmuis ſciat Dominum id moleſtè laturum, & ei denuncietur, neque eam à ſe petitam, daturum fuiſſe, ſecundùm Caiet.[a] quàmuis S. Tho.[b] hac de re ſub obſcurè loquatur.

*a 2.2.qu.66.art. 6.*
*b ibid.*

Cæterùm, qui furatur paruulam rem: veluti ſubulam à Sutore, vel acum à Sartore, ob quod, & quia aliam ſubulam, vel acum non habet, ab opificio ceſſat, nō furatur rem notabilem, quàmuis, ex eiuſmodi furto notabile damnum in Dominum redundet, licèt contrarium ſentiat Silu.[c] cui cõſentit Sotus.[d] Qui enim paruã illam rem furatur, quàmuis ob eam damnum decem aureorum, ſeu ducatorum inferret, non tamen duplò, aut quadruplò, illius damni cō demnaretur, ſed duplo, aut quadruplò rei illius paruæ furto ſubſtractæ, quatenus eſſet furtum manifeſtum aut non manifeſtum. Illa tamen paruę rei ſurreptio, eſſet mortalis, ſi, qui ſurripit, ſcit, aut ſcire, vel credere debet, ex furto illo paruulo eiuſmodi damnũ notabile Domino euenturũ, non, quia res illa ſurrepta notabilis ſit, vel quòd voluntas illam ſurripiendi ſit voluntas ſurripiēdi rem notabilem: ſed, quia damni notabilis cauſam dat, & conſequenter, id dare videtur,[f] quæ ſunt diuerſa, vt ex diuerſitate titulorum, de furtis, & de iniuriis, facilè colligas. Quod ipſum etiam producendum eſt ad eum, qui paruulam rem furatur, credens inde dominum magna moleſtia & perturbatione afficiendum, vt fecit quidam famulus ſuo hero diuiti, nobis noto, ſurripiendo magnum quoddã malũ cydoniũ, quod in horto ſuo excreuerat, & magni ęſtimabat quod oſtenderet amicis: & pręmonuerat ſuos famulos notabili ſe moleſtia affectum iri, ſi illud furarentur. Is enim famulus non admiſit furtum notabile, quãuis ob moleſtiã notabilem, qua herus eius affectus fuit, mortaliter peccare potuiſſet: ſi quidem credebat, aut credere debebat, illa moleſtia dominum afficiendum.

*c verb. furtum.*
*d lib 5.qu.6 art. 3. de iuſt. & iur.*
*e §.in duplum, & §.quadrupli, inſtit. de action.*
*f c.fin. de iniur. l. qui occidit, ff. ad.l.Aquil.*

Ex quibus elicitur, interdum eum qui rem paruã pauperi aufert: mortaliter peccare, non autem qui opulento ſimilem adimit, interdum viceuerſa. Nam qui ſurripit ſubulam aliquam Sutori, vel aliquam acum Sartori, credens vel credete debens, eis non eſſe alias, quibus operētur, ideóque damnum notabile eis euenturũ, peccat mortaliter: non autem. qui diuitibus eaſdem au-

ferret: & é contrario, qui diuiti ſurripit,rem paruã magni à ſe æſtimatam,quale erat malũ ſupra memoratum credés vel credere debens,eum ob id notabili moleſtia affectũ iri,mortaliter peccaret, non autem qui idẽ faceret pauperi rem illã nõ maioris, quam valet facienti,ille náque dat cauſam notabili moleſtiæ,hic verò minimè.

3 Et licèt in aliquibus epiſcopatibus per conſtitutiones Synodales ſtatuatur, nequis excõmunicetur pro re, quæ minoris centum dipondiis valeat, in aliis verò ne pro ea,quæ minoris duobus regalibus: ſeu Iuliis valeat: non tamen idcirco cenſetur definitum, illam eſſe quantitatem neceſſariã, vt mortale furtum producat,ſiquidẽ, quàmuis nõ debeat niſi pro peccato mortali excommunicatio ferri,[a] vt latiùs tradidimus infra,[b] non tamen pro quolibet mortali fertur ipſo iure: & ſic præfatæ conſtitutiones interpretandæ ſunt, quòd, quàmuis propter quantitatem minorem, quàm duorum regalium aut dipondiorum, mortaliter peccetur: nemo tamen pro minori eſt excommunicandus.

Nonnulli autem collegerũt ex Soto,[c] ſummam duorum, aut trium aureorum, non eſſe notabilem quantitatem, citra conſiderationem perſonæ, cui furtum fit: nobis tamen, neque videtur prædictus Sotus id ſenſiſſe:neque verum eſſe:tum, quia S. Thom.[d] à culpa mortali non eximit furtum, niſi quando eſt de re minima: nemini autem videtur talis eſſe in hac regione aureus in ſe conſideratus: tum, quia idem S. Thom. ſenſit,ideo furtum de re minima, non eſſe mortale, quia preſumi poteſt id non diſpliciturum Domino, ſignificans ſecus eſſe, ſi putaretur Domino id diſpliciturum. Et quamuis Caieta omnibus admotis machinis: rectè (noſtro iudicio) eius ſententiam extendat ad furtum minimæ rei, etiamſi Domino diſpliceat:nulla tenus tamen extendiſſet,ad furtũ duorum ducatorum,ſeu aureorum, quippe, quòd longè alienum fuiſſet à mente S. Thomæ: tum, quia in aliquibus epiſcopatibus,conſilio virorũ doctorũ, & prudẽtium ſtatuitur, vt excõmunicatio pro furto centũ dipondiorũ, & duorũ regalium, ſiue Iuliorũ cõcedatur, vt prædictũ eſt, & infra,[e] dicemus. Et excõmunicatio maior nõ niſi ob peccatum mortale fieri debet.[f]

Non obſtant in contrarium prolata. Non primum,

[a] *c. nemo. & ca. nullus, 11 q. 3.*
[b] *ca. 27. n. 9.*
[c] *lib. 5. qu. 2. art. 3. de iuſt. & iur.*
[d] *2. 2. qu. 66 art. 6. ad 3.*
[e] *c. 27. n. 9.*
[f] *d. c. nemo, & c. nullus, 11. qu 3.*

quia aliud eſt denegare actionem doli, contra eum, qui citra quantitatem duorum aureorum decipit: aliud dicere, non peccare mortaliter, qui in minori decipit: lex enim actionem denegat contra emptorem & venditorem, qui minus quàm dimidio iuſti pretij decipit,[a] ille tamen mortaliter peccat, ſi notabiliter decipit, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam.[b]

a l. 2. C de reſcind. vendit. & c. cum dilecti, de empt. & vend.
b 1. 2 q. 77. art. 7.

4 Confitenti porro mihi, vel me conſulenti, conſulerem, vt reputaret pro notabili quantitate, quoad effectum conſtituendi culpam mortalem. Primo, ſummam duorum regalium, vel iuliorum: imò & vnius, etiam dimidij: quodque pro tali non haberet minorē quarta parte regalis, vel iulij, neque in hac, neque alia regione quæ pecunia non ſecus quam hæc abundaret. Nec damnarem eum, qui teneret mediam inter quartam, & dimidiam, non eſſe notabilem: ſed neque nunc, quando pecunia numerata, minoris pretij eſt, quam vnquam fuit diſſentirē ei, qui aſſereret, non eſſe notabilem ad hoc quantitatem, quæ vnum Iulium, ſiue regale, aut tres partes eius non contineret, ſequutus in hoc mentem cuiuſdam ſtatuti Illuſtriſſimi Ordinis Carthuſiani.

Inſuper, conſulerem, pro tali habere vnum hædum, caponem, imò & vnam gallinam mediocrem, etiam vbi illa dimidio regali, vel Iulio minimè valeret, etiam 12. quorum ablationem: idemque dicerem de quarta rubij ſeu modij tritici, & quarta vini: tum, quia vnaquæque iſtarum rerum communiter pro re maiori minima habetur: tum, quia licet olim in publica diſputatione,[c] defenderimus, non eſſe concedendam furti, aliamve actionem, propter ablationem, aut retentionem tam exiguæ rei, quæ nō pertingeret ad culpā mortalē: aſſeruimus tamen, propter acceptionem, aut retentionem vnius gallinæ, dari poſſe, quod irrefragabili iure[d] probatur.

c ſuper d. c. fin. 14. q. 6.

d §. Gallinarum inſtit. de rerum diuſ.

Furtum verò minoris quantitatis dimidio regali, eſt peccatū mortale, credēti, vel credere debēti, datū iri per illud damnū maius dimidio regali: quale eſt furtum vnius acus, aut ſubulæ, ſeu alterius inſtrumenti, factum à credente, vel credere debente, ob defectū eius, illum à quo ſubſtracta eſt damnum maius dimidio regali paſſurum, ex diaria mercede. Si tamen propter ſolū furtum

concederetur excommunicatio, quæ alia damna non comprehenderet: eiuſmodi furtũ committens, excommunicatus non eſſet: quia (vt ſupra diximus) aliud eſt furtum inſtrumenti tam parui pretij, aliud damnum, quod eius ablatione, aut retentione fit: ſi enim duplò, aut quadruplo furti condemnaretur, prout manifeſtum, aut non manifeſtum eſſet, non damnum, ſed ſolum pretium ſurrepti inſtrumenti duplicaretur, vel quadruplicaretur, iuxta omniũ ſententiam [a] vt ſupra dictum eſt.

Cæterùm excommunicatio generalis contra furantes, aut malè ablatum non reſtituentes, omnes iniuſte auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quanta ad peccandum mortaliter ſatis eſt, comprehendit: quãdoquidem comprehenduntur ſub præferentis verbis & mente, quæ eſt animas à peccato mortali abducere, & ne in illud prolabantur prouidere: [b] niſi conſtitutione epiſcopatus, vel intenſione excõmunicãtis, aliáve ratione, excipiantur, qui ad aliam certam vſque quãtitatem maiorem non auferunt: qui enim exciperẽtur, non comprehenderetur: excommunicatio ſiquidem, non ligat, niſi quos, & quot vult excommunicans, aut qui eam petit, vt infra [c] dicemus.

De illo porrò, qui multa minima ſæpe ſuo hero, vel alteri, aut multis aufert, tenendum, quod infra [d] dicetur.

5 At verò, furta à mortali excuſant deliberatio, ſeu ſurreptio, & defectus iudicij idonei ad culpam mortalem: quæ duo, ſicut paruitas rei, in omni materia peccati, excuſant ab illa, per ſupradicta. [e]

Excuſat etiam à veniali, ignorantia probabilis, quòd res eſſet aliena, & extrema neceſſitas, vel adeo grauis, quæ, iudicio boni viri, ad id ſufficiat, [f] necnon præſumptio probabilis, dominum rei, æquo animo id laturum [g] non autem dubitatio aut temeraria præſumptio, [h] quàmuis verè dominus id æquo animo ferret. Qui enim facit id de quo dubitat, an ſit mortale, vel credit eſſe tale mortaliter peccat, per alibi dicta, [i] quã quam caſu poſtremo ad reſtitutionem non tenetur. [k] Neque excuſaret præſentia, & patientia domini, ſufferentis id præ timore, aut pudore, ſecũdùm Silueſt. [l] &

[a] *in d. § in duplum, & § quadrup. li. Inſtit. de actio.*

[b] *arg. ca. 1. de ſent. exc. lib. 6. & c. 2 de conſtit eod. lib*

[c] *ca 27. n. 11.*

[d] *eod ca. n 139. & 140.*

[e] *ca. 11 n. 4.*

[f] *ca. ſi quis propter neceſſitatẽ, ff. de furt. vbi Panor. & alij*

[g] *l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.*

[h] *d §. Rectè.*

[i] *in ca. ſi quis autem, n 57. & ſeq. de pœnit. diſt. 7.*

[k] *d § Rectè, & Silueſt. verb. furtum, qu. 7.*

[l] *vbi ſup.*

probatur per concluſionem Adrian. [a] quâ docet in foro conſcientiæ, tranſactionem & donationem non valere, quoties nõ fiunt animo libero, etiam ſi non intercedat tãtus metus, quantũ forum exterius illis inualidandis requirit [b]. Excuſat etiam à culpa mortali conditio iuſtificans: vt, cum quis vult ſurripere, ſi Deus id non vetuiſſet. [c]

Denique excuſat impoten tia recuperandi ſuum ſine ſcandalo, tunc ſiquidem, clam capere ſuum licet per glos memorabilem, [d] & dictum ſingulare Innoc. [e]

5 Præterea excuſat propoſitum reſtituendi, quod capitur, domino proprio, vt qui à fure, aut latrone viliſſimè emit, quod furatus eſt, aut rapuit, vt domino ſuo reſtituat.

6 Excuſat demum iuſta voluntas commodandi domino ſpiritualiter vel temporaliter, vt cum quis occultè furatur pigmenta, aut fucos alicui mulieri, eis malè vtenti, alioſque ad peccandum prouocanti: aut gladium furioſo: ne ſe vel alium occidat: vel pecuniam folia luſoria, aut aleas luſori, ne ludat: modo ex hoc magnum ſcandalum non ſequatur, iuxta S. Anton. [f] nulla ſiquidem harum eſt contrectatio, vel acceptio fraudulenta quæ ad furtum requiritur per prædicta ſupra. [g]

a *in 4. de reſtit. q. 2. verſ. ex quibus.*
b *iuxta ea quæ leguntur, & not. in l. interpoſitas, C. de tranſact. & l. Metum. 1. & 2. ff. Quod met. cauſ.*
c *arg. ca. ſi pro te, de reſcript. lib. 6. l. cedere diem, ff. de verb. ſig. & Caiet. verb. cogitatio.*
d *c. ius gentium, 1 diſt.*
e *c. olim 1. de reſtit. ſpol.*
f *in 2. part. tit. 1. c. 14 § 2.*
g *eod. ca. n. 1.*

# Reſtitutio quid.

## Summæ.


7 *Reſtitutio quid, cum definitionis declaratione.*
7 *Theologicæ virtutes tres quæ, & cur ſic nuncupatæ.*
7 *Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ veræ.*
7 *Reſtituenda res aliena, etiam non reſtituto pretio 8. & 9.*
10 *Reſtituenda ipſamet res aliena ſurrepta, vel tantundem, &c.*
11 *Reſtitutio duplex formalis, & virtualis, qualis eſt remiſſio.*
11 *Reſtituendi neceſſitas, ex qua lege naſcitur.*


7 Quoniam non ſolum acceptio alieni, ſed etiam reſtituendi retentio eſt contra hoc ſeptimum præceptum: [h] operæ prætium fuerit dicere de reſtitutione. Primo quid ſit. Secundo, quis ad eam teneatur. Tertio

h *c. ſæp. de reſtit. ſpol. & c. ſi res, 14. q. 6*

quid ſit reſtituendum. Quartò, quantum. Quinto, cui. Sextò, vbi. Septimò, quomodo. Octauò, quo ordine. Nonò, quando.

Reſtitutio itaque eſt actus iuſtitiæ ſpecialis commutatiuæ, quo redditur alteri, quod ſuum eſt, vel, quod ei debetur, lege veræ iuſtitiæ, formaliter aut virtualiter, de bonis animi, corporis, honoris vel pecuniæ.

Dixi (*Iuſtitiæ*) quò differat ab actibus virtutum Theologicarum (ſic nuncupatarum, quod circa illas tota Theologia verſetur) fidei, Spei, & Charitatis: quibus redditur Deo cultus debitus interior: & ab actibus Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ; aliarúmque virtutum eis attributarum, ſeu potentialium, quibus animis noſtris potiùs, ſiue principalius, quàm noſtris rebus exterioribus medemur, & proficimus, vt poſt S. Tho. diximus infra.[a]

Dixi (*Specialis*) quò differat ab actibus iuſtitiæ generalis, quæ verſatur in ferendo omnium virtutum moralium actus ad bonum commune humanum: ſicut charitas in referendo eoſdem, ad bonum commune diuinum, quod eſt Deus, vt poſt S. Tho.[b] diximus[c]

Dixi (*Commutatiuæ*) quia vt S. Thom.[d] receptus ait, requiritur æqualitas inter id, quod reſtituitur, ex vna parte, quod reſtituendum eſt, ex altera: & quia non eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ commune priuatis diuidit.

7 Dixi (*Quod ſuum eſt*) ad ſignificandum, quod[e] quiſquis rem alienã contra volũtatem domini habet, tenetur illam reſtituere: quanquam, alio modo ſi eam bona fide habuit, & retinet, alio ſi mala. Nam ſi bona fide accepit & retinet, eámque amittit, vel citra ipſius culpâ perit, ſatisfacit reſtituendo id quo factus eſt locupletior.[f] Itaque qui bona fide emit aliquid à nondomino, tenetur ſuo domino illud reſtituere, ſimul ac eius eſſe ſcierit, etiam non reſtituto pretio, pro eo dato.[g] Si verò illud non habet tenebitur ad id, quo factus eſt locupletior puta pretium, quod pro illo accepit.[h]

Et ſi nihilo factus eſt locupletior, ad nihil tenetur domino, neque alteri, cui bona fide venderet illud eodẽ, vel minori pretio, quo emerat,[i] nihil enim amplius, quàm ſuum habet, licet, ſi plures venderet, quàm emiſ-

[a] *eod. n. 11.*
[b] *22. qu. 25. art.* 4.
[c] *in Apolog. lib. de red eccleſ qu. 2. mon. 1.*
[d] *22. qu. 61 art.* 1
[e] *per c. ſi res, 14. qu. 6. & c. ſæpe, de reſtit. ſpol & mentem omnium Doct. in illa communiſcentium, ac Caut in d. vtroque loco.*
[f] *l. ſed & ſi § 1 & l. item veniunt, § 1. ff. de petit. hæred.*
[g] *l. Mater, & l. mancipium, C. de rei vend.*
[h] *d l. ſed ſi poſſeſſor. § 1.*
[i] *l. in creditore, & l cumeaſſ. de euict.*

ſet, illud plus reſtituere tenetur quoad illud namque alienum retinet, aut aliud pro eo vt rectè dixit Caiet.[a]

[a] 2.2 qu. 61. art. 6. & in ſum verb. Reſtitutio, § 2. Redix pro quo ſunt dd. ll. ſed & ſi & l. item veniunt.

Quibus aduerſatur primò, quòd is bonæ fidæi venditor, tenetur emptori de euictione.[b] Sed reſpondetur, quòd liberabitur, cedendo actionem de euictione, quam contra eum, à quo bona fide emit, habet,[c] qui ea factus eſt locupletior, ad quod etiam in conſcientia tenebitur.

[b] c. fin. de empt. l. 1. & toto tit. ff. de euict.

[c] l. in creditore, ff. de euict.

Secundò aduerſatur, argumentum cuiuſdam eruditi, fundantis ſe primò, quòd infra[d] dixerimus eum qui pecuniam adulterinam ab alio bona fide receptam, tertio tradit, quum id reſcierit, teneri ei reſtituere legitimam. Secundò, quod qui bona fide vendit aurichalcum pro auro poſtquam reſcierit, tenetur tantumdem veri auri reſtituere. Tertiò, quod pretium datum à ſe bona fide, recuperare poteſt per euictionem, nec poteſt iuſtè vtrumque retinere.

[d] eod ca. n. 167.

Sed reſponderi poteſt ad duo prima, nõ eſſe eandam rationem, de tradente pecuniam adulterinam, vel aurichalcum pro auro, & detradente rem alienam, ſed veram: ille namque tradit rem intrinſecus defectuoſam, ac proinde falſam, & communiter eſt in culpa accipiendo, vel dando: hic autem, rem intrinſecus veram, iuſtique valoris: & ita communiter non eſt in culpa accipiendo, vel dando. Vrgenti porrò, quid ſi vterque in culpa, vel neuter in ea eſſet? concedi poſſet, idem de vtroque cenſendum.[e]

9 Ad tertium verò, quòd ſolum concludit bonæ fidei venditorem cedere debere actionem de euictione, quod non negamus, & proximè conceſſimus. Hac eadem ratione, qui ad cœnã inuitatus, ex vitulo alieno edit, quàmuis reſtituere teneatur, quod mala fide comedit: ſi tamen id bona fide fecit, ſolùm tenetur ad quod ob illam cœnam domeſtico ſumptui ſubſtraxit, ſi verò nihil ſubſtraxit, ad nihil tenetur: quia ſolùm quod ſubſtraxit, eſt apud eum ex illo vitulo alieno. Quod ipſum producendum eſt ad vſum alienæ veſtis, quam qui ſuam eſſe arbitratur, ſi enim quod eam geſtauit, ſuam ſeruauit tenetur ſatisfacere pro vſu, aut quantum ob illum propriæ pepercit.

[e] arg. c. dudum. 2. de elect.

Tertiò quòd iure dubitari poteſt: an qui emit bona fide

fide rem alienam, à non domino certior factus, illã reddere venditori poſſit, ſuámque pecuniam recuperare. Ad quod reſpondetur, poſſe, vt reſpondit Alexand. Halen. Doctor irrefragabilis.[a]

Quartò, quòd videtur cooperari venditori ad peccandum, in retinendo alieno: cùm tamen Medina contra teneat in eo, qui credit venditorem nunquam reſtituturum eam Dominò.

Ad quorum prius reſpondetur, negando quòd qui rem emptam à non domino, reddit ei, vt pretium datum pro ea recuperet, cooperetur peccato, nam actus ille non domini recipiendi rem alienam à ſe venditam, non eſt de ſe peccatum, id enim non eſt de ſe accipere alienum dolosè: quia poteſt facere ſanctè quò reſtituat eam domino: tum, quia tenetur reſtituere illam domino: & ita emptor qui eam reſtituit illi, videtur iuuare cum vt ſe eximat peccato, non vt peccet. Ad poſterius autem, negando illud Medinæ dictum: tum, quia id non ſatis probat: tum, quia emptor magis ſibi, quàm domino rei prouidere tenetur[b] reddendo autem rem non domino, recuperato pretio, ſibi prouidet, faciendo actum iuſtum, & ſi ob id per accidens culpâ non domini, non ſuâ contingat damnum domino, non eſt imputandum ei, qui reponit rem penes eum, à quo accepit: quum nullâ lege iuſtitiæ ad aliud obligetur: quod verò per accidens contingit, non eſt adeo attendendum.[c]

10 Qui autem mala fide recipit, aut retinet rem alienam, tenetur eandem reſtituere, ſi poteſt, ſin minus, tantundem, quanto pluris valuit à tempore iniuſtæ acceptionis, vel retentionis, quàmuis ſuâ culpâ perierit. Qui enim mala fide contrectat, & retinet rem alienam, ſemper eſt in mora, & ſuo damno perit.[d] Ille porrò cenſetur iuxta præſens inſtitutum, habere bonam fidem, qui probabiliter credit, rem ſuam eſſe, aut eius, qui ſibi eam dedit, eúmve qui ſibi dedit, ius habuiſſe eam dandi.[e]

Dixi (*Vel quod ei debetur*) ad includendum redditionem qualiſcunque debiti, ſiue id oriatur ex contractu, vel quaſi contractu, delicto, vel quaſi, lege ſtatuto, vel ſententia obligante ad id conſcientiam, vel teſtamento, aut alia vltima voluntate.[f]

Dixi (*Lege veræ iuſtitiæ*) ad excludendos actus religio-

[a] *4. part. q. 86. memb. 3 quem Gabriel in 4. ſent. diſt 15. & alij ſequuntur.*

[b] *arg. l. ſi præſes, C. de ſeruit. & aq. & c. non licet, 23 q. 5.*

[c] *l. ſi quis nec cauſam, ff. de reb. credit.*

[d] *l. in re furtiua, ff. de condict. furt. c. Mora, cũ ei adnot. de reg. iur. lib 6.*

[e] *c ſi virgo, 34 q. 2. gloſſ. in c. ſi diligẽti, de reſcript.*

[f] *iuxta varias leges variorum tit. ff. & C.*

nis & aliarum virtutum attributarum, vel potentialium iuſtitiæ quibus redditur quidem debitum, ſed non legê veræ iuſtitiæ, quæ verſatur in reddendo debitum rei exterioris, ſecundùm æqualitatem: cùm tamen religio, & aliæ virtutes iuſtitiæ potentiales, verſentur in reddendo debitum honeſtatis tantùm, vt liberalitas: vel non ſecundùm æqualitatem vt religio, pietas, &c. Nec obſtat, quòd actus reſtituendi debitum propter tranſgreſſionem legis iuſtitiæ diſtributiuæ, ſit reſtitutio vera, & debita, vt dicitur infra [a] nam, iuſtitia diſtributiua, vera iuſtitia eſt, non ſimilitudinaria: eſt enim altera ſpecies iuſtitiæ, iuxta S. Thom. recept. [b]

11 Dixi (*Formaliter, aut virtualiter*) ad includendas condonationes, & alias ſatisfactiones, quæ virtualiter ſunt reſtitutiones, & ſolutiones. [c]

Dixi (*De bonis animi, &c.*) ad ſignificandum, non ſolùm ad reſtitutionem teneri, qui debet pecuniam, ſed etiam alia tria genera bonorum, animæ, corporis, & honoris, iuxta infra dicenda. [d]

Neceſſitas autem reſtituendi, naſcitur ex omni tranſgreſſione legum veræ, & ſpecialis iuſtitiæ per quam aliquod damnum alteri cuipiam infertur, vt mox dicetur: non autem ex tranſgreſſione legum charitatis, & miſericordiæ, etiam qua alius damno afficitur, vt affirmauit Alexan. Halen. [e] & Altiſſiod. [f] quos ſequitur Adria. [g] quem pridem ſequuti fuimus [h] quod etiam tanquam communiter receptum affirmat Sotus, [i] & latiùs aliis ſtabilit ac propugnat prædictus Adrian. qui tamen non videtur reddere rationem diuerſitatis: quam nouè putamus eſſe quòd tranſgreſſio legum charitatis, & miſericordiæ, imò & cæterarum virtutum aliarum à vera, & ſpeciali iuſtitia, non ordinatur per ſe, & directè ad ablationem alicuius rei exterioris alienæ, ſed ſolùm per accidens, & indirectè: quia immediatè & principaliter verſantur circa actus interiores, ſecundùm S. Thom. [k] Tranſgreſſio autem legum, quæ principaliter verſatur circa actus exteriores, ſecundùm eundem, per ſe & directè ordinatur ad quippiam alteri adimendum, quod reſtituendi obligationem producit, vt non abs re dixerimus pri-

[a] *eod c. nu. 66.*
[b] *22 q. 61. art. 1.*
[c] *l. ſi item, §. omnis, ff. de pign. act. & l. 1 ff. qui ſatiſd. cog. & gloſſ. in verb. reſtituatur, c. peccatum, de reg. iur. lib. 6.*
[d] *c. 13. à nu. 17.*
[e] *3. part. q. 87.*
[f] *in 4. part.*
[g] *in 4 de reſtit. q. 1. §. de currentibus cum fure.*
[h] *in repet. c. inter verba, 11. q. 3. concl. 6. & infra c. 24. n. 5. & in Apolog. de red. q. 2. mon. 2. & 7.*
[i] *li. 5. q. 3. art. 4. & lib. 4. q. 7. art. 3. col. 4. & alibi ſæpe de iuſt. & iur.*
[k] *2. q. 58. art. 2. d. 1, & art. 7. a.*

dem, [a] multùm referre inter teſtem obligatum dicere *in d.repe.c.in-*
verum lege iuſtitiæ: & obligatum lege charitatis vt *ter. verba.*
etiam infra, [b] ponetur differentia inter obligatum ex *[b] c 24.n.5.*
contractu ad alimenta, quæ eſt obligatio iuſtitiæ, & inter obligatum ad eadem, per vim eleemoſynæ, quæ eſt actus charitatis, vel miſericordiæ, illius filiæ.

## Quis reſtituere teneatur.

### Summæ.

12 *Reſtituere quis teneatur, latè. & 13. & 14.*
14 *Peccare faciens quid reſtituat.*
15 *Metus minor iuſto, cogit reſtituere in foro animæ.*
16 *Libertas animi, non tam minuitur blanditijs quàm metu.*
16 *Paßio amoris, non inducit inuolũtarium, ſicut paßio timoris.*
16 *Dominorum preces, iuſſa.*
17 *Reſtituere plus tenetur delinquens, quàm contrahens, & conſentiens, & 18.*
19 *Miniſtrum à reſtituendo non excuſat iuſſus domini.*
20 *Delinquens non excuſatur, eò quòd alius id feciſſet.*
20 *Opitulans damnum danti qui totum, qui partem, qui nihil reſtituet.*
20 *Borbonium qui ducem vrbem vaſtantem iuuit, quantum reſtituet.*
21 *Furantem non impediens, quis reſtituet, & quis non.*
21 *Damnũ impedire cum periculo, quis etiam iudex, nõ tenetur.*
22 *Reſtituet qui confeſſarius negligens. & nu. 23.*
23 *Confeſſarius poteſt declarare hæredi, reſtituenda nomine mortui.* *[c] 2 part.tit.2.c.*

12 Omnis porrò & ſolus ille ad reſtitutionem tene- *2. à §. 2.*
tur, qui rem alienam habet, vel aliquid lege iuſtitiæ ſpe- *[d] verb.reſtitutio.*
cialis veræ, debet, Quæ regula continet illas viginti
manus, putâ, fœneratoriam, raptoriam, &c. quas S. Ant. *[e] in ſum. verb.*
grauiter [c] & fusè explicuit, & decem, ac ſeptem dicta, *reſtitutio, & 2.*
quæ adiunxit Silueſt. [d] necnon, duas regulas, aut radices *2.q.62.*
Caiet. [e] *[f] d.n.7.*

Ex qua regula elicitur, teneri reſtituere. Primò te- *[g] l 1. ff.de pact.*
nentem rem alienam, de quo ſupra. [f] Secundo obli- *& c.1.eod tit.*
gatũ ex contractu. [g] Tertiò, obligatũ ex quaſi cõtractu, *cum eis adnot.*

vt eſt tutor pupillo, &c. [a] Quartò, obligatum lege aliqua iuſtitiæ, aut ſtatuto conſcientiam obligante.

13. Quod addo, propter pœnas debitas, multarum legum pœnalium, quæ non debentur in foro conſcientiæ, ante condemnationem iudicis, iuxta gloſ. [b] quandam ſing. in cuius Commentario diximus, quæ ſint illæ, contrahendo, addendo, tollendo, ac declarando plurima, quæ prolixiſſimè ſcripſit [c] Alfonſ. Caſtrenſis.

14 Quintò, obligatum ex teſtamento, vel alia vltima voluntate [d] Sextò, obligatum ex ſententia iuſta (de qua alibi) [e] etiam condemnante ad pœnam, iuxta S. Thom. [f] Septimò, obligatum ex delicto lædente bona aliena animæ, qualis eſt perſuaſio vitiorum, vi, dolo, vel metu facta, de quo ſupra [g] Aut corporis, quale eſt homicidiũ, vulnus, & c. de quo ſupra. [h] Aut honoris, gloriæ, & famæ: quale eſt contumelia, detractio, &c. de quo infra. [i] Aut bona pecuniaria: qualia ſunt furtum, rapina, & alia quorum quædam ſunt ſine vllo conſenſu, damnũ paſſi, vt furtum, rapina, &c. [k] quædam cum conſenſu eius, ſed coacto per metum, ſiue vim conditionalem.

15 Quod verum eſt, ſecundùm omnes, de timore, qui iniuſtè incutitur, & eſt adeo potens, vt in conſtantẽ virũ cadere poſſit, quàmuis ſuâ culpâ in illum incidat [l] non tamen de eo, qui iuſtè in fertur per iudicem, [m] aut aliũ, qui iure damnum, quod timebat inferre poteſt. [n] Quo finiri poteſt quæſtio, an datum ab aliquo, timore ne accuſetur, ei, qui eum iure accuſare poteſt, repeti poſſit, tanquam metus causâ datum? Non enim poteſt per citata hîc, & per textum quendam iuris iuncta gl. & doctrina Bar. communiter recepta. [o] Nec etiam de metu, qui iniuſtè iniicitur, ſi talis non eſt, vt in virum conſtantem cadere poſſit, quoad iudicium exterius, in quo paria cenſentur conſentire ſponte, & per eiuſmodi metum qui non cadit in conſtantem virum. [p] Non tamẽ quoad forum conſciẽtiæ, in quo idem cenſetur quòd quis iuſto metu conſentit, vel eo minore, dummodo coram Deo fuerit cauſa principalis illius conſenſus, vt rectè prodidit Adrian. [q]

16 Non eſt tamen vſquequaque verum, quod Caietanus addidit [r] ſcilicet, paria reputari quoad forum

[a] inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contr. §. 1. §. tutores, & §. hæredes.
[b] c. fraternitas, 12. q. 2.
[c] in 2. lib. de lege pœn.
[d] ff. & C. de legit. hæred. de teſtam delegat. & fidei com. aliiſque tit.
[e] in tit. de re iudic.
[f] 2. 2. q. 62. art. 3.
[g] c. 14. n. 45.
[h] c. 15. n. 20.
[i] c. 18. à n. 17.
[k] C. & ff. de furt. vi bon. rapt. vnde vi, & quod vi aut clam.
[l] c. veniens, de ſponſal.
[m] l. 3. ff. quod met. cauſ.
[n] l. nec timorem. & l. ſi mulier. ff. quod met. cauſ.
[o] in l. accuſationes, C. de his quæ vi.
[p] l. Metum 2. ff. quod met. cauſ. & Pan. ad iuncta gloſſ. verb. coactus, de his quæ vi.
[q] in 4. de reſt. q. 2.
[r] in ſum. ver. reſtitutio. §. quia verò.

conſcientiæ conſentire metu, aut blanditiis, quia (vt ille ait) his non minùs quàm metu animi libertas adimitur: tum, quia id eſt contra expreſſum Iuris textũ,[a] tum, quia S. Tho.[b] determinat, quòd paſſio amoris, nõ inducit inuoluntarium, ſicut paſſio timoris: tum, quia eſt contra rationem, qua idem ad id mouetur, putà, quod metus conſenſum diminuit: amor verò & blanditiæ, eundem augent: tum, quia eſt noua doctrina nullo iure fundata, quamquam locum habere poſſet, quando precibus, & blanditijs, minæ (ſaltem tacitæ) ineſſent, quales ſolent ineſſe precibus nonnullorum dominorum ſolitorum malè tractare eos, qui precibus ſuis (quæ potiùs iuſſa dicendæ ſunt) non parent. Cui conſequens eſt, mulieres libidini fræna permittentes, & omnibus ſe promiſcuè peruulgantes, non teneri reſtituere, quæ ſuis blanditiis citra dolum, mendacium, & fraudem obtinuerunt ab amicis ſuis, qui donare, aut gratis dare poterant, vt infra dicemus. Quãquam, oppoſitum Caiet.[c] ſine textu, & ratione neceſſaria aſſerat.

a l. fin. C. quis aliq. teſt. prohib.

b 1.2. q. 6. ar. 6.

c vbi ſup.

17 Inſuper tenetur reſtituere obligatus ex quaſi delicto, vt iudex, qui iniquam ſententiam tulit, ob ignorantiam iuris, vel imperitiam.[d] Is denique, è cuius domo aliquid eiectum, nocuit alteri,[e] & tabernarius, ac inſtitor tabernæ, vel nauarchus, eiúſque exercitor, de furto, & maleficio in naui per alium facto. Caupo etiam vel ſtabularius, de re ſibi ab hoſpite commendata.

d Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. in princ.

e §. 1. inſtit. eod. tit.

His ampliùs adnoto, peccare eum qui conſentit delinquenti, ſiue delictum facienti aliquo nouem modorum relatorum ſupra[g] putà, ſimpliciter conſentiendo, vel iubendo, conſulendo, laudando, recipiendo, participando, tacendo, non impediendo, aut non manifeſtando: hi namque omnes, & ſinguli peccant, vt delinquens, & faciens delictum, licèt nulli teneantur reſtituere, quantum ille, faciens enim ſemper, & in totum tenetur.

f §. item exercitor, inſtit. eod. tit.

g c. 11. à n. 15.

18 Alij verò, ſex putà, iubens, conſulens, conſentiens ſimpliciter, recipiens, laudans, aut participans, non niſi ad reſtitutionem eius, quod ad eos peruenit, & cuius fuerunt cauſa, ſine qua delictum non fuiſſet perpetratum. Reliqui verò tres, ſcilicet, tacens, non obſtans & non manifeſtans, ſolùm tenentur, quando ad id ex offi-

cio obligantur, quàmuis fraudulenter & mala voluntate tacuiſſent, aut obſtare, vel manifeſtare prætermiſiſſent, iuxta omnium ferè communem opinionem, vt rectè prodiderunt Adr.[a] Silueſt.[b] & Sotus[c] quanquam Angel, Richardum ſecutus contrarium teneat, & idem etiam ſentiat eruditiſſimus Card. Caiet.[d]

19 Quibus cōſequēs eſt primò, quòd quēadmodū qui percutit, aut occidit proximū iuſſu alieno ob ſolā vtilitatem præcipientis, tenetur ſatisfacere percuſſo, aut mortui hæredibus: ſic famulus vſurarij, qui domini ſui iuſſu, ob eius ſolam vtilitatem, pecuniam ad vſuram dedit, reſtituere tenetur, vt Caietan.[e] ſingulariter dixit & infra,[f] declarabitur: Ipſe enim, facit delictum, & dominus cōſentit illi iubēdo, quicquid cōtra innuat Palud.[g]

20 Nec excuſatur, quòd ſi ille famulus non dediſſet, alius eam dediſſet, ſicut nec excuſatur percuſſor, quòd ſi ipſe non percuſſiſſet, alius percuſſiſſet. Si enim dominus quiſpiam ſuis famulis, iuberet, vt quempiam interficerent, & cùm quiſque eorum vellet, ac poſſet illum occidere, vnus anteuerteret, non excuſaretur à reſtitutione, nec etiam ab extremo ſupplicio, per iudicem infligendo, quòd dominus id fieri præceperit, vel quòd etiamſi homicidium illud non perpetraſſet, alius iuſſu eiuſdem, vel omnes ſimul, illud perpetraſſent.

Secundò, quòd iuuans facientem delictum, cooperando, qui includitur ſub verb. (*participans*) ex mente S. Thom.[h] & Communis interdum adſtringitur, ad reſtitutionem totius damni per facientem illati: putà, quum fuit cauſa, ſine qua nihil damni fuiſſet illatum: interdū, verò, non niſi ad reſtitutionem partis, eius ſcilicet, cuius eſt cauſa, ſine qua non fuiſſet illa pars damni illata, licèt reliquum ſic: interdum etiam, non tenebitur, niſi reſtituere, quod ad ipſum peruenit, putà, cùm non fuit cauſa, ſine qua non fuiſſet totum damnum illatum: aliquādo demum ad nihil tenetur: quando nimirum, ſine illius ope, totum damnum inferretur, nihilque ad eum perueniret.

Tertiò iuſtè nos nuper conſuluiſſe, eum, qui ita iuuit Borbonium Ducem in capienda, & diripienda Vrbe, anno 1527. vt ſine eius ope, id non feciſſet, teneri ad reſtitutionem omnium damnorum: cum verò, ſine cuius

[a] in 4. de reſt. q. 1. col. 12.
[b] verb. reſt. 3. q. 6.
[c] lib. 4. q. 7. art. 3. de iuſt. & iur.
[d] verb. reſtitutio.
[e] in ſum. verb. reſtitutio, & 2. 2. q. 62. art. 7.
[f] eo l. c, n. 266.
[g] in 4. ſent. diſt. 15. q. 2.
[h] vbi ſup.

ope id factum fuiſſet, non teneri, niſi ad id, quod ad ſe perueniſſet, vel eius partis, quæ ſine ipſo non fuiſſet illata, & ad nihil ſi nihil ad eum peruenit, nec fuit cauſa, ſine qua non totius, vel partis illius. Concludimus itaque ſecuti ſententiam Innoc.[a] (quam nemine contradicente probat Oſtienſ quámque Richard.[b] & Silueſt.[c] cum citatis ab eo ſequuntur, imò & Adria grauis auctor[d] tenet) auxiliatorem, & opem maleficio, ac damno præſtantem, totúm teneri reſtituere, quod ad eum peruenit, & non amplius, ſi delictum factum, vel damnum datum fuiſſet, etiamſi eam opem non tuliſſet.

21 Quartò, quòd, ſi quiſpiam inueniret furem, ſuo vicino furatem, acciperétque aliquid, vt taceret, non teneretur reſtituere, quod alius furatus fuit: neque quod accepit, ſi furis erat: dummodo eſſet perſona, quæ ex officio clamare, aut manifeſtare non teneretur. Nec reſtituere tenebitur, quamuis eidem vicino, cui res ſubrepta fuit, ſe interroganti, num aliquid vidiſſet? reſponderet, ſe non vidiſſe. Secus autem, ſi ex ſuo officio ad hoc teneretur, vt iudices, & domini, qui ſtipendia capiunt, vt iuſtitiam cuſtodiri faciant. Quin & (noſtro iudicio) patres, tutores, & curatores, quoad bona filiorum ſuorum, pupillorum, aut minorum.[e] Non tamen ſemper tenetur iudex, non obſtante quolibet periculo mortis aut vulnerum, impedire quodlibet damnum, ſed ſolùm, quando id ſine temeritate facere poteſt, vt (noſtro iudicio) ſenſit S. Tho.[f] in hæc verba. (*Non multum imminet periculum*) Nam vt rectè Silueſt. ait[g] non tenetur officialis periculo probabili ſuæ vitæ, & ſtatus, protegere perſonam, aut ſtatum alterius particularis: quamuis ſic (noſtra ſententia) Rempub. ſi id ratio poſtularet.[h]

Quibus conſequens eſt, quòd in Capitulo, Conſiſtorio, aut vniuerſitate, vbi maiori parti ſtatur,[i] & publicè ſuffragia feruntur, paucioréſque maioris partis ſententiam ſequuntur, quàmuis peccet conſentiens in delictum, ſecundùm Innoc[k] non tenetur tamen ad reſtitutionem damni, quod illam malam ſententiam conſequitur, quando quidem, illius cauſa non fuit, cùm & ſi ipſe contradixiſſet, id conſequeretur, vt rectè Caiet[l] dixit, præſertim, quando qui ſuffragatur, nequit data ſuffragia reuocare, & credit ob ſuum ſuffragium, maiorem

[a] *in c. ſicut dignum de homic.*
[b] *in 4. ſent. diſt. 15.*
[c] *verb. reſtitutio 5. q. 6.*
[d] *in 4 de reſtitu. §. de currentibus cum fure.*
[e] *arg. l. cùm non ſolùm §. vbi autem, & alijs ſeq. C de bon. quæ lib & c. duo. 23. q.*
[f] *2.2. q. 62. art. 6. ad 3.*
[g] *in roſæ aur. caſ 50.*
[h] *arg. l. minimè, ff. de relig & ſumpt. fun. & l. vt patriæ, ff. de iuſt. & iur.*
[i] *iuxta l. quod maior ff. ad municip c. 1. de his quæ ſe à mai. part. cap.*
[k] *in d. c. 1.*
[l] *verb. reſtitutio c. 1 part. 5.*

partem non mutaturam, quod ſuffragiis concluſit. Nam, ſi crederet ob contradictionem, alios ſententiam ſuam mutaturos, nec contradiceret, cùm id facere deberet, diceretur conſentire, eiúſque conſenſu, cauſa illius partialis diceretur: & ita teneretur, cùm ex ſuo officio ad id obligaretur per prædicta.

22 Confeſſarius autem qui per ignorantiam craſſam, vel affectatam, abſoluit ante reſtitutionem, aut priuſquàm eam præcipiat confitenti ad id parato, tenetur reſtituere, quia fuit cauſa, ne damnum paſſus, quod ſuum erat, vel ei debebatur, reciperet, iuxta Roſel.[a] & Ang.[b] Quod procedit, in confeſſario, animaduertente, aut credente, quòd niſi reſtitutionem præciperet confeſſo, non reſtitueret, & viceuerſa. Non autem in eo, qui ſolùm credit confeſſum eſſe obligatum reſtituere, & nihilominus id non præcipit, ob incogitantiam: aut quia id exiſtimat ipſi confeſſo curæ fore: is enim, non eſt cauſa non reſtituendi.

[a] *verb. reſtitutio, 2. §. 5.*
[b] *verb. reſtitutio, vlt. §. 5.*

Nec obſtat, quòd quidam contradicat. Primò, quia nullo auctore, nulláque ratione probabili id facit: ego autem hîc cito graues auctores, Angelum, & Roſſellam. Secundò, quòd ratione friuola nititur, putà, confeſſarium non teneri ex officio procurare vtilitatem creditoris: ſed ſolùm conſulere pœnitenti, & animam eius iuuare, quæ ratio aduerſatur ei: cùm præcipere pœnitenti reſtitutionem, ad quam tenetur, ſit conſulere illi, & iuuare animam eius. Tertiò, quòd non affirmo dictum præfatorum auctorum eſſe perpetuum, ſed reſtrinxi illud ad caſum, quo negligentia præcepti de reſtitutione, eſt cauſa, cur confeſſus non reſtituat, quo caſu, palam eſt, eum peccare, cùm obligatione reſtituendi: quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.[c]

[c] *c. fin. de iniur. & l. qui occidit, ff. ad l. Aquil.*

23 His ampliùs addo, quod Ioan. Maior cenſet,[d] difficile eſſe, quòd confeſſarius iuſtè dicere poſſit hæredibus eius, cuius ipſe confeſſionem audiuit, ipſíque mandauit poſt ſuum obitum dicere eis, vt reſtituerent illud, ad quod tenebatur, per hoc enim videtur reuelare confeſſionem ſibi factam. Nec mirum eſt, eum id tenere, quia ſequitur opinionem Scoti,[e] tenentis confeſſarium non poſſe reuelare confeſſionem, etiam

[d] *in 4. ſent. diſt. 21. q. 3.*
[e] *in ead. diſt. 21.*

de ipſius licentia & facultate, etiam iuſta de cauſa data. Nobis tamen, qui ſequimur & probamus opinionem contrariam ſancti Thomæ & communem, [a] non videtur difficile, cùm eiuſmodi mandato, expreſſa, aut tacita facultas reuelandi iuſta de cauſa, concedatur. [b]

# Quid reſtituendum.

## Summæ.

24 *Reſtituatur alienum, & fructus, vel intereſſe. num. 25.*

26 *Aliena res malè retenta, cui perit.*

24 Reſtituendum eſt regulariter idipſum, quod acceptum eſt, vel debetur, ſi fieri poteſt: niſi creditor ſit alia re contentus, [c] ſi autem non poteſt, eius æſtimatio, [d] ſi æſtimari poſſit, qualia tamen non ſunt vita, ſalus, libertas, honos, & fama: [e] ideóque pro eis reſtituendum eſt, quod vir bonus arbitrabitur. [f]

25 Dixi (*Regulariter*) fallit enim, quando per reſtitutionem eiuſdem rei, peccator occultus manifeſtaretur, ſeu aliquod aliud magnum incõmodum ſequeretur, per infra dicenda. Si verò res iniuſtè retenta, eſt fructifera, reſtituendi ſunt domino omnes fructus, & emolumenta, [g] quæ nimirum, deductis neceſſariis impenſis illis acquirendis, colligendis, & conſeruandis factis, ſuperſunt [h] habita tamen ratione bonæ, vel malæ fidei, iuxta ſup. dicta. [i] At, ſi res non eſt fructifera, non eſt reſtituendum quod ex eius vſu, & induſtria eius, qui illam occupat, lucrifactum eſt. Quo quidem ſoluitur dubium de eo, qui torquem aureum à non domino emptum, ſæpius locauit, an pretium locationis reſtituere teneatur: Reſpondendum enim eſt negatiuè Nam & vſurarius, & latro, non tenentur reſtituere quod lucrati ſunt pecuniâ ad vſurã acceptâ: aut furtiuâ, negotiationi applicatâ, imò, qui illud accipere vellet, vſuram committere, [k] niſi acciperet pro ſuo iuſto intereſſe, vel acciperet is, cui ſurripitur pecunia, quam aſſeruabat, vt ſatisfaceret ſuo creditori, & ob eius furtum, cogitur ad vſuram accipere, aut vendere ſuum prædium minoris.

[a] *in ca. ſacerdos, de pœni. diſt. 6. à n. 116. vſque ad 120. & ſup. eod. ca. 8.*

[b] *arg. l. 3. ff. de iuriſd. om. iudic. c. præterea, de offic. deleg.*

[c] *l. eum à quo, & lib. manifeſti, C. de ſolut.*

[d] *auth. hoc niſi, eod. tit.*

[e] *l. liber homo, ff. ad l. Aquil. ca. cõtingit, de ſent. excom. l. ſeruorum, ff. de pœn.*

[f] *arg. ca. de cauſ. de off. deleg. l. 1. ff. de iur. de lib.*

[g] *cap. grauis, cùm ei adnot. de reſtit. ſpol. l. cùm prætor, ff. de ver. ſign. & 3. qu. 1. per totam.*

[h] *l. fructus, ff. ſol. matr. l. ſi à Domino, § fructus, & l. planè, in fi. ff. de petit. hæred.*

[i] *nu. 7 & 8.*

[k] *ca. plærique, & c. fin. 14. qu. 3. ſecundum Scot. in 4. ſent. diſt. 15. q. 2.*

quò ei debitum ſoluat.

26 Talis enim accipere poſſet à latrone, & hic deberet reſtituere, quicquid ob id amiſit, cum omnibus impenſis, & damnis, ob id acceptis. Et qui aliquam mulam, aut equum meritorium, ſeu locari ſolitum, furatur, & retinet aliquanto tempore, quod cauſa fuit, ne eorum dominus ſolitam mercedem lucraretur, non ſatisfacit, (etiam in foro conſcientiæ) reſtituendo ſolum equum, aut mulam ſine vlla mercede deductis impenſis legitimis & deduci ſolitis, vt ait Ioan. Maior. [a] Quinetiam, ſi equus fuit vi raptus furto ſubiatus, aut retentus, & periit in poteſtate eius, qui rapuit, ſuſtulit, aut retinuit, tenetur ſoluere, quanto maioris valuit à tempore, quo male accepit, donec illum domino loco, & tempore ad recipiendum congruis obtulerit, at ſi dominus legitimè oblatum, noluit recipere, ſatisfacit, reſtituendo tantum, quanti valuit tempore quo accepit.

[a] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 27. & 28.*

# Quantum reſtituetur.

Summæ.

27 *Reſtituatur æſtimatio damni certi vel arbitrarij.*

27 *Reſtituendæ rei ſi valor incertus, quid fiet.*

27 Reſtituendum eſt, quantum ſatis eſt ad æqualitatem debiti, vel damni illati, adeo quidem, vt ſi quantitas debiti, aut damni, eſt certa, neceſſe ſit, tantundem reſtituere, ſi verò quantitas eſt incerta, cuiuſmodi eſt damni, honoris, famæ, vulnerum, fructuum ſperatorum, ſeminum ſatorum, damni emergentis, lucri ceſſantis, & id genus aliorum, reſtituendum eſt, quantum bonus vir omnibus rei, temporis, loci, & perſonæ, &c. circunſtantiis perpenſis, arbitrabitur. [b] Vir porrò bonus, arbitrari debet, quantum ad æqualitatem requiritur, ſi poterit, ſin minùs, quod proprius ad eam accedat, [c] habita ratione bonæ vel malæ fidei, iuxta ſupra, [d] in medium prolata.

[b] *lib. certi conditio. ff. de reb. cred. & in prin. inſtit. de verb. oblig. & l. 1. C de ſent. quæ pro eo quod inter.*
[c] *arg. li. fidei cōmiſſ. §. quanquam. ff. de leg. 3. & c. Quintavallis, & c. veniens, de iureiur.*
[d] *n. 7.*

# Cui reſtituendum.

## Summæ.

28 *Dominus, cui ſua res eſt reſtituenda, quis dicatur.*
28 *Domino reſtituendum quando cuſtos eſt ſuſpectus.*
29 *Domino ſuo reſtituenda res regulariter, ſed fallit.*
29 *Prælato diſsipanti, quæ res eccleſiaſtica reſtituenda.*
29 *Furi cui non eſt reſtituenda res furtiua.*
29 *Metus qualis non excuſat quoad forum conſcientiæ.*
29 *Christus bonorum omnium incertorum, hæres vniuerſalis.*
30 *Reſtituendum an regulariter malè datum, & acceptum.*
30 *Reſtitutio pauperibus facienda, quando de præcepto.*
31 *Meretrix, nec aliæ mulieres ſolutæ, coniugatæ, vel ſacræ tenẽtur de præcepto ad reſtitutionem, pro maleficio, quod limitatur. num. 41.*
31 *Reſtituere cur magis tenetur qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quàm quod accipit pro eo, quod tenetur non facere.*
32 *Datum quo titulo retineri poſsit.*
32 *Intellectus cap. De hoc, de ſimon.*
32 *Reſtituendum quod malè accipitur, non quod malè datur. & 34.*
33 *Reſtituendum omne, quod accipitur pro eo, quod gratis dandum aut faciendum.*
34 *Exempla non reſtringunt legem.*
34 *Reſtituat teſtis, aut iudex acceptum pro teſtimonio aut ſententia.*
34 *Gratis qui debet quippiam facere, turpiter pro illo accipit.*
34 *Conditiones omnes ſunt actiones perſonales.*
34 *Meretricari ius humanum permittit.*
34 *Ius diuinum & naturale, in foro conſcientiæ ſeruandæ*
34 *Intellectus lib. 4. §. ſed & quod meretrici ff. de condi. ob turp. cau.*
35 *Meretricis opera an aliquid valeat in genere entis, nõ moris.*
36 *Opera meretricis, & aliorum delinquentium, in foro Dei æqualis, & permiſſa in foro exteriori tantum, quoad hoc æquantur. & c. & n. 37. & 39.*
38 *Meretrices peccant accipiendo, cæterùm non tenentur reſtituere.*

40 *Vendibile per ſe, vt inuendibile ratione admixti.*

41 *Meretrici & impudicæ confeſſarij, conſulant circa eis promiſſa.*

28 Diſtinguendum iſthîc eſt, an agatur de reſtitutione rei alienæ, malè acceptæ, vel malè retentæ, eo tantum, quòd eſt aliena, an verò de reſtitutione damni dati, intelligendo per damnum, tam iniuſtam acceptionem, quàm iniuſti detrimenti illationem. Et quidem, res aliena, regulariter Domino eſt reſtituẽda, ſiue ſit abſolutus Dominus, ſiue diſpenſator duntaxat quales ſunt prælati eccleſiarum, [a] vt olim copioſè probauimus. [b] Per Dominum autem, intelligimus etiam eum, cuius cuſtodiæ eſt commiſſa res accepta, aut deterior facta, quàmuis ea ſit dominij alterius, & conſequenter quoad hoc, cenſetur dominus pignoris creditor, & depoſiti depoſitarius, in cuius poteſtate, aut cuſtodia eſt illud, veſtis inſuper fingendæ ſartor, ac veſtimenti lauandi fullo, ſeu lotor, & rei commodatæ commodatarius: nam eis reſtituendum eſt, quod ademptum fuerit, non iis, quorum ſunt, [c] in foro tamen conſcientiæ, veris dominis reſtitui poſſunt, [d] adhibita neceſſaria cautione, ne prædicti cuſtodes damno denuo reſtituendi, aliáve moleſtia afficiantur: néve incurrãt iacturam exiſtimationis fidelitatis, diligentię, aut probitatis, illudque ſine ſcandalo, & aliena iniuria fiat: maximè autem hoc fieri poteſt, quando de aliquo prædictorum ſubeſſet ſuſpicio, quod non reſtitueret domino, aut non ſine magna difficultate, vel damno: quia eſt fur, verſutus, opulentus, prodigus, vel alia ſimili notâ iniuſtus, iuxta omnium ſententiam. Imò hiſce caſibus, domino reſtituendum eſſe videtur, niſi timeatur damnum perſonæ, honoris, aliáve moleſtia, vt rectè ſentit Sotus. [e] Dixi (*Regulariter*) quia nonnunquam alteri eſt facienda.

29 Primò quidem, cùm dominus eſt furioſus, prodigus, vel habet tutorem aut curatorem.[f]

Secundò, quando prælatus eſt diſſipator, & diſſipat ac prodigit bona eccleſiæ, ſecundùm Caietanum, [g] & alios recentiores, iuxta quos, non eſt ei reſtituendum: ſed in vtilitatem eccleſiæ conuertendum. Nobis nihilominus, videtur, ſi prælatus non eſt ſuſpenſus, nec ei coadiutor datus, & quod reſtituendum eſt, ſunt fructus

[a] *ca. fin. 16. qu. 1. & ca. paſtoralis, de donat.*

[b] *in ca. 1. & ca. eum ſecũdum, de præb. & in lib. de red. eccleſ. ſuper d. ca. fin. 16. qu. 1. & in Apolog eius, & comment. c. non liceat Papæ, 12. q. 2.*

[c] *arg l. cuius, & l. ſui, & l. itaque fullo, in princ § ſed etſi res pignori, ff. de furt.*

[d] *arg d. l. bona fides, & not. in c. in literis, de reſtit. ſpol.*

[e] *li. 4 qu. 7. ar. 1. de iuſt. & iur.*

[f] *l. pupillo, ff. de ſolut. §. furioſus, § pupillos, Inſti. de inutil. ſtip. l. obligari, ff. de auct. tut.*

[g] *in ſum. verb. reſtitutio, c. 4.*

ac prouentus, quorum eſt legitimus diſpenſator, illi eſſe reſtituendum, [a] nullibi ſiquidem contrarium ſtatuitur, & quando, reſtituendum, ad ipſa bona eccleſiæ pertinet, quæ non poteſt, nec debet ſine cauſa alienare: cùm non ſit textus, qui ad aliud obliget, quàmuis hoc caſu, melius foret ex eorum ſententia facere, adhibitâ tamen cautelâ, ne alia inconuenientia conſequantur.

Tertiò, quando ignoratur dominus rei reſtituendæ, adhibitâ debitâ diligentiâ, de qua infra. [b]

Quartò, quando ab eſt longinquius, aut tali loco, vt ad eum mitti non poſſit, vel non niſi magno cum periculo, aut ſcandalo: reſtituendum eſt Ieſu Chriſto Domino noſtro, hæredi omnium incertorum vniuerſali, vt alibi diximus, [d] diſtribuendo illud pauperibus eius, aut piis operibus, id enim conſentaneum legi naturali videtur. [c] Cuius autem impenſis mittendum ſit, quando poterit, ex dictis infra, [f] colligitur.

Quintò, acceptum à fure, quàmuis ipſius non ſit, reſtitui poteſt & debet eidem, quò ipſe poſſit, vt debet illud reſtituere domino cui furatus fuit, niſi ceſſantibus aliis incommodis, præſtaret domino: aut cui fur tenebitur, reſtituere, iuxta S. Anton. [g] & Silueſt. [h] vt proximè diximus.

Ex quo affirmatiuè finiri poteſt quæſtio. An ſatisfiat, reddendo acceptum à fure ei, cui ipſe mandauit? nam paria ſunt, reddere alicui, vel de eius mandato, alteri. [i]

30 Animaduertandum autem. Primùm, quòd damnum ab aliquo datum alteri inuito, vt datum per furtum, rapinam, vim, aut metum, ſaltem reuerentialem ad id ſufficientem, per aſtutiam & dolum vel accipiendo, ne inferret damnum iniuſtum, reſtituendum eſt, damnum paſſo, ſecundùm Innoc. Panorm. & commu. [k] Per metum autem intelligo, quoad forum conſcientiæ, non ſolum, quem iuriſconſulti appellant iuſtum, & cadentē in virum conſtantem, [l] ſed etiam minorem: talem tamen, qui ſic fuit cauſa dandi vel accipiendi, vt niſi interueniſſet, non fuiſſet datum, vel acceptum. Siquidem, tam canones, quàm leges requirentes prædictū iuſtum metum, reſpiciunt forum exterius, in quo ſi daretur

*a arg. not. in capo veritatis, de dol. & contum. & in c. venerabilis, de off. deleg. & ca. fin de accuſ. & c. peruenit, de fideiuſſ.*

*b eod. c. nu. 170.*

*c c. 1. ad Hebr. c. quo iure, 8. diſt.*

*d in ca. nouit, de iudic. n. 3. & 8.*

*e c. cùm tu, de vſur. ca. qui habetis, 14 q. 5.*

*f n 43.*

*g 2. part. tit. 2. c. 1. §. 4. pro quo l. bona fides, ff. depoſ.*

*h verb. reſtitutio. 4. q. 1.*

*i arg. l. 1. & l. inter cauſas ff. mand.*

*k in ca. quia plerique, de immun. eccleſiar.*

*l in l. metum ff. quod met. cauſ.*

reſciſſio actuum ob leuem metum, omnium ferè peteretur reſciſſio: & ita Reſpub. contra mentem iuris litibus inuolueretur.[a] Quæ deſumuntur ex mente Oſtien. & Ioann. And. ex cap. verum,[b] & ex Adrian.[c] & Soto.[d]

Addidi tamen vltra alios (*Talem tamen, &c.*) quia eatenus tantum erit inualidus factus metu leui actus, in foro conſcientiæ, quatenus fuit cauſa, ſaltem ſi... qua non illius actus.[e]

Secundò quòd acceptum iniuſtè præuia voluntate dantis, ita vt turpitudo verſetur ex vtraque parte, non eſt vlli reſtituendum, ſaltem regulariter, de præcepto: quod etiam in editione vulgari afirmauimus, contra communem, quæ vſque ad illam nobis ſemper placuit: Cæterùm, re tunc preſſiùs expenſa, ſequuti fuimus S. Anto.[f] Monaldi,[g] Angel,[h] & Silueſt.[i] ſententiam, cui ſuffragatur. Primò, quòd nulla eſt lex diuina vel humana ſecularis, aut canonica, quâ hoc iubeatur: & ita non eſt dicendum.[k]

Secundò, quòd iura,[l] & canones huius materiæ ſtatuunt quidem, propter delictum datum, repeti non poſſe, neque promiſſum ob delictum, peti: at non præcipiunt acceptum ob delictum, alicui reddendum.

Tertiò, regula Veruercelli, recepta à S. Antonin.[m] Angel.[n] & Silueſt[o] & alijs quàmplurimis habet, quòd reſtitutio, quæ non eſt facienda certæ perſonæ, ſed pauperibus, non debetur ex præcepto, ſed ſolùm conſilio: quod rectè reſtringit Silueſter,[p] vt ei locus ſit, in eo, quod nunquam alicui perſonæ, aut collegio debitum, (cuius defectu pauperibus erogari præcipitur) nec his relictum, aut donatum fuit, vel per legem præcipientem, ſententiámve ſpecialem adiudicatum. Cùm igitur iuxta communem hoc caſu, reſtitutio pauperibus, non parti facienda ſit, conſequens eſt, non eſſe præcepti.

Quartò quòd quando malum, ob quod datum fuit, non ſortitur effectum, vt ſi datum eſt iudici, vt iniquè iudicet, & nihilominus rectè iudicauit, vel epiſcopo, vt ordinaret, aut beneficium conferret, qui tamen, nec or-

[a] *in l. properandum, C. de iudi. &c. finē litibus, de dol. & cōtum.*
[b] *de iureiur. n. 4. de reſtit. §. aggredior,*
[c] *verſ. ea quibus omnibus.*
[d] *qu. 7. de iuſt. & iur. lib. 4.*
[e] *arg. ca. fin. & ibi not. de iniur. & c. felicis, § illud, de pœn. lib. 6. & gloſſ. in verb. ſimplici fauore.*
[f] *part 2. cap. 5. in prin.*
[g] *verb. reſtit. 2.*
[h] *verb. reſtitutio verſ. turpe.*
[i] *verb. reſtitutio, 2. & verb. eleemoſyna, qu. 4.*
[k] *l. illam, C. de colla. ca. legatur, 13. q. 2.*
[l] *l. vbi, cū l. ſeq. ff. de condict. ob turp. cauſ. ca. pari delicto, de reg. iur. l. 6. l. iurisgentiū, § ſi ob maleficium, ff. de pact.*
[m] *vbi ſup.*
[n] *verb. reſtitutio, 1. verſ. turpe.*
[o] *ver. reſt. 2. q. 2.*
[p] *vbi ſup.*

dinauit nec beneficium cõtulit, datori, non pauperibus reſtituendum eſt: vt Medina, [a] efficaciter probat.

31 Quintò, quòd, vt mox dicimus, meretrix non tenetur de præcepto reſtituere, quod pro mercede meretricia accipit, nec aliæ mulieres ſolutæ, coniugatæ, vel ſacræ, & tamen, ſaltem quoad forum conſcientiæ, in omnibus eis turpitudo verſatur ex vtraque parte, vt protinus efficaciter probabimus ergo, &c.

Non obſtat primò argum. Adriani, quo ſic in effectu ratiocinatur. Qui accipit quippiam, vt faciat bonum, quod præcipitur facere, tenetur ad reſtitutionem, vt iudex accipiens aliquid, quo rectè iudicet, fur, ne furetur amplius, & depoſitarius, vt reddat depoſitum. [b] Ergo à fortiori, qui accipit aliquid, vt faciat malum, quod tenetur non facere. [c] Non, inquam, hoc argumentum obſtat, ſolui ſiquidem poteſt, negando, maiorem eſſe neceſſitatem reſtituendi acceptum ob malum patrandũ, quàm ob bonum debitum faciendum: quia nõ eſt etiam tanta: Tum, quia, qui dat alteri, quippiam, vt bene officio ſuo fungatur, non peccat, & dat quaſi coactus, quia animo proſpicit aut timet, quod niſi dederit, accipiens non ſit bene officio ſuo perfuncturus. At, qui vt maleficium patretur, dat, peccat, & citra eiuſmodi timorem dat, ideóque non eſt ei reſtituendum. Tum, quia qui accipit, vt quod debet faciat, accipit aliam mercedem vltra illam, quam habet vt officio ſuo fungatur, ideóque non debet illud retinere, tanquam indebitè datum, in quo reſtitutio ſit danti. [d] Tum, quia qui accipit, vt quod debet faciat non eſt in conſcientia obligatus ad aliud: qui autem accipit ob maleficium, eo ſequuto, communiter tenetur reſarcire damnum per illud datum. Tum, quia communis fatetur, eum, qui ob maleficium accipit, non teneri reſtituere danti, ſed pauperibus & piis operibus, ac proinde debet fateri, quòd hæc obligatio reſtituendi, degeneret à propria [e] reſtituendi ratione, qua res priſtino ſtatui reſtituitur, & conſequenter, debet fateri, non reperiri hoc caſu tantam rationem reſtituendi, quantam altero, quo reſtitutio fit ipſi danti. [e] Tum, quia idem Adrian. [f] poſt Ang. [g] fatetur, ex mente ſancti Auguſtini, [h] ob maleficium accipientem, ſatisfacere reſtituendo pauperibus,

[a] *in C. de reſtit.*

[b] *l. 2. 3. 4. & vlt. ff. de condict. ob turp. cauſ.*

[c] *arg. auth. multò magis, C. de ſacroſ. eccleſ. ca. cum in cunctis, de elect.*

[d] *per dd. ll. & l. 1. & totum tit. ff. de condict. indeb.*

[e] *per dd. ll.*

[f] *vbi ſup. q. 19. ſub fin.*

[g] *verb. reſtitutio. 2. §. 4.*

[h] *in c. non ſanè, 14. q. 5.*

aut ei,qui dedit, vel cui maluerit, ſaltem antequam qui malè dedit, facultate recipiendi in ſui peccati pœnam priuetur: qui tamen aſſerit, quod accipit, vt fiat quod debetur, ſoli danti reſtituendum, & per conſequens, fateri debet ſtrictiorem eſſe obligationem reſtituendi acceptum ob bonum, quod debet facere,quàm obligationem reſtituendi acceptum ob maleficium patrandum. Per quæ, argumentum Adriani clarè diluitur.

Non obſtat ſecundò, quod plurimùm vrgere videtur, nempe, titulum, quo aliquid ob maleficium datur, eſſe ipſo iure nullum,[a] ergo qui accipit ob maleficium, nullo iure poſſidet, & conſequenter iniuſtè, teneturque reſtituere, non ſecus, quàm fur vel raptor: quia retinet alienum, inuito domino. [b] Non, inquam, hoc obſtat: tum,quia licèt pactum,vel conuentio, qua quid ob maleficium datur, non valeat ea forma, quam partes ſolæ prætendunt: valet tamen, vt donatio quædam virtualis, vel vt quidam actus habendi pro derelicto, quòd lex in pœnam malè dantis interpretatur taliter malè dantem habere id pro derelicto, vel donato, ad hoc, vt ei non debeat neceſſariò reddi, vt alia mente dixit Anto. relatus,[c] à Panor.

32 Ex quibus elicitur,paria non eſſe, quòd huiuſmodi accipiens, nullo penitus titulo præcedente, accipiat, & quòd accipiat prædicto, qualiquali & turpi titulo præcedente. Nam,priori caſu, daretur condictio ſine:cauſa, vel indebiti, aut rei vendicatio: [d] Secundo autem, nulli condictioni locus eſt. [e]

Non obſtat tertiò, quòd acceptum per ſimoniam, non poteſt iuſtè retineri, [f] cùm tamen ex vtraque parte verſetur turpitudo, [g] reſponderi enim poteſt Primò, ſecundùm aliquos: illud cap.non agere de vera reſtitutione rei acceptæ, quum non iubeat reſtitui danti, ſed eccleſiæ iniuriam paſſæ, vt Feli. poſt alios tradit. [h] Nec videtur neceſſariò reſtituendum eccleſiæ. Nam S.Tho. quem [i] alij non citant, [k] determinat, ſatis eſſe reſtitui pauperibus. Sed huic ſolutioni aduerſantur verba illius cap.quibus adſtruitur, illud non poſſe ſine graui ſalutis diſcrimine retineri, & ita concludit neceſſariò eſſe reſtituendum propriè, vel impropriè aliquibus. Alij reſpondent, diſpoſitionem illius cap. continere pœnam, quam

[a] *l. iuris gentium §. ſi ob maleficium. ff. de pact. l. generaliter, ff. de verb. oblig. cum vtrobique per gloſ. & doct. citatis in ca. fin. de pact.*

[b] *arg. c. ſæpe, de reſtit. ſpol. & c. ſi res, 14. q. 6.*

[c] *ibi, in cap. quia plærique, de immun. eccleſ. & probatur per l. 2. 3. & 4. ff. de condict. ob turp. cauſ.*

[d] *iuxta tit. de cōdict. ſine cauſ. & condict. indeb. ac de rei vendic.*

[e] *per dd. ll. & per ll. tit. ff. pro derelict.*

[f] *c. de hoc, de ſimon.*

[g] *iuxta Extrauag. 2. de ſimo.*

[h] *ibi.*

[i] *ibi.*

[k] *vbi ſup.*

quam quis indemnatus in foro conſcientiæ, ante iudicis ſententiam, non debet.[a] Sed & hæc reſponſio eodem modo refellitur, quo prior. Reſpondendum itaque eſt, cap. illud, continere quiddam ſpeciale in illo crimine, propter ea, quæ ibi notantur, & meliùs colligi poſſunt ex vtroque Thom.[b] Medina.[c] & Soto,[d] ſcilicet, ibi acceptum fuiſſe, pro ſpiritualibus, quæ nullam æſtimationem recipiunt, vt ait Medina: aut quia neceſſariò gratis danda ſunt, vt ait Sotus. Nam etiam continet ſpeciale, qua parte mandat reſtitui eccleſiæ iniuriam paſſæ, quàmuis aliter aſſerant S. Thom. & Sotus,[e] quod an fecerint per inaduertentiam, dicam infra[f]

[a] *iuxta gloſſ. ſolem in c. fraternitas,* 12. *q.* 2.
[b] 2.2.*q.*32.*ar.*7.
[c] *C. de reſt. q.* 20.
[d] *lib.* 4.*q* 7. *art.* 1. *de iuſt. & iur.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *c.* 23. *n.* 111.

35 At verò damnum iniuſtè datum, per acceptionem iniuſtam, ab eo, qui iuſtè dedit, ita vt turpitudo ex parte accipientis tantùm ſubſit, reſtituendum eſt danti, ſiue damnum paſſo,[g] quod Adrian.[h] copiosè probat. In his, ſunt iudex, lictor, notarius, milites, eorùmque duces, & alij, qui ratione ſui muneris publici, plus ſuis ſtipendiis decretis accipiunt, & quicumque vt faciant quod debent, aliquid accipiunt, putà, qui accipit vt non furetur, iniuriam non inferat, rectè iudicet, recta teſtificetur, ſuum domino ſuo reddat, aut quò faciat, vel facere prætermittat id genus alia, ad quæ tenetur.[i] Hoc tamen moderatur Sotus,[k] vt ſolùm procedat, in his, qui accipiunt, vt faciant ea, ad quæ iuſtitiæ legibus obligantur, non autem, in accipientibus ea, ad quæ legibus aliarum virtutum tenentur: vt qui aliquid accipit, quò non fornicetur, quò miſſam audiat, quando tenetur.

[g] *c. non ſanè,* 14. *q.* 5.
[h] *vbi ſup. q.* 19. *col.* 4.
[i] *per l.* 1. *ff de condict. ob turp. cauſ. & alia quæ profert Adrian. vbi ſup.*
[k] *lib.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *de iuſt. & iur.*

Huic tamen moderationi aduerſatur. Primò, quòd videtur eſſe noua, nulloque textu iuris, aut vlla efficaci ratione neceſſariò probetur. Deinde, quòd iure cauetur,[l] repeti poſſe, quod datur alicui, ne ſacrilegium faciat: conſtat autem legem, quæ vetat ſacrilegium, pertinere ad religionem, vt ſanctus Tho. receptus docet.[m] ſecundùm quem,[n] religio eſt diuerſa virtus, à virtute iuſtitiæ. Tertiò, quòd gloſſ. quædam in quam tranſeant omnes,[o] ait, repeti poſſe, quod datur alicui, ne fiat meretrix, conſtat autem meretricium eſſe contra legem Caſtitatis & Temperantiæ, non contra leges iuſtitiæ.

[l] *l.* 2. *de condict. ob turp. cauſ.*
[m] 2.2.*q* 99. *art.* 1. *&* 3.
[n] *vbi ſup. q.* 81. *art.* 4.
[o] *in l.* 4. *einſd. tit.*

B

Quartò, quò eadem lege, [a] cauetur, repeti poſſe, quod datur furi, vt indicet criminis ſocium, ad quod potiùs videtur teneri lege Charitatis, quam iuſtitiæ. Quintò, quòd datur ab eo, qui eſt ineptus ad militiam deligenti milites, vt eum excuſet à tyrocinio, repeti poteſt: [b] nihilominus tamen, delecturus milites, tenetur bene deligere legibus militaribus, quæ potiùs pertinent ad Fortitudinem, quàm ad Iuſtitiam ſpecialem, ſaltem commutatiuam.

[a] § fin.

[b] l. quod euitandi, C. de condict. ob turp. cauſ.

Sextò, quod eadem ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui capit aliquid, vt faciat quod tenetur facere legibus aliarum virtutum, ſicut in eo, qui accipit, vt faciat ad quod tenetur lege Iuſtitiæ. Turpitudo enim in eo conſiſtit, quòd accipit mercedem pro eo quod citra illam tenetur facere, quæ ratio peræquè militat in omnibus, debito legali obſtrictis.

34 Septimò, quòd qua ratione repeti poteſt datum alicui, ne ſacrilegium admittat, eâdem videtur repeti poſſe, datum alicui, ne parentes deſpiciat, ne rebellet magiſtratibus, & ſuperioribus, ne ſit mendax, ne vindicet ſe indebitè, aut ne alia id genus delicta perpetret: cùm omnia hæc ſint debita proximo, legibus virtutum potentialium Iuſtitiæ, ſicut ſacrilegium per leges Religionis. Quocirca, moderationem Soti, arbitror ſolùm tenendam in his, quæ accipiunt vt faciant id, ad quod tenentur ſolo debito honeſtatis morali, non legali: quale eſt debitum virtutis liberalitatis, & virtutis Gratiæ, vt plurimùm. Arbitror autem verum, quod prædictus Sotus ait, [c] eum nimirum, qui accipit aliquid, ne malè faciat, ſiue vt faciat quod tenetur facere, non teneri reſtituere in foro conſcientiæ, donec qui dedit, repetat: poteſt enim tenere illud, quodam dantis conſenſu, donec repetierit, ſaltem extra iudicium, cui ſuffragatur, quòd lex non prohibet tranſlationem dominij rei datæ, ne maleficium fiat, ſed tantùm concedit condictionem, quæ eſt actio perſonalis: quales ſunt omnes condictiones. [d] Qua ratione facilè reſponderi poteſt etiam eis, quibus contrarium tenet Fortunius, [e] quem ſequitur Didacus Couarruuias. [f] Ex quibus infertur, quòd teſtis reſtituere tenetur acceptum ob teſtimonium, quod ferre tenebatur, ſicut & iudex, capiens

[c] vbi ſup.

[d] vt not in rubr. de cõdict. indeb. & alibi ſæpe.

[e] in l. iuris gentium, § ſi ob maleficium, ff. de pact.

[f] in §. 2. part. 2. ca. peccatum de reg. iur. lib. 6.

vt ferat ſententiam, vt diximus alibi. [a]

Secundò hanc conſequentiam regulariter valere, is tenetur aliquid gratis facere, ergo turpiter accipit quippiam quò faciat illud. [b] Eadem ratione valebit illa ratiocinatio Is poteſt accipere pecuniam quò hoc agat in mercedem illius actionis, ergo non tenetur id gratis facere

Cæterùm acceptum à meretrice, ob turpem cauſam fornicationis, non eſt neceſſariò reſtituendum, etiam in foro conſcientiæ. In quam concluſionem ferè omnes Theologi, Canoniſtæ & Legiſtæ tranſeunt, vt videre eſt apud ſcribentes, [c] S. Thom. [d] Paludan. & alios, [e] & ſuper quadam gloſſ. communiter recept. [f] & eos, quos latius citat prædictus Couarruu. [g] Sed ratio nulla redditarum à prædíctis, ſatiſfacit. Non quidem prima Iuriſconſultorum, [h] quam etiam ad literam ſequitur ſanctus Thomas, [i] & omnes alij poſt eum: videlicet. Quòd meretrix, licèt turpiter faciat, meretricando, non tamen turpiter accipit, cùm ſit meretrix. Non inquam, ſatisfacit illa ratio, Tum, quia videtur ſibi repugnare, cúm præſupponat turpe eſſe meretricari, & non eſſe turpe mercedem pro meretricio capere. Cùm iure probetur, [k] ideò turpiter accipere quem aliquid, vt hominem occidat: quia turpe eſt hominem occidere: & turpe eſſe accipere, vt ſacrilegium faciat: quia turpe eſt ſacrilegium patrare: turpitérque accipere iudicem, vt iniquè iudicet: quia turpe eſt iniquè iudicare. [l] Et demum eſſe turpe, accipere, vt ſtuprum faciat: quia turpe eſt ſtuprum facere. [m] Cùm igitur dicat eſſe turpe meretricari, cogetur etiam dicere, eſſe turpe ob meretricium accipere. Nec credo Iureconſultum poſſe defendi: niſi per æquiuocationem dicendo, quòd cùm ſentit turpe eſſe meretricari, intelligit de turpitudine vera iuris naturalis, quod ipſe nouit, licèt diuinum, contra quod etiam eſt, ignorauerit, ſecundùm communem doctrinam gloſſ. [n] ſanctum Thomam [o] & Ioan. Maiorem. [p] Cùm autem ait, non turpiter accipere, ſentit de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari. Quod ſi quis ita defenderit iuriſconſult. vt defendendus eſt, cogetur dicere, iure vero naturali &

[a] in repet. ca. inter verba, 11. q. 3. concluſ. 6.

[b] iuxta gloſſ. l. 4. § fin. ff de condict. ob turp. cauſ. putatã ſin. ibi à Iaſo cui tamen ſimilis gloſ. in c. qui cum fure, de furt. vbi late Ananias.

[c] in l. 4. §. ſed & quod meretrici, ff. de condict. ob turp. cauſ.

[d] 2. 2. q. 23. art. 7.

[e] in 4. ſent. diſt. 15.

[f] in ſum. 14. q. 5.

[g] in d. c. peccatũ, de reg. iur. lib. 6. part. 2. §. 2.

[h] in d. l. 4. §. ſed & quod meretrici.

[i] vbi ſup.

[k] per l. 2. eiuſ. ti.

[l] per l. 5 eiuſ. ti.

[m] per l. 4. eiuſd. tit.

[n] in clem. ad noſtrũ, 1. de hæret.

[o] 2. 2 qu. 154. art. 4.

[p] in 3. ſent. diſt. 27. q 29.

diuino, ſicut turpe eſt meretricari, ita etiam turpe eſſe, pro meretricio aliquid accipere. Cùmque in foro conſcientiæ ius naturale, & diuinum ſint neceſſario ſeruanda,[a] cogetur conſequenter fateri, in eodem foro, vtrumque eſſe turpe, & meretricari, & ob meretricium quippiam capere, itaque, ratio illa non ſatisfacit, quoad forum conſcientiæ, licèt ſatisfaciat quoad forum exterius, quo impunè licet meretricari.

Secundo, ideò non ſatisfacit prǽfata ratio, quia concludit neceſſariò quippiam falſum: ſcilicet, eſſe veram opinionem[c] Cyni, Angel. Antonin. Panormitani & communis, putà, acceptum ob fornicationem à mulieribus ſolutis clam fornicantibus, neceſſariò reſtituendum eſſe, & magis id, quod accipitur à coniugatis, & ſacratis. Quod etiam producendum eadem ratione eſt, ad mares, præſertim clericos, & religioſos accipientes à fœminis, quòd libidini earum inſeruiant. Quia ratio prædicta, quę nititur permiſſione legis humanæ, ceſſat in illis omnibus præſertim coniugatis, monachis vtriuſque ſexus & clericis. Quoniam etiam in exteriori foro hi omnes legibus puniuntur[d] Cuius tamen contrarium eſt verum, vt tenet Henricus Bochic.[e] Cui conſonat vſus confeſſariorum.[f]

35 Non etiam ſatisfecit ratio Adriani, putà, quòd meretrix non accipit alienum inuito domino. Tum, quia illi tam eſt locus in omnibus aliis delictis, quibus alicui ſponte quippiam datur, vt delinquat, quàm meretricio. Cuius tamen contrarium, aſſerit ipſemet Adrianus, & communis, quæ contrarium noſtri prædicti tertij pronuntiati tenet. Tum, quia Iuriſconſultus ſignificat hoc eſſe ſpeciale in meretricio, per illa verba: *Noua ratione*. Ratio item Caiet.[g] quòd opera meretricis, eſt materia vendibilis, non autem rei ſacræ, quam Sotus, & recentiores magni facere videntur. licèt aliqua ex parte ſatisfaciat, vt conſtituatur differentia inter acceptum ratione criminis ſimonię, & acceptum ratione meretricij, cui ſtabiliendæ, eam ille reddit: non tamē ſatisfacit, quoad alia. Nam æquè, imò magis vendibilis eſt opera eius, qui ſe locat vt militet in bello iniuſto, duellum

[a] *cap. ſunt quidam, 25. q. 1.*
[b] *in l. 2. C. de condict. ob turp. cauſ.*
[c] *in c. quia plærique, de immun. eccleſ.*
[d] *in tit. ad l. Iul. de adult. ff. & C. & c. 1. & 2. de adult. & l. vnica, C. de rap. virg. & 27. qu. 2. per totam.*
[e] *in ca. peruenit, de adul.*
[f] *vt in editione vulgari tenuimus hîc. Et in d. c. peccatum, & in ca. 1. & 2. de adult.*
[g] *2. 2. qu. 32. art. 7.*

committat,fuſte cædat, vel occidat alium, quàm opera meretricis ad explendam libidinem, volentis cum ea rem habere. Nam palam,& paſſim conducuntur, vel emuntur operæ lictorum. Quin & ipſa iura, [a] edicunt de locantibus operas ad pugnandum cum beſtiis. At ipſemet Caietan. & prædicti, qui eum ſequuntur, negant idem eſſe in aliis delictis, in quibus vtrinque verſatur turpitudo: ergo non ſatisfacit.

[a] *l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. & l. in arenam, C. de inoff. teſta.*

Ratio verò, quam prædictus Couaruu. ſequutus aliquot alios, ſentit: videlicet, quòd lex permittit, & facit iuſtam operam meretricis, non etiam alias prædictorum operas, non poteſt defendi: tum quia ipſimet affirmant acceptum à mulieribus, quæ non ſunt meretrices, licèt ſint coniugatæ, & monachæ non eſſe reſtituendum: conſtat autem, nulla lege, etiam humana, earum in hac re operas iuſtas fieri: tum, quia lex naturalis, & diuina, quæ neceſſariò eſt ſeruanda in foro conſcientiæ, damnat illam: nullaque lex humana, eam poteſt quoad illud forū iuſtificare, [b] tum, quia ſequeretur, acceptum ob operam pugnandi aduerſus feras, cum probabili vitæ diſcrimine, non cenſendum turpiter acceptum, ſecundùm leges humanas, & alias aliarum gentium, quæ id probant, aut certè permittunt iuxta prædicta, [c] quod tamen videtur aduerſari menti eorundem: quod idem dicendum eſſet de opera conductorum ad duella, vbi permittuntur, & ad furta, vbi ea non puniuntur, quod tamen iuribus aduerſatur. [d]

[b] *arg. c. erit. autē lex, 4. diſt. & c. fin. de præſcript.*

[c] *in d. l. 1. §. remouet ff. de poſt. & l. in arenam. cum eis adnot. C. de inof. teſtam.*

[d] *l. 2. & 3 ff. de condict. ob turp. cauſ.*

36 Quare omnibus omnium pronuntiatis preſſiùs expenſis, aſſerenda arbitror tria. Primum nullam eſſe differentiam quoad forum conſcientiæ, in quo lex naturalis & diuina neceſſariò ſeruanda eſt, inter acceptum ob meretricium ab vna parte,& ob operas ad alia maleficia,in quibus vtrinque turpitudo verſatur,ab altera. In omnibus ſiquidem,datur, & accipitur, contemplatione maleficij damnati & in eo foro punibilis, atque adeo, in omnibus æquè voluntariè datur, & in omnibus æquè admittitur turpitudo ab vtraque parte, quoad illud forum.

Secundum, quòd ratio ſolida & vera, quare acceptum ob meretricium, non ſit reſtituendum, eſt, quòd

ſponte acceptum ab alio, ita vt ab vtraque parte admittatur turpitudo, nulli eſt de præcepto reſtituẽdum. iuxta concluſa ſup.[a] contra Palud. Adri. & alios plæroſque pro diuo Ant. Monal. Ang. & Silu. citatis.[b]

[a] *in 2. dicto.*
[b] *ibi.*

Tertium, quòd verus intellectus. §. ſupra citati, ( *Sed & quod meretrici* ) colligitur ex ſupradictis in confutatione primæ rationis, turpe nimirum eſſe meretricari, iure naturæ, non tamen iure humano, ideóque licèt meretrix turpiter faciat, attento iure naturali, quòd eſt meretrix: non tamen turpiter accipit mercedem, attento iure humano, quod permittit eam eſſe meretricem, & ita illi §. ſolùm locus eſt, quoad forum & territoriũ, in quibus meretricium eſt permiſſum, non autem quoad forum & territorium, in quo eſt damnatum, & punitur: quale eſt forum conſcientiæ: & conſequenter, meretrix quoad forum conſcientiæ, quo eius ſtatus damnatur, non minùs peccat accipiendo mercedem pro illa opera fœda quàm præſtat, quàm qui accipiunt mercedem pro operis locatis, vt occidant, iniuſtè militent, &c[c] nec conſequenter in illo foro tenetur minus reſtituere quam illi. At, quia illi non de præcepto, ſed conſilio tantùm reſtituere tenentur: ita nec ipſa tenebitur de præcepto, ſed duntaxat de conſilio.

[c] *per concluſa in dicto præfato 2.*

37 Ex quibus tribus pronunciatis, eorúmque fundamentis elicitur primò, prædicto §. ( *ſed & quod meretrici* ) locum eſſe non ſolùm in meretrice, ſed etiam omnibus alijs, qui operas ſuas locant vel applicant ijs rebus, quæ permittuntur in foro exteriori, licèt damnentur in interiori: quod genus ſunt multa, quæ permittuntur[d] in ſpectaculis carniſpriuij aliquot diebus ante cineralia, & feſtorum, & in haſtiludiis, torneamentis, choreis, &c. Quales item erant pugnæ, quas Romani permittebant cum feris, ad quas qui locabant operas, licèt fierent infames, vt ſunt meretrices, nihilominus tamen permittebantur, nec puniebantur magis quàm illæ, accipiebántque ſuarum operarum pretium, non ſecus quàm illæ[e] Quæ eſt concluſio quotidiana, comprehendens innumeros, qui conducunt operas ad multa ludicra, quæ ſunt ſaltem peccata venialia, & ita damnata in foro interiori: ſed, quia non ſunt dam-

[d] *iuxta c. denique, 4 diſt.*
[e] *iuxta d l. 1. § Remcuit, cum ſeq ff. de poſtul & l. in arenam, C. de inoff. teſt.*

nata in exteriori, quoad mercedem accipiendam & retinendam, æquantur meretricum operis.

38 Secundò elicitur, opinionem Io. à Medina [a] quam prædicti Didacus & Sotus penitus carpunt, eſſe veram, qua parte ait, peccare meretrices accipiendo mercedem, tanquam debitum operæ ſuæ fornicariæ: tum quia accipere mercedem pro opera occidendi quempiam iniuſtè: furandi, infamandi, vel aliquod aliud delictum perpetrandi, eſt peccatum ſecundùm omnes, & quidem non alia ratione, quàm quòd occidere, & alia prædicta facere, eſt peccatum: ergo & accipere mercedem, pro meretricio, eſt peccatum, cùm illa opera ſit talis in foro conſcientiæ, tum, quia in confeſſo eſt, ſicarium & quemuis alium locantem operas ſuas, vt delinquat, & accipiat mercedem ob eas, peccare: tum, quia licèt non concludat, operam meretricis eſſe inuendibi em oò quòd ſit peccatum, & peccata nullius pretii ſint, imò nihil, iuxta illud [b] expoſitum ab Auguſtino. (*Sine ipſo factum eſt nihil.*) id eſt peccatum, eò quòd, vt reſpondet Sotus, licèt opera illa fœda meretricis, quatenus eſt peccatum, nullius ſit pretij: quatenus tamen eſt res quædam humano vſui accommodata, pretio æſtimari poteſt. Licèt, inquam argumentum Medinæ, non concludat operam illam de ſe & in genere entis eſſe inuendibilem, concludit tamen eſſe talem in genere moris, & actus intrinſecè mali, pro quo nihil iuſtè poſſe promitti, dari, vel accipi, ſancitum eſt ab omnibus iuris vtriuſque auctoribus. [c]

39 Nec vllibi inuenies textum, qui ſignificet fas eſſe, accipere pretium operæ peccandi, vel peccato cooperandi, excepta vna meretrice, quoad forum exterius: quia quoad illud, non peccat & eius opera impunita relinquitur. Tum, quia non eſt bona conſequentia, qua Sotus vtitur, ſcilicet, opera meretricis, quatenus eſt opera, & quidam actus vſui humano accommodus, eſt alicuius pretij, & æſtimabilis: ergo, pro ea aliquid accipi poteſt. Quoniam, omnia opera exterior, quâ peccator perpetrat peccatum, vt plurimùm eſt talis: nihilominus tamen, nullus vnquam Catholicorũ, quod

[a] *in C. de reſtitutione, q. 20.*

[b] *Ioan. 1.*

[c] *vt videre eſt in l. iuris gentium, §. ſi ob maleficium, ff. de pact. l. 1. 2. 3. & per totum ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. generaliter, ff. de ver. oblig. & l. 1. ff. de receptat. & C. de condict. ob turp cauſ. per totum tit. & c. 1. de homic. lib. 6. & alijs innumeris locis.*

ſciam, dixit, licitè poſſe pro ea, ſaltem quando eſt intrinſecè mala (qualis eſt opera meretricis) capi aliquam mercedem.

40 Non obſtat, quòd actus peccati, conſideratus in genere entis, eſt quoddam ens, & conſequenter quiddam bonum à Deo, vt ſupra diximus, [a] licèt, idem conſideratus in genere moris, ſit nihil nulliúſque pretij, omnia namque iura diuina, & humana, reſpiciunt in eo, magis quod eſt in genere moris, quàm quod de genere entis, quæ ſunt inſeparabilia: & proinde, vetant abſolutè, ne pro tali actu accipiatur, detur, vel promittatur quippiam, excepta (vt dixi) vna fornicatione, & aliis ſimilibus actibus, qui licèt ſint peccata in foro interiori, permittuntur tamen in exteriori, vt prædictum eſt. Sic in ſimili Caietanus ait, [b] quòd licèt actus conficiendi, & miniſtrandi ſacramenta, ſit res temporalis: non tamen poteſt vendi: quum magis attendatur ſpirituale, quod ſine illo non poteſt eſſe, quàm ſubſtantia illius. Quo quidem Caiet. pronunciato ab omnibus recepto, probatur, quòd, licèt aliquid ſit in ſe vendibile, non poteſt tamen licitè vendi, cùm miſcetur inuendibili. Itaque, licèt actus delinquendi, ſit in ſe vendibilis, coniunctus tamen peccato, quod indiuiſè eſt inuendibile, non poteſt licitè vendi.

[a] *in prælud. 7. n. 15.*

[b] *2.2.q.100.ar. 2.ad 2. dub.*

Tertiò elicitur, opinionem prædicti Medinæ, non eſſe veram: qua parte ait, acceptum à meritrice, in operæ ſuæ fœdæ mercedem: eſſe in foro conſcientiæ reſtituendum: quia per deducta efficaciter ſupra in ſecundo pronunciato, [c] non eſt reſtituẽdum de præcepto, quod turpiter acceptum eſt, à turpiter dante: at per prædicta, quoad forum conſcientiæ, non ſolùm datur meretrici turpiter, ſed etiam turpiter ab ea accipitur quia datur & accipitur pro opera, & actu qui eſt peccatum, & quidem non qualequale, ſed mortale: ergo non eſt neceſſariò reſtituendum: ſed retineri poteſt, tanquam donatum, vel derelictum ab eo, qui dat, vt dixit Ant. [d] ſupra in dicto ſecundo relatus, & declaratus.

[c] *n. 36.*

[d] *in c. quia plærique, de immu. eccleſ.*

Quartò elicitur neceſſariò idẽ producendũ eſſe quoad forum conſcientiæ, ad alios mares, & fœminas, cuiuſcunque ordinis qui ob fornicationem aliquid accipiunt, quod dictum eſt de meretricibus, & è contra-

rio. Nam ſicut illarum fornicatio eſt vetita, & peccatum mortiferum, vt plurimùm in vtroque foro: ſic, harum fornicatio eſt vetita, & peccatum mortale, in altero, ſcilicet conſcientiæ, [a] & eò quidam magis quòd meretrix non ſolùm peccat violando non modò præceptum ſextum & nonum: ſed etiam, vt plurimùm infringendo octauum, quatenus vetat iactantiam, actúmque gloriandi, & laudandi ſe de vita, ſtatu, veſtitu, aliiſque id genus immoderatis actionibus, quod graue crimen eſſe iure pronunciatur. [b]

Quintò elicitur, partim verum, partim falſum eſſe, quod communiter aiunt gloſſæ quædam à multis receptæ, [c] quatenus aſſerunt promiſſionem dandi meretrici quippiam ob operam meretriciam non valere, nec ex ea poſſe agi. Per prædicta enim conſtat, id eſſe verum, quoad forum conſcientiæ: falſum autem, quoad forum exterius: & viceuerſa, partim eſſe verum, partim falſum, quod ait Barth. [d] à multis receptus, promiſſionem nimirum, prædictam, valere: verum enim eſt quoad forum exterius: falſum autem, quoad interius.

*[a] iuxta d. Clem. ad noſtrum, de hæret.*

*[b] in ca. quàm graue, de exceſſ. prælat.*

*[c] in l. 4. C. de condict. ob turp. cauſ. & in l. 2. C. eod. & in l. affectionis. ff. de donat.*

*[d] in d. l. 4. ff. de cond. ob turp. cauſ.*

Nec obſtant illa tria, quæ quidam iſthîc opponit. Primùm, aſſeruiſſe me in Enchiridio Hiſpano, fœminas coniugatas, & ſanctimoniales Deo ſacratas, peccare accipiendo turpe lucrum cauſâ turpis concubitus. Secundum, quòd nunc omiſſa priore opinione cenſeo, poſſe quidem illas petere, ſibìque retinere: at non tanquam debitum legale, ſed tanquam debitum animi grati. Tertium, contrarium tenuiſſe Sotum, Caietanum, & Couarruuiam.

Reſpondetur ſiquidem primò, ſuperuacaneum fuiſſe, notare primum, & tertium; cùm ipſemet aſſeuerem ore pleno, præfatam mutationem feciſſe: & diſcedere ab opinione præfati Soti, Caietani, & Couarruuiæ.

Secundò, quòd ipſe non videtur ſatis mea intellexiſſe Quoniam confundit petitionem, & reſtitutionem: promiſſum, & acceptum: forum interius, & exterius: ius naturale malè cognitum ab ethnicis, idémque bene cognitum à catholicis: & obſcurat debitum legale, & mortale: cauſam denique finalem & impulſiuam, quæ

argutiſſimè (ni fallimur) enucleauimus.

41 Sextò elicitur, confeſſarios prædictarum mulierum, & virorum impudicorum, quibus ob impudicitiam aliquid promiſſum quidem, ſed nondum traditum eſt, debere illis conſulere, quod cõſuluimus cuidam, qui præcepto cuiuſdam Magnatis, eius promiſſis magnis illectus, accepta parte eorum, occidit quendam, ob quod ſolum vertit in aliud Regnum, conquerens, Magnatem promiſſa nõ impleſſe, eaque impleri poſtulans. Conſuluimus enim, ne peteret illa, vt ſibi debita, iuſtitiâ legali, quum non eſſent talia ob promiſſionis nullitatem: & quia per talem petitionem approbaret peccatum, quod antè fecerat, & proinde, nouè peccaret mortaliter: ſed, vt literis, quas ei ſcriberet, & mandatis, quæ ad eum daret confiteretur primùm, agnoſcere ſe, nihil ſibi propter illam operam illicitam, præter infernum, de iuſtitia deberi, adeóque nil ſe petere ob eam, tanquam debitum legale: ſed ſupplicare, vt misereatur ſuæ neceſſitatis & indigentiæ, dignetúrque promiſſis ſtare loco eleemoſynæ, non quidem, propter abominandum ſuum facinus, ſed ob affectum illum eximium, adeóque impotentem, obſequendi ei, vt præceptis Dei, præferret eius præcepta. Ita, vt nullatenus placeret ei ſuum facinus illicitum, nec approbaret illud, dicendo, ob id eſſe ſibi quippiam debitum: ſed ſolùm probaret affectum magnum atque deſiderium obſequendi, quo in ipſum fuit, cùm eius iuſſa compleuit, & etiam nunc eſt, in cunctis licitis & honeſtis. Ita vt delictum non ſit præcipua cauſa petendi promiſſa: ſed cauſa impulſiua & occaſio, ſine qua non peteret. Quod ipſum, mutatis mutandis, debet conſulere confeſſarius ei, qui promiſit aliquid dare ob delictum, quo perpetrato, vult dare quod promiſit: nempe, vt perpetratio delicti, non ſit cauſa finalis: ſed ſolùm cauſa, ſine qua non daret, & quod det primariè, vt neceſſitati eius qui delictum commiſit, ſubueniat, vel honori ſuo ſatisfaciat. Quod vtiliter dixit Caiet. [a]

a 2. 2. q. 62. art. 5

Similiter, præfatæ impudicæ, vtriuſque ſexus perſonæ, debent coram Deo & confeſſario agnoſcere, nil ſibi deberi in foro conſcientiæ, ob turpia illa opera, in illo foro damnata: & ita nihil velle, nec deſiderare, vt quicquam ob ea promiſſorum, eis tanquam debitum ſolua-

tur, ne nouè peccent, ea nouè approbando: ſed cupere & rogare, vt ſibi ſubueniatur ſoluendo promiſſa, tanquam moraliter debita magno illi amori quo fuerunt in promiſſorem extra operam illam illicitam, & quo etiam nunc ſunt in licitis & honeſtis. Quod ipſum, ſeruare debent in dando eis promiſſa, qui promiſerunt.

Supra memorata porrò omnia intelligenda ſunt de his, ſiue fœminis, ſiue maribus, qui ſine fraudibus notabilibus a ſuis amicis aliquid extorquent: non de his, quæ fraudibus notabilibus id faciunt. Verbi gratiâ, dicendo, ſe virgines cùm non eſſent, aut non fuiſſe cognitas, niſi à Magnatibus quibuſdam: ob quæ commenta, longè maiora munera extorquent, quàm veritatem profitẽdo extorſiſſent. Quia eiuſmodi, ſicut alij fraudatores, [a] reſtituere tenentur, iuxta ea, quæ dicemus infra, [b] poſt Gerard. & Adria. Non ſunt inſuper intelligenda, de his, qui accipiunt quidem ſine dolo: ſed ab his, qui dare non poſſunt. [c]

[a] *ff. & C. de dolo.*
[b] *n. 73.*
[c] *l. 2. & 3. C. de vuctio. præſtã. & l. 1. & 2. C. de præd. min. ca. ſi quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alien.*

# Vbi reſtitutio facienda.

Summæ.

42 *Reſtitutio rei alienæ, fiat vbi ſita eſt ſi bona fide poſſidetur.*
43 *Debitum ex contractu, vel quaſi, ſoluatur vbi conuentum, eſt, vel petitur.*
43 *Debitum ex delicto, aut quaſi, ſoluatur vbi damnum paſſo fiat ſatis.*
43 *Debitum in India, petitum, an cambijs minuendum.*

42 Reſtitutio autem facienda eſt, vbi ſolutio fieri debet, & ita, vbi eſt ſita res, quando reſtitutio eſt facienda, eo ſolo, quòd eſt res aliena, cũ qui bona fide & ſine ſua culpa poſſidet, nihil perdere debeat. [d] Si tamen reſtitutio ex contractu, aut quaſi, debetur, fieri debet in loco expreſſè, vel tacitè ſolutioni deſtinato, aut vbi petitur, hac lege, vt extra locum præſtitutum ſolutio nec creditori, nec debitori damno ſit, [e] & ſi locus præſtitutus non fuit, reſtituendum erit, vbi coram iudice competente petetur. [f]

[d] *ca. 2. de conſtit. & l. ſi poſſeſſor, ff de petit. hæred.*
[e] *l. 1. ff. de eo quod cert. loc. ca. P. & G. de off. deleg. & c. dilecti, de for. compet. § præterea, inſtit. de action.*
[f] *arg. ca. fin. de for. competen. & adnot. in iuribus prædict.*

43 Cæterùm, ſi reſtitutio ob delictum, aut quaſi delictum, debetur, facienda eſt in loco, in quo facta, nullum damnum is, cui fieri debet, accipiat, ſiue reſtituatur vbi acceptum fuit, ſiue vbi eſt dominus, ſiue alio in loco, ad quem ſe dominus tranſtuliſſet, ita vt damnum paſſus, nulla impenſa vel onere grauetur, quia reſtituere, eſt in priſtino ſtatu reponere, & reddere rem integre eo in ſtatu, in quo dominus ſeruaſſet, ſi ipſi adèpta non fuiſſet,[a] tametſi, ſemper ſufficiat, reſtituere, vbi creditori placet.[b] Ex quo elicitur, cuius impenſis ſuo domino ſuum ſit mittendum.

Quæſtionis verò perarduæ fuit nuper in vrbe, An qui mutuò dedit mille in India, ea lege, vt certo tempore lapſo, poſſet ea petere à mutuatario, vbicunque terrarum inueniretur, poſtea inuentus in Vrbe, teneatur ſoluere integra illa mille, an verò poſſit deducere cambia, quibus conſtat traductio illorum ab India, aut etiam in Vrbe, deductis cambiis? Siquidem, iura quædam ſcripta,[c] non ſolum locum ſibi vendicant in debitis aliarum ſpecierum: ſed etiam pecuniâ numeratâ.[d]

a *l. reſtituere, 1. & 2. ff. de verb. ſign. & l. 1. C. de ſent. paſſ. & 2. qu. 3. § fin. Th. & Caiet. 2. 2. qu. 62. art. 5.*

b *lib. 1 ff. qui ſatiſ. l. cog. & per dicta ſ eod. ca. n. 11.*

c *l. 1. & totus tit. ff. quòd certo loco.*

d *textus eſt in l. 4. ff. de eo quod cert. lo.*

## Quomodo reſtituendum.

### Summæ.

44 *Reſtitutio facienda eſt eo modo, quem cauſa cur debetur poſtulat.*

44 *Remiſſio ſine rei ſoluendæ præſentia ſufficit ad reſtitutionem.*

45 *Debiti remiſſio ſolutio quædam eſt. & 46.*

46 *Debitum facilius remittitur, dum res ſoluenda præſens non eſt.*

44 Reſtituendum eſt eo modo, quem natura contractus, delicti, aut vltimæ voluntatis requirit, ſufficitque obligatum per ſe, vel alium reſtituere.[e] Si verò delictum occultum eſt, etiam reſtitutio occulta eſſe debet.[f] Cauendum tamen eſt, ne, quando per alium occultè fit, internuntius, quod reſtituendum eſt, retineat, & reſtituere debens obligatus permaneat, vt dicetur infra.[g]

e *arg. ca. qui per alium, de regu iur lib 6.*

f *arg. ca. ſi peccauerit, 2. qu 1 §. non tibi arce, de pœn. diſt 1.*

g *eod. ca. n. 67.*

45 Et quidquid S. Anton. [a] Dyn. [b] & alij aſſeuerent, ſufficit etiam quoad forum conſcientiæ, vt is, cui reſtitui debet, liberaliter & ſponte remittat, ac condonet, [c] ſiue realiter ei offeratur, & coram conſtituatur, quo accipiat, aut condonet, ſiue ſolùm verbo offeratur, ſiue abſque vlla reali, aut verbali oblatione, creditor precibus partis aut alicuius internuntij, confeſſarij, aut cuiuſuis alterius remittat & condonet, modò verè & ex animo remittat, eáque ſit talis, quæ donari poſſit, vt rectè Caiet. [d] reſoluit, & Adria. [e] ſenſit.

46 Credendum autem eſt, eum ex animo remittere, ſi id affirmat, cùm (vt arguté Caietan. [f] aduertit) nemo alius ſit ſuæ voluntatis ſeipſo aptior teſtis. Quod verum eſt, niſi contrarium arguant coniecturæ, quales reſpondimus interueniſſe in quodam caſu, quo auſterus quidam dominus, qui ſuos ſubditos precibus ſuis non obtemperantes, per ſe aut alios infeſtabat, à quibus certam conditionem petiit [g] Videtúrque nobis conſultum, quod Caietan ſingulariter, addidit, ſcilicet, quòd pauper diuiti obſtrictus, non deferat ad eum, aut oſtendat, quod eſt ſoluendum ſed deprecetur per ſe, vel alium, vt ſibi condonet, ne rei debitæ præſentiâ, difficilior efficiatur ad condonandum. Cùm multò faciliùs, quod non habemus, quàm quod poſſidemus, remittamus, & condonemus. [h] Neque id obſtat condonandi liberalitati, ſed ad liberalitatis tentationem reprimendam, valet.

*[a] 1. part. tit. 2. c 4.*
*[b] in reg. peccatũ, de reg. iur. lib. 6.*
*[c] iuxta gloſſ. in d. ca. peccatum, verb. reſtituatur, & Oſtien. in ſum de vſur. §. quæ pœna, verſ. quid ſi.*
*[d] in ſum. verb. reſtitutio.*
*[e] de reſtit. q. 2. in 4.*
*[f] vbi ſu.*
*[g] arg. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. rer. act. non det. & gloſ. l. 3. ff. quod iuſ. ſu.*
*[h] l. cùm hi ff. de tranſ. l. ſed & ſi ego, ff. ad Velleian.*

## Quis ordo in reſtitutione ſeruandus.

### Summæ.

47 *Debitum omne ſoluendum ſi poteſt, ſin minus, prius certum quàm incertum, & 48 Et priùs res ſua domino, nu. 49. quàm illud, & illud, nu. 50. & 51.. Et priùs talium, & talium contractuum, quàm vſurarum: num. 52.*

52 *Reſtituere contra ordinem prædictum non ſufficit, & 53.*

53 *Debitor creditori poſteriori priùs petenti, cur prius ſoluit.*

47 In reſtituendo, ſeruetur ordo, quem ius diuinum, & humanum præſcribunt, vt nimirum, nullus ordo ſeruetur, quando ſuppetit vnde omnibus ſoluatur, cum omnibus, quod debetur, ſit ſoluendum, iuxta illud S. Paul.[a] (*Cui honorem, honorem, cui debitum, debitum, & cui tributum, tributum*) At, quando non ſuppetit omnibus ſoluendis priùs debita certa) quorum creditores noti ſunt) ſoluantur, quàm incerta (quorũ creditores ignorantur) propter quatuor rationes S. Ant.[b]

48 Vnde ſequitur (vt bene adnotarunt Silueſt.[c] & Caietan[d]) multos errare, qui cùm non poſſunt omne debitum reſtituere, conueniunt & tranſigunt ſuper incertis, cum prælatis eccleſiæ, vt quod eis remittitur, tanquam proprium poſſideant, certos creditores defraudando. Si tamen, res incerta adhuc in eadem ſpecie perdurat, putà, calix conſecratus, repertus, vel ablatus, & adhuc integer, cuius non poteſt reperiri dominus, poteſt dari priùs Chriſto, erogando in eius pauperes, & pia opera, cùm per id nulli creditori preiudicetur: ſiquidem, debitor non tenetur ex alieno creditori ſatisfacere, conſtat autem illum nunquam eius fuiſſe, ſed ſemper alienum.[e]

49 At verò, in debitis certis, ſeruandus eſt ordo præſcriptus à Baldo communiter recepto, [f] vt primum ſuo domino ſuum reſtituatur, vt commodatum, depoſitum, furto ſubſtractum, aut raptum, quod adhuc in ſua forma, & ſpecie reperitur: hoc enim eius, qui reſtituere debet, bonis non adnumeratur, cùm eius dominium nunquam ad illum tranſlatum ſit, ſed ſemper penes eum, cuius erat, remanſerit: ideóque ante omnia alia illi reſtituendum eſt. [g] Secundo loco, venditori ſoluendum eſt pretium eius, quod vendidit emptori, penes quem res empta eſt. Quia quàmuis illius dominium in emptorem tranſierit, [h] illud tamen remanſit obnoxium ſolutioni, quandiu in ſua forma, & ſpecie penes emptorem inuenitur. [i] Quibus ſuffragantur iura [k] vt interim taceam, videri valde æquum, & rationi conſentaneum, ſaltem vt in hoc cæteris creditoribus præferatur, quando omnium ſolutioni debitoris bona non ſufficiunt.

50 Quod ipſum eadem ratione videtur de omni co-

[a] *ad Rom. 13. & § 1. inſtit. de iuſt. & iur.*
[b] *1. part. tit. 2. c. 7.*
[c] *verb. reſtitutio, 6. q. 5.*
[d] *ver. reſtitutio, ca. 8.*
[e] *§ ſacræ, inſtit. de rer. diuiſ.*
[f] *in l. pro debito, C. de bon auct. iud. poſſ. d. 81 ſi ventri, verſic. ſi tamen, ff. de priuil. cred.*
[h] *l. traditionibus, de pact.*
[i] *iuxta dictum Bald. & eo: qui eũ referunt vbi ſu.*
[k] *l. 2. ff. quib. caut. pig. vel hypoth. tac. & ötr. arg. à fortiori.*

quod titulo oneroſo datum fuit. Si res empta pluris valeat, quam pretium pro ea addictum, eo ſoluto, reſiduum cedet aliis debitis ſoluendis. Venditor nihilominus, non habet hoc priuilegij in pecunia habita ex re vendita, nec emptor in pecunia habita ex noua eiuſdem rei venditione, nec in eo demum, quod permutatione illius habuit, quia nec pretium, nec habitum via permutationis in ſingularibus actionibus, eius in locum ſuccedit [a]

Tertio loco, ſeruanda ſunt ſtatuta regionis, ſi qua inueniuntur ſpecialia, ſuper ordine reſtituendi, vt dicuntur eſſe aliquibus in regionibus de nummulariis fraudatoribus. Quæ ſi non ſunt, ſeruetur ius commune, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expreſſè obligata, aliis præferuntur, & poſtea in ſua dote vxor, & fiſcus aliis creditoribus, quibus non ſunt bona prius expreſsè hypothecata, quàmuis tacitè ſint. [b]

51 His ſuccedunt, quibus ſunt tacitè hypothecata ſuo ordine, poſtea depoſitarij, niſi quando depoſita fuit pecunia ad negotiandum, & vt ſoluerentur vſuræ, aut intereſſe, [c] tale ſiquidem depoſitum, vim mutui habet. [d]

Primum locum ſibi vendicant, quibus eſt priuilegium perſonale, quo præferantur alij citra obligationem realem. Poſtremum demum locum tenent alij creditores, non habentes hypothecam, aut obligationem bonorum expreſſam, vel tacitam, ſeu priuilegium perſonale, nulla habita ratione quis eorum ſit prior, aut poſterior, ita vt, quod prædictis perſolutis ſupererit, pro rata parte nominum, inter hos diuidatur, recipiendo, & amittendo, ſolidum pro libra (vt dici ſolet) deductis tamen antè omnia impenſis neceſſariis: non autem pompoſis, voluptariis ac ſuperfluis funeris, & exequiarum debitoris mortui, & publicationis, ac copiæ teſtamenti, aliiſque ad hæreditatis aditionem neceſſariis, iuxta Palud. communiter receptum, [e] & S. Ant. [f]

52 Quibus adnoto, quòd, qui alteri mutuum dedit, pro reficienda domo, naui, aut alia re ſimili, præfertur omnibus, habentibus hypothecam bonorum domini illius in ſolutione ex pretio eius conſequenda. [g] Debitor porrò, ſoluendo hunc ordinem non ſeruans, ſuæ

[a] *iuxta gloſſ. Bart. & commun. in l. Labeo, ff. de verb. ſign.*

[b] *l. aſſiduis; C. qui pot. in pig. hab. & l. quamuis de priuil. fiſc.*

[c] *l. ſi hominē, §. fin. ff. depoſ. &*

*l. ſi ventri, ff. de priuil. credit.*

[d] *l. certi condictio, §. fin. ff. de reb. cred.*

[e] *in d. 4. ſentent. diſt. 15. q. 3.*

[f] *2. part. tit. 2 cā. 7. §. 3.*

[g] *l. 2. ff. qui pot. in pig. hab.*

conſcientiæ non ſatisfacit. Oſtien. Monal. & Silueſt. autoribus, [a] niſi ignorātia iuris, aut facti eum excuſet, [b] aut niſi quando creditor aliquis in exigendis ſuis creditis in iudicio, aut extra illud, fuit alijs diligentior: tunc enim non ſolùm poteſt, ſed etiam debet priùs illi, quam aliis ſoluere, [c] modò alij non ſint magis priuilegiati. Quod verò de debitore ſoluente, diximus, procedendum eſt, ad creditorem petentem, nempe quòd non peccat accipiendo ſuum debitum, quod diligentius petiit, ſi alij non ſunt magis priuilegiati, alioqui ſic, violando iuſtitiam, iubentem illis priuſquàm ipſi ſatisfieri per prædicta. Vnde infertur, peccare generos, & nurus recipientes, aut retinentes de bonis ſocerorum, quod eis debetur non obſcurè ſcientes eorum bona aliis magis priuilegiatis deberi. Aequum etiam nobis videtur, quod Caietan. [d] aſſerit, vſurarium nempe prius debere ſoluere, quod debet per contractus licitos, quibus non eſt pauperior factus, quod genus ſunt emptionis & mutui, quàm vſuras iniquè extortas, etiāſi ante illos cōtractus fuiſſent extortæ. Debet tamen prius eas ſoluere, quàm ad quæ adſtringitur per contractus gratuitos, quibus pauperior eſt factus. Nec obſtat, quòd Medina teneat oppoſitum, dicens vſuras eſſe magis iniuſtas, magíſque prohibitas iure diuino, naturali, & humano, quàm ſit retentio debitorum ex aliis contractibus, id enim verum non eſt: magis enim indubiè debeo tibi, quod mihi mutuaſti, quàm quod per vſuram tibi ademi. Cùm in mutuo nemo vnquam dubitarit, in vſuris multi: quàmuis malè. [e] Tum, ob alia, quæ breuitatis ſtudio prætermittimus.

53 Neque obſtant illa tria, quæ quidem hîc notat. Primum, me dicere, quando bona reſtituenda, non ſufficiunt omnibus creditis perſoluendis, & creditores ſunt æquales, reſtitutio eſt facienda pro rata. Secundum, teneri debitorem reſtituere, quando poſterior creditor debitum ſuum exigit. Tertium, vtriuſque dicti contrarium eſſe probabilius, quia, *qui prior eſt tempore, potior eſt iure.*

Cui reſpondetur primò, non dicere me quæ aſſerit, ſed quòd ſi prædictis putà priuilegiatis perſolutis, aliquid ſupererit, pro rata parte nominum inter hos, (ſcilicet,

[a] *verb. reſtitutio, 6. q. 7.*

[b] *arg c. ea te, de iureiur.*

[c] *l. Pupillus, ff. de ijs quæ in fraud. cred. Silueſt. vbi ſup. q. 8.*

[d] *verb. reſtitutio, c. 8.*

[e] *vt colligitur ex ca. quoniam in omnibus, de vſur. & Clem. 1. eod. tit.*

(ſcilicet, nullatenus priuilegiatos) diuidetur: niſi aliqua ſtatuta aduerſentur, vt dicit S. Antoninus, & veriſſimum eſt, ac quotidiana praxi receptum.

Secundò, quòd expreſsè aſſentio dicentibus debitorem poſſe & debere ſoluere priùs creditori poſteriori priùs petenti, & exigenti debitum in iudicio, vel extra illud, quàm priori nullatenus priuilegiato ob diligentiam, quam in exigẽdo adhibet[a] Et ita falſum eſt, quod ille ait me dicere, debitorẽ teneri ad reſtitutionẽ priori creditori, quando poſterior priùs ſuum debitum exigit, imò expreſsè contrariũ aſſero: nam (vt ait lex prædicta) diligentia poſterioris in petendo ſuum debitum, fecit eum potiorem, ſicuti hypotheca, & aliud priuilegium.

Tertiò, verum eſſe, non quod ait, me dicere, ſed debitorem, qui ſciens ſe debere multis creditoribus chirographariis nullatenus priuilegiatis, ſua ſponte, non coactus, neque requiſitus ſoluit poſteriori fraudans priorem, parte, quæ illum contingeret, ſi bona venirent, ſecundùm communem ſententiam, peccare grauiter & teneri ad reſtitutionem: quoniam vni ſoluit, quod alteri debetur.[b] Per quod damnantur multi, qui volentes gratificari quibuſdam, & videntes ſua bona eſſe diuidẽda per iudicem ob mortem ſuam vel fugam, ſeu aliam abſentiam, inter creditores non priuilegiatos, diminuenda credita pro rata, ſoluunt eis integra.

Quartò, quòd incogitanter videtur allegare in confirmationem ſuæ oppoſitionis, caput præfatum. *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.* Quia magis probat antiquiorem creditorem debere præferri poſteriori, quam ſuum propoſitum, cùm palam ſit, creditorem maius ius quærere ſibi credendo, quàm petendo, cùm ex illo,[c] & non ex hoc naſcatur obligatio contra debitorem. Nec poteſt huic inductioni reſponderi à defendente, quòd poſteriori diligentiùs petenti poſſit iuſtè ſolui: niſi id, quod Iuriſconſultus[c] ſentit: nempe, non eſſe cætera paria, cùm poſterior creditor eſt diligentior in petendo. Et præfata regula, *Qui prior*, intelligitur quando cætera ſunt paria.[d]

[a] *l. pupillus, ff. quæ in fraud. cred.*

[b] *iuxt. c. ea te, de iureiur.*

[c] *in d. l. pupillus.*

[d] *vt ſuper ea adnotauit gloſſ. per l. quoties, vtriuſque eſt par cauſa, vnde ſumpta fuit illa regula, ff. de reg. iur.*

# Quando eſt reſtituendum.

## Summæ.

54 *Reſtitutio ſtatim facienda.*
54 *Præcepta affirmatiua, & negatiua non æquè ligant.*
55 *Debitor quoties nouè peccat, non reſtituendo.*
56 *Reſtituere quis non poſſe commodè dicitur.*
57 *Reſtitui non debent bona minoris ordinis, cum damno maioris.*
58 *Debitum ex delicto & contractu, quoad quæ paria.*
59 *Damnum proprij boni, & lucri non eſt, reſtituere alienum.*
59 *Inſtrumenta ad viuẽdum neceſſaria, quãdo non reſtituenda.*
59 *Confeſſarius an abſoluet eum, qui ſemel iuſſus, non reſtituit.*
59 *Pœnitenti in his quæ pro & contra ſe aſſerit, habenda fides.*
60 *Neceßitate extrema preſſus reſtituere non tenetur, etiamſi creditor eâdem prematur niſi, &c.*
60 *Neceßitas extrema differt, ſed non tollit reſtitutionem. & 61.*
60 *Neceßitas extrema non tollit reſtitutionem etiam eius, quod in ea capitur, & ea minor minus.*
61 *Commune fieri, & communicandum differre.*
61 *Extremè patienti ſatisfit etiam non donando, ſed commodando, &c.*
61 *Dominium rei vnius, penes plures in ſolidum eſſe nequit.*
62 *Dominus non fit rei, quæ vſu conſumitur, eo quòd iure illam conſumat.*
62 *Dominus conſumens ſuam rem, interdum reſtituere tenetur.*
62 *Cauſa limitata, limitatum producit effectum.*
62 *Neceßitas decentis ſtatus, differt reſtitutionem.*
62 *Damnum debitoris, & creditoris, quod differt reſtitutionem.*
63 *Damnũ quod formidatum reipublicæ, excuſat à reſtitutione.*
63 *Reſtitutionem excuſat metus probabilis peccatorum.*
64 *Debitor, ſciens ſe talem, antequam damnetur, reſtituat.*
65 *Confeſſarius quando iuſtè differt debitori ſolutionem.*
66 *Debitor differre non poteſt ſoluendo paulatim.*
67 *Reſtituet quis per alium, quando, & per quem facies.*
68 *Teſtanti qui poteſt ſtatim reſtituere, non ſufficit legare.*

54 Reſtitutio facienda eſt ſtatim iuxta S. Th.[a] ab omnibus receptum, nam iure[b] diſponente, æquè penè peccat, qui alienum retinet, quàm qui accipit. Et licèt præceptum reſtituendi, ſit affirmatiuum (quatenus expreſſè iubet reſtituere) eſt tamen negatiuum, quatenus tacitè præcipit non retinere alienum inuito ſuo domino: præcepta autem negatiua ſemper, & (vt Scholaſtici aiunt) ad ſemper obligant: quàmuis affirmatiua non niſi ſemper, & ad certum tempus, iuxta eundem S. Th.[c] Arch.[d] Panor. & cæteros.[e]

Ex quo finiri poteſt quæſtio, quando, & quoties quis ob retentionem alieni nouè peccet? Nam omnes tenent, non peccare nouè ſingulis momentis, pluries autem quàm ſemel peccare communiter, qui illud multo tempore retinet, & quoties proponit non reſtituere illud. Quinetiam exiſtimo peccare quotieſcunque vtitur alieno, quod reſtituere tenetur, quàmuis de reſtitutione non cogitaret, Caiet. authore[f] & ſecundùm aliquos, quoties commodè reſtituere valens, non reſtituit: quod tamen intelligendum, ſi id animaduertit; quàmuis non ſtatuat illud non reſtituere: aliàs ſecus, illud ſiquidem potiùs eſt ſtatus peccati, quàm peccare.

55 Et quamuis, qui noctu in lecto, aut eccleſia recordatur, ſe alienum habere, poſſéque commodè reſtituere, ſtatim debeat proponere actualiter, vel virtualiter reſtituere: non tamen confeſtim à lecto ſurgere, aut eccleſiam egredi, quò id reſtituat: quum id commodè non poſſit, ſatíſque ſit id facere, dum commodè poterit, boni viri arbitrio. Hæc porrò commoditas arbitraria refertur tam ad tempus, quàm ad facultatem reſtituendi: ad tempus quidem, per prædicta, ad facultatem autem, per mox dicenda.

Sicut autem ignorantia probabilis iuris, aut facti, quandiu perducat, à reſtitutione excuſat.[g] Sic etiam longè magis ſtatim reſtituendo excuſabit. Et vt condonatio creditoris omni tempore à reſtitutione excuſat, ſic à ſtatim reſtituendo, ſpontanea eius dilatio excuſabit. Hac ſiquidem ſubſiſtente, alienum, inuito domino non retinet, & vt perpetua reſtituendi impo-

[a] *1.2. q. 62. art. fin.*
[b] *in c. ſæpe de re. ſpol.*
[c] *2.2 q. 33 art. 2.*
[d] *c. ſi peccauerit, 2. q. 1. & in ſum. de pæn. diſt. 5.*
[e] *in c. nouit, de iudic.*
[f] *2.2. q. 66. art. 3.*
[g] *l. quod te, ff. de reb. cred. cum ei adnot.*

tentia, perpetuò excuſat, ſic impotententia reſtituendi ſtatim, à ſtatim reſtituendo excuſat. Dicitur autem non poſſe, non ſolùm qui premitur extrema neceſſitate, aut nullomodo poteſt: ſed etiam qui commodè non poteſt.[a]

*[a] l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. c. faciat, 22. q. 2.*

56 Is autem, dicitur commodè non poſſe, qui non poteſt ſine damno ſuorum bonorum altioris ordinis, quod genus ſunt vitæ, & ſalutis, reſpectu famæ, & rei familiaris: qualia denique famæ, reſpectu rei familiaris, vt ſupra dictum eſt: aut non ſine magno damno eorũ, quæ ſunt eiſdem ordinis, quod aliqua dilatio parum creditori nocens excuſare poteſt, vt accuratè S. Ant.[b] proſequitur.

*[b] 1. part. tit. 2. c. 6.*

57 Et proinde, qui ſtatim aliena bona fortunæ reſtituere citra iacturam propriorum ſuæ vitæ, ſalutis, aut famæ non poteſt, ad ſtatim reſtituere nõ tenetur. Nam vt[c] nemo tenetur regulariter bona aliena inferioris ordinis reſtituere, cum damno ſuorum altioris ordinis, ſic & multò minus tenetur aliena inferioris ordinis, & qualitatis, cum iactura propriorum altioris ordinis ſtatim reſtituere,[d] eadem ratione quoque qui debet centum aureos mox ſoluendos, ſi nequit ſtatim ſoluere citra graue damnum ſuæ rei familiaris, putà, non niſi domum ſuam, aut aliquod prædium multò minoris vẽdat, quàm valeat, ſtatim reſtituere nõ tenetur. Quod (noſtro iudicio) nõ ſolùm locũ habet in debito, quod ex contractu, aut vltima voluntate, ſed etiam quod ex furto, alióve delicto naſcitur, vt ſentit B. Anton.[e] quidquid Caiet[f] dicat.

*[c] iuxta prædicta, c. 16. n. 44.*

*[d] arg. c. cùm in cunctis, de elect. & auth. multò magis C. de ſacroſ. eccleſ.*

*[e] vbi ſup.*

*[f] vbi ſup.*

58 Nam quàmuis hæc duo debita quoad ſuam originem differant (quia in vnius origine peccatum eſt, in alterius non) quoad hunc effectum tamen, ſaltem in foro conſcientię, paria ſunt: ſiquidem vtrumque reſtituere tenetur, & in vtroque omnimoda impotentia omnino excuſat, & ſic, in vtroque mediocris impotentia mediocriter excuſare debet.[g]

Nec obſtat quod quidam religioſus hic ait, aſſerere me excuſari à reſtitutione, eum, qui ſi ſtatim reſtituat, amittet bona, vel ſtatum acquiſitum per vſuras, vel latrocinium, aliámve prauam rationem. Cuius contrarium ait eſſe tenendum.

*[g] arg. de toto ad partem l. quæ de tota, ff. de rei vend. & c. paſtoralis, §. item ſi totum, de off. deleg.*

Cui reſpondeo primò, me nullibi aſſeruiſſe quod ipſe ait, putà, excuſari quem à reſtitutione ob conſeruationem ſtatus acquiſiti per vſuras, vel latrocinium, aliamve iniuſtitiam. Imò, hoc ipſo loco [a] dico, *a n. 59.* non poſſe quidem excuſari à reſtiduendis alienis, eò quòd per illud ibi prouenturũ ſit graue damnum: ea ratione, quòd reſtitutio alienorum, non eſt damnum reſtitutoris cùm per id nihil proprium pereat. Et quòd *b n. 62.* paulò poſt [b] dico, eum, qui non poteſt decenter viuere iuxta ſtatus ſui exigentiam ſi totum quod debet, ſtatim reſtitueret, intelligitur de ſtatu nobilitatis, vel alio iuſtè quæſito.

Secundò, quòd quidquid aſſerat Sotus, & teneat Couarruuias, pro grandi (ni fallor) obſeruátia, qua erat in Sotum, multis, & irretragabilibus argumentis probamus contra Sotum: & quaſdam ſuas nouas imagina *c n. 89.* tiones, infra, [c] eſſe veram præcellentem illam doctri- *d in locis ibi citatis.* nam, quam explicatiùs aliis tradit eruditiſſ. Caiet. [d] quẽ etiam ſatis tacitè videtur ſequi Couarruuias [e] nempe, *e in reg. peccatum de reg. iur. lib.6.part. 1. col. antepen.* regulariter non eſſe faciendam reſtitutionem bonorum inferioris ordinis, cum iactura bonorum ſuperioris, quam præfatus religioſus mordere velle videtur, licèt apertè id non faciat.

Tertiò, quòd in nihilo recedo à Couarruuia, nec Couarruuias à me, quoad inſtitutum, ſi ſerena mẽte ad purum rationis radium omnia dicta perpendantur, quod facilè, ſi vacaret, & breuitas hoc libro affectata, id permitteret, planum facerem. Nam & ipſe Couarruuias, licèt me tacito, tenet [f] idem iudicandum de dilatione *f vbi ſup. col. 4.* danda debitori ex delicto, & debitori ex contractu: quod ipſe hic dico. [g] *g n. 58.*

59 Aduertendum tamen, non dici magnum damnum propriorum bonorum, quòd ſint magnæ res alienę reſtituendæ. Nam (vt rectè Caie. [h] dixit) id non eſt ſuorũ *h verb. reſtitutio.* bonorum iacturam facere: ſed aliena relinquere. Nec inſuper dicitur magnum damnũ propriorum bonorũ, nõ lucrari, eò quod reſtituturus eſt, quia (vt ipſe prodidit [i]) id non eſt amittere ſuum, ſed alieno nõ vti. Quod *i vbi ſup.* (mea ſentẽtia) nõ habet locum in inſtrumẽtis artis, quibus victũ ſibi parat, qui reſtituere tenetur, iuxta S. Ant.

nec etiam damnum propriorum bonorum à ſtatim reſtituendo excuſat, quando reſtitutionis dilatio etiam magnum damnum, cui eſt reſtituendum, pareret, iuxta omnes.

Cæterùm, quàmuis æquum nobis videatur pronunciatum Caietani [a] quod ante ipſum S. Antonin. [b] ſenſit, putà, Confeſſarium non debere abſoluere eum, qui ſtatim reſtituere tenetur, niſi priùs re ipſa reſtituat, ſi antea à confeſſario iuſſus, reſtituere prætermiſit. Quia quamuis fides pœnitenti in his, quæ pro ſe, & contra ſe aſſerit, habenda ſit: prouideri tamen etiam debet, ne, qui ſemel defecit, iterum deficiat: licèt, inquam, hoc pronunciatum, videatur æquum: eiuſmodi tamen pœnitens occurrere poſſet, taléſque circunſtantiæ temporis, loci, & cauſæ, vt confeſſarius ſolo reſtituendi propoſito contentus eſſe deberet. Cùm etiam Deus ipſe tunc eo (ſua inexhauſta benignitate) contentus ſit. [c] Quum non ſeſe offerat plura faciendi opportunitas, [d] per quæ reſpondetur affirmatiuè, ad nouè quæſitum. An qui ſubſtrahit decimas, aut impedit ſolutionem earum, poſſit abſolui ante realem reſtitutionẽ, ſi ab eo aliquo ſupradictorum modorum excuſetur legitimè, non obſtante Conc. Trid. quod [e] prohibet abſolui ante ſatisfactionem eiuſmodi ſubſtrahentem vel impedientem.

60 At verò, neceſſitate extrema preſſus, non habens aliud quàm quod ad ſuam, ſuorúmque vitam eſt neceſſarium, reſtituere non tenetur, niſi creditor eâdem neceſſitate prematur, imò, neque ſi eâdem prematur, [f] niſi dominium eius, quod reſtituendum eſt, ſemper penes creditorem remanſerit, quicquid Ioannes Tabien. [g] dicat.

61 Arduum nihilominus circa hoc dubium oboritur. An ſit vera communis opinio [h] quam recentiores ſequuntur, [i] putà eũ, qui in extrema neceſſitate quò ea ſe liberet, aliquid accipit, ad reſtituendum illud non teneri, licèt ad pinguiorem fortunam euadat. Ad quod breuiter reſpondeo, oppoſitum eius, quod rectiſſimè Adri. [k] defendit, verius & iuſtius eſſe. Nam efficaciter probamus, [l] neminem eſſe verum dominum rei qua eget, quò ſe ab extrema neceſſitate liberet, licèt poſſes

[a] *verb. restitutio c. 6.*
[b] *2. part. tit. 2. c. 8.*
[c] *arg. c. dixi, & c. magna, de pæ. diſt. 1.*
[d] *ar. c. ſi quid inueniſti, 14. q. 5.*
[e] *ſeſſ. 25. c. 12. de reform.*
[f] *arg. c. ſi non licet, 23. qu. 5. & l. ſi præſes, C. de aq. quotid.*
[g] *verb. reſtitutio, § 4.*
[h] *in 4. ſent. diſt. 15.*
[i] *in armilla aurea.*
[k] *ubi ſup. q. 33.*
[l] *in Apolog. lib. de red. eccl. q. 2. mon. 4.*

iuſtè eam accipere, etiam auctoritate propria, & ea vti, quatenus eſſet ad id neceſſaria. Tum, quia contraria ſententia non videtur probari vlla lege, vel efficaci ratione, ſine quibus non eſt quicquã contra ius regulare affirmandum. [a] Ius autem regulare diſponit, id, quod eſt vnius, ſine conſenſu ſuo, non effici alterius. [b] Tum, quia lex quædam celebris, [c] non habet, res fieri communes neceſſitate, ſed eſſe communicandas. Tum, quia non patiuntur iura, vt eiuſdem rei dominium ſit penes plures in ſolidum. [d] Tum, quia legi charitatis, miſericordiæ ac pietatis, & cuiuſcunque alterius virtutis, ſatisfit, ſuccurrendo neceſſitatem extremam patienti, ſufficienter, quò ab ea liberetur, vt palam eſt: at frequentiſſimè ſuccurri poteſt, & abundè quidem illam patienti, commodando, vel locando ei rem, qua eget, citra traditionem dominij illius, verbi gratiâ. Quidam alioqui, ſaltem alibi, diues in montibus Alpinis, vel Pyrenæis niuecanis, neceſſitatem extremã alicuius veſtis patitur: & alius, alioqui pauper, deferens veſtes pretioſiſſimas, purpureas, pellibus Herminiorum cariſſimis ſuffultas obuiat illi, tenetur quidem ei vnam, duas, vel plures, & quotquot ad neceſſitatem ſubleuandam eget, commodare, vel locare: non tamen dare, & in illum transferre earum dominium. Imò, cùm ſe in aliquem locum, vbi neceſſitas illa ceſſaret, reciperent, poſſet quod commodauit, repetere, vt (ni fallor) nemo negabit: tum, quia nemo diceret, ſi quis, alioqui diues, aliquo in loco fame moriens, obuiaret alicui piſtori, viginti mulos panibus coctis onuſtos aliquo agenti, eum fieri dominum omnium illorum panum, cùm tamen, qua ratione fieret dominus vnius, eadem quoque fieret omnium, antequam vllo illorum ad ſedandam famem vteretur. Neque quiſquam aſſeueraret, piſtorem obligatum eſſe dare ei dominium omniũ illorum: neque illum auctoritate propria, poſſe eos omnes ſibi vendicare. Imò, quilibet rerum æquus æſtimator, dicet ſatisfacere piſtorem, communicando illi eſurienti panes neceſſarios ad illam eſuriem ſedandam: tum, quia ridiculum videtur, & grauitati legum contrarium, aſſerere, extremam famem patienti, quæri dominium omnium panum, qui in foro venduntur, & confeſtim, ſedatâ

[a] *c. legatur, 24. q. 1 §. conſideremus, in auth. de Triẽt. & ſemiſſ. col. c. 3. cõſuluiſti, 2. q. 4. & c. 2. de traſl. præl.*

[b] *l. id quod noſtrum eſt, ff. de reg. iur.*

[c] *quæ eſt ſecunda in §. cùm in eadem, ff. ad l. Rhod. de iact.*

[d] *l. 3. §. ex pluribus, ff. de acq. poſſeſ.*

per vnum panem fame, illud ei deperdi: rurſúſque, reuertente fame, fieri eius, & rurſus propulſata eâ, deſinere eſſe illius: tum, quia gloſſæ receptæ, [a] aſſerũt, verbum (*Communia*) in illo axiomate, *neceſsitas omnia facit communia*, exponendum per *Communicanda*.

[a] *in d. §. cùm in eadem, & d. c. ſicut hi, 47. diſt.*

62 Concludo igitur, per extremam neceſſitatem proximi obligari quidem proximos eius, ſubuenire ei, quantum opus eſt, quò liberetur ab ea, fieríque ei ius capiendi illud etiam propriâ auctoritate: non tamen eſſe ipſo iure dominum illius neceſſarij, & conſequenter, teneri regulariter reſtituere cùm ad blandiorem fortunam peruenerit

Dixi (*Regulariter*) quoniam nonnumquam, vt infra, [b] dicemus, ex paruitate rei, & aliis coniecturis, iuſtè credi poteſt, eum ad id nequaquam teneri.

[b] *n. 118.*

[c] *lib. 4. q. 7. art. 1. de iuſt. & iur.*

Non obſtat, quòd Sotus [c] nouè diſtinguit inter eum, qui nulla bona habet, vbi extrema neceſſitate vrgetur, nec alibi, & inter eum, qui alibi ea habet, ac inter, illud, quod tempore talis neceſſitatis inſumptum fuit, quales ſunt res ad eſum pertinentes, & illud, quod inſumptum non fuit, qualis eſt veſtis, aut equus quo vſus eſt, & concludit alibi habentem bona, ad reſtitutionem expenſi teneri. Quin etiam, non habentem, ad reſtitutionem eius, quod inſumptum in illa neceſſitate non fuit, non autem ad id, quod in ea impẽſum, & conſumptum extitit. Non, inquam, obſtat, tum, quia ipſe fatetur, bona alibi habẽtem, teneri reſtituere etiam inſumptum, & cùm vnius regionis bona non adimant neceſſitatem extremam in quam in alia incidit, fateri debet, extremam neceſſitatem ſolam non facere dominum rei alienæ, vt ea vtatur citra obligationem reſtituendi. Tum, quòd præſupponit falſum, ſignificans, quòd quiſquis licitè vti poteſt eo, quod vſu conſumitur, illius dominus efficitur, quia ipſemet [d] loquens de extrauag. Ad conditorem [e] aſſerit Franciſcanum eius, quod licitè comedit, & conſumit, dominum non eſſe, [f] quod alibi, [g] latiùs confirmauimus. Tum, quòd etiam præſupponit aliud falſum, quatenus ſignificat, quòd nemo, qui conſumit aliquid tanquam illius dominus, ſi eſt verus dominus illius, illud reſtituere teneatur. Nam, qui conſumit panem, & vinum mutuò

[d] *lib. 4. qu. 1. de iuſt. & iur.*
[e] *de verb. ſign.*
[f] *iuxta ea exiit, de verb. ſign. lib. 6.*
[g] *in d. Apolog. q. 1. mon. 14. n. 1.*

acceptum, tanquam dominus, & exiſtens verus illius dominus conſumit: [a] ſoluere nihilominus illud & reſtituere tenetur. & ita, quamuis extrema neceſſitas aliquem dominum faceret, vt ab ea liberaretur, non ob id tamen eundem ab obligatione reſtituendi liberaret. [b] Siquidem vt ſe ab ea eximat, ſufficit dominium, quod per mutuum, vel alium iuſtum contractum, abſque donatione, acquiritur. Tum, quòd neceſſitas ſolùm tribuit ius accipiendi, & cogendi, vt illi detur, quod ſufficit, quò liberetur ab ea, & non ampliùs: ad hoc autem, ſufficit mutuò, commodatò, vel alio contractu, iuſtè accipere, aut illi dare, quia limitata cauſa, limitatum producit effectum. [c] Concludo igitur, quòd qui aliquid in extrema neceſſitate accipit, poſtmodum, vbi facultas ſuppetet, reſtituere tenebitur ſiue alibi bona habeat, ſiue non, ſiue illud totum conſumat, ſiue non. niſi coniecturâ probabili iuſtè præſumeretur donatio, vt ſupra tactum eſt, & latiùs dicetur infra. [d] Siquidem, vltra prædicta ex aduerſa opinione ſequeretur, quòd ſi quis mille militum dux, in extrema neceſſitate, mille aureorum alimenta alicuius priuati hominis, aut loci, comederent, ſoluere ei non tenerentur, quàmuis altero die prædâ licitâ & manubiis, diuites euaderent, quod eſt abſurdum, & ita non dicendum. [e]

[a] *l. 2. §. appellata, ff. de re. cred.*

[b] *arg. c. cum ceſſante, cum ei adnot. de appell.*

[c] *l. non omnis, ff. de reb. cred.*

[d] *n. 118. & 119.*

[e] *l. nam quod abſurdum, ff. de bon. libert.*

Qui verò totum ſtatim reſtituendo, non poſſet decenter pro dignitate ſui ſtatus viuere, ad id non tenetur, quàmuis id facere, perfectionis foret, vt ait & Anton. [f] modò ei ſit animus reſtituendi id quàmprimum poterit, & curet, ne quid in alios vſus, quàm neceſſarios, ac decentes impendat, quò reſidui quippiam facere, & paulatim reſtituere poſſit.

[f] *2. part. tit. 21. c. 8. col. 7.*

At, quando ex reſtitutione ſtatim facta, redundaret damnum corporis, vel animæ eius, cui debetur, non eſt ſtatim facienda. Quia nec furioſo, nec irâ excandeſcenti enſis depoſitus, quo creditur ſe aut alium percuſſurus, reddendus eſt. [g] Neque eadem ratione volenti belligerari, aut litigare iniuſtè, ſua pecunia, qua id faciat, idque longè magis, ſi ex ea magnum dãnũ reipu. obueniret: eius ſiquidẽ bonum, priuato præponitur. [h] Itaque nemo debet facilè condẽnare Reges,

[g] *c. ne quis, 22. qu. 2. Cicero lib. 1. offic.*

[h] *c. licet, de regu. auth. de reſtit. & eâ quæ par. §. licet, col. 5.*

alióue Principes, qui aliqua iudicio ſuo, aliena retinent, credentes probabiliter ex eorum reſtitutione, ſua regna paſſura grauia incommoda, bellíſque iniuſtis diuexanda. [a]

[a] argu. l ſi quis fumo, ff. ad l. Aquil.

63 Quæ tamen non procedunt, quando æqualia, aut longè maiora mala veriſimiliter euentura crederentur ex retentione, quàm reſtitutione. Depoſitarius enim, qui vt exiſtimat ex redditione gladij furentis, vel alius, penes ſe depoſiti, ſecuturam percuſſionem alicuius iniuſtam, ita credit ex retentione, ſecutura maiora mala, puta, furentem, vel alium cognatorum, & amicorum, ſe ſuámque domum igni deleturum, reſtituere tenetur, argum. à ceſſante ratione iurium prædictorum, quæ illa fundant, quod nonnunquam ſcimus eueniſſe. Idemque dicendum videtur, quando probabiliter creditur, ex reſtitutione ſtatim facta, ſequutura adulteria, fornicationes, aliáve peccata, quæ indigentia reſtituenti, aut eius filiis, filiabúsve ſuaderet. Quia, vt ait S. Anton. [b] hæc mala longè ſunt maiora, damno quod creditor ex dilatione ſolutionis ſui debiti, patitur, imò, ſunt bona altioris ordinis, quàm fortunæ, quæ creditori debentur.

[b] vbi ſup.

64 Quoties porrò alienum iniuſtè retinens, & conſiderans, aut conſiderare debens, ſe id debere, proponit formaliter, vel virtualiter non reſtituere ſine vlla iuſta cauſa, quæ eum excuſet credens ſe antequam per ſententiam condemnetur, non teneri, toties mortaliter peccat, iuxta Ioan. Maior. [c] vt ſupra, [d] declarauimus. Vt enim concubinam retinens, non eſt pœnitens, ſed pœnitentiæ illuſor, & confitendo, peccatum peccato addit, ſic opere, & voluntate, ſine iuſta cauſa alienum retinens, non eſt verè pœnitens, Scoto Autore. [e]

[c] in 4. ſent. diſt. 15. q. 26.
[d] eod. c. n. 55.
[e] in 4. ſent. diſt. 15. q. 1.

65 Confeſſarius autem, non poteſt pœnitenti dilationem indulgere, quando certò ſcit, eum ſoluere poſſe, niſi concurrat aliqua cauſa prædictarum ſupra, [f] quæ à ſtatim reſtituendo excuſet. Quibus adnumerarem caſum quo videret confeſſarius, debitorem non poſſe induci totum debitum ſtatim reſtituere, ob emolumentum inde ſibi proueniens, creditorémque nolle indulgere dilationem, parum ſibi nocuam, & nunquam, aut non tam citò, nec tam vtiliter, atque dilationem indul-

[f] eod. n. 62. & ſeq.

gendo, ſuum recuperaturum, eáque indulta, debitorem ſuam fidem obſtricturum, ſe ad certum tempus ſoluturum. His enim concurrentibus cõfeſſarius dilationem, & abſolutionem concedere poſſet, iuxta mentem Angeli, [a] cùm veriſimiliter credere poſſit, creditorem illo contentum fore, ſi vt ipſe ſecretum intimum conſcientiæ debitoris, pernôſſet.

*[a] verb. reſtitutio vlt §. 5 poſt Directorum.*

66 At, qui debet, & ſtatim, totum reſtituere poteſt, nec vult niſi certam partem in ſingulos menſes, vel annos, quouſque ſolutionem integram fecerit, non eſt abſoluendus, quicquid dicant Oſtien. & alij Summiſtæ, iuxta Adrian. [b] dicẽtem, confeſſarium, talem abſoluentem, eũ magnopere decipere, cũ enim debeat, & poſſit commodè reſtituere, nec reſtituit, peccato mortali eſt irretitus, per prædicta: quod Ioannes Maior [c] ait, non ſolùm procedere in debitis ex delicto, & furto, ſed etiam in mutuo, alióve iuſta ratione contractis.

*[b] in 4. de reſtit. col. 17.*

*[c] in 4. diſt. 15. q. 28.*

67 Cæterùm, qui non poteſt furtum, aliúdve damnum datum, reſtituere per ſe, ſine ſui manifeſtatione, non debet per ſe, ſed per aliam perſonam internuntiam, ſecretam, & fidelem id facere, ad quod confeſſarius, cui reſeratum eſt peccatum, aptior aliis videtur, modò fidelis habeatur. Sit nihilominus prudens, nam, ſi perſona internuntia non reſtitueret, non liberaretur debitor ab obligatione, vt exprimit S. Anton. [d] etiam ſi fidelis haberetur, dominiumque rei reſtituendæ, in eum, qui reſtituit, tranſlatum fuit: quàmuis ſecus, ſi non tranſlatum, & iuſtè acceptum fuit. [e] Idem porrò S. Anton. addit, non multùm fidendum prædicatoribus, & confeſſariis pecuniam potiùs, quàm ſalutem animarum quærentibus: adeóque conſultum fuerit, ſyngrapham à creditore accipere, qua confiteatur, ſe accepiſſe tantam ſummam, per N. pro ſolutione eius, quod alius ſibi debebat, ſine nominis expreſſione, eamque pœnitenti tradere. Et quidem, hoc caſu reſtitutio differri poteſt, quouſque inueniatur perſona, per quam fideliter, & ſecretò fieri poſſit.

*[d] part. 2. tit. 2. c. 4. § 1.*

*[e] iuxta trad. in c. ſignificante de pign.*

68 Inſuper, qui ſtatim reſtituere poteſt, nec reſtituit, quàmuis teſtamento mandet reſtitui, ſecurus non emigrat, niſi aliquid præmiſſorum eum excuſet, idque fecerit, quia probabiliter credit, ſuum hæredem id meliùs

præſtiturum, & niſi id perſuaſum haberet, ſtatim per-ſe reſtitueret.[a] Qui tamen, non poteſt ſtatim reſtituere, debet remiſſionis ſchedam, aut dilationem à ſuo creditore petere, iuxta S. Thom.[b] receptum, niſi eiuſcemodi petitione, peccatum manifeſtaretur per ſupradicta,[c] aut ſcandalum ſequetur.

Defunctus verò non detinetur in Purgatorio, donec eius debita ſoluantur, iuxta S. Thom.[e] & Adrian.[f] fieri enim poteſt, vt moriatur martyr, vel ſtatim à baptiſmo, quem rectà ire in cœlum, docet fides catholica,[g] vel cum contritione omni pœnæ delendæ ſufficienti,[h] vel abſolutus, virtute Iubilei ad id efficacis.[i] Nec obſtat quod Ang. aſſeruerit contrarium,[k] ex illis verbis: *Vt peccatis ſuis valeat liberari*: nam vt olim prælegendo Salmanticæ, diximus, loco verbi. *Valeat*, quod refertur ad defunctum, legi debet, *Valeant*, quod referatur ad heredes, adeo vt ſignificetur, per reſtitutionem debitorum defuncti, hæredes liberari à ſuo peccato negligentiæ: aut germanius, vt intelligatur de ope tribuenda mortuo, accidentaliter per preces creditorum, vel pauperum quibus plenè ſatisfactum eſt: nam (vt ait S. Thom.[l]) ſolutio debiti, parum prodeſt defuncto, niſi contingenter, modo prædicto

[a] *Ange. verb. reſtitutio, 3. § 2.*
[b] *2. 2. qu. 62. art. 8. ad 2.*
[c] *eod. c. n. 31.*
[d] *arg. ca. nihil, de præſcript.*
[e] *quodl. 6. ar. 13.*
[f] *in quodl. 8.*
[g] *ca. baptiſmi vicem, de conſ. diſt. 4. ca. cum Marthæ, de celeb. miſ. &c. debitum, de baptiſ.*
[h] *iuxta ca. menſuram, adiuncta gloſ. de pœ. diſt. 1.*
[i] *extrauag. 1. de pœn. & rem.*
[k] *per c. in literis, de rapt.*
[l] *vbi ſup.*

# De impediente bonum alienum.

Summæ.

69 *Impediens à conſueto bono quis reſtituet.* 70. & 73.
69 *Reſtitutio præſupponit debitum legale.*
70 *Teſtamentum, vel legatum qui facit mutari, reſtituere non tenetur.*
70 *Tranſgreßio ſola legum iuſtitiæ ſpecialis, obligat ad reſtitutionem.*
71 *Intellectus l. 1. §. denique, ff. de aqua plu. arcen.*
71 *Argumentum à contrario, quando validum.*
71 *Doli actio, ſine malo animo non datur.*
72 *Iuſtitia diſtribuendi beneficia, & officia publica, multum differt à iuſtitia diſtribuendi communes pecunias communitatis ſingularibus eius.*
72 *Beneficia eccleſiaſtica quo fine primariè inſtituta.*

72 *Beneficiorũ malus elector, vel collator, cui reſtituet. & 75.*
73 *Impediens malo animo, cur non reſtituit, & impediens metu ſic.*
74 *Reſtituent qui ſuffragijs ſuis alios lædentes &c.*

69 Dubitatur hîc. An qui alium à conſequutione officij, beneficij, ſeu alterius boni imepdit, reſtituere teneatur? Circa quod tametſi non parum diſſentiant Doctores, autore Adr. omnibus tamen perpenſis, nobis placet, quod Adriano non diſplicuit, quàmuis id non aſſeruerit, putà, quòd omnis, & ſolus ille impediens regulariter reſtituere impedito, & damnum paſſo teneatur, qui impedit alium, à conſequendo officio, aut beneficio, aliόve bono, ita ei debito, vt haberet iam in eo ius perfectum, quod appellant ius in re, acquiſitum diſpoſitione inter viuos, aut vltima voluntate, collatione, confirmatione, aliόve modo legitimo, aut erat ei iuſtitiâ debitum, adeo vt haberet acquiſitum aliquod ius imperfectum, quod appellãt ad rem, iuſtâ promiſſione, emptione, ſtipulatione, electione, præſentatione, oppoſitione, ſiue concurſu, expectatiuâ, regreſſu, acceſſu, coadiutoriâ, primogenio, legitimâ, aut alio titulo nõ dante ius perfectum, quo acquiritur bonum, ſed imperfectum, quo quidem ei competit, & acquiritur actio, vel officium iudicis iure petendi: niſi impediat per modos iuſtitiæ contrarios: putà, vim, metum, dolum, mẽdacium, aliámve fraudem, etiamſi aliàs odio, uel praua intentione impediat.

Mouet nos id, primùm, quòd [b] vbi non eſt debitũ legale, non eſt etiam quod reſtituatur, vt autor eſt Caiet, [c] & Sotus. [d] At nemini, cui non eſt ius in re, vel ad rem, aut officium iudicis ad petendum, eſt debitum legale, licèt fortè ſit debitum mortale, & antidotale. [e] Ergo non debetur eius reſtitutio.

Secundò, quòd reſtitutio præſupponit ablationem, ſecundùm mentem omnium, quam Sotus [f] exprimit. At cui nihil iuris eſt, nihil iuris aufertur, priuatio enim præſupponit habitum. [g] Ergo, &c.

70 Tertiò, quòd qui blanditiis, ſine vi, metu, mendaciis, & dolo procurauit teſtamentum mutari, aut legatum in alium transferri, reſtituere non tenetur. [h] Ergo neque qui impedit, ne collator, præſentator, aut elector

[a] *in 4. de reſtit. q. 10.*
[b] *conſtat ex definitione reſtitutionis, ſup. n. 6.*
[c] *in d. q. 62. ar. 2*
[d] *vbi ſup.*
[e] *vt colligitur ex gloſſ. & alijs, inſtit. de action. in princ. & l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.*
[f] *vbi ſup.*
[g] *l. decem. ff. de verb. oblig. ca. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub.*
[h] *l. fin. c. ſi quis aliq. teſt. prohib.*

conferat, præſentet, aut eligat hunc aut illum, vel Rex ſeu alius quiſpiam, qui poteſt conferre aliquod officium vel ius huic, vel illi, tenebitur huic aut illi reſtituere. [a]

Dixi (*Qui mala intentione, &c.*) quia intentio nocendi, aut malum iniuſtum inferendi, neceſſitatem reſtituendi non inducit, quàmuis in foro conſcientiæ, peccatum inducat, niſi adiiciatur ei opus exterius iniurium & legibus iuſtitiæ contrarium, vt lictor praua intentione ſuſpendens iuſtè damnatum, licèt peccet, non tamen tenetur quicquam reſtituere, & miles in bello iuſto occidens hoſtem, vel malo animo, & ſine diripiens ciuitatem, peccat quidem, non tamen tenetur reſtituere, nam licèt tranſgrediatur leges charitatis, aliarúmve virtutum: non tamen tranſgreditur leges iuſtitiæ ſpecialis, quarum tranſgreſſio ſola eſt iniuria, & obligat ad reſtitutionem, vt probamus alibi [b] cum communi. Qua ratione etiam Sotus, diſcedit à Scoto, Palud. & communi, [c] quatenus aiunt, intentionem malam ſine opere iniurioſo inducere obligationem reſtituendi.

Per quæ reſoluitur negatiuè illud nouè quæſitum: An qui odio alicuius, famulum etiam odio proſequitur, & efficit, vt herus eius ablegat ipſum, adeo vt nequeat reperire alium, qui tantum ſalarij ei dependat quantum dimittens, teneatur reſtituere niſi efficeret, vt herus contra iuſtitiæ legem, ante lapſum temporis conuenti, eum dimitteret Non obſtat quædã lex [d] quã Caie. citat, [e] illa namque cum quadam alia, [f] nobis ſuffragatur, [i] habent enim eum, qui fodit puteum in ſuo, non teneri vicino, licèt inciderit venas, per quas deriuabatur aqua in eius puteum. Neque obſtat alia quædam lex [g] quam citat Scotus, quia vitioſa eſt allegatio, & eius loco videtur voluiſſe citare aliam legem [h] quatenus ſignificare videtur, eum, qui puteum effodit, aut aliud opus in ſuo facit, vnde damnum vicinus accipit, non teneri de damno, ſi non facit animo nocendi, ſignificans à contrario ſenſu, teneri ſi eo animo faceret. Reſponderi enim poteſt primò, quòd licèt argumentum à contrario ſenſu, alioqui ſit validiſſimum in iure [i] nil tamen valet, quoad ea quibus contrarium exprimitur in iure [k] & ſecundùm omnes,

[a] *arg. l. illud, ff. ad l. Aquil.*

[b] *in d. Apolo. q. 2. mon. 4*

[c] *in 4. qu. 6. art. 3. à col 17.*

[d] *l. Proculus. ff. de damn. infect.*

[e] *vbi ſup.*

[f] *l. fluminum, §. fin. eo. tit.*

[g] *l. 2 ff. de nou. op. nunt.*

[h] *l. 1. §. denique 1. ff. de aq. plu. arc.*

[i] *l. 1. ff. de off ei. cui mand. eſt iuriſ. &c. Apoſtolica, de his quæ fit. à præl. ſine conſ. ca.*

[k] *iuxta gloſ. celebrem & recep. vt latè ibi trad. Fel in ca. ſignificaſti, de for compe. c. A nobis, 2. de ſent. excom.*

communiter intentio praua ſine opere iniurioſo, non obligat ad reſtitutionem damni, vt prædictum eſt

71 Quæ ſolutio roboratur, quòd Vlpianus [a] noluit innuere obligationem reſtituendi propter malum animum induci, ſed vt clariùs confirmaret dictum Marcelli, negantis eo caſu actionem de dolo dari, dixit, non eſſe locum actioni de dolo, ſine malo animo, ſine quo dolus non datur, [b] cui ſuffragatur, quòd prædictæ leges Fluminum, & Proculus, quæ ſunt ipſiuſmet Vlpiani, & alia lex, non ponderant bonum, vel malum animum, ſed ſolùm, an quis iure, vel iniuriâ in ſuo faciat opus, quo nocetur proximo. Non obſt. quod etiam S Tho. [c] ſignificat actum, malo animo factum, inducere reſtitutionem, aliquo caſu, quo bono animo factus non induceret, tum, quia S. Tho. non loquitur de actu ſolo animo malo facto: ſed malo animo iniuſtè facto, & proinde, intelligendus eſt de actu iniurioſo alteri, vel modo iniurioſo facto: putà, per vim, metum, dolum, vel fraudem, de quo mox plura, tum, quia etiam idem S. Thom. videtur legiſſe prædictum §. denique, & quum non occurreret ſufficiens reſponſio; tentauit aliqua parum firma: In quibus vnum eſt, quod ait, teneri quem aliquo caſu ad reſtitutionem, ſed non ſecundùm æqualitatem, cùm reſtitutio ſit actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ obligat ad æquale, ſecundùm eundem. [d] Alterum, quòd æquiparat in hoc collationem beneficij, cum propoſito firmo conferendi, quod nullo iure, vel ratione neceſſariâ probari poteſt, imò eneruatur eá manifeſtâ, quòd qui decreuit firmiter conferre alicui beneficium, ſi mutata voluntate alteri contulerit, valet collatio, nec tenetur reſtituere: imò neque peccat, ſi æquè dignus eſt. At, qui contulit vni, ſi mutata voluntate conferat alteri, peccaret, nec valeret collatio, teneretúrque reſtituere, etiamſi ſecundus eſſet longè dignior.

Tertium, quòd odiũ, vel malus animus ſine opere iniurioſo, obligat ad reſtitutionem, quod cùm ſaluare nititur Sotus, parũ ſibi conſtat. [e] Quare dicta S. Th. [f] redu

[a] *ibi.*
[b] *l. Dolum, C. de dol.*
[c] *in d. q. 62. art. 2.*
[d] *ibid. art. 2.*
[e] *vt videre eſt vbi ſup.* [illegible]
[f] *in illa reſponſ. ad 4.*

cenda videntur ad ea, quæ firma ratione probantur, & tribuenda obſeruantiæ, qua ſolet eſſe in ſacros canones, & ſacras leges, adeo arctâ, vt nec latum vnguem ab eorum verbis recedere ſit ſolitus, quod quia non aduerterunt Scotus, Palud. Caietan. & alij, putârunt Thomam ſenſiſſe contrarium, in quo etiam Sotus ſe ſatis inuoluit.

72 Non obſtat etiam ratio Caiet. [a] quòd nimirum, officia, & beneficia ſunt bona communia, ſingularibus diuidenda, ideóque qui ea malè diſtribuit, aut malè impedit, contra iuſtitiam diſtributiuam facit, vt qui malè diſtribuit, vel impedit bene diſtribui centum aureos communes ſingularibus plebis: & cõſequenter, vt hic reſtituere tenetur, iuxta omnes, ita & ille tenebitur. Non, inquam, hæc ratio obſtat: tum, quia ſolùm locum habet in beneficiis, & officiis publicis, & ita quoad alia nihil probat: tum, quia non eſt eadem ratio diſtributionis centum aureorum communium alicuius communitatis, faciendæ in ſingulos eius, & diſtributionis beneficiorum publicorúmque officiorum communium eccleſiæ, vel reipublicæ in ſingulos eius. Nam (vt argutè aſſerit Sotus) [b] non ſunt beneficia, & munera publica communitatis, ita debita iis, inter quos ſunt diuidenda, vt centum aurei communitatis diuidendi ſingulis eius, ſunt debiti eis: quandoquidem, beneficia, & officia publica, ſunt inſtituta præcipuè, propter ſeruitium Eccleſiæ vel Reipublicæ, non propter eos, qui ſeruituri ſunt: eorumque collatores non diſtribuunt, tanquam debita eis, quibus diſtribuuntur, ſed tanquam debita ſeruitio eccleſiaſtico, & velut electores miniſtrorum earum adeo vt bonâ vel malâ electione eorum, non quæratur primariè commodum, vel damnum eligendis: ſed eccleſiis vel Rebuſpublicis quibus ſunt eligendi: ſicut præfectus ab aliquo domino, ædificio alicui conſtruendo, deligendo opifices idoneos, vel minùs idoneos, non facit commodum vel damnum principaliter idoneis, vel magis idoneis, quos ad illud opus non deligit, ſed domino ipſi, & ſi quid damni dat, non tenetur reſtituere illis, quos omittit deligere, ſed ipſi domino, cuius ædificium malè, vel non, vt par eſt, bene conſtructum eſt.

[a] *vbi ſup.*

[b] *vbi ſup.*

73 Con-

73 Confirmantur hæc, quòd licèt iuſtitia diſtributiua hoc,aut illud officiũ, vel beneficium, aliquibus conferri obliget,regulariter tamen,nemini ius perfectum, quod appellant in re, quò ſuum fiat, concedit, nec imperfectum,quod appellant ad rem, quò debitum illi ſit, poſſitque illud iure petere, quàmuis ſit dignior, nec vnquã talis vſus in eccleſia aut republica Chriſtiana inualuit, quàmuis ſæpiſſime diſpenſator non dando digniori,aut dando indigno, peccet. At, quando centum aurei communes, ſunt particularibus plebis diſtribuendi, vnuſquiſque eorum ius aliquod habet, ob quod illis debetur,partémque contingentem, aut ſaltem quantum debetur ex ea petere poteſt.

Dixi ( *Niſi impediat per modos iuſtitiæ contrarios, videlicet vim, metum, dolum, mendacium, &c.* ) quia ſi eiuſmodi rationibus impediret, teneretur. Quo ſit, vt ſi mentiens me eſſe mortuum, aut non eſſe eius conſanguineum, vel eſſe ſpurium, ignarum, malum: aut per id genus fraudis, ſeu per vim, procuraret mutari teſtamentum, legatum, collationem, præſentationem beneficij, officij, vel alterius boni, & commodi factam, aut iam decretam, reſtituere mihi teneretur, iuxta communi omnium calculo receptam ſententiam.[a] Ratio verò cur mala intentio lædendi, hanc neceſſitatem reſtituendi, non inducit, mendacium autem, fraus, aut comminatio, & alij modi iniuſti ſecus, eſt quòd intentio ſola damnificandi, eſt contra charitatem, non contra iuſtitiam commutatiuam, cuius actus eſt reſtitutio: mendacium autem fraus, & comminatio ſunt contra iuſtitiam: qui per hæc iuſtus modus acquirendi, qui impedito competit, impeditur. Non tamen tenetur reſtituere,quantum impedit, nec quantum ſoluere deberet, ſi eripuiſſet penitus iam acquiſitum, aut debitum: ſed quantum conſideratis circumſtantiis, iudicio boni viri, videbitur, vt communis aſſerit, in aliis caſibus, ſaltem iuxta æquitatem & conſuetudinem in ſimilibus ſemper ſeruari ſolitam.

[a] *per l. 1. & 2. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. & l. fin. ff. de hæred. inſtit. & Gerar. relat. per Adr. vbi ſup.*

74 Cui conſequens eſt, quòd quando beneficia, officia, & cathedræ dantur per oppoſitionem, ſeu concurſum digniori, ſubſiſtente ſtatuto, quòd neceſſariò debeant conferri candidatis tempore præſtituto concur-

rentibus, ſi ſat ſint idonei & quiſpiam impediuit, ne darentur legitimis oppoſitoribus, ſeu concurrentibus candidatis, ſed aliis, reſtituere tenetur: ſiquidẽ illi iam quodam ius perfectum ea petendi acquiſierant, vt alicui eorum darentur. Non ſecus quàm, qui iniuſtè ab opere agricolam, à ſcribendo ſcribam, & c. impedit, tenetur reſtituere; quia impedit ab eo, quod iure ipſi conuenit, puta laborare, aut ſcribere.

Nec obſtat, quod Sotus [a] ſignificare videtur: non enim loquitur de ſcholaſticis ſuffragantibus aliis: quàm candidatis, ſed de ſuffragantibus minùs dignis candidatorum, de quibus etiam hoc in loco, antequam eum legiſſemus, diximus eos ad reſtitutionem non teneri: quàmuis peccent eo modo, quo collatores & electores beneficiorum, per ſupradicta. Inſuper non tenebatur reſtituere, qui ſine vi, mendacio, aut fraude, mihi præcluſit & prohibuit profectionem ad epiſcopum, qui ſtatuerat beneficium alicui digno conferre, ne me cognoſceret, qui ſi me cognouiſſet, illud mihi contuliſſet, eiuſmodi ſiquidem beneficium, adhuc non erat meum, nec mihi debebatur, nec ab eo mediis iuſtitiæ contrariis prohibitus fui.

[a] *vbi ſup. col. pen.*

## Quæ cauſæ non reſtituentem à peccato excuſent.

Summæ.

75 *Reſtitutione à debita excuſant hæc nouem, & ſeq.*
78 *Debitor nõ omnis ſecurus per remiſſionem quoad peccatum.*
79 *Debitor non excuſatur, donec debitum petatur.*
80 *Debitor in genere non liberatur ſpeciei peremptione.*
81 *Beneficij collatio, vel procuratio, non eſt debiti reſtitutio.*
81 *Officium ob profanum quando ſit reſtitutio.*
82 *Reſtituere ob qualem ignorantiam quis excuſatur, & 83.*
84 *Emens rem ab eo, quem ſuſpicari debet furem, caueat ſibi.*
85 *Præſcriptio quæ à reſtitutione excuſat.*
86 *Ceſſio qualis bonorum excuſat à reſtituendo.*
87 *Bona vitæ ſalutis libertatis, & famæ, æſtimabilia, &c.*
88 *Liber homo quis poſſit vendi à ſe, licèt non ab alio.*

89 *Bona trium ordinum vitæ, famæ, & pecuniæ, multum differre*

89 *Fama, vita, & libertas, æſtimari non poſſunt.*

90 *Compenſatio, quæ fit pro vita, & fama, non facit eas æſtimabiles.*

90 *Fama non æſtimatur plus quàm vita, niſi, vt illa compenſetur.*

90 *Famam mulier proba pluris, quà libertatem æſtimat.*

90 *Metus infamiæ, vt excuſat adulteram, vel partum ſupponentem*

90 *Intellectus & inductio cap. officii de pœnit. & remiſſ.*

91 *Vita non eſt amittenda propter famam illuſtris familiæ.*

91 *Adultera de eccleſia non extrahitur, ſine debita cautione.*

91 *Fama per æquivalens nequit reſtitui ſecundùm Sanctum Thom.*

91 *Fama bonitatis ſola inæſtimabilis, non alia.*

75 Multa porrò à reſtituendi obligatione excuſant. Primum neceſſitas, de qua ſup. [a] Secundùm, remiſſio, condonatio, aut alia ſatisfactio, qua creditoris captatur animus, quæ ſi eſt perpetua, perpetuo excuſat, ſi temporaria, tempore quo durarit [b] concurrentibus duobus. Prius eſt, vt fiat per eum, qui donare poteſt, liberámque ſuorum bonorum adminiſtrationem habet. Poſterius, vt ſcienter, & ſponte fiat ſine vlla vi, metu, dolo, vel fraude.

Ex quibus deducitur primò, non prodeſſe quotidianam illam ſatisfactionem, qua creditor ſit contentus parte debiti, ob diffidentiam recuperandi debitum, natam ex eo, quòd ei debitor minatur, ſi pro centum, quæ debet, nolit eſſe contentus quinquaginta loco ſolutionis integræ, nihil vnquam habiturus ſit, ſecundùm Caietan. [d] & antea Silueſt. [e] quia deeſt ei ſecunda conditio. Secus tamen eſt, de diffidentia recuperandi, quam concipit ob alias cauſas, vt rectè Silueſt. [f] inſinuauit.

79 Secundò, non eſſe opus tertia conditione, quam nõnulli requirũt, [g] putà quòd ſit parata ſolutio, nec alta quam quidam theologi relati ab Anto. [h] requirũt, putà quod pecunia deponatur realiter corã creditore, ſed neque vt verbis offeratur, q; requirũt alij relati à Paruſino

[a] *eod. n. 60.*
[b] *c. peccatum adiuncta gloſſ. recep. verb. reſtituatur, de reg.*
[c] *iur lib. 6 & l. 1. ff. qui ſatiſd. cog.*
[e] *arg. c. veniens, de teſtib. adiunctis iis quæ ſuper. eod. c. n. 45. diximus.*
[d] *in d. art. 8.*
[e] *verb. reſtitutio 7. q. 1. & 2.*
[f] *vbi ſup.*
[g] *in d. reg. peccatum.*
[h] *2. part. tit. 2. c. 6.*
[i] *in d. reg. peccatum.*

[a] *vbi ſup.*
[b] *vt ſentit gloſſ. in d. reg. peccatū.*
[c] *2.2.q.62.art. 6.*

& Anto.[a] ſiquidem ſat eſt, vt creditor ſcienter, & ſponte id faciat,[b] imò, vt bene inſinuauit. Caietan.[c] quando reſtitutioni obnoxius eſt pauper, creditor verò adeo diues, vt remiſſio, vel dilatio debiti foret opus miſericordiæ, conſulendum illi eſt, vt antequam pecunia re, vel verbo offeratur, remiſſio petatur.

77 Nam vt actus caſtitatis liberius in abſentia fœminarum, & obiectorum venereorum, exercentur, & abſtinentiæ in abſentia ſuauium epularum: ſic etiam libertatis condonandi, & remittendi debita, liberiùs in abſentia ſolutionis, & ante oblatam, receptámque pecuniam, quàm poſt exercentur.

78 Tertiò, non eſſe neceſſe, quòd debitor induat animum debitum ſoluendi, ſi ei non remittatur, ad hoc, vt remiſſio, & condonatio creditoris valeat, quàmuis ſecus, quò peccatum dimittatur.

Quartò, quòd debitor, dicens creditori, ſe ſoluere quantum ſua facultas fert, paratū eſſe, ſimúlque rogans, vt ſe miſericordia & liberalitate proſequatur, conſecuta totius, vel partis remiſſione immunis erit à peccato, & reſtituendi neceſſitate, ſi ſoluendi voluntatem habebat, quàmuis non fieret remiſſio: ſi verò eo animo nō erat, liberatur quidem à reſtituendi neceſſitate, non autem à peccato, quod peccabat nolendo ſoluere, etiam non ſequuta remiſſione: vt etiam inſinuauit Silueſt.[d] Nam debitor, qui etiam condonato debito, eo animo eſſet, vt nollet ſoluere, etiam ſi ſoluendo foret, licét non eſſet ei condonatum, manifeſtè peccat voluntate inordinata interiori, contra ſeptimum præceptum,[e] in quod vtinam multi, qui conuentiones, ſeu compoſitiones quærunt, non inciderent.

[d] *verb. reſtitutio 7. q. 2.*
[e] *arg. c. ſi res, 14. q. 6. & c. ſæpe de reſt. ſpol.*

Quintò, ſi aliqua perſona proba agit cum creditore, dicēs. Ego curabo, vt N. ſoluat tibi tantū, ſi tu liberaliter reliquum remiſeris, idque faciat ſine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia nūquam debitū recuperandi, debitórque præſto ſit facere, quicquid poterit, ſi creditor illi remittit, immunis eſt à peccato, & reſtituendi neceſſitate, at ſi nō ſit animo ſoluēdi quātū ſoluēdo foret, manet quidem à reſtitutione immunis, at nō à peccato.

Sexto, ſi perſona internuntia aſſerit remiſſionem libere eſſe factam, nec ita res ſe habeat, à reſtitutione de-

bitor immunis non ſit, imò, ſi de eo dubitat, de veritate certior fieri debet: quanquam ſi internuntius eſt fide dignus, eius dicto excuſetur, tantiſper dum contrarium reſcierit: túneque ſoluere tenebitur, aut ſoluendi voluntate propoſita, remiſſionem petere [a]

79 Septimò, non excuſatur debitor à peccato, quòd creditor non petat ab eo debitum, ob timorem etiam reuerentialé, vel ob ignorantiam debiti, ſi iudicio boni viri, ſoluendo erat. eo namque caſu, creditor ſcienter, & ſponte non remittit, aut dat dilationem, quàmuis excuſaretur, ſi creditor ſcit ſibi deberi, nec petit, citra metum, aliúmve eiuſmodi reſpectum, qui eum inuoluntarium redderet, veriſimiliter enim credere poteſt, ſibi ab eo dilationem indulgeri, authoribus Ang. [b] & Silueſt. [c]

80 Octauò, quòd qui aliquid debet in genere, putà hominem, bouem, equum, aut tot modios frumenti, vel amphoram vini, à ſolutione, aut reſtitutione non excuſatur, quàmuis ſpecies, quas ſolutioni deſtinatas haberet, incendio, alióve quouis caſu fortuito perirent imò, neque ſi omnia eius bona deperirent, debitor ſiquidem in genere, non liberatur ſpeciei peremptione, [d] quanquam debitor ſpeciei, putà illius, vel illius hominis, bouis, equi, veſtis, & aliorum id genus, regulariter excuſetur illius ſpeciei peremptione, ſi abſque dolo, fraude, culpâ, & ante moram perierit. Imò, neque poſt moram (ſaltem in foro conſcientiæ) ſi ſciretur, quòd perinde peritura erat apud creditorem, atque apud eum, [e] ſiue ex contractu, ſiue delicto deberetur. [f] Secus tamen, ſi planum eſſet, aut dubitaretur, quòd antequam res periiſſet, dominus vendidiſſet, eáue vſus fuiſſet. [g] Is autem dicitur eſſe in mora reſtituendi, qui tenetur ex delicto, [h] & qui ex contractu, nec reſtituit ad diem præfixum, vel non ſtatim atque ſcit, vel ſcire debet rem eſſe alienam, [i] ídque facit ſine iuſta cauſa eam retinendi. Nam ſi eam retineret ratione aliquarum impenſarum, quas bona fide in eam impendiſſet, aut credendo iuſto errore ſuam eſſe, non cenſeretur in mora. [k]

81 Tertia cauſa principalis à reſtitutione excuſans, ſecundùm aliquos iuriſperitos, eſt dediſſe, aut procuraſſe creditori aliquod beneficium eccleſiaſticum: quod falſum eſt, quia per ſpirituale, non poteſt ſolui tempo-

[a] *arg. c. cum ceſſante, de appell. iuncto c. ſignificante, de pig.*

[b] *verb. mora, §. 1.*

[c] *eod. ver. q. 1.*

[d] *l. incendium, C. ſi cer. pet. not. in l. quod te mihi, ff. de reb. cred.*

[e] *l. fin. §. fin ff ad l. Rhod. de iact.*

[f] *l. ſi ex legat. cauſa, ff. de verbi obligat. cum ei adnot. Silueſt. verb. reſtitutio, 7. q. 5.*

[g] *l. cùm res, §. fin. ff. de leg. 1. Silueſt. verb. reſtitutio, 7. q. 5.*

[h] *l. 1 ff. de condict. furt.*

[i] *l quod te, & argu. c. fin de præſcript.*

[k] *l. illud, ff. de pet. hæred. & l. is qui rem commodaſſet, ff. de furt.*

rale,[a] vt alibi[b] probamus. Ob ídque neque à ſoluendo eo, quod propter obſequia debetur, id excuſat, quãuis ſi dato, aut procurato beneficio gratis, creditor ille gratitudinis ergò debitum remiſerit, debitor à reſtitutione immunis erit. Quod ipſum eadem ratione producendum eſt ad officia, quæ citra ſimoniam aut peccatum emi, & vendi non poſſunt, quàmuis non de aliis, quę licitè venduntur, & emuntur, horum enim datio, aut procuratio impenſâ debitoris facta, idonea ſolutio eſt.[c]

82 Non eſt tamen locus prædictis in officijs ſecularibus quæ ſine peccato vendi non poſſunt, quum titulus eſt validus, licèt in eo peccetur, quod genus ſunt plæreque venditiones factæ à regibus, vel aliis, facultate ad id regia munitis, quibus peragendis, ſolet nonnunquã interuenire peccatum, ſaltem veniale: Quàmuis ſecus, quando in eo non ſolùm peccat, ſed etiam titulus eſt nullus, eadem ratione.

83 Quarta cauſa principalis, eſt probabilis ignorantia facti, qua credit, quod reſtituendum erat, ſuum eſſe, quia fortè hæreditate obuenerat, aut illud ſe non debere exiſtimat, quia erat debitum à patre contractum. Quinetiam, ignorantiam iuris ſubobſcuri[d] præſertim, quando viri ſcientia, & conſcientia præcellentes conſulunt ei, ad reſtitutionem non teneri.[e] Secus tamen, de eo, qui conſuluit eos, quos credit ſibi placita reſponſuros, & ni hoc crederet, eos non conſuleret. Et minùs, qui conſulunt multos qui dicunt illi, ipſum ad reſtituendum teneri, & ab aliis conſulendis non deſiſtit, donec aliquem reperiat, qui reſpondeat, ipſum non teneri, adeòque huic potius, quàm reliquis, fidem adhibet, iuxta Adria.[f]

94 Dixi ſupra (*Ignorantia probabilis*) Nam craſſa, & ſupina, qualis eſt, qua quis emit à milite Miſſale, aut Calicem, à famulo orbem, aut ſalinum argenteum, vel ab aliquo iuuene pannoſo ſericum, alteriúſve generis pannum, quem credere, aut certè dubitare debebat illum furto, rapinâ aut bello iniuſto ſubſtraxiſſe, non adhibita diligentia debita ad veritatem pernoſcendam. Non etiam excuſat ignorantia iuris clari, qualis eſt qua ignorat iniuſtum eſſe, rem furto ablatam

*a c. quam pio, 1. q. 1.*
*b in c. ſecundum, de præb.*
*c arg. c. totum. 1. q. 3.*
*d iuxta gloſſ in c. 1. de poſtul. prel. lib. 6. ver. de cætero.*
*e arg. gloſſ. ſing. & recep. in c. Capellanus, de fer.*
*f in 4. de reſt. q. 88.*

emere, vt eam ſibi retineat. [a] Quanquam quia quiſque ſibi arctius eſt obligatus, quam alteri, poſſit illud tale venditori, aut permutatori, reddere, & pretium, aut quod pro eo dedit recuperare: deprecatus eum, qui malè accepit, & malè dedit, vt illud ſuo domino reſtituat. [b]

85 Quinta cauſa, eſt canonica præſcriptio, aut vſucapio, qui eſt vnus modus acquirendi dominium vtile, aut directum alicuius rei, vel exceptionem ad retinendum eam, quæ ideo competit, quòd eam legitimo tempore, modo ad id legitimo, bona fide poſſederit. [c] Et vt nemini videamur perperam præſcriptionem immobilium bonorum vſucapionem appellaſſe, monemus, quòd quamuis modus acquirendi rem mobilem per poſſeſſionem, nuncupetur vſucapio, immobilem verò præſcriptio, iuxta vulgarem opinionem commentatorum vtriuſque iuris: verius tamen videtur, quòd omnis eiuſmodi acquirendi modus pertinentiùs nuncupatur (Alciato aſſertore [d]) vſucapio, exceptio verò ex ea naſcitur, præſcriptio.

Non ſine cauſa porrò diximus, præſcriptionem canonicam excuſare, quia legalis iuris ciuilis, quæ ſacris canonibus non conſentit, non excuſat. Ideóque nulla præſcriptio, inchoata & continuata mala fide, ſeu à ſciẽte rem eſſe alienam, excuſat: nec etiam, cœpta bona fide, ſi poſtea, antequam finiatur, mala ſucceſſit. [e] Quò fit, vt nec leges particulares Regnorum, vel ſtatuta ciuitatum, quibus ſtatuitur, ne poſt aliquot annorum lapſum, debitum peti poſſit, debitorem ſcientem ſe debere & non ſoluentem in foro conſcientiæ excuſent, iuxta communem, quam tenet Anchar. [f]

86 Sexta cauſa, excuſans, eſt ceſſio bonorum, qua debitor ea relinquit creditoribus, [g] quæ quidem, in foro exteriori excuſat quoad debita ex contractibus orta, quatenus lex ciuilis ſtatuit, nec debitor cedens ad plura teneatur, quàm commodè ſoluere poſſit de iis quæ poſtea quæſierit. Quod ipſum, producendum eſt ad debita, quæ ex delicto naſcuntur, quoad intereſſe priuatum partis, non autem quoad publicum: nam quoad illud, qui non habet in ære, luere debet corpore. [h] Dixi (*In foro exteriori*) nam in foro conſcientiæ, non excu-

*[a] arg. c. apoſtolicæ, de ... r. excõmun. & c. ignorantia, de regul. iur. lib. 6. S. lu. verb. reſtitutio, 3. q. 7.*

*[b] per dicta ſup. eod. c. n. 9.*

*[c] l. 1. ff. de vſucap. & toto tit. de præſcr. l. 1. C. de vſucap. transfor. ... gloſſ. 16. q. 3 in ſum.*

*[d] ex multis ll. ff. de vſucap. & in l. vt ſunt, ff. de verb. ſign.*

*[e] c. vigilanti, c. fin. de præſcript. c. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6.*

*[f] in d. c. peccatum, de reg. iur. lib. 6.*

*[g] ff. de ceſſ. bon. & C. de his qui bon. ced.*

*[h] l. 1. §. generaliter, ff. de pœn. & gloſſ. c. non ſatis. 68. diſt. & c. ſi rex, 14. q. 6.*

ſat, niſi quatenus neceſſitas eum citra ceſſionem excuſaret.[a] Hoc eſt, ita vt ei ſuæ artis inſtrumenta, & ad victum neceſſaria, iudicio boni viri, duntaxat relinquantur.

[a] de qua ſ. n. 60. & ſeq eod. c.

87 Septima cauſa, eſt impotentia reſtituendi citra vitæ & ſalutis diſcrimen.[b] Cuius ratio eſſe videtur, quòd vita & ſalus, ſunt bona altioris ordinis, quàm bona fortunæ, nec pecunia æſtimari poſſunt:[c] ideóque reſtitutio, quæ eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, ad æqualitatem partes reducens, non obligat ad danda bona altioris ordinis, & inæſtimabilia, pro bonis fortunæ, quæ inferioris ſunt ordinis. Qui porrò bona proximo debita, cum periculo vitæ & ſalutis reſtitueret, non malè faceret, ſi magna eſſent, quinimò laudem promereretur, ob rationes, & auctoritates, quibus pulchrè Sotus, probat[d] licitum eſſe vitam cordatè, & prudenter pro defenſione ſui amici, & proximi, adeóque ſuæ rei familiaris, & pro quolibet actu virtutis profundere. Vnde elicimus veram rationem ſeptimæ cauſæ, & excuſationis non eſſe, quòd homo ſuæ vitæ, & ſalutis dominus non ſit,[e] cùm ſaltem eius cuſtos ſit, cum poteſtate ponendi eam pro Deo, Republica, amico, vel ſuis bonis, imò, pro quolibet actu virtutis.

[b] per c. officij, de pænit. & rem. cum declaratione Innoc. 4. ad illam.

[c] arg. l. in ſeruorum, §. fin. ff. de pænis.

[d] lib. 5 q. 1. art. 6. de iuſt. & iur.

[e] l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & c. contingit 2. de ſent. excom.

88 Octaua cauſa, eſt impotentia reſtituendi, citra amiſſionem libertatis, & ſui ipſius venditionem. Quàmuis enim lex vetus[f] ſtatueret, vt, qui furto ſublatum reddere non poſſet, venderetur, debitórque ſeipſum, aut ſuos filios pro debito ciuili traderet,[g] idémque nunc ſanciri poſſit: nunquam tamen in Republica Romana, poſtquam Chriſtiana effecta eſt, decretum fuit, vt quis pro debito ciuili, ſeruus efficeretur, imò iure,[h] ſancitum eſt, ne quiſquam ad id compellatur. Ratio porrò huius octauæ cauſæ, videtur eadem quæ ſeptimæ, quòd nimirum libertas ſit altioris ordinis bonum, quàm bona fortunæ, & ſua natura inæſtimabile,[i] ſicut vita & ſalus, ideóque non eſt danda pro bonis fortunæ, quæ ſunt inferioris ordinis, & naturâ ſuâ æſtimabilia. Quanquam non malè faceret, qui loco reſtitutionis, ſe quaſi ſeruum creditori traderet, aut ſe alter venderet: cùm nulla lex diuina vetus, vel noua, id vetet

[f] Exod. 22.

[g] Leuit. 25. & 4. Reg. 4.

[h] in l. ob æs alienũ, & aut. ſed hodie, C. de act. & oblig. & c. 2. & ibi gloſ. de pign.

[i] l. libertas ff. de reg. iur.

imò, neque vlla Romana. Quin potius, ſtatuit, ne quis ad id compellatur, & quàmuis, quædam leges probent [a] emptionem liberi hominis ſcienter factam, non valere, non tamen probant vendentem ſe, ob grandem neceſſitatem, peccare. Quin & alia lex [b] habet, poſſe patrem vendere filium, etiam inuitum, propter neceſſitatem, hodiéque paſſim Chriſtiani in Aethiopia multos emũt, qui ſeipſos vendunt, aut ſe vendi permittunt. Quod licitum, permiſſumque eſſe etiam prædictus Sotus [c] ſcripſit. Itaque ratio huius octauæ cauſæ excuſandi, non eſt, quòd homo liber, ſuæ libertatis dominus nequaquam ſit, ſed prædicta.

89 Nona cauſa, eſt impotentia reſtituendi bona, citra famæ amiſſionem, ſecundùm Caietan. [d] dicentem, quemadmodum bona vitæ, & ſalutis ſunt altioris ordinis, quàm famæ: ſic bona famæ, altioris ordinis eſſe, quàm pecuniaria: neminémque ad reſtitutionem bonorum inferioris ordinis, cum iactura bonorum altioris, adſtringi.

Hiſce tamen aduerſatur Ioannes Maior [e] & Adria. [f] & poſtea prædictus Sotus reſolutionem prædictam Caietani refutans, [g] ſentit non eſſe horum ordinum rationem habendam, ſed potiùs æſtimationem famæ cum æſtimatione debiti conferendam: quòdque æſtimatio famæ, adeo poſſet æſtimationem debiti ſuperare, vt non teneatur reſtituere: & viceuerſa, ſi debitum ſuperaret æſtimationem famæ, teneretur reſtituere cum illius iactura. Mouetur autem in id primò, quòd doctrina Caietani videtur ei magis Metaphyſica, quàm Philoſophiâ morali niti. Secundò, quàmuis fama ex ſe maioris ſit æſtimationis, quàm res pecuniaria: magna tamen pecuniaria, pluris quàm exigua fama æſtimatur: non ſecus quàm licèt pretioſius ex ſe ſit aurum, plumbo, [h] plumbum tamen viginti pondo, pluris æſtimatur, quàm vnum granum auri. Tertiò, quòd, qui læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ illuſtrem aliquam familiam infamauit, reſtituere, ſuo iudicio, teneretur ei famam, etiamſi ipſi ob id mors ſubeunda foret.

His tamen non obſtantibus, in Caietani ſententiam tranſeundum cenſeo. Primò, quia eius doctrina

[a] *l. & liberi hominis, cum 2. ſeq. ff. de contrah. emp.*

[b] *l. 2. C. de patr. qui fil. diſt.*

[c] *li. 4. qu. 2. art. 2. de iuſt. & iur.*

[d] *2. 2. q. 62. ar. 6.*

[e] *in 4. ſent. diſt 15. q. 17.*

[f] *in 4. de reſtit.*

[g] *lib. 4. qu. 6 art. 3. de iuſt. & iur. & q. 7. art. 2.*

[h] *ca. duo ſunt, 96 diſt.*

non tam Metaphyſicâ nititur, quàm Philoſophiâ morali, quæ neminem compellit vitam ſuam pro debito ciuili profundere, & quidem, non alia ratione, quàm quia hæc eſt inæſtimabilis, & altioris ordinis debitum, vt dictum eſt. Quæ eadem ratio, etiam locum habet, in fama reſpectu boni pecuniarij. Siquidem ipſa etiam ſua natura bonum eſt inæſtimabile, ſicut ſalus & vita, ſuperátque bonum pecuniarium, iuxta illud. [a] *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni.*) & [b] (*Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.*) Quibus accidit, quod Ariſt. [c] (quem probat ſanctus Th. [d] cuique alter Thom. conſentit [e]) honorem eſſe maximum bonorum exteriorum aſſerit.

Nec obſtat, quòd, quando fama reſtitui nequit, aliqua pecunia eſt reſarcienda. Tum, quia id non fit quòd fama ſuapte natura æſtimabilis ſit, ſed quia alia compenſatio fieri nequit.

90 Tum quia etiam pro vita, & ſalute idem fieri iubetur, [f] quæ tamen ideo non dicuntur æſtimabilia, Tum, quia id non datur loco pretij famæ, cùm nullũ habeat: ſed compẽſationis damni, quod ob eius iacturam obuenit, ſicut etiam mutilato membro, datur quippiam, non pro pretio deperditæ integritatis, quæ nullum habet, ſed pro damno, quod ob eius defectum euenit. [g]

Quartò, quòd Sanctus Tho. [h] eodem modo loquitur de reſtitutione famæ, quo de reſtitutione vitæ, aut membri, quæ reſtitui nequeunt: nam in vtroque aſſerit æquiualens rependi non poſſe, & in vtroque compenſandum eſſe. Et alibi [i] de compenſatione famæ loquens, ſe aliò [k] remittit, vbi loquens de compenſatione vitæ, aut menbri abſciſſi, aſſerit in famæ reſtitutione idem faciendum quod de vita ablata, & membro refecto dixerat, quo apertè ſignificat famam æſtimari non poſſe, & quod pro ea rependitur, non dari magis pro ſolutione, quàm pro vita erepta, aut membro abſciſſo, altioríſque ordinis eſſe bona famæ, quàm pecuniaria, nec poſſe conferri pretium boni pecuniarij, cum pretio famæ, quod nullum eſt, ſed cum damno ex eius iactura manante.

[a] *Eccleſ. 41.*
[b] *Prouerb. 22.*
[c] *Moral. 4.*
[d] *2. 2. qu. 129. art. 1.*
[e] *ibi, & in qu. 131. art. 1. ad 2. & qu. 103. art. 2 ad 1. & gloſſ. ca. ſuam, de pœnit. & in extrauag. ad conditorem, Ioan. 22. §. rurſus, verb. honori, de ver. ſign.*
[f] *in l. 1. §. 1. & l. fin. ff. de his qui deiec. vel effund. & l. ex hac ſi quadr paup. fec. dic.*
[g] *per dd. ll. & quæ ſup. ca. 15. n. 19. diximus.*
[h] *2 2 q. 62. art. 2. ad 1. & 2.*
[i] *in reſpon. ad 2.*
[k] *ad d. vir. ad 1.*

Quintò, quòd libertas, fama, & honos, eiuſdem ordinis eſſe videntur, & (vt dictum eſt) nemo pro ſolutione debiti, ſe vendere tenetur: ergo nec pari ratione ſe infamare. [a]

Sextò, quòd mulier, honeſta reputata, potiùs ſeruitutem cum bona fama, quàm libertatem, cum infamia eligere debet. [b] At pro reſtituendis bonis ſe in ſeruitutem protrudere non tenetur: ergo minùs tenebitur, cùm ob id inhoneſta haberetur.

Septimò, quòd reſtitutio (vt dictum eſt ſupra [c]) eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quæ æqualitatem inter accipientem, & eum, à quo accipitur, conſtituit, atqui reſtituere debitum cum iactura famæ, eſſet reddere debitum, & perdere famam, pro ſolo debito, quæ magna inæqualitas foret.

Octauò, quòd Innoc. iij. [d] apertè aſſerit, metum patefaciendi ſuum adulterium marito, vxorem à reſtituenda hæreditate excuſare, non diſtinguendo inter hęreditatem magnam, vel paruam, & inter famam magnatum, & infimatum. Nec vnquam ſanctus Tho. aut alius quiuis claſſicus auctor, iſtas diſtinctiones parum (iudicio noſtro) iure ſtabilitas, induxit, ergo neque nos eas facimus. [e]

Nonò, non poſſe dici, Innoc. iij. [f] non apertè ſenſiſſe, metum amittendi bona altioris ordinis, excuſare à reſtitutione bonorum inferioris ordinis, ſiquidem dilucidè aſſerit metum mali maioris conſequendi ex indicatione adulterij marito facta, excuſare vxorem à reſtitutione hæreditatis, quam ſpurius pro legitimo habitus, obtinebit. Cũque text. de metu generaliter loquatur de quolibet iuſto intelligendus eſt, cum denique metus infamiæ, talis ſit, [g] etiam de infamiæ metu intelligetur.

91 Decimò, durum & nouum videri, quod prædictus Sotus nullius auctoritate nixus, aſſerit, eum nimirum, qui illuſtrem aliquam familiam infamauit, ad reſtitutionem famæ, cum iactura vitæ teneri.

Vndecimò, ſimilitudinem auri, & plumbi non concludere, quia vtrumque ſua natura pecunia eſt æſtimabile, ideòque maior quantitas vnius, poteſt pre-

[a] *arg. l. illud, ad l. Aquil.*

[b] *arg. l. iſti quidem, §. fin. ff. quod met. cauſ.*

[c] *eod. c. n. 6.*

[d] *in d. ca. offi. de pœn. & rem.*

[e] *arg. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. c. ſottæ. de maior. & obed.*

[f] *in d. ca. officii.*

[g] *d. l. iſti quidem cum gloſſ.*

tio ſuperare minorem alterius: ſed fama non eſt res pecuniâ æſtimabilis, ſicut nec etiam vita, ſalus, & libertas.

Duodecimò, rariſſimé continget caſus, quo bona citò, aut tardè reſtitui non poſſint, ſine iactura famæ, faciliori ratione, quàm in caſu prædicti cap. officij, quo mulier ſuppoſuit ſibi partum, aut ex adulterio occulto filium ſuſcepit: in quo tamen habetur, non teneri id reuelare marito, ſi eum reformidat, cum tamen citra metum amiſſionis vitæ, ſe in monaſterium tutum recipiens, reuelare poſſet: quandoquidem, eccleſia eam ſuo marito reſtitui, non præuiâ idoneâ cautione, non permittet.[a]

[a] *arg. ca. literas, ſub fin de reſtit. ſpol. & ca. inter alia, de immun. eccleſ.*

Cui ſuffragatur, quod ſi contraria opinio vera foret, ſequeretur, nullum inter reſtitutionem debiti famæ, & pecuniæ, diſcrimen eſſe, cùm iuxta illam, in vtraque graue damnum eius, qui reſtituere tenetur, excuſet, & in neutra paruum, adeòque, in vtraque pretium pecuniarium magnum, vel paruum reperiatur. Sequeretur etiam, ſemper famam per æquiualens reſtitui poſſe, contra ſententiam S. Thom.[b] communiter recept. Cõcludimus ergo, reſtitutionem debiti bonorum, omni via poſſibili procurandam: at, ſi non inueniatur ad id idonea, citra amiſſionẽ vitæ, libertatis, aut famæ, non eſſe neceſſariò faciendam. Moderamur tamen opinionem prædicti Caietan. vt ei duntaxat locus ſit, in fama bonitatis virtutem theologam, & moralem conſequente, non etiam, in fama ex aliis rebus præclaris parta: quod genus eſt fama ingenij, ſcientiæ, virium, ſolertiæ, artium, diuitiarum, & aliarum eiuſmodi rerum. In qua opinioni contrariæ locus ſit: quandoquidem fama harum, non videtur ineſtimabilis, vt eſt fama bonitatis, iuxta ſupra citata, & infra deducenda.[d]

[b] *2.2. qu. 2. art. 2. ad 2.*

[c] *Eccleſ. 41. & Prouerb. 22.*

[d] *c. 18. n. 20.*

## De reſtitutione bonorum incertorum.

Summæ.

92 *Bona incerta quæ.*

*92 Reſtitutio bonorum incertorum, vt reſeruata epiſcopo.*
*92 Bonorum incertorum reſtitutio, vt fieri poteſt, eam epiſcopus vetare non poteſt, niſi quatuor caſibus.*
*92 Epiſcopus abſolutionem bona incerta habentis, vt reſeruare poteſt.*
*93 Pauperibus reſtituendum, vt poteſt ſibi tenens retinere.*
*93 Pauperem dici omnia opera pia, & pro ſuo ſtatu egentem.*
*93 Compoſitio ſuper incertis quæ iuſta.*

92 Bona incerta, ſunt bona debita alicui homini, qui, vel quorum quantitas ignoratur, etiam facta [a] indagatione legitimâ, iuxta communem ſẽtẽtiam, quam ibi explicuimus. Dixi (*Bona*) pro genere. Et (*Alicui bebita*) ad excludendum, quæ in nullius bonis ſunt, & habita pro derelictis, quæ occupantis fiunt. [b] Dixi (*Homini*) ad excludenda ſacra & religioſa, quæ licèt nullius hominis in bonis ſint: ſunt tamen Dei, non ſolùm titulo generali, quo omnia ſunt eius, [c] ſed etiam alio ſpeciaii humano. [d] Dixi (*Qui ignoratur*) ad differentiam aliorũ, quorum domini noti ſunt, vel iuſta inquiſitione noſci poſſunt. Dixi (*Vel quantitas ignoratur*) ad ſignificandum dupliciter aliqua dici incerta: quàmuis gloſſ. quædam, [e] ſola illa, quorum quantitas ignota eſt, appellet incerta.
Dixi (*Etiam facta indagatione legitima*) quia illâ non præuiâ, non eſt locus iuſtæ ignorantiæ, [f] ſi per eam, ſaltem hæredes, cognoſci poſſent, S. Thom. [g] recept. autore. Quorũ reſtitutio pauperibus eſt facienda, [h] quæ iuxta plæroſque epiſcopis eſt reſeruata, per que eos tantùm facienda, ſecundùm Oſtienſ. ſed communis contra, cuius veritatem copioſè alibi, [k] probauimus, vbi concluſimus, eum, qui, reſtitutioni eſt obnoxius, per ſeipſum ſine epiſcopo & confeſſario, reſtituere poſſe. Imò, epiſcopum contrarium iubere non poſſe, aut regulariter ei contra voluntatem debitoris ſe immiſcere, ſecundùm Angel. [l] Roſel. [m] Piſan. [n] Gabriel. [o] Ioan. de Lign. Cald. [p] & alios, quos refert Silueſt. [q] Quod adeò quidam verum videtur, vt conſuetudo contraria non valeret, ſiue quia legi naturali aduerſaretur, ſiue quia nulla ratione nixa, quòd epiſcopis communiter non magnæ curæ ſint pauperes, iuxta Silueſt, [r] Quan-

[a] in c. cùm ſit, de Iudæ.
[b] l. 1. ff. de acq. rer. domini. & §. nullius. Inſtit. de rer. diuiſ.
[c] pſal. 23. & ca. quo iure, 8 diſt.
[d] iuxta gloſſ. in d. l. 1. & d. §. nullius.
[e] c. 2. de pœn. & remiſſ. li. 6.
[f] c. innotuit, iuncta gloſ. de elect.
[g] 2. 2. q. 92. ar. 5.
[h] ca. cum tu, de vſur.
[i] in d. ca. cum tu, & in ſum. de pœ. § fin.
[k] in Comment. d. c. cum ſit.
[l] ver. reſtitutio 2. § 14.
[m] eod. ver. §. 2
[n] ver. reſtit. 6.
[o] in 4. diſt. 15. q. 2. col. 18.
[p] in d. ca. cum ſit de Iudæ.
[q] ver. reſtitutio 8 q. 5.
[r] vbi ſup.

quam conſuetudo epiſcoporum, qui ſibiipſis reſtitutionem horum bonorum reſeruant,[a] defendi poſſet, intelligendo de abſolutione peccati commiſſi ob illorum non reſtitutionem, & de reſtitutione, ac ordine confeſſariorum, hoc eſt vt poſſint prohibere confeſſariis, ne abſque conſilio ſuo abſoluant, aut diſtribuant, ſed non prohibere parti, vt, ſi per ſe velit, non reſtituat, ſuamve conſcientiam prout debet non exoneret: hacque nouâ diſtinctione diſſidentes opiniones omnes inter ſe conciliari & conſtitutiones ſynodales multorum epiſcopatuum defendi poterunt. Dixi ſupra (*Regulariter*) epiſcopus namque ſeſe immiſcere poteſt quatuor caſibus. Primus, cùm reſtitutioni obnoxius, moritur abſque hærede & exequutione. Secundus, cùm qui reſtituere tenetur, non vult id facere, & contra illum iuridicè proceditur. Tertius, cùm, qui reſtituere debet, non rectè diſtribuit. Quartus, cùm huiuſmodi res ab eo, qui eſt, aut fuit manifeſtus vſurarius, poſſidentur, ſecundùm communem.[b]

*[a] cuius gloſſ. ca. 2. de pœn. & remiſ. lib. 6. meminit.*

*[b] vbi ſup.*

93 Hiſce ampliùs addimus, quòd propter omnes rationes, ob quas confeſſarius debitorem rerum certarum non ſtatim reſtituentem, aut ad certum tempus, abſoluere poteſt, longè magis debitorem incertarum poterit: quódque ſi reſtitutioni obnoxius eſt pauper, poteſt totum, aut partem aliquam, maximè de conſilio epiſcopi, aut confeſſarij, tanquam vnus pauperum, ſibi capere, per ea quæ infra[c] dicemus. Neque eſt neceſſe iniungere ei onus orandi, vel alia pia opera faciendi pro animabus eorum, quibus reſtitutio debebatur, quæ neceſſe non eſſet aliis pauperibus iniungere, vt alibi[d] latè diximus. Cùm non ſit textus, aut ratio, quæ id probet, quàm ad ea, quibus alij obligarentur.[e]

Atqui, licèt pientius foret pauperiores eligere, & ex his, cæteris paribus, meliores,[f] non tamen eſt neceſſe, nulla namque lege, aut ratione id conuincitur[g] Per pauperes verò, intelligimus non ſolùm perſonas pauperes, ſed etiam eccleſias, xenodochia, & monaſteria, ornamentis, luminaribus, ædificiis, & id genus aliis indigentia, ſecundùm Ioan. And. communiter receptum,[h] ſeu alia opera pia: Reditus namque

*[c] eod. ca. n. 181.*

*[d] in Apolog. lib. de red. eccleſ. mon. 34. qu. 1.*

*[e] arg. l. illud, ff. ad l. Aquil. & ca. inter cæteras de reſcript.*

*[f] ca. eſt probāda, & ca. non ſatis, 86. diſt.*

*[g] vt in ead. Apolog. qu. 1. mon. 77. n. 2. concludimus.*

*[h] in c. 1. de teſta. lib. 6.*

eccleſiaſtici, æquè aut magis, quàm hæc incerta pauperibus debentur: [a] certum que eſt illos in alia opera pia inſumi poſſe, vt latiùs alibi, [b] probamus quicquid dicat Petrus Perusinus. [c] Cuius opinioni in legatis, pauperibus factis, locus eſſe poſſet. Imò, & pauperes intelliguntur, non ſolùm mendicantes, ſed etiam alij egentes ijs, quæ ad vitæ decentiam illis ſunt neceſſaria, vt diximus. [d]

Quò fit, vt iuſtè retineat quis id, quod per compoſitionem initam cum Camera Apoſtolica, ſuper incertis poſſidet, modò verè ſint incerta, [e] & compoſitio non ſit indiſcreta, ſeu temeraria, vt quia 20 millia pro 3. vel 4 millibus remittuntur, Caietan authore, [f] quia Papa habet adminiſtrationem generalem omnium, quæ debentur pauperibus, per ea, quæ alibi, [g] tradimus. Et ita poteſt iuſta de cauſa applicare aliis piis, [h] & condonare aliqua iuſta de cauſa, qualis eſt recuperandi pro illis, quod aliàs non recuperaretur, aut ſaltem tardè. Cæterùm, procurantes huiuſmodi conuentiones pro fructibus malè perceptis, quas vocant compoſitiones, peccato contaminati ſunt, tantiſper dum eas adipiſcantur, ſi, cùm poſſint, non reſtituant ea pauperibus. Imò, & iis obtentis, ſi eſt eis animus non reſtituendi ſibi condonata, etiamſi non fuiſſent condonata: veluti fur, cui remiſſum eſt furtum, peccaret, ſi eſſet animo non reſtituendi illud, etiamſi non remitteretur. [i]

[a] *c. aurum, 12. q. 2. & c. fin. 16. q. 1.*

[b] *in d. Apolog. q. 2. mon. 28. nu. 1.*

[c] *in tract. de canonica port. epiſc. ca. 7.*

[d] *in d. Apolog. qu. 1. mon 77. n. 4. & Caiet. 2. 2 qu. 100. ar. 1. ad 7.*

[e] *iuxta definitionem poſitam, ſup. eod. n 92.*

[f] *ibidem.*

[g] *in Comment. c. non liceat Papæ, 12. q. 9. n. 2.*

[h] *arg. Clem. quia contingit, de relig. dom.*

[i] *arg. dictorum, ſup. n. 78.*

## De fructibus beneficiorum malè impenſis.

Summæ.

94 *Confeſſarius quid de impenſis beneficiarij iudicabit.*

94 *Impenſa omnis inordinata peccatum, ſed magis clerici, quàm laici.*

94 *Regularis beneficiarij impenſa, quæ iuſta, & quæ non.*

94 *Beneficiarij regularis, & ſecularis, quæ impenſa recta.*

94 *Beneficiarius, quæ profanè impenſa non reſtituet.*

94 Communi calculo recepta, & vera opinio habet; Beneficiarios impendentes fructus ſuorum beneficiorum, in prauos, vanos, vel profanos vſus, & ab eiſdem accipientes, non ſolúm peccare: ſed etiam ad reſtitutionem teneri, vt latè probamus, declaramus, & limitamus alibi. [a] Nos verò fuſe ibi deſcripta, in pauca contrahentes, ſubiicimus.

Primúm, omnem impenſam quorumcunque bonorum à quibuſcunque, quocunque modo factam, ſi eſt inordinata, hoc eſt, rectæ rationi naturali, diuinæ, vel humanæ aduerſa, omnem denique retentionem inordinatam, eſſe peccatum, ſaltem veniale: nam illa eſt prodigalitas, hæc auaritia: hæc eſt contra virtutem liberalitatis per defectum, illa contra eandem per exceſſum: & proinde, vtraque mala, & peccatum ſaltem veniale, definitore S. Thom.[b] Inter impenſam autem prodigam, & retentionem auaram beneficiariorum de reditibus eccleſiaſticis ex vna parte, ac ſimilem de reditibus laicis ex altera, hoc diſtare, quòd hæc regulariter eſt venialis: illa verò mortifera, vt diximus, [c] poſt S. Thom. [d]

Animaduertendum porrò, An ſit regularis, an ſecularis. Et ſi eſt regularis, eâdem cenſurâ cenſenda eſt impenſa facta ex aliis bonis, quoquo modo quæſitis, ante vel poſt profeſſionem, ac de reditibus eccleſiaſticis: illa ſiquidem omnia ſunt eccleſiaſtica, eò quod quidquid habebat ante profeſſionem, fiat per eã monaſterij, vel ordinis,[e] & quicquid poſt eam quærit, acquirit eiſdem. [f] Modum autem reſtituendi malè impenſa, pertractamus ibidem. [g] Si autem eſt ſecularis, conſiderandum, cuius ſpeciei ſint bona illa, quæ impendit, nec cenſendum, eum mortaliter peccare magis quàm laicum, ſi bona illa erant patrimonialia. [h] Quorum in numero, ſunt etiam ea, quæ ratione dignitatis clericalis, ſacrificando, concionando, confeſſiones audiendo, aliáque ſacra miniſtrando, quæſierit. [i] Idem cenſendum, ſi erant eccleſiaſtica, ſed reſidua facta, etiam auarè ex illa eorum parte, quæ illi ad decentem vitam erat conueniẽs. [k] Idem quoque cenſendum, ſi ea beneficiarius ſit promeritus ex obſequiis eccleſiæ præſtitis, vltra ea quæ tenebatur præſtare, deſeruiendo mediocriter ſuo beneficio,[l] vel ſi

[a] *in Comment. c. fin. 16. qu 1. & in eius Apolog. qu. 1. 2. & 3.*

[b] *2. 2. q. 118. art. 1. & 119. art. 2.*

[c] *in d. Apolog. q. 1. mon. 39.*

[d] *in d. q. 119. art. 2.*

[e] *auth. ingreſſi, C. de ſacroſ. eccleſ. c. in præſentia, de probat.*

[f] *ca. cùm olim 2. de priuil. & in Apolo. præfata, qu. 1. mon. 10. & 3. ſeq. & 56. & 62.*

[g] *qu. 2. mon. 20.*

[h] *per ſcripta mõ. 22.*

[i] *vt ibi. & mon. 72. probatur.*

[k] *per mon 30. & 2. ſeq. q 1. & mõ. 77.*

[l] *per poſita, q. 1. mon. 78.*

vel ſi tantundem largitus fuerit eccleſiæ ſuæ aut pauperibus ex bonis patrimonialibus, vel quaſi patrimonialibus, quantum de reditibus eccleſiaſticis impenderit.[a] Poteſt ſiquidem tantundem pro patrimonialibus, habere de reditibus beneficij, quantum in eleemoſynas & alia opera pia impenderit, poſtquam beneficium fuit adeptus,[b] cẽſendum præterea eſt, bene impẽſum, quod datum fuit pauperibus quibuſcumque, etiam alienigenis, & locis pijs, extra ſuam parochiam, vel epiſcopatum conſtitutis,[c] etiamſi non fuerit data in neceſſitatem naturæ, ſed tantum decentiæ perſonæ[d] Idemque iudicium, ſi fuerit impenſum in decentiam, aut vtilitatem eccleſiæ immediatam, vel mediatam, hoſpitio ſuſcipiendo Regem, proceres, & iudices eius: litteratos inſuper viros, & amicos, imò, interdum inimicos, vt loco & tempore opportunis proſint, vel non noceant eccleſiæ, vel iuribus eius, aut litigando pro iuribus eccleſiæ, vel pro ſua electione, aut prouiſione.[e] Idem, ſi fuerit impenſum in remunerationem obſequiorum à cognatis, amicis, vel famulis ei præſtitorum,[f] & de verè irreuocabiliterque donatis, ad quæuis opera pia, etiam in articulo mortis,[g] ac de illo ſuperfluo beneficiarij, quod ſeruat in pia opera, etiam futura, modo probabiliter ſperentur.[h] Nec cenſendum malè impenſum, quod beneficiarius malè viuat, ob idque perdat fructus, modo alias canonice poſſideat.[i] Idem quoque iudicandum, de quæſitis per diſtributiones quotidianas, quod de alijs reditibus,[k] & de quæſitis per penſiones.[l] Pro male vero impenſo, cenſebitur retentio ſuperfluorum ſine iuſta cauſa, & ſine animo impendendi pijs operibus, ſaltem futuris probabiliter ſperatis.[m] Beneficiarium autem, qui fuerit confeſſus ſe impendiſſe notabilem quantitatem de reditibus eccleſiaſticis male, vane, aut profane extra caſus, & modos ſub prædictis comprehenſos, cẽſebimus peccaſſe mortaliter, tenerique reſtituere (qua parte poterit) illam, pijs operibus.

a *mon.* 77.
b *per idem mon.*
c *per mon.* 77.
d *per mon.* 77.
e *per mon.* 77. *&* 78. *q.* 1.
f *per mon.* 81. *ead. q.*
g *per d. mon.* 81. *& ſeq. d. q.* 1.
h *per mon.* 77.
i *per mon.* 70.
k *per idem mon.* 79.
l *per mon.* 80.
m *per mon.* 75.

Diuitem demum, qui gratuito contractu recipit à beneficario aliqua ſciens non eſſe patrimonialia, vel quaſi patrimonialia, neque ob cauſas prædictas donata, cẽſebimus ſimiliter peccare mortaliter, tenerique pro-

curare, vt donans reſtituat, & reſtituere, ſi id ipſe non fecerit.[a] De reſtitutione autem lucri, quod in ludis fit, agetur infra,[b] & de reſtitutione famæ.[c]

a iuxta mon. 81. q 1.
b c. 19.
c c. 18.

## Contra præceptum ſeptimum. qui peccant.

Summæ.

95 *Præceptum contra ſeptimum peccat qui accipit alienum, & 17. ſeq.*
95 *Locus ſacer quis in hac materia dicatur.*
113 *Obligatio antidoralis, non parit actionem.*
113 *Mercenario & famulo male ſoluens, vſque ad numerum. 112.*
114 *Excommunicatio non obligat clam ſua recuperantem, & 2. ſeq.*
114 *Debitum tantum legale recuperationem occultam iuſtificat.*
117 *Legatum pium male ſoluens tempore debito.*
118 *Neceſſitas extrema excuſat à peccato, ſed non à reſtitutione & num. 119.*
110 *Venatus, & piſcatus prohibitus, & an reſtitutio excuſet. 125.*
121 *Reſtituendum damnum, quod feræ alienis prædijs inferunt.*
122 *Cuſtos paſcui, Venatus, & Piſcatus, &c. 123. & 124.*
126 *Columbarium, quod licitum. 127.*
128 *Animalia aliena quicunque percutit, occidit, vel includit.*
128 *Apes & examina earum capiens.*

95 Peccat primò contra ſeptimum præceptum, qui rem alienam notabilem furatur, aut vult furari.[d]

11 Qui rem propriam, credens eſſe alienam, capit: quàmuis quoad forum exterius pœnam non incurrat, ſi per id nemini noceat,[e] nec quoad forum interius, reſtituere tenetur.[f]

d vt ſup. n. 1.
e arg. l. inter, §. pen ff de furt.
f vt ibi, n. 2.

III. Qui rem ſuam, in quam ius alius habebat, contra ſuam voluntatem contrectat, vt pignus traditum, aut equum locatum, vel commodatum aliámve rem non abſimilem.[a] a ſup n.26.

IIII. Qui rapit, aut vult quippiam rapere, quod peius eſt quam furari, [b] eſtque alterius, & peioris ſpeciei, ſecundùm ſanctum Thom. [c] ideóque habet circunſtantiam neceſſariò confitendam, per prædicta ſupra, [d] nec ſolùm de rapto, verùm etiam de honore, quem iniuſtâ vi abſtulit, ſatisfacere tenetur, vt alij, qui citra rei ablationem iniuriâ afficiunt, iuxta ſententiam eiuſdem ſancti Thom. [e] & aliorum: quod ipſum producendum videtur ad illum, qui cogit, vel cogere vult vt detur, vel fiat quippiam. [f]

b c.pœnale, 15. q.3.
c 2.2. qu.66. art.9.
d c.6.n.3.
e vbi ſup.
f arg. totius tit. ff quod met. cauſ. & de his quæ vi in vol. Gregorian li.6.

V. Qui rem ſacram ex loco ſacro, vel non ſacro, aut rem non ſacram, ex loco ſacro, furatus eſt, adeóque plus peccat, quàm fur ſimplex: & alterius ſpeciei peccatum, nempe ſacrilegium. [g] Etſi id patrando, effregit fores, feneſtras, ſeras, tectum, aut parietem eccleſiæ, eſt ipſo iure excommunicatus, [h] quàmuis non ob ſolam effractionem, quam furtum non ſequitur, nec ob ſolum furtum, ſine effractione, licèt vtrumque ſit peccatum graue, & propter iniuriam, quæ per vtrumque infertur eccleſiæ puniri debeat, vt poſt Panormit. Feli. & communem, [i] diximus. Cui conſequens eſt, quod Ioan. Maior.[k] dixit, putâ, quòd, qui effracto ſacrario, ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum furaretur, excommunicatus foret. Locus autem ſacer, quoad hoc dicitur quælibet Eccleſia, Xenodochium, baſilica eremitorium auctoritate Papæ, vel epiſcopi ædificata, [l] aut cœmeterium per illos ſacratum. [m]

g c.quiſquis, 17. q.4.
h c.conqueſti, de ſent. excomm. de quo infra c. 27. n.97.
i in d.c.cōqueſti.
k in 4. diſt.15.
l c.cōſtitutus, de relig.domib.
m c.1. de conſec. eccleſ.lib 6.

96 VI. Peccat, qui recipit aliquid notabile, vt faciat quod facere tenebatur, vt iudex, pro ferenda iuſta ſententia, teſtis pro veritate dicenda, vel accuſator pro accuſatione iuſta, ad quam tenetur, aut vt deſiſtat ab ea iniuſtè, [n] tenetúrque reſtituere, quod accepit, ei qui dedit, vt dictum eſt ſupra. [o] Et quàmuis grauiùs peccet, qui capit, vt faciat quod facere non debet: aut omittat, quod facere debet: non tamen tenetur ex præcepto reſtituere, quod accepit, tametſi ad damnum, quod intulit teneatur. [p]

n c.nō ſanè, 14. q.5. ca. militare, 23. q.1. l.1. & 2. ff. de condic. ob turp.cauſ.
o eod. c.n.37.
p per dicta ſup eod.c.n.33.

VII. Qui alieno iuſſu aliquid emit, dixitque pluris emiſſe, quò ſibi illud plus retineret iuxta ſanctum Antoninum, niſi pro impenſis neceſſariis acceperit, aut venditor donârit ipſi, non autem is cuius nomine emit.[a]

a arg. c. requiſiſti, de teſtam.

VIII. Peccat, qui diſtributor onerum, & commodorum alicuius Communitatis, vel alius, non diſtribuit iuſtè, aliis plus oneris, quàm debet imponendo, aliis minus commodi, quam par eſt, tribuendo, ſecundùm Anton. & omnes: quàmuis nec odio, nec alio prauo animo id faciat, niſi ignorantia probabilis iuris, aut facti eum excuſet: iuſtitiam enim diſtributiuam violat, & reſtituere tenetur grauato, id in quo grauauit, ſecundùm omnes, præſertim Caiet.[b]

b 2.2. qu. 62. art. 2.

IX. Peccat, prælatus[c], aut dominus, cui eſt ius conferendi beneficium eccleſiaſticum, aut officium publicū, conferens illud indigno ſecundùm omnes, vt alibi[c] diximus, & reſtituere tenetur, etiamſi ſit Papa, ſecundùm omnes, non quidem digno, vel digniori, vt nonnulli cenſent, ſed Reipub. vel eccleſię cui damnum intulit per ſupra dicta.[d]

c in ca. graue, de præb.

d eod. n. 72.

97 X. Qui impedit aliquem etiam citra prauum animum à conſequutione alicuius boni, officij, aut beneficij, in quo erat ei quęſitum ius in re, vel ad rem, vel malo animo à conſecutione alius, in quo nondum erat tale ius quæſitum. Sed priore caſu tenetur ad reſtitutionem, in hoc verò non, niſi vi metu, mendacio, aut minis id faceret, per dicta ſupra.[e]

e eod. c. n. 17.

f arg. cap. fin. de iniur. & l. qui occidit, ff. ad l. Aquil.

XI. Qui pœnam vel mulctam iniuſtam imponit, aut eſt cauſa, vt alius id faciat, vel ne ſuum ius conſequatur, cum reſtituendi obligatione, iuxta communem calculum.[f]

g c. excommunicationi, de rapto. l. ſi quis, ff. de incend. ruin. & naufr. & l. deprecatio, ff. ad l. Rhod.

98 XII. Peccat, qui ſibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, nec ſunt piratarum, aut infidelium, ſiue ex naui, ſiue ex mari, ſiue ex littore accipiat, cum reſtituendi obligatione,[g] quàmuis perirent, niſi occuparet: qualia ſunt farina, ſaccarū, papyrus, &c. cum ex charitate opem ſuis proximis ferre teneatur,[h] & ſi fuerit in mora reſtituendi, etiam ante monitionem, ipſo facto eſt excōmunicatus quoad Deum, licèt quoad eccleſiā debeat præcedere monitio, vt declarat Panor.[i] Quod

h d. c. excommunicationi.

i ibid.

locum habet,niſi periculo mortis etiam non adeo probabili ſe obiiciat,quò ea ſeruet,tunc enim,ſibi retinere poſſet. quòd opem ferre cum tali periculo, non teneatur. Quàmuis etiam tunc, ſi dominus iuſtè ſperat ſe recuperaturum ſuum alio medio, quia nimirum mare ad littus eiiciet, aut inueniet alios,qui mercede illud periculum ſubibunt, reſtituere teneatur, ſolutâ ſui laboris mercede,iudicio boni viri,iuxta S. Ant.[a] Ang.[b] & Silu.[c]

99 Quanquam idiota, qui crederet illud accipere ſibi licitum eſſe,per ſtatuta regionis,aut aliqua alia ratione, mortaliter non peccaret, nec ipſo iure excommunicatus foret,licèt reſpondere teneretur,ſi iudex ſub excommunicationis pœna moneret ſcientes vt manifeſtarent. Inter omnes autem conuenit capta omnino derelicta, vel pro derelictis habita, non eſſe reſtituenda, per ea, quæ infra,[d] de rebus inuentis dicentur. Non tamē cenſetur habitum pro derelicto, quod in mare ob procellā quò nauis onere leuetur,iacitur,ſecundùm gloſ. Panor. & communé,[e] quàmuis ſecus,ſi illud dominus deiecerit:quòd exiſtimet, licèt recuperari ſine probabili periculo vitæ poſſet, neminem tamen illud ſubiturum.[f] Quod ipſum, producendum ad accipientes ab iis, quorum domus,& bona igni deflagrāt, & grauiùs peccant, quam qui ſimpliciter furantur. Gab. authore.[g]

Neque obſtat, quod quidam ait me affirmare hîc, poſſe quempiam capere, & ſeruare ſibi bona Chriſtianorum barbaram piraticam exercentium, per naufragium amiſſa. Non,inquam, obſtat: quia reſpondetur primò,me id nequequam aſſerere,ſed longè diuerſum, puta, peccare, qui capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque ſunt piratarum, nec infidelium, &c. Neque in meo pronunciato, fit vlla mentio Chriſtiani exercentis piraticam. Tum, quòd ſolum damno capientem bona in mari amiſſa, ſi non ſunt piratarum, & infidelium,ídque veriſſimum eſt. An autem idem ſit,de bonis piratarum, & infidelium, non diſſero: & caſus omiſſus, habetur pro omiſſo, relinquitúrque iuri communi.[h]

Secundò, quòd non debuit per ſubauditionem, & argumento à contrario ſenſu, corrigere meum pronunciatum, cùm huiuſmodi argumenta non debeant

a 2 part.tit.1.c.15 §.1.

b verb. naufragium. § 3.

c eod. verb. q.2.

d eod n 170.

e in c. cùm dilecti,de accuſ.

f l ſi quis merces ff pro derelict.

g in 4.diſt.15.q.3.

h in l.cōmodiſſime,ff de lib. et poſthum.

ſumi probandis iis quæ ſunt contraria iuri. [a] Et conſequenter, ſi eſt verum iure communi, vt ipſe colligit cõtra me, malè profectò colligit per ſubauditionem, & à contrario ſenſu.

Tertiò, quòd aſſerit eſſe verum etiam id, quod colligitur à contrario de infidelibus, quibuſcum eſt nobis bellum iuſtum: & quilibet pius debuit credere, non intellexiſſe me de aliis. [b]

Quartò, quòd ne per ſomnium quidem, vnquam intellexi res à piratis raptas, non debere dominis ſuis, reſtitui, ſi noti ſint, quàmuis de captis ab hoſtibus iuſtis, & poſtea recuperatis iura diſtinguant. [c]

Quintò, quòd non tam facilè debuit damnare citra cuiuſquam auctoritatem, quod ego ſequutus ſanctum Antoninum. Ang. & Silueſt. æquè videor mihi dixiſſe: nempe, quòd, qui cepit aliquid amiſſum in mari, poteſt ſibi, tribus concurrentibus, retinere.

Primum, quòd illud omnino erat perditum, ſi ipſe id non ſaluaſſet. Secundum, quòd exciderit ſpe recuperandi. Tertium, quòd ſoluens illud, in maximum vitæ diſcrimen illius ergò, ſeſe præcipitaret.

Nec obſtat ratio illa generalis, quòd res aliena, vbicunque reperiatur domino eſt reſtituenda, id enim non eſt perpetuum: fallit namque cùm iuſta cauſa contrariũ ſuadet. [d] In caſu autem propoſito, videtur interuenire iuſta cauſa manans ex eo, quòd dominus ſatis præſumi poteſt habuiſſe pro derelicto: quódque capiens non tenebatur tam grande periculum ſubire: & alioquin, illud omnino periiſſet. Et ſicut vſucapio iuſtificat acquiſitionem rei alienæ, ne incerta ſint rerum dominia, [e] à fortiori videtur iuſtificare cauſam retinendi huiuſmodi acceptum, ne omnino periret: cùm longè peius ſit rem omnino perire, quàm eius dominium, penes quem ſit, incertum eſſe, adiuncta præfatâ ſpei recuperandi amiſſione, & præſumptione derelictionis: quódque fortuna (quæ eſt ipſa prouidentia diuina) inſperatam rei recuperationem ei indulſit.

100 XIII. Peccat, qui non caſu, ſed de induſtria, in aliquam domum, prædium ruſticum vel vrbanum aut ſegetes, ignem immittit, cum reſtituendi obligatione. [f] Et ſi locus erat ſacer, putà eccleſia, cœmeterium

a *c. A nobis 2. de ſent excom. iuxta Pan. & Fel. c. cum Apoſtolica, de iis quæ fi. à Præl. & Felin. in c. ſignificaſti, de for. compet.*

b *c. Eſtote miſericordes, de reg. iur.*

c *l. 2. & aliquot aliis, ff. de cap. & poſtl. reuerſ.*

d *vt in c. Nequis, 22. q. 2. & in re vſucapta toti ti ff de Vſucap. & in re pro derelicto habita, toto tit ff. pro derel. & in clam accepta, pro legali debito iuxta dicta ſupra c. eod. n. 115. & in ea quam Princeps iuſta de cauſa militi concedit, l. item ſi ver. liberatum, ff. de rei vend. & l. Lucius, ff. de euict.*

e *l. 1. ff. de vſucap.*

f *c. peſſimam, 23. q. vlt. & c. ſi quis de iniur.*

aut xenodoxium, &c. ipſo facto eſt excommunicatus. & quàmuis antequàm deunncietur ab epiſcopo, abſolui poſſit, non tamen poſtea, authore Panorm. & commun.[a]

Si verò locus non eſt ſacer, non eſt ipſo facto excommunicatus, quamquam excommunicari debeat. Eiuſmodi autem quando dicantur denunciati, vel non, dicetur infra.[b] Auctor verò incendij, vel alterius delicti manifeſti, occultus, non poteſt pœna excommunicationis compelli ſe manifeſtare, ſed ad reſtitutionem debitam faciendam[c] ſecus.

a *in c. conqueſti, & c. tua, de ſent. excom.*

b *c. 27. n. 104.*

101 XIIII. Peccat qui ſoluit, aut laxari facit iniuſtè, ob debita in carcerem iuſtè coniectum, cum obligatione reſtituendi debitum creditori, quàmuis mitericordiâ motus id faciat,[d] niſi ſit adeo pauper, vt neque per ſe, neque per alium probabiliter ſoluere poſſet: tunc enim vt ipſe ſe ſoluendo, & fugiendo non peccat, ita nec alius, qui fugæ auctor eſſet, nec reſtituere creditori tenetur, ſecundùm communem: licèt plærique contrà, quò reſarciatur damnum, quod inde commentarienſi, ſeu carceris cuſtodi eueniet. Contra quos tenet Caiet.[e] quem ſequimur. Nam qui è carcere licitè fugit, damna cuſtodiis reſarcire non tenetur, vtpote, quæ per accidens præter mentem eius, qui ſe carcere liberat, contingant.

c *c. quidam, 5. q. 1. & Caiet. in opuſc. lib. 17. reſponſ. 14. reſp.*

d *Io. de Platea. in l. quoties, de exact. lib. 10.*

e *2. 2. q. 66. art. 4.*

102 Dixi (*Conuictum in carcerem ob debita*) carcere ſiquidem ob delictum, morte vel abſciſſione membri dignum frenatus, licitè fugere poteſt, iuxta S. Tho.[f] ſiue peccatum occultum ſit, ſiue publicum, ſiue condemnatus ſit, ſiue non, authore Sil.[g] quicquid dicat Cardinalis[h] etiam effringendo, aut limando compedes, & carcerem rumpendo, modò vim carceris cuſtodi, vel alteri iuſtitiæ miniſtro non inferat, quicquid dicant Henr.[i] & Sil.[k] vt optimè Caietan.[l] defendit, & à fortiori ratione, fugere ſéque carcere effundere, qui quæritur, vt capiatur iuſtè, aut iniuſtè cum voluntate ſatisfaciendi quantum conſcientia recta dictat. Qua eadem ratione, poteſt quis alterius fugæ licitè opitulari, vt antequam à ſatellitibus, & iuſtitiæ adminiſtris capiatur, ſeſe liberet, cū neque ex nexu ſeu obligatione

f *2. 2. q. 69. art. 4. ad 2.*

g *verb. fugere.*

h *in Clem. paſtoralis, de re iudic.*

i *quodl. 9. art. 21.*

k *vbi ſup.*

l *in d. art. 2.*

ſui officij, nec mandato Regis, aut alterius ſuperioris, qualitate delicti, ſeu alia re particulari prohibetur, & credit, quod ſine carcere, & pœna temporaria reſipiſcet ac ſuperſedebit peccato. [a]

*a vt in c. inter verba, 11. q. 3. concl. 6. diximus.*

103 XV. Peccat, qui captiuus fugit, aut fuit cauſa, vt alius captiuus à ſuo domino fugeret, cùm obligatione reſtituendi eundem captiuum, ſi poteſt: ſin minùs, æquè bonum, aut pretium, & præterea quæcunque fugiens furatus eſt, nam ſicut fuit cauſa fugæ, ita & omnium, quæ fugam adornans ſurripuit, [b] quamquam Chriſtianus captiuus apud infideles, fugiendo non peccet, nec qui ei auxiliatur, [c] ſi tempore pacis, aut iniuſti belli ex parte infidelium, captus fuit. [d] Idémque iudicium, ſi Chriſtianus iniuſtè ab alio Chriſtiano detinetur: at ſi captus fuit in bello iuſto ex parte infidelium, quale eſſet: ſi Chriſtiani tempore induciarum, aut pace cum illis conſtituta, Infideles adorirentur, reſtituere honeſtam redemptionis mercedem, tenetur, [e] quàmuis non perſonam, propter animæ periculum. Ad nullam etiam reſtitutionem teneretur caſu quo infidelis ad circumciſionem, aut idololatriam Chriſtianum cõpelleret: nam ipſo facto omnino liberatur, [f] & ita, qui liberauit, non peccat, quin potiùs bene meretur Silueſt. authore. [g]

*b arg. c. fin. de iniur. per dicta ſup. c. 11. n. 15.*
*c arg. l. 1. C. ne Chriſtian. mancipium.*
*d arg. c. Dominus, 23. q. 2. & q. 8. c. vt pridem.*
*e arg. c. noli, 23. q. 1.*
*f c. nulla, 54. diſt.*
*g verb. furtum, q. 6.*

Neque obſtat, quòd quidam ait, me iſthic dicere, captiuum in bello captum non poſſe fugere, & ad ſuos redire: ea id ratione damnans, quod non diſtinguo inter ſeruum emptum & bello captum, vt Sotus diſtinguit. [h] Reſpondetur enim primò, non dicere me, quod mihi imponit: ſiquidem, non loquor in ſpecie de captiuo ab hoſtibus fugiente ad ſuos, ſed in genere, de captiuo fugiente à ſuo domino.

*h lib. 4. q. 2. art. 2. de iuſt. & iur.*

Secundò, quòd citat, quandam gloſſ. [i] quæ citra vllam diſtinctionem definit, ſeruum in bello iuſto captum, peccare fugiendo à ſuo domino.

*i c. ius gentium 1. diſt.*

Tertiò, Sotum non firme aſſeuerare diſtinctionem inter ſeruum emptum, & bello captum: ſed eam citra cuiuſquam auctoritatem, facit per verbum (*reor*) & paulò pòſt, defert iudicium iuriſprudentibus, miſcendo nonnulla, quæ iuſtâ dolabrâ indigent. In quibus eſt, quòd [*cap. Si quis ſeruum,*] [k] non probat concluſionem

*k 17. q. 1.*

præfatæ gl. in quam ipſam citat, nec loquitur de ſeruo fugiente, ſed ſollicitante eum ad fugã, potéſtque intelligi de emptitio, quæ reſponſio confutatur. Tum, eo quòd, ſi peccatũ eſt ſollicitare ſeruum ad fugam, à fortiori, peccatum erit ſeruo fugere: cùm plus delinquat regulariter faciens actum, quàm conſulens illum. [a] Tum, quòd ex nulla parte illius cap. nec etiam cap. præcedentis, quod ei concordat, colligi poteſt concilium Gangrenſe, ex quo fuerunt illa excerpta, agere de ſeruo emptitio magis quàm bello capto. Tum, quòd nullum iuriſconſultorum reſponſum in Pandectis, nec vlla imperatorum conſtitutio in C. nec vllus Commentator eorum claſſicus, eius nouam diſtinctionem (quod meminerim) facit. Tum, quòd ius gentium publicum, tantam, maiorémve auctoritatem potuit dare dominis erga captos in bello, quantam conſenſus priuatus: cùm auctoritas publica (præſertim omnium gentium) maiorem poteſtatem habeat in perſonas hominum, quàm vllus priuatus. [b] Præſertim, quòd cauſa publica inducendi ſeruitutem bello captorum, multò iuſtior fuit, cauſa priuatâ, ob quam ſe quis vendit, fuit enim conſeruatio publica vitæ innumerorum bello captorum: cauſa verò ſeruitutis per emptionem fuit priuata, & pauciſſimorum. Tum, quòd Couarruuias in locis ab opponente citatis [c] huius diſtinctionis, non meminit, at expreſsè, [d] approbando præfatam gloſſ. affirmat, peccare ſeruum fugientem à domino, ſi fugiat extra limites hoſtium redeundo ad ſuos, etiamſi ſit Chriſtianus, ab infidelibus iuſto bello captus.

a per c. 1. cum ei adnot. de offic. deleg. & dicta ſup. eod. ca. n. 14.

b l. liber homo, ff. ad l. Aquil. & c. contingit, de ſent. excom. cum adno. eis, & alibi ſæpe.

c putà c. peccatũ, 2. part. § 11. nu. 6. & lib. 1. variarum reſolut. ca. 2. n. 10.

d in d. ca. n. 10.

104 Quartò, quòd praxis totius ferè eccleſiæ Chriſtianæ, cogit ſeruos redire ad dominos ſuos, niſi ſint Chriſtiani, inueniantur in regnis, quæ de more antiquiſſimo, non ferunt, in illis vllum Chriſtianum eſſe ſeruum, qualia ſunt regna Francorum, & patria communis Roma, quæ donat libertate Chriſtianos ſeruos ſeſe certa lege ſibi ſubdentes. A quibus tamen abſoluendis, citra conceptum animi redeundi ad dominos ſuos, audio abſtinuiſſe multos eruditos confeſſarios.

105 XVI. Qui recipit quippiam gratuitum ab eo,

qui donare non poterat, niſi ignorantia probabilis excuſet, & ad reſtitutionem tenetur, Monald autore.[a] Donare autem non poſſunt Abbates, religioſi, moniales,[b] ſerui, & alij, non habentes aliquid proprij, filij deni que, qui ſunt in poteſtate patri.[c] Licet hi cognatis donare poſſint, ſi liberam adminiſtrationem habent. Quin & alijs, ex ſuis bonis caſtrenſibus, aut quaſi caſtrenſibus.[d] Poſſunt etiam illi omnes, præuia expreſſa vel tacita facultate ſuperioris donare. Quam habere creduntur, qui de eorum licentia ſtudent, aut peregrinantur, ad largiendas eleemoſynas pauperibus, prout alij ſuæ conditionis ſcholaſtici regulariter faciunt.[e] Inſuper etiam in caſu extremę neceſſitatis, imò & magnæ, ſi ad ſuperiorem non pateat confugium, iuxta Panormitanum receptum.[f]

106 Neque etiam vxor, præter dotem, non habens alia bona, Paraphernalia nuncupata, donare regulariter poteſt, ſine expreſſo, aut tacito conſenſu mariti, niſi cùm ipſe ad id tenetur.[g] Sub qua limitatione, includi poſſunt octo caſus, quibus vxori donare licitum eſt, quos poſt alios.[h] Silueſt.[i] ſcripſit. Neque furioſus, non habens certa interualla dilucida quibus ad mentem ſerenam redire ſolet.[k] Neque pupillus abſque tutoris ſui auctoritate.[l] Neque prodigus, habens curatorem, aut cui eſt bonis interdictũ.[m] Neque minor 25. annis, quàmuis eius donatio valebit, ſi illis exactis, eam ratam habuerit.[n] Neque perſonæ eccleſiaſticæ de reditibus eccleſiaſticis, niſi ad pia, vel modis ſupra tactis.[o] Neque heretici, rebelles, vel id genus alij quos lex ob ſua delicta, bonis ipſo facto priuat.[p] Quanquam illi, quibus donata ab illis ſunt, vſque ad ſententiam declaratoriam retinere poſſunt, Angel.[q] & Silueſt.[r] autoribus.

XVII. Qui recipit quippiam notabile pro ſe, ſciens non eſſe illius à quo accipit, per contractum, ſiue oneroſum, ſiue gratuitum, Alex. deciſore[s] cum reſtituendi obligatione, vt dictum eſt ſupra.[t]

a in ſum.
b ca. non dicatis, 1. q 2.
c l. filius familias, ff. de donat.
d d. l. filius. cum gloſſ. & cõmuni.
e arg. l. longius, ff. de iudic gloſ.
d. ca. non dicatis, & l. 2. ff de iuriſd. om iudic.
f in c. ſi quis, de furt. & gloſ. d. c. non dicatis.
g iuxta gloſſ. ca. quod Deo pari. 33 q 5.
h in 4. diſt 15.
i verb. eleemoſyna q 5.
k l. iulianus, ff. de Minor.
l l. Pupillus ff. de acq. rer. dom.
m l. n cui, ff de verb. oblig. cum not. per Bart. & alios.
n l. fin. C. ſi mai. factus.
o eod. n. 94.
p c. vergentis, de hære. c. cũ ſecundum eod. tit. lib. 6. l. quiſquis, C. ad l. Iul. maieſt.
q verbo donatio, 1 § 4.
r eodem verbo quæſt. 1. § 8.
ſ 4 part. quæſt. 86.
t eodem capite num 10.

107 XVIII. Qui ſe ſanctum, pium, pauperem, infirmum, aut religioſum, cùm non eſſet, ſimulauit, vt eiuſmodi ſimulatione, eleemoſynam ab eo, qui patefacta ſibi veritate, non dediſſet, obtineret, cum obligatione reſtituendi quod datum ei fuit, non quidem illis à quibus accepit (iam enim apud Deum mercedem ſuam conſequuti ſunt) ſed pauperibus, iuxta Scotum communiter receptum, [a] & copioſiùs Adr. [b] Sotus tamen poſtea [c] tenuit hypocritam ad reſtitutionem non teneri, niſi eleemoſyna magna foret: at communis videtur verior, nam quòd eleemoſyna ſit magna vel parua, non refert quoad forum interius, de quo agimus, ſed duntaxat, vt præſumatur, an erogans habuerit, aut non habuerit animum abſolutè erogandi, [d] præſumptio autem ceſſat in foro interiori, vbi ſola veritas valet. [e] Quam tamẽ communem limitamus, ne procedat, cùm ſimulatio non eſt cauſa finalis, ſed tantùm impulſiua, [f] quod genus videtur ſimulatio, qua paruæ eleemoſynæ acquiruntur. Quoties porrò ſic quæſitum fuerit, non eſt ei, qui dedit reſtituendum (vt videtur ſignificare Sotus) ſed pauperibus (vt ait communis) per quos omnia opera pia intelliguntur. [g] Cauſæ namque finales illius eleemoſynæ, duæ fuiſſe videntur, putà, amor Dei & neceſſitas proximi, habiti pro ſeruo. Dei ideóque quãuis hæc ſecunda ceſſet, ac proinde, quoad pauperem ſimulantem, erogatio non valeat, quoad Deum tamen, valet, ceſſante namque vna ex duabus cauſis finalibus, non ceſſat diſpoſitio iuris, [h] inque Deum ipſum dominium tranſiit, modo quo eius quod diuinæ ſuæ maieſtati donatur, tranſit. [i] Ideoque impendẽdum eſt in ea, quæ ad ipſum Deum ſpecialiter pertinent, non autem neceſſariò in ſolas pauperum perſonas.

Nec obſtat, quòd quidam damnet hanc meam ſententiam, qua aſſero eleemoſynam factam ſimulanti ſe pauperem, cùm nõ eſſet, non eſſe reſtituendam facienti eam, etiamſi eſſet magna quia Sotus contrarium tenet, reſpondetur enim primò, me allegato Soto, & perpenſa eius ratione, tranſiſſe in ſententiam, quam nunc amplector. Tum, quia ipſe contra veritatem fundatur in præſumptione, quæ non habet locũ in foro conſciẽtiæ, de quo loquimur: Tum, quòd datũ principaliter amo-

a *in 4. ſentent. diſt. 15 q. 2.*
b *in 4. de reſtit. q. 15.*
c *lib. 9. qu. 7. ar. 3. de iuſt. & iur.*
d *arg. ca. Et ſi quæſtiones, de ſimon.*
e *ca. tua, & c. is qui, de ſponſal.*
f *arg. text. optimi, in l. 2. §. fin. ff. de donat.*
g *iuxta citata ſup nu. 93. eod.*
h *§. affinitatis, inſtitu. de nupt.*
i *arg. l. ſi quis, ad declinandam iuncta ſua gloſſ. verb. minus, C. de epiſc. & cler. & §. ſi quis in nomine, auth. de eccleſ. tit. colla. 9. & not. per Innoc. in c. cùm ſuper, de cauſ. poſſeſſ.*

re Dei, licèt non acquiratur ei, cui datur, acquiritur tamen Deo, & operibus piis, quæ ſunt ipſius: Tum, quòd cauſa eleemoſynæ legitimè datæ, principalior eſt Deus ipſe, quàm is, cui eius amore datur: Cauſa autem finalis potius eſt attendenda, quàm impulſiua: Et cùm ſunt duæ cauſæ finales alicuius actus, ceſſante altera, non ceſſat actus ille, ſed conſeruatur ab altera. Tum, quòd opinio Soti procedit non ſolùm in eleemoſyna magna: ſed etiam parua: quando conſtat largitorem eius, noluiſſe dare Deo, aut operibus piis, ſi non eſſet quærenda ei, cui datur.

108 XIX. Qui mercenario diarium ſuum ſtatim non ſoluit, contra illud Leuit. (*Non morabitur opus mercenarij, &c.*) Vel ſoluit quidem, ſed non ea ſpecie quam debet, putà panno, eſculento aut poculento, contra eius voluntatē, cùm poſſit ſoluere in re conuenta. Si verò in ea non poterit ſoluere, id in quo ſoluet, æſtimandum erit iuxta pretium commune: Quod ſi mercenarius eo non indigens, vendit, nec inuenit pretium, quo accepit, ad damnum tenetur, iuxta ſanctum Anton. [b] & communem. Quod meminiſſe deberent confeſſarij, & admonere concionatores in eis ditionibus, in quibus belli duces, & alij Regum adminiſtri ſoluunt ſtipendia militibus in pannis, quibus non indigent, quóſque longè viliori pretio confeſtim vendere coguntur. Cæterùm, ſtipendium temporis, quo ſeruus ægrotauit, ſoluere non tenetur herus. [c] Si porrò mercenarium, vel quemlibet alium famulum, ſuas operas locare ſolitum, nullo pretio conuento ſuſcepit, tenetur ei ſoluere tantum, quanti alium ſimilem conduceret: ſi verò pretium ſtatuendum eſt arbitrio heri, boni viri arbitrio taxandum erit Feder. [d] Angel. & Silueſt. [e] autoribus.

a *ca.19.*

b *2.part.tit.1.c. 17.§.8.*

c *gloſſ. in l. ſi vno, §.cum quidam, ff.locat.*

d *conſil.18.*

e *verbo.familia.*

An autem qui donauit ſua, aut renunciauit beneficio ſuo, vt poſſit iuſtè cooptari in aliquod collegium, in quod ſoli pauperes cooptantur, ſit habilis ad illud, dubitare meritò quiſpiam poſſet, & quidem pro parte negatiua vrgere videtur quòd paupertas prædicta videtur culpabilis, procurata, & affectata, quæ non debet prodeſſe. Pro parte verò affirmatiua, quòd is eſt verè pauper tempore cooptationis, quod ſolùm ſtatuta requirunt: nec talis factus eſt culpâ ſuâ: nemóque diceret

eum inhabilem, ſi id amore Dei feciſſet: Accedit quòd ſtudioſè, ſiue virtuoſè & meritoriè, adeóque ſatis propter Deum relinquit bona, qui ea abdicat, vt adipiſcatur locum opportunum ſtudiis, & virtutibus, quò commodiùs maioréque cum auctoritate Deo, Eccleſiæ, & Reipub. inſeruiat: vtque muniatur qualitatibus, & opinione neceſſariis ad conſequenda loca. in quibus id præſtare valeat. Quibus quidem rationibus, in hanc partem propendemus, modò donatio ſit irreuocabilis. ſine vllo pacto de retrodonando, & renunciatio beneficij ſine pacto, & confidentia illicita de retrocedendo, ſecus enim, ceſſio eſſet fraudulenta, & ipſo iure nulla, nec vacaret beneficium, ſecundùm Innocent. [a] & Rot. [b]

XX. Nolens ſoluere famulis ſtipendium debitum tacitè, vel expreſsè conuentum, cum obligatione reſtituendi, per proximè dicta: vel ſoluere quidẽ volens, ſed longè minùs iuſto.

109 Vnde ſequitur primò, quòd maior pars magiſtrorum artium mechanicarum, quales ſunt ſartores, ſutores, fabri lignarij, latomi, &c. qui accipiunt famulos, quos tyrones vocant, vt eos doceant ſuas artes, ob idque nullam vel exiguam eis mercedem pendunt, & interdum etiam pro victu, quem illis præbent, aliquid accipiunt. Scholaſtici etiam Salmanticenſes, Pariſienſes, vel alij qui accipientes famulos cõuentione expreſſa vel tacita, ſe illis certum tempus ſtudijs impertiendum conceſſuros, panémque & duos denariolos pro obſonio, ac ſingulis in ſingulos menſes, ſingula paria calceorum: poſtea verò occupant eos aliis negotiis contra ipſorum voluntatem, adeo, vt non poſſint diſcere eiuſmodi artes, aut ſtudere, peccant, cum magna obligatione reſtituendi damnum eis illatum, ob tempus diſcendi, ac ſtudendi, illis ereptum. Si verò eos volentes occupant, tenentur illis dare quantum dediſſent aliis, qui citra tempus ſtudendi & diſcendi, ipſis ſeruiuiſſent.

II. Peccare cum obligatione reſtitutionis, eos, qui accipiunt famulos, conuentione inita, quòd non vacabunt literis, nec illis amplius ſtipendium tribuunt, quam aliis, quibus facultatẽ ſtudendi faciunt, ſiquidem,

a *in ca. cum vniuerſorum, de rer. permut.*

b *in antiq. 7. de renunc. probat extrauag.* Pij IIII. *& melius* Pij V. *de confidentia, relata infra, ca. 23. n. 110*

notabiliter eſt minus mercede, quam eorum obſequia merentur.

III. Quòd nobiles, qui citra conuentionem expreſſam pueros precibus parentum accipiunt, & præbentes illis victum & veſtitum, qualem geſtabant cùm eos ſuſceperunt & per ſe vel alios elegantiâ morum, & artibus honeſtis eos inſtituunt, quoad viri euadant tandémque honeſtè inſtitutos dimittunt, obligationi iuſtitiæ, qua erga eos tenentur, ſatisfaciunt: cùm illis ex conuentione expreſſa, aut tacita, plus non debeatur, nec amplius ea ætas, illúdve obſequij genus mereatur, niſi accederet lex, promiſſio, aut conſuetudo particularis, ad plura eos obligans.

110 IIII. Suſcipientes œconomos, à ſecretis, architriclinos, pueros, ſatellites, à pedidus & alios id genus famulos ea lege, vt ſint ſemper ad nutum præſto ſeruire, non præbentes nihilominus illis victum aut veſtitum, ſed certam pecuniam, ipſorum victui non ſufficientē, tenentur ſoluere reliquum ad eorum victum & veſtitum honeſtum neceſſarium: adeóque honeſtam mercedem, pro modo obſequiorum.

Dixi ( *Ea lege, vt ſint ſemper ad nutum præſto ſeruire* ) ſi enim eos non accipiunt, niſi vt tres, quatuórve menſes illis ſeruiant, non aſtringentur ad aliud, quàm quod obſequia illorum menſium merebuntur, nec ſi cum eis paciſcuntur ad aliquas horas diei, vt nonnulli Doctores Salmanticenſes accipiunt in comites, qui eos comitentur euntes ad Cathedram Doctoralem, & inde redeuntes, diebus inſuper feſtis cùm proficiſcuntur ad ædem ſacram, aut ab eadem ipſi, eorúmve coniuges reuertuntur, non tenebuntur amplius ſoluere, quàm obſequium illarum horarum meretur.

111 V. Quòd magnates, qui ſuis famulis dant certam portionem, ad victum & veſtitum moderatum inſufficientem, non obligando tamen eos ad continuum obſequium: ſed ſolùm, vt habitent, aut reſideant certum tempus, vbi reſederint, & compareant coram eis ſaltem ſingulis quindecim diebus ſemel, non tenentur ſoluere amplius, quàm illam pecuniam, ſi illis plus quàm dictū eſt, non ſeruiant: quia nec conuentio expreſſa, nec obſequia facta, eos ad amplius obligant. Sed ſi pluribus

quam conuentis eorum opera vtantur, tanto plus tenebuntur, quanto magis eos ſibi ſeruiendo occupauerint, minuſque temporis peragendis ſuis: negotijs, eis indulſerint Illorum ſiquidem meritorum iuſtitia eos ad id iure naturali, & diuino arctat. (*Dignus eſt enim, mercenarius mercede ſua.*)[a]

XXI. Peccat, clam recipiens, quod ſibi deberi prætendit, pro vſuris, dolo, aut alio delicto à ſe admiſſo. Licèt enim ſponte data ob delictum, regulariter retineri poſſint: non tamen iuſtè peti, minúſque vti legalia debita recipi. *a Luc. 10. cap. 13. q. 2.*

112 XXII. Occultè recipiens, quod ſuũ eſt, vel ſibi iuſte debetur, quando commode iure recuperare poſſet, aut qui (etiamſi commode iure recuperare nequeat) ſe ob id periculo mortis, aut iacturæ alicuius membri, qua iudex propter furtum condemnare poſſet, obijcit: quique id facit contra conſcientiam ſibi ſuggerentẽ quod ita recuperare, peccatum eſt mortale, & qui aduertit vel aduertere debet, ex tali occulta recuperatione emanaturum magnum ſcandalum, aut damnum, ei qui habebat eam rem, quam ſic ille recuperauit penes ſe depoſitam, pignoratam, aut commodatam, licet ad reſtitutionem non teneatur.[b] Non eſt tamen peccatum, occulte recipere, quod ſibi vere debetur, cum ſecus id recuperari non poſſet propter defectum, iniuſtitiam, ignorantiam, vel affectum iudicis, alteri parti fauentis. Quin & quamuis recuperari poſſit, non tamen commode propter eius paruitatem, & magnitudinem ſumptus in recuperando faciendi, aut quia ex eiuſmodi lite ſimultates orirẽtur, vel licet citra litem recuperari poſſet: non tamen citra amiſſionem gratiæ, & amicitiæ debitoris,[c] modo in tali recuperatione ſubiectæ conditiones concurrant. *b Gabr. in 4. diſt. 15. q. 3.* *c iuxta gloſſ. ſing. in c. ius gentium, 1. diſt.*

113 Prima, ne quod prædictorum inconuenientium ſequatur. Secunda, ne plus debito ſuo accipiat. Tertia, vt reſtituat damnum corporale, aut ſpirituale, quod ex eo ſuboriri poſſet, Gab.[d] & Silueſt.[e] autoribus. Quarta, vt res, quam accipit non ſit aliena, nec furto, latrocinioue ablata, nec perperam ab eo qui debet, acquiſita Quinta, vt caueat, ne iterato tale debitum ſibi ſoluatur, & vt debitor recordatus illius deberi, vel pœnitens vo- *d vbi ſup.* *e in roſa aurea caſu 37.*

luntatis non ſoluendi, id ei ſatisfacere velit. Cauebitur autem ſatis. Si quo honeſto modo debitori, eiuſve hæredibus ſignificet, nihil eos illo nomine vlli debere, ſecundùm Sanctum Ant.[a] Sexta, vt illud verè, & de iuſtitia ſit ei debitum. Plærique enim decipiuntur (noſtro iudicio) vſurpantes quippiam ex bonis ſuorum dominorum in ſuorum obſequiorum ſatisfactionem, quibus quàmuis aliqua compenſatio remuneratoria debeatur debito gratitudinis, & antidoralis: non tamen de iuſtitia vera, & legali. Obligatio enim gratitudinis, quam antidoralem apellant, non parit actionem, aut ius petendi, ſicut obligatio legalis, per notata à ſancto Thom.[b]

114 Qui porrò rem depoſitam apud quempiam, clam accipit in ſolutionem debiti, quod ei debet, tenetur reddere, vel manifeſtare ob excommunicationem latam contra id accipientem, vel ſcientem: nullo enim iure conceditur, vt creditor accipiat in compenſationem rem à debitore detentam, ſi non eſt ſua, & ita eſt prohibitum hoc ſeptimo præcepto. Credimus etiam decipi, putantes ſibi licere auctoritate propria vlciſci iniurias, quas per iuſtitiæ miniſtros non poſſunt: quamuis gloſſ. quædam[c] (quam Paulus Caſtrenſ. conſulendo ſequutus fuit[d]) dixerit poſſe. Quinetiam accipientes aliquid occultè, ob pœnam, illis non debitam ante condemnationem.[e] Excommunicatio nihilominus generalis epiſcopi, qua monitione præmiſſa, excommunicaret ſcientes, & non reuelantes res ſubſtractas alicui neſcienti, qui eas ſubſtraxit, non obligaret eum, qui ſic recuperaſſet: neque etiam id ſcientes, modo pro comperto haberent, eas pro debito legali fuiſſe ſubſtractas: ſecus tamen, ſi dubitarent, licet recuperans eis dicat, ad recuperandum ſuum, tantum quod iuſtum erat, accepiſſe: niſi tanta fide, & virtute apud eos polleret vt merito propter eius dictum, dubitationem animis ſuis eximere deberent.[f]

115 Quæ procedunt, etiamſi epiſcopus iuberet reuelari eos, qui eiuſmodi rem pro recuperatione rerum ſuarũ accepiſſent, vt rectè probat. Silueſt.[g] quicquid Roſel dicat. Quod ipſum nobis videtur, quando datur excommunicando ſpecialis ob eandem rem, quicquid

dicat

a 2. part. tit. 1. c. 15. §. 1

b 2. 2. quæſt. 58. & 100. & ab aliis in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. & l. ſed etſi, § conſuluit, ff de petit. hæred.

c l. nullus, C. de Iudæ.

d conſil. mihi. 203.

e per gloſſ. c. fraternitas, 12. qu. 2 & quæ in eius comment. not.

f arg. gloſſ ſing. in l. Titio fundus ff. de condit. & demonſt. & eorũ quæ addit ei Felin. in ca. cùm cõtingat, de reſcr.

g verb. furtum, 1. q. 5.

dicat Syluest.[a] Tum, quia quàmuis ſpecialis ſit quoad rem, quoad perſonas tamen generalis eſt. Tum, quia excommunicatio maior generalis, non ligat mortaliter non peccantem.[b] Tum, quia nemo ſe, aliùmve innocentem tenetur prodere, præſertim ad damnum, & diſpendium.[c] Tum, quia (vt idem Syluest. ait) ſi intentio iudicis eſt, vt manifeſtaretur, quàmuis accepiſſet in compenſationem iuſtam, intolerabilem errorem contineret, & ita, non valeret.[d] Tum, quia clauſula huiuſmodi poni ſolita in litteris Apoſtolicis, ſub forma *Significauit*, intelligenda eſt, quando ſcitur non fuiſſe acceptum, pro iuſta compenſatione, aut dubitatur.[e]

116 Nec refert, an res ſit depoſita, an non, quoad forum conſcientiæ, quicquid aliqui dicant.[f] At verò, ſi quis bene accipiens, iurare cogeretur, an ſciret quis accepiſſet, poſſet reſpondere ſe neſcire, ſubintelligendo intra ſe, aliquem, qui male accepit.[g] Indubium autem eſt dictum Medinæ,[h] quòd nimirum modo ſupradicto recuperans, contra voluntatem debitoris parati ſoluere illi, peccaret, licèt non teneretur reſtituere.[i]

Cæterùm, licèt tertius quiſpiam, non debeat regulariter accipere etiam occultè, quod eſt eius, qui reſtituere tenetur, nec vult, nec commodè compelli poteſt, vt ſuo creditori ſatisfaciat.[k] Vxor tamen occultè capere poteſt de bonis mariti, debentis nec volentis ſoluere, etiam contra eius expreſſam voluntatem, quum ſit ſocia adiutrix,[l] hoc autem faciendo, conſulit mariti animę ſaluti, modò ſine ſcandalo id faciat, iuxta Gabr.[m] & prouideat vt maritus intelligat ſe illi non debere, capta ſcheda remiſſionis ſeu antipocha, ab eo cui ſoluet, alióue modo congruo.[n]

117 XXIII. Qui occultè accipit, quod dubitat, an ſuum ſit, ad illius tamen reſtitutionem non tenetur, ſecundum Med.[o] Quandiu probabiliter, an ſuum ſit dubitat, an verò eius qui accipit, quoad proprietatem: certum tamen eſt, poſſeſſionem eius fuiſſe illius, qui eam antea habebat, & ſic iniuſtè illam teneri ab eo qui accipit, donec reſtituat, aut certò ſuum eſſe ſciat, & ſic tenetur reſtituere,[p] iuxta quandam legem, quæ habet, furtum fieri quoad poſſeſſionem.[q]

[a] *vbi ſup.*
[b] *c. nullus, c. nemo, 11. q. 3. vt in c. inter ver. concl. 9. 11. q. 3. tradimus.*
[c] *c. quis aliquando, verſ. non tibi dico, de pœn. diſt. 1.*
[d] *c. 1. de re iudic.*
[e] *per dicta in c. inter verba, concluſ. 6. argu. l. ſi procurator, ff. de condict. indeb.*
[f] *arg. l. illud, ad l. Aqui. & c. 2. de transl. præ.*
[g] *arg. c. humanæ aures, 22. q. 1. & eorum quæ in eius comment. dixi, & ſup. c. 16 n. 8.*
[h] *in* C. *de reſtit. q. 11.*
[i] *per dicta ſup. eod. n. 112.*
[k] *arg. c. fortè, & c. denique, 14. q. 5*
[l] *Geneſ. 1.*
[m] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 2.*
[n] *per dicta ſup.*
[o] *in* C. *de reſtit. fol. 66.*
[p] *arg. c. ſæpe, de reſtit. ſpol.*
[q] *l. 1. ff. de furt.*

XXIIII. Non ſoluens legata pia, tempore & modo debitis. [a] Ad cuius peccati remiſſionem non ſufficit propoſitum in poſterum ſoluendi, ſi tunc ſoluere citra magnum detrimentum poteſt. [b] Quod quidem verum eſt, quamuis talia legata fiant tantùm coram duobus teſtibus. Quum iuxta canonica iura valida ſint: [c] non obſtante contrario ſtatuto, quod tanquam præiudicans libertati eccleſiæ, non valeret. Imò, qui ſcriberent, & iudicarent ſecundùm illud, excommunicati eſſent. [d]

118 XXV. Qui citra neceſſitatem extremam edulium vel amictum accipit, cum reſtituendi obligatione, nam licèt illa excuſet à tanto, non tamen à toto. [e] Tametſi cum extrema, quiſque poſſit ſine peccato accipere, non ſuo ſolùm, ſed etiam alieno nomine, ſi de ſuo non habet, nec alter ei ſubuenire poteſt [f] Tenetur tamen reſtituere regulariter, exceptis certis caſibus, vt dictum eſt ſupra, [g] quàmuis oppoſitum communis aſſerat. Cui locus eſſe poteſt in re adeo parua, vt probabiliter credi poſſit, dominum eam gratis conceſſurum. Quinetiam magna, quando extremè egenti conſtaret, eum à quo accipit, non ſolùm eam ipſi mutuaturum, ſed etiam gratis conceſſurum, ſi præſens foret, quando eam accipit. Quæ ratio probabiliter credendi ex rei acceptæ, & eius domini circunſtantiis, colligi poteſt, putà, num ſit diues, num liberalis, num cognatus & amicus eius, qui accipit, num eleemoſynas elargiri ſolitus: vt rectè prædictus Medina notauit. [h]

119 Inter omnes autem conuenit, peccare eos, qui citra neceſſitatem extremam occultè res alienas, etiam ſuperfluas, vt ſibi vel alteri ſubueniant accipiunt. [i] Tum, quia erogatio ſuperfluorum, non ſemper eſt debita pauperibus. Tum, quia etiam quando eſt debita eis, à dominis earum eſt facienda, ad eóſq; pertinet pauperum electio, [k] & proinde alius, nec ſuo, nec alieno nomine accipere poteſt: niſi vt prædictum eſt, & tradit S. Tho. [l] communiter receptus. Quæ porrò cenſeatur neceſſitas extrema, infra [m] tradetur.

120 XXVI. Qui animal domeſticum in prædio ſuo damnum inferens, occidit, aut grauiter percutit: non enim eſt ei ius id faciendi, ſed ſolùm expellendi & in-

[a] *c. quia oblationes, 13. q. 2.*
[b] *per ſupra dicta eod. c. n. 66. & 68.*
[c] *c. relatum, 1. de teſtib.*
[d] *c. graue, de ſẽt. excõ. Roſel. ver. excõmunicatio, 1. 18 excõmu. & traditur inf. ca. 27. n. 32.*
[e] *cap. ſi quis, de furt.*
[f] *c. ſicut hi 47. diſt. & c. diſcipulos, de conſec. diſ. 5.*
[g] *eod. c. n. 61.*
[h] *in C. de reſtit. q. 3.*
[i] *c. fortè, & c. denique, 14. q. 5.*
[k] *vt in d. Apolo. q. 1. mon. 77. probamus.*
[l] *quodl. 8. ar. 12.*
[m] *c. 21. n. 6.*

cludendi, donec de damno dato, dominus eius moni-tus ſatisfaciat.[a] Niſi ſecus conſuetudo, priuilegium vel aliquod ſtatutum diſponeret.[b]

XXVII. Qui venatum, aut piſcatum, cùm iuſtè non poſſet, prohibuit, cum obligatione reſtituendi emolumentum, quod veriſimiliter impediuit,[c] nec poteſt iuſtè prohibere, niſi concurrentibus quinque. Primùm, eſt auctoritas regia iuſta, conſenſus populi liber à metu, aut præſcriptio canonica citra vim & metum introducta Secundùm, vt occaſione ferarum, extra loca prohibita, non puniat non procurantes dolis eas è prohibito loco abigi, vt extra illum, eas capiant: alias enim punire poſſet.[d] Tertium, vt prohibeat in ſuis propriis prædiis, quamuis (noſtro iudicio) ſufficiat dominos aliorum ſua ſponte in id conſentire.[c]

121 Quartum, vt reſtituat omne damnum, quo feræ aliena prædia afficiunt, quorum domini in eiuſmodi damnum non conſentiunt: quamuis in aliorum damnum conſentiant. Quintum vt caueat prohibens, ne ſubditi timentes eum, & miniſtros eius, fugientéſque odium, ac indignationem, & minas eorum, quia eis ſæpe opus habent, ea petere non audeant, quæ peterent ab aliis ſibi paribus: eiuſmodi namque metus, etiamſi alioqui non foret omnino iuſtus, inducit reſtituendi neceſſitatem, vt dictum eſt ſupra eodem. Quod etiam Margarita confeſſ. probat, ſcilicet, ne venantes in locis prohibitis occidant, vel mutilent, ſaltem prima vice, quàmuis id ſancitum ſit, quandoquidem eiuſmodi ſeueritas exercenda non ſit, niſi in conſuetos id facere, & contumaces, adeòque conſuetudo ſic puniendi etiam prima vice, iniuſta videtur, & qui eam ſeruaret, peccaret mortaliter, aſſertore Sylueſt.[f]

122 XXVIII. qui ſunt iuſti cuſtodes venatus, aut piſcatus prohibiti, veluti ceruorum, cuniculorum auium, & ſyluarum cæduarum, aut paſcuorum, conſtituti ab iis, quorum intereſt Cuſtodes, inquam, iurati, aut ſola fide adſtricti, fideliter ea ſeruare, nec ſeruant[g] niſi ſcirent delinquentes, feciſſe id neceſſitate, eos à peccato excuſante, nec permittent eis plura, quàm eiuſmodi neceſſitas exigit Dixi (*Niſi ſcirent, &c.*) dubitatio namque non excuſaret: cùm in dubio tutiora ſint eligenda.[h]

*[a] § cæterùm, inſtit. de l. Aquil. & l. Quintus Mutius, ff. eod. & gloſſ. iunct. text. in c. ſi læſerit, de iniur. & damnat. dat.*

*[b] argu. c. fin. de conſuet. c. priuilegia, 3. diſt. l. omnes popul. ; ff. de iuſt. & iur. tradit Angel. ver furtũ. § 1.*

*[e] Cabr. in 4. [illegible] 15 q 5 argu. 2. conclu. 5. corol. 1. arg. l in laqueũ. ff. de acq. rer. domin.*

*[d] arg. c. ex tenere, de reſcript. l. itaque fullo, ff. de furt.*

*[e] argu c. ſcienti, de reg iur. lib. 6.*

*[f] verb. reſtitutio, 3. quib. 2. § 4. & verb. venatio ſub. fin.*

*[g] arg. c. 1. & c. qualiter, de pac. & c. ſi verò, de iureiur.*

*[h] c. ad audiẽtiã, de homic. & c. ſi quis autem, de pæn. diſt. 7. vbi latè hoc declaramus.*

Excuſarentur etiam, ſi ſcirent eos, quos in eiuſmodi locis reperiunt eſſe conſanguineos, vel adeò domini prædictorum iurium amicos, vt probabiliter credāt eorum venatum illi placiturum. Non tamen ſufficit inuentos tales eſſe, qui ſi facultatem à domino peterent, eam obtinerent, ſed petere nolunt. Quò fit, vt peccent cum obligatione reſtituendi damnum cuſtodes, diſſimulantes ſe videre eiuſmodi loca prohibita ingredientes, quò cædant, venentur, aut piſcentur in eis, ob aliq ua dona, aut quia ſunt ſibi amici, vel conſanguinei: quandoquidem iuramento, & fide data domino, aſtringātur ipſum indemnem conſeruare, aſſertore Med. [a] quàmuis non tenerentur, per prædicta reſtituere ea, quæ ob id acciperent. [b]

[a] *de reſtit. q. 12. col. 2.*

[b] *eod. c. n. 33. & ſeq.*

133 XXIX. Peccat cuſtos, ſe occultans, ne videatur ab aliis, qui eiuſmodi loca prohibita ingredi volunt, vt ingreſſos intercipiat, aut puniri faciat, ſecundùm aliquos, quorum opinio dura nobis videtur, ſaltem quoad permittentes ingredi, quò ſemel depræhenſi, iteratò ingredi caueant, nec ſinunt eos inferre damnum notabile ijs in locis. [c]

[c] *per dicta à nobis, in cap. inter verba, 11. q. 3.*

134 Dixi ſupra (*Cuſtodes*) id eſt, conſtituti ab his, qui iuſtè prohibent, & poſſident, conſtituti ſiquidem ab iis, qui iniuſtè, & tyrannicè prohibent, ad nil tenentur, etiamſi iurauerint ſe capturos, aut denunciaturos, quos inuenerint. [d] Iuſtè nihilominus ferarum nonnullarum venatus certis diebus prohibetur, cùm nimirum pariunt, oua ponunt, fœtum nutriunt, Vel tempore niuis, aut ne his, vel illis inſtrumentis aut canibus cubantibus (quos Galli, *Chiens couchans*, nuncupant) venatus fiat, aut ne certis artibus venandi quis vtatur: eiuſmodi namque prohibitiones in populi vtilitatem vergunt. At qui talium prohibitionum tempore venantur, indemnati reſtituere, quod venati ſunt non tenentur, authore Med. [e]

[d] *arg. c. in malis promiſſis reſcinde fidem. 22. q. 4. & c. non eſt obligatorium, de reg. iur lib 6.*

[e] *vbi ſup. gloſſ. recept. c. fraternitas, 12. q. 2.*

Nec obſtat quod quidam ait, me iſthîc aſſerere cuſtodes ſe occultantes, vt venatores, vel prohibita exportantes, libere peccent, & compræhenſi mulctentur, peccare, & teneri ad reſtitutionem. Reſpondeo ſiquidem primò, ne quidem per ſomnium id mihi in mentem veniſſe.

Secundo, quòd tacitè inſinuat, me opiniari peccare omnes, qui vetita venantur, & paſcua prohibita de paſcunt, vetitáque exportari, exportant, per illa verba, *vt libere peccent*: quod ego nec exprimo, nec inſinuo, imò, arbitror multos nihil peccare, per infra [a] ſcripta. [a] *c. 23. n. 52.*

XXX. Qui prohibet ſuis ſubditis, ne eijciant vel ne occidant feras, ſua prędia depaſcentes, cum intentione non reſtituendi integre damnum, illúdve, cùm ſit notabile, non reſtituit, Gabr. authore. [b] [b] *in 4. ſentent. diſt. 15. c. 2. art. 2. concit. 5.*

125 XXXI. Peccat, qui ad venatum profectus, permittit, vt canes ſui noceant alienis auibus domeſticis, putà, gallinis, anatibus, anſeribus, & id genus aliis: vel vt ſui equi, aut famuli notabile damnum inferant prædiis, aut ſatis alienis, per quæ tranſeunt, eorúmve frugibus, nec vult reſtituere, Oſtien. aſſertore. [c] Reges porrò & magnates, prohibentes, ne feræ palantes, quæ non ſunt concluſæ, occidãtur à dominis prædiorum, quibus nocent, non excuſantur à peccato, intentione reſtituendi damna, etiam conſequuta reſtitutione, magis quàm excuſetur fur aut raptor, intentione reſtituendi, quod furatus fuerit, aut rapuerit, etiam ſequuta reſtitutione. Licèt enim per eiuſmodi propoſitum, & reſtitutionem conſequutam, excuſetur à peccato, quod admitteret non reſtituendo: non tamen à peccato, quod admittit nocendo, aut capiendo aliena, inuito domino. Aliud enim peccatum eſt nocere, furari, vel rapere, aliud damnum illatum, furto ſubſtractum, vel raptum, reſtituere: & proinde excuſatus ab hoc, non excuſatur ab illo: cùm à diuerſis non fiat illatio. [d] Quare, qui per feras, vel animalia domeſtica nocet prædiis proximi, eo inuito, peccat mortaliter, etiamſi poſtea cumulatiſſimè damnum rependat, adeóque non ſolùm oportet eum pœnitere, & confiteri, non ſufficienter, vel indebito tempore reſtituiſſe damnum: ſed etiam intuliſſe illud inuito domino.

[c] *in ſum. de pœnit. & remiſ.*

[d] *l. Papinianus, ff. de minorib. c. ad audientiam, de decim.*

126 XXXII. Peccat, fouens columbarium illicitum, cum notabili aliorum diſpendio. [e] Dixi (*Illicitum*) quale eſt ſi oportunis temporibus columbis ſuis alimentum non præbeat, nec circum illud habet agros ſatos, in quibus ſufficienter, ſaltem maiori anni parte alantur:

[e] *arg. c. ſi bos de iniur. & l. 1. ſi quadr. paup. fec. dic.*

& fouens illud, non eſt præſto reſtituere quodlibet damnum notabile, quod illæ fecerint cùm ei conſtiterit: neque vnum damnum alio compenſatur, puta, quia vicinus cui ſuæ columbæ nocent, non habet totidem, quæ tantundem ei noceant: concurrentibus enim aliquot horum, tolerari poſſet, iuxta Paludem[a] ſanctum Anton.[b] & communem non autem quando ex illis damnum notabile proximi naſcitur, vt naſcitur ex columbariis aliquorum prædiuitum, qui nec ſerunt agros, nec vineas colunt, habéntque columbaria colu mbis conferta, quæ ex ſatis ſubditorum, vel vicinorum ſuorum (contradicere ob metum maioris damni, formidantiũ) aluntur, ſecundùm Ioan. Maior.[c] Quanquam (noſtro iudicio) regulariter non peccent, qui columbaria fouentes vbi non eſt lex, ea prohibens, & conſuetudo id permittit, nec populus queritur, nec damnum notabile apparet, quandoquidem ad populi victum conducunt, & æquè ferè proſunt ſtercorando, quàm noceant paſcendo, eaſque Reges tolerant, & ſi non eſſent columbæ domeſticæ, eſſent palumbæ ſyluaticæ, vt ſunt cornices, & aliæ aues, vt optimè Sylueſt.[d] inſinuauit.

127 XXXIII. Peccat qui in ſuo columbario certa ſemina ſpargit, vel arte vtitur, quâ columbas ab aliis columbariis ad ſuum pertrahat & prolectet, cum obligatione reſtituendi, niſi paruitas excuſet, Mod.[e] authore. Quod tamen perpetuum non eſt, ſed limitandum, vt procedat tantum in eo, cuius principalis finis, eſt alienas ineſcare, non in eo, qui principaliter intendit ſuas paſcere, & retinere, ne aliò euocentur.[f]

128 XXXIIII. Peccat, qui ſibi accipit, aut includit animalia aliena domeſtica etiam fugitiua, vt eorum lanam, plumas, vel oua in vtilitatem ſuam conuertat eiſve vtatur, ſecundum Ioan. Maior.[g] cùm ob fugam non deſinant eſſe, cuius erant.[h] Quod ipſum producendum eſt ad accipientem animalia domum redire ſolita, vt ſunt ſues, apes, pauones, columbæ, cerui conſuetudinem abeundi & redeundi obſeruantes, & ad accipientem aut occidentem ea priuſquam illam conſuetudinem reuertendi amiſerint,[i] quam amiſiſſe videntur, cùm ad horas & dies conſuetas bis redire deſinunt, poſt

[a] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 2.*
[b] *2. par. titu. 2. 1. c.*
[c] *in d. 4. ſent. diſ. 5. q. 29.*
[d] *verb. reſtitutio 2. q. 4.*
[e] *in 4. de reſt. q. 3.*
[f] *arg. l. ſi quis nec cauſam, ff. de reb. cred.*
[g] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 5.*
[h] *§ Gallinarum inſtit. de rer. diuiſ.*
[i] *§. pauonum, & §. Apium inſtit. de rer. diuiſ. l. naturalem, § 1. & 2. ff. de acq. rer. domin.*

quæ, accepta capientium fiunt. [a]

129 Apes tamen, aut examina antequam alueariis includantur & aliæ aues ex alienis arboribus acceptæ, fiunt accipientis, nec furtum committit, etiam eas in alieno prædio accipiendo, priuſquam ab ingreſſu eius, vel ſcanſione arboris à domino prohibeatur: imo, nec ſi poſtea, licèt tum iniuriarum teneretur, [b] Prohibitus autem videtur tacitè, ſi prædiũ eſt muro, aut ſæpe cinctum.

[a] *iuxta gloſſ. l. de quibus, ff. de leg.*

[b] *l. naturalem, §. pauonum, & §. ceruos, ff. de acq. rer. dom.*

# De participantibus in damno dato,

## Summæ.

130 *Damnum datum à multis diuiſis, vel unitis ſub duce, vel ſine illo.*

131 *Reſtitutionem debiti, qui fauore, vel conſilio impedit.*

132 *Damnum ad aliquod laudando, aut vituperando animans.*

133 *Ratum habens damnum ſuo nomine datum.*

133 *Ratificans ſuo nomine factum delictum, ſemper punitur: fingitur enim eſſe perſona delinquens.*

133 *Teſtis nocens alicui tacendo verum, vt peccat:*

134 *Metus iuſtus à teſtificando, & denuntiando vt excuſat.*

134 *Monitus ſub excommunicatione denuntiare, &c. quid faciet.*

135 *Monitus reuelare ad plus tenetur, quàm monitus denuntiare.*

136 *Cuſtos ex officio vt plus tenetur quàm alius.*

136 *Iudex non cogens reſtituere reipublicæ aut priuato.*

137 *Damnum qui dat adminiſtrans aliena hæc faciat. n 138.*

139 *Furatur qui aliquid ab eo, qui illud dediſſet aut multa parua.*

140 *Damnum datum cum impenſis, & intereſſe reſtituendum.*

140 *Damnum datum qui impedit volenti illud impedire, & qui mittit ad terrefaciendum ioco, ſi per incuriam damnum datur.*

130 XXXV. Peccat, qui cum multis adunatis ſub vno duce, vel ſine illo, vt furetur, vel noceat, aliquò proficiſcitur: [c] Reſtituere autem non tenetur, niſi quod ad eum perueniat, & cuius talis cauſa fuit, vt ſine ipſo illud non fuiſſet ablatum: adeo vt ſi fuit cauſa totius, teneatur

[c] *l. 1. ff. ſi famil. furt. feciſſe dic. l ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.*

reſtituere totum aliis non reſtituentibus, ſi partis partem,[a] quò fit, vt ſi multi ſingulatim vineam ingrediantur, alij aliorum ignari, & quiſque ſuum racemum capiat, etiam quoad vſque vinea racemis denudetur, nullus eorum mortaliter peccat, nec reſtituere tenetur, & longè minùs tota multitudo: quia nullus eorum damnum notabile facit, nec eſt cauſa, cur fiat, nec in id aſſenſum præbet.

131 XXXVI. Peccat, procurans, vt rex, magnus, aut iudex ſuum cuiquam adimat, vel ne cui quod ſibi debetur reſtituatur, néve ad id debitor cogatur, quod multi magnates & familiares eorum, aduocati & procuratores ſæpe faciunt, qui non ſolùm mortaliter peccant, ſed etiam reſtituere tenentur.

132 XXXVII. Qui malè conſulit ſcienter & doloſè, imò, & ſi bona fide, non tamen adhibitis ſtudio & diligentiâ debitis, ad veritatem aſſequendam. Caueant itaque conſulentes, ne nimium ſuæ ſcientiæ vel prudentiæ fidant.

XXXVIII. Qui alicuius ingenij acumen, aut fortitudinem laudat, vel ignauiam & puſillanimitatem vituperat, quò eum vt damnum, proximo inferat, mouet, totúmque damnum, reſtituere tenetur: quia ad id exhortari videtur.

133 XXXIX. Peccat, qui audiens quempiam alteri ſuo nomine nocuiſſe, id ratum & gratum habet, quia mandare videtur.[b] Quod iuxta Angel.[c] ſolum intelligitur, quando, qui nocuit, non nocuiſſet, niſi exiſtimaſſet eum, cuius nomine nocuit, illud ratum habiturum. Sed huic moderationi rarò (noſtro iudicio) locus erit. Quia raró, aut nunquam continget quempiam alicuius nomine nocere alteri, niſi exiſtimet id gratum illi fore. Quanquam, ſi eius nomine factum, aut gratum illi non fuit, quatenus ſuo nomine factum eſt, licèt opus in ſe illi placeat, ad nullam reſtitutionem tenetur: quamuis peccet.[d]

Nec obſtat, quod quidam ait me dicere hic, teneri ad reſtitutionem, qui nec tacitè, nec expreſſè iuſſit occidi hominem, ſed homicidium ratum habuit, quia ratihabitio æquipollet mandato. Cuius contrarium aſſerit tenendum. Reſpondetur enim primò, me non

*[a] per ſupra tacta n. 17.*

*[b] cap. ratihabitioné, de reg. iur.*

*[c] verb. ſurtum, §. 20.*

*[d] eùm quis, de ſent. excom. lib. 6 c. ratihabitionem, ca. ratam, eod. tit.*

loqui de homicidio in ſpecie, vt imponit: quamuis in genere loquar de nocente, cuius ſpecies eſt homicida.

Secundò, meum pronunciatum eſſe firmum. Tum, per illud axioma iuris, [a] *Ratihabitione retrotrahi, et mandato comparari*: Et, *Deiecit, qui mandauit, vel ratum habuit*, [b] palam autem eſt, mandantem delictum, teneri ad reſtitutionem, vt dictum eſt ſupra. [c] Tum, quòd memorata axiomata, non ſolùm habent locum in contractibus, & iudiciis ſed & in maleficiis, & delictis, [d] ſaltem illis, quæ per alium fieri poſſunt, vt Dynus receptus ait, [e] imò & in aliis, niſi quoad effectum fruendi libidine, vt pulchre iure probat Couarruuias. [f] Tum, quòd ratihabitio, non ſolùm habet vim augendi peccatum (vt memoratus opponens ait) ſed etiam faciendi incidere quem in pœnam. Caſus eſt iure, [g] expreſſus, quo determinatur, eum qui ratificat percuſſionem clerici, nomine ſuo factam, incidere in pœnam excommunicationis ipſo iure. Tum, quia faciliùs & fortius obligatur quis ad reſtituendum damnum, quàm ad ſubeundam pœnam. Hanc enim non tenetur regulariter ſubire in foro conſcientiæ nec in exteriori, antequam condemnetur, reſtituere autem ſic, vt ſupra dictum eſt. Tum, quòd quiſquis delictum ſuo nomine factum, ratificat, pœna puniendus eſt, licèt non ſemper ordinariâ, vt latè probat præfatus Couarruuias. [h] Tum, quòd ratificans rem ſuo nomine acceptam, vel iniuſtam acceptionem, fingitur accepiſſe propter ſuam ratificationem, & ita non ſolùm peccat, quia placet peccatum, ſed quia iuris fictione, reputatur perſona peccantis, & accipientis, ſecundùm totam vtriuſque iuris prudentiam, quod non aduertit præfatus religioſus, & proinde, qui ratificat incēdium domus alicuius, nomine ſuo factum, magis tenetur ad reſtitutionem domus incendio deletæ, quam ad ſubeundam pœnam à iure, vel iudice inflictam, aut infligendam.

134 XL. Teſtis qui à iudice legitimè interrogatus, an ſciret tale furtum, ſciens tacet, ob idque damno affectus, ſuum non recuperat, & reſtituere tenetur, [i] niſi taceat: ob metum alicuius periculi ſui ſtatus, perſonæ, aut bonorum, iuxta S. Anton. [k] Scotum, [l] & Sylu. [m] Si tamen

[a] *li. 6.*
[b] *ff. eod.*
[c] *eod. c. n. 14.*
[d] *iuxta gloſſ. communi calculo receptam, in d. c. ratihabitionem.*
[e] *in d. reg. ratihabitionem.*
[f] *in clem. ſ. 2. part. §. 1. nu. de homic.*
[g] *in c. cum quis, de ſent. excom. li. 6.*
[h] *vbi ſup.*
[i] *ca. 1. de crimin. falſ.*
[k] *2. part. tit. 1. c. 19 §. 7. arg. ca. quiſquis 11. q. 3.*
[l] *in 4. diſt. 15. q. 2*
[m] *verb. reſtitutio, 2. q. 6.*

epiſcopus monuerit ſub excommunicatione, vt denuntient qui eiuſce rei conſcij ſunt, qui metu tacuit, tenetur parêre, ſed non donec eum iuxta ordinem correctionis euangelicæ moneat & furem inducere debet, vt parti læſæ ſatisfaciat, qui ſi ſatisfecerit, eum denuntiare non debet: nec etiamſi non ſatisfaceret, ſi illud probare non poteſt: cùm enim præcipitur, vt qui talem rem ſcit, eam denunciatione manifeſtet, intelligitur de eo, quod ſcit, & probare poteſt, vt alibi, [a] copioſius, quàm alij diximus.

*[a] in repet c. inter verba, 11. quæſt. 3. concl. 6.*

135 At ſi admonitus, ſatisfacere nollet, & admonitor probare poteſt, denuntiare debet: ſecus enim peccaret, & excommunicationem incurreret, damnumque paſſo de ſuo reſtituere teneretur quod ob ſuum ſilentium recuperare omiſit, Io. de Anan aſſertore, [b] niſi ob iuſtũ metum taceat, vt proximè dictum eſt. Vxor, porrò filius aut cognatus alicuius delinquentis, occultantes aliqua eius bona in monaſterio, alióve loco, ne à iudicibus ſequeſtrentur, non tenentur nec alij eius rei conſcij, manifeſtare illa, propter excommunicationem, aut iuramentum: quibus iubentur id facere, ſi omnia abſcondita, obnoxia ſint compenſationi, debiti dotis, vel alterius, alioqui ſecus. Oportet autem cauere, ne iterum peti poſſit id ad quod abſcondita ſufficiunt, inſtar illius, qui clam accipit aliquid de bonis creditoris, in ſui debiti compenſationem, qua de re ſupra. [c] Quæ quidem procedunt in monito denuntiare, nõ in monito teſtificari, vel reuelare, is enim tenetur id facere, [d] præſertim ſi iudex ſemiplena probatione coram ſe facta, eam ſupplendam præcipit, vt qui illius conſcius eſt, teſtificetur, [e] illi namque non præcipitur denuntiare, ſed teſtificari. Ang. aſſertore, [f] niſi ſit perſona à teſtificando eo caſu excuſata, ob cognationem, vel aliam cauſam, qua de re infra. [g]

*[b] in cap. qui cum fure, de furt.*

*[c] n. 115.*

*[d] iuxta c. ad noſtram, 2. cum ei adnot. per Pan. & alios, de iureiur.*

*[e] iuxta ca fin. de iureiur.*

*[f] verb denunciatio, § 3.*

*[g] c. 25. n. 48. & ſeq.*

136 XLI. Peccat qui conſtitutus cuſtos ciuitatis, vel agri, non occurrit damno notabili, quod fieri perſpiciebat ſaltem clamando, cum obligatione reſtituendi in ſolidum per ſupra dicta. [h] Quàmuis ad id ex officio nõ aſtrictus, licèt peccet doloſè tacendo: reſtituere non teneatur, [i] imò, nec peccaret, ſi citra dolum negligentiâ aut modeſtiâ non ſe ingerendi negotiis alienis, id fa-

*[h] eod. n 122.*

*[i] per dicta ibidem.*

cere omittit. At, ſi ex officio, vel dignitate tenetur impedire, iuſtitiamque adminiſtrare, quia princeps, aut iudex, peccat, & reſtituere tenetur, iuxta mentem S. Thom. [a] S. Anto, & Angel. & aliorum ſcribentium, [b] ac noſtram [c]

136 XLII. peccat iudex non mandans parti damnum reſtitui, cùm poſſit, ſiue ſit reipublicæ, ſiue perſonæ particularis, cum obligatione reſtituendi, iuxta Scotum communiter receptum.

137 XLIII. Peccat curator, procurator, alienorum negotiorum geſtor, adminiſtrator bonorum alienorum, & filius res ſui patris agens, qui nomine ſui principalis, & ob eius vtilitatem, alicui damnum notabile infert. & ad reſtitutionem in ſolidum tenetur, ſi principales non reſtituant, ac ex eorum bonis reſtituere poteſt, ſi adhuc eorum adminiſtrationem retinet, prudentérque faciet reſtituendo, ita vt ab ipſo poſtea domini reſipicere non poſſint. Si porrò eiuſmodi adminiſtrationem amplius non exerceat, eſtque adeo inops, vt ſatisfacere nequeat, monere debet principales, ſi ignorent, vt ſatisfaciant. Qui ſi reſtituere noluerint, tenetur reſtituere, ſi poteſt: occultè tamẽ poterit accipere de eorum bonis tantumdem, quò ſatisfaciat, obſeruatis conditionibus ſeruandis ab iis, qui occultè ſua debita recuperant: quæ ſupra [e] poſitæ fuerunt.

138 XLIIII. Qui occultè quippiam accipit ab eo, cui non diſpliceret acceptio ſibi nota: ſed occulta ſic, licèt peccet venialiter, non tamen mortaliter: Cùm eius acceptio, aut retentio non ſit contra voluntatem domini: ſed dumtaxat modus accipiendi, quod ad peccandum mortaliter non ſufficit, definitoribus Adr. [f] & Caiet. [g] quod ſæpe filij ob verecundiam ſuam erga parentes, faciunt. Serui etiam, & famuli accipientes à ſuis dominis panem & fructus quibus veſcantur, credentes dominos eis non denegaturos, ſi peterent, præſentéſve forent, quàmuis nollent, vt ſe inſciis acciperent.

Dixi (*Quibus veſcantur*) Nam qui capiunt vt donent aut vendant alteri, vt nonnulli ſolent panem, coctum, vinũ, triticum, aut alia ſimilia, mortaliter peccant, teneren turq; reſtituere: quia non ſolùm modus, ſed ipſum factũ inuito domino fit. Qui tamen minutàtim vno die

[a] *22.qu.6.2.art.7.& ſup.eo.n.18.*
[b] *in ca. quãtæ de ſent.excom.*
[c] *in c. inter verba, 11.q.3. conclu.6.*
[d] *in 4.ſent.diſt.15.q.2*
[e] *eod.c.n.13.*
[f] *in 4. de reſtit.*
[g] *in ſum. verb. furtum.*

exiguum ſeu pauxillum quid, putà quadrãtem, aiiíſque multis diebus ſingulis tantundem caperent, nulla vice peccarent, niſi venialiter, quàmuis integra ſumma excreſceret ad notabilem quãtitatem: modò a principio, vel poſtea non fuiſſent animo furandi notabilem quantitatem per eiuſmodi parua furta: Tametſi ſiue hoc animo, ſiue ſine illo perueniatur ad quantitatem notabilem, reſtituenda videatur. Quò fit, vt inueniri poſſint furta ſolùm venialia, quæ obligent ad reſtitutionē, ſub pœna peccati mortalis. Quæ limito procedere in eo, qui continuato tempore citra magna interualla, illam notabilem quantitatem conflaret: non enim exiſtimo, teneri reſtituere ſub pœna peccati mortalis, famulos, qui nonnullis diebus vnius menſis, aliquot eiuſmodi furta facerent, & iis lapſis totidem, & poſt aliquot alios totidem, &c. ita vt lapſis tribus, quatuórve annis, corraderent ſummam etiam duplò maiorem, ea quæ ſemel accepta, peccatum, & reſtituendi neceſſitatem induceret, ſub pœna peccati mortalis, etiam poſtquam peruenerint ad notabilem quãtitatem, ſi nunquam capiendo illa parua, intendit peruenire ad illam, ratione illa firma, quòd cæteris paribus magis peccat, qui capit, quàm qui retinet, [a] & quòd qui capit illa parua citra intentionem perueniendi ad quantitatem notabilem non peccat pluſquam venialiter. Ergo nec retinendo illa.

140 Atqui fur impenſas, quas furtum paſſus fecit, in quærenda re ſibi furto ſubſtracta, reſtituere tenetur, quas nimirum vir prudens, & bonus facere debuiſſet: quia earum cauſa fuit, & quidem non ſolùm fur, ſed & quilibet alius malefactor, tenetur ad intereſſe damni, etiam extrinſecum. [b]

XLV. Peccat qui impedit quempiam ſeſe accingentem ad impediendum damnum, quod tertius inferre volebat quarto, & reſtituere tenetur, licèt aliter non iuuaret tertium: quia impediendo opitulaturum, indirectè videtur iuuare nociturum, vt rectè innuit Medina [c] Peccat etiam, cum obligatione reſtituendi, qui amicos, aut famulos mitteret enſibus diſtrictis, vt terrefacerent quempiam, iocúmve, aut ludum exhiberent: ſi ex eo damnum ſequeretur, niſi adhibeat diligentiam debitam, ne damnum notabile eueniat. [d]

[a] *ca. ſæpe, de reſtit. ſpol.*

[b] *l. qui tabulas, & his cui, §. fin. ff de furt. & gloſſ incept. in l. 1. verb. caſibus, & verb. conſequenter, C. de ſent. quæ pro eo quod inter prof*

[c] *in C. de reſtit. fol. 39.*

[d] *arg. ca. presbyterum, & ca latores & c continebantur de homic.*

# De peccatis patrum circa bona filiorum.

Summæ.

141 *Peculium filiorum quadruplex, & ſeq.*
142 *Clericis quibus quæſita ſint quaſi caſtrenſia.*
143 *Pater an ſolus filijs ſuccedat.*
144 *Donatio facta à patre, quæ valet, & duob ſeq.*
144 *Filius ſeruiens patri quale mixtum peculium habeat.*
147 *Donatio à patre filio facta, quatenus reuocanda.*
148 *Filius, qui plus alijs patri ſeruit, quid plus habere debeat.*
149 *Donatio coniugis facta coniugi, quæ valeat.*
150 *Legatum à patre relictum filiæ, cui dos debetur, vt compenſatur.*
151 *Patris hæredes quod damnum datum filio reſtituent.*
152 *Filij vel filiæ renunciatio, cum enormi læſione, vt valeat.*

141 XLVI. Peccat mortaliter pater adminiſtrans, aut dans bona filiorum ſuorum aliquo modo indebito infra ſcripto [a] cum obligatione reſtituendi. Pro quorum maiore intelligentia, ſequentia ſubiicio.

Filios nimirum, quatuor bonorum, ſeu peculiorum genera viuentibus parentibus habere poſſe: putà, caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, aduentitia, & profectitia.

Caſtrenſia, ſunt quæ filius in bello acquirit, [b] & hæc bona ſolius filij ſunt, tam quoad vſumfructum, quàm dominium, nec in eis pater quicquam iuris habet. [c]

142 Quaſi caſtrenſia verò ſunt quæ filius familias acquirit officio aliquo publiquo: putà, Medici, Aduocati Scribæ, aut Magiſtri in aliqua ſeptem artium liberalium aut quouis alio publico, ob quod ſtipendium publicum accipit, beneficio Principis [d] vel Satrapæ, aut Reipublicæ, & quod clerici ſuo officio clericali, ſuiſve beneficiis acquirunt: nam & quælibet alia bona clericorum, ſaltem quæ acquirunt poſtquam ſunt clericali militiæ aſſcripti, & in Domini ſortè vocati, iure communi ſunt quaſi caſtrenſia. [e] In quibus nil plus habet iuris pater, quàm in caſtrenſibus, [f] quod an de conſuetudine ſeruetur, infra dicetur.

[a] *nu. 151.*
[b] *l. Caſtrenſe, ff. de Caſtr. pec. cũ ei adnot. & in rubr. C. eod.*
[c] *ſecundum omnes, lib. fin. C. de inoff. teſt. l. 1. §. fin. ad Maced. Bart. in l. fi. fortè, ff. de Caſtr. pec. in tract. de duob. frat.*
[d] *l. cum multa, C. de bon. quæ lib.*
[e] *Auth. Presbyteros, C. de epiſc. & cler. ſecundum Oſtiẽ. Pan. & Commu. in c. Quia nos, de teſta. &c. conſtitutus, de reſtit. in integr.*
[f] *l. non ſolùm, C. de bon. quælib.*

143 Atqui, peculium aduentitiũ, eſt peculium filij familias non caſtrenſe, nec quaſi caſtrenſe, aliunde quam à patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habitum: qualia ſunt bona illi hæreditario iure à matre ſuiſve cognatis, aut amicis, & ſuo labore, induſtria, aut fauente fortunâ parta. In his autem bonis, ſeu peculiis, proprietas eſt filij, vſus fructus patris, quamdiu viuit regulariter, [b] niſi qui donauit, aut reliquit filio, vetuit, ne patri quæreretur vſus fructus [c] & cùm in bonis filij ſui cum fratre ſuccedit, ſecundùm ius commune.[d]

Dixi (*Iure communi*) nam ſecũdùm leges Regni Caſtellæ ſolus pater filio ſuccedit. [e] Quinetiam, ſecundùm leges Luſitaniæ, [f] quàmuis fratres habeat, & diuidere cum reliquis fratribus teneatur, ſecundùm omnes. [g]

144 Peculium autem profectitium, eſt peculium filij familias habitum à patre, aut illius ergo, vel de eius bonis, nec ad bellum, nec ad officia publica pertinens: in hiſque tam proprietas, quàm vſus fructus eſt patris. Nobis tamen videtur eſſe quoddam mixtum, partim aduentitium, partim profectitium, quod nimirum filius ſuo labore, & induſtria ex bonis paternis, aut in eiſdem, acquirit, quicquid dicat Silueſt. Nam quamuis rectè dicat, quòd quicquid filius ex illis bonis acquirit, aut patri, acquirit, aut furatur: quod tamen ſi ius ob ſuum laborem, & induſtriam promeretur, eius eſt, & tanto plus, quàm cæteri fratres percipere debet de bonis paternis, quanto maiores, quàm illi in eis quærendis labores ſubiuit, aut certè tantum, quantum mercedis ſolui debet alteri extraneo, qui tantundem laboris ſubiret aut potiùs dimidium eorum, quæ de bonis, & pecunia etiam clandeſtinè accepta, ſuâ induſtria lucratur, per ſingularem doctrinam Bart. [h] quàm plurimorum auctoritate fulcit Decius, [i] quod intelligendum eſt, concurrentibus duobus Alterum eſt, quod filius patrem ſubſtentare nõ teneatur, quia ſuppetunt ei facultates, quibus alatur. [k] Alterum, vt expreſſè, aut tacitè proteſtetur, ſe eo animo ſeruire, vt pater ob ſuam operam, & laborem, det ei, quantum, extraneo dare deberet ſi ipſe ei nõ ſeruiret. Meritum etiam filij prædi-

[a] *per no. vbi ſup.*
[b] *d. l. non ſolum, & l. cum oportet* C. *de bo. quæ li.*
[c] *auth. excipitur eod. tit. & in caſu Authen. Idẽ. eod. tit.*
[d] *Auth.* Item, *C. eod.*
[e] *per l. 6. & 7. Tauri.*
[f] *tit. 75. libro 4. ordinat.*
[g] *l. fin.* C. *de col. & lib. cum antiquis,* C. *de in-off. teſtam.*
[h] *in l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de colla bon.*
[i] *in l. illud,* C. *de colla à n. 10.*
[k] *l. ſiquis à liberis, §. idem ff de lib. agnoſc. & l. Nezennius ff. de negot. geſt. & l. Alimenta* C. *eo. cùm eis adnot. per gl. & Doct.*

ctum attendi poteſt, quò pater donare aut relinquere poſſit tantum plus ei, quam eius fratribus, quantum alicui extraneo ob ſimilia merita dare deberet, ita vt id non referatur in ſuam legitimam, iuxta mentem Bart. [a]

145 Donatio porrò à patre facta filio, qui eſt in eius poteſtate, aut ab illo facta patri, non ſubſiſtit, quia pro vna & eadem perſona reputantur. [b] Quod tamen perpetuum non eſt, fallit enim primò, cùm eſt facta à patre in dotem, aut matrimonium. [c]

Secundò, mobilium facta pro bello [d] Tertiò, vſus fructus, quem in bonis filij aduentitijs habet pater. [e] Quartò facta pro meritis, & ſeruitiis, quantum parens dare extraneo ob eiuſmodi merita teneretur, iuxta Bar. communiter receptum. [f] Et quidem, in foro conſcientiæ ſufficit eſſe vera. [g] In foro tamen exteriori probari debent, nec ſufficit patrem aſſerere ea vera eſſe, iuxta eundem. [h]

146 Fides enim non habetur dicenti de ſe alium bene meritum eſſe, cùm id requiritur, vt iure quippiam facere poſſit, qualis eſt hæc donatio, iuxta eundem, & communem. Cæterùm cum dubitatur, an pater filio donet ob merita, an verò ob meram liberalitatem, præſumendum eſt dare, ob merita, ſi anteceſſerunt, ſecus verò ob liberalitatem. [i]

Quintò, facta omnibus caſibus, quibus donatio à marito facta, vxori ſuæ vel ab vxore marito, valet relatis infra. [k]

147 Quia iuxta doctiſſimum Azonem [l] donatio inter maritum & vxorem, & donatio inter patrem & filium, communiter æquiparantur. Atqui donatio patris, & matris facta filio, quæ non eſt remuneratoria, quantumuis valeat, aut eorum morte confirmetur, quia in vita non reuocarunt, ſi tamen excedat quantitatem, de qua patres libere diſponere poſſunt, iuxta varias variorum regnorum leges, quas mox citabimus, adeoque legitimæ reliquorum filiorum præiudicat, reuocanda eſt, quantum opus erit præiudicio eiuſmodi excuſando. [m]

148 Sextò ſi vnus filiorum patri ſuo ſeruit, alij non, quàmuis pater in remuneratione meritorum eius dare

a *in l. 1. §. castrenſia, ff. de caſtr. pec. & l. ſi donatione, C. de colla.*
b *l. fin. C. de impub.*
c *l. Pomponius, ff. famil. herciſ. & ff. de colla. bo. & C. de colla. dot. per totum.*
d *l. 4. C. famil. herciſ.*
e *vt in l. cū oportet, & l. non ſolum, §. ſin autē, C. de bon. quæ lib.*
f *in l. 2. §. caſtrēſi & l. ſi donatione, C. de colla. & leg. frater à fratre, ff. de condict. indeb.*
g *arg. notat. in c. Tua, &c. Is qui deſponſ.*
h *in l. ſi fortè, de caſtr. pecu.*
i *iuxta gloſſ. communiter recept. in d. l. ſi donatione, C. de coll.*
k *à n. 149.*
l *in ſum. de don.*
m *l. 1. C. de inoſ. donat.*

poſſit, quanti illa merita valent, & quantum extraneo alicui dediſſet ſi tamen non dat, nec filius cum patre viuente conuenit, vt ſua merita remunerarentur, ſaltem non ſecus, quàm ſi extraneus operā ſuam impendiſſet, nec proteſtatur ſe ab eo, aut eo mortuo ab eius hæredibus petiturum: à ſuis fratribus hæredibus remunerationem ratione ſuorum meritorum poſcere non poteſt, illa enim amore filiali impendiſſe cenſebitur. [a]

149 Septimò, donatio à marito facta vxori, aut ab vxore marito, poſt contractum matrimonium de præſenti, vel ante, pro tempore, quo contractum fuerit, non valet: cámque donator antequam moriatur, cùm libuerit reuocare poterit, [b] quàmuis fiat per tertiam perſonam & per modum remiſſionis debiti, [c] niſi quando Imperator, aut Rex donat Imperatrici, ſeu Reginæ aut viceuerſa. [d] Et cùm donatur pecunia reſtaurandis rebus igne abſumptis [e] vel donator pauperior ob talem donationem non efficitur, quàmuis recipiens ditior fiat. Inſuper, cùm recipiens non ſit ditior, quàmuis donator pauperior fiat. Quando denique donatur pro tempore, quo matrimonium rumpetur, vt nimirum res fiat mariti, aut vxoris, dum alter eorum morietur. [f] Ad hæc, cùm donatio fit mortis cauſa, vt donatarius poſt mortem demum donatoris ea potiatur: [g] modò ſe in vita reuocandi facultate non priuet. [h] Et quando vxor marito donat vt honorem, aut dignitatem conſequatur. [i] Et cùm maritus ſubſiſtente matrimonio, vxori omnem dotem promiſſam eiúſve partem remittit: [k] remiſſio tamen alterius debiti non valet Cùm demum, maritus vxori ſuæ menſem, annum, aut quandiu ſuperſtes fuerit pro ſuo, ſuorúmque alimentis, certum quid in æſtimationem fructuum dotis & non amplius deputat [l]

150 Octauò, pater, legatum filiæ cui debebat dotem, relinquens, videtur relinquere in ſolutionem, partémve ſolutionis illius, [m] cùm ſit debitum quod lege debetur.

151 XLVII. Peccat mortiferè pater accipiendo ſibi, vel alteri aliquid notabile à ſuo filio familias, ex bonis caſtrenſibus, fructibúſve eorum, cum obligatione reſtituendi. [u]

XLVIII. Peccat pater accipiendo ſibi, vel alteri quippiam

- [a] *Arg. l. Ne ſennius, ff. de negot geſt. l. 1. & l. alimenta, C. eod.*
- [b] *l. 1. ff. de don. inter vir. & vx.*
- [c] *l. ſi ſponſus, ff. eod.*
- [d] *l. pen. C eod.*
- [e] *l. quod ſi vir, ff. eod.*
- [f] *l. ſed interim, ff. eod.*
- [g] *d. l. ſed interim*
- [h] *iuxta gloſſ. in d. l. ſed interim.*
- [i] *l. quod adipiſcendæ, ff. eod.*
- [k] *gloſſ. ſing. & ibi Cyn. & Bald in l. ſi conſtante, de donat. ante. nup.*
- [l] *vt tenet gloſſ. in l. ex animo, ff. de donat. inter vir. & vx. per illum text.*
- [m] *c. qui abſtulerit 12. q 2.*
- [n] *arg. ca. qui abſtulerit, 12. qu. 2.*

piã notabile, quoad proprietatẽ, de bonis aduẽtitiis ſui filij familias, vel adminiſtrando illa adeo malè, vt notabiliter lædatur, ſiue vſumfructum habeat, ſiue non. Quo caſu alij fratres cohęredes poſt obitum patris, damnum illud, cùm bona inter ſe diuiſerint, reſarcire tenebuntur. Si tamen pater vſum fructum eiuſmodi bonorum habebat, nec læſit proprietatem, at ſolum fructus illorũ, nec pater, nec fratres ob illud ad aliquam reſtitutionem tenebuntur. Angel.[a] & Silu.[b] authoribus.

152 XLIX. Peccat patre inducens per metum, ſaltem reuerentialem, dolúmve & fraudem ſuum filium, vel filiam, vt ſuæ legitimæ, vel patrimonio præuio iuramento, renunciet, ſe contentam fore dote minore legitima profitendo, cum obligatione reſtituendi.[c]

Dixi (*Per metum aut fraudem*) quia ſi ſponte id faceret, teneretur iuramentum ſeruare, etiamſi enormiter, imò, enormiſſimè læderetur, in foro cõſcientiæ, quàmuis non exteriori: ex tali namque damno dolus, aut fraus præſumitur, ſecundum Petrum de Ancha.[d] quæ tamen præſumptio in foro conſcientiæ ceſſat[e] Qua diſtinctione contrariæ opiniones relatæ per Decium.[f] componi poterunt.

a *verb. peculiari,* §. 24.
b *eod. verb. q.* 15.
c *arg. à contrario, c. quamuis, vbi Dominicus & alij, de pact. lib. 6.*
d *conſil.* 38. *& in reg. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6. latè Decius, cõſ-* 180.
e *iuxta not. in c, Is qui. & c. Tua de ſponſ.*
f *in d. conſil.* 180. *&* 182.

## De peccatis mariti, & vxoris contra ſeptimum præceptum.

Summæ.

- 253 *Maritus, vt peccat capiendo ex vxoris parapbernis.*
- 153 *Vxor vt peccat capiens ex bonis mariti, etiam ad pia, niſi &c. & ſeq.*
- 153 *Parapherna bona, quæ dicantur.*
- 153 *Eleemoſynam octo caſibus vxor largiri poteſt, & ſeq.*
- 155 *Dos tota vxoris reddenda, licèt ornatus eius fuerit nimius,*
- 155 *Maritus cur non nocet vxori in paraphernis, vt in lucris.*
- 155 *Vxor etiam valde dotata, non poteſt donare 40. ſcuta.*
- 155 *Maritus ſine vxore quid poteſt, vbi omnia bona communia ſunt.*

153 L. Peccat mortaliter maritus, ſibi vel alteri accipiens aliquid notabile ex bonis præter dotẽ ad vxorem ſpe-

ctantibus ( quæ Galli peculium, Græco verò vocabulo Iureconſultus [a] παράφερνα nuncupat. ) Nam alienum contra ius vſurpat. Bona vero paapherna ſunt, quæ vxor præter dotem quam marito in ſubleuamen onerum matrimonij dedit, ſibi reſeruat. [b]

a in l. vlt. C. de pact. conuent.

L I. Quæ vxor ſibi, vel alteri accipit ex bonis mariti notabile quippiam contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis, & id genus aliis, cum obligatione reſtituendi. S. To. [c] authore, quia nec eleemoſynam quidem ex bonis mariti, aut communibus, abſque eius licentia dare poteſt, niſi primo, extremè egenti, cauendo tamen, ne idcirco maritus egeat extremè. [d] Secundò, vbi conſuetudo regionis inualuiſſet, quod vxores eleemoſynam panis, aut vini largiantur, ibi enim credere poteſt, placiturum marito, quàmuis expreſsè prohibeat: veri ſimile namque eſt id maritum facere, ne eleemoſynas immoderatas tribuat. Si autem crederet eum verè nolle, vt etiam conſuetam, & moderatam faciat, debet ab ea abſtinere, iuxta S. Ant. [e]

b l. ſi ergo, §. dotis, ff. de iur. dot.

c 2.2.q. 62. art. 1.

d c. paſce, 86. diſt.

154 Tertiò, cùm facit vt euitetur aliquod damnum mariti temporarium, vt Abigail [f] fecit. Eadémque ratione imò fortiori, ſi eam facit vt ipſius damnum ſpirituale vitetur, vt cùm maritus eſt malignus, & ipſa moderatè largitur, vt Deus eum ſpiritu ſuo afflet, & ad pœnitentiam conuertat, mod̃o ſine eius ſcandalo faciat. [g]

e 2. par. tit. 1 c 19 §.1. arg. c. Per tuas, 3. de ſimo.

f 1. Reg. 25.

Quarto, ſi maritus eſt amens, Quinto, ſi maritus eſt abſens: tunc enim adminiſtratio domus ad eã ſpectat, niſi per illum aut ſuperiorem aliter ſtatuatur. Palud. authore. [h] Sed quia nec eius dicta nec ratio iure firmo nituntur, verius eſt, eam his duobus caſibus, non poſſe dare ad ſummum plus, quàm maritus mentis compos, & præſens largiri ſolebat. Sextò cum maritus pro eius victu certũ quid illi deputat, & ex eo parciùs viuendo facit aliqua reſidua in pauperes eroganda, iuxta eundẽ. [i] Septimò, ſi habet bona parapherna, de quibus pro nutu ſuo vxor ſtatuere poteſt: niſi ſecus conſuetudo & ſtatuta prouinciæ ſtatuerent. Octauò, ſi dedit marito dotẽ ſubſtentationi ſufficientẽ, & nihilominus callet artem texendi, ſuendi, acu pingendi, vendendi, emendi, aliámve ſimilem: quã non negligendo debitam domus admi-

g arg. c. Nihil., de præſcrip.

h in 4. ſent. diſt. 15 q art. 6. concl 2.

i vbi ſup.

niſtrationem, lucratur. Quo poſſent conciliari opiniones contrariç gloſſæ cuiuſdam [a] ac Theologorum, S. Tho. Richa. & Palu. [b] Siquidem, ex ita lucrifactis libere impendere poteſt, [c] modò (vt ſanctè dixit Aſtenſis) ſua familia eo non indigeat: quia de præcepto charitatis primum domeſticis ſubueniendum eſt, [d] & modo lucra non ſint communia marito & vxori, vt cõmuniter ſunt in omnibus Hiſpaniæ regnis, adminiſtratióque marito ſit reſeruata.

a *l. ſicut. ff. de oper. lib.*
b *vbi ſup.*
c *vt ſentit. Bart. in l. Caio, ff. de alim, & cib. leg.*
d *c. Non ſatis, 86. diſt. & l. ſi præceſ. C. de ſeruit. & aq.*

Quibus adnotandum, quòd ſi maritus eſt prodigus, vel decoctor, poteſt licitè vxor accipere clam aliqua, vt neceſſitatis tempore domui ſuæ prouideat, adeo vt marito etiam id imperanti, non teneatur quæcunque habet, tradere. Angel. deciſore. [e]

e *verb. furtum.*

155 Cæterum, etiam in foro conſcientiæ poteſt vxor totam dotem repetere mortuo marito, licèt multa ſuperflua impendiſſet in eam alendo & ornando: iura namque cum onere conſeruandi eam vxori, faciunt ipſum illius dominum. [f]

Maritus autem tenetur reſtituere vxori, non ſolùm dotem integram, ſed etiam quæ bene vel malè impendit de eius bonis paraphernis: non tamen, quæ de lucris communibus: illa namque ſola quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta, cenſentur lucra: reliqua enim, licèt pro dimidio lucrifiant vxori, lucrifiunt tamen reuocabiliter, adeo vt maritus (ad quem ſpectabat libera illorum adminiſtratio) potuerit bene vel malè ea adminiſtrando, ſibi & vxori reuocare, vt tradit Ioan. Lup. [g]

f *l. doce ancidã, de rei ven, & l. in rebus. C. de iur. dot. & c. per veſtras, de donat. inter vir & vxor.*

At verò, vxor etiamſi maximam dotem dederit marito, non poteſt citra eius licentiam dare de illa 40. aureos, etiam nutrici ſuæ, quæ eam lactauit. Nec obſtant producta in contrarium. de pupillo, quem aiunt non teneri reſtituere, quæ de ſuis bonis clam tutore, impendit, nec deponentem qui de rebus à ſe depoſitis, depoſitario idem facit: nam horum vterque tenetur conferre illud in rationes, quod effectu, non aliud eſt, quàm reſtituere. [h] Nec refert, an minutatim iteratis vicibus, an vna eos dederit, cùm à principio quadraginta dare ſtatuerit, per ſupra commemorata. [i]

g *in rub. de donat. inter vir. & vxor.*
h *arg. c. venien. 2. cum ſimilib. de teſtib.*
i *eod. n. 13. 9*

In Portugalia porro vbi ipſo iure omnia bona mariti, & vxoris communicantur, donatio mariti de mobilibus etiam citra vxoris conſenſũ, valet: apud maritum ſiquidem, eſt tota adminiſtratio bonorum, poteſtque ſolus regulariter alienare mobilia: licèt non immobilia.[a] Tenetur nihilominus, referre illa in partem ſuam: imò & facere, vt vxori ſuæ id innoteſcat, quò in partitione tanto plus ipſi obueniat, per prędicta. Atqui, donatarius credens maritum id non manifeſtaturum vxori, nec in ſuam partem clam illâ donatum, relaturũ, tenetur eam eiuſce rei commonefacere. Idémque dicendum de marito, qui in ditionibus vbi lucra fiunt communia, donat aliqua clam vxore ſua: nam licèt impenſa eius prouida, vel prodiga diminuat lucra, non tamen id efficit donatio, quæ ei non permittitur, ſicut illa.

*a iuxta tit. 6. lib. 4. ad fin. & tit. 8. lib. 1. ordin. Luſitaniæ.*

## De peccatis filiorum circa bona paterna.

Summæ.


156 *Filius qui de bonis paternis, patre nolente, aliquid accipit, vel eo volente, vel donante, vltra legitimam.* 157.

158 *Filius fruens fructibus, vel pecunia patris, clam fratribus. & ſeq.*

158 *Legitimam filiorum variam in varijs regnis eſſe.*

159 *Filius ſtudiorum impenſam à patre factam, an conferat.* &c

159 *Filij legitimam non minuit, ornatus ſibi à patre datus*

159 *Filius quæ alimenta ſtudij refert in legitimam.*

160 *Filius donatum patris intuitu nolens conferre, nec fratris impenſas ſtudij, ſoluere & perdita ludo, vel pœnam delicti non conferens in legitimam. & ſeq.*

161 *Filij lucra de patris pecunia facta, non conferens, & ſeq.*

165 *Vxor quorum iocalium domina, & quorum vſuraria. & ſeq.*


156 LII. Peccat filius, notabile quippiam ex bonis ſui patris contra eius voluntatem accipiens. Quandoquidem filius nullum ius in bonis patris viuentis habeat, quàm quòd ipſe ali debeat ex eis, ſi ſuis non po-

teſt. [a] Et ita, quod ex eis acceperit, patri, aut ſaltem eius hæredibus: ſingulis pro rata reſtituere debet: niſi pater viuens ei condonârit, iuxta S. Ant [b] etiamſi bona, ex quibus id accipit, forent ſua aduentitia aut profectitia, per ſupra dicta, [c]

157 Quin & ſi accipiat quò eleemoſynam largiatur nō egenti extremè, imó, ſi ad dandum egenti extremè, ſi eius neceſſitati mutuando ſubuenire potuiſſet, per ſupradicta. [d] Poteſt etiam licitè accipere, quando probabili coniectura aſſequitur, patrem ſuum eo contentum fore: vt cùm de eius licentia peregrinatur, aut in peregrinis gymnaſiis verſatur: tunc enim probabiliter credere poteſt, ratas habiturum patrem eleemoſynas quas initar ſui ſimilium facit. [e] Poteſt demum cùm bona ipſius aduentitia ad eum ſpectant, etiam quo ad vſum fructum, cuiuſmodi ſunt in caſibus ſupra relatis. [f]

158 LIII. Filius accipiens ſibi vel alteri ex bonis patris datis ſibi in peculium profectitium, vel ex fructibus eorum, aut fructibus aduentitiorum pertinentibus ad patré: imò, vel ex ipſis bonis ſuis cum præiudicio vſus fructus patris, contra eius voluntatem: vel eius accedente aſſenſu, plus, quàm pater donare poteſt, eò quod excederet ſuam legitimam, & quantitatem, quam pater cuilibet extraneo relinquere poteſt, quæ interdum iure communi ſunt duæ tertiæ partes, interdum dimidia, [g] & iuxta leges Regnorum Luſitaniæ, tertia, [h] Regnorum verò Caſtellæ, quinta, [i] Quin & tertia, ad donandum ea, quibus aliis volet. Si verò mortuo patre non vult illud plus in diuiſionem cōferre cum ſuis fratribus, mortaliter peccat, cum obligatione reſtituendi, per ſupradicta iura. Idémque ſi vltra legitimam per donationem patris inualidam quicquam accipit.

LIIII. Filius accipiens fructus aliquorum bonorum ſui patris viuentis, de conſenſu eius: quos à morte eius renuit indiuiſionem cum cæteris fratribus conferre: niſi pater, permittat, & conſentiat eos capi animo remunerandi eius merita, intra tamen quantitaté, quam ei donare poteſt. Bar. authore [k] Quod ipſum, etiā producendum eſt ad pecuniam, quam in peculium profectitium à patre accepit, ſecundum mentem. Bart. [l] & ad

a *l. ſi quis à liberis, § idem., ff. de lib. ag.*

b *2. part. tit. 1. c. 5. § 1.*

c *eod. c. n. 153.*

d *eod. c. n. 60.*

e *arg. l. longius, ff. de iudic. cum ei adnot.*

f *eod. c. n. 143.*

g *auth. de trient. & ſemiſ. col. 3. & auth. nouiſſima, C. de inof. teſtam.*

h *lib. 4. ordin. tit. 70.*

i *l. 7. & 8 adiūcta l. 15. tauri.*

k *in tract. de duob. fratrib. n. 1. & 2.*

l *vbi ſup.*

id quod pater nomine filij emerat, cùm id labore, atque induſtria ſua filius promeritus eſſet. [a]

159 L V. Filius renuens conferre quę pater ipſi emit, ſed viuens non tradit, quàmuis ſint libri, arma, aliave eiuſmodi (quæ ſi traderentur viuente patre, bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia fierent, quoad proprietatem & vſum fructum) quia omnino patris remanent, ideóque inter fratres diuidenda ſunt: licèt tempore, quo illa pater emit, filius iam eſſet Doctor, aut miles: nam quo illa fiant bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia, neceſſe eſt, in vita patris tradi. [b] Quod etiam producendum eſt ad libros, quos pater emit, & tradidit filio, qui verſabatur in literarum ſtudiis, ſi doctor effectus, aut iam emancipatus non erat: non enim fuerunt facta bona quaſi caſtrenſia. Cæterùm, non tenetur illos accipere iuxta æſtimationem, qua empti fuerũt, ſi nunc minoris æſtimentur, [c] nec etiam pluris, ſi eorum æſtimatio creuit, iuxta Raphaelem, cui refragatur, & quidem rectè, Lud. Ro. [d]

160 At vero filius non tenetur conferre, quæ cum eo prę cæteris pater impendit in victu, amictu, & æquitatu, cùm non ſit donatio, ſaltem talis, quæ in legitima computari debeat: niſi cùm pater donauit ei aliquam ſummam, vt de ea pro arbitratu diſponeret, ipſe vero ad nutum ſuum in prædicta impendit, quia conferret eam, vt alias donationes. [e]

Cæterùm ſi pater filij nulla bona habebat, & aluit eum in ſtudijs literarum, non tenetur in partem ſuæ legitimæ conferre alimenta, quæ ibi accepit. Licet ſecus, ſi pater penes ſe peculium craſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe filij habebat: præſumitur enim eum aluiſſe tanquam adminiſtrator bonorum eius iuxta Barth. [f] Quã quam in relictis creditori, per vltimam voluntatem, diſtinguatur, an debitum fuerit neceſſario, an ſpõte contractum [g]

161 LVI. Peccat filius, quod de patris pecunia lucratus eſt, eo mortuo, renuens conferre, cum obligatione reſtituendi præter partem lucri, quam ſuo labore & induſtria meruit, vt quilibet extraneus meruiſſet, præuia proteſtatione expreſſa, vel tacita, per prædicta. [h] Eam ſiquidem, conferre non tenetur per prædicta: quæ pars

a l. filij ff. famil. herciſc.

b l. 1. C. de caſtr. pecul. Bart. in d. tract. n. 15.

c iuxta. gloſſ. in l. illud. C. de oc l. la recep.

d arg. l. ſecundũ naturã, ff. de reg. iur. c. qui. ſentit. eo. tit. lib 7.

e iuxta l. 17. & 18. Tauri.

f vbi ſup. arg. l. 1. C. de dot. promiſſ.

g iuxta. comun. in. l. ſi cum dotẽ, § ſi pater, ff ſol. matr. & in. § ſciendum, l. 1. C. de rei. vxo. act. c. officij, de teſta.

h cod. c. n. 144 & ſequ. & n. 148. & 158 facit l. fina. C. de colla. &, Bar. in. d. tract. n. 23,

regulariter eſt dimidium eius, quod lucrifecit, ſecundùm. Bart.[a] quem plurimorum auctoritate fulcit Decius,[b] vt diximus ſupra,[c]

162 Quod ipſum, producendum ad filium qui viuente patre datum, aut relictum ab aliquò extraneo, ſolius patris, non ſui intuitu, mortuo patre, non vult conferre: illud enim eſt peculium profectitium, per ſupradicta,[d] ſecus tamẽ, ſi ei datum, aut relictum ipſiuſmet contemplatione fuit, aut tempore, quo iam emancipatus erat.[e] Si verò non conſtat vtrius contemplatione fuerit datum, conijciendum eſt ex qualitate perſonarum, & modo relinquendi, aliiſque id genus, iuxta boni viri arbitrium.[f] dèmque de filio, nolente pro ſua parte ſoluere debita honeſta, quæ ſuus frater in literarum ſtudiis viuente patre (qui ipſum ad illa ablegârat) contraxit, cum obligatione reſtituendi,[g] quamuis conferre in impenſas ſtudij, in quo perſeuerare intendit, non teneatur, iuxta Bart. & Bald.[h]

163 Idem dicendum de filio recuſante conferre in ſuã legitimam mortuo patre ſumptus neceſſarios, quos circa ſua bona aduentitia fecit qui ve in eorum perpetuum emolumentum redundabant, cùm pater eos animo recuperandi feciſſet, cum obligatione reſtituendi. Secus tamen, ſi eos animo non repetendi fecit, quod ſi non conſtat, exigui præſumentur facti ſine animo repetendi, cum eo verò, ſi ſunt adeo magni, vt fructuum æſtimationem excedant. Bart authore.[i] Indubium porrò eſt, quod ſi eiuſmodi ſumptus non erant neceſſarij, nec in perpetuam vtilitatem eorundem bonorum, ſed ſolùm in fructuum, quos pater vita durãte percepturus erat, meliorationem redundabant, filius mortuo patre illos in legitimam ſuam referre non tenetur, quia omnia onera, & ſumptus in fructuum vtilitatem redundantes, ad patrem (qui vſum fructum habet) ſpectant, iuxta Bart. recept.[k]

164 Idem iudicium de filio, mortuo patre recuſante conferre in ſuam legitimam, bona patris, quæ inſumpſit in ludos, ac vſus prauos, & vanos, in quos frequẽter filij ſcholaſtici pecunias à parentibus emendis libris acceptas inſumunt, cum obligatione reſtituendi ſecundùm mentem gloſſ. cuiuſdã,[l] & cõmunẽ ſuper ea ſcribentiũ.

a *in l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de collat. bon.*
b *in l. illud., C. de collat.*
c *n. 158.*
d *eod. c. n. 144.*
e *l. ſed ſi quid, ff de vſufr. Bart. vbi ſ. n. 7.*
f *arg. l. 1. ff. de iur. d. lib. & c. de cauſis, de off. deleg.*
g *l. ſe d. Iulianus. § pen ff ad Macedon. Bart. in d. tract. n. 16. & Bald. in. addit. eiuſd.*
h *vbi ſ. n. 17.*
i *vbi. ſ. n. 22.*
k *d. n. 22.*
l *l. illud. C. de collat.*

165 Idem quoque cenſendum, de filio committente delictum, ob quod pater mulctam ſoluit, compellente in id ſtatuto regionis, ſecus tamen, ſi pater eam ſponte nullo cogente ad id ſtatuto, ex pietate ſoluit.[a] Idem etiam de filio, in ſuam legitimam conferre renuente ſumptus, quos pater animo in eam referendi in eius nuptiis fecit: ſecus tamen ſi citra talem animum id fecit, quod in dubio præſumitur,[b]

166 LVII. Gener veſtes pretioſas, & feſtis celebrãdis aptas, aliáque ornamenta, vt margaritas, annulos, lapides pretioſos, data ſuæ vxori, à ſocero etiamnum extantia, mortuo ſocero, in vxoris legitimam referre detrectans, cum obligatione reſtituendi, niſi ſecus in vltima voluntate declararit.[c] Non enim poteſt dici eorum donatio morte ſoceri confirmata, cùm non conſtet, nec præſumatur donatio: ſed duntaxat conceſſio vſus eorum,[d] neceſſaria tamen vſui quotidiano non tenetur conferre, nec pretioſa, pretio, quo conſtiterunt: ſed quo valent tempore collationis, & ne quidem in hoc, ſi dignitas, aut opes perſonarum, adeo ſunt magnæ, vt illarum donatio præſumatur.[e] Nec veſtes lugubres, quia vxoris ſunt.[f] Idémque cenſendum de genero, qui donata vxori ſuæ à conſanguineis eius, ſibi retinet, quod enim conſanguinei mariti, ipſi offerunt, pertinet ad eum, ad vxorem veró, quod conſanguinei eius illi dant, Bart. deciſore[g]

## De peccatis falſariorum.

### Summæ.

167 *Falſarius nummos in ſubſtantia falſans, circuncidens vel attenuans ſcripturam, pondera, menſuras, aut ſigillum vitians, cui reſtituet.* 168. & 169.

169 *Falſarij bullarum, qui excommunicati.*

169 *Reliquijs, vel miraculis falſis, vel veris in malum finem vtens.*

169 *Quæſtus turpis reliquiarum, quis dicatur.*

167 L VIII. Peccat, nummos in ſubſtantia, pondere, aut forma falſans, aut falſis, ſciens tales eſſe, vtens,

[a] *arg. l. liber. captiuus, C. de capt. Bart. in d. tract. n. 3*

[b] *l. 3. § fin. ff. de muner. & hon. Bart. vbi ſup. n. 30. facit l. ex parte, § filius, cum gloſ. ff fam. herc.*

[c] *d. l. ex parte, cum gloſſ. Bald. in addi Bart. in d. tract. de duob. fratr.*

[d] *arg. l. id veſtimentũ, ff. de pecul. & l. mortis, in fin. ff. de don. inter vir. & vx. & Bart. vbi ſup n. 22.*

[e] *l. filius, ff. de donat. Ang. ver. peculium, § 14. Silu. eod. verb. q. 12.*

[f] *per gloſſ. in l. ex re domini, ff. de ſtip. ſeru. & Ang. verb. peculium, § 12.*

[g] *in. l. ſed ſi plures, § in arrogato, ff. de vulg. & pupill.*

iuxta mentem omnium, [a] cum obligatione reſtituendi damnum. quod contingit, quando falſitas fit circa ſubſtantiam, ſubſtituendo, aut permiſcendo vnum metallum alterius loco, [b] aut circa pondus, minorem pro maiori cudendo, [c] At nõ tam graue emergit damnum, cùm ſolùm falſat formam, citra poteſtatem cudendo, aut imprimendo characterem, formámque alienam citra conſenſum eius, cuius erat: [d] primis namque duobus modis, proximo nocet non tertio. Reſtitutio, autem fiet damnum paſſo ſi notus eſt, ſin autem, pauperibus. [e] Neque excuſatur, quod illum ab alio accepit, cùm eis error alteri nocere non debeat. Si tamen ignorabat adulterium eſſe, durante ignorantia, excuſatur: at poſtea ea ſublata, damnum paſſo ſatisfacere tenetur: præſertim ſi fuit in culpa accipiendo adulterinum pro vero: non autem cui dedit, ſi ipſe pro vero impenderit, & damnũ erat notabile: alias ſecus, per ſupradicta.[f]

168 LIX. Peccat, auctoritate priuata, forficibus, aliiſve inſtrumentis circuncidens, ſeu aquis acribus attenuãs nummos, cum, obligatione reſtituendi. [g] Dixi (*Priuata*) ſecus enim, ſi id fecit publica eius, qui eos cudi iuſſit auctoritate, vt iuſto maiores ad æqualitatem pretij aliorum, redigantur. Dixi (*Publica*) priuata namque, non liceret reducere ad illam æqualitatem, imò, qui id faceret, tenetur reſtituere quod corraderet, ei qui cudi iuſſit, aut monetario, qui eos cudit, ſi illud plus ipſi monetario, non autem iubenti cudere deperiret.

169 LX. Scripturam in damnum alterius falſans, aut ea (ſciens falſam) eſſe vtens, vel ſubdolè occultans, aut rogans ſcribam, vt ſibi teſtamẽtum, aliámve quamlibet ſcripturam falſam deſcribat, [h] cum obligatione reſtituendi damnum, inde promanans. Si vero ſunt literæ Papæ (quas bullas, vel breuia. Curia. Rom. vocat) eſt excommunicatus, excommunicatione Papæ reſeruata, licèt vnicum characterem ſeu literam, vnùmve apicem, non mutantẽ illarum ſentẽtiam, demeret, iuxta communem. [k] Quod tamen non exiſtimamus verum, ſaltem quoad forum conſcientiæ, vt poſt Ioann. Gerſon. alibi, [l] tradidimus, & infra. [m] Excõmunicatio-

a *in c. quanto, de iureiur.*

b *l. Paulus, ff. de ſolut.*

c *l. 1. ff. de contrah. empt.*

d *l. ſine nomine, & l. qui nomine. ff. ad l. Corn. de falſar.*

e *arg. c. cũ. tu. de vſur. & dictorũ, ſup. eod. n. 92. et 93.*

f *eod. ca. n. 3.*

g *iuxta gloſſ. recept. in dc. quãto.*

h *toto tit. ff. & C. ad l. Corn. de falſ.*

i *iuxta. ca. ad falſariorũ, de crim. falſ.*

k *in ca dura, de crim falſ.*

l *in ca. ad audiẽtiam, 1 de reſcript.*

m *ca. 27. n. 62.*

nem tamen non incurrit, id faciens in literis, amplius non valentibus, quæque iam euanuerunt, ſecundum Richard.[a]

LXI. Falſans pondera ſtateras, menſuras, illiſve falſis ſcienter vtens. cùm obligatione reſtituendi.[b] Quod ipſum producendum eſt ad eum, qui falſat ſubſcriptionem, vel inſcriptionem, aut ſigillum prælati, aliorumve quorumlibet, cum obligatione reſtituendi damnum, ſi quod ſequatur, ſecundùm S. Ant[c]

LXII. Vtens falſis reliquiis, aut veris turpisquæſtus, vel ebrietatum & commeſſationum mortalium gratia, aut reliquiis nouis ab epiſcopo non approbatis.[d] Turpis autem quæſtus dicitur, qui quæritur ex venditione, locatione, traditione, vel oſtenſione reliquiarum aliorumve ſacrorum, preuio pacto, vel ſine principali ob id quippiam recipiendi: non tamen, qui minus principaliter intenditur: vt quùm ſit primariè ob rem & reuerentiam eorum, quemadmodum vt plurimum fieri ſolet.[e]

a in 4. ſent. diſt. 18. art. 11. q. 3.

b c. 1. de emp. & vend.

c 2. part. tit. 2. ca 18. §. 7.

d ca. 2. de reliq. & l. nemo. C. de ſacroſ. eccle. & clarius Concil. Trid. ſeſſ. 25. de innoc. ſanct.

e per late trad. in repet. c. inter verba, 11. q. 3 conc. 4. & in Enchir. de orat. ca 6. nu. 1c. & ſeq. & in comment. c. cùm miniſter, 23. q. 5.

## De peccatis circa inuenta.

Summæ.

170 Inueniens alienum, vt peccat, ſi non reſtituit. & c.
170 Bona quæ nullius, & quæ derelicta nu. 176.
171 Pauper pauperi reſtituendum, an poßit ſibi reſtituere.
172 Theſaurus quid, & inuentus cuius ſit. & nu. 173.
173 Anni decem, longum tempus conſtituunt.
174 Dominium directum, & vtile quæ dicantur.
17: Theſauri reſtitutio etiam ante ſententiam facienda.
175 Theſaurus non eſt omnis pecunia abſcondita,
175 Theſaurum prædij empti, non reddit emptor etiam ſciens.
176 Inueniens aliquid vi fluminis in ſum fundum protruſum.
176 Animal laqueo captum, inuentum, cuius ſit.

170 LXIII. Peccat aliquid notabile alienum inueniẽs & ſibi retinens, vel quam citiſſimè & commode poteſt, non reſtituens perdenti, ſi eum nouit, aut nõ adhibuit diligentiam requiſitam, vt eum noſcat, iuxta Scotum receptum.[f]

f in 4. ſent. diſt. 15.

Diximus(*Notabile*)nam minus eo, non inducit mortale, per ſupradicta.[a] Dixi (*Alienum*) non enim eſt peccatum etiam veniale, accipere ſibi quod nullius eſt, cuiuſmodi ſunt aues, feræ & lapides prętioſi littoris maris, quæ inuenientiũ & capientiũ fiunt. Cuiuſcemodi etiam ſunt, quę fuerunt aliquorum ſed deſierunt eſſe eorum, nec effecta ſunt aliorum, vt theſauri, de quibus mox plura: & quæ à ſuis dominis pro derelictis habentur.[c] Pro derelicta autem quis habere ſuam rem perditam, præſumitur, ex coniecturis: in quibus eſt quod tacet, nec eam quærit per ſe, vel per alium in quod allegatur Feder. Sen.[d] licet, quiddã vltra noſtram ſententiam, requirat., vt infra[f] dicetur. Aut iacit librum apertum in mare, vel fluuium,[g] quàmuis id faciat tempore tempeſtatis.

171 Non tamen idem foret, ſi iaceret eum clauſum, ſalté illo tẽpore,[h] & minùs quod vi fluminis fertur,[i] At ſi debita inquiſitione facta non conſtet quis perdiderit, vel cuius ſit, pauperibus reſtituendum eſt.[k] Si vero inuentor eſt pauper, poteſt ſibi totum, aut partem illius retinere, tanquàm vnus eorum, ſaltem de conſilio confeſſarij.[l] Caueat tamen, ne ſua ipſius cupiditate illectus & ſeductus, debitam inquiſitionem omittat, & ſe pauperiorem quàm ſit, ſibi perſuadeat.[m]

172 LXIIII. Peccat, theſaurũ occultũ in fundo, locóve alieno inueniens dimidiúmque domino non reddens, aut ſi de induſtria, citra facultatem domini effodiẽs inuenit, ac totum non reddit, ſaltem ſui laboris mercede deducta[n] Theſaurus porro, eſt pecunia ſub terram, vel alibi abſcõdita vetuſtiore tempore, cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione, nulla eſt memoria.[o] Qui ſecundùm ius commune, totus eſt inuenientis illum, in eo quod plenè ſuũ eſt, quoad dominium directum & vtile: ſi vero caſu inuenit in alieno, dimidium eſt eius, & dimidium domini loci, vbi eſt inuentus. At ſi datâ operâ inueniat in alieno, diſtinguendum videtur, an de conſenſu domini loci fuerit quæſitus, an ſine illo & priore quidem caſu, totus cedet inuentori: poſteriore verò, totus domino loci.[p]

a c. 11. n. 4. & ſpecialius, eo ca. n. 3,
b §. ītẽ lapilli, inſtit. de rer. diuiſ.
c l. falſus, §. ſi. factũ, ff. de furt. & l. interdũ, ff de acq. poſſ. & §. ſi ff. de rer. diuiſ.
d in conſil. 107.
e ibid.
f n. 176.
g gloſſ. in d. §. ſi iactum.
h l, qui leuandæ. ff. ad l. Rhod. de iact.
i arg. l. nauigia, C. de furt. ca. excõmunicationis, de raptor.
k arg. c. cùm tu. cum ei adnot. de vſur.
l per. dicta in Enchir. de orat. c. 7. n. 34. & ſ. eod. c. n. 93 & in. Apolog. de redit. eccl. q. 1. 77.
m art. c. quatuor 4. qu. 3. & Ioan, Mat. in. 4. ſent. diſt. 15. q. 8.
n iuxta. mentem gloſſ. d. c. ſi. quid, 14. q. 5.
o l. nunquam. § Theſaurus, f. d. acq. rer. do. & meliùs in §. Theſauros inſt. de reddi. & in l. 1. C. de Theſau. lib 10.
p vt probat & reſoluit Silueſt. in aur. roſa, caſ. 19.

173 Quibus conſequens eſt creditorem theſaurum in domo, quam pignori habet, & maritũ, in terra dotali, vxoris inuenientes, diuidere debere eum cum debitore aut cum vxore. Quinetiam, qui in agro, aut domo ad modicum tempus conductis, imò & ad longum, putà, ad vitam, aut vitas, aut in emphyteuſim perpetuam, vel ad decem annos (qui etiam longum tempus conſtituunt) vt mox dicetur: horum ſiquidem nullus eſt integer dominus,[a] itáque dimidium directo domino dare debet. Et viceuerſa, ſi inuentor habet dominium directum, dimidium dare debet habenti vtile, vt colligitur ex Bart.[b]

174 Dominium autem directum tantum, dicitur habere, qui proprietatem rei citra vſum fructum habet vt qui in emphiteuſim perpetuam, aut ad vitam dedit, vel ad decem annos locauit. Dominium vero vtile tantùm, dicitur habere, qui citra proprietatem habet ius fruendi re perpetuo, vel ad ſuam vitam, vel amplius, aut ſaltem ad decem annos.[c]

175 Theſaurum porrò in loco publico, aut ſacro, ſiue religioſo inueniens, partiri debet cum fiſco, vel ciuitate, aut prælato Eccleſiæ, cuius eſt locus vbi eſt inuentus. Dixi ſupra (*Secundùm ius commune*) quoniam, vbi aliæ ſtatutæ ſunt circa hoc, aliáſve res inuentas, leges ſeruandæ ſunt: non tamen eſt expectanda ſententia iudicis, vt rectè monuit Caiet.[d] cùm hæc reſtitutio non fiat in pœnã, cuius ſoluẽdæ obligatio, exigat ſententiã.[e]

Cæterum, pecuniam diſperſam, per agrum, aut in ſacculo, retro aliquem parietem, ſeu in aliquo eius foramine inueniens reſtituere tenetur: quum non ſit theſaurus, per ſupradicta. & trad à Bal.[f] Quod etiam producendum eſt ad illum, qui pecuniam metu belli occultatam, aut quo melius ſeruetur, repoſitam inuenit: non enim propriè theſaurus, cuius hìc meminimus, & proinde nullum ius ſibi acquirit qui eam inuenit: imò tenetur reſtituere ei, qui abſcondit, eiuſve hæredibus,[g] aut pauperibus: ſecus enim, mortiferè peccat,[h] ſi ex coniecturis apparet, non multum temporis fluxiſſe, ex quo poſita fuit. Qui verò emit prædium, ſiue vrbanum, ſiue ruſticum, in quo poſtea theſaurum inuenit, nil tenetur reſtituere venditori,[i] quàmuis ſciens in eis the;

a l. 2. ff. ſi ager vectig, vel. emphyteu. pet.

b in l. ſi is. §. fin. ff. de acq. rer. do. & in l. cauſæ. ff. de pocu. & §. theſauros, inſtit. de rer. diuiſ.

c iuxta gloſſ. Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. & prolata per Deciũ conſ. 204 & alios alibi.

d 2. 2. q. 66. ar. 3

e iuxta gloſ. fin. cap. fraternitas, 12. q. 2.

f in rubr. de rer. diuiſ.

g l. à tutore, ff. de rei vend.

h vt ſenſit. gloſſ. d. §. theſaurus, inſti. de rer. diuit.

i d. l. à tutore.

ſaurum eſſe, emerit ab id ignorante, aſſertore S. Tho.[a] quicquid Ang. dicat.

LXV. Peccat, theſaurum arte magica, aut diuinationibus, & modis illicitis quęrens, quàmuis id efficiat in ſuo, & quod iuuenit, cedit fiſco,[b] illum tamen retinere poſſe videtur donec condemnetur: quia pœna eſt.[c]

176 LXVI. Trabem tignum, aut aliud quippiam fluminis vi delatum inueniens, ſibíque vendicans, niſi tale foret, vt iure præſumeretur pro derelicto habitum,[d] inque ſuo id inueniens, dominum requireret, vt illud inde auferret, aut pro derelicto haberet: vel peteret à iudice, præfigi ei terminum, intra quem id faciat dominúsque id negligat, ſatis pręſumi poteſt, id eum pro derelicto habere, quò ſibi retinendo: non peccet,[e]

Auis, autem & fera laqueo etiam alieno comprehēſa, & inuenta accipientis fit,[f] niſi contraria conſuetudo ei ad quem laqueus ſpectat, ſuffragetur. Ioan maior. authore.[g]

a 2.2 q, 66 ar. 5

b *l. vnica C. de theſeau lib. 10.*

c *arg. gloſſ. ſing. cap. fraternitas, 12. q. 2*

d *arg l. qui lenãdæ ff ad. l. Rho. de iact. Gabri. in 4. ſent. diſt. 15. q. 8. ſub. fin.*

e *arg. d. l. qui leuandæ, cum ei adnot.*

f *l. in laqueum. ff de acq. r. r. dom. §. illud. quæſitũ inſtit. de rer. diuiſ.*

g *in 4 ſent. diſt. 15. q. 10.*

# De peccatis circa contractus, & primò circa depoſitum.

## Summæ.

177 *Fraus ſpecies doli.*

177 *Culpa quid & quotuplex.*

177 *Dolus quid, & quotuplex.*

177 *Fallacia ſpecies doli.*

178 *Caſus fortuitus quid, idem vni caſus, alteri non: de eo nemo niſi tribus caſibus tenetur.* 179.

179 *Contractus magis obligat eum, cuius gratia fit.*

180 *Contractus per quoſdam tranſit dominium, per quoſdam non.*

180 *Deponens mutuabile cum facultate vtendi, &c.*

181 *Depoſitarius vt peccat non reddendo, vel vtendo.*

181 *Depoſitarius ſe offerens, non tenetur, niſi, & c.*

181 *Depoſitarius ne de dolo teneatur, pactum non valet.*

177 Cognoſcendis peccatis, quæ circa depoſita, commodata, mutuata, pignorata, & locata committuntur,

operepretium fuerit nôſſe, an quippiam dolo, an culpâ, an caſu pereat, vel peius fiat, & an culpâ lata, leui, vel leuiſſima: ideoque, quid ſit vnum quodque illorum. Definiuntur autem à Pano.[a] poſt, Bart.[b] & ſepe per noſtros doctores, & S. Tho.[d]

Ex mente porro eorum, culpa generaliter ſumpta, eſt voluntaria inordinatio actus (vt loquitur ſanctus Thom.) aut deuiatio à bono (vt Bart.) Et quia inordinatio, ſiue deuiatio voluntaria, interdum fit ſtudioſe, ſiue de induſtria, interdum imprudenter, ideò, culpa diuiditur in dolum, & culpam ſimplicem. Dolus autem, eſt machinatio, ſeu circumuentio, ad decipiendum: aut fallendum alium adhibita.[e] Qui quidem, eſt bipertitus. Alter, qui fit verbis, vocaturque fallacia. Alter, qui factis tantum, & vocatur fraus, vt ait ſanctus Thom.[f] Inſuper, diuiditur in verum, & præſumptum, Barto. & Panor. diuiſoribus. Nam licèt dolus probari non poſſit niſi confeſſione patris, vel coniecturis, quoad forum exterius,[g] cùm tamen ſigna ſunt manifeſta, dolum verum, cùm ſecus, dolum præſumptum dicimus. Verbi gratiâ, librum commodatum reliquiſti noctu in platea furibus frequentata, & eſt perditus, reputaberis vero dolo, vt perderetur, ibi reliquiſſe, ſi autem eundem librum reliquiſti in platea interdiu, dolo præſumpto reliquiſſe cenſeberis: licèt fieri poſſit, vt neutro caſu coram Deo dolo feceris, vel quod poſteriore caſu doloſe feceris priore minimè. Et quidem dolum verum, latiſſimam, dolum verò præſumptum, latiorem culpam appellauit Bart.

178 Quibus conſequens eſt frequentiſſimè contingere, vt qui verè coram Deo non eſt in dolo, præſumatur in eo eſſe coram hominibus. Inſuper, fraudem eſſe ſpeciem doli generaliter ſumpti.[h] Omnem denique dolum eſſe culpam, adeo quidē vt promittens cuipiam indemnitatem de culpa commiſſa per famulum, teneatur de furto ab eo doloſè admiſſo[i] Bar. & Pan. communiter receptis aſſertoribus.[k] Culpa autē ſimplex, differt à dolo, quod hic ſcienter & ſtudioſè fit: illa vero ignoranter, vel negligérer: eſtque tripertita, lata, leuis & leuiſſima Lata eſt, quam regulariter omnes communiter vitāt:: qualis eſt eius, qui extra, domum aut ſuper ſcāno

a in ca. 1. de commod. & ca. fi. de depoſ.
b in l. quod. Nerua, ff. depoſ. cum not. ibi.
c alibi.
d 1. part. qu. 48. art. 5. & 6. & 1. 2. qu. 21. art. 2. & 2. 2. qu. 118. art. 8.
e l. 1 ff. de dol. gl. in reg. ſcienti. li. 6.
f in d. arg. 8.
g iuxta gloſ. c. 2. de renunc. lib. 6. & in l. dolum, de dol.
h arg. cap. tua, de ſponſ. cum. ei adnot.
i iuxta l. ius gentium § ſed ſi fraudandi, adiūcta. gloſſ. ff. de pact.
k vbi ſup.

librum ſibi commodatum relinquit. Leuis verò, quam regulariter homines diligẽtes ſuæ vocationis vel profeſſionis, euitant: qualis eſt eius; qui librum in ſuo cubiculo,oſtio tamen aperto,relinquit. Leuiſſima, quàm homines diligentiſſimi vitare ſolent: qualis eſt eius, qui librum commodatum, in cubiculo relinquit,quod claue obſerauit, non tamen manu an bene obſeratum eſſet,tentauit, iuxta communem opinionem.[a] Caſus verò fortuitus eſt inopinatæ rei euentus: qui præuideri non poteſt, etiam ab oculatiſſimo. Caſu autem fortuito fit, quod ſine vllo dolo & culpa eius, de quo agitur, contingit: quod genus ſunt quæ contingunt per bellum inopinatum, furtum,terræ motum, gelu, grãdines fulmina,& id genus alia.[b] Atqui, euentus quiſpiam dici poteſt caſus, fortuitus reſpectu vnius, non reſpectu alterius, veluti incendium domus reſpectu eius qui incendit, dolo aut culpa dicetur factum,ac reſpectu paſſi damnum ſuorum bonorum vel alienorum per illud, qui eiuſce, rei conſcius non fuit, caſus fortuitus.

179 Cæterùm, regulariter nemo tenetur de damno, quod caſu fortuito contingit, niſi tribus caſibus. Primus, quando culpa præcedit,vt qui equum ſibi Bononiam vſque commodatum,duxit Mediolanum, & Bononiam prætergreſſus,incidit in latrones, qui ipſi illum abripuerunt. Secundus,cùm mora præcedit,[c] & fit deterior, aut perit aliter, quàm periiſſet apud commodantem, per ſupradicta Tertius,cùm ſit pactum, vt,quamuis caſu fortuito amitteretur, ei qui recepit pereat[d]

Cùm verò aliquis contractus in fauorem, & vtilitatem ſolum alterius contrahentium fit, ille regulariter de dolo, & lata culpa, tenetur. Si vero in fauorem, & vtilitatem vtriuſque fiat, vterque tenetur de dolo, lata & leui culpa,non leuiſſima,nec de caſu fortuito.[e]

180 Et quidem nonnulli ſunt contractus, quibus dominium rei de vno in alium non transfertur,alij,quibus transfertur. De numero non transferentium, eſt contractus depoſiti, quo ſola cuſtodia rei alteri committitur,[f] regulariter fit in fauorẽ eius, qui deponit.[g] ac cõmendat Contractus inſuper cõmodati,quo cõceditur vſus alicuiꝰ rei quæ vſu nõ cõſumitur vt cõmo-

a in d. cap. tin.
b i. quæ fortuitis C. de pign. act.
c an. 44.
d d. ca. 1. & l. in rebus, ff. eod. & l. C. eod. & l. 1. § is ff. de act. & oblig.
e l. cõtractus, ff. de reg. iur. cum adnot. ibi. per Decium.
f l. 1. & l. licet, ff. depoſ.
g c. 1. cũ ei adno. de commod. & toto. ti. ff. cõmod.

datio gratuita mulę, libri, veſtis, & id genus aliorũ: & regulariter fit in fauorem accipiẽtis: Contractus denique locati & conducti, quo vſus alicuius rei, quæ vſu conſumitur, pretio conceditur, [a] quod genus eſt conceſſio non gratuita vſus domus, prædij, mulæ, equi, & id genus aliorum. Contractus, demum pignoris, quo debitor creditori aliquid in cautionem pignorat. [b] De numero verò transferentium dominium, ſunt emptio, & venditio, [c] permutatio, donatio, & mutuum, quo gratis creduntur res, quæ in numero, pondere, & menſurâ conſiſtunt, vſuque conſumuntur, [d] qualia ſunt pecunia numerata, panis, vinum, & oleum.

Atqui, depoſitum prædictarum rerum in numero, pondere, & menſurâ conſiſtentium, facultate depoſitario vt eis vtatur, facta, incipit eſſe mutuum, ſimul ac depoſitarius eis vti incipit. [e]

181 LXVII. Peccat, deponens rem in numero, pondere, vel menſura conſiſtentem, cum facultate, vt depoſitarius ea vtatur, pacto inito, aut intenſione principali, vt aliquid quæſtus inde conſequatur, quia, per proximè dicta, in effectu mutuat & ſperat inde principaliter lucrum: quod eſſe peccatũ infra [f] patebit. Idemque iudicium, de depoſitario, qui depoſitum deponenti repetenti, reddere non vult, [g] niſi cùm deponens in ſuum alienumve damnum repeteret: vt quum furens, qui arma depoſuit, quò ſe, aliumve lædat, illa repetit. [h] Et niſi cùm bona deponentis publicata, ſiue confiſcata ſunt: tunc enim depoſitum fiſco reddendum eſt. [i] Et niſi cum fur, apud eum, à quo furatus erat, deponeret. [k]

LXVIII. Depoſitarius depoſitum amiſſum dolo, vel latâ culpâ ſua, de quibus ſupra, [l] reddere nolens, [m] quamuis ſecus, ſi culpâ leui ſit amiſſum. Regulariter namque depoſitum gratiâ ſolius deponentis fit, per cõtractum autem alterius tantum partis gratiâ factum, altera pars de culpa leui non tenetur, per ſupradicta. [n] Quo fit, vt ſi ob cuſtodiam mercedem accipit, tenebitum, ſi ſuâ culpâ, quàmuis leui, admittatur: non autem ſi leuiſſimâ, vel caſu fortuito, niſi præceſſerit mora in reſtituendo, vel pactũ, ad id eum obligans: per prędicta. [o] Licét non ſubſiſteret pactum, ne depoſitarius de dolo teneatur: quum id anſam, & occaſionem peccandi præberet,

a toto tit. ff. & C. locat. & in Decret. eod. tit.
b l. 1. ff. & C. de pign. & eod. tit. in Decretal.
c ff. & C. de cõtrah. empt.
d l. 2. §. appellata ff. de reb. cre.
e l. Quintus, ff. depoſ. l. certi cõditio. §. fin. cum l. ſeq. ff. de reb. cred.
f n. 207.
g cap. bona fides de depoſ.
h c. ne quis, 22. q. 2. Cicero lib. 1. offic.
i d. l. bona fides.
k per eand. l.
l eod. cap. n. 177.
m l. 1. §. vlt. ff. depoſ.
n eod. ca. n. præce.
o n. 79.

præberet, quod non licet.[a] Inſuper, cùm gratia depoſitarij, depoſitum factum eſt tenetur de culpa leui. Et quando ipſe ſe obtulit cuſtodem, ob quod deponens alteri diligentiori, non commiſit, iuxta commu. Cuius tamen contrarium tenuimus ſupra,[b] ſequuti Decium,[c] niſi quando ſe ob ſuam vtilitatem obtulit, non autem, quò gratificaretur deponenti, operám ve ſuam ei nauaret.

LXIX. Depoſitarius depoſito inuito deponente vtens, vt de vtente pignore, infra[d] dicemus.

[a] *ca. ex parte, de conſuet. & l. cōuenire, ff. de pact. dot.*
[b] *ca. 4. n. 9. & ſeq.*
[c] *in d. reg. contractus.*
[d] *eod. c. n. 204.*

# De peccatis circa commodatum.

Summæ.

182 *Commodans, vt peccat ante tempus repetens.*
183 *Commodatarius, vt peccat non reddens, aut vtens, &c. & num. 184.*
185 *Commodatarius remittens per nuntium non reddentem, & 186.*
186 *Commodatum à mutuo in eius redditione longé differt, & ſeq.*
186 *Impenſæ, quæ & quomodo commodatario ſoluendæ.*

182 Peccat commodans, ante tempus conſtitutum, à commodatario inuito & cum eius damno notabili commodatum repetens, cum obligatione reſtituendi,[e] niſi commodans tantundem damni pateretur, ſi nō repeteret, ſecundùm Angel.[f] quod ſaluat quoad forum conſcientiæ Siluest. quando commodatarius alio remedio ſibi, quò eiuſmodi damnum vitaret, proſpicere potuiſſet: etiam ſi illud commodatum ſibi non fuiſſet, ſed (noſtro iudicio) in vtroque foro peccat, qui commodat, & ante tempus reuocat: quia textus indiſtinctè loquūtur,[g] nec vlla ratio in vno foro potiùs, quàm alio concludit. Et quia licèt quis cæteris paribus ſibi magis, quàm alteri obligetur,[h] in propoſito tamen cætera non ſunt paria. Quia commodans ſua ſponte propriæ rei vſum alteri concedit, ſuamq́ue fidem ſeruare tenetur.[i] At, ſi res ad certú vſum, & tempus cōmodata non

[e] *l. in commodato, §. ſicut, ff. commod. & c. 1. de commod.*
[f] *verb. commodatum, §. 4.*
[g] *in d. c. 1. de cōmod. & d. l. in rebus*
[h] *ca. ſi non licet, 23. q. 5. & l. præſes. C. de ſeruit.*
[i] *l. 1. ff de pact. c. qualiter eo. tit.*

fuit: ſed quàmdiu commodanti placeret (quod precarium vocatur) cùm libuerit, repetere poteſt: niſi quando citra cauſam, & cum damno alterius repeteret: tunc enim dolo id facere videretur, Silu. [a] authore.

183 LXXI. Peccat commodatarius ad præfinitum tempus non reddens, aut deterius factum ſua culpa, etiam leuiſſima reddens, quo commodans non fuit contentus. [b] Idémque iudicium, ſi commodatarius in alium vſum, quàm cõceſſum, commodato vtitur, aut diutius quàm conuentum ſit, cum damno notabili commodantis, eſtque obligatus reſtituere illud, & rem ipſam, quàmuis deterior fieret caſu fortuito: quia furtum cõmittit: [c] omnis autem fur, eſt in mora: [d] & caſus fortuitus ei, qui eſt in mora, nocet: vt ſupra, [e] dictum eſt. Licèt non ſit fur, nec peccet, ſi probabiliter credit eum, qui commodauit contentum fore eo, quod faceret, ideoq; illud fecit, [f] Nec tenetur de damno commodatarius, ſine cuius culpâ, res commodata periit, aut deterior ſolo vſu, ad quem commodata fuit, effecta eſt [g] imò (ſaltem in foro conſcientiæ) reſtituere non tenetur commodatum, quod perit, aut deterius effectum eſt alio vſu, cùm certum eſt eodem modo periturum, aut deterius effectum iri, etiam ſi ſtato & opportuno tempore commodanti reſtitutum fuiſſet: niſi, quod commodantis ob moram interfuit Ang. aſſertore. [h]

184 LXXII. Huic conſequens eſt, peccare commodatarium, qui rem ſi commodatam cum domini damno notabili, alteri commodat [i] Et qui commodatum ſui tantùm gratiâ accipit (vt regulariter accipi ſolet) ſi ſuâ culpâ, etiam leuiſſima, amittatur, reſtituere tenetur At ſi accipit ob cauſam, & vtilitatem eius, qui commodat: veluti vxor ornamenta, & veſtes quas maritus, aut amicus commodat, recipit, quò ornatior ad eum accedat, non niſi ad damnum dolo, aut culpa lata datũ tenebitur: ſi verò vtriuſque gratiâ commodatur: vt commodantur vaſa argentea, & alia non abſimilia ad ſplendidè aliquem dominum, vel amicum communem excipiendum, tenetur ad damnum dolo, aut lata, & leui culpa datum: non etiam ad id, quod leuiſſima datũ eſt. [k] Tametſi Sotus, [l] nouè contra omnes aſſerat, ſe credere cõmodatarium nõ teneri de dãno dato culpa eius leui,

[a] *verb. precariũ, q. 1.*
[b] *arg. c. 1. de cõmod. cum ei ad not.*
[c] *l. qui inuenta, ff. de furt. § placuit, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. l. ſi vt certo, ff. commod.*
[d] *l. in re furtina, ff. de condi furt.*
[e] *eod. c n. 179.*
[f] *l. qui rem, ff. de furt.*
[g] *l. ſi commodauero, ff. commod.*
[h] *verb. commodatum, § 14.*
[i] *l. qui vas, § ſi ergo ff. de furt.*
[k] *l. contractus, de reg. iur. c. 1. cũ ei adnot. per Panor & alios, de commod.*
[l] *lib. 5. 7. art 3. de iuſt. & iur.*

quæ ad mortalem in foro conſcientiæ non peruenit. Communis nihilominus tenenda eſt: quum hæc obligatio non tam deſcendat ex peccato quàm naturâ contractus.

185 LXXIII. Qui remiſit commodatum, pignus, depoſitum, aut locatum per nuntium non habitum pro fideli, quod quidem, dolo, aut culpa eius deperditur; nec vult ſoluere. [a] Secus tamen, ſi miſit per nuntium communiter pro fideli habitum. [b] Quæ namque pereunt, regulariter ſuo domino pereunt. Cæterum, quæ commodantur, pignorantur, deponuntur, locantur: vt ſunt domus beſtiæ & ſimilia, quorum dominium non tranſit in accipientem, manent & ſunt eorum, qui commodant, pignorant, deponunt, aut locant: & proinde quomodo cunque pereant, eiſdem pereunt, niſi dolus, pactum, culpa, aut mora præcedat: quorum equidem nihil interuenit in miſſione rei commodatæ, per nuntium communiter illi perferendæ pro fideli habitum.

186 Quàmuis ſecus ſit dicendum de rebus mutuatis: putà, pecunia numerata, pane, vino, oleo, & id genus alijs, quæ vſu conſumuntur: quum dominium eorum tranſeat in accipientem: ideóque licet per nuntium fidum, & diligẽtem mittantur, ſi non peruenerint ad eos quibus mittũtur, nuntiuſque non fuit electus, aut probatus ab eis, non liberatur remittens, iuxta cõmunem. [c]

LXXIIII. Commodatarius rem ſibi commodatam nolens reſtituere, niſi ſolutis prius impenſis, quas ipſe iure facere tenetur: quales ſunt victus, & curationes exigui pretij, [d] quamuis in compenſationem alterius debiti liquidi, retinere poſſet, iuxta commu. [e] Quin etiam in pignus magnarum impenſarum in eius curationem ab aliquo morbo, aut inueſtigationem alia ve id genus, factarum. [f]

a arg. ca. ſignificante, de pign. Bart in l. cum qui, ff. commod.

b l. qui argentum ff. commod. & Bart. vbi ſup.

c in l. incẽdium, C. ſi cert. pet. & l. quod te, ff. eod. & d. ca. ſignificante.

d l. in rebus, §. poſſunt, ff. commod. Bart. n. l. diuortia, §. impendia, ff. ſolut. matr.

e arg. à contrario l. fin. C. de compenſat. & c. 2. de depoſ.

f d. § poſſunt, Bart. vbi ſup.

## De peccatis circa locata & conducta.

Summæ.

187 *Locator non reddens penſionem pro re locata perdita, & ſequent.*

187 *Sterilitas, quæ & quando minuit penſionem,* 188. & 189.
190 *Sterilitas non dat remiſsionem his caſibus.*
191 *Fertilitas, quando augeat, vel minuat penſionem.*
192 *Emphyteuſis, quæ perditur biennio non ſoluendo.*
193 *Locator quatuor caſibus poteſt aufferre rem locatam.* & 149.
195 *Locans domum in malos vſus, vel dolium vitioſum.* & 169.
195 *Caſtitati ſeruandæ hæc remedia.*
195 *Meretricum permiſsio vt licita, & domus eis vt locandæ, & an id expediat.*
195 *Permiſsio peccati nulla cum participatione lucri licita.*
195 *Locare domum meretrici, aut alij peccaturo in ea, vt liceat.*
195 *Tributum meretricum, tanquam fœdum ab Anaſtaſio ſublatum.*
196 *Dolia & alia vaſa vitioſa, ſciens vendens, aut locans.*
197 *Operarius qui non laborat iuſtè in gratiam conductoris.*
198 *Conductor non ſoluens, vel damnificans.* & 199.
200 *Conductor partiarius, non partiens domino locanti arbores.*

187 LXXV. Locans aliquid, & penſione accepta, ob crimen commiſſum ſua bona perdens, nolenſque perſoluere penſionem, ſaltem pro rata temporis conductori, qui eo (vti conuenerat) potiri non potuit, iuxta cuiuſdam legis, [a] ſanctionem, quę cum ſua gloſſa, & communi ſententia, probat, locator teneri reddere conductori totam penſionem, vel pro rata temporis, ſiue fundus publicetur ob maleficium, ſiue detur militibus: licet nō teneatur ſoluere illi intereſſe damni emergentis, aut lucri ceſſantis, quod non fuerit vſus toto tēpore, ad quod cōduxit. Quod producendū eſt ad locatorem, qui compellit ſoluere integram penſionem, domus locatę conductorem eam relinquere coactum, ob peſtem, aliamve iuſtam cauſam ſuperuenientem, ante definitum tēpus: ſolum ſiquidem pro tempore, quo ea vti potuit, ſoluere tenetur. [b] Et ad locatorem, qui non vult deducere partem agricolæ debitam, ob ſterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas anni præcedentis, nec ſequētis cōpenſare poteſt, [c] quamuis ad id non teneatur

> a *l. ſi. fundus, ff. locat.*

> b *c. propter ſterilitatem, cum ei adnot. de locat.* c *d. c. propter, de locat. l. ex conducto, § ſi vis, ff. locat.*

eo ſolo, quòd fructus iam percepti læduntur, ſurripiantur, aut pereant, id enim ſterilitas dici nõ poteſt.[a] Idémque cenſendum, de quolibet locatore, & conductore, non ſeruãte, vel nolẽte ſeruare leges locationis & conductionis expreſſas vel tacitas, quæ colliguntur ex proximè ſequentibus.

a *l. damnum, C. de locat.*

188 Primò, quòd iuxta leges Luſitaniæ, præfatæ remiſſioni locus non eſt: quibus tollendis, mille difficultatibus, quæ ſub oriri potuiſſent, ſapienter ſtatutum eſt,[b] quòd agricola nullam penſionem ſoluat, cùm nulli fructus extiterint, cùm verò aliqui fuerint, quàmuis pauci ſint, integram ſoluat, omnéſve fructus domino relinquat, de illis ſemente deducta, ſi eſt prædiũ ab eodem ſatum, aliàs nihil. Diximus (*remiſſioni*) compenſationi namque anni fertilis cum ſterili, ibi etiam vt in aliis Regnis iure communi locus eſt.[c]

b *lib. 4. ordi. tit. 61.*

c *vt eod. tit. cauetur.*

Secundò, quòd ſterilitas fortuita eſt, quæ contingit ex inſolito calore, frigore, tempeſtate, terræ motu, magna alluuione, locuſtis, brucis, & id genus aliis: quæ citra vllam agricolæ culpam, eueniunt.[d]

d *d. § ſi vis.*

Et quanquam plæræque ſint opiniones circa definitionem ſterilitatis prędictæ: omnibus tamen perpenſis, ea vero propior ac receptior videtur, quæ definit eſſe illam, quam conuentio partium, aut conſuetudo, vel communis opinio regionis probat: At verò, ceſſantibus his, eligatur illa Bartholi,[e] & Io. And. quæ nimirum, eſt tanta, vt ex tribus partibus, quæ iure,[f] communiter colligi ſolent, vix duæ colligantur, vt ſi ſolent colligi 15. modij frumenti, & non colliguntur niſi 10. quo caſu, ſi prædium erat conductum tribus aureis, duo pendẽtur.

e *in d. § ſi vis.*

f *d. c. propter.*

189 Et licèt nonnulli contendant, quòd tunc temporis ſterilitas vnius anni compenſanda ſit cum fertilitate alterius, cùm præcedenti anno, aut ſequenti duplò plus ſolito colligatur. Verius tamen videtur, ſufficere, vt colligatur tantum, quantum pacto, aut conſuetudine ad id conſtitutum eſt, aut plus ſolito tertia parte: ad ſterilitatẽ enim ſufficit tertia parte minus ſolito colligi. Qua in re, nullum eſt diſcrimen, an penſio ſit ſoluenda in pecunia numerata, an verò alia quauis re.[g]

g *arg. l. illud, ff ad l. Aquil. & c. 2. de transl. præl.*

190 Tertiò, hanc remiſſionẽ locũ non habere, cùm locator & conductor ſunt ſocij partiarij tam lucri, quàm

damni. [a] Nec quando ſterilitas vitio, aut tenuitate agri, in quo multa herba, vel zizaniæ ſementem ſuffocant id enim negligētiæ agricolæ eas non extirpātis imputatur, Quod etiam Sil [b] rectè adnotat Neque in penſionibus rerum, quæ in longum tempus, puta decem vel plures annos, aut vnam vel plures vitas, vel in perpetuum conducuntur, & locantur, etiamſi maior pars rei ſic ad longum tempus locatæ, pereat etiam caſu fortuito, modo non tota, [c] quod verum eſt, quando exigua penſio exſoluitur, potius in recognitionem dominij directi quàm ſolutionem fructuum, ſecus autem, quando ita fructibus reſpondet, vt tantùm aut parum minus ſoluatur, quam ſi ad modicum tempus conduceretur.

Tunc enim prædicta remiſſio facienda eſt, nam emphyteuta, ſiue conductor, non ſoluit penſionem tam in recognitionem dominij directi quàm fructuum compenſationem: quæ communis opinio eſt, quam refert & ſequitur Iaſ. [d]

191 Quartò, quòd penſio prouentus, aut merces locationis augeri non debent, ob fertilitatem, quæ euenit eo, quòd fructus conductoris induſtria vbertim excreuerint, nam ſua induſtria ei non debet eſſe nociua: nec etiam cùm ex fœcunditate prædij euenit Secus tamen, quando caſu fortuito, vt ſi res locata fuit molendinum, ex quo conductor communiter percipere quinquaginta ſolet: & quia reliqua molendina vicinâ deſtructa ſunt, hoc anno centum percipit, pro rata, penſio augeri debet, vti ob ſterilitatem caſu fortuito euenientem, diminui ſolet Panor. [e] & Silu [f] aſſertoribus, quia contrariorum eadem eſt diſciplina. [g]

192 Quintò, quòd qui rem propriam eccleſiæ in emphyteuſim temporariam, aut perpetuam habet, & per duos annos penſionis ſolutione ſuperſedet, ipſo facto eam perdit [h] niſi celeritate ſolutionis mora purgetur, quæ purgatur, ſi ante citationem, vel ſtatim ea emiſſa, citra aliam dilationem ſoluit, iuxta Inno. & Ioan. And. [i] Bal. & Spec. [k] quamuis glo. & Cardinalis [l] arbitrio iudicis relinquant, quod verius videtur. At ſi prædium eſt alterius perſonæ priuatæ, non amittitur ob non ſolu-

a *iuxta gloſſ. recept. in d. c. propter.*
b *ver locatio, q. 13.*
c *l. 1. C. de iur. emphyt.*
d *in l. 1. C. de iur. emphyt. num. 20.*
e *in d. c. propter.*
f *verb locatio, q. 14.*
g *c. Hoſpitiolum, 31. diſt. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel al iur.*
h *c. potuit, de locat.*
i *in d. c. potuit.*
k *tit. de locat.*
l *in d. c. potuit.*

tionem, ante trium annorum lapſum, ſed moram purgare nō poteſt, propter maius temporis ſpatium, quod illi faciendæ indulgetur. [a] At ſi dominus prædij, debet emphyteutæ tantum, quantum ſibi debetur, non perdit propter compenſationem, quæ ſolutionis vim habet. [b]

193 Sextò, qui domum ſuam in certum tempus locauit ante illius lapſum, ab ea colonum, vel inquilinum amouere poteſt, quatuor caſibus. [c] Primus, quando in longum tempus, putà, decem, aut ad minimum, quinque annos locatum fuit, duobuſque primis annis penſionē non ſoluit: aut quando ad minus tempus locauit, dié; præſtituto non ſoluit, nec celeriter ſatisfacit. [d] Secūdus, cùm vt illam inhabitet, ob neceſſitatem ſuperuenientē, ea opus habet, [e] ſi tamen commodè aliter ſibi prouidere poteſt, non dicetur neceſſitatem habere. Quæ tamē ſuperuenire poteſt locanti, aliam domum non habenti, quando locat, quicquid dicat Silu [f] veluti, ſi tunc cum alio degebat, ac poſtea vxorem duxit, & cum ea ſeparatim ipſi viuendum eſt.

194 Tertius, quando domus opus habet refectione, qua tempore locationis non indigebat: [g] hoc tamen & precedenti caſu, penſionem pro rata temporis qua habitatione non potitur, deducere debet. [h] Quartus quando conductor abutitur ea etiam citra damnum illius, recipiendo meretrices, deſides quoſque, lenones, & id genus nauci hominum, tuncque nihil ei de penſione remittere tenetur, aut male ea vtitur, & cum damno illius, in cubicula ſues introducendo, arbores cædendo, agrum idoneo tempore non colendo, quo caſu penſionem deducere pro rata debet, poteſtque in iudicio damna petere, Panorm. & Io de Imola aſſertoribus. [i]

195 LXXV. Peccat, qui ſuam domum, aliàm verem locauit ei, quem putabat ea ad peccatum mortale abuſurum: vt qui arma locat ei, quem putat interficere, aut iniuſtè alium percutere velle: vel domum ſuam, vſuris in ea exercendis: quia auxilium peccandi mortaliter præbet [k]

Nihilominus tamen, licet poteſtati publicæ permitte-

[a] l. fin. C. de iure emphy.
[b] arg. c. fin de depoſ. vbi Pan. & alij.
[c] c. propter §. 1. cum gloſſ. de locat.
[d] l. ædem, C. de locat. & d. c. propter, § 1.
[e] d l. ædem, & d c. propter, § 1.
[f] verb. locatio, q. 9.
[g] d. c. propter.
[h] d c. propter, §. 1.
[i] in d. c. propter.
[k] arg. c. fin. de iniur. & c. 1. de offic. deleg.

re, vt in aliqua ciuitatis, parte ſint meretrices, ſecundum Auguſt. [a] relatum à ſancto Tho. communiter recepto. [b] dicente, quód, vt Deus permittit nonnulla mala, quò maiora vitentur, vel maiora bona ſequantur, ita poteſtas humana ad eius imitationem, id facere poteſt.

*a in lib. de ordi.*
*b 2.2. q.10. art. 11.*

Cæterùm, non licet permittere lupanaria, vbi impudicæ mulieres pudore proſtituto, ſe omnibus peruulgent, & libidines omnium, impunè ac petulanter verſentur: modo quo alicubi permittuntur, conſtituendo nimirum, eis patronos, & locando domos cariùs, quàm locarentur honeſtis, quòd magis lucrentur, quàm illæ, & recipiendo aliquam turpis lucri partem: hic ſiquidem modus inficitur participatione lucri obuenientis ex peccato, &, vt eruditè dixit Caiet. [c] nulla permiſſio peccati eſt licita, cum participatione lucri præcedentis.

*c d. art. 11.*

Nec licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, quâ illa non permittit eas habitare, quia lex & conſuetudo iuſta contra ius, [d] infringeretur.

*d c. quæ contra mores, 8. diſt.*

Atqui, difficile poſſet defendi non peccare mortaliter, qui facit vel locat domum meretrici, vt pudorem omnibus promiſcuè proſtituat, etiam in ea ciuitatis parte, quâ permittitur habitare. Tum, quia non licet locare domum vſurario vt exerceat fœnus. [e] Tum, quia nulla ratione licet dare occaſionem peccandi iuuando, per ſupra [f] dicta. Tum, quia quàmuis poteſtas publica tolerare poſſit meretrices, conſultores, & adiutores earum, accedentéſque ad eas: non tamen poteſt efficere, vt illæ, & hi non peccent: negari autem non poteſt, eum, qui facit vel locat domum meretrici ad meretricandum, iuuare ipſam ad illud. Tum, quia fundamenta, quibus contrarium [g] defendimus, ſoluuntur concedendo primò, quòd licet cuique vti iure rem ſuam locandi licitè: non tamen illicitè. Secundò, quòd quàmuis liceat locare domum ei, quem credit aliquò modo in ea peccaturum, alio fine quam peccandi, & ad exercendam artem, cuius exercitium non habet peccatum inſeparabiliter admixtum: non tamen vt peccetur, nec conſequenter ad exercendam artem, cuius exercitium trahit ſecum peccatum: & ita quàmuis liceat lo-

*e c. 1. de vſur. lib 6.*
*f eod. c. 14.*
*g in d. c. 14.*

care dominum peccatoribus, puta concubinario, aleatori, peieranti, & id genus non excommunicatis, quo viuant honeſte etiamſi credantur peccaturi: non tamen ex eo ſequitur, licitum eſſe, locare meretrici domum vt exerceat in ea meretricium, quod inſeparabiliter habet peccatum admixtum: id enim nulla humana poteſtate fieri poteſt licitum, cùm ſit contra legem naturalem & diuinam,[a] licet iuſta de cauſa permitti poſſit Contrarium tamē ſine ſcrupulo affirmat Ioa. Major,[b] cui ſuffragatur, conſuetudine totius ferè orbis Chriſtiani, viu id receptum eſſe: prędictumque diui Auguſtini pronunciatum ab omnibus receptum, vix poſſe exequi citra domuum locationem, adeoque in hac vrbe, ſciente & patiente Papa locari, ſemperque locari ſolitas domus meretricibus. Quibus accedit, quod confeſſarij abſoluunt, & ſemper abſoluerunt locatores earum, ſine animo abſtinendi ab eiuſmodi locatione. Et quod ad contraria, quæ vrgentiſſima ſunt, reſponderi poteſt, procedere in eis, qui locant eo fine principali, vel minus principali, vt meretricentur non autem in eis qui locant illis, vt viuant duntaxat, cum diſplicentia coram Deo vera, meretricij, quod ſignificare memoratum ius[c] videtur: quâ ratione vetat locari domos vſurarijs ad fœnus exercendum, non autem vetat locari indigenis, ſed tantum alienigenis: quamuis replicari poſſit, probari quidem[d] permitti locationem vſurariis indigenis ad fœnus exercendum in foro exteriori, non tamen licere in interiori, de quo in præſenti inſtituto agimus.

a *c ſunt quidam, 25. q. 1.*
b *in 4. ſent. diſt. 15 q. 35.*
c *d. c. 1. de vſur.*
d *ibid.*

Quinto licet moribus fere vſitatum ſit, vt lupanaria publicè conſtituantur, videnit tamen Magiſtratus, num ſit é Republica eiuſmodi facinorum diuerſoria, eſſe Turpe id, & haud ſcio, an idem, quod greges furum, & turbas homicidarum, publice ferre. Certe. quum ab eodem illo Deo Opt. Max. & homicidia, & furta, & ſcortationes prohibeantur, magis (meo quidem iudicio) expediret illa non permittere. Primo quidem, quod difficile ſit defendere, licere eis facere, vel locare domos, in quibus meretricentur (vt dictum eſt) adeoque raro locantur tam puro fine viuendi, vt non miſceatur aliquis finis) ſaltem minus principa-

lis) meretricandi, vel quæſtum participandi. Secundo, quod multi pueri vixdum ab vberibus abſtracti, & è cunis ſublati, libidini fræna permittunt, hacque occaſione prius peccare incipiunt, quàm alioqui facerent. Tertio, quod tantum ab eſt vt eius rei exercitio, naturalis carnis ardor (qui in adoleſcentia plerumque ferueſcit) & libido extinguatur, vt etiam vſu magnopere accendatur, ſecundum Magiſtrum [a] addito nimirum prauæ eiuſmodi inclinationi ſenſualitatis, malo habitu: quia duo vincula fortiora ſunt vno. [b] Quarto, quod illa inclinatio, caſtitatis habitu refrænatur, non rei venereæ exercitio & licẽtia. Quinto, quod finis per eiuſmodi licentiam prætenſus, puta, ne honeſtæ ſollicitentur, non attingitur: viri enim prudentes, aiunt ijs ſollicitandis aptos, non adire meretrices, at (poſtquam malè ſunt eis aſſueti) tanto magis honeſtas ſollicitare, quo maiore impetu naturæ, & vitij feruntur. Sexto, quod ipſemet noui pueros caſtiſſimos, venientes ad academias, ex terris, vbi non præbetur eiuſmodi occaſio fornicandi, ob eam, quæ in illis ſe offerebat, animas, ſtudia, & corpora ipſa (vt interim nummorum, rerumque ſuarum iacturam prætercam) contagio infecta perdidiſſe. Septimo, quod meretrices cum deſinunt eſſe ad eiuſmodi turpe lucrum aptæ, meretriciam diſciplinam, & lenociniũ profitẽtur. Octauo, quod mares maiore vigore ſunt, vt reſiſtant libidini, quàm fœminæ, nec tamen [c] fœminis vſpiam hac permiſſione ſuccurritur. Nono, quod verum remedium contra libidinem, eſt ardens amor caſtitatis, vitatio eius perdendæ occaſionis, vigilantia ad reſiſtendum, coniuncta cum abſtinentia ſobrietate, labore aſſiduo, & ſuper omnia, gratia Diuina, quorum omnium contraria lupanaria expoſcunt. Quibus conſequens eſt, abominandam eſſe permiſſionem, qua Caupones intra domos ſuas, vel in tuguriolis, ſeu (verius) flagitiorum diuerſorijs contiguis, permittunt meretrices, quò plures eò diuertant: id enim non fit auctoritate publica, eſt que ei participatio admixta.

*a lib. 2. diſt. 24.*

*b c. 1. de treug. & pac.*

*c ca. indignantur 32. q. 6*

Adhæc, eſſe peccatum mortale aucupari & quærere lucrũ vel tributum ex meretricio, & fœdis meretricum

opera atque quæſtu, & haud ſcio, an non fœdius illo
Veſpaſiani, lotium vendi imperantis, quæſtu qui cum à
filio reprehenderetur, quod tam turpem quæſtum au-
cuperatur, nummis, ex lotij venditione quæſitis, nari-
bus filij admotis, reſpondit, dulcem eſſe odorem lucri,
ex re qualibet. Quare, non immerito Nicephorus,[a] hu- a *lib. 16. c. 20.*
iuſmodi lucrum & tributum appellat vectigal, & por- *hiſtor. Eccleſ.*
torium impurum, deteſtabile, abſurdum, Deoque inui-
ſum, teris quibuſque barbaris indignum, & execran-
dum piaculum: ſummiſque laudibus effert Anaſtaſium,
quod imperiali magnificentia, illud omnino ſuſtulit.
Quamuis quod Nicephorus tribuit Anaſtaſio, Platina
in vita Pontiani, tribuat Alexandro.

196 LXXVI. Peccat, dolia & vaſa vitioſa ſcienter
non patefacto vitio, locans, aut ignorans eorum vitiũ,
pro integris vendens, ob quod vinum effuſum eſt, aut
damnificatum, & nihilominus damnum vini, ac inter-
eſſe ſoluere non vult. [b] Quamuis ſecus (ſaltem quoad b *l. ſed. adde. §.*
forum conſcientiæ) ſi ignorans vitium, ſimpliciter lo- *ſi quis, locat.*
cauit, dicens conductori, neſcire ſe illa eſſe vitioſa, &
diſpliciturum, ſi forent talia. Ang. [c] & Silueſt. [d] aſſer- c *verbo. c latio. §*
toribus. Quod ipſum dicendum, de omnibus alijs vi- *24.*
tioſis, ex quibus damnum ſequi poteſt, qualis eſt equus, d *eod. verb. q 18*
qui aquam ingreſſus in eam procidit, domus peſtilens
& ruinoſa, cuius vitium ſoli locatori vel venditori in- e *vbi ſupra.*
notuit, Silueſt,[e] & Cicerone [f] aſſertoribus. f *lib. 3. Offic.*

197 LXXVII. Peccat operarius, qui conductus ſa-
lario diario, fideliter non operatur, quo fit, vt cõductor
notabiliter damnificetur, cum obligatione damnum
boni viri arbitratu, ſatisfaciendi. [g] Idemque iudi-
cium, ſi addixit, ſe diario pro altero laboraturũ, & dolo,
ſuave culpa, id non præſtitit aut non vult conductori g *l. 1 ff. locat.*
damnum ob id acceptum reſarcire, cum obligatione h *arg. l. fin. ff. ad*
reſtituendi, [h] ſecus tamen, ſi caſu fortuito impeditur.[i] *l. Rhod. de iact.*
Quin, & ſi præſto ſit præſtare, ſed culpa conductoris *&* *d. l. ſed ædes,*
non præſtat, diarium ei perſoluendum eſt: imo & ſi *§ cum quidam.*
præſtare omiſit, ob caſum fortuitum, ex perſona con- i *l. ſi vno, §. cum*
ductoris contingentem, quando conductus, diarium *quidam, ff. locat.*
alio in loco, ſi ille non conduxiſſet, reperiſſet. Silueſt. k *verb. locatio,*
deciſore,[k] ſecus vero non, in foro conſcientiæ: quæ ta- *qu. 2.*
men reſtrictio nobis non videtur iure probari.

168 LXXVIII. Peccat, qui penſionem rei conductæ, eius domino non ſoluit, quod ea non vtatur, quia non vult, aut quia caſu fortuito ex parte ſua contingente non poteſt, cum obligatione reſtituendi, [a] quod limitant Ang. [b] & Silueſt. [c] procedere, quando dominus, quia illi ea locauit, alteri locare omiſit, ſecus non ſaltem in foro conſcientiæ. At nec hæc reſtrictio (noſtro iudicio) iure probatur. An autem merces locationis, & quælibet alia penſio, ſoluenda ſit in principio, vel fine anni: decidunt quædam gloſſæ, [d] hiſce duobus ſenarijs

*Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni.*
*Anno ſi debes, in fine teneberis anni.*

Circa quod, varij varie loquuntur: verius tamen eſt, conuentionem partium cum primis eſſe ſpectandam, eaque deficiente, conſuetudinem regionis, & eis deficientibus, regulariter ſoluendam, in fine anni, cum vnica ſolutio eſt impendenda, tempuſque differendæ ſolutionis ergo adhibetur, vt poſt alios reſoluit Iaſ. [e]

Dixi (*Regulariter*) ſecus enim faciendum, quando ex cauſa, propter, quã datur, & ex perſona, cui datur, aliiſque circunſtantijs, aliud conijcitur, vt Pano. cum communi tenet. [f]

199 LXXIX. Qui dolo, lata culpa, vel leui, ſua, vel ſuorũ, infert notabile damnũ rei conductæ, nec vult ſatisfacere, [g] ſecus tamen, ſi infertur ab alio, cui ipſe reſiſtere non poteſt: vel non tenetur, aut caſu fortuito, quem nec culpa, nec mora eius præceſſit, per ſupra dicta. [h]

200 LXXX. Peccat colonus partiarius locans alicui prædium ruſticũ, aut certam eius partem, nulla arborum mentione facta, omneſque fructus earum percipit, eaſve cædit, vel alius odio exorto ipſius dolo, vel culpa, eas cædit, fructuſve diſſipat, nec vult reſtituere domino, ſuam partem, vel damnum rependere. [i]

a *gloſſ. in d. l. ſi vno, §. item cùm quidam.*
b *verb. locatio, §. 15.*
c *vbi ſup.*
d *in § pen. inſtit. de inutil. ſtip & in l. 1. C. quando di. leg. ced.*
e *in l. qui hoc anno ff. de verb. oblig.*
f *in d. c. propter, de locat. &c. peruenit, de arbitr.*
g *gloſſ. in l. ſi quis fundum, §. Celſus, & l. ſi merces, §. qui colonum ff. locat.*
h *eod. ca. n. 179.*
i *iuxta l. fructus, ff. de vſur. d. l. ſi merces, § culpæ, ff. locat.*

## De peccatis circa iura & tributa Regia ac publica.

### Summæ.

201 *Tributa & iura regia qui non ſoluit, vt peccat.*

202 *Tributa ſine auctoritate imponens, aut exigens, vt peccat.*
203 *Iurium illicite impoſitorum exactor, vt peccat.*
203 *Clericos qui grauantes gabellis, excommunicantur.*
203 *Epiſcopi inquirant an clerici gabellis grauentur.*
203 *Gabellas ob merces debens. ſic verum pendat.*

201 LXXXI. Peccat tributa & iura iuſtè auctoritate Pontificia, Regia, aut alia, publica conſuetudine, cuius diuturnitas hominum memoriam excedit, impoſita nõ ſoluens, cum obligatione reſtituendi, iuxta Oſtien. [a] & communem, quod planè procedit in iuribus debitis ob prædia, aut alia ad eorum ſtatum pertinentia, ſeu alia iuſta de cauſa impoſitis, cum intentione obligante ad mortale, aut per iuſtos contractus locationis, vel alios cum illis initos Quinet, cum alia lege vel iuſſione iuſta imponuntur, niſi habuerint intentionem tacitam, vel expreſſam, impediendi obligationem ad pœnam æternam per impoſitionem alterius temporalis, vt infra [b] dicetur.

202 LXXX. Peccat abſque auctoritate Pontificia, aut Regia tributum ſubditis indicens, cum obligatione reſtituendi. quædam enim rapina eſt, Pan. aſſertore, [c] & excommunicatur per bullam cœnæ, cuius tenor ponitur infra. [d] Quod ipſum pro ducendum eſt ad illum, qui exigit tributa aliqua aperte illicita, aut ſciens talia eſſe, cum obligatione reſtituendi. [e] Quin etiam ſi dubitat, an ſint licita vel non, & ſua ſponte, iniuſſus ad id ſe offert ſecus tamen, ſi iuſſu ſuperioris id facit, quia obedientia in dubio excuſat, [f] modo virtute obedientiæ prius dubitationem illam animo pellat, & licitum eſſe credat. quod pro tali, à ſuperiore habeatur, vt alibi noue declaramus.

203 LXXXIII. Peccat gabellas, & vectigalia licite laicis impoſita, quę nec eccleſia, nec eccleſiaſticæ perſonæ debent, exigens ab eis, & eſt excommunicatus ipſo facto [h] non obſtante contraria conſuetudine: niſi quando inueherent , aut emerent merces ad negotiandum, & mercaturam exercendam, aut haberent facultatem à Papa, illa ab eis exigendi. Gabr. deciſore.

Rogatus porrò à multis, vt hanc deciſionem amplificem, facta mentione Gubernatorum laicorum, qui

a *in ſum. de pœn. & rem.*
b *c.23.à n.36. & in rubr. de pœnit. olim diximus, & incom. ment. c. fraternitas, 12. qu. 2.*
c *in ca. ſuper quibuſdam, de ver. ſign.*
d *cap.27. à n. 55.*
e *argu. cap. 1. ad Rom. & c. 1. de off. deleg. & pe dicta ſup. c. 1. n. 12.*
f *d. quid culpatur 23. qu. 1.*
g *in ca. ſi quis. autem, de pœnit. diſt. 7. n 114.*
h *ca quanquã, de cenſib. lib. 6.*
i *in 4. ſent. diſt. 15.*

frequentiſſimè imperant ſuperindicta extraordinariè ſuper pane, vino, carnibus, panno, & alijs id genus ad victum, & amictum ſpectantibus, quæ Itali vocant Gabellas, Hiſpani Siſſas, Galli Tallias, & Gabellas, eaque perinde petunt, aut peti iubent, vel permittunt, ab eccleſiaſticis perſonis, quæ illis dependendis non aſtringũtur, ac à laicis Eorum item, qui vectigalia imponunt pro facultate vehendi, exportandi, & importandi currus, mulos, & alia iumenta, vacua, vel onuſta, eaque non ſecus petunt, iubent aut permittunt peti ab eccleſiaſticis, atque à laicis: quàmuis quod vehunt, important, vel aſportant, ſit de eorum patrimonij, aut prouentibus eccleſiaſticis, & in ſuos vſus conuertendum. Adnotamus itaque primò, eos grauiſſimè in his peccare, Deum, immunitatemque eccleſiaſticam offendere, cenſuráſque horrendas, & Bullæ cœnæ Domini incurrere, multos canones famoſos infringendo. [a] Secundò, quòd gloſſ. quædam ſing. [b] aſſeruit, quod iudicio auctoris, tota Italia ob hæc eſt interdicta, quodque de alijs prouincijs, qui earum facta norunt, teſtificentur: quod profecto auditu horrendum eſt. Tertiò, quod atteſtamur ſæpius, à nobis, & noſtris famulis, plæráque huiuſmodi vectigalia in multis Regnis exacta fuiſſe: adeóque vereri, ne Deus omnipotens in dies magis, & magis excãdeſcẽs, cõſultores Principũ, & Rerump. prædictos canones negligentes atque parui pendentes & Principes ac Reſpub. nemium, illis credentes, exactoréſque ſoli auaritiæ inhiantes, grauiſſimè tandem caſtiget. Quartò, demirari me, quod cum tam multi haſce cenſuras incurrant, tam pauci tamen confeſſarij eas pro dignitate æſtiment, illaſque incurrentibus abſolutionem denegent, & tam pauci epiſcopi, qui excommunicatas, & interdictas perſonas, & terras vbi hæc fiunt, iubentur & permituntur, denuntient: cum tamen præceptum eis ſit à Concil. Viennenſi, [c] vt ſub pœna peccati mortalis id faciant, poſtquam de eo ipſis conſtiterit quod tamen facile conſtare poteſt: quamuis parte vocata, & audita, id fieri debeat. [d] Quanquam etiam teſtor, multos populos Italiæ, gubernatores, & exactores eorum, annis, quibus Sacræ Pœnitentiariæ ſeruio, à Summo S. D. N. Pœnitentiario petijſſe abſolutionem à

*a in quibus, c bene quidem, 69. diſt. cap. eccleſia, de conſtit. c. Aduerſus de immun. eccleſ. c. nouerint, de ſent. exc. cap. quanquam, de cenſib. lib. 6.*

*b Clement. præſenti, de cenſib.*

*c d. Clem. præſenti.*

*d per gloſſ memorabilẽ eiuſd. Clem. verb. cõſtiterit.*

cenſuris, ob hæc incurſis, reſtitutione promiſſa, parata, vel facta: quos vtinam aliorum Regnorum populi, & rectores imitarentur.

An autem iura illa, quæ Hiſpani cochlearia, & ſedilia vocant, quæq; ſoluuntur ex granis in forū importatis, & in aliqua eius parte ad vendendum depoſitis, & aliæ id genus Gabellæ quæ in multis Regni Caſtellæ locis tam à clericis, quàm laicis (vt audio) perſoluuntur, licitè à clericis exigantur, iſs qui earum conditiones melius, quam nos norunt, delegamus. His amplius adnoto, portoria, & alia tributa regia & publica, non eſſe ſoluenda de iſs, quæ quis ad ſuam, ſuæque familiæ neceſſitatem ſecum portat, iuxta ius commune. Nec conſuetudo contraria valet, ſecundum Angel.[a] cui tamen aduerſatur S. Anton.[b] quod verius eſt, & quotidianus vſus rectè comprobat: conſuetudo namque poteſt inducere id omne, quod lex[c] certum autem eſt hoc lege ſtatui poſſe, vt etiam idem S. Ant. ait.

a *verb. pedagiū, § 3.*
b *2. part. cap. 14.*
c *c. fin. de cōſuet. & l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.*

LXXXIIII. Peccat, debitor Gabellæ, cui publicanus, ſiue conductor & exactor gabellarum defert iuramentum, aut remittit eius conſcientiæ, vt veritatem pretij, aut quantitatis merciū, quas defert reuelet: & acceptat, nec plenè eam manifeſtat, cum obligatione reſtituendi, Medin.[d] autore, quod verum eſt, etiam retenta opinione, de qua infra,[e] quæ habet, quod regulariter, fraudans legem temporali pœna munitam, non incidit in ſpiritualem æternam. Non tenetur, autem id iurare, & in onus ſuæ conſcientiæ recipere: ſatisfacit enim aſſerendo, ſe paratum ſoluere, quæcunque ipſum debere publicanus planum fecerit.

d *de reſtit. q. 13. ſub fin.*
e *c. 23. dn. 36.*

## De peccatis circa pignora.

Summæ.

204 *Pignoris qualis vſus peccatum.*
204 *Pignoris fructus capere, quando vſura.*
205 *Pignus cum pacto commiſſorio capere, an liceat.*
205 *Pignus vendere an liceat, & quo ordine.*
205 *Pignore vendito minoris, vel maioris debito, &c.*

204. LXXXV. Creditor vtens pignore cum notabili damno debitoris citra eius aſſenſum expreſſum, vel tacitum, nullámque habens cauſam veriſimiliter credendi, dominum id ęquo animo laturum: adeóque furtum committit[a] Si verò de eius voluntate expreſſa, aut tacita vtatur, vſuram admittit, qua de re infra, [b] niſi ſit vſus, qui gratis inter amicos concedi ſolet, qualis eſt libri, iuxta S. Thom. [c] Idem de creditore, qui dolo, lata, aut leui culpa pignus perire, aut notabiliter lædi conſentit, vel non vult reſarcire damnum, [d] ſecus tamen, ſi culpa leuiſſima id contigit, & ſecus ſi caſu fortuito, modò mora non pręcedat.

205 Nec pactū quo pignus quocūque modo periret, debitori periret. [e] Quod ipſum producendū ad creditorem paciſcentē cum debitore, vt eo non ſoluente ad certum tempus, pignus ſibi cedat, aut ne lapſo certo die redimi poſſit, [f] niſi quum non in lucrum creditoris, ſed in pœnam debitoris, ſit pactum: vt pro vendito, iuſto pretio habeatur: vt ſentiunt Pan. [g] S. Ant [h] & Silueſt. [i] nec non, ad creditorem, qui expreſſe paciſcitur, vt pignus venderetur, non ſoluto intra certum tempus debito, & priusquam vendat, debitori non notificat, [k] niſi tamen conuenerit, ne notificatio neceſſaria foret. [l] Atqui, licèt de pignore non vendendo, pactum ſit, trina tamen monitione facta, vt luat illud, vendi poterit, modô inter monitiones, ſeu denunciationes ipſas, triduum interijciatur. Si autem nulla facta fuit mentio venditionis, vel non venditionis, vnica denunciatio ſufficiet, quò tranſactis duobus annis, propria auctoritate vendere poſſit, [m] non autem prius citra auctoritatem iudicis Si porrò creditor bona fide pignus minoris, quàm ſibi debetur, vendit, reſiduum à debitore petere poteſt: quemadmodum etiamſi pluris vēdit, pretium exceſcens reſtituere tenetur, Ang [n] autore. Cæterum quandiu debitor aliquid (etiam ſolum quadrantem) debet, creditor totum pignus retinere poteſt, quoad ei integre fiat ſatis [o]

Inſuper, poterit creditor pignus, debitore ad tempus præfinitum non ſoluente, alteri pignorare. [p] Quinetiā impenſas iuſtas bona fide in pignus factas repetere, verbi gratiâ, ſi erat ager, in eius cultum: ſi animal, in

pactum

[a] l. ſi pignore ff. de furt. Panor. in c. 1. de depoſ.
[b] n. 214.
[c] 2 2 q. 77. ar. 1. ad 6.
[d] gloſſ. n l ſi creditor, de pig. act.
[e] § fin. inſtit. quib. mod. re cō trah. oblig. & l quæ fortuitu, C de pign act.
[f] l fina. C. de pact pig. &c. ſignificāte, de pig
[g] in d. ca ſignificante.
[h] 2 part tit. 1. c. 7.
[i] aur. Roſa. caſ 28.
[k] l. ſi conuenerit. ff. de ping. act. Ang. verb. pignus, § 7.
[l] gloſſ in ead. l. ſi conuenerit.
[m] l. fi. C de iur dom impetran. & Angel. vbi ſup ac Silu ver. pignus, q 10.
[n] vbi ſu. § 8
[o] l quandiu, C. de diſtract. pig.
[p] l. 1. & 2. C. ſi pign. pigno. det.

paſtum factas, [a] tenetur tamen referre in ſortem fructus ex pignore perceptos, deductis impenſis, quas iis colligendis aut conſeruandis fecit: ſancto Anton. [b] aſſertore.

LXXXVI. Qui vaſa ſacra, libros, veſtimenta, & ornamenta eccleſiaſtica pignorat, [c] niſi magna neceſſitate preſſus, id fecerit: puta, redemptionis captiuorum, ſubuentionis pauperum, & aliorum operum eccleſiæ magnopere neceſſariorum cauſa. [d]

[a] *l. ſeruus, de pig. act.*
[b] *2. part. tit. 1. c. 15. §. 3.*
[c] *l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſ. c. 1. de pign.*
[d] *arg. d. c. 1. de pign. & c. aurū, 12. q. 2.*

# De peccato vſuræ circa mutua.

Summæ.

206 *Vſura quid: duplex, vera, & palliata.*
206 *Mutuum duplex, verum & palliatum, & differt à commodato.*
207 *Vſura vtraque pagina ſpeciatim vetita, eam probant hæreticus.*
208 *Peccatum vſuræ duplex, ſed neutrum vſura mentalis.*
208 *Vſura lege ciuili vetita, ſed valde clam exercita.*
208 *Vſura centeſima quæ. &c.*
208 *Vſuram quæ intentio ſine facto faciat.*
209 *Intentio ſecundaria nec vſuram, nec ſimoniam facit.*
210 *Vendere pluris ob dilationem, aut minoris ob anticipationem.*
211 *Intereſſe quid, quotuplex, & quod peti poßit.*
212 *Intereſſe lucri ceſſantis petitur ſine his conditionibus.*
213 *Montes pietatis liciti.*
213 *Dotis abſolutionem dilatam, quid lucri capere liceat.*

Acturus de peccato vſuræ circa mutua, inſeram iſthîc, & ſtrictim in pauca contraham ſummam eorum quæ in Comm. de vſur. c. 1. 14. q. 3. iampridem ſcripſi.
206 Et quidem, quàmuis verbum (*Vſura*) prima ſui ſignificatione ſignificet vſum cuiuſlibet rei, iuxta illud præcipui oratoris. [e] *Vſuram huius lucis*, *&c.* In præſenti nihilominus inſtituto, ſignificat lucrum proueniens ex contractu mutui & Græcis dicitur τόκος, id eſt, partus, quaſi à mutuo partum (à τίκτω nimirum, quod eſt pario, vt fœnus à fœtu, deducto nomine) Hebræis verò,

[e] *pro Rabirio.*

נשך Neſchech, id eſt, morſus ( quo mutuãs mutuatariũ mordet, & paſtus [a] ( hîc enim morſus, ſenſim minutâtim, & per particulas, patrimonium ad vſuras capientium, abſumit. ) Atqui contractus mutui differt à contractu commodati, quia per hunc non transfertur dominium rei commodatæ: per illum verò ſic rei mutuò datæ: vt dictum eſt ſupra. [b] Licèt conueniant in hoc, quòd vterque debet eſſe gratuitus. [c] Mutuum autem verum, reperitur in ſolis rebus, quæ conſumuntur, & in pondere, numero, ac menſura conſiſtunt: putà, pecunia numerata, vino, oleo, pane, tritico, & id genus aliis, quæ vſu conſumuntur. [d]

[a] *Leuit. 25.*

[b] *n. 180.*

[c] *iuxta gloſſ. recept. in c. 1. de commod.*

[d] *inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in princip.*

Dixi (*Verum mutuum*) quia velatum, ſiue palliatum, in aliis etiam rebus, & cõtractibus inuenitur Mutuũ enim palliatum, eſt quod iuxta ſuam formam apertam, & verba contrahentium, eſt alius contractus, quam mutui: ſecundum verò formam latentem, & veram, vel præſumptam contrahentium mentem, eſt mutuum: cuiuſmodi eſt omnis contractus alius à mutuo, in quo quis minoris iuſto pretio infimo, ſiue medio, quærit aliquid propter anticipatam ſolutionem: & cõtrà, quo quis vendit alteri pretio maiore iuſto ſupremo, ob dilatam ſolutionem, [e] qui enim rem 10. ad minus pretio infimo valentem, ob anticipatam ſolutionem 12. emit, in effectu videtur mutuare pretium, quod dat, illúdque minus iuſto pretio, quod dare deberet, accipere pro vſura, qui verò contrà, rem valentem ad ſummum, & pretio rigoroſo 10. vendit 12. ob dilatam ſolutionem, videtur mutuare pretium rei, quam vendit, accipiendo illud plus iuſto pretio, quo res vendita valet, pro vſuris, vt prædictis iuribus probatur. Quod autem pretium ſit infimũ, quod medium, & quod ſupremum, traditur infra. [f] Quò fit, vt licèt omnis vſura in ſolo contractu mutui verſetur: quia tamen contractus mutui, eſt duplex, verus & palliatus: ita quoque bipertita eſt vſura: vera, quæ in vero mutuo, & velata, quæ in palliato verſatur.

[e] *c. in ciuitate de vſur. & c. ad audientiam, de emp. & c. illo vos, de pig. cũ ei admot.*

[f] *c. 23. n. 78. & 79.*

Aliud verò eſt peccatum vſuræ, aliud vſura: quia peccatum vſuræ, eſt accipere aut velle lucrum vſurarium. Vſura verò, eſt lucrũ pecunia æſtimabile, ſuapte natura, quod principaliter vi mutui veri, vel palliati quæritur. Dixi (*Lucrum*) pro genere, & (*Pecunia*) ad differentiam

lucri æſtimabilis pecuniâ : quale eſt, ſpirituale meriti, & gratiæ, quod fit, quando, quomodo, & quia oportet apud Deum, iuxta illud.[a] (*Beatus vir qui miſeretur, & commodat*) ſiue mutuat, & illud.[b] *Centuplum accipietis &c.* Quod propriè non eſt vſura, licèt interdum metaphoricōs ita vocetur.[c] Et proinde mutuare quem, vt præſentetur, vel eligatur ad beneficium, vel vt illud ſibi cōferatur, non eſt propriè peccatum vſuræ, licèt ſit peccatum ſimoniæ, quæ eſt grauior vſura Dixi (*Suapte natura*) ad diferentiam lucri quaſi ſpiritualis virtutis, & amicitiæ, quod mutuãdo quæritur, nec eſt vſura : quia ſuapte natura non eſt pecuniâ ęſtimabile : licèt multi pluris æſtiment amicitiam, quam mutuando aliquibus ſibi, conciliant, quàm pecuniam, quæ inde ab vſurario quæritur. Dixi *Principaliter*) quia licita eſt intentio minùs principalis quærendi aliquid pecuniâ ęſtimabile, vt infra dicetur: Dixi (*Vi mutui*) ad differentiam eius, quod ratione veri intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, accipitur: illud enim, non eſt vſura[d] Dixi (*Veri vel palliati*) ad includendum lucrum, quod quæritur ex mutuo, de quo proximè ſupra.

207 Vſura verò eſt illicitum lucrum, & velle, vel accipere illam, peccatum mortale: adeo vt contrarium aſſerere hęreſis ſit,[e] & quidem nō ſolùm iure humano : ſed etiam naturali ac diuino veteris & noui teſtamenti,[f] prohibetur enim hoc ſeptimo præcepto Decalogi. *Non furtum facies*,[g] quo omnis rei illicita vſurpatio (quod genus eſt vſura) prohibetur,[h] quódque eſt præceptum vtriuſque teſtamenti. ac ſpecialiter prohibetur in nouo, per illud Luc.[i] *Mutuum date, nihil inde ſperantes*, contra Molinæum, & Sotum ex Vrbano,[k] & aliis, quibus etiam ratio eorum confutatur. Ius porrò diuinum noui teſtamenti, ſpecialiter prohibet nō ſolùm mutuationem cũ pacto expreſſo, aut tacito reddendi quippiam plus mutuato: ſed etiam mutuationem ſine vllo pacto, intentione principali, vt plus aliquid re mutuata reſtituatur.[l]

208 Sicut autem omne peccatum aliud ab vſuræ peccato, eſt duplex, mētale tantùm, quod eſt voluntas peccãdi, abſque verbo, vel opere: & mentale, ac reale, quod eſt voluntas peccandi, opere ſequuto: ita peccatum vſuræ, eſt duplex, mētale tantùm, quod eſt voluntas lucrãdi

[a] *Pſalm.3.*
[b] *Matth. 19.*
[c] *Luc.19 S. Tho.2.2.q.78. art.1.*
[d] *iuxta gloſſ. ſing. & recept. c conqueſtus, de vſur. facit c.2. & c. ſalubriter, eod. tit.*
[e] *Clem. 1. de vſur.*
[f] *c. quia, & c. ſuper eo, de vſur.*
[g] *Exod.20.*
[h] *c. pœnale, 14. q 5.*
[i] *c 6.*
[k] *in c. conſuluit, eod. tit. & Concil. Lateranen. ſub Leone 10.*
[l] *per c.1.14.q.6.*

vſuram opere non ſequuto, & mentale ac reale, quod eſt volũtas eam lucrandi opere ſubſequuto. Vſura verò mentalis differt à peccato mentali vſuræ, quia non eſt voluntas quærendi lucrum ipſum ex mutuo dato intẽtione principali quærendi illud, citra vllum pactum expreſſum vel tacitum, de qua intelligendi ſunt diſputantes. An vſura mẽtalis obliget ad reſtitutionem? Nam de peccato vſuræ mentali tantùm, nulla ſub eſt dubitatio, ſicut enim nullum aliud peccatum mentale tãtùm obligat ad reſtitutionem: ita nec peccatum vſuræ mentale tantùm. Sed diſputant, an lucrum quæſitum mutuo, intentione principali ob illud dato, obliget ad illam? ita vt præter peccatum vſuræ mentale tantùm, & uſuræ mentale, & reale, ſit vſura mentalis ſupra definita: quæ non dicitur mentalis, quod lucrum non ſit ſequutum: ſed quia ſola intentio mentalis fuit cauſa principalis quærendi illud. Et quidem nunc etiam legibus ſecularibus Regum Chriſtianorum, eſt expreſsè prohibita vſura, implicitè verò, à tempore Iuſtiniani Imperatoris, ſecũdùm communem, de qua Io. An.[a] Et proinde nullus Chriſtianus eam apertè exercet: ſed verendum, ne plærique velatè, maiorem, quàm vnquam exerceant. Maxima ſiquidem, olim per miſſa, erat centeſima, quæ cẽtum menſibus ipſam ſortem exæquat, adeo vt quoquo menſe, ſors vnum pariat, & duodecim in anno, vt copioſè oſtendit Barthol. Socin.[b] cui cõcordant Budæus, & Alciatus:[c] eáque tantùm in pecunia traiectitia ſortis periculum in ſe ſuſcipiente: in alia verò mercatoribus, duæ partes centeſimę, hoc eſt, octo pro centum in anno: & alijs non negotiantibus, dimidia centeſimæ, ſex nimirũ pro centum in anno: & nobilibus tertia pars, id eſt, quatuor in anno, pro centum. Nunc autem, nonnulli velatè accipiunt adeo grandes, vt interdum ſors pariat decem, & amplius, pro centum, ab vnis nundinis in alias: quæ tamen tres, aut quatuor quotannis occurrunt: & proinde triginta, & amplius in anno pro centum. Inſuper olim ex vſuris, vſuræ non capiebantur,[d] nunc verò cambiorum cambia corraduntur.

209 Atqui, intentio principalis lucrandi ex mutuo, ſufficit conſtituendæ vſuræ, etiam ſine pacto expreſſo, vel tacito, contra impium Molinæum: non autẽ minus

[a] *in Mercur. reg. peccatũ, de reg. iur. lib. 6.*

[b] *in l. ſi hæres, §. item ff. ad l. Falcid.*

[c] *in locis ibi citat.*

[d] *l. vt nullo, C. de vſur. & l. placuit, ff. eod.*

principalis, contra Sotum.[a] Tum quia id tenent gl. & Innoc.[b] à plęriſque omnibus Theologis, & Canoniſtis recepti Tum, quia *c. ſi officia.*[c] & *cap. quid proderit*,[d] cum ſuis gl. probant, licitum eſſe eccleſiæ, & prælato ſeruire ſpe ſecundaria, licèt non principali, beneficium aliquod conſequendi. Tum, quia quàm plurima ſunt, in quæ quàmuis non liceat intendere principaliter, licet tamen minus principaliter. Verbi gratia, non licèt ſacrificare, & diuina officia audire, primariè ob diſtributiones quotidianas, minus principaliter tamen licet.[e] Non licet etiam principaliter ſeruire Deo, intuitu remunerationis terrenæ, licèt ſecus minus principaliter, iuxta illud.[f] *Inclinaui cor meum, ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem.* Adeo vt Concil. Trid[g] definierit contrarium eſſe hæreticum. Tum, per alia latiùs adducta[h]: ita vt licet nullum, neque principale, neque minus principale lucrum tanquam iure debitum, ex mutuo expectari poſſit: tanquam antidotale tamen, & remuneratorium de gratia, non de iuſtitia debiti, poteſt. Et certè, tam principaliter, quàm ſecundariò poſſumus ſperare lucrum amicitiæ, & gratitudinis, ex mutuo: inſuper tum principaliter, quàm ſecundariò, lucrum pecuniarium ex illa amicitia, & gratitudine: at non niſi minus principaliter, & ſecundariò, lucrum pecuniæ ratione mutui. Et conſequenter, qui poſtquam principaliter propter lucrum mutuauit, ſuum peccatum agnoſcens, illam intentionem mutat in intentionem minus principaliter accipiendi, ſi poſtea gratis datum accipiat, non eſt vſurarius, vt rectè prodidit Ang.[i] Et proinde vſurarij non ſunt omnes, ſpe lucri mutuantes, ſine qua non mutuarent: nam finis eorũ principalis eſſe poteſt amicitia, vel amor Dei, & virtutis, lucrum verò minus principalis. Vt enim aliquis finis ſit principalis alicuius actus, non ſufficit, quòd is non fieret ſine illo, ſed oportet, vt pluris vel tanti æſtimetur, ac alius finis propter quem fit, vt latè probamus alibi,[k] & ſupra proximè tetigimus. Non etiam peccat, non mutuans principaliter ob lucrum, bona fide quippiam accipiendo, à mutuatario, exiſtimans id ſibi amicè, & gratis ab eo dari, licet non det tam ob gratitudinem, quàm ob timorem, ne pecunia à ſe repetatur, vel ſibi alia vice mutuum

[a] *lib. 6. q. 1. art. 2. de iuſt. & iur.*
[b] *in d. c. conſuluit, de vſur.*
[c] *59. diſt.*
[d] *61. diſt.*
[e] *iuxta gloſſ. ſing. & recept. in c. 1. de cler. nõ reſid. lib. 6.*
[f] *Pſalm. 118.*
[g] *ſeſſ. 6. can. 31.*
[h] *ibidem.*
[i] *verb. vſura.*
[k] *in c. cum miniſter, à n. 37.*

denegetur, quàmuis, ſi poſtea id intelligeret, teneretur illud reſtituere, ſecundùm S. Ant.[a] & Caiet.[b] At, ſi, dum ſibi dabatur, exiſtimabat non dari ſibi libera voluntate, ſed coacta, accipiendo peccat, etiamſi à principio, ſola charitate mutuaſſet, Laurent.[c] & S. Ant. [d] authoribus.

[a] 2. part. tit. 1. c. 7. §. 6.
[b] 2. 2. q. 28. art. 1.
[c] in c. ſalubriter, de vſur.
[d] vbi ſup.

Ex qualitate porrò rei datę, ex lucro, vel iactura dantis, & ex eo, quod tali caſu virtus gratitudinis poſcit: probus pœnitens, & prudens confeſſarius conijcere poſſunt, an datum vltra ſortem, dicatur datum libere, an coactè. Is autem, qui, eo quòd à ſuo debitore debitum recuperare commodè nequit, mutuat illi pecuniã, vt hac via aliud tantum, quantum ſibi debetur, recipiat, non peccat, quum nihil ab eo vi mutui accipiat. Ioan. Maior. authore.[e] Cauendum nihilominus eſt debitori, per chyrographi debiti redditionem, vel ſchedulam ſolutionis eius; ne poſtea ipſe, vel eius hæres, rurſus illud petant, vel accipiant ſponte ſolutum. Non peccat etiã, capiens quippiam, in iuſtam mercedem laboris ſui, vel famuli, numerandi magnã pecuniæ ſummam, non enim vi mutui, ſed laboris numerandi, accipit, neque quippiã capiens loco ſumptus, & laboris mittendi pecuniã mutuatam, longè abſenti, eodem Ioan. Maior deciſore.[f]

[e] in 4. ſent. diſt. 15. quæ 29. in princ.
[f] vbi ſup.

210 At, qui emit, permutat, aut conducit minoris iuſto pretio, ob anticipatam ſolutionem, vſurarius eſt. Et viceuerſa, qui vẽdit, permutat, aut locat maioris iuſto pretio maximo, ſiue rigoroſo, ob dilationẽ ſolutionis, ratione ſupra producta.[g] Aduerſus quod, non rarò vidẽtur peccare, qui emũt, vel conducũt reditus epiſcopatuũ, beneficiorum, Magiſtratuũ, Prouinciarum, Dominiorum, oppidorum, tributorum, ſuperindictorũ, alióſque cenſus Regum, epiſcoporum, beneficiariorum, aliorũq; priuatorũ neceſſitate preſſorũ, longè minori iuſto pretio infimo, ob ſolutionẽ anticipatã vnius anni, ac minori ob duorũ, & lõgè minori, ob trium, Et viceuerſa, qui vendunt, aut locant aromata, cinnamomum, piper, &c. pannum, ſericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, boues, vaccas, equas, oues, & id genus alia, ijs qui eorum indigent, quò ſe ſuſtentent, vel quærent præſentem pecuniã ex eis, protinus reuendendis, minoris iuſto pretio, idq; maioris, iuſto pretio rigido, & sũmo, & ob dilationẽ ſolutionis, & tãto plus addunt pretio, quanto ſolutionis

[g] n. 206.

dies diuturnior fuerit. Itaque cauere ſibi debent eccleſiaſtici, & ſeculares prædiuites, agros colonis ſuis pluris iuſto pretio rigido locantes propter dilationem ſolutionis ſuorum debitorum, aut mutuationem tritici ad ſerendum, victúſque aut pecuniæ, in alia neceſſaria, cum longa ſolutionis dilatione. Illi denique qui reditus ſuos quàm maximo poſſunt pretio locant in auctionibus publicis, allicientes conducere volentes ad augenda pretia pollicitationibus & donariis incrementorum, quæ Hiſpani vocant *Puias*, dilationibus ſolutionum, cogentéſque illos facere renunciationes ab omni iure alienas, quales ante noſtram ætatem pauciſſimas Hiſpania vidit: nulla habita ratione, quòd per huiuſmodi renunciationes, & ad caſus fortuitos obligationes minuitur iuſtum alioqui pretium conductionis: nec habita ratione, quòd locantes adeo exorbitante pretio, ſunt cauſa, vt conductores confugiant ad mendacia & prauas artes in vendendis eis, vt pretium, quod dependunt, ex eis corradant, quod quidem, ſecus corradere nequirent

211 Intereſſe autem, generaliter dicitur eſſe damnum emergens, & lucrum ceſſans: eo quòd aliquid fieri ceſſat ſecundùm quandam gloſſam.[a] Vbi coniunctio (*Et*) accipitur pro (*Vel*) & verbum (*Fieri*) prout comprehendit. (*Non fieri*) eo quòd non facere, ſit facere.[b] Eſtque duplex, damni emergentis, & lucri ceſſantis, ſecundùm eandem gloſſ.[c] Exemplum damni emergentis: Habeo pecunias reſtaurandæ domui, vel emendo æſtate tritico, aut fœno eá que mutuo tibi: quas quia ad præſtitutum diem non reſtituiſti, domus corruit, triticum duplò carius emi, pecora fame interiêre, aliúdve ſimile damnum accepi Exemplum intereſſe lucri ceſſantis: Sum mercator, habeo pecunias, quibus merces emere ſtatui, vt negotier, eas tibi mutuo, & die præfixo non reſtituis lucrum, quod ob id facere ceſſo, eſt meum intereſſe lucri ceſſantis.

Et quidẽ inter omnes cõuenit, vtrũque horũ contingens ob mutuũ, peti poſſe tribus caſibus. Primò, quãdo mora in ſoluẽdo præceſſit.[d] Secũdò, cũ id ante, aut poſt morã contingit, mutuũ tamen datum fuit aliquâ vi Regis, Ciuitatis, aut cuiuſuis alius. Qua de re fuſiùs infra.[e]

[a] *l. 1. in verb. poſſibile, C. de ſent. quæ pro eo quod inter. prof.*

[b] *l. ſi facere ſit mora ff. ſol. matri. & gloſſ. l. 2. recept. in princ. ff. de verb. oblig.*

[c] *d. l. 1.*

[d] *gloſſ. celebris in c. conqueſtus, de vſur. cum multis ibi citat.*

[e] *eod. n. 301.*

Tertiò, cùm à principio conuenit de ſoluendo damno Quibus tribus caſibus non ſolùm licet accipere, & exigere, ſed etiam à principio conuenire de ſumma, quæ vltra ſortem rependenda eſt, ex veriſimili illo intereſſe damni, aut lucri: vt latè prædictus Sotus prodidit,[a] licèt magis, quàm alij, hanc materiam reſtringere ſit conatus. Poſtremum tamen hodie non procedit in materia cambiorum, per extrauag. Pij V. infra tranſcriptam,[b] vt ibi dicam. Tota verò difficultas ſita eſt in caſu, quo quis ſponte, citra vim, mutuat pecunias expoſitas negotiationi, aut rerum frugiferarum emptioni: ob quarum mutationem ceſſat à negotiatione & frugiferorum emptione, An poſſit capere licitè intereſſe lucri ceſſantis contingentis ante moram, & culpam? Innocent. namque tenet, quòd non,[c] quem prædictus Sotus laudat, & ſequitur: proteſtatus tamen, ſe contrariam, quæ communis eſt, opinionem non damnare: quam etiam laudandam eſſe & firmiter tenendam alibi,[d] probauimus 14. rationibus, refellendo quas ipſe pro ſua adduxit. Quæ tamen concluſio, intelligenda eſt, dummodo omnis dolus, & fraus palliandi vſuras abſit, nec tanquam res acquiſita, ſed in ſpe poſita, quæque multifariam impediri poſſit, æſtimetur, etiam in contractibus, quibus licet à principio conuenire. In cambiis enim hodie (vt proximè dixi) non licèt: maximè ſi mutuetur res cum pacto de reſarciendo eiuſmodi intereſſe: intereſſe namque lucri ceſſantis, non debetur magis, quàm intereſſe extra rem damni emergentis, ſecundùm Bart. & commun.[e] At hoc regulariter non debetur, niſi pacto præcedente,[f] ergo neque illud.[g] Cæterùm, pecunia mercatoris, negotiationi expoſita, vel alteri emptioni frugiferæ rei deſtinata, pluris valet, aliâ tantâ aliorum, & etiam ipſius, illi non ita expoſita.[h] Itaque, etiam triticum ſatum, vel ſationi deſtinatum, valet pluris, quàm tantundem abſolutè conſideratum. Et quàmuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrifaciendum ineſt, abſolutè conſiderata, eius pretium non magis augeat, quàm ſine illa: conſiderata tamen in eo, qui ſcit & vult ea vti, vt iuſtè lucretur, facit vt pluris valeat: non ſecus quàm facultas generandi, quæ ineſt tritico, abſolute conſiderata, non efficit vt pluris valeat: conſiderata tamen

[a] lib. 6. q. 1. art. 3. de iuſt. & iur.
[b] cod. c. n. 300.
[c] in c. fin. de vſu.
[d] in comment. de vſur. c 1. 14. q. 3. not. 15.
[e] in d. l. 1.
[f] l. ſi ſterilis, § cum per venditorem, ff. de act. empt.
[g] arg. l. illud, ff. ad l. Aquil.
[h] arg. l. 3. ſub fi. ff. de eo quod cert. loco. tradit Caiet. 2. 2. qu. 78. art. 2. & antea Scot. in 4. ſent. diſt. 15. q. 6.

in eo, qui illud iam ſeminauit, aut ſationi præparatum habet, aliud ſimile vt ſeminet non habens, facit vt pluris æſtimetur, quò vendere, & carius mutuare poſſit: quíque furto illud ſuſtulerit, plus quàm alteri, reſtituere tenebitur.

At, habens aliquid, quod communiter, nec ſibi, nec aliis pluris quàm decem valet, pluris illud alteri vendere non poteſt: quàmuis ſibi longè pluris ſit: ſi tamen ſibi pluris valet, rectè id vendere poterit pretio, quo ſibi valet capiendo pro eo tanto plus, quanto ſibi plus valet, iuxta ſanctum Thomam,[a] & Scotum,[b] receptos. Et ſicut operarius poteſt accipere pretium operarum ſuarum, quas omiſit rogatu alterius, qui eas ſolue re addixit, ſic & mercator lucrum, quod precibus mutuatarij omiſit, ob promiſſionem reſarciendi intereſſe.

[a] *2.2.q.77.ar 1.*
[b] *in 4. ſent. theolog. diſt. 15. qu. 2.*

212 Non ſunt autem neceſſariæ tot conditiones, quò iuſtè capiatur intereſſe lucri ceſſantis, ex mutuo: quot Conrad[c] & quidam alij requirunt licèt earum non nullæ requirantur. Prima enim eſt, vt hic lucrandi modus non tantum ſibi placeat, quantum negotiationis: quod tenet etiam Silueſt.[d] quæ tamen neceſſaria non eſt, iuſtum ſiquidem & iniuſtum, non in bonitate, aut prauitate animorum ſeu intentionum, ſed rerum, operumque externorum æqualitate, & inæqualitate conſiſtit. Ariſt.[e] & D. Thom. aſſertoribus.[f] Quò fit, vt rectè afferat idem Sotus,[g] nihil referre, an mutuans ſit rogatus à mutuatario, an vltrò mutuet, modò, quod ad iuſtitiam commutatiuam attinet, ſeruetur. Secunda, vt intereſſe ſit verum, quæ neceſſaria eſt iuxta mentem gloſſæ, & omnium.[h] Tertia, vt mutuatio, vel non ſolutio, ſit cauſa amiſſionis lucri, ſecundùm omnes, qualis non eſt (ſecundùm Caie. & Medinam)[i] quando mutuans pecuniam, habet aliam, qua negotietur Quæ tamen reſtrictio non procedit, ſi aliam pecuniam eos in fines, veluti ad fortuitas neceſſitates, deſtinâſſet, neque negotiationi applicare vellet, quod prudentię eſt. Quarta, vt dandis vſuris non ſit aſſuetus: ex tali namque conſuetudine, præſumeretur voluntas exercendi vſuram, quæ tamen conditio non procedit in foro conſcientiæ, in quo veritas præualet præſumptioni,[k] fieríque poteſt,

[c] *in qu. 3. de contract.*
[d] *verb. vſura, q. 19.*
[e] *moral. 2. & 5.*
[f] *2.2. qu. 38. art. 10. & q. 59. ar. 2.*
[g] *lib. 6 q. 1 ar. 3. de iuſt. & iur.*
[h] *in d. c. conqueſtus.*
[i] *vbi ſup.*
[k] *c. tua, de ſponſ*

vt quis in aliis fœneretur in hoc non. Quinta, vt non recipiat intereſſe, priuſquam conſtet, quòd veriſimiliter lucratus fuiſſet. Quod equidem, in materia cambiorum, videtur hodie ſtatutum per ſupra memoratam Pij V. extrauag. Sexta, vt mutuatarius non egeat extremè: quæ non videtur neceſſaria, quum non teneatur ex præcepto ſubuenire illi gratis, imò ſatisfacit mutuando, vt cùm poterit ſoluat, per dicta ſupra, [a] mutuare autem citra intereſſe, eſſet donare. Septima, vt mutuãs ob hoc non notetur infamiâ vſurarij, apud idiotas, æſtimantes eiuſmodi intereſſe vſuram eſſe ob ſimilitudinem, cùm omnis ſpecies mali, fugienda ſit, [b] quæ conditio, quàmuis euitando peccato ſcandali neceſſaria ſit, non tamen euitandæ vſuræ, & obligationi reſtituendi, quæ ex ſola iniuſtitia naſcitur, per dicta ſupra, [c] quale non eſt peccatum ſcandali, quod eſt contra charitatem, S. Thom. aſſertore. [d] Octaua, vt cauſa primaria mutuandi, ſit ſubſidium neceſſitatis vitæ, ſalutis, honoris, aut bonorum proximi: quæ tamen non eſt magis neceſſaria, quàm prima, [e] licèt ſit honeſtiſſima. Nona, vt non capiat, neque paciſcatur totum intereſſe, quod veriſimiliter expectatur, ſed tantum duntaxat quantum valet illa veriſimilis expectatio: imò nec hoc nunc in cambiis fieri poſſe per dictam extrau. probari videtur. [f] Et conſequenter qui cogitur ſoluere pœnam, vel intereſſe creditori ſuo, quòd mutuatarius ſuus non ſoluerit ei mutuum ſtato die, licitè poteſt ab eo recipere, quod ſic ſoluit: Quinet compenſationem damni accepti, ob venditionem rerum ſuarum minoris quàm valerent, vel emptionem tritici, aut vini cariori pretio, quòd ſtato die, debitum ei non ſoluerit. Non enim accipit ratione mutui, ſed ratione intereſſe damni emergentis, ſecundùm omnes, etiamſi promiſſio de ſarciendo eiuſmodi damno, non præceſſerit. [g] Nec poſſunt quicquam capere iuſtè ratione intereſſe lucri ceſſantis, qui nolunt, vel nequeunt negotiari, aut res frugiferas emere, & mutuant ad intereſſe: neque mercatores, qui certa pecuniæ ſummâ negotiantur, non maiori, & aliam quam habent, ad intereſſe mutuant: neque qui multas pecunias in nundinas important, emptiſque mercibus ſibi ſufficientibus, reliquas ad intereſſe, mutuant nullum; ſiquidem inter-

[a] *eod. num.60.*

[b] *1. Theſſ. 5. & cap. ab omni, de vit. & hon. cler.*

[c] *eod. n.6.*

[d] *2. 2. qu. 43. in princ.*

[e] *per dicta in ca. in ea.*

[f] *vt in adnot. ad can dnam.*

[g] *arg. l. nummis, ff. de in lit. iur. & l. Iulianus, in princ ff. de act. empt.*

eſſe verum prætendere poſſent, per prædicta. An autem qui ſuas, alienáſue grandes pecuniarum ſummas, alijs, atque alijs tradunt in vnis nundinis, ſoluendas in aliis, cum aliquo lucro, ratione aliqua defendi poſſint, dicetur infra.[a]

213 At verò, montes pietatis, erectos modo infra dicto, licitos eſſe, contra Caietanum,[b] & Sotum,[c] probatur efficaciſſimis argumentis, dilutis rationibus eorum[d] Modus verò eſt hic: Quiſpiam opulentus, deputat aliquam quãtitatem tritici, vel pecuniarum, ad mutuandum quotannis pauperibus, pignoribus, ab eis acceptis: quò pro quantitate accepta, & tempore quo eam non ſoluerint, exiguum quippiam ſingulis menſibus ſoluant, pro victu, & ſalario eorum, quibus committitur cura eiuſmodi triticum, aut pecuniam cuſtodiendi, mutuandi, capiendiq; & reſtituendi pignora tẽpore opportuno. Gener autem licitè recipit fructus pignoris fructiferi, traditi ſibi à ſocero, in ſecuritatem ſolutionis dotis,[e] cùm non capiat eos vi mutui veri, vel palliati, ſed ratione alia, quæ à variis varia redditur, vt monſtrat prædictus Couarruuias,[f] ſed nulla ſatisfacit, per ea quibus ſtrictim confutamus[g] communem, & aliam Anan. Medinæ. Soti, & Fortunii, olim à nobis probatam, ſubdentes aliam genuinam in donatione tacita dotantis, & tradentis pignus, ſtabilitam: quæ colligitur ex multis in dotatione concurrentibus[h]

Ex qua quidem quatuor intulimus.[i] Primum, quemlibet maritum, quàmuis non ſit gener eius, qui eiuſmodi pignus dedit, poſſe fructus eius percipere, non referendo eos in dotem promiſſam, niſi contrarium exprimatur, quàmlibet longum tempus ſolutioni dotis præfigatur, modò obligatio dotem ſoluendi foret ad præſens tẽpus, licèt ſolutio differretur, accepto pignore. Secundũ, poſſe maritum paciſci cum eo, qui dotem promiſit, nec ſoluit, vt quoad ſoluatur, in ſingulos annos, pro ſubſidio onerum connubialium, pendat tantũ, quantũ aliquis mediocriter induſtrius ex eiuſmodi dote (ipſa ſaluâ) capere poſſet. Quod Pan.[k] & plærique alij relati à Couarr.[l] ac Sotus tenet, quicquid Io. Lup.[m] aſſerat. Tertium, verum eſſe, quod inſinuauit Sotus,[n] maritum ſcilicet, qui dotem recipit, & hęredes eius, caſu

[a] *n. 296.*
[b] *Tum.2 opuſc. Tract. 6. de mõte pietatis*
[c] *lib.6. de iuſt. & iur.q.1.ar.6.*
[d] *in comment. de vſur. notab. 20. & 2. ſeq.*
[e] *per ca. ſalubriter de vſur. & l. pater, ff de dol. mal.*
[f] *in ca. 1. variar. reſol.*
[g] *ibidem.*
[h] *quæ ibi inſinuãtur.*
[i] *ibid.*
[k] *d. c. ſalubriter*
[l] *vbi ſup.*
[m] *in repet. ca. per veſtras, not 6 de donat inter vir. & vxor.*
[n] *lib.6. qu.1. art. 2. de iuſt. & iur.*

diuortij, aſtringi vxori viduæ aut ſeparatæ, alimenta præbere, quæ ſalua manente dote, dari poſſunt, quoad ipſa ei perſoluatur. Quartum, iuſtè obſeruari poſſe ſtatuta nõnullorum Regnorum, vt, qui dotem promittit, quoad ſoluat, & maritus, eiúſque hæredes, quoad dotem viduæ, aut ſeparatæ reddant, certum quid è centum in ſingulos annos dependant.

## Qui peccant peccatum vſuræ, circa mutua.

### Summæ.


214 *Mutuum non ſoluens æquè bonum, & ſtato die, vt peccat.*
214 *Vſurarius confiteatur quoties voluit fœnerari.*
215 *Vſura quando mutuare: propoſita pœna. &c.*
216 *Pignoris induſtriâ cultui fructum retinere, an vſura?*
217 *Pignoris fructus quando bene capiantur.*
218 *Fundi pignorati fructus qui bene capiantur.*
219. *Vſura an ſit mutuare rem vt reddatur cùm pluris valebit.*
220 *Vſura vt ſit mutuare, vt molat in ſuo molendino.* & 21.
221 *Donare licet, vt reddat duplum, ſi moriatur intra tale tempus.*
223 *Medico mutuare, vt medeatur gratis, an liceat.*
224 *Mutuare, aut vendere granum pro grano, vt liceat.*
225 *Debitum granum non petens donec pluris valeat.*
226 *Mutuans pecuniam argenteam pro aurea, vel è contraria.*
227 *Emens triticum, vinum, aut oleum quod elegerit.*
228 *Pretium iuſtum triplex: imum, medium, ſummum.*
229 *Vendere quis tenetur minus quàm emit.*
230 *Emens minus debita lege poſt ſoluenda* & 231.
231 *Mutuans mutuo accepta pro vſura ob illa premiſſa.*
233 *Cenſus vt reſtituendus.*
234 *Extrauagantis Pij V. ſuper cenſibus tenor.* & 3. *ſeq.*
238 *Mutuans ſub vſura pro re pauperi danda, vel pro iniuria remittenda.*
239 *Vendere triticum vno menſe, pretio maiore, quo valiturum eſt alio.* & *ſeq.*

241 *Vendens alicui, quod reuendendum eſt, & ement illud.*
241 *Deponens pecuniam cum pacto, aut intentione lucrandi.*
242 *Vſura in deponendo, & à depoſitario accipiendo.*
243 *Vendens equum maioris, quàm valet, licèt poſt tantum valeat.*
244 *Vſura eſt ſoluere famulis alicuius, vt poſt auctarium capiat.*
245 *Vſura eſt ſoluere ante diem ſtatutum ob lucrum.*
245 *Vſuram iuratã non ſoluere, quando peccatum.*
246 *Actio & paſſio eiuſdem rei, bona & mala.*

214 LXXXVIII. Peccat mortaliter, qui res mutuatas non ſoluit ſtato die in rebus eiuſdem generis, & bonitatis; niſi impotentia, conſenſus expreſſus, vel tacitus creditoris, aliáve ſupradicta [a] excuſent. Peccat præterea, qui mutuat aliquid ob lucrum notabile pecuniâ æſtimabile, conuentum expreſſè aut tacitè, vel principaliter ſperatum, cum obligatione reſtituendi: niſi antequam recipiat, eum pœniteat, per dicta ſupra. [b] Nec vſurario ſufficeret confiteri, quoties ad vſuram dederit: oportet enim exprimere (ſi ſcit) quoties ſecum animo deliberato dare conſtituit. Et ſi diſtinctè ignorat numerum verùm, proferat veriſimilem, plus minúſve: vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, deplorans toties repetitum peccatum, vt numerus memoriam effugerit, vt dictum eſt. [c] Idémque ſi à principio citra ſpem principalẽ lucri mutuauit, ex ſola charitate: & poſtea illam concepit, & popoſcit illud, per ibidem dicta. Idem etiã de illo, qui non vult proferre diem ſolutionis debiti, abſque aliquo lucro: niſi pro ſuo vero intereſſe accipiat, per prædicta.

215 LXXXIX. Peccat, mutuans adhibitâ pœnâ niſi intra diem ſtatam ſoluerit ei, quem iam à principio credebat ad eam diem ſoluere non poſſe, cum obligatione reſtituendi ſecundùm Scotum, & communem. [d] Idem, ſi pœnam exigit ab eo, qui citra ſuam culpam per impotentiam, eam non ſoluit: regulariter enim, vbi non eſt culpa, pœna eſſe non debet. [e] Idem cenſendum ſi ſolutâ parte debiti totam pœnam exigit, ſaltem quãdo obligatio eſt diuiſibilis, [f] ſecus tamen ſi pœnam adhibuit, vt formidine eam incurrendi ſoluat præſertim optãdo potiùs ſolutionẽ, quàm pœnæ incurſionẽ. [g]

[a] *n. 54.*
[b] *eod. n. 210.*
[c] *c. 6 n. 15. & in ſpecie lo. Mai in 4. ſent. diſt. 15. q. 29.*
[d] *in 4. ſent. diſt. 15.*
[e] *c. 2. de conſtit.*
[f] *ca. ſuam, cum gloſſ. & Commum. de pœn.*
[g] *d. ca. ſuam, l. ſi pacto quo pœnã, C. de pact.*

216 Creditor vtens fructu, vel vſu pignoris ſibi traditi cum pacto non referendi illum in ſortem, in quam eſt conferenda omnis commoditas quam ex eo percipit deductis impenſis legitimis. Quæ deductio eſt cauſa, vt vſuram non committatti, qui tantùm circa pignus impẽdit, quantum vtilitatis ex eo percipit. Nec conſequenter, qui equum exiguæ vtilitatis in pignus accipit cum onere alendi eum. Neque qui domum egentem tanta, vel maiori impenſa refectionis, quàm penſio eius valeat. Non tamen putamus tutum eſſe illud Soti. [a] non teneri nimirum, in partem ſolutionis accipere fructus collectos ex pignore, quos debitor non colligebat, nec colligere cogitabat. Tum, quia ſufficit eſſe fructus bonorum debitoris, eóſque nullo iuſto titulo à creditore retineri poſſe: Tum, quia alioquin dicendũ eſſet, creditorem qui ſua ſolerti induſtriâ ter tantos fructus colligeret, quàm debitor cogitabat, eum reſtituere quod amplius collegiſſet non teneri, quod palam abſurdum eſt.

[a] *lib. 6. q. 1. art. 2. de iuſt. & iur.*

217 XC. Mutuator accipiens pignus cum pacto legis commiſſoriæ: vt putà, vt niſi ad præfixum diem rediматur, venditum ſit, paciſcendo omnes fructus partémve corũ, qui vſq; ad eũ diem colligẽtur ſuos fore [b] Secus tamen ſi prædicti fructus cederent debitori, vel in ſortem, aut intereſſe referrentur. Quia pactum legis commiſſoriæ in pœnam ſine fraude vſurarum additum, valet imo etiam vt lapſo die luendi pignus, iuſto pretio venditum foret. [c] Secus item, ſi dominus directus in pignus accipiat prædium feudale. [d]

218 Quod ipſum dixit de domino directo accipiente in pignus prædium emphyteuticum. [e] Imol. quem ſequitur (quàmuis dubitet) Ioan. Anan. [f] licèt eiſdem Barba [g] contradicat: modò tria concurrant, quæ etiam in feudo concurrere debent.

218 Primum, vt nihil aliud debitum ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat. Secundum, vt illud prædium non ſit effectu melius, ſeu melioratum ab emphyteuta, iuxta Silueſt. [h] Quod verum eſt quoad partem fructuum, qui ex melioratione capiuntur, non autẽ quoad alios, qui ſine illa perciperentur Tertium, quod emphyteuta dominium vtile emphyteuſis gratis,

[b] *ca. ſignificante, cum ei adnot. de ping.*
[c] *l. ſi fundus, §. fin. ff. de pign. Pan. in d. cap. ſignificante, S. Anton. tit. 1. c. 6. & Silu. in roſ. aur. caſ. 28.*
[d] *ca. conqueſtus, & c. 1. de vſur. adiuncta gloſ. fin.*
[e] *in c. 1. de vſura.*
[f] *in c. 1. de fend.*
[g] *in d. cap. 1. de feud.*
[h] *verb. feudum, q. 30.*

aut ferè gratis ( vt communiter feudatarius ſolet ) obtinuerit. Nam, ſiue ille, [a] ſiue feudatarius quò potiretur ſuis vtilibus dominiis magnam ſummam pecuniæ impendit: non poteſt fructus ſibi vendicare ſaltem quando penſio, pro eis ſoluenda, longè minor eſt fructuum valore, iuxta communem, quam ſequuntur Aug. [a] Sil. [b] & Ioan. Maior. [c] Sed tanto plus ex fructibus retinere poterit, quanto minus pretium iuſto, dominus vtilis directo exoluit. [d]

219 XCI. Peccat, mutuans triticum, aliúdve mutuabile, eo pacto, vt ſibi reddatur tempore, quo veriſimiliter creditur eius pretium auctum iri, nec ipſe ad illud vſque erat ſeruaturus, cum obligatione reſtituendi, [e] quia lucratur aliquid ex mutuo: ſecus, ſi veriſimiliter dubitabat, an tunc pluris, an minoris eſſet valiturum. Secus etiam, ſi ad illud vſque tempus ſeruaturus erat, libertatémque ſoluendi intra illud tempus debitori non adimit, aſſertore Angel. [f]

220 XCII. Mutuans aliquid mutuabile cuipiam, pacto vel intentione principali, vt in ſuo molendino molat, aut in ſua officina emat: vel ſuam ſcholam frequentet: ſíve ſuo prædio laboret, iuxta mentem Pan. [g] teneturque eum ab illa obligatione liberare, próque illa iudicio boni viri ſatisfacere Caiet. [h] autore, quámuis Silu. [i] ſuadeat pauperibus erogãdum. Quod procedit etiamſi mutuatarius, nil aliud ob hoc perdat, nec mutuatori aliud commodum acquiratur, quàm quòd obligetur in ſuo molendino molere, aut in ſua taberna emere, &c. quicquid dicant Ang Roſel. Adr. [k] Gal. [l] & Ioan. Maior. [m] Illa ſiquidem obligatio molendi, aut laborandi in tali loco, eſt lucrum pecuniâ æſtimabile: ideòque quàmuis non teneatur quicquam ex pretio, aut vtilitate iuſta, quam ob illud percepit, reſtituere, tenetur tamen eum ab illa obligatione in futurum liberare: & pro pretio, iudicio boni viri ſatisfacere.

221 Idémque dicendum de mutuante cum pacto, vt ſibi mutuatarius vendat ſuum triticum, vinum, aut lanam etiam iuſto pretio. Dixi (*pacto vel intentione principali*) quia mutuare citra pactum intentione minus principali, quod mutuatarius ex gratitudine faciet, non eſt vſura per dicta ſup. [n] & in ſpecie Silu. prodidit. [o]

[a] *verb. feudatarius*, §. 33.
[b] *eod. ver.* §. 10.
[c] *in 4. ſent. diſt.* 15. *q.* 31.
[d] *arg. l. quæ de tota, ff de rei vẽd.*
[e] *c. paſtoralis*, §. *item cùm totum*, *de off. deleg.*
[e] *c. in ciuitate, c. nauiganti*, *de vſur.*
[f] *verb. vſura*, 1. §. 36.
[h] *in c. fin. de vſur.*
[g] *in ſum. verba vſura exterior*, *caſ.* 8.
[i] *uerb. vſura.* 1. *q.* 7.
[k] *in* 4. *ſent. de reſtit.*
[l] *in* 4. *ſent. diſt.* 15. *qu.* 11. *art.* 3. *in princ.*
[m] *in* 4. *diſt.* 25.
[n] *eod. n.* 209.
[o] *ver. vſura*, 1. *q.* 7.

XCIII. Mutuans pecuniam in Flandriam, aut in aliam regionē proficiſcēti, pacto præuio vt indemnitatē ſpondeat, ſeu (vt ſic dixerim) aſſecuret illam, dato ei aſſecurationis pretio etiā iuſto, [a] quia ex mutuo lucratur obligationem ſecurandi eam ab ipſo, ſecundùm communem. [b] Secus tamen, ſi libere mutuauit, & poſtea conuenerint, vt mutuator, ſecuraret certo aliquo pretio: id enim non ex mutuo, ſed ex aſſecuratione lucratur. Caiet. aſſertore [c] Io. Maior. [d] & S Anto. [e] qui contractus ſecuritatis eſt licitus, & Reipubl. vtilis. ſecundùm S. Anto. receptum, vt dicetur infra. [f]

222 XCIIII. Mutuans aliquid pacto, vt ſi mutuatarius intra certum tempus moreretur, liber foret, & ſi viueret, duplum redderet. Quia ex mutuo lucratur illam obligationem ſoluendi duplum, quàmuis dubiam. Silu. deciſore. [g] Secus tamen, ſi donaret gratis citra fraudem, quò donatarius, ſi vſque ad tale tempus vixerit, duplum reddat, quia nullum tunc mutuum interuenit, ſed eſt contractus innominatus, do, vt des. [h]

223 XCV. Peccat, Regi, vel magnati mutuans, pacto, vel intentione principali, vt ſibi conferat officium pecuniâ æſtimabile, licèt, quod tali officio lucratus eſt, reſtituere non teneatur. Secus, ſi principaliter mutuat, vt eius amicitiam ſibi conciliet: ſpe ſecundariâ & minus principali, quòd ſibi eiuſmodi officium conferet, per dicta ſupra. [i] Idèmque producendum eſt in eo, qui alicui mutuat, præuio pacto, vt ſe iuuet, pro ſe deprecetur, doceat, ſcribat, aut aliud quid ſimile pecuniâ æſtimabile faciat, & in eo, qui medico mutuat, cum pacto, vt ſibi medeatur: ſiue ſit alius medicus, qui ſibi poſſit mederi, ſiue non: quicquid diſtinguat Med. [k] Idemque de illo, qui mutuat alteri, cum pacto, vt ſibi mutuet alia vice tantundem, ſecundùm glo. ſing. [l] quicquid dicat Adr. [m] niſi quum ſolùm pacto aſtringit ad id, ad quod iure naturali gratitudinis obligatur, ſecundùm aliam gloſ. [n]

224 XCVI. Peccat, mutuans alicui triticum vetus, pacto, vt tantundem recentis ſibi reſtituat, non obſcurè ſciens recens melius & maioris pretij fore ſuo, tempore mutui & ſolutionis, per ſupradicta, & per dictum Silu. [o] maximè ſi libertatem ad nutum, & cùm libuerit ipſi adimat, obligationémque reſtituendi recens, paciſca-

tur

[a] *c. nauiganti, de vſur.*
[b] *in d. cap. nauiganti.*
[c] *in ſum. verb. vſura exterior, c. 12.*
[d] *in 4. diſt. 15. q. 24.*
[e] *2. part. tit. 1. c. 9. §. 45.*
[f] *eod. c. n. 285.*
[g] *verb. Vſura, 1. q. 36.*
[h] *l. naturalis, ff. de præſcript. ver.*
[i] *eod. à n. 215.*
[k] *in C. de reſtit.*
[l] *quæ eſt 2. c. 1. 14. q. 3.*
[m] *in 4. de reſtit.*
[n] *quæ eſt 1. eiuſ. cap.*
[o] *verb. vſura, 1. q. 17.*

tur. Secus tamen, ſi principaliter mutuat, ne ſuum corrumpatur, & valet, aut valebit tanti, vel pluris tempore mutui, aut ſolutionis, quàm recens ſibi ſoluendo; ſiue quia eſt maior penuria eiuſmodi tritici, quando mutuo datur: ſiue quia ſiccius eſt recenti, ideóque ex illo, plus quam ex hoc, menſura capit: ſiue quia eius ſubſtantia eſt melior. Imò, non peccaret, qui paciſceretur, vt plus tritici recentis, quàm datum eſt, reddatur: modò veriſimiliter non valeat pluris illud plus recens reſtituendum, quàm vetus, cùm mutuatur, vel cùm mutuans, illud eſt venditurus: in hoc enim, mutuans nihil lucratur ex mutuò, nec accipiens quicquam perdit, iuxta communem [a] quàmuis mutuator vitet damnum, quod ei ex corruptione tritici euenire poſſet, quod iuſtè velle poteſt, citra damnum mutuatarij, vt rectè Sil. [b] inſinuat.

225 Imò, neque vſura eſt tempore caritatis annonæ, triticum æſtimatum pretio, quo tunc venditur mutuare, paciſcendo, vt tempore ſolutionis reddatur triticum pretio, quo tunc valebit, in effectu namque eſt vendere triticũ, & dilationẽ ſolutionis indulgere: iuxta omnium mentem, [c] & Anto. [d] niſi legibus iuſtis prohibita foret eiuſmodi tritici anticipata emptio, vt eſt prohibita legibus Caſtellæ, tritici anticipata emptio, quò iteratò vendatur. Quinet in vſum ſuæ familiæ, niſi pretio, quo viginti dies ante, viginti poſt diem ſanctæ Mariæ menſe Septembri ſacrũ, valebit in Metropoli loci, vbi emitur. [e] XCVII. Qui quod ſibi debetur recuſat recipere vſque ad tẽpus, quò eius pretium excreſcat: cùm debitor eiuſmodi tempus expectare non teneatur: quia vult lucrari impenſam, quã cuſtodiendo faceret, periculúmque amiſſionis vitare. Idemque producendum eſt in illo qui alteri mutuat, cum pacto, vt tali tempore, & non antè reſtituat: aut in alio loco extra eum in quo iure tenetur, reddat: iuxta Anton. [f] eiuſmodi namque obligationem, quæ pecuniâ æſtimabilis eſt, vltra ſortem lucratur. Non tamen peccat differens petere triticum, quod ſibi debetur, vſque ad annũ, aut tempus, quo carius erit: niſi directè vel obliquè debitoris ſolutionem impediat, (vt noſtro iudicio) impedit diues, qui nolens, vt pauper Auguſto anni fertilis ſoluat, eum monet, vt illo tritico

[a] *in d. c. nauiganti, & c. in ciuitate, de vſur.*
[b] *verb. vſura, 1 q. 15.*
[c] *in d. c. in ciuitate.*
[d] *2. part. c. 7. § 13.*
[e] *l. 13. & 14. legum Madritij anno 1528. editarum.*
[f] *vbi ſup.*

ad ſuam vtilitatem próque nutu ſuo vtatur.

Quibus ſanè fraudibus vitandis, prudenter in Luſitania ſtatutum eſt, vt qui triticum mutuò datum ante diem S. Mariæ Auguſti, non petierit, ante ſequentem annum, exigere nequeat.

226 XCVIII. Peccat pecuniam argenteam mutuans, vt aurea ei ſoluatur, quò in æſtimatione lucretur, iuxta Oſti.[a] quamuis licitè poſſit pecuniam argenteam aurea: & auream argentea emere ac vendere: lucrúmque aliquod moderatum accipere Caiet. aſſertore,[b] non enim lucratur ex mutuo, ſed permutatione, emptione, vel venditione, ſicut etiam ex commodatione pecuniæ, vt pignori detur, vel ad oſtentationem diuitiarum, quò aptiùs vxorem ducat, ſiquidè, ad huiuſmodi fines etiam pecunia numerata commodari poteſt.[c]

227 XCIX. Triticũ, vinũ, aut oleũ alicuius prædij ante meſſem, aut vindemiam, minoris ob anticipatam ſolutionem emens, quàm collecta ſunt valitura, iuxta Pan.[d] ſecus tamen ſi æquo pretio, licèt minori, ob periculũ (ſi cui ſubijcitur) emeret.[e] Nec intereſt, an ematur definitè triticum talis vineæ, an verò cum facultate deligendi triticum talis agri, aut vinum talis vineæ, vt libuerit, modò (quòd æquũ fuerit) plus ob eiuſmodi optionẽ ſoluat: itaque intelligẽdũ eſt quod Gab.[f] & alij ſcribũt.

228 Quod producendum eſt in emente quippiam minoris iuſto pretio, ob anticipatam ſolutionem, cariúſve iuſto pretio ob eãdem dilatam vendente, vt dictum eſt ſupra[g] iuſtum autem pretium intelligo, ſiue ſit infimum, ſiue medium, ſiue ſupremum: cùm non conſiſtat in indiuiſibili: habet enim latitudinẽ, vt traditur infra.[h] Quo fit, vt quis iuſtè pannum, cuius pretium infimum eſt decem, & medium decem cum medio, ſupremum verò vndecim, emit decem ob anticipatam vel præſentem ſolutionem, qui non venderetur ei, niſi vndecim dilatà ſolutione: & viceuerſa, iuſtè vendit quis eundem vndecim dilatâ ſolutione, quem libenter venderet decem præſentibus nummis. Qui verò emeret minoris anticipatâ ſolutione, vel maioris venderet dilatâ, peccaret cum nexu reſtituendi, per ſupradicta,[i] per quæ conciliandi ſunt Doctores, qui ſibi contrarij videntur.

229 At verò, non ſolùm decipitur exiſtimans, ſe iuſto

[a] *in ſum. de vſur. §. An aliquo, ſub fin.*
[b] *in ſum. verb. vſura, notab. 2. caſ. 12.*
[c] *l. 5. § fin. & l. ſeq. ff. Cõmod.*
*trad. Scot. recept. in 4. ſent. diſt. 15.*
[d] *in c. nauiganti, n. 6. per illam text. de vſur.*
[e] *l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contrah empt.*
[f] *in 4. ſent diſt. 15. q. 11. art. 1.*
[g] *n. 206.*
[h] *c. 23. n. 79.*
[i] *n. 206.*

pretio ſuas merces vendere, quoties non pluris, quàm emit ſumptibus, & moderato lucro numeratis, vendit, vt rectè Sotus inſinuauit.[a] fieri namque poteſt, vt ſumptus eius ſit immoderatus, aut quod deceptus fuerit, cariùs emendo, vel quia abundantia eiuſmodi merciũ, illarum pretium diminuerit. Quo circa, interdum minoris vendere debebit, quàmuis emerit, quàmuis dilata ſolutione vendat, interdum pluris, quàm ſolet, etiam præſenti pecunia, vendere poterit, quia parum impendit, aut quia emit minori pretio eiuſmodi merces in loco emptionis, quàm quò detulit, & ob defectum eiuſmodi mercium, pretium augetur.[b]

C. Peccat pecora, vel prædia ab eo quem credit ea nõ habere, emens, & ſtatim certa pẽſione illa eidem locãs, cum obligatione reſtituendi penſionem, quam ex re nõ exiſtente ceperit.[c] Secus, ſi probabiliter credebat, eum illa habere, & bona fide emit: nec tenetur reſtituere, etiam agnita veritate, quod ex eiuſmodi penſione inſum ſit bona fide: imò neque quod non inſumpſit, & quo factus eſt ditior, ſi (quando ea emit) volebat emere talia, & emit ab illo: quia illa venalia produxit: ideóque alia ab alio non emit: & ita pro ſuo intereſſe retinere poteſt, iuxta dicta ſupra.[d]

230 CI. Peccat centum ſoluenda à ſe, vel ab alio alteri, in fine anni, emens, vel redimens ſoluendo in principio eius, aliquid minus: putà 20. vel 30. ob anticipatam ſolutionem: tenetúrque reſtituere. Gab.[e] Caiet.[f] & Ang.[g] authoribus: niſi id faceret, eò quòd debitum non ſit liquidum, ſeu quia labor, impenſæ, aut periculum ſub eũda ſunt in eis recuperandis, vel nummos quibus emit, deſtinârat negotiationi, aut frugiferorũ emptioni, quâ veriſimiliter illud minus, quod alteri ſoluit, lucraretur, præſertim, ſi id facit rogatu venditoris Med. aut.[h]

231 Nobis tamen videtur verum Caiet. effatum[i] & ante illum, & alios Inno. cui nemo contradicit,[k] putà, iuſtè minoris emi poſſe debita, quæ nõ ſunt ſoluenda ante vnũ, duos, pluréſve annos quàm ſi nũc ſoluenda forẽt. Tum, quia minus eſt habere actionem, quàm rem. Tum, quia id nõ eſt mutuare, ſed emere, & nõ nummos ſibi perſoluendos, ſed ius, intra aliquod tempus recuperandi. Tum, quia hoc iuris quod vno anno eſt in-

[a] *lib. 6. q. 3. de iuſt. & iur.*

[b] *arg. not. in l. pretia rerum, ff. ad l. Faleid. & per* Caiet. *2. 2. q 77. art. 1.*

[c] *arg. l. 1. & totius tit ff de cõdict. ſin cauſ.*

[d] *eod. c. nu. 211. Angel. verb. vſura. 1. §. 71. Silu. vſura. 2. q. 6. 10. Mai. in 4. ſent. diſt. 15. qu. 46.*

[e] *in 4. ſent. diſt. 15. q 11. art. 3. dub. 4.*

[f] *in ſum. verb. vſura notab. 2.*

[g] *2. part. tit. 1. c. 8. §. 3 & 4.*

[h] *in C de reſtit. q. 38. in fin.*

[i] *verb. vſura, ſub fin.*

[k] *in c. in ciuitate de vſur.*

[l] *l. minut. ff. de reg. iur. Dec. in reg. qui actionẽ, ff. eod. cum ea adnot.*

utile, minoris valet, quàm ſi mox foret vtile. Per quod periclitatur, quod ipſemet Caietan. dixit [a] putà, debitorem centum aureorum in fine anni, non poſſe eorũdem remiſſionem, ineunte anno, minoris centum emere. Nam, qua ratione poteſt tertius illam actionem emere, eâdem poterit ipſemet, contra quem datur, redimere, quicquid Sotus aſſerat. Cuius tamen, & Caietani opinio ſaluari poteſt, intelligendo de redemptione facta, minoris ob ſolam ſolutionis anticipationem, vt initio huius caſus inſinuauimus: ſupradicta autem procedunt, quando alijs de cauſis antecedentibus minoris emũntur, ceſſante omni fraude vſurarum. Et quidem ad hanc concordiam reduci debet S. Tho.[b] probatus à S. Antonin.[c] Angel.[d] & latius Silu.[e] qui idem quod Caietanus, & Sotus ſentire videntur.

Nec obſtat, quòd id conſequeretur, diuitem poſſe dare alteri centum ſoluenda poſt anni lapſum, cum aliquanto auctario, negatur enim ſequela. Tum, quia, hæc intelliguntur ceſſante fraude vſuraria, quæ in eo non ceſſat. Tum, quia actio, qua de agimus, iuſtè venditur. Qualem non habet venalem, is cui diues dat illa.

232 CII. Peccat centum mutuò ab aliquo pro lucro aliorum decem ratione mutui ſoluendorum mutuans, iuxta Io. Mai.[g] Secus tamen, ſi capit illa decem ratione intereſſe damni, quod aliàs peteretur, per ſupradicta.[k]

233 CIII. Emens cenſum perpetuum, vel tẽporarium, redimibilem, vel irredimibilem, citra conditiones in id requiſitas.[i]

Ad cuius rei clariorem intelligentiam, ſequentem Pij V. Extrauagantem conſtitutionem ſubijcimus.

[a] *in d. notab. 2.*
[b] *ad Lectorum Florentinum.*
[c] *2. part. tit. 1. c. 8. §. 4.*
[d] *verb. vſura, 1. §. 64.*
[e] *verb. vſura, 1. q. 14.*
[f] *l. 2. cum ſeq ff. de hære. vel act. vend.*
[g] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 9. art. 7.*
[h] *n. 211.*
[i] *ſuper quarum numero & veritate, remiſimus Lectorem in Hiſpano exẽpl. ad not. 22. comment. c. 1. 14. q. 3. cuius ſummam ſup. à nu. 206. huic latino attexuimus.*

## Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

234. *CVm onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus: qui nedum non continentur intra limites à noſtris antceceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos, verùmetiam (quod deterius eſt) contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum*

præſeferunt. non potuimus, animarum (prout tenemur) ſaluti conſulentes, & piarum mētium petitionibus, etiam ſatisfacientes, tā graui morbo lethiferóque veneno, ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtrâ conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum reditum, creari conſtituive nullo modo poſſe: niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.

235 Rurſum, niſi verè in pecunia numerata præſentibus teſtibus ac notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, recepto integro, iuſtóque pretio.

Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci, prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad caſus fortuitos, eum, qui aliàs ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum, nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, ac ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus, alijs omnibus præferri, eíque denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, etiam per menſam expectari.

236 Pacta continentia moroſum cenſus debitorum, teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam. ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Imò & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem, vel aliare, in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus, non ſpectarent.

Poſtremò, cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire: ſed etiam poſſe pro eodem pretio, extingui, non obſtante longiſsimi etiam temporis, ac immemorabili: imò, centum, & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſu-

*lis concepta ſint.*

*Cùm verò traditione prætij reditus extinguendus erit, volumus, per bimeſtre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & poſt denunciationem intra annum tamẽ etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi pretium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus, quandocunque reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denunciatione, de qua ſupra, & nonobſtantibus his, de quibus ſupra, ídque obſeruari mandamus, etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſequutus fuiſſet.*

*Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omnino prohibemus, contractúſque ſub alia forma poſthac celebrandos, fœneraticios indicamus. Et ita (illis propterea non obſtantibus) quicquid vel expreſſe, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari.*

237 *Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu nouiter creando: verùm etiam in creato quocunque tempore aliẽnãdo, modò poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuò & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes, pretium ſemel cenſus conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimò contrahentes minui, vel augeri. Et licèt legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus: illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt, cenſus, hortamur in domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubijciant, & animarum ſaluti conſulant. Nonobſtantibus, &c. Dat. Romæ anno 1568. 14. Kal. Feb.* [a]

238 CIIII. Peccat mutuans cum pacto, vt mutuatarius vltra ſortem ſibi reddendam, det aliquid notabile alicui tertio, vel pauperibus: non enim licet vſuram lucrari, etiam redimendis captiuis. [b] Secus tamen, de mutuante, vt ei remittatur iniuria, non quidem ratione, quam Sanctus Anton. & Silueſt. [c] reddunt, vnicuique nimirum, licitum eſſe ſuam vexationem redimere, [d] id enim de vexatione iniuſta intelligitur: vexatio autem qua iniuriâ affectus, iniuriantem iudicio pulſat, non eſt iniuſta. [e] Itaque, nouam hîc ſubijciemus, putà pœnam iniuriæ non deberi in foro conſcientiæ, [f] ſpecialéque eſſe, vt pacto nudo tollatur ipſo iure actio in-

[a] *hanc extrauagantem quibuſdam adnotationib. in d. comment c. 1. 14. q. illuſtramus, quas iſtic referre, præſentis (ob breuitatem quam affectamus) non eſt instituti.*

[b] *c. ſuper eo, de vſur.*

[c] *verb. vſura, 1. q. 11.*

[d] *c. dilectus 2. de ſimo.*

[e] *iuxta gloſſ. ſing. rec. pt. c. ſi quis contriſtatus, 90 diſt.*

[f] *iuxta gloſſ. ſing. c. fraternitas, 12. q. 2.*

iuriarum, [a] nec videtur tam quærere, quod ius [b] requirit, quàm à damno pœnæ, quæ non eſt ante ſententiam, alteri in conſcientia debita, liberari. Quò fit, vt mutuare cum pacto, vt non ſolùm iniuria remittatur: ſed etiam damnum, quod affectus iniuriâ, paſſus eſt, quódque ſibi in conſcientia debetur, eſt peccatum vſuræ. Non peccat etiam, qui pecuniam, qua vult emere aliquid frugiferum, mutuat alteri, præuio pacto, vt ſoluat tantum quotannis, quantum fructus rei fructiferæ, quam emiſſet, deductis impenſis, quotannis valerent, per dicta ſupra. [c] Neque obſtat, quòd quidam dicitur aſſeruiſſe illud nimirum pœnæ debitum, legale eſſe: non enim eſt tale ante ſententiam, ante quam ſit mutuum.

*a l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pact.*
*b c. quoniam 14. q.*
*c n. 211.*

239 CV. Vendens triticum, aut aliud quippiam, vno menſe pretio maiore, quo valiturum eſt alio, ad quem vſque tamen non erat ſeruaturus, tenetúrque ad reſtitutionem eius, quòd vltra pretium temporis venditionis acceperit, [d] quàmuis poſſet illud mutuare vno menſe, vſque ad alium, quo veriſimiliter plus valebit, vt tunc vel antè reddatur æquè bonum, vt rectè Sotus adnotat. Dixi (*Non erat ſeruaturus, &c.*) alioqui enim ſecus, tribus concurrentibus. Primum, ne ſummum quo menſe illo valiturum eſt, pretium accipiat: ſed medium. Ita vt ſi vnâ parte eius valuit decem, & aliâ quindecim, aliâ viginti, non niſi quindecim capiat, iuxta Alexand. [e] Secundum, vt de pretio deducat, quantum ſeruando diminutum fuiſſet, ea in re expertorum iudicio Tertium, vt deducat impenſas, quas ſeruando in illud vſque tempus, facturus erat, Maior. deciſore. [f] Nec obſtat diſtinctio Caietan. [g] nam quicquid dicat, æquius eſt dicere, *cap. finali de vſur.* moderari *cap. in ciuitate*, quàm quod ipſe aſſerit.

*d c. fin. de vſur & ibi per omnes, Ang. verb. vſura, §. 34.*
*e in l quod te ff ſi cert. pet.*
*f vbi ſup. q. 32.*
*g 22. q. 78. art. 1.*

Perperam autem hinc infert quidam, dicere me non poſſe quem vendere rigoroſo pretio iuſto, ſoluendo tempore ad quod vſque ſeruaturus erat: at tantùm moderato, quod ipſe nullatenus ſentio: at longè aliud, putà, vendentem rem pretio, quo valitura eſt aliquo tempore, ad quod vſque ſeruaturus erat, putà menſe Maio, non poſſe iuſtè accipere pretium maximum rigoroſum, quo valebit aliquo die illius

menſis : ſed pretium medium illius, quod valebit toto menſe, collatis pretijs, quibus valuit diuerſis diebus eiuſdem, adeo vt, ſi aliquo die valuit decem, aliò 15. alio 20. debebit eſſe contentus 15. Si verò ſeruaturus erat vſque ad certam hebdomadam, & eius diebus valuit multis pretijs, accipiet medium illorum. Si autem vendidit pretio, quo valeret certo die, ad quem vſque ſeruaturus erat, & eiuſdem varijs horis, valuit varijs pretijs, accipiet medium eorum.

240 CVI. Vendens aliquid dilata ſolutione in aliud tempus, pretio maximo, quo valebit vſque ad illud, aſſertore Oſtien. [a] vt copioſè alibi, [b] diximus. Vbi tamen concluſimus, non eſſe vſurarium pactum, vt ſibi ſoluatur pretium, medium minimi, & maximi, quo ab emptionis tempore, vſque ad tempus, in quod ſeruaturus erat, valeret, ſiue eius pretium creſceret, ſiue decreſceret.

*[a] in ſum. de vſur. §. aliquo, verſ. quid ſi vẽdas.*

*[b] ſuper c. in ciuitate, de vſur.*

241 CVII. Qui pecuniâ indigenti, quippiam vendidit, pacto, aut voluntate principali, vt ſtatim ſibi, minoris iuſto pretio iterato vendat, [c] ſecus, ſi ſimpliciter vendidit pretio iuſto, quàmuis ſummo: & poſtea, quia emptor vult illud denuo vendere, nec inuenit alium, qui emat, idem venditor iterum pretio iuſto, quàmuis infimo, & pio accipit. Ang. finitore. [d] His ampliùs addo, eũ vſuram admittere, qui ſuas merces, quò lucraturum ſe ſperabat, deportat, & dilata ſolutione pluris iuſto pretio, etiam ſummo vendit, eò quòd aliarum aduentu, adeo pretium decreuit, vt non ſolùm non lucraretur ſed etiam perderet, ſi præſenti pecunia, etiam ſummo pretio venderet, per ſupradicta.

*[c] iuxta tit. 43. ordin. Luſitaniæ.*

*[d] verb. vſura. § 60. De diuiſione autem pretiorum infra, c. 23. n. 78 & ſeq. dicetur.*

242 CVIII. Qui commendat vel deponit pecuniam apud mercatorem, aut numularium, intentione principali vt aliquod lucrum menſtruum, vel annuum ſibi perſoluatur, ſalua ſorte: teneturque acceptum reſtituere, quàmuis non interueniat pactum, & appelletur depoſitum. [e]

Nec ignorantia excuſat, [f] nec periculum perdendi illam quod mercator fugere, aut decoquere poſſit. Tum, quia eiuſmodi lucrum, non ob periculum, ſed mutuum depoſiti inuolucro tectum, accipitur. Tum, quia illud periculum non eſt conſiderabile. [g] Secus tamen, ſi abſ-

*[e] c. conſuluit, cũ ei adnot. de vſur.*

*[f] gloſſ. in c. plerique, 14 q 3.*

*[g] per not. in d. c. nauiganti, &c. ſi fœnerauetis. 14. q. 3.*

que pacto, & intẽtione principali prædictis, depoſitum faceret, & quippiam à depoſitario gratis donante, gratitudinis ergô acciperet, quia ex pecunia depoſita fuit lucratus: etiam ſi libentius ſuam pecuniam penes hunc gratum, quàm penes alium depoſitam habeat. Quinetſi depoſitarius illud det ſperans, quòd ob huiuſmodi largitionem à ſe pecuniam ſuam non auferet, hæc ſi quidẽ omnia ſunt gratuita. Caiet. deciſore.[a] Vſura tamẽ eſſet, ſi id mercator daret, velut ad id, ob pretiũ, & vſum illius pecuniæ, obligatus: & dominus hac eadẽ ratione acciperet, aut ſperaret, etiãſi principaliter ob hęc deponeret. [a] 2, 2. q. 78. ar. 2

243 CIX. Qui equum, aliamve rem communi iudicio non maioris pretij, quàm quindecim aureorum, ob dilatam ſolutionem viginti aureis vendit, cum obligatione reſtituendi quinque: licèt poſtea ob aliorũ equorum mortem, 20. æſtimetur, iuxta Ioan Maior.[b]

244 Quod producendum in eo, qui cum Rege, vel alio, qui ſuis militibus aut famulis mercedes, & ſtipẽdia perſoluere intra certum tempus debet, intra quod ob rei numariæ difficultatẽ & defectũ, illis ſoluere nequit paciſcitur ſe illis ſoluturũ, ſi à domino ſibi acceſſio aliqua, quòd ſoluturus ſit, detur, vt decem pro centum, [c] niſi ratione veri intereſſe excuſetur. Quamuis Rex, vel ille alius, ſuis in literis profiteatur, ſe gratuitam donationẽ illius pluris facere. Tum, quia id effectu eſt mutuare pecuniam, vt ad certum tempus eadem cum aliquo auctario ſoluatur. Tum, quia illa donatio non eſt vera, cùm non ex liberalitate, ſed neceſſitate quærendi pecuniam mutuam, fiat, Med aſſertore.[d] Idémque cenſendum, de Præfecto ratiociniorum. Quæſtore ærario, aut ſoluendis ſtipẽdijs, & mercedibus, &c. obligato, ſi quid ab his, quibus ſoluere debebat accipit, vt anticipet ſolutionẽ, per prædicta, [e] niſi verũ foret intereſſe, aut iuſta actionis emptio excuſaret.

[b] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 32.*

[c] *ar. d. c. in ciuitate.*

[d] *de reſtit. in quibus caſib. licitũ mutuanti, vltra ſortem recipere,*

[e] *caſ. 3.*

245 CX. Qui mutui accepti vſuras ſoluere iurauit, nec intra diem ſtatutum ſoluit, nec etiam impetrauit abſolutionem à iudice, vel parte. Nam licèt promiſſio ſoluendi vſuras, non valeat: iuramentum tamen eas ſoluendi, obligat,[f] quàmuis à iudice poſſit abſolui,[g] & ſolutas repetere.[h]

246 Non obſtat, quòd ſoluẽs vſuras, videatur peccare,

[f] *c. debitores, de iureiur.*

[g] *c. 1. eod. tit.*

[h] *d. c. debitores.*

conſentiẽdo peccato Vſurarij, non enim iurat, aut promittit eas ſoluere, quatenus earũ acceptio eſt peccatũ: ſed quatenus eſt actus de ſe indifferens: qui bono fine fieri poteſt virtuoſus, iuxta doctrinam S. Th.[a] Qua eadẽ ratione, acceptio ſub vſuris, à nolẽte mutuare, licita eſt, nam actio eiuſdem rei, poteſt eſſe bona, & paſſio mala: & viceuerſa, iuxta illud [b]. Chriſti paſſionis.

*Actio diſplicuit, paßio grata fuit.*

## De vſura in pacto de retrouendendo.

### Summæ.

247 *Pactum de retrouendendo quid, quod iuſtum, & quod vſurarium, & minuit de pretio, ſed fructus non adimit ementi, qui tunc cenſetur in mora. 248. & 249.*

250 *Pactum de redimendo intra certum duntaxat tempus, an valeat.*

247 CXI. Peccat mortaliter, emens quippiam cum pacto retrouendendi ſimulatè, animo magis mutuandi, quam emẽdi, & vſuram committit. Qui autem minoris iuſto pretio, etiam dempta parte, qua eiuſmodi pactum diminuit, peccat quidem peccatum iniuſtitiæ, non autẽ vſuræ coram Deo, licèt interdum coram hominibus, præſumatur vſura. Cæterùm pactum de retrouendẽdo, eſt pactum, quo emptor promittit iteratò vendere rem emptam venditori, quandocunque ei collubuerit, vel intra certum tempus, quod licitum eſt, & minuit pretium.[c] Emptor porrò non tenetur reſtituere fructus interim perceptos, niſi à tempore moræ, quam cõmittit, ſimul ac pretium illius, loco, & tempore congruis, oblatum, non accipit.[d] Emptor autem iuſtè poteſt, etiã ſtatim, locare creditori honeſtâ penſione.[e]

248 At verò, ad iuſtitiam huius pacti concurrere debent. Primum, vt ſimulatio, ſaltem ex capite emptoris, abſit, ita vt emptor verè & principaliter intẽdat emere. Secundũ, ne fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quàm emptio facta ſit.[f] Tertiũ, quòd emptor faciat illud eo ſolo, vt placeat vẽditori & malit, ne redimatur: nec emeret, niſi putaret eſſe redimendum: quod tamen

*[a] 1. 2. q. 18. ar. 7. 8. & 9.*

*[b] gloſſ. c. 1. de cõſec. eccle. vel alt. lib. 6. verb. ſanguinis.*

*[c] c. cùm Ioãnes, de fid. inſtrum. & l. fundi partem. ff. de contrah. empt. & l. ſi fundum, l. ſi à te, C. de pact. inter. em. & vẽd. & Leuit. 25. ſecundùm Innoc. Oſtiẽ. Io. And. Pan. & cõmun. Canoniſt. in ca. ad noſtram, de emp. & legiſtarũ, in d. l. ſi fundum, & Cæpol de ſimul. contr. caſ. 2. & omnes theolog. in 4. ſent. diſt. 15.*

*[d] l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. cum gloſſ. recept. & c. illo vos verb. percepti, de pign.*

*[e] d. l. fundi partem, ff. de contrah. empt. & d. ca. tùm Ioãnes, de fid. inſtru.*

*[f] ca. illo vos, de pign.*

non eſt iuridicũ: tum, quia nullo iure, vel ratione probatur: tum, quia ſæpe contingit, aliquem poſſe verè rem aliquam emere cum pacto retrouendendi, quod minuit pretium eius, nõ autem abſque illo. Quia non habet ſat pecuniæ illi iuſto pretio emendæ, citra illud pactum, citra quod pluris valet. [a] Tum, quia multi nollent res aliquas emere, quas tamen rogatu amicorum (quos oportet eas vendere) emunt quidem ve. è pretio eiuſcemodi pacto, ſed ſperantes eas redimendas, quas alio qui non emerent.

149 Non etiam eſt neceſſe (regulariter) ne pactum fiat, vt vltra certũ tempus redimi nequeat: planum enim eſt, poſſe fieri pactum de retrouendendo intra ſolum vnum annum, duos, tres, aut plures, quod effectu, eſt pactum, ne vltra tempora, præfinita, redimatur.

250 Dixi (*Regulariter*) quia poſt extrauag. Pij V. ſuper cenſibus, relatam ſupra, [b] in emptione cenſus id licitum non foret, quod eſt nouum. Non etiam eſt neceſſe, ne emptor vſuræ dare ſolitus ſit, eò quòd preſumeretur ſolitum facere. [c] Quia licèt ad ſic præſumendum in foro exteriori iuuare poſſet: non tamen in foro conſcientiæ, in quo ceſſat omnis preſumptio. [d] Nec etiam eſt neceſſe, ne fiat pactum, vt ante aliquot annos venditor redimere non poſſit, & poſtea ſic: quia huiuſmodi pactum eſt licitum, licèt pluris valeat, quod venditur pacto eiuſmodi adhibito, quàm quod cum pacto quãdo libuerit redimendi: quàmuis, non quanti ſi abſque pacto venderetur. Nec videtur verum illud Ioannis Maior. [e] quòd venditor grauat emptorem pacto quando libuerit redimendi, niſi conſentiat, vt emptor aliquid capiat ratione ſui intereſſe: nam, qui ſuo iure vtitur, nemini iniuriam facit. [f] Quàmuis, contra fraudatores vendentes prædia non ſata, & vineas vindemiatas, cum pacto redimendi intra annum, ſolitos redimere paulò ante meſſem, vel vindemiam, ſolutis impenſis, lege Nauarræ cautum ſit, vt, qui non redemerit ante Paſcha, non poſſit redimere niſi meſſe, aut vindemiâ peractâ.

[a] *d. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & d. ca. cum Ioannes cum eis adnot.*

[b] *n. 234.*

[c] *arg. l. quod ſi nolit, § quia aſſidue, ff. de ædil. edict.*

[d] *c. tua, de ſponſal.*

[e] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 45.*

[f] *c. cum eccleſia, de elect. & l. iniuriarum. § 1. ff. de iureiur.*

## De vſura in ſocietate.

### Summæ.


251 *Societas quid, quæ licita, n. 252. & 253.*
254 *Aſſecuratur vt ſors, & lucrum in ſocietate.*
255 *Aſſecurantur vt capitale cum lucro.*
256 *Intellectus c. per veſtras, de donat.*
257 *Sorte ſalua qui lucrantur in Gallia, & Italia.*
257 *Legare nummos, vt de reditibus miſſæ dicantur, an liceat.*
258 *Vſura eſt dare ad lucrum ſalua ſorte, vel non negotiaturo.*
259 *Deponens pecunias in ſcriptura mutui, vel depoſiti, peccat.*
260 *Societas in animalibus, & locatio eorum quæ licita, & 261.*


251 CXII Peccat mortaliter, contra hoc præceptum, 7. accipiens notabile lucrum, ex pecunia in ſocietatem iniuſtam collata: vel maius, quàm debet ex iuſtè in eam collata. Societas autem, eſt conuentio plurium, ſuam pecuniam, induſtriam, vel laborem ad quæſtum conferentium.[a] Ratio verò, cur lucrum ex pecunia in ſocietatem collatâ, accipi poſſit, non ex mutuata, ſecundùm S. Thom.[b] eſt, quòd dominium rei mutuatæ, cum periculo in mutuatariũ transfertur: non autem rei in ſocietatem collatæ, at ſubiacet periculo cõferentis, ſicut induſtria, & labor periculo ea conferentium.[c]

Vt autem, ſocietas iuſta ſit, tria requiruntur. Primum, vt negotiatio licita ſit.[d] Secundum, vt pecunia ſubiaceat periculo eam conferentis, hoc eſt, vt ſi pereat, tota illi pereat.[e] Tertium, vt in omnibus iudicio prudentis æqualitas ſeruetur, & pro quantitate partium collatarum, lucrum diuidatur,[f] vt poſt alios Caiet.[g] hoc exemplo declarauit: Vnus confert mille aureos, alius laborem tantídem æſtimatum, alius induſtriam quingentis æſtimatam, vt hæc ſocietas licita ſit, ex his omnibus vna ſumma conflanda eſt, & ex lucro, & iactura pro rata eius, quod confert, quiſque capere debet, vt, ſi iſti tres quingentos aureos lucrarentur, duo ſingulos du-

[a] *d. l. 1. & toto tit. ff. pro ſac. & inſtit. & C. eod. tit. c. per veſtras de donat.*
[b] *2. 2. q. 78. art. 2. ad 5.*
[c] *l. ſi tibi areæ meæ, ff. de præſc. verb.*
[d] *ca. per veſtras, de donat. int. vir. & vxo.*
[e] *gloſſ. ca. plerique, 12. q. 3.*
[f] *l. ſi non fuerit. ff pro ſoc.*
[g] *2. 2. q. 78. ar. 2*

centos aureos caperent, tertius verò centum. Sotus tamen, [a] aſſeruit, non eſſe habendam rationem quantitatis pecuniæ in ſocietatem collatæ: ſed periculi, cui exponitur: at iuſtius videtur contrarium. Tum, quia id iure exprimitur. [b] Tum, quia longè clariùs, & ſecuriùs eſt dicere, ſocietatẽ exæquandã iudicio peritorũ, qui æſtiment pretiũ pecuniæ collatæ, præuia cõditione expreſſâ aut tacitâ, vt in primis conferenti reſtituatur, ſi nulla eius iactura facta fuerit, pretium autem induſtriæ, & laboris ea conferentium citra vllam ſpem quicquam pro illis referendi niſi quæſtus factus ſit.

*a lib. 6. q. 6. ar. 1 de iuſt. & iur.*
*b in l. ſi non fuerit. ff. pro ſoc. & §. de illa, Inſtit. de ſociet.*

252 At ſi vnus pecuniã, alius pecuniã & operã cõtulerit, vterq; pecuniã à ſe collatã accipiet, & ex lucro, pecuniã, & operam conferens, pluſquam alius, arbitrio mercatorum, percipiet, Ang. & Sil deciſoribus. [c] At, cùm alius pecuniam, alius operam, ſeu induſtriam in ſocietatem confert, tota iactura pecuniæ, erit eam conferentis, & tota laboris eius, qui eum ſubijt, ac induſtriæ eius, qui eam adhibuit, quandocunque iactura obueniat, iuxta Bart. Bal. [d] & S. Thom. [e] quæ quidem opinio vera eſt, maximè in foro conſcientiæ, iuxta Ang. & Silu. [f] Tum, quia alioquin pars pecuniæ, cui exoluendæ alius teneretur, à periculo, libera eſſet, quo ad eum, qui cõtulit, & ita, quo ad illam partem, mutuum, non ſocietas foret. Tum, quia ſi in fine ſocietatis, lucrum eſſet, antequam diuidatur, qui pecuniam contulit, eam imprimis, accipere deberet.

*c verb. ſocietas.*
*d in l. 1. C. pro ſociet.*
*e 2. 2 qu. 78. ar. 2. ad 5.*
*f verb. ſocietas.*

253 Tum, quia non liceret paciſci, vt dimidiam, tertiam, aut quartam partem pecuniæ perditæ, alius qui laborem aut induſtriam impendit, perſoluat, quia nullam ex ea partem ſumit, ſi nullum inueniatur lucrum, finitâ ſocietatè: imò, tota eam conferenti reſtituitur. Tum, quia, vt qui pecuniam contulit, eam perdit: ſic qui laborem aut induſtriam adhibuit, ea perdit, quæ interdum tanti, & pluris æſtimantur, quàm pecunia collata. Nam, tantus poteſt eſſe labor, & tanta induſtria, vt licitum ſit paciſci, vt qui ea confert duas partes ex lucro, & dominus pecuniæ, vnam ſolam accipiat. Si tamen pecunia conferretur cum pacto, vt communis foret, & communiter inter illos, ſicut lucrum diuideretur, iuſtum eſſet, vt pecunia perdita, omnibus periret

[a] *vbi ſup.*

iuxta communem omnium calculum.[a]

254 Cæterùm, periculum pecuniæ collatæ, vitare poteſt eam conferens factâ cum ſocio conuentione, vt ſe reddat ſecurum, ſiue indemnitatem ſpondeat, ſuſcipiendo in ſe periculum eius, conſtituto ei pretio illo ſecuritatis quo eum tertius indemnem faceret, aut vt tanto minus ex lucro communi participet. Nam qua ratione tertius poteſt eũ indemnem facere, eadem poteſt & ſocius, vt rectè Silu.[b] dixit. Quæ confirmantur ex eis, quæ pridem reſpondimus Vlyſſippone, contra quandam maximi ponderis ſocietatem iniquam, oblata aliâ iuſtâ, quæ colligi poterat ex Maiore,[c] Caietan.[d] & Siluest,[e] vt nimirum, tres contractus fierent. Primus ſocietatis, in quam alius pecuniam: alius operam, & induſtriam conferat. Secundus, quo, qui operam confert, indemnem faciat alterius ſortem, iuſto pretio accepto, vel alio tanto ex lucro remiſſo. Tertius, vt ad tollendas ſuſpiciones, & moleſtias rationum, qui operam præſtat, lucrum incertum lucro aliquo certo redimat, aut ex lucro veriſimili, ſed incerto, tantundem certi retineat. Cui ſuffragatur, quòd nemo negat eum, qui confert pecuniam in ſocietatem, poſſe indemnem reddi, ſeu aſſecurari de ſorte, & de aliqua certa parte lucri ineundo ſuos contractus aſſecurationis ſortis & lucri cum tertio: & qua ratione poteſt inire cum tertio, eadẽ etiam, cum ſocio poteſt, ceſſante omni fraude, & ſimulatione.

[b] *ver. ſocietas,* 1 *q.* 2.

[c] *in 4 ſent. diſt.* 15. *q.* 49.

[d] *in Tom.* 1. *opu. tract.* 31. *reſp.* 11

[e] *verb. ſocietas,* 1. *q.* 1.

255 Quibus addo, poſſe fieri eodem tempore, Ioan. Maior. aſſertore:[f] nec ſolùm formaliter, & explicitè: ſed etiam æquiualenter, & implicitè. Vt ſi quis negotiator publicè proteſtaretur, ſe præſto eſſe accipere pecuniam à quocunque volẽte eam illi conferre in ſocietatẽ, cum pacto aſſecurationis ſortis ad rationem 4. pro cẽtum, & lucri certi 4. pro duodecim incerti lucri, adeo vt ex lucro incerto veriſimili 12. ex cẽtum, accipiat quatuor pro aſſecuratione ſortis & quatuor pro addictione lucri duodecim, ac proinde nõ teneatur reddere niſi quatuor. Poſtea verò, alius eiuſmodi proteſtationis cõſcius, confert ei centum, dicens. Confero tibi centum in ſocietatem negotiationis, cum ſecuritate ſortis, & redemptione lucri incerti, iuxta proteſtationem tuam.

[f] *in* 4. *ſent. diſt.* 15. *q.* 49.

256 Pro quo vltra prædicta vrget, *cap. per veſtras*:[g] ſic nouè inductũ: ibi Papa iubet, marito ad inopiã vergẽte,

[g] *de donat. int. vir & vxor.*

dotem deponi apud mercatorẽ, quò ex parte lucri honeſti, onera matrimonij ſuſtentet: & ita mens eius fuit, vt dos illæſa ſeruaretur, ideo námque iubebat illã à marito auferri: & ita videtur noluiſſe, vt lucro, & damno obnoxia mercatori traderetur, quod erat eam periculo obijcere: noluit inſuper certum aliquod lucrum inde matrimonij oneribus ſuſtinendis prouenire: At hæc duo fieri non poſſent ſine aſſecuratione, & lucri incerti pro certa redemptione: ergo Papa tacitè voluit illa fieri.

257 Suffragatur etiam, quod in pleriſque Galliæ locis, cũ in ea prælegebamus, audiuimus, & etiã nũc audimus in aliquot Italiæ Ditionibus, idem ſeruari, quod Eccleſiæ, viduæ, & pupilli, more antiquo conferebant ſuas pecunias mercatoribus, vt quatuor ſecura, pro centúm in ſuam ſuſtentationem lucrarentur: quæ conſuetudo defendi nulla ratione poteſt, per intellectum, quem Io. And. & nonnulli alij, *d. c. per veſtras*, aſſignant putà, quòd in fauorem eccleſiarum, viduarum, & pupillorum, cum illo lucro mutuari poterat: nam eſſet vſura, quæ neque etiam captiuis redimendis admitti poteſt.[a] Nec vllo alio modo defendi poteſt, quàm dicendo, initium traxiſſe ab hoc ſocietatis contractu, & modo, qui fit cum ſecuritate & redemptione prædictis. De quibus omnibus tempeſtiuiùs & copioſiùs alibi[b] ſcripſimus.

[a] *cap. ſuper eo. de vſur.*

[b] *in d. commẽt. c. 1. 14. qu. 3. reſpondendo ad quædam Soti argumenta.*

His amplius adnoto, licitum etiã eſſe pactũ, quo qui pecuniâ alienâ negotiatur, omne lucrum domino illius tradat, ipſi verò à domino certũ quid & ab omni periculo liberũ pro labore, & induſtria ſoluatur: huiuſmodi nãque contractus, non eſt ſocietatis, ſed locationis, ideóque ſi iactura, eius dolo vel culpâ, aut illius ſeruorũ, cõtingeret, ſatisfacere domino teneretur, quandoquidem vtriuſque gratiâ fiat: per ſupra[c] dicta.

Atqui, licitè pecunia legatur parocho, & beneficiario alicuius eccleſiæ, vt perpetuò ſingulis menſibus, certæ miſſæ pro legante celebrentur, quot nimirũ ex lucro illius, ad rationẽ quinque pro cẽtũ quotãnis dici potuerũt: licèt enim legare vſuũ fructũ pecuniæ,[d] adeóque eiuſmodi onus licitè adijcitur,[e] expediretque, vt legatarij cenſum perpetuum irredimibilẽ ad rationẽ vnius pro viginti, vel aliqua prædia reditus anni quinque, vel plurium pro centum: aut cenſum redimibilem: eiuſmodi pecuniâ emerent, vel (hiſce deficientibus) conferrent

[c] *eod. ca. n. 179 & Ang. ac Silu. vbi ſup.*

[d] *l. 1. & 3. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſ. conſ.*

[e] *arg. ca. ſignificatum, cum eis quæ illi adiicimus, de præb.*

illam alicui mercatori opulento in iuſtam ſocietatem, indemnitatem tam ſortis, quàm lucri veriſimilis & incerti, ſibi prouenturi, de paciſcendo! & tot miſſas annuas, quot dicendis illud ſufficiat, arbitrio epiſcopi celebrando. [a]

[a] *arg. ca. nos quidem, de teſta. & l. legatum, ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. & l. legatum, ff. de vſufr. lega.*

258 CXIII. Peccat, conferens pecuniam in ſocietatem ei, quem ſcit ea non eſſe negotiaturum, vt militi, vel clerico indigentibus, in certum lucrum: quàmuis tres prædicti contractus ſocietatis, ſecuritatis, & redemptionis concurrerent: non enim eſt vera, ſed ſimulata (quæ mutuum tegit) ſocietas.

259 CXIIII. Peccat, qui verè coram Deo pecuniam ad ſocietatem contulit in lucrum, & damnum: ſed à ſocio publicam mutui, aut depoſiti ſcripturam accipit: quia mentitur in periculum notabile ſuæ famæ, & bonorum proximi: poſſet enim voluntate mutatâ, ſuam pecuniam depoſitam, vel mutuatam repoſcere, quàmuis periret. Eiuſmodi itaque ſcripturam, ſi lucrum participare vult, reſcindere debet: quãquam id locum non habeat in negotiatore, qui contra mentem pecuniam conferentis honoris ſui ergo ſcripturam mutui aut depoſiti, loco ſocietatis conceſſit, modò illam conferens, ſcripturam prædictam, quàm citiſſimè poterit reſcindi curet, atque aliam (ſi volet) ſocietatis, imò & pignora pro ſecuritate reſtituendæ ſibi ſuæ pecuniæ, niſi amittatur, accipere poterit. Quinimò, paciſci, ne tali, vel tali mercimonio: aut tali, ſeu tali loco, aut tempore: cum tali aut tali homine, negotietur: & ſi mercator rebus, loco, tempore, aut perſona pacto excluſis negotiatus fuerit, iactura eius periculo, qui pactum, violârit, fiet, iuxta S. Ant. [b] Quod producendum eſt in eo, qui confert pecuniam in piſcatum nauticum modo infra [c] deſcripto.

[b] *2. part. tit. 1. c. 7. § 38.*
[c] *eod. c. n. 281. & 283.*

260 CXV. Peccat locans boues, mulas, aliáve animalia, penſione iniuſta notabiliter, aut cogens agricolam ſoluere iuſtam, pro tempore, quo deſinit laborare ſine culpa ſua, ob culpam domini, caſúmve fortuitum ipſi vel animalibus ſuis contingẽtem [d], aut cogens ad æſtimationem eorum, poſt mortem, vel damnum naturale, aut fortuitum, citra dolum vel culpam leuem eius euenıens: quum hæc domini periculo obnoxia ſint, iuxta

[d] *iuxta ſup dicta n. 199. & gloſſ l. ſi vno, §. item cumquidã, ff. locat.*

Gab.

Gab. [a] niſi agricola paciſcatur, periculum ( quocunque modo eueniret ) cõmune vtrique fore, dato ei ob hoc iuſto pretio, vel facta debita diminutione pẽſionis, quæ citra hoc pactum iuſta foret. Quin & ſi abſque intentione petendi aliquid vltra debitum ab agricola, ſi citra eius culpam, damnum contingeret, ne duriùs boues exerceat, paciſcitur, vt dimidium damni quoquo modo contingentis ad eum ſpectet, non factâ ob id aliquâ penſionis diminutione, mortaliter peccat. Tum, quia voluntatis eius ignaros ( S. Bernardo aſſertore [b] ) ſcandalizat. Tum, quia mori poteſt, citra eiuſmodi intentionis declarationem, eámve mutare, & poſtea ipſe, eiúſve hęredes, miſerum agricolam infeſtare.

[a] in 4. ſent diſt. 15. qu. 11. art 3. dub. 2. & Roſel. verb. vſura, 3. §. 15.

[b] in ſuis cõtract.

261 Licitum demum eſt tradere animalia in ſocietatem alteri, ea lege, vt lucrum ſit commune: ſed, ea recipiens, nil inde capere debet, donec pretium eorum domino perſoluatur: & poſtea erunt communia, modò, quæ ante ſortem recuperatam interierint, domino intereant, non recipienti, iuxta S. Ant. [c] alios contraria tenentes cõciliantem. Circa quæ [d] ſtatuit regulam, quâ plærique caſus deciduntur: putà, quod omnis ſocietas circa animalia, adhibitis pactis: quibus alicui ſociorum, iudicio boni viri, notabile damnum infertur, eſt illicita: & rectè quidem: quia etiam omnis alia, in qua commoditatum partes non reſpondent ex æquo, partibus in ſocietatem collatis, illicita eſt.

[c] 2. part. tit. 1. c. 7. §. 39.

[d] in fin. illius §.

## De vſuræ participantibus, & eam non reſtituentibus.

Summæ.

262 *Vſuram qui ſuadet, aut ſub ea petit, vt peccat. & 263.*
263 *Vſurario non volente reſtituere, qui accipit ſolutionem crediti in malos fines, vel impedit, ne gratis mutuetur. & n. 264.*
265 *Peccatum non eſt ad minus peccandum inducere.*
265 *Pignus ab vſurario emptum, reſtituendum.*
265 *Vſurarij bona non ſunt obligata, & fiunt ementis.*
265 *Dominium rei quæſitæ per vſuras, quærit vſurarius.*

265 *Dominium rei emptæ ab vſurario quærit emptor.*
265 *Vſurario rem datam, vt vendicat qui dedit.*
266 *Vſuras pro alio exercens etiam famulus obligatur.*
267 *Proxeneta vſurarum qui peccat.*
268 *Vſurarij vxor quæ peccat viuendo de bonis ſui mariti, & 269.*
270 *Vſurariorum filij, & famuli qui peccant de bonis eorum viuendo.*
271 *Vſurarij, gener recipiens ab eo dotem, vt peccat.*
272 *Dotem ab vſurario datam, retinendi remedium.*
273 *Vſura non eſt marito vſus pignoris pro dote dati. & 274.*
275 *Vſuras qui iudex iubet ſolui, aut non reſtitui, & aduocatus procurator, & teſtis, qui ad id auxilium præbent, reſtituere tenentur.*
276 *Vſurarium inſtrumentum faciens, vt peccat. & n. 277.*
278 *Vſurarius vſuras, & fructus pignoris reſtituat.*
279 *Vſurario manifeſto nullum detur ſacramentum.*
279 *Vſurarij teſtamentum nullum, niſi hæc præcedant.*
280 *Vſurarius quis manifeſtus, & à quo abſoluendus, & num. 281.*
283. *Piſcatorum, ac diuitum eiuſmodi ſocietas vſuraria. & 283.*
283 *Socius induſtriam adhibens quid de ſuo impendere debeat.*

226 CXVI. Peccat mortaliter, inducens aliquem: vt ſibi, alterive tertio, det ad vſuram: nam ſi peccato mortali conſentire, peccatum mortale eſt, quantò magis ad illud inducere? Qui autem accipit ad vſuram à parato dare, aut petit mutuum ſimpliciter: ſed quia alius renuit gratis mutuare, accipit ſub vſuris, non peccat mortaliter, niſi ob finem mortalem accipiat: imò, nec venialiter, ſi iuſtâ cauſâ accipit: ſecus tamen, ſi abſque ea, aut ob finem venialem: putà vanitatem, & ludos veniales, aut vt eius negotiatione diuitias accumulet, cùm aliàs habeat vnde honeſtè viuat, iuxta mentem S. Thom [b] & noſtrorum Doctorum, [c] quos Caietan. [d] explicat. Quàmuis igitur accipere ad vſuram licitum ſit: non tamen petere, vt ad vſuram detur, quum ſit petere aliquid, quod alius citra peccatum facere nequit: quod nunquam licitum fuit, iuxta S. Anton. [e] & Caietan. [f] quàmuis liceat ab eo mutuum petere. At ſi ro-

[a] *c.1. ad Roma. c.notum, 2 q.1.*
[b] *2.2.qu.78. art 4.*
[c] *in ca. ſuper eo, de vſur.*
[d] *in ſum. verb. vſura. & 2.2. q.78.art.3.*
[e] *2.part.tit.1.c.9.§.14.*
[f] *2.2.q.78. art 4. & Tom. 1 opuſc. tract. 31. reſponſ.13*

gatus petat vſuras ſibi promitti, renuátque ſine illis mutuare, poteſt ſub iis licitè accipere.

263. Conſtitutus tamen in extrema neceſſitate, non peccat inducendo ad mutuandum ſibi ſub vſuris eum, qui ſine illis mutuare renuit, iuxta Inno. [a] id enim non eſt proximum ad peccandum inducere: ſed conſulere, vt minùs peccet, hoc eſt, potiùs peccatum vſuræ, quàm homicidij committat: quod licitum eſt. [b] Verùmetiam videtur S. Antonino, [c] non peccaturum, qui mutuum ad vſuram ob ignorantiam, aut inconſiderationem peteret, aut quia ſcit fruſtra ſe rogaturum eum, vt gratis mutuet: quod tamen nobis ſecurum non videtur, ob rationes modò tactas.

264. CXVII. Peccat, qui ad vſuram capit aliquas merces ad res vanas, graue æs alienum contrahendo, vxoremque, ac liberos notabiliter damnificãdo, vt inſinuat Sotus, [d] quámuis non loquatur de capiente ad intereſſe, nec de emente (habita fide de pretio) merces, quas præſenti pecuniâ vendit (quod Hiſpani Moatram vocant) idem tamen de illo [e] cenſendum eſt. Qui verò mutuat ei, quem ſcit vſurarium, in fines malos, aut vanos, non poteſt licitè capere ab eo ſolutionem, ſi factâ eâ, vſuras reſtituere non poſſet: nam, qui mutuat in malos fines, non habenti vnde ſua debita ſoluat, dignus eſt, cui non ſatis fiat, ſi aliis debitoribus non poteſt ſoluere, Gab. [f] & Silu. authoribus. [g] Quod ad forum conſcientiæ videtur reſtringendum, vel ad caſum, quo debita eſſent æquè priuilegiata, per dicta ſupra. [h]

265 CXVIII. Peccat, ſuadens volenti mutuare gratis, ne mutuet, niſi ad vſuram, aut volenti contrahere, vt contractum vſurarium faciat, cum obligatione reſtituẽdi in ſolidum iuxta Silu. [i] De emente autem pignus ab vſurario, ob non ſolutionem vſurarum amiſſum, perinde iudicandum, ac de emente rem alienam, ſecundùm mentem Scoti. [k] Quia nec vſurarius videtur quærere dominium, nec dominus pignoris perdere illud, iuxta dicta ſupra [l]

Verius tamen eſt, bona vſurarij non eſſe obligata pro vſuris extortis: cùm nullo iure probetur eiuſmodi obligatio: & ita tenent Ioan. And. Panorm. & communis. [m]

[a] *in d. cap. ſuper eo.*
[b] *ca. ſi quod verius, 13. qu. 2. Ang. verb. vſura, 2. §. 2. Silu. eod. verb. q. 1. & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 4. in d. reſponſ. art. 4.*
[c] *vbi ſup.*
[d] *lib. 6 q. 1. art. 5. de iuſt. & iur.*
[e] *arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & ca. dudum, 2. de elect.*
[f] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 11.*
[g] *verb. vſura, 8. q. 7.*
[h] *eod. c. n. 52.*
[i] *verb. vſura, 7. q. 2.*
[k] *in 4. ſent. diſt. 15.*
[l] *eod. c. à n. 203.*
[m] *in ca. cùm tu, & in ca. tua, per illum text. inductũ ibi à Pan. de vſur. contra glo. in vtroque c. & in c. 2. eod. tit. li. 6. quam etiam ibi Domin. & Franc. reprobãt*

Dominium nihilominus rei per vſuras lucrifactæ, tranſit in vſurarium.[a] Quin etiam, dominum rei venditæ per vſurarium, tranſit in emptorem, adeo vt non poſſit adimi, ei, qui ſoluit vſuras, pro earum reſtitutione, vt Panor. cum communi Modernorum tenet.[b]

Cæterùm, debitor poteſt recuperare rem, quam pro vſuris ſoluit vſurario, ſi penes eum eſt, imò & ſi penes alium, titulo gratuito, ſaltem, quum deſunt vſurario bona, vt reſtituat.[c]

Cui conſequens eſt, quod aliquid notabile accipiens gratis ab vſurario, in eâdem ſpecie, quâ fuit datum illi, vel etiam aliâ, ſi ſciebat eius bona non ſufficere vſuris reſtituendis, aut probabiliter dubitabat, peccat mortaliter, ſi nolit reſtituere ijs, quibus vſurarius tenebatur, iuxta S. Bern.[d]

266 CXIX. Peccat inſtitor, negotiorum geſtor, tutor, aut curator, habens poteſtatem negotiandi, dandi ſub vſuris, ac recuperandi eas, etiamſi nomine ſuorum dominorum dedit ad vſuras, vel recuperauit eas, cum obligatione reſtituendi, eis non reſtituentibus,[e] quàmuis ſi merus exequutor illius fuerit, aut famulus, qui duntaxat pecuniam dedit, & pignora, aut ſolutionem vſurarum accepit, etiamſi nulla vtilitas inde ad eum redierit, per ſupra dicta,[f] & determinata a Caiet.[g] quicquid alij dicant, & etiam Silu.[h] Quod tamen eſt reſtringendum ad famulos, ſcientes pecuniam quam ferunt mutuam, ad vſuram mitti, & quam recipiunt, pro ſolutione vſuræ recipi, nec extendendum ad alios, quid id ignoranter faciunt: quàmuis ſciant ſuos dominos interdum vſuræ dare ſolitos.[i]

267 Et quidem prędicti miniſtri tenentur reſtituere ante excuſſionem principalium dominorum, nō enim cenſentur acceſſorij, vt fide iuſſores: ſed vt principales delinquentes: & ita magis obligati: quàm iubentes, per dicta ſupra.[k] Idémque iudicium, de eo, qui eſt internuntius vſuræ ex parte vſurarij, principaliter, vt lucrum illi, & ſibi vtilitatem comparet: vt ſunt cōmuniter proxenetæ, quos Itali *Sēſales*, Hiſpani *Corredores*, Galli *Courtiers*,, vocant. Quod eſt reſtringendum ad eos, qui rogarunt, vt daretur ad vſuram: non autem, qui ſimpliciter rogarunt, vt daretur mutuū B. Ant.[l] aſſertore. Dixi

[a] *ſecundum gl. ca. ſi quis vſurā, 14. q. 4.*
[b] *in d. c. cùm tu.*
[c] *per l. etſi me, & Titium, ff. de reb. cred.*
[d] *in ſuis contractibus.*
[e] *arg. c. ſicut non ſuo, 46. diſt. & c. ſi. de iniu. Silu. (qui alios refert) verb. vſura, 7. q. 4.*
[f] *eod. c. n. 18.*
[g] *in ſum. & 2. 2. q. 62. art. 7.*
[h] *in d. q. 4.*
[i] *arg. c. quid culpatur 23. q. 5 & c. 2. de conſt.*
[k] *eod. à n. 17.*
[l] *2 part tit. 1. c. 9 §. 3.*

*(principaliter ex parte vſurarij)* quia, ſi principaliter interceſſit ex parte indigentis rogantis vſurarium paratum de ſe mutuare ad vſuram, vt illi mutuaret, non peccaret.

268. CXX. Peccat vxor vſurarij, quæ ſciens maritum non habere ampliùs, quàm reſtituendis vſuris extortis, viuit ex eius bonis, cùm ex ſuis, aut conſanguineorum bonis, ſuòve labore quæſitis, honeſtè viuere poſſit iuxta Card. [a] quod (noſtro iudicio) reſtringendum eſt ad eam, quę viuit eiſdem bonis vſurâ acquiſitis, quorum dominum in vſurarium non tranſijt: quod genus ſunt pignora frugifera: necnon ad eam, quæ ſumptuoſius, quam eius ſtatum deceat, viuit: non tamen ad eam, quæ ſolùm impendit ea, quæ in eam (quòd vxor eius ſit & ob dotem allatam) impendere tenetur maritus: tantum ſi quidem, imò ampliùs obligatur maritus ei ſuſtentandæ quàm vſuris reſtituendis. [b]

269 Neque verò in id neceſſarium eſt (quàmuis ſanctum) eam maritum tempore opportuno ad eas reſtituendas inducere, Deumque, vt eum conuertat, precari. Neque amplius, quàm alia vxor tenetur in prædictorum bonorum cuſtodiam, conſeruationem, & amplificationem incumbere. Neque, vt vſurarius res incertas reſtitutioni obnoxias, retineat, & epiſcopus cum ea (vt de illis tanquam pauper viuere poſſit) diſpenſet: neque vt ſit in extrema neceſſitate, quicquid Silu. [c] & alij dicant: nullo namque iure, aut ratione, ea eſſe de neceſſitate iuſtitiæ probari poteſt. Quod ipſum ferè dicẽdum de vxore alterius cuiuſlibet non habentis vltra ea, quæ tenetur ſoluere, vel reſtituere. [d]

270 Idem quoque, de liberis, qui aliter viuere non poſſunt: at non de illis, qui, alijs inſeruiendo victũ quærere poſſunt, niſi ſeruitia patri facta, id mereantur, his ſiquidem ſuſtentandis pater non tenetur. [e] Idem etiam de famulis, qui ſui victus impenſam lucrantur, & de filijs ac famulis ignorantibus bona, quibus ſuſtentantur, vſurâ parta fuiſſe. Et de merentibus tanta, quanta expendunt, iuſtumque ſtipendium, augendo rem familiarem, laborando, fodiendo, aut aliquid domi efficiendo, eámve adminiſtrando, modò ne eandem rem pro vſura ſolutã in ſtipendiũ accipiãt, iuxta Gab. [f] non tamẽ idem eſt de his ſiue filijs, ſiue famulis, quorũ opera, quãuis ſit

[a] *in clem 1. q 8. de vſur. & Imol. in ead. clem. n. 55.*

[b] *arg. l. aſsiduis, qui pot. in pign. hab. quicquid Silu. verb. vſura 8. q. 2. & alij dicant.*

[c] *vbi ſup.*

[d] *arg. l. illud, ff. ad l. Aquil. cap. dudum, 2. de elect.*

[e] *l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius ff. de lib. agn.*

[f] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 3.*

licita, non tamen tantum vtilitatis rei familiari, quãtum impenſæ adfert. Qualis eſt eorum, qui non niſi ad comitatum, aut menſam, aliáve id genus ſeruiunt, iuxta S. Bernardinum. Et multò minus ſi ad res inutiles, & ad alendos canes, accipitres, &c. Angel. [a] aſſertore.

[a] *verb. reſtitutio* 1. §. 21.

271 CXXI. Peccat, capiens dotem à ſocero vſurario, cuius bona ſoluendis vſuris, quas debet, non ſufficiunt, ſciens id, aut debens ſcire. Quod (noſtra ſententia) intelligitur, non ſolùm quando res ipſæ vſurâ acquiſitę in dotem dantur, & dos eſt exorbitans, ſed etiam quando in pecunia, aliíſve rebus, quarũ dominium ad vſurarium transfertur, moderata, & neceſſaria datur, capit enim ab eo qui nec donare, nec dotare, ſine peccato poteſt: & quia vxor ſine marito illam dotem reſtituere non poteſt, ſi illa vult, & maritus repugnat, maritus peccat, non illa, modò ſtatuat mortuo marito, aut quàm citiſſimè poterit, reſtituere. Si verò maritus vult, & illa non, vxor peccat, non maritus, qui tamen de tali dote participare non debet. Si porrò inter vtrumque conuenit de non reſtituendo, vterque peccato irretitus eſt. [b]

[b] *c. peccatum, de reg. iur. lib. 6.*

272 Hoc tamen remedio vti poſſunt, ſi ſocer ſatis habet reſtituendis rebus certis, & multas incertas debet. Poſsũt enim petere ab epiſcopo, vt adiudicet eis nõ habentibus, quo ſe ſuſtentent, illa bona dotalia, quæ pauperibus reſtituenda forent, iuxta dicta ſupra. [c] Quod autem diximus, vxorem abſque conſenſu, & licentia mariti ſui, vſuras reſtituere non poſſe, intelligitur quando ex illarum reſtitutione ſcandalum oriretur, non autem quando ſecretò citra eiuſmodi ſcandalum id faceret, per ſupra dicta. [d]

[c] *eod. n. 92. Angel. ver. reſtitut.* 1 § 20. *& Silu. verb. vſura* 8. q. 5.

[d] *eod. c. n.* 218.

273 CXXII. Peccat ſocer genero ſuo, cui dederat prędium frugiferum in pignus ſoluendæ dotis, mutuans tantum quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat illud, quò percipiat ex eo fructus, quos ille poteſt percipere.

[e] *eod. c. n.* 203.

[f] *verb. vſura* 3. q 4.

274 Ratio namque qua *cap. Salubriter de vſur.* quo hoc conceditur genero, aut alteri matrimonio iuncto, non habet locum in eo, qui tantundem mutuat ei, eo prędio in pignus accepto, quàmuis gener poſſit ſocero, vel alteri qui liberaliter mutuauit, omne ius, quod in pignus habet, liberaliter indulgere, modò id non faciat

principaliter ratione mutui: ſed aliâ iuſta causâ, per dicta ſupra[a] id enim nullo iure prohibetur: quòd etiam Silue. ait.[b] Quæ autem ſit illa ratio, & ad quas perſonas extendatur, tradimus nouè ſupra.[c]

[a] *eod.c.n.* 203.
[b] *verb. vſura* 3.
[c] *eod.c.n.* 213.

275. CXXIII. Peccat iudex, vſurario vſuras adiudicãs, eúmve ad eas reſtituendas non cogens.[d] Quod ipſum producendum in procuratore, & aduocato, iuuantibus in hoc vſurarium, vel impedientibus eas reſtitui petentem, cum obligatione reſtituendi in ſolidum, per dicta ſupra.[e] Neque excuſantur, quod ſcripturę in ſuperficie iuſtæ videantur, ſi conſcientia dictabat, eſſe factas pro vſuris, iuxta Oſtien.[f] vbi hoc non ait Innoc. licèt eum ad id citet Silueſter.

[d] *arg. c. poſt miſerabilem, &c. Michael, de vſur.*
[e] *eod.c.n.* 17.
[f] *in d. c. Michael.*

276. Idem de notario publico, faciente inſtrumentum ſimulatum, quòd licèt formaliter licitum contractum contineat, verè tamen continet vſurarium: vt cùm verè res pignoretur, ſcribit vendi, vel pro centùm, decem datis, ſcripſit centum, aut viceuerſa, ita vt pro contractu iniuſto, iuſtum deſcribat, cum obligatione reſtituendi: niſi principalis reſtituat, per ſupra dicta,[g] cùm efficaciter ſocius dãni inferendi fuerit. Quàmuis ſi id in fauorem mutuum accipientis facit: quia indigebat, & vſurarius gratis mutuare nolebat, neque ſub vſura, cum ſcriptura continente apertè illam, reſtituere non teneretur: licèt mortaliter peccaret, eſſétque excõmunicatus, vbi excommunicantur eiuſmodi contractus ſimulatos facientes. Veluti nec eſſet ob ſcripturam apertam vſuram continentem, quia per eam nec damnum intulit, nec eius cauſa ſufficiens fuit, cùm eâ, & qui accipit, & qui mutuum dedit æquè vti poſſint: niſi eam faciat in locis, vbi ex ſtatuto iniuſto, aut iniqua cõſuetudine, qui mutuum ad vſuram accipiunt, ad eam ſoluendam compelluntur: tunc enim reſtituere tenetur per dicta ſupra & per Silu.[h] Certum eſt etiam, notarium mercedẽ, quam pro labore ſcripturæ contractuum vſurariorum accipit, reſtituere non teneri, quàmuis in eo peccet: ſuam namque mercedem accipiendo, non peccat contra iuſtitiam, quæ ſolùm inducit neceſſitatem reſtituendi, per dicta ſupra.[i] Idem de teſtibus eiuſmodi inſtrumentorum vſurariorum: quandoquidem illa abſque teſtibus non valeant, Silu. authore.[k]

[g] *eod.c.n.*11. & 12.
[h] *verb. vſura*, 6. *q.* 7.
[i] *eod.n.*12.
[k] *vbi ſup.*

Quæ procedunt non ſolùm in teſte, & notario ſciente contractum eſſe vſurarium, ſed etiam dubitante: qui antequam dubitationem exuerit, teſtificatur, vel exarat inſtrumentum vſurarium, [a] quàmuis aliquanto minùs peccaret. [b] Dixi (*Antequam dubitationem exueret*) quia ſi nixus opinione alicuius Doctoris ſolemnis, fulcita ratione, illam exueret, poſſet id bonâ conſcientiâ facere. [c]

278. CXXIIII. Peccat vſurarius non reſtituens quod vltra ſortem accipit, vel fructus pignoris ei dati perceptos, aut quos percipere potuit. Nec excuſat eum, quòd mutuatarius multũ eius pecuniâ lucrifaciat: cõtra impium Molinæum: quia non ratione lucri mutuatarij, ſed mutui eas recipit, & ſi quid non reſtituerit, hæres eius tenebitur reſtituere. Qui ſi fuerint multi, quiſque pro ſua parte tenebitur. Et ſi quis eorũ non habeat vnde reſtituat, alius ad id pro ſuæ hæreditatis parte (quantum feret) obligabitur. [d] Imò & legatarij, atque donatarij, & qui gratuitò, aliqua acceperũt ab vſurario, tenebuntur reſtituere, ſi quæ deuoluta ſunt ad hæredes, non ſufficiant, qua parte facti ſunt locupletiores, per ſupradicta. Reſtituere tamen quòd ſuo nomine pecuniâ vſurariâ emit, non tenetur iuxta Io. Maior. [e] & Com. [f]

279 CXXV. Peccat ſacerdos, vſurarij manifeſti confeſſionem audiens, vel eum abſoluens aliúdve ſacramẽtum ei miniſtrans, antequam vſuras quoad poterit, reſtituat: aut præſtet cautionem reſtituendi datis pignoribus vel fideiuſſoribus, iis, a quibus eas extorſit, ſi præſentes ſunt: ſin minùs, iis, qui ipſis acquirere poſſunt. Qui ſi non ſint, Epiſcopo, vel eius Vicario, aut ipſius proprio parocho, coram perſonis fide dignis, aut aliquo notario de ordinarij mandato, ita, vt in cautione exprimat veram ſummam debiti, ſi nota ſit, ſin autẽ, arbitrio recipientis moderando. Qui ſi ſcienter obligationem minorem debito receperit, reſtituere reſiduum tenebitur. Vſurario porrò detrectanti hoc facere, nemo debet eſſe teſtis in teſtamenti factione, nec confeſſionẽ eius audire, nec debet in loco ſacro inhumari: eiuſq; teſtamentum ipſo iure nullum eſt. Si verò pignora, vel fideiuſſores dare nequit, iuret ſe dare non poſſe, quę omnia iure firmantur. [g]

[a] *arg. c. 3. Eccleſ. & c dubius, de hæret. & c. ſi quis autem, de pœn. diſt. 7. cum latè ibi à nobis traditis.*

[b] *per ea quæ ibi. n. 86. ſcripſimus.*

[c] *per dicta ibid. n. 85.*

[d] *c. tua nos, de vſur.*

[e] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 38.*

[f] *in c. cùm tu, de vſur.*

[g] *c. quanquam, de vſur. lib. 6.*

Et qui eum in loco ſacro ſepeliret, niſi prædictis priùs præſtitis, excommunicatur, [a] Quod ſi vſurarius in diſcrimine mortis verſatur, & vult ſed nequit, prædicta præſtare, à quolibet ſacerdote eius confeſſio audiri poteſt, & abſolui: qui obtentà ab eo facultate, Epiſcopo promiſſionem pateſaciet, vt ſi conualuerit, ipſum: ſi verò moriatur, eius hæredes ad reſtitutionem cõpellat. [b]

280. Vſurarius porrò manifeſtus dicitur, qui palam & notoriè ad vſuram mutuat: aut res ſuas ob dilatam ſolutionem cariùs iuſto pretio rigido manifeſtè vendit. Nec eſt neceſſe, vt quibuſuis petentibus tribuat (vt nonnulli aiunt) ſed vt talis eius mutuatio, quando fit, ſit manifeſta. Pan. & Anton. Burg. [c] deciſoribus neque id requiritur: ſed ſatis eſt, vt poſtea per ſententiam, aut alias, illud palam & notorium fiat, ſecundùm prædictũ Anto. & citatos ab eo, quod iuſtius videtur.

281. Per ſacerdotem verò hoc caſu intelligimus, non ſolùm parochum, ſed etiam quemlibet confeſſarium, poteſtatem audiendi ſacram confeſſionem eius legitimam habentem. [d] Cæterùm, qui aliis acquirunt, ſunt liberi in patris poteſtate conſtituti, & ſerui proprij, aut bona fide poſſeſſi. [e] Notarius autem hoc caſu extraneo non acquirit: niſi id mandato ordinarij faciat, [f] quod intellige, quoad effectum ſatisfaciendi præcepto eccleſiæ hoc in caſu. Nam, quoad alios, acquireret iis, quibus ſtipulatur, vt Peruſ. [g] rectè declarat.

282 CXXVI. Peccat conferẽs aliquam pecuniã in ſocietatem nautarũ, volentium ire piſcatũ in mare lõginquum, nec habentiũ cõmeatum, & alia in id neceſſaria, eo pacto, vt tanta ſibi lucri pars obueniat, quanta cuiuis nautarũ, & vt euentus nauigationis ſubſit illorũ periculo, quódque ex lucro futuro, primùm prædicta pecunia ei ſoluatur: ſi verò nullum lucrũ fiat, vel adeo exiguum, vt non ſufficeret ei ſoluendæ, quiſque pro ſua rata illam ſoluat. Nautæ verò nil habeãt. [h] Tum, quia, vt ait Bal. [i] Socius, qui non eſt particeps pecuniæ in ſocietatem collatæ, non debet ſoluere aliquam partem eius in negotiatione perditæ. Is autem non communicauit ſuam pecuniam nautis, cuius iacturæ participes eſſe voluit. Tum quia vult eſſe ſocius omnium lucri euentuum iacturæ verò, non niſi vnius. Tum, quia vult, integram ſuam ſortem principalem ſibi ſaluam eſſe. [k]

*[a] per Clem. 1. de ſepult.*
*[b] arg. ca. ſi quis ſuadente, 17. qu. 4 Silu. verb. reſtitutio 6. qu. 1.*
*[b] in c. ad noſtrã, de empt. & vend.*
*[c] arg. ca. dudùm de ſepult.*
*[e] §. 1. & 2. inſti. per quas perſ. nob. acq.*
*[f] ſecundum gloſſ. d. ca. quãquam, verb. mandatũ.*
*[g] in d. ca. quanquam.*
*[h] arg gloſſ. memorabilis & quæ latius ibi Bald. in l. 1. C. pro ſoc. n 6. quem ſequitur Iaſ. in §. ſequens, inſtit. de action. n. 46. & eorum quæ ait vterque Tho. 2. 2. qu. 78. art. 4. ad 5.*
*[i] in d. n. 6.*
*[k] contra gloſſ. recep. in l. ſi fuerit, ff. pro ſoc.*

283. Opinamur nihilominus, eum hanc conditionem adijcere poſſe, vt caſu, quo tota pecunia, ſiue ſors ab eo collata, eiúſve pars amitteretur, nautę ſoluerent eam partem, quam de ea impenderent in impenſas, quas domi facerent. Quum enim vnus in ſocietatem pecuniam, alius induſtriam, & laborem confert, laborem, & induſtriam conferens, non debet ex lucro deducere integras victus ſui impenſas, ſed eas ſolas, quas vltra domeſticas faceret, iuxta Bald.[a] & licèt contrarium videatur verius Saliceto.[b] Verúmque foret cùm eiuſmodi pactum non interueniret: ſecus tamen foret, quando interueniret, nam pactum illud non eſt iniuſtum, cùm illi non aſtringantur ad ſortis perſolutionem, niſi pro parte, quam inſumpſiſſent in impenſas, quas domi feciſſent, qua in re nulla inæqualitas in præſenti inſtituto reprobata, inuenitur.[c]

[a] *in d.l.1 n.9.*
[b] *in d.l.1.*
[c] *arg. l. ſed etſi §. quod autem 2. ff. de petit hæred. & l. cum duobus, §. quidam ſagariam. ff. pro ſoc.*

## De vſura circa cambia.

Summæ.


284 *Mutuum cum pacto, vt mutuans aſſecuraret, vſura.*
285 *Aſſecuratio licita, & vtilis.*
285 *Vſuras nauticas eſſe nunc vetitas, quo ſenſu.*
285 *Vſura non eſt aliquid pro fideiuſsione accipere.*
286 *Cambium quid, & quid ſit ſiccum: & eſt ſeptuplex.*
286 *Pecunia eadem numerata plus vni, quàm alteri valet.*
287 *Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia.*
287 *Pecunia Ariſtoteli viſa ſterilis, & res mortua.*
287 *Pecuniæ finis peculiaris quis: & qui alij ſeptem, in quos locari poteſt pretio, licèt non mutuari vel commodari.*
287 *Commutatio æqualem valorem commutatorum requirit.*
287 *Cambium etiam pecuniæ pro pecunia, vtriuſque valorem æqualem requirit.*
287 *Permutatur pro eo quod eſt, quod nondum eſt.*
288 *Cambium per officium mutuandi licet, ſed non eſt in vſu.*
288 *Cambium per minutum, licet etiam priuatis.*
288 *Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi poßit.*
289 *Cambium per literas licèt, quatuor ſeruatis.*

290 *Cambium de loco ad locum valet, non de tempore ad tempus.*

291 *Cambium tranſlationis realis, licitum.*

291 *Pecunia vt merx eſt vendibilis, ſed non vt eſt pretium.*

292 *Cambium ratione intereſſe veri, ſed non falſi lucri.*

293 *Cambium ſextum per cuſtodiam pecuniarum, licet.*

293 *Campſor capit, & reddit pecuniam dupliciter re, & chyrographo.*

293 *Deponens qui apud campſorem gratis cuſtodientem vſurarius.*

294 *Cambium præſentis pecuniæ pro abſente, vt licet.*

294 *Contractus nominati, & innominati in hoc pares.*

294 *Pecunia vna octo de cauſis plus valet, quàm alia.*

295 *Pecuniæ pretium auctoritate priuata, vt mutari poteſt.*

295 *Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere poteſt alibi.*

295 *Pecunia præſens vt plus valet abſente. & n. 296.*

297 *Cambia pecuniæ minoris pro maiore, vt licita. num. 298. 299.*

300 *Bulla Pij V. de Cambijs, cum adnotationibus. 301.*

302 *Mutuare Regibus ſub vſuris, vt licitum.*

CXXVII. Peccat mortaliter contra hoc ſeptimum præceptum, quærens lucrum notabile ex cambijs ſiccis, vel realibus contra iura naturalia, diuina, vel humana iuſta, exercitis. Ad cuius rei faciliorum intelligentiam, adtexemus iſthîc ſummam Commentarij. *cap. fin. de vſur.*

Et quidem in primis ibi [a] prodidimus principium illius cap. aliter intelligi à gloſſ. Oſtien. Ioann. And. & alijs in illudcommentantibus, aliter à Ioanne Maior. Caietan. Silueſt. Med. & Soto, [b] quos ipſemet olim ſequutus fueram: quódque eorum intellectus nullatenus quadret contextui eius, multis rationibus perſpicuè demonſtrauimus, licèt ſit verus in ſe.

[a] *in primis quinque num.*

[b] *in locis ibi citatis.*

284 Quod nimirum mutuare alicui pecuniam traijciendam per loca periculoſa, eo pacto, vt mutuatarius faciat mutuantem de indemnitate eius ſpondere, accepto in id, aliquo pretio, eſt pretium vſuræ: quia vltra ſortem quæritur mutuanti obligatio, vt ſecurus indemníſque reddatur ab eo pretio aliquo accepto. Secundus porrò eiuſdem cap. intellectus eſt, mutuantem pecu-

niam traijciendam per loca periculoſa ſuſcipiendo periculum in ſe ob aliquod pretium, cenſendum vſurarium. Cuius ſtatuendi ratio noua, & germana redditur qua planum fit, nõ fuiſſe Gregorio animum reprehendendi, indemnitatis & ſecuritatis præſtationes, ſeu cautiones, ac ſponſiones, vel ( vt in latinam coloniam non deductâ vtar voce) aſſecurationes, quas quotidie in magnam Reipub. vtilitatem fieri videmus: ſed neque declarare, quod mutuare cum pacto, vt mutuatarius teneatur facere caueri de indemnitate per mutuantem, ſit vſura: id enim indubium erat, & indignum, vt tantâ opera declararetur, neque fuiſſe animum decernendi eſſe verè peccatum vſuræ, mutuare ſuſcipiendo periculum in ſe, & ſecuritatem præſtando pretio iuſto ei, qui verè vult pecuniam per loca periculoſa traijcere, déque eius indemnitate ac ſecuritate ſibi conſuli iuſto pretio: id enim coram Deo, & in foro conſcientię licitum eſt, [a] ſed fuit animus obuiandi quàmplurimis vſuris palliatis, quæ fiebant mutuando cum ſecuritatis præſtatione, ſuſcepto pro ea pretio, quàmplurimis, qui volente, ſibi mutuari, nec inuenientes qui gratis mutuarent, fingebant ſe velle traijcere pecuniam in alias Ditiones, ſibíque de indemnitate eius conſuli, addito pretio iuſto, quò inuenirent mutuatores. Obuiauit autem, inducendo præſumptionem iuris, & de iure, quâ qui hoc faceret, præſumeretur vſurarius: & proinde non dixit, eum, qui hoc faceret, eſſe vſurarium: ſed cenſendum, hoc eſt, prę ſumendum vſurarium. Quæ prouiſio digna fuit ſanctitate & eruditione Gregorij noni, firmatúrque ratione prædicta.

*[a] vt ibidem mõſtratur.*

285 Confitenti porrò ſe mutuaſſe pecunias alteri, earum ſecuritatem depoſcenti quò eas mari, aut alijs periculoſis locis transferret: & ſine fraude eidem ſecuritatem præſtitiſſe pretio, quo ab alio eam accepturus erat, nulla reſtitutio eſt præcipienda à confeſſario. [b] Principio autem illius cap. ſolùm eſſe locum in mutuãte pecuniam numeratam, multis fundamentis probamus. [c] Vſuras verò nauticas éſſe prohibitas iure Pontificio prædicti cap. intelligendum eſſe quoad forum exterius, ſi ob mutuum pecuniæ numeratæ accipiantur: Quinet, quoad interius, ſi propter pecuniæ, alte-

*[b] vt n. 6. 7. & 8. deducitur.*

*[c] ibidem.*

riúſve rel mutuationem ſumuntur nō autem, ſi, & quà ratione ob ſolam ſecuritatem præſtitam, recipiuntur, (nullá ratione habitâ, ſaltem principali, mutuationis certæ quantitatis) modò non accipiantur maiores, quam ab alio tertio pro eadem ſecuritate reciperentur. Itaque errat impius Molinæus, [a] aſſerens, licere mutuanti accipere vſuras à diuite. Quia prædictum *cap. nauigantis* habet, non licere vſuras accipere ab his, qui traijciunt pecunias in partes vltramarinas cauſa negotiandi: quod palam eſt non fieri à pauperibus. Et quicquid Laurentius dubitet, [b] fideiuſſor poteſt accipere quippiam pro fideiuſſione, [c] qûum per ſupradicta ſecuritatem præſtans, poſſit pro ſecuritate aliquid accipere, & fideiuſſor effectu fit aſſecurator, nec capit vi mutui: ſed fideiuſſionis, modò ceſſet fraus qualis eſſet, ſi nollem tibi mutuare, niſi mihi fideiuſſorem N. prẹſtes, quocum conueni, vt pro eo certum quid accipiat, inter nos partiendum, vel, vt liberatus per me à fideiuſſione, illud mihi tradat: aut nolens ſine lucro mutuare, mitto te ad fratrem meum, ſeu alium, cui pecunias miſi, tibi mutuandas cum pacto, vt pro te fide iubeam nec volo fideiubere, niſi certa re mihi abs te datâ, quâmuis defendi etiam poſſet, his caſibus non ineſſe vſuram, cùm nihil vi mutui taciti, vel expreſſi accipiatur: ſed ſolùm vi alterius contractus longè differentis ab illo, iuſtè alij appoſiti.

*[a] in locis ibi citatis.*

*[b] in loco ibi citato.*

*[c] l. hoc iure, §. 1. ff. de donat. vbi hoc notat Bart. recept.*

286 Cambium autem, propriè eſt [d] commutatio vnius rei pro alia, ſcinditúrque in cambium pecuniæ numeratæ, & cambium aliarum rerum: multis namque de cauſis, infra expreſſis, alia pecunia, plus valet vni, quàm alia alteri, & contrà. Cambium verò, vt à vulgo vſurpatur, eſt omnis contractus pecunæ pro pecunia, non gratuitus ſiue ſit permutatio, ſiue emptio, ſiue depoſitum, ſiue quiuis alius: diuiditúrque in reale, & ſiccum. Siccum, iuxta S Antonin. & alios Theologos, [e] eſt cambium fictum, non verum, & ſic accipitur in extrauag. Pij V. infra [f] relata. Sed Laurentius [g] qui ante omnes huiuſce rei meminit, dicit, cambium ſicum eſſe, quo campſor prius dat, quàm accipiat. Quod ipſum etiam Silueſt. ait. [h] Et quia dat, antequam accipiat, dicitur ſiccum. Reale verò contrà, quo campſor prius accipit

*[d] vt n. 9. & 10. vbi ſup. dicitur.*

*[e] ibi citatos.*

*[f] n. 300.*

*[g] in d. comment. citatum.*

*[h] verb. vſura. 4.*

pecuniam, quam det. Aliæ porrò diuiſiones Caietan. Medin. Soti & aliorum, non videntur vtiles. Ex mente nihilominus omnium, poteſt vtiliter dici, ſeptem eſſe cambiorum genera Primum, ratione officij mutuandi, quod non eſt in vſu. Secundum, per minutum, quo præſens pecunia, pro præſenti commutatur. Tertium, per literas. Quartum, per tranſlationem. Quintum, ob intereſſe. Sextum, pro cuſtodia. Septimum, per commutationem pecuniæ præſentis, pro abſente.

287. Permutatio verò, [a] eſt antiquior emptione, cœpítque poſt inuentam pecuniam numeratam, quæquidem reperta fuit, vt eſſet pretium, quo neceſſaria vitæ emerentur, & rerum venalium menſura quædam publica: quam ſequuta fuit permutatio pecuniæ, pro pecunia, & ars cambiendi, quæ eſt ars nogotiandi pecuniis vltrò citróque dandis, & accipiendis: Quæ licèt Ariſt. (cui pecunia ſterilis ſui naturâ, & res mortua viſa fuit) [b] non ſit viſa licita: ordinata nihilominus quærendæ ſuſtentationi, vel alteri fini honeſto, etiam Chriſtianis licet, ex mente ſancti Thom. [c] Licèt autem primus finis pecuniæ ſit emptio & venditio: ſunt tamen alij ſeptem ſecundarij, in quos eâ licitè vtimur, cambiendo, permutando, opes oſtentando, ornando, aſpectu delectando, & iure, ſiue ſucco eius medicando. Et quidem excepto mutuo, & commodato, licitè præbens eam, poteſt capere pretium pro eius vſu: qui autem mutuat, & fingit ſe locare in aliquem vſum prædictorum, in quo pro vſu eius aliquid accipiat, peccat coram Deo cordium ſcrutatore. At, in omnibus commerciis, & contractibus iuſtitiæ commutatiuæ, eſt ſeruanda æqualitas, ita vt tanti valeat acceptum, quanti datum: & vice verſa, ſecundùm omnes [d] præſertim Scotum. [e] Et ita ſicut in emptione iuſta tanti debet valere merx, quanti pretium pro ea datum, & tanti vſus rei locatæ, quanti penſio pro ea ſoluenda, tanti denique equus dandus pro mula, quanti mula pro equo. Et proinde, in commutatione, & cambio pecuniæ, tanti debet valere danda, quanti accipienda: cui cõſequens eſt, nullo cambio, quo pecunia pro pecunia datur, poſſe accipi quicquam vltra iuſtum valorem pecuniæ, quam dat ratione cambij, quatenus eſt permutatio, niſi adiungatur alia iuſta

[a] *vt n. 11. & 3. ſeq. dicitur.*

[b] Moral. 5.

[c] *ibi citati & recepti.*

[d] *ibi citatos.*

[e] *in 4. ſent. nt. diſt. 15. q. 2. art. 2.*

ratio accipiendi. Quia ſi cambium aliarum rerum, quod eſt naturalius, antiquius, & magis neceſſarium, non eſt iuſtum, niſi ſeruatâ æqualitate valoris vtriuſque rei campſæ, à foritori cambium pecuniç pro pecunia non erit iuſtum, non ſeruata æqualitate valoris, vtriuſque pecuniç. Qui verò dat nunc pecuniam pro alia maiore infra vnum, duos, pluréſve menſes reddenda, iniuſtè facit per prædicta, quia vult accipere rem maioris valoris pro re minoris, via permutationis imò, ſecundùm Oſtien.[a] admittit vſuram peſſimam. Nec eſt neceſſe ad iuſtitiam permutationis, quod Silueſt. & Sotus[b] aiunt, rem nimirum accipiendam per permutationem, eſſe debere in rerum natura, & in domino eius, cum quo res alia permutatur, quia nullo iure id cauetur, neque vlla ratione fulcitur: imò contrarium oſtenditur,[c] cùm res nondum nata, emi, vendi, & promitti poſſit.[d]

288 Quibus conſequens eſt, quòd ſupra memoratum primum cambium per officium, licitum eſt,[e] nam quicquid aliqui dicant, poſſet conſtitui à Repub. officium mutuandi egentibus cum ſalario de publico conſtituto: imò, & pręſtituto aliquo paruo lucro, reddendo â mutuatarijs vltra ſortem pro labore officiarij, inſtar montium pietatis.[f]

Iuſtum etiam eſt ſecundum cambium,[g] vocatum vulgò per minutum, quo quis cambit præſentem pecuniam pro preſenti, putà, nummos minoris valoris, pro nummis maioris: vel contrà, putà, quadrantes pro Iulijs, vel Iulios pro aureis aut contrà, modò fiat ex officio à Repub. in hoc cũ moderato lucro inſtituto, ſecundùm plęroſque omnes. Quinetiam opinamur priuatis licere accipere aliquid exiguum, minus quàm quod campſori aſſignatur, non ſola ratione cambij, ſed alicuius intereſſe ſingularis, laboris, tædij, impedimenti, & aliarum incommoditatum. Et licèt legibus Hiſpaniæ vetitum ſit, ne quis officium campſoris ſibi auctoritate propria arroget, non eſt tamen ſpeciatim vetitum priuatis, ne cambiant priuatim, occurrente occaſione, ſine officij campſoris ſpecie, licèt iuſtè vetari poſſit.[h] Habens porrò aliquam monetam, qua ratione materiæ, vel alicuius ſingularis intereſſe, pluris ſaltem ſibi

a *ibi citatum.*

b *ibi citati.*

c *ibidem.*

d *per ibi citata.*

e *per dicta n. 15. & 3. ſeq.*

f *vt ibi copioſè probatur.*

g *per dicta n. 19. & 20.*

h *per cauſas ibi expreſſas.*

valeat, quàm publica lege æſtimetur, poteſt illam permutare pro alia, recepto illo pluri, præſertim in foro conſcientiæ. Nam quicquid dicat Medina, quàmuis illa moneta ęſtimata ſit à republica certo pretio, ad vſum ſuum principalem, qui eſt eſſe pretium, & nemo cogi poſſit dare pro illa maius pretium quàm conſtitutum: propter tamen alium ſecundarium vſum, & ſingulare intereſſe, iuſtè poteſt aliquid amplius accipere, quod etiam Sotus affirmat. Cæterùm, hoc cambium eſt iniuſtum, quoties campſor plus lucri, quàm ſit lege, vel conſuetudine ſtatutum, recipit, pecuniámque adulterinam, prauam, fractam, aut vſu non receptam, compermutant, tradit, eúmve in pretio decipit.

289 Atqui tertium cambium, vocatum per litteras, eſt iuſtum, & Reipub. neceſſarium: [a] quia per illud virtualiter transfertur pecunia de vno loco in alium, quàmlibet remotum, virtute litterarum, quibus efficit campſor, vt tradatur tanta pecunia alio in loco, quanta ei datur, in quo ipſe dat litteras, & aliquid amplius, pro iuſta mercede: diciturque cambium per litteras, quia cõmuniter fit per eas: quàmuis etiam fieri poſſit per nuntium vel ipſum campſorem. Ad eius verò iuſtitiam requiritur. Primò, vt ſeruetur æqualis valoris inter pecuniam datam, & accipiendam. Quia in omnibus contractibus tam nominatis, quàm innominatis, ſeruanda eſt æqualitas rerum commutatarum. [b]

Secundò, vt campſor non accipiat plus iuſta mercede: quæ non crẹſcit eo ſolo, quò tardius ſit accipienda pecunia virtute litterarũ, vel quòd à principio non traditur ei pecunia, vel pars eius, ſed expectat ſolutionem vſque ad tempus, quo innoteſcat litteris ſatisfactum eſſe: neque decreſcit eo quòd tota pecunia ſtatim ſoluatur, vel intra breuius tempus ſolito, propter anticipationem namque [c] vel dilationem ſolutionis, iuſtum rei pretium nec augetur, nec minuitur.

Quocirca, qui minoris cambium, acceptâ pręſenti pecuniâ per litteras, quas vocãt cambij, quàm dilatâ ſolutione per literas, quas vocant crediti, non poſſunt excuſari, ſi iuſtum ſummum pretium mercedis excedant, quàmuis intra latitudinem iuſti pretij pluris cambire poſſint, dilatâ ſolutione, quàm ſtatim factâ, [d] licèt ratione

[a] *per dicta ibi n. 11 & 10. ſeq.*

[b] *iuxta prædictã omnium, præſertim Scoti ſententiam.*

[c] *per dicta ſupra eod. c. n. 228.*

[d] *per dicta eod. n. 139. & infra c. 23. à n. 78.*

tione intereſſe veri, interdum forte excuſari poſſint, iuxtà infra dicenda. Tertio requiritur, vt campſor, dans pecunias ſoluendas in alijs quàmlibet remotis locis, ſciat vel probabiliter credat, eum cui eas dat habere pecunias, vel fidem, & voluntatem ſatisfaciendi litteris, quas de ſoluendis illis ſibi tradit, vt ſatis probat prædicta Extrauag. relata infra, [a] alioqui vſuram iniquam admittit, & iniquiorem, ſi eas tradit, paciſcendo vt ſi non ſoluantur intra tres menſes ibi campſori ab eis ad quos remittitur ſolutio, ſoluatur intra ſex menſes Romæ cum lucro cambij, quo ibi erat ſoluendum, & lucro recambij Romæ ſoluendo. Quarto neceſſarium eſt vt locus, in quo eſt ſoluenda pecunia, longe diſtet à loco, in quo dantur litteræ. Secus enim, eſſet cambium de tempore ad tempus, quod non licet, & non de loco ad locum, quod licet. [b]

290 Attento vero ſolo iure naturali, & diuino, æque iuſte poteſt fieri hoc cambium per literas de ciuitate vnius Regni ad aliam eiuſdem, ſicut ad aliam alterius Regni: quod & Sotus ſibi contrarius [c] tenet. quamuis in aliquot Regnis iure humano id prohibeatur tollendis palliatis vſuris, inducendo præſumptionem earum: quod tamen ceſſante fraude, & fictione, non ligaret in foro conſcientiæ, [d] modo tanto minus lucri acciperet campſor, quanto minus interuallum inter vtramque ciuitatem interjaceret. [e] Et quidem laudanda fuit lex Imperatoris Caroli V. (cuius viuit expers ſepulchri gloria) qui præſcripſit pretium moderatum, quo campſores ſuorum Regnorum cambirent: quæ tamen, non fuit vſu recepta: quanquam nihil aliud per eam fiebat, quàm reductio mercedis cambientium ad quãtitatem, in qua nos eam cognouimus etiam poſt annum 1530. quando tranſlatio vnius aurei. Salmanticâ Romam, fiebat minoris groſſo ſiue dimidiato Regali: quæ tamen nunc conſtat tribus ferè Iulijs, ſiue Regalibus: & cõtrà, Româ Salmanticam fiebat vno Carolino, ſiue tribus quartis Iulij ſiue Regalis: nunc vero cõſtat fere quatuor Iulijs, quæ caritas neſcio qua iuſtitia coram Deo defendi poſſit.

291 Licitum inſuper [f] eſt quartum cambium, per trãſlationem realem, quod fit prius emendo, vendendo,

a *n. 300.*

b *vt ex eod. comment. n. 67. colligitur, & ſatis probatur per dictam extrauag.*

c *in locis ibi citatis.*

d *arg. c. tua, & c. is qui, de ſponſal. & ibi notat.*

e *vt multis rationibus ibi probatur.*

f *per dicta n. 285. & 2. ſeq.*

permutando, ſeu per alium contractum innominatum quærendo pecuniam valentem minoris in aliqua prouincia, quàm in alia, quod ibi non recipiatur, vel eius materia non tanti ibi, quanti alibi æſtimetur: aut quia eſt deformata, fracta, raſa, refecta, aut iniuſti ponderis, & poſtea realiter transferendo in aliam, vbi aliquo reſpectu pluris valet. Adeoque pecunia emi, & vendi poteſt, quicquid aliqui dicant cum Soto, qui licet neget eam emi poſſe, concedit tamen poſſe permutari, non ſolum tanquam ſimplex metallum, ſed etiam tanquam monetam, quæ octo rationibus, pluris, vel minoris iuſto pretio lege, & ſtatuto valere poteſt. Quæque conſiderata, vt quædam merx, eſt res vendibilis, & (vt Sotus ait) campſibilis, licet non conſiderata, vt pretium.

292 Præterea, licitum quoque eſt [a] quintum cambium, quo campſor aliquid vltra ſortem vel intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis (quod incurrit campſor ceſſando ob id ab alio iuſto cambio, vel mercimonio, vt proximi neceſſitati cambiendo ſuccurrat) recipit, cum pacto ſoluendi ei quantũ fuiſſet aliter lucraturus: nã & ſic mutuare liceret.[b] Dixi (*Ceſſando*) ſecus enim, ſi non ceſſaret, vt mercator, qui quamuis mutuauerit vnã pecuniam, mercatur alia quantum mercaretur, ſi non mutuaſſet illam. Quibus addo nunc, Pium V. per extrauag. infra tranſcriptam ſtatuiſſe, ne à principio certum intereſſe præfigi poſſit in cambijs.

*a per dicta n. 34. & ſeq.*

*b per dicta ſup. eod. c. n. 239.*

293 Licitum denique eſt [c] etiam ſextum cambium, quo quis lucratur ob cuſtodiam pecuniarum, vt lucrantur nummularij ſeu trapezitæ auctoritate publica conſtituti cuſtodiendis pecunijs, quas iudices iubent apud eos deponi, quaſque alij ſinguli deponunt, ea lege, vt præſto ſint eas reddere ſimul ac petitæ fuerint, habeàtque librum rationum depoſitarum, & redditarum, ſalua iuſta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint: huiuſmodi namque officium eſt vtile Reipubl. dignumque ſalario publico, vel priuato. Adeoque auctoritate priuata fieri poteſt, vt quis habeat cuſtodiam pecuniarum talium, vel talium perſonarum, volentium prædicta lege, ſiue pacto apud eos ſuas pecunias deponere: id enim effectu eſt contractus locationis ex parte

*c per dicta nu. 16. & 4 ſeq.*

campſoris, vel depoſitarij, & conductionis ex parte deponentium, quem iuſtum eſſe clamant omnes tituli, de loca. & cõduct. At verò, duobus modis fit depoſitio pecuniæ apud campſorem, numeratione videlicet, & traditione chirographorum acceptorum ab eis pro pecunia numerata. Duobus etiam modis fit redditio, ſi numerando & tradendo chirographos, quibus rogat alium campſorem, vt pro eo numeret. Nec verum eſt quod Sotus, & aliqui mercatores aſſerunt, in Hiſpania campſori deberi quinque de mille cum redditur in numero, cuicunque reddatur, cùm verò per chirographũ nihil. Tum, quia nulla talis lex eſt. Tũ, quia contra omnia iura eſt, vt alius à deponente ei teneatur ſoluere præfata quinque, quæ deponens debet ob cuſtodiam, & prędictas rationes campſorum. Quæ quidem allegatio licèt iuſtiſſima eſſet, mihi tamen aliquando capienti pecuniam virtute chirographi è longinquo remiſſam parum profuit. Atqui, nulla certa merces videtur eſſe præſtituta prædictis campſoribus pro prædicta cuſtodia, & opera, iure communi, neque particulari ſaltem Hiſpano: ideóque ceſſante conuentione, definienda eſt boni viri arbitrio penſatis penſandis. Quãquam video in vrbe, non ſolùm non ſolui propter hoc nummularijs ſeu bancharijs: ſed etiam haberi & agi ab eis gratiã deponentibus, eò quòd lucrantur vtendo pecunia depoſita in cambiendo, & negotiãdo. Imò, in aliquibus partibus Hiſpaniarum, & Galliarum, gratiam quoque referri, reddendo 6 vel 7. pro centum in anno. Licèt certum ſit, hos poſtremos vſuram committere, ſi pacto expreſſo, vel tacito ea accipiunt: primos verò, ſi ex pacto cuſtodiunt gratis pecunias depoſitas, & facultatem vtẽdi pecuniã accipiunt pro ſalario cuſtodiæ ſibi aliàs debito, eâ lege, vt præſto ad nutum ſint eas reddere, ſimul, ac petuntur, & vtroſque obligatos eſſe ſoluere iuſtam mercedem, niſi cuſtoditâ pecuniâ, gratis ea condonetur. [a] Siquidem, pecunia depoſita facta facultate depoſitario illa vtendi mutuata cenſetur. Ideóque quidquid ob eius vſum vltra ſortem pacto expreſſo, vel tacito accipitur, vſura eſt. Dixi (*cuſtoditâ pecuniâ*) quia donatio antea facta, vim pacti vſurarij haberet.

[a] *vt dictum eſt ſup. eod. c. n.* 180.

294 Licitum porrò etiam eſt [b] ſeptimum cambium,

[b] *per dicta, nu.* 41. *&* 11. *ſeq.*

quod fit per commutationem præſentis pecuniæ pro abſente: nec refert quoad hoc, an commutatio fiat per emptionem, quę eſt contractus nominatus: an per permutationem, vel per contractus, do, vt des, vel facio, vt facias, &c. qui ſunt innominati: licèt enim contractus nominati ab innominatis differãt quoad aliqua: quoad hoc tamen non differunt, vt dictum eſt ſupra. [a]

*a eod. nu. 287.*

Et ſicut emptio, & venditio redduntur iniuſtę ex inæqualitate valoris mercis, ac pretij, & ex augmẽto pretij, ob dilationem ſolutionis, diminutionémque eiuſdem propter anticipationem ſolutionis, ita etiam permutatió, & contractus do, vt des, & alij innominati. Quibus conſequens eſt nil referre, an contractus quo campſor dat, vel accipit pecuniâ vno in loco, vt det, vel accipiat eandem cum lucro, in alio, appelletur emptio, vel venditio, vt Caiet. ait, aut permutatio, vt Sotus, & aliquot alij, aut do, vt des, aut do, vt facias dari, vel facio dari, vt des &c. quod iuri propius videtur: eâdem enim mẽſurâ iuſtitia eius (quocunque nomine appelletur) metienda eſt. At verò, ſecundùm S. Tho. & receptam ſententiam, pecunia, etiam quatenus pecunia eſt, cõmutari poteſt, & ex eius commutatione negotiando lucrum quæri. Adeóq; octo poſsũt eſſe cauſę, quare vna moneta poſſit valere pluris, vel minoris, quã alia. Prima, diuerſitas metalli. Secunda, diuerſitas bonitatis eiuſdem metalli. Tertia, diuerſitas formæ, & ponderis. Quarta, diuerſitas locorum. Quinta, reprobatio integra vel partis. Sexta, temporis diuerſitas. Septima, copia, vel caritas. Octaua, abſentia, vel præſentia. Vna verò pecunia nunquam valet pluris, vel minoris, quod citius, vel tardius danda, vel accipienda ſit in quo grauiter multi mercatores, & mutuantes erraſſe videntur. Et qui centum aureos mutuat ad annum, ſi intra illum creſcat eorum valor auctoritate publicâ, debent ſolui eidem totidem in fine anni, ſi eos tamdiu erat ſeruaturus, vel mutuauit cũ pacto, vt redderentur ei centum alij, eiuſdem metalli, & formæ, ſiue maioris in fine anni valerent, ſiue minoris, quicquid Sotus, [b] ſcribat. Imò & ſi non erat ſeruaturus eos, neque id in pactum deduxit, ſed ſimpliciter mutuauit illos aureos in auro. [c] Sicut autẽ quælibet alia merx plus valet, vbi eſt rei numariæ difficultas & caritas,

*b cui reſpondetur ibi.*

*c ſecundũ Bart. communiter recept.*

quàm copia, ita nummus aureus pluris valet, vbi eſt magna inopia auri: & argẽteus vbi argenti: quia pecunia (vt prædiximus) quædam merx eſt: in quod præter alia citamus legem in hoc ſingularem atque notatu digniſſimam.[a]

295 Nec obſtat prædictis,[b] auctoritate publica conſtitutum eſſe pretium monetæ publicæ, quod non poteſt mutari priuata, neque aureos non valere pluribus Iulijs ſeu Regalibus tẽpore caritatis eorum, quàm copiæ: id enim eſt verum reſpectu, quo eſt pretium, & quoad effectum cogendi quem accipere eos pro pluri: non tamen reſpectu quo ſunt merx, & campſibiles, ſiue commutabiles, & quoad effectum vendendi volenti eos quærere: contingente præſertim, eorum penuria, quod in vrbe paſſim factitatur. Nam, licèt pretium aurei ſtatutum expreſsè à Principe, ſint vndecim Iulij, & tacitè per conſuetudinem aſcenderit ad vndecim cum dimidiato, propter penuriam tamen, ſolet commutari cum quęrente ſcuta aurea in auro, additis vno, duobus, tribúſve obolis, ſiue baiochis: licèt nemo cogatur illo pretio accipere. Atqui, pretium pecuniæ in nundinis augetur ob multitudinem volentium accipere via cambij, ac paucitatem volentium cambire: & viceuerſa, minuitur ob paucitatem volentium capere, & multitudinem volentium dare. Ducatus autem, pluris valet in Luſitania, quàm in Caſtella, & Marapetini Caſtellæ æquantur Reais Luſitaniæ. Et conſequenter, mutuans centum ducatos in Luſitania, iuſtè capere poteſt aliquid vltra centum in Caſtella, & è contrario, mutuans centũ in Caſtella, iniuſtè accipit cẽtum integros in Luſitania, ſi alia ratio accipiendi, quàm mutui non interueniat. Quod ipſum producẽdum ad alia loca, in quorũ altero minoris, vel pluris valet, quã in altero. Itaque qui mutuat centum ducatos in Hiſpania noua, non poteſt capere totidem integros in veteri, nec in Italia, & minus in Gallia, & Belgio, & pecunia præſens pluris valet ex ſe, quàm abſens cęteris paribus, eo quòd ex ſe requirit laborem, impenſam, & periculum in traducendo,[c] licèt per accidens contingat, vt ſine labore, & impenſa emẽtis, poſſit deferri abſens: ſatis enim eſt, ex ſe ſine illis, fieri non poſſe. Et conſequenter, rectè conſuluit Cald.[d]

a *quæ eſt 4. ff. de eo quod cert. loc.*

b *vt nu. 63. & ſeq. oſtenditur.*

c *ſecundũ Cald. quod auctoritate Caiet. Silueſt. & Medin. & ra tionibus firmis contra Sotum probamus.*

d *Conſil. 11. de vſur.*

iuſtam fuiſſe emptionem, qua quidam Genuæ centum ducatis pręſentibus emit centũ, & ſex exiſtentes in Alexandria. Eadéque ratione ſolâ lege naturali, & diuinâ attentâ, poſſet quis iuſte emere centum ducatis præſentibus Metinæ, centum & vnum exiſtentes Hiſpali, quãuis ſint ciuitates eiuſdem Regni Caſtellæ: tantóque minoris poteſt emi abſens, quanto maior eſt diſtantia. Adeo vt interdum abſentia efficiat, vt ducatus abſens valens pluris in loco ſuo, quàm præſens in loco ſuo, æqualis pretij ſit in loco præſenti minoris valoris, & aliquando minoris, & aliquando maioris, iuxta diſtãtiam locorum maiorem vel minorem vtriuſque, & iuxta differentiam maiorem valoris vnius, & valoris alterius [a] An autem ſicut abſentia pecuniæ minuit eius valorem, ita & præſtatio eius abſens, & futura infra annum, vel aliud tempus maius vel minus, minuat valorem eius, adeo vt præſtatio eius præſens valeat pluris, quam illa, magnæ quæſtionis videtur. Ad quam faciunt adducta [b] ad probandum, debitum intra aliquod tempus, poſſe emi iuſtè pretio minore præſenti.

a *vt exemplis ibi oſtenditur.*

b *eod. c. n. 230.*

296 In præcipuis autem emporiis Hiſpaniæ, Galliæ, & Belgij habentur tres, vel quatuor nundinæ certis temporis interuallis diſtinctæ [c]. Súntque nõnulli habẽtes magnam quantitatem pecuniarum, quibus nullas merces emunt: ſed in fine prædictarum nundinarũ tradunt eas ijſdem, quibus antea, vel aliis volentibus eas accipere ſoluẽdas in nũdinis in aliis ciuitatibus eiuſdẽ, vel aliorum Regnorum proximè futuris, cum aliquo certo, vel incerto lucro, & in fine aliarum nundinarum recipiunt illam quantitatem cum eiuſmodi lucro, per ſe, ſuóſve inſtitores, ſiue actores: & è veſtigio tradunt eas alijs vel eiſdem ſoluendas in nundinis, vel alijs terminis ſtatis alterius ciuitatis, & in fine illorum faciunt, quod in proximè præteritis. Itaque, non ſolùm conſeruant ſuam pecuniam, ſed etiam eius lucro viuunt, & ditantur. Vt non abs re dubitetur, an hoc genus cambij liceat? Quibus addo, huic dubio ſimile eſſe illud. An licitum ſit genus cambiendi, quo tota Italia hodie formaliter vtitur, & reliquum orbis virtualiter, vti dicitur? Nempe, quòd multi habentes pecuniam numeratam, nolentéſque vel non potẽtes negotiationem exercere:

c *vt n. 68. & ſeq. dicitur.*

aut emere prædia, quorum reditu ſe ſuſtentent, vtuntur arte campſoria, in hunc modum. Genuæ, vel alio in loco Italiæ, dant pro ſcuto Marchæ, quod valet Lugduni 60 ſoluendo ibi in proximis nundinis 65. vel 66. plus vel minus pro vt fuerit diuturnius, vel breuius tempus, inter dationem, & ſolutionem: nunquam tamen dant. 67 tunc enim nihil lucrarentur, & accipiunt ab his, quibus dant pecuniam, literas, ad quoſdam tertios, qui eiuſmodi ſcuta in illis ſoluant ſibi, vel inſtitoribus ſuis, qui rurſus dant eadem ſcuta ſibi ſoluta, eiſdem, vel alijs, ſoluenda Genuæ, vel alibi, terminis ad id ſolitis, cum auctario certo, vel incerto determinando à deputatis in id: & mox illa ſcuta ſoluta cum auctario prædicto, dant eiſdem, vel alijs ſoluenda in alijs nundinis proximis Lugduni, dando, vt prędictum eſt, 65. vel 66. &c. pro ſcuto Marchæ: & ita continuo ſua cambia renouantes, ſuas pecunias augent. Et quidem, vtriuſque dubij ſimilitudo colligitur, eo quod in vtroque genere cambij campſor dat pecuniam alibi, alio tempore ſoluendã cũ aliquo augmento certo, vel incerto. Quoniam autem vtriuſque reſolutio eſt per neceſſaria omnibus omnium fere negotiatorum totius orbis Chriſt. confeſſarijs, eam faciam (diuina aſpirante clementia) quàm breuiſsimam. Parti negatiuæ ſuffragatur, quod hi effectum videntur mutuare, & accipere aliquid vltra ſortem ob dilationẽ temporis, quod eſt vſura. [a]

Affirmatiuam vero propugnat, infinitum eſſe numerum Chriſtianorum honeſtorum, hanc artem exercentium. Nam non ſolum mercatores, & campſores, eam palam exercentes, ſed quàm plurimi alij diuites, infimates, mediocres, & ſummates, etiam eccleſiaſtici, ea vtuntur deponendo, ſeu commendando ſuas pecunias campſoribus, vel mercatoribus prędicto modo negotiantibus, pacto, vel intentione principali, vt eis cedant partes incertæ, vel certæ lucri incerti, pro quantitatibus à ſe commendatis: qui omnes confitentur, abſoluuntur & communicant quotannis: temerariumque videretur, eos omnes, eorumque confeſſarios, damnare. Propugnat inſuper, quod vt ait Cald. [b] ſine huiuſmodi cãbijs, omnia commercia cum extraneis Regnis ceſſarent, & propria pauperiora fierent.

a *in ciuitate, de vſur. cum citatis ſup. eod. n. 210.*

b *in d. Conſil.*

297 Pro reſolutione itaque eorum, dico. Primo, non poſſe illa defendi, niſi per reductionem ad aliquam ſeptem ſpecierum cambij ſupradictarum, nec poſſe reduci ad primam, neque ad ſecundam, neque ad quartum neque ad ſextam, vt palam eſt, id perpendere volenti. Secundo non etiam poſſe defendi, quatenus eo maius auctarium accipiunt, quo plus temporis interiacet inter dationem & ſolutionem, niſi ratione veri intereſſe: id enim lucrifit ratione dilationis temporis ſolutioni impendendæ, præfixi, quod nullatenus licet, vt prædictum eſt ſupra. [a] Tertio, poſſe ſaluari reducendo ad tertium & quintum, modo pecunia, quę datur in cambium, alibi ſoluenda, ſit deſtinata mercaturæ, vel rebus frugiferis emendis: ita vt cauſa principalis, quare id non fiat, ſit illius datio ad cambium: modo item ſeruentur, quæ in illis ſeruanda eſſe ſupra diximus, & dicta Extrauagans requirit. Quartò, etiam defendi poſſe, qua parte reduci poſſunt ad ſeptimum, quo pecunia abſens maior emitur, vel commutatur præſenti minori, vel datur pro ea. Quia (vt ſupra [b] dictum eſt) pecunia abſens ſuapte natura minus valet, quam præſens eam vendenti, commutanti, vel alias danti. Oportet autem, in eis ſeruari, quæ in illa ſpecie cambij ſeruanda eſſe diximus: & proinde aduertendum, an eadem pecunia in eo loco diſtanti, valeat pluris quam in præſenti, & collato illo pluri cum minori, quo propter abſentian valet, reducendum eſt ad æqualitatem: quæ, vt dictum eſt ſupra [c] in omni commutatione, quocunque nomine cenſeatur, lege naturali & diuina requiritur. Itaque, ſi eadem pecunia pluris valet Lugduni, quam Metinę, carius debet emi Metinę, quàm exiſtens Metinæ, emenda foret Lugduni: & è contrario. Quo forte iuſtificantur cambia, quæ paſſim fiunt à Metina Vlyſſipponem, & Vlyſſippone Metinam: licet enim tanta locorum intercapedine diſtet Vlyſſippone à Metina, quanta Metina ab Vlyſſippone: longè tamen minoris emitur Metinæ ducatus exiſtens Vlyſſippone, quàm exiſtens Metinę, ematur Vlyſſippone: idem namque ducatus pluris valet Vlyſſippone, quam Metinæ.

a eod. c. n. 210.

b n. 291.

c eod n. 277.

298 Aduertendum inſuper, ſicut iuſtificandæ em-

ptioni commutationi, vel donationi neceſſum eſt, actualiter, vel virtualiter eſſe veram mercedem venditoris, quæ ematur, vel commutetur, [a] ita etiam ad iuſtificationem huiuſmodi cambij per reductionem ad ſeptimum, opus eſt, vt accipiens pecuniam præſentem, & vendens, vel commutans pro illa abſentem, habeat illam in loco ſolutionis ſaltem virtualiter, & vt dans pręſentem, verè intendat abſentem emere, vel cum illa commutare: ſecus enim, ficta emptio & mutuum palliatum vſurariumque foret, per ſupra dicta.

*a vt præſupponunt l.1. & 2. ff. de contrahen. empt. & §. prætium, cum ſeq. Inſtit. eod.*

b *eod. c. n. 2. 9.*

299 Dixi (*Saltem virtualiter*) ſufficit enim, eam habere ſub credito adeo vt certo ſciat, vel ſaltem probabiliter credat, eum, ad quem deſtinantur literæ, illam traditurum. Aduertendum demum, quod ſicut emens rem aliam abſentem notabiliter minoris, quam valeat communi æſtimatione, etiam deducto eo, quo minus valet propter abſentiam, peccat mortaliter, teneturque reſtituere in foro conſcientiæ, partem notabilem, ad iuſtum pretium requiſitam. Ita etiam campſor, pręſenti pecunia emens abſentem, notabiliter minoris, quàm valeat communi æſtimâtione, ob eiuſmodi abſentiam, deducto etiam eo, quo minoris valeat propter abſentiam: peccat mortaliter, teneturque ad reſtitutionem illius partis notabilis, quę ad iuſtum pretium requiritur. Et proinde campſor dans pecuniam minoris valoris, pro pecunia maioris valoris, ſoluenda alio loco ei, qui nec realiter, nec credito eam ibi habet, peccat mortaliter, teneturque ad reſtitutionem, quia virtualiter vſuram committit. Nec ad excuſationem ſufficit, quod ignoret eum illam habere, vel non habere: ſed oportet, eum ſcire, vel probabiliter credere eam habere: ignorantia namque, etiam facti, eius quod oportet ſcire (quod genus eſt hęc) non excuſat. [c] Pro quorum faciliore intelligentiâ, ſequentem Pij V. operę pretium exiſtimauimus ſubijcere extrauagantem conſtitutioné

c. 1. q. 4. § *notãdum, arg. c. innotuit, cum gloſ. de elect.*

## Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

300 *In eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, & infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca, cambia celebrare ſimulent: ad quæ loca, ij, qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambij tradunt: ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore, vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi literis traditis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus.* Nam *inter dantes, & recipientes vſque à principio, ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neque quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis, huiuſmodi literis receptis ſolutionem faciat. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, vt poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur, ſed & in ipſis cambijs. quæ realia appellãtur, interdum (vt ad nos perfertur) campſores præſtitutum ſolutionis terminum lucro ex tacita, vel expreſſa conditione recepto, ſeu etiã tantummodo promiſſo, differunt. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus.*

*Porrò ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo poſſumus occaſiones peccandi, fraudéſque fæneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat, ſiue à principio, ſiue aliàs, certum & determinatum intereſſe, etiam in caſu ſolutionis, paciſci, neque realia cambia, aliter quàm pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur: vbi verò non celebrantur, pro primis terminis, iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis ſiue terminis exercendi. Curandum autem erit, in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne, dum longiores præfiguntur, quàm loca deſtinata ſolutionis deſiderant, fænerandi detur occaſio. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum anno incarnat, Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo, Kal. Feb. Pontiſ. noſtri anno ſexto.*

301 Ex qua extrauag. notandum, [a] ſola & omnia cambia ficta, ac ſimulata hîc appellari ſicca: omniáque & ſola vera, realia quod colligitur ex verbo (*ſicca*) ad-

[a] *vt ſup. n. 286. dictum eſt.*

iunctâ clauſulâ (*& ita finguntur*) & verb. (*realia*) totoque orationis contextu: & ita non damnantur omnia cambia, quibus campſor dat prius, quàm accipiat, licèt omnia illa appellentur ſicca, ſecundum Laurentium ſupra relatum.[a]

a *n.29.*

Inſuper, notandum, ex verſiculo (*vt contrahentes, &c.*) ad iuſtitiam cambij per literas, requiri illud tertium, & quartum, quæ ſupra,[b] diximus eſſe neceſſaria: putà, quòd campſor ſciat, vel probabiliter credat, eum, cui dat pecunias, poſſe ſoluere vbi promittit, quodque literæ dentur ad alium locum diſtantem.

b *n.28. & 29.*

Deinde, quod vſura nomine cambij perſonata, eſt lucrum. quod capiunt campſores nomine cambij vel recambij à debitoribus propter dilationem, quam indulgent eis vſque ad proximas nūdinas,[c] quod reſtringendum eſt, ſaltem quoad forum conſcientiæ, quando pro vero intereſſe id caperent, per proximè dicta.[d]

Et licèt iure communi licuiſſet ante hanc Extrauag. conuenire à principio, vel poſtea ante terminum ſolutionis ſuper intereſſe veriſimili, vt certum quid ſolueretur, adeo vt dixerit Med.[e] ſoluendum eſſe intereſſe veriſimile, conuentum à principio, tametſi in fine appareat nullum futurum fuiſſe: cui conſentit Sotus,[f] Poſt eam tamẽ non licet in hac materia cambiorum, quamuis ſecus in aliis, quum à iure antiquo non recedatur, pluſquam exprimatur,[g] quod tamẽ limitandum, quoad forum conſcientiæ: quando certificatio eſſet æqua coram Deo: hæc enim lex (vt ex ea patet) fundatur quoad hoc in præſumptione, cui non eſt locus in illo foro.[h] An autem idem ſit in mutuo, quod in cambiis, dubitari, & diſputando vtraque pars defendi poſſet, at quia hæc lex in hoc à iure communi exorbitat, æquior videtur pars negatiua.

c *quod etiã probat c. cõſuluit, de vſur. licet non adeo clarè.*

d *n.297. & nu. 239.*

e *in* C. *de reſtit. ſol.* 132.

f *lib.6. q. 1. art. 3. de iuſt. & iur.*

g *l. præcipimus, C. de appell.*

h *c. tua, & ca. in qui, de ſponſal. cum eis adnot.*

Ad hæc adnotandum, non poſſe exerceri cambia, niſi quoad proximas nundinas, vel proximos terminos ſoluendis cambiis præfigi conſuetos: quod tamen arbitror limitandum, quoad effectum cariùs cambiendi in ſecundis, vel tertiis nundinis quàm proximis. Non enim videtur Pius prohibere, ne maior dilatio detur debitori citra vllum maius campſoris lucrum.[i]

i *arg. l. quod fauore, C. de leg. & cap. quod ob gratiam, de reg. iur. lib. 6.*

His ampliùs adnoto, per hęc ſolui poſſe quęſtionem quotidianam, quam ſępe in vrbe fuimus interrogati: An liceat vni Hiſpano dare alteri Romę centum ſcuta, pro centum ſoluendis ab eo in Hiſpania, cum aliquo augmento? Ad quam reſpondemus. Primò, quòd non, per viã intereſſe lucri ceſſantis, ſi nõ aſſeruabat illa deſtinata negotiationi, vel rei frugiferæ emptioni quia nullum verum eiuſmodi intereſſe prætendere poteſt,
a n.297. per proximè dicta. [a] Secundò, non poſſe etiam per viã emptionis, & commutationis rei præſentis cum re abſente, ſi ille nec formaliter, nec virtualiter habet illa in
b eod n.297. Hiſpania, per ſupradicta. [b] Tertiò poſſe per viam emptionis vel commutationis rei præſentis cum abſente, ſi alter verè habet illa ſcuta, quæ vendit, in Hiſpania formaliter, vel virtualiter in reditibus beneficij, vel aliorum bonorum, talíve credito, vt probabiliter credatur literis ſuis eò tranſmittendis, acceptis, illa ibi redditum
c eod. n. 297. iri, per ſupradicta. [c] Idque duplici ratione, Priore, ratione abſentiæ, ob quam valet minus. Secundâ, ratione valoris: plùs enim valent hîc centum, quàm ibi totidem. Quartò, quod licet etiam viâ mutui, præſuppoſita, quod eadem pecunia valet hîc plùs, quàm ibi: imò & ſi non valeret plùs, facta facultate mutuatario ſoluendi in vrbe aut ſi malit in partibus, cum cambio, quo traductio illorum in vrbem conſtabit, nam hoc caſu, nil videtur capi vltra ſortem, niſi ad ſummum intereſſe damni emergentis, pręſertim, ſi dans, eget illis, vel putatur eis opus habiturus in vrbe.

d 2. part. tit. 1. c. 7. §. 30. Non obſtat deciſio illa S. Anton. [d] vſuram nempe campſorem committere, qui Romę dat alteri centum ſoluenda Pariſiis intra octo menſes cũ augmento quin-
e verb. vſura 4. q. 13. que vel octo, quem ſequitur Silu. [e] & Gregorius Lopez. [f] Tum, quia loquitur de mutuante, vel de illo, qui
f l. 15. part. tit. 11. ſola ratione dilationis indultæ ad ſoluendũ, accipit aliquid vltra ſorte, quod colligitur ex dilatione octo menſium: & quia eadem pecunia plùs valet Pariſiis, quàm
g per c. in ciuitate, de vſur. & c. ad noſtrã audiẽtiam, de empt. Romæ, quod nunquã licet. [g] Supradicta verò procedũt in illis, qui alia ratione, quàm mutui, vel dilationis accipiunt plus: putà, ratione emptionis rei, quæ minus valet ob abſentiam, vel locum, in quo eſt, aut ratione intereſſe lucri ceſſantis, damnive emergentis.

Quibus conſequens eſt, quod vulgò dici ſolet, ſcuta & ducatos, quibus vtuntur mercatores. & campſores in nundinis cambiendo, eſſe maioris pretij, & diuerſos ab illis, quibus vtuntur emendis rebus neceſſariis & mercibus, non intelligendum, quòd ipſi mercatores augeant, vel minuant pretium eorum, vel quòd apud eos pluris valeant: ſed quòd ducatus, vel ſcutum cum augmento ſoluendo pro eo aliò remittendo, vel aliunde remiſſo, valet pluris: & quantum debeat eſſe illud auctarium, arbitrantur ipſi tanquam boni viri, & in arte periti, attenta varia variorum locorum diſtantia, & maiore copia vel penuria pecunię cãpſibiiis, & meritò quidem, cùm res indefinitę, arbitrio boni viri ſint ſi iẽdæ [a]. Quò fit, vt non omnes ducati cum augmento ſuo, qui bus vtuntur cambiendo, ſint eiuſdem pretij, ſed varij, maioríſque & minoris, iuxta varietatem locorum, ad quæ, vel vnde remittuntur, ſoluenda: & proinde non ſunt damnandi: tanquam fictitij, vt aliqui quos alibi [b] ſequuti fuimus, damnant.

302 Excuſare autem mutuantes ſub vſuris Regibus &c. aliquo modo eos cogentibus, non videtur facile. Tum, quia id iure naturali eſt peccatum, vt dictum eſt ſupra, [c] quod ob nulla mala vitanda, admittendum eſt, [d] Tum. quia nullius rei gratiâ licèt mentiri, [e] mentiri autẽ & ad vſuram dare, paria iure fieri videntur. [f] Tum, quia multi eorũ ſaltẽ ratione intereſſe non poſſunt illas accipere: quia pecuniam, quam mutuant, non habent paratam exercendæ mercaturæ, nec prædiis, aut cenſibus emendis, vt ſatis definit Sotus. [g] Tum, quia ratione cambij non videntur poſſe accipere: cùm non ſit licitum cambire cum lucro in vno loco ad eundem neque in nundinas ſecundas, vel tertias: per prædicta Reges autem capiunt mutuum non ſoluendum verè in locis extra ſua dominia ſitis licèt fingant illud in ſuis literis: omnia autem cambia ficta reprobantur, Tum, quia (vt audio) capiunt eiuſmodi pecunias, cum promiſſione ſoluendi augmentum ad rationem 5. 8. aut 9 pro 100. in anno, quod ad nullum genus cambij liciti reducitur, Tum demum, quia difficile eſt reducere huiuſmodi lucrum, ad lucrum cambij ſeptimæ ſpeciei, nec ad vllum aliud iuſtum reduci poteſt. Conſulendum proinde vi-

a l. 1. ff de iur delib. c. de cauſis, de offi. deleg.
b in d. comment.
c n. 211,
d c. itane, & c. tolerabilius, 32. q. 5.
e gloſſ. iuncto. text. recept. in ca. ſi aliquid, 22. qu. 4.
f in ca. ſuper eo, de vſur.
g lib. 6. q 1. ar. 3. de iuſt. & iur.

detur viris pecunioſis & copia rei familiaris locupletibus nõ exercẽtibus mercaturã, nec intendẽtibus emere prædia, vel cenſus, etiamſi non mutuarent, vt ſine vllo temporali augmento gratis principaliter mutuent ſuas pecunias prædictis Regibus pro ſpirituali virtutis, & meriti, ſperantes minus principaliter aliquam remunerationem antidoralem: aut certè emant ab eis cenſus iuſto pretio cum pacto redimendi, conſtitutos ſuper reditibus publicis aliquarum ciuitatum vel ſtatuum: habẽtibus verò pecunias deſtinatas ad lucra prædicta, mutuent ſub intereſſe veriſimili, lucri ceſſantis.

## De octauo præcepto Decalogi, Non loqueris falſum teſtimonium.

### CAPVT XVIII.

Summæ.

1 *Præceptum octauum quid principaliter prohibeat.*
2 *Atteſtans ignotum eſſe verum: vt peccat.*
3 *Mendacium quid? quotuplex, & quod mortale.*
4 *Falſum hoc modo in pulpito allegare, an peccatum.*
5 *Miracula falſa, & vitam ſanctorum fictam prædicans.*
6 *Promiſſio, quæ obligat ad mortale.*
7 *Deliberatio quæ ad obligationem ſufficit.*
8 *Simulatio & Hypocriſis mendacia factorũ, et quæ mortales.*
9 *Iudicium temerarium quid, & crebrò parit mendacium.*
10 *Contumelia conuicium & improperium quid.*
11 *Honor quid. et quæ inhonoratio mortalis.*
12 *Correctio iuſtâ quâ contumeliâ carere debet.*
13 *Suſurratio quid, quæ mortalis, & differt à detractione, & contumelia, et num. 14.*
15 *Deriſio quid, et quæ blaſphemia, & quæ mortalis, n. 16.*

a 2.2.q 22.ar.5. ad 2.
b 3.part.qu.1.

1 Ex mente S. Tho. recepta [a] & Alex. Alen. [b] hoc præcepto principaliter prohibetur latio falſi teſtimonij iudicialis, & veri celatio: ſecundario autem, omnis ſignificatio inordinata, verborum, ſignorum, & factorum, quæ fit mentiendo inhonorando, ſuſurrando, ſubſannando, maledicendo atque detrahendo. De quibus omnibus ordine dicetur.

upna

Et quidem omnis ſignificatio huiuſmodi, eſt ſaltem peccatum veniale,per tradita ſupra.[a] Tum, quia eſt iniuria verborum : quælibet autem talis,eſt ſaltem venialis. Mortalis verò eſt omnis, & ſola, quæ fit animo notabiliter iniuſtè nocendi in bonis ſpiritualibus aut tẽporariis, quàmuis nocumentum non præſtetur: quæque fit nocendo notabiliter, aut præbendo anſam ita nocendi citra eiuſmodi animum : aduertendo tamen, aut aduertere debendo, per illam notabiliter noceri, aut cauſam notabilis nocumẽti dari,aliàs ſecus : quàmuis iniuria grauiſſima ſit, iuxta mentem S.Thom.[b] declaratam vtrobique per Caiet.

a *Prælud.7.*

b *vbi ſup. & qu. 73.art.2.*

2 Primò itaque peccat mortaliter contra hoc præceptum teſtis faciens quippiam, ex ſeptem poſitis infra:[c] Nam falſum teſtimonium ob tria eſt peccatum mortale, iuxta S.Thom.[d] quod etiam iure probatur,[e] ob iuramenti nimirum violationem, quæ ferè ſemper eſt mortalis : per ſupra dicta.[f] Ob iniuſtitiam, quæ etiam eſt mortalis,quum eſt notabilis,aliàs nõ:per ſupradicta [g] & ob perniciem mendacij.

c *c.25.n.50.*

d *c.2.2.qu.78. ar 4*

e *per c. 1. de cri. falſ.*

f *c.12.*

g *c.1.n.1.*

Teſtis porrò quippiam atteſtatus eſſe verum, neſciẽs eſſe tale, ſed credens cuipiam illud affirmanti non tenetur reſtituere quod ob id condemnatus ſoluit ( licèt peccet grauiter ) ſi affirmans eſſet probitate & virtute adeo cognita, fidéque ſpectata, vt ei confitenti, communicanti,& Chriſtianè viuenti meritò credi poſſit: iuſtè ſiquidem credere poteſt, ſe neminem iniuriâ vel iniuſtitiâ, affeciſſe[h] aliàs ſecus, imò & ſi contrarium reſcierit: quia contrarium credere debet, in claris namque non eſt locus coniecturis.[i]

h *arg.gloſſ ſing. l. Titio fundus, ff de condit. & demonſt Felin. in c. cùm contingit,de reſcrip.*

i *l.continuus, §. cùm ita, ff. de verb.oblig.*

3 II. Peccat qui mentitur notabiliter nocendo. iuxta illud[k] [ *Os quod mentitur, occidit animam.* ] Dixi ( *Notabiliter* ) ſecus enim, ſolùm venialiter peccaret, per ſupradicta, Mendacium autem eſt ſignificatio falſi vel putati falſi pro vero, ſecundùm Aug.[l] Nam quod additur alibi,[m] de animo fallendi, non eſt neceſſarium ad eſſentiam mendacij : ſed ad maiorem eius grauitatem, ſecundùm mentem eiuſdem,[n] & omnium : & proinde eſt actus contrarius virtuti, quæ appellatur veritas, dirigens nos, dictáque

k *Sapien.1.*

l *in c. homines, 22.q.2.*

m *in §.ille ſub c. beatus, ead. c ſi. & q.*

n *ibidem.*

& facta noſtra, vt vera dicamus, fidemque ſeruemus, iuxta S. Thom.[a] Narratio autem fabularum Aeſopi, aliarumve ſimilium, ſignificando expreſſe, aut tacite eas non eſſe veras, non eſt mendacium, vt recte Caiet.[b] inſinuauit: quum non ſignificetur per eam falſum pro vero.

Diuiditur autem mendacium. Primo in formale tantùm, quo ſignificatur verum putatum falſum, materiale tantum, quo ſignificatur falſum putatum verum, & mixtum, quo ſignificatur falſum putatum falſum, vt declarat S Thom.[c]

Secundo, diuiditur in iocoſum, quò tantum delectatio quæritur. Officioſum, quod nemini nocet, & alicui prodeſt quæ duo nõ sũt mortalia, etiãſi à religioſo, ſeu alio cuiuſuis ſtatus perfectionis, dicantur: niſi iuramento firmentur, cum magno ſcandalo proferantur, aut animo non abſtinendi ab eis: quamuis mortalia forent, aut contra conſcientiam, illa eſſe peccata mortalia dictantem, ſecundum vtrumque Thom.[d] Pernicioſum, quod alicui in rebus ſpiritualibus, corporalibus, aut temporarijs, nocet, & eſt mortale, quando dicitur animo notabiliter nocendi, aut notabiliter nocet. Ad quas quidem tres ſpecies reducuntur illæ octo, quas S. Auguſtinus alibi[e] retulit, quarum quælibet ſuo genere eſt mala, etiam Ariſtot.[f] aſſertore: quia eſt inordinatus actus, vt ſupra dictum eſt, & ita non poteſt dici abſque peccato, ſaltem veniali, etiam pro vitæ vel animæ alicuius ſalute,[g] iuxta S. Thom.[h] qui alibi[i] ſenſit, omne mendacium iudiciale, etiam leue eſſe mortale: quod verum eſſe de mendacio rei ad iudicium pertinentis, non alterius, dixit Caiet.[k] Nos tamen alibi[l] aſſeruimus mendacium de re leui, etiam pertinente ad iudicium, non eſſe mortale. Quod ipſum etiam alibi[m] confirmauimus, poſtquam legimus Sotum de ratione tegendi ſecreti, vbi idem tenet, concludendo, nullum mendacium eſſe mortale, eo ſolo, quod in iudicio exteriori vel interiori dicatur. quod extra illud dictum tale non foret, nec per conſequens, quando non eſt notabiliter damnoſum, nec iuratum: ſed tantum eſſe veniale, vt etiam infra[n] repetemus. Adeo vt, ſola circunſtantia iudicij (niſi alia concurrant) non

a 2.2.q.110.art. 3. ad. 5.
b in d. q. 100. art. 1.
c vbi ſup. art. 1.
d in ead. 2.2.q. 109. art. 3. & 4
e in c. primum 2. 2. q. 2.
f in 4. moral.
g ca. ſuper eo, de vſur. & d. l. c. primũ.
h vbi ſup. art. 3.
i in q. 69. art. 1.
k ibi. & in d. qu. 110. art. 4.
l in c. fratres n. 17. de pœnit. diſt. 5.
m in repet. c. inter verba 11. qu. 3.
n membro 2. q. 7.
o c. 21, n. 37.

nō fiat mortale. Quo eneruatur aduerſa cuiuſdam opinio, fundata in alio noſtro pronunciato infra [a] poſito, puta, eum mortaliter peccare, negando veritatem iudici competenti iuſtè interroganti: qui tamen non peccaret negando extra iudicium alteri. Quia ibi præter circunſtantiam iudicij, concurrunt etiam duæ aliæ nempe, iuramentum, quo præuio reſpondet reus: & quod lex diuina, & humana aſtringunt dicere verum, quando iudex competens iuſtè interrogat, iuxta S. Tho. receptum.[b]

4 III. Peccat qui mentitur in materia fidei, ſacræ ſcripturæ, vel morum: id enim ſuâ naturâ eſt notabiliter perniciòſum, iuxta S. Tho.[c] quod [d] limitat Caiet. non procedere, quum fit per ſolum multiloquium, vel alias citra animum & periculum nocendi notabiliter, & perſuadendi falſum alicui. Cui conſequens eſt, non eſſe mortale allegare falſe in pulpito, vel cathedra, dicendo quippiam contineri illo, vel illo cap. vel lege, quod cōtinetur alio, aut tribuere Auguſt. Hiero. Bar. vel alijs, quod alius Doctor aſſerit.

5 IIII. Peccat, qui concionando, falſum miraculum ſciens tale eſſe, narrat: aut datâ operâ, vitam alicuius ſancti perperam refert & effingit.[e] Quia eſt perniciosſum notabiliter: quum ex parte dicentis, fides & exiſtimatio miraculis Chriſti & ſanctorum eius adimatur.

V. Peccat promiſſionem obligantem ad mortale non adimplens modo quo debet: [f] eſt enim ſpecies mendacij notabiliter pernicioſi eiuſmodi fidem & promiſſionem non implere.

6 Atqui promiſſio, obligans ad mortale, eſt omnis vera, deliberata, & voluntaria, etiam nuda, rei licitæ, poſſibilis, & notabilis, quam mutatio rerum ſtatus non eneruaiut. Dixi (*Omnis*) vt non ſolum comprehendam promiſſionem factam Deo, quod genus eſt votum, [g] ſed etiam homini quàmuis hoſti, [h] nec ſolum expreſſam, ſed etiam tacitam.[i] Dixi (*Vera*) ad excludendam fictam, quæ fit animo non obligandi, vt ſentit Tho.[k]

Quamuis peccet ſimulando animum, ſe obligandi, quem non habet, etiam mortaliter, ſi alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere.

7 Cui conſequens eſt, non obligare promiſſionem

a *n.* 57.
b 2.2.*q.* 69. *art.* 1. & 70. *art.* 1. & *probatur tit. de interrogat. act.*
c *in d. q.* 1. *art.* 10
d *ibi.*
e *vbi ſup.*
f *c. iuramenti,* 22. *q.* 5. & *c. de pact.*
g *de quo ſup. c.* 12. *n.* 24.
h *c. noli,* 23. *q.* 1.
i *l. Labeo, & l. item quia, ff. de pact.*
k 2.2. *qu* 110. *art.* 3. *ad* 5 *facit c. humanæ,* 22. *q.* 5 & *l obligationum.* 1. *ff de action.*

cuius cauſa principalis non eſt vera, ſi promittenti non erat animus ſe obligandi citra eam: nec refert, quoad forum conſcientiæ, vtrum cauſa exprimatur an ſupprimatur. Opinio namque Collect. & Panorm. [a] expreſſionem cauſæ requirentium, intelligitur in foro exteriori in quo citra eam animus obligandi non præſumitur, vt recte inſinuauit Silu. [b] non autem in foro conſcientiæ, in quo ſoli veritati ſtandum eſt. [c] Dixi (*Deliberata*) nam facta abſque deliberatione in id neceſſaria, non obligat. [d] Ex quo elici poteſt illam deliberationem ſufficere & requiri, quę ſufficit, & requiritur ad votum. Dixi (*Voluntaria*) quia metu, aut dolo extorta non ſufficit in conſcientia, niſi accedat iuramentum. [e] Nec etiam in foro exteriori quamuis enim regulariter actori actio detur, reo tamen exceptio conceditur. [f] Dixi (*Nuda*) quia iure naturali & canonico illa etiam obligat, [g] Dixi (*res licita*) quia illicitę non obligat. [h] Dixi (*poſſibilis*) quia promiſſio rei impoſſibilis non obligat. [i] Dixi (*Notabilis*) quia cum furtum rei non notabilis non ſit peccatum mortale, ſed veniale, vt ſupra dictum eſt, [k] à fortiori, nec violatio promiſſi rei exiguæ erit mortalis: ſed venialis. Quæ autem res ſit notabilis, ſupra dictum eſt. [l] Quo quidem à mortali excuſantur, qui promittunt alieno nomine alicui ſalutem annunciaturos, aliave mandata parui momenti ad aliquem perlaturos, nec præſtant. Et qui ſalutationem angelicam, aliaque huius generis pauxilla pollicentur, etiamſi iuramento, aut voto idipſum confirmaſſent. [m]

Dixi (*Quam mutatio rerum ſtatus non eneruauit*) quia tali mutatione ſuperueniente, non obligat. [n] Veluti ſi cui promiſi enſem, inſaniuerit. [o] Vel ſi quam promiſi ducere, fornicata fuerit. [p] Vel quod tẽpore promiſſionis erat licitum, fiat illicitũ. [q] Vel ſi altera pars eã remittat, ſeu pro ſua parte non impleat id, cuius cauſa promiſſio facta eſt. [r] Dixi (*Cuius cauſa &c.*) ſi namque

a *in c. 1. de do nat. &c. ſi cautio, de fid. inſtrum.*
b *verb. pactum q 4.*
c *c. humanæ aures, 22. q. 5. & c. tua de ſponſa.*
d *per dicta ſup. c. 12. nu. 2. 4 & 26. de vot.*
e *iuxta S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7.*
f *l. 2. C. de inutil. ſtip & l. ad inuidiam, C. de his quæ vi.*
g *c. 1. de pact. & l. 1 ff. eod. trad. Inno. in c. nouit, de iudic. & Feli. in proœm. Greg. nu. 25. & in c. quæ eccleſiarum, de conſtit nu. 55. poſt Bart. in extrauag. ad reprimendam, verb. renunciationem.*
h *c. in malis, 22. q. 4.*
i *l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. c. nemo ad impoſſibile, eod tit l. 6.*
k *c. 17. n. 3.*
l *c. 17. n.*
m *ſecundum eos quos ſequimur, in d. c 12 nu. 10. & 40.*
n *iuxta Senecam lib. de benefic approbatum per S. Thom. 22. quæſt. 10. art 3. ad 5.*
o *c. ne quis, 22. q. 2.*
p *c. Quemadmodum, de iureiur. vbi gloſſ notab.*
q *arg. de 6. Quintauallis iureiur.*
r *l. cum proponas 2. C. de pact. c. peruenit, 2. de iureiur.*

aliꝗui abſolutè quippiam promiſeris citra intuitum rei ab eo promiſſæ: & viceuerſa, aliquid tibi promiſerit ſine reſpectu rei à te illi promiſſæ, nõ liberaberis ab obligatione quòd tibi non ſatisfaciat: nec contrà, ille, quòd illi non ſatisfacias. [a] Quæ quidem, non ſunt intelligenda de qualibet mutatione, ſed de ea, quam ſi promittens præcogitaſſet, non promiſiſſet, cui fides habenda eſt in foro conſcientiæ, [b] quin & exteriori, ſi iudicio prudentis, conſideratis circumſtantibus negotij qualitatibus, nequaquam promiſiſſet, ſi id præcogitaſſet, qua de re copioſius alibi [c] ſcripſimus.

8 VI. Peccat mortaliter, qui factis rem falſam pro vera in damnum notabile alterius ſignificat: vt qui vult apparere bonus, aut facit quippiam quò appareat talis, nolens nihilominus eſſe talis, eſt enim mendacium pernicioſum: mendacium namque dicitur etiam in factis: qualis eſt ſimulatio, qua ſignificatur eſſe, quod non eſt: & hypocriſis, qua ſignificatur bonus, qui non eſt talis, iuxta mentem S. Auguſt. & S. Iſidori explicatam per S. Thom. [d] aſſerentem, paria eſſe factis, aut verbis mentiri. Facere autem quippiam quò quis appareat bonus, quum non ſit. ſine notabili alterius damno, ſolum eſt veniale: at facere opera, quibus bonus appareat, cùm non ſit, citra animum oſtendendi ſe bonum, veniale quidem eſt, iuxta mentem omnium, quam rectè Caietanus explicat [e] niſi id referatur in finem malum, putâ, vt hæreſes doceat, aut dignitatem eccleſiaſticam, vel temporariam, quâ indignus eſt, cõſequatur, ſeu in eiuſmodi ſimulatione vltimum ſuum finem conſtituat. [f] Peccat etiam, ſaltem venialiter, qui vult bonus videri, cùm non ſit, etiamſi id ad ædificationem proximi referat. Non enim ſunt facienda mala, vt inde bona eueniant. [g] Cæterùm, peccat qui fingit ſe talem genere, cõditione, gradu &c. qualem requirit optio ad collegia, vel munera: per dicta ſupra. [h]

9 VII. Qui per leuia, & minus idonea indicia in iudicio, vel extra illud, firmiter iudicat de proximo aliquid mali, in eius damnũ notabile, vel quòd peccet mortaliter, aut ſit in peccato mortali, quia eſt mendaciũ mẽtale perniciosũ, cõtra illud [i] [*Nolite ad tẽpus iudicare.*] Qualis eſt, dãnãs peccati mortalis aliquẽ bonæ exiſtimationis,

a *in d. c. peruenit, & d. l. cum proponas.*
b *iuxta gloſſ. ſing. c. ſignificaſti, 1. de homic.*
c *ſuper gloſſ. d. c. Quẽadmodum.*
d 2.2.q.111.
e *in ſum. verb. hypocriſis.*
f *iuxta Alex. 2. Pap. de hypocriſ. & Caiet. vbi ſup.*
g *Rom. 3. c. neque, c. denique* 14. q. 5
h c. 17. n. 107.
i 1. Corinth. 4. *S. Thom* 2.2. q. 66. art. 6.

aut incognitum, eo ſolo, quòd videat eum cum muliere ſecreto loquẽtem, vel quia videt aliquem comedere mane, aut ſæpe in die ieiunij ex præcepto: quum fortè cauſa non ieiunandi ſubſit, aut quia animaduertit aliquem, non ita familiariter vt ſolebat cum alio verſari, aut ei ſubiraſci, non enim omne odium, & omnis indignatio mortifera eſt,[a] & alij id genus, qui conſtanter & facilè iudicant alios occidiſſe, vel furatos fuiſſe.

*a vt ſup. c. 14. n. 19. diximus.*

16 VIII. Peccat, qui aliorum honorem notabiliter intendit lædere, vel lędit, cauſámve lædendi dat per cõtumeliam conuitium, vel improperium, ſecundùm ſanctum Th.[b] iuxta cuius mentem contumelia eſt ſignificatio alicuius mali culpæ facta præſenti: vt appellando furem.[c] Conuitium verò, ſignificatio facta præſenti, alicuius mali culpæ, pœnæ, vel defectus naturæ, vt appellando furem vel cæcum.[d] Improperium autem, eſt ſignificatio beneficij tempore neceſſitatis ei collati, quàmuis hæc nomina non raro confundantur.

*b 2.2. q. 72. art. 2.*
*c pro quo facit l. 1. ff de iniur.*
*d l. ſi non conuitij, C. de iniur.*

11 Quæ tria aduerſantur honori, quoniam honor eſt exhibitio reuerentię, in teſtimonium alicuius excellentię, maximè virtutis, ſecundùm Tho.[e] Qua de re alibi[f] latiùs.

*e 2.2. q. 2. art. 2. & melius 2. 2. q. 63. art. 3.*
*f in d. c. inter verba, 11. qu. 3. concl. 3. & ſeq.*

Dixi (*Lædere intendit, &c.*) quia ſi huiuſmodi ſignificatio iuſtè caſtigationis, aut correctionis ergò fieret, non eſſet peccatum. Chriſtus enim appellauit diſcipulos ſtultos,[g] & Apoſtolus Galatas inſenſatos.[h]

*g Luc. vlt.*
*h ad Galat. 3.*

12 Dixi (*Iuſtè*) cùm nimirum cauſa principalis eius, eſt correctio non ira, ſi enim hęc eſſet cauſa principalis, graue peccatum foret, & frequenter mortale, vt ait Silueſt.[i] cui addo Thomam aſſerere[k] quod licèt id citra peccatum fieri poſſit: fit tamen rariſſimè. Caiet. autem aſſerit[l] numquam fieri poſſe, niſi quando ſpecialiter Spiritus ſanctus inſpirat, dicente Ciceron.[m] [*Omnis animaduerſio & caſtigatio contumeliâ vacare debet.*] Cęterùm, vt citra peccatum fiat, etiam correctionis gratia, oportet ſolùm ſignificari vitium, cuius correctio prætenditur, alioqui enim eſſet mentiri, & ſic peccaretur,[n] & qui contumeliâ alterum afficit, animo eum infamandi, præter peccatum cõtumeliæ, etiam detractionis cõmittit, nec ſufficit confiteri, quòd alterum contumeliâ affecerit, ſed quod intẽtione eum infamãdi id fecerit.[o]

*i verbo cõtumelia.*
*k in eod. art. 2.*
*l ibi.*
*m 1. offi.*
*n c. primum, 22. q. 2.*
*o vt vbi ſup nu. 456 diximus.*

13 IX. Peccat, qui bonam aliquorum amicitiam intendit notabiliter lædere ſeu conuellere, vel lædit, aut dat cauſam lædendi per ſuſurrationem, animaduertens, vel animaduertere debens, ſe id facere. [a] Suſurratio autem eſt ſignificatio inordinata mali culpæ alienæ, vel pœnę, defectúſve naturæ, alteri facta, quâ ſeritur diſcordia, vel cauſa diſſidij inter eos, ſecundùm ſanctum Thom. [b] ſecundùm quem [c] eo differt à contumelia, quę lædit honorem, & à detractione, quæ famam, quòd hęc lędit & conuellit amicitiam. Eſtque grauiſſimum peccatum ſecundùm eundem, [d] nec debet abſolui, donec, quoad eius fieri poterit, illos inter ſe reconciliet: aut ſi id pręſtare non poteſt, damnis inde ſequutis, iudicio boni viri, ſatisfaciat, iuxta ſummam Roſel. [e] noſtro tamen iudicio, abſoluendus eſt, modò firmiter id facere proponat, per dicta ſupra. [f]

a *per ſuper dicta n* 2.
b 2.2.*q*.74.*art*. 1.
c *ibidem.*
d *ibidem.*
e *verb. inuidia,* §.6.
f *c. proximo, nu.* 59.

14 Dixi (*Bonam amicitiam*) quia ſanctum eſt iuxta illud. [g] (*Non veni mittere pacem, ſed gladium*) tollere malam, qualis eſt concubinariorum: qualis erat Iudæorum erga S. Paulum. [h] Dixi (*Notabiliter*) quia exigua lęſio non eſt mortalis. [i] Dixi (*Per ſuſurrationem*) quia ſi fieret per ordinatam ſignificationem, peccatum nõ foret, per dicta de bona amicitia: dèque tali neceſſariò eſt intelligendũ quod ait Sotus, [k] licitum eſſe vni minuere de amicitia duorum, quò cum eorum altero amicitiam contrahat, cum quo ſecus non poſſet. Quod verò ſubdit, non eſſe ſcilicet pluſquam veniale, minuere amicitiam aliquorum eóſque animo abalienare, nulla inter eos inimicitia inducta, neceſſariò quoque eſt intelligendum de diminutione, quę non lædit notabiliter: quia neminem excuſat à mortali lædentem alium notabiliter propter vtilitatem ſuam, vel alienam: præſertim ſi criminibus falſis in odium aut inuidiam quemquam vocet, ementiendo quippiam & criminando. [l]

g Matth.10.
h *Act.*23.
i *per ſupra dicta, eod. n* 2.
k *lib.* 5. *q.* 5. *de iuſt. & iur.*
l *c. fortè & c. denique,* 14.*q*.5.*& c. non eſt putanda,* 1.*q*.1.

15 X. Peccat, qui notabili erubeſcentiâ, vel animi perturbatione ſubſannando intendit aliquem perfundere, vel perfundit, aut dat cauſam illius, aduertens, vel aduertere debens ſe id facere. [m] Deriſio autem eſt ſignificatio inordinata mali culpæ, aut pœnæ, vel defectus naturæ, ad ſuffundendum quempiam erubeſcentia, ſecundùm ſanctum Thom. receptum [n] iuxta quem eo

m *per dicta n.*2.
n 2.2.*q*.73.*art*. 1.& 2.

maior deriſio eſt, quò maior eſt, qui deridetur, minuſque debet derideri. Ob ídque maxima eſt Dei, Sanctorum, & rerum ei ſacrarum, [a] ſed hæc etiam blaſphemia eſt, aſſertore Caietan. [b] Proxima huic, eſt deriſio parentum. [c] Cui ſuccedit bonorum & iuſtorum. [d]

a Iſai. 27.
b in d. art. 2.
c Prouerb. 30.
d Ioan. 12.

16 Deriſio inſuper aliorum qualificata, vt ſupra, eſt mortalis, ſecundùm omnes. In quam ſæpe Aulici (eo magis quempiam ſubſannantes & ſannis excipientes quo magis erubeſcit) prolabuntur. Qui ſanè, ſi in ſe deſcenderent, ſtuderéntque magis ſuis moribus & vitiis corrigendis, quàm reprehendendis alienis, conſultius (meo iudicio) facerent. Dixi (*inordinata*) quia ordinata, vt iocoſa de exiguo aliquo malo alterius, quò paruo rubore ſuffundatur, eſt actus virtutis Eutrapeliæ, quam Thom. [e] iucunditatem vertit, inclinátque ad rectè vtendum ludicris, venialis autem, quando parum exceditur modus. Mortalis verò cum inducit magnam & notabilem perturbationem. Differt autem ab aliis verborum peccatis: quia eius finis eſt, vt quis turbetur & erubeſcat. [f]

e 2. 2. qu. 163. art 2.
f iuxta S. Tho. in d. q. 75. ar. 1.
g vt ſup. in 2. præcepto, c 12. n. 86. & infra c. 23. n 118. cum ſeq. dictum eſt.
h vbi ſup. q. 76.

XI. Peccat, qui alicui maledicit inque eum maledicta congerit, maléque imprecatur. [g] Cæterùm, maledictio non accipitur hic pro maledicto, ſed pro imprecatione mali. S. Thom. aſſertore. [h]

## De detractione ſiue murmuratione.

### Summæ.

17 *Bonis in quinque honorariis nocens, vt peccat.*
17 *Detractio quid? quotuplex, & quæ mortalis. num. 18. & nu. 21.*
19 *Fama quid? vt hic accipitur, & quotuplex & n. 20.*
20 *Famæ damnum leue, & notabile, & quid vnumquodque, & num. 11. 22. & 23.*
24 *Detractor quod falſum impingens, peccat mortaliter. & 25.*
26 *Detractor, qui ſecretum detegit, peccat mortaliter. & 27.*
28 *Prodigalitas etiam famæ, regulariter non eſt mortalis.*
29 *Detractor, qui ſuum crimen detegit etiam tortus.*
30 *Detractor non eſt accuſator, aut aliàs iuſtè crimen dete-*

*gens. & 31 & 2. ſeq*

34 *Detrahit qui inuentor libelli famoſi illum diuulgat. & numer. 35.*

36 *Detractor quis audiens vel referens mala, vel bona tacens. num 37.*

38 *Detractor quis iudex inquirens, interrogans, vel iubens denunciari, viſitans, aut procurans occulta ſcire. nu. 39. 40. & 41.*

42 *Reſtituere famam, vel alias compenſare læſor, & hæres tenentur. & ſeq.*

44 *Famam non læſam tentans eam lædere, non reſtituat. etiamſi &c.*

45 *Fama læſa mendacio aliter quam læſa vero, reſtituenda.*

46 *Famæ reſtitutio condonari etiam iuſte poteſt, niſi &c.*

46 *Debitum condonatus, cui principaliter debetur.*

47 *Famæ ablatio an compenſetur ablatione reciproca.*

47 *Famæ debitum non tam facile tollitur, quam actio iniuriarum.*

47 *Famæ reſtitutio excuſatur vitæ, vel ſalutis periculo, & obliuione. nu. 48. & ſeq.*

49 *Reus negans quis non infamat accuſantem.*

50 *Famam qualis relator mali non reſtituit.*

17 XII. Peccat mortaliter, quempiam aliquo quinque bonorum honorabilium puta laudis, honoris, famæ, gloriæ, & reuerentię, quę infra, [a] definientur, notabiliter intendens lædere, vel lędens, aut dans cauſam lędendi: quod frequenter fit detractione, ſecundum ſanctum Thom. [b] iuxta quem [c] & latius tradita per nos. [d] Detractio, ſiue murmuratio, vel infamatio, definiri poteſt eſſe ſignificatio alicuius mali cuiuſpiam hominis non canonizati ſeu in Diuorum numerum non relati, inordinata, expreſſa, vel tacita, quâ lęditur, aut periclitatur eius fama, vel gloria.

a *c. 13 n. 9.*
b 2. 2. *q.* 73. *art.* 2.
c *ibidem.*
d *in repet. c inter verba,* 11 *q.* 3.

13 Dixi, *Significato*, pro genere, in quo conuenit cum mendacio, & omnibus alijs verborum peccatis ſupradictis. Dixi, *Alicuius mali*, ad comprehendendum omne malum culpæ, pœnæ, & defectus naturę, quinet diminutionem boni. Dixi, *Cuiuſpiam*, & non, *alterius*, per ſtatim dicenda. Dixi, *Hominis non canonizati*, quia infamatio famæ, & gloriæ Dei, Angelorum, & ſanctorum, imo & creaturæ irrationalis, quatenus eſt

creatura Dei, quoad eius naturam, non eſt detractio: ſed blaſphemia, ſiue id fiat ad inhonorandum, ſiue infamandum, ſiue iocandum & deridendum, ſecundum mentem S. Thom.[a] licet Angeli & canonizati, noſtri proximi ſint, iuxta S Aug.[b] relatum à S. Thom.[c]

a 2.2.q.73. art. 3. & q.13. art. 1.
b de doctrina Chriſt.
c 2.2.q.25. art. 10.
d 2.part.tit.8. c.4. in pinc.

Dixi (*Inordinata*) nō enim eſt mala, ſed bona, ſignificatio iuridica, aſſertore S. Ant.[d] Dixi (*Expreſſa vel tacita*) ad includendum ſignificationem, qua expreſſè ſignificatur bonum, tacitè vero malum quod genus eſt, qua ſignificatur monachus eſſe robuſtus, rubicundus, pinguis artis venandi, & equitandi apprimè peritus: illis enim ſignificatur tacitè, carni magis, quam ſpiritui ſeruire. Dixi (*Læditur*) & non (*Tollitur*) ad includendam læſionem partis famæ. Dixi (*Aut periclitatur*) ad includendam ſignificationem mali, quâ non læditur quidem fama, ſed eſt cauſa ſufficiens lædendi, ex parte ſignificantis, vt quum ſignificatur malum alicui non credenti illud, ob ſuam virtutem, ſeu vtilitatem dicentis, vel auctoritatem fide dignioris ei contradicentis. Dixi (*Fama vel gloria*) quia ſignificatio mali, qua parte tollit honorem, non eſt detractio, ſed contumelia.[e] Cæterum, non addidi vt ſanctus Thomas & Antonius, ac communis, verbum (*Aliena*) quia non ſolum eſt detractor qui alium: ſed & qui ſeipſum infamat, eod. S. Ant. aſſertore,[f] & etiā Caieta.[g] dicentibus, peccare eos, qui ſeipſos infamant: quamuis metu tormentorum id faciant, quod tamen infra[h] moderamur. Non etiam addidi (*Secreto*) vt prædicti: quamuis enim regulariter detractio in abſentia fiat, poteſt tamen fieri in præſentia, vt ſæpe fit. Nam qui alteri præſenti malum impingit, quo eū infamet, quamuis id (vt communis ait) ſit contumelia, qua parte tollit honorem, eſt tamen etiam detractio, quatenus famam tollit, vt idem ſanctus Antonin.[i] explicuit, & probatur illo Ariſtot.[k] *Qui furatur, vt adulteretur* (per ſe loquendo) *magis adulter eſt, quam fur.*

e vt ſup. eod. n. 1. dicitur.
f 3. part. tit. 8. c. 4. §. 1. verſ. primo modo.
g 2.2.q.73. art. 2.
h n.29. & vbi ſup.
i vbi ſup.
k Ethic. 5.

19 Atqui, fama (vt hic pro bona duntaxat capitur) eſt exiſtimatio bona de aliquo, qua putatur bonus, vel habilis in aliquem bonum vſum. Dixi (*Exiſtimatio*) pro genere, vt non ſolum comprehendat opinionem communem, ſed etiam particularem, & ſingularem vnius, vel alterius per infra dicenda. Dixi (*Qua putatur*) ad

includendam exiſtimationem, qua quis putatur habere bonum, quod non habet, vel non tantum, quantum putatur habere. Dixi (*Bonus*) propter exiſtimationem, qua putatur habere virtutes Theologicas vel morales. Dixi (*Vel habilis &c.*) ad includendum exiſtimationem, qua quis putatur ornatus prudentiâ, aliiſque virtutibus intellectualibus, & literis, artibus ſagacitate, induſtria, habitudine, viribus, alijſve dotibus animi, vel corporis inditis, vel quęſitis.

20 Quibus conſequens eſt, famam eſſe bipertitam. Alteram, qua quis putatur eſſe bonus moraliter. Alteram, qua putatur vtilis in aliquem finem. Licet autem pręfata quinque honorabilia differant inter ſe, quoad alia,[a] quoad materiam tamen pœnitendi, & cōfitendi parum differunt: ideoque quicquid hic de lædente famam dicitur, intelligi etiam poteſt de lædente alia. Famæ vero, & aliorum quatuor bonorum honorabilium damnum, eſt duplex. Leue, & Notabile. Leue eſt, quod non eſt notabile Notabile autem damnum, quod eſt cauſa, vt infamato bonum notabile animæ, corporis, vel pecuniarum adimatur, aut putetur eiuſcemodi bono indignus, vt aperte ſentit Caiet.[b] quamuis non ita explicet. Bonum autem notabile animæ, corporis honoris, aut pecuniarum dicitur, quod viro prudenti, & bono tale videbitur perſonæ, loci, temporis, aliuſque id genus perpenſis circunſtātijs[c] quamuis ſupra[d] nixi fuerimus determinare quantitatem damni notabilis pecuniarij.

21 Detractio porro diuiditur, Primo, in ſeptem ſpecies ſecundum Axexand. Alen.[e] & S. Thom.[f] Et tres ſecundum Scotum,[g] Sed, vt[h] diximus, reducuntur ad duas, putâ, ſignificationem mali falſi, & mali veri ſecreti. Secundo, diuiditur in formalē tantum, materialem tantum, formalem & materialem ſimul, vt ſupra mendacium diuiſimus. Formalis tantum eſt, qua ſignificatur bonum putatum malum. Materialis tantum, qua ſignificatur malum putatum bonum Formalis vero & materialis ſimul eſt, qua ſignificatur malum putatum malum.[i]

22 Porro, quælibet detractio ſuo genere eſt peccatum mortale: longe namque maius bonum eſt eiuſmodi fama quam pecunia,[k] & læſio pecuniæ, qualis eſt furtum,

a *vt traditur in d.c.23.n.9.*

b *2.2.q.73.art.*

c *arg.l.1.ff. de iur. delib. c. de cauſis, de off. de. leg.*

d *c. proximo, n.3.*

e *2. part. qu.146 mēb.1. ſub fin.*

f *2.2.q.73.art.3 ad 3.*

g *in 4. diſt. 15. q. 4.*

h *vbi ſup.*

i *eod. n.2.*

k *Prouer, 22. & Eccleſ. 41.*

a *eod n.2. & ſeq.*

eſt ſuo genere mortale, vt dictum eſt ſupra [a] ergo & detractio,

23 Dixi (*Famæ morum*) quia ſecus eſt de detractione famæ aliorum donorum, vt mox dicetur. Eſt autẽ mortale, quoties fit animo famam proximi notabiliter lædendi: vel citra eiuſmodi animum, eam notabiliter lædit aut dat cauſam læſionis: aduertẽs, ſeu aduertere debens, probabiliter ſuo dicto, aut facto tale damnum inferri. Veniale tantum eſt, quoties fit animo lædendi parum, aut citra prauum animum parum nocet vel notabiliter, ſed ignoranter, aut ſciens, ſed imprudenter, quũ non teneretur aduertere.[b]

b *c.2. de conſtit. § notandum 1. q. 4. ſub. c. turbatur.*

24. XIII. Peccat mortaliter, qui peccatũ falſum mortale alteri impingit: per hoc enim bona fama morũ alicuius notabiliter læditur, niſi aliqua circunſtantia, damnum famæ notabile, & periculum eius probabile excuſetur Dixi (*Peccatum*) quia detegere falſos defectus naturales puta, quod ſit luſcus, monophtalmus, ſeu monoculus, cœcus, elinguis, blæſus, claudus, mancus, gibboſus, ignarus, & alia huiuſmodi, quæ non pertinent ad bonam famam morum, nõ eſt ſuo genere, nec regulariter mortale, vt prędictum eſt: id enim de ſe nõ infert damnum notabile famę, nec prębet illi cauſam.[c] Dixi (*Mortale*) quia impingere, vel detegere veniale, non eſt de ſe mortale: quum de ſe non inferat damnũ famę notabile, per proxime dicta. Dixi (*De ſe*) quia per accidens poteſt eſſe mortale, vt cũ ex impoſitione, vel detectione venialiũ, cuiuſpiã fama notabiliter læditur. Quò fit, vt quicquid aliqui dicãt, inter impoſitionem, & detectionẽ venialiũ, & mortalium, hoc interſit, quod horũ detectio, non inferat de ſe damnum notabile, illorũ vero ſecus: & ita nonnunquam hęc eſt mortalis, illa venialis. Et proinde non eſt vſquequaque verum illud S Anto.[d] & Silu.[e] detractionẽ nempe, quæ generalibus verbis ſuâ naturâ tam mortalia, quã venialia cõprehendentibus, fit, non eſſe mortalẽ: eſt enim talis quando cum damno notabili, ſeu magno eius periculo fit aut coram eiuſmodi perſonis, de quibus credi poteſt, tam maculas mortales, quam veniales concepturas: niſi expreſſe aut tacite, non niſi de ſolis venialibus verba fieri moneãtur. Dixi (*Falſum*) quia longe rarius excuſatur a mortali, impingens falſum mortale, quam detegens verum mortale, vt mox

c *vt vbi ſup. probamus.*

d *2 part. tit. 8. c. 14. in prin.*

e *verb: detractio, §. 2.*

dicam. Per falſum autem, intelligo etiam verum, putatũ
falſum, quę eſt detractio formalis tantùm, & quod ad
detegentem attinet, eſt perinde malum, ac ſi falſum eſ-
ſet. [a] Dixi (*Alteri*) quia impingere ſibi, non eſt regulari- a *arg. c. homines,*
ter, & de ſe mortale, vt infra [b] dicitur. *21. q. 2.*

25 XIIII. Peccat, impingens peccata venialia falſa, aut b *n. 27.*
defectus naturales, vel pœnæ, falſos, cum talibus circũ-
ſtantijs, vt inferatur damnum famę notabile: vt ex pro-
ximè dictis colligitur. Et quidem, noui quendam virum
inſigniter eruditum, & probum, ab adipiſcendo egre-
gio quodam munere impeditũ, culpis venialibus vani-
tatis & iracundiæ falſis, & quendam alium defectibus
generis, viſus, & virium naturalium falſis, ab amicitia
valde vtili, & honorabili abalienatum.

26 XV. Peccat, peccatum verum mortale ſecretum al-
terius detegens inordinatè: niſi circunſtantia excuſet à
mortali: licèt enim lõgè grauiꝰ peccet ratione falſitatis,
falſum impingens, quã verum ſecretum detegens ratio-
ne tamen nocumenti famæ, pares ſunt, quod ſufficit, vt
detractio ſit mortalis, per dicta ſupra. [c] Dixi (*Secretum*)
quia detegere notoria facti, aut iuris, vel famoſa citra c *eod. c. n. 2.*
prauam intentionem nocendi, non eſt peccatum, ſaltẽ
mortale: quàmuis quibus deteguntur, ea ignorent: & in
regione, vbi deteguntur ignorarentur. Veluti, ſi quis in d *in d. repetit.*
Luſitania diceret, quempiã in Caſtella fuſtibus cęſum e *tom. 2. opuſc.*
fuiſſe, etiamſi ſit in Luſitania præſens, & ab ijs, quibus *tract. 31. reſp. 9.*
dicitur cognoſcatur: vt copioſè alibi, [d] probauimus qua f *diſt. 21. qu. 2.*
tuor fundamentis, ac trium contrariorum ſolutionibus *col. fin.*
muniuimus, & ſentit Caiet. [e] & ante illum Ioan. Maior. [f] g *lib 3. q. 10. art.*
Addidi (*Notoria iuris*) quæ namque contra ordinem iuris *2. de iuſt. & iur.*
diuulgata fuerũt, propter infamiam diuulgari non poſ- h *in 4. ſent. diſt.*
ſunt eo in loco, ad quem illa non peruenit, iuxta Sot. [g] *19. q. 4. ar. 3. ad*
Idẽq; dicendũ, de detectione illorũ, quę citò diuulgan- *1. & 2.*
da ſunt, facta ei, qui ea citò cogniturus eſt, iuxta S. Th. [h] i *lib. de ratione,*

27 Dixi (*Alterius*) detegere ſiquidem propria peccata *teg. vel deteg.*
vera, & ſecreta, & imponere ſibi falſa ſuo genere, & re- *memb. 1. q. 5.*
gulariter, non eſt niſi veniale: quàmuis per illud notabi k *in 4. de reſtit.*
liter fama lædatur, vel omnino amittatur, vt Sotus [i] ex- *q. 25. & quodl.*
plicuit, & multò antè Adria. [k] *11. pag. 17.*

28 Prodigalitas namque regulariter non eſt peccatum l *2. 2. q. 120. art.*
mortale, vt ſentit S. Tho. [l] & detectio proprij peccati, *2. & 3.*

non eſt iniuſtitia, ſed prodigalitas famæ [a] Conciliando nihilominus cum hac opinione contrariam Caietani, defendi poſſet, [b] quãdo ex ipſius infamia damnum animæ, vitę propriæ, vel alienę, ſeu honoris, bonorúmve alienorum ſequitur. Animę propriæ, vt quando indigens notabiliter fama quo ſe honeſtè contineat, eam prodigit: alienę verò, vt qui pro iuſto habitus, hæreſes, aliáve turpiſſima ſua delicta detegit, quod probabile eſt fore cauſam, vt alij in eadem incidant. Vitæ propriæ, vt qui crimen detegit, ob quod eiuſdem, aut alicuius membri diſpendium ſeu iacturam meretur. Infamię alienæ, vt qui monachus, & monialis, ſeipſum infamant peccatis, quæ ipſorum ordini, aut monaſterio notabilem infamiam inferunt Bonorum alienorum, veluti cùm is, cuius operâ ad ſui gubernationem Reſpu, indiget, ob eam ad id ſe inhabilem reddit. Quibus ſanè quatuor caſibus, nemo neget, eſſe peccatum mortale ſeipſum infamare: quum prçiudicet alteri, vel ſibi in his, quibus iure renuntiare non poteſt: quod genus ſunt ſalus animæ, & ad illam neceſſaria, [c] vita denique, & amiſſio membri ac corporis. [d] Aliorum verò, præfatorum communis & noſtra opinio, procedat regulariter extra hos quatuor caſus: quãquam hæc conciliatio omnino vtrorumque mentibus non congruat. Quæ omnia limitantur procedere, dum non peieratur cùm omne periurium, ſuo genere ſit mortale. [e]

29 Quibus conſequens eſt, à fortiori, regulariter non eſſe mortale de ſe confiteri crimina falſa, aut vera occulta ob metum tormentorum, aut ſuſpectam iudicis ſæuitiam, cùm id facere ſponte, non ſit tale. Eſt tamen mortale quatuor caſibus proximè dictis: niſi cùm tale quid detegit, perſuaſus ſe torquendum eſſe tantiſperdum confiteatur, aut vitam amittat, vt ſingulariter & nouè dixit Sotus, [f] eiuſmodi namque caſu (vt ille ait) nõ tam mortis ſuę dat cauſam, quàm vna morte, multas redimit, & compendio mortis, longos intolerabiléſque cruciatus euitat: quem [g] ſequuti fuimus: quàmuis nunc diſpliceat: niſi quando certus foret aliis coniecturis, quàm minis iudicis, ſe vſque ad mortem torquendum, putà quia ſolitus eſt iudex ſæuire ita torquendum. Tũ, quia negare non poſſumus, hoc eſſe cauſam ſuæ necis

a *iuxta gloſ. memora in proœm. Grego. verb. prodigua, & per alia à nobis vbi ſup. adducta.*
b *vt diximus vbi ſup.*
c *c. iurauit, cum ei adnot. per alios & per nos, de probat. ca. tenor, de re iudic.*
d *l. non tantum, ff. de appell. l. liber homo, ff. ad l. Aquil. c. cõtingit, 1. de ſent. excom. gloſſ. ſing. l. pactũ inter hæredẽ, ff. de pact.*
e *vt dictum eſt, ſup. ca. 12.*
f *lib. de rat. teg. & deteg. memb. 3. q. fin.*
g *vbi ſup.*

præbere, quod nemini licet. [a] Tum, quia exploratũ habere non poteſt veram iudicis voluntatem eſſe adeo firmatam quàmuis eam verbis aſperis, non obſcurè explicet. Interdum enim iudices quò veritatem exprimant, fingere ſolent.

30 Dixi (*inordinatè*) qui enim iuridicè id facit, non peccat: vt qui iuſtè accuſat, imò, meretur, aliis circumſtantiis in id neceſſariis concurrentibus, S. Ant. aſſertore, [b] quamuis priuatæ vtilitatis causâ accuſet, nec ſecreta monitio præcedat, [c] quia iuſtè detegit: niſi odio, aut vindictę immoderatę libidine id fiat.

31 Idémque dicendum, de eo, qui citra accuſationem, abſque tamen mortifera intentione, detegit peccata vera aliorum ſecreta, quando, & modo quo ſua detectio reipu. expedit: quò eum puniat, aut caueat, ne proximus damnum ſpirituale, ſeu temporarium accipiat. Vt qui denunciat hæreticum, ne inficiat: proditorem, ne prodat: leprâ, aut peſte alióve morbo contagioſo attactum, ne ſuo morbo alios contaminet: inhabilem ne ordinetur, aut ei beneficium conferatur, néve indignus ad hæreditatem admittatur: latronem, ne furetur: periurum, ne ſuo falſo teſtimonio noceat: adulterum, & homicidam, vt ab aliis caueantur, & iſtiuſmodi alios flagitiis & ſceleribus aſſuetos, ac nocere paratos. [d] Id enim non fit inordinatè: cùm iure concedatur, [c] & conſequenter, poteſt quis latronem, furtaque eius occulta detegere, quò vitentur damna reipub. & priuatorum, etiam citra correctionem fraternam, ſi per eam non ſperatur correctio, aliàs ſecus, niſi de illis ſpecialiter, & iuridicè interrogatus fuerit, iuxta Io. Maior. [f]

32 Quò fit, vt peccet, qui vt vitetur damnum corporale, aut ſpirituale innocentis, crimen alterius detegit. [g] Nam Titius ſciens Seium equum furatum fuiſſe, cuius Marius falsò accuſatur, & iniuſtè condemnabitur, niſi Titius peccatum ſecretum Seij detegat, ſi ob id Marius liberandus erit, detegere tenetur, S. Thom. [g] aſſertore, [h] iuxta illud. [h] *Erue eos, qui ducuntur ad mortem.* quod poſtea [i] tenuit Sot. [i] Sic etiam non peccat, qui vt teſtis corã ſuo iudice, & ſuperiore delicta, & defectus proximi detegit: id enim non detegit inordinatè. [k] Nec qui ſua delicta, culpas, & defectus ſuo iudici, ac ſuperiori confite-

a *ca. ſi non licet,* 23. *q* 5.

b 2. *part. tit.* 8. *c.* 4 *ante* §.

c *vt ibid. probauimus, poſt Adr. in* 4. *de correct. frater. col.* 17. *verſ. ad* 2. & *Sotum in d. lib. de rat. teg. membr.* 1. *qu.* 5. *pag.* 10. *quicquid Silu. verb. accuſatio. q.* 3. & *Caiet.* 2. 2. *qu.* 73. *art.* 7. *dicant.*

d *de quibus vbi ſup. à nu.* 854. *vſque ad n.* 855. *Id diximus.*

c *l. ſiquidem, C. de iniur. l. ſi quis & l. cum qui, ff. eod. cum additis, vbi ſup. n.* 848.

f *in* 4. *ſent. diſt.* 21. *q.* 2.

g 2. 2. *q.* 70. *ar.* 1. *tradimus latiùs vbi ſup. nu.* 702.

h *Prouerb.* 24.

i *li.* 5. *q.* 7. *art.* 1. *de iuſt. & iur.*

k *vt latè vbi ſup. n.* 698. *probauimus.*

tur, quando, cur, & quomodo iure diuino & humano poteſt, aut debet: id enim non eſt detegere inordinatè, vt alibi,[a] copioſè probo, multa peculiaria hac de re pertractando.

a ubi ſup.

33 Dixi (*Niſi aliqua circumſtantia excuſet à mortali*) tunc enim non foret peccatum aut non niſi veniale: veluti, cùm quis peccata mortalia eius, qui ſe de illis iactare ſolet citra mentem eum lędendi, detegit: quia eius fama, ſaltem notabiliter, non læditur, & qui citra animum lædendi, detegit perſonæ, quæ nō oberit, imò fortè proderit, qualis eſt is, cui dicere perinde eſt, ac lapidi dicere: quales etiam parentes, & alij, qui creduntur nullatenus nocituri, nec publicaturi.[b] Itaque illud Caiet.[c] *Detectio mali parenti facta, non eſt peccatum*, limitandum eſt, niſi huiuſmodi peccatum foret, & eiuſmodi parens, vt detectio facta ei, plus, vel ęquè noceret filio, quàm aliis facta.

b c. hoc videtur. 22. q. 5.
c 2. 2. q. 73. ar. 2.

34 XVI. Peccat qui inuenit ſchedram, in qua quis ſua peccata ad memoriam ſuæ confeſſionis, ſcripſerat, eáque diuulgat: niſi talia forent, quorum euulgatio parum famę noceret. idémque de illo, qui legit (etiamſi non diuulget) ſchedulam, in cuius principio ſcriptum erat: *Memoriale meorum peccatorum*, aut aliud ſimile, quo ſcire teneretur, eius auctorem nolle ab alio ea legi.[d] Quia licèt fortè non reperiat notabiliter lædentia: præbet nihilominus iuſtam lædendi cauſam, quod ſufficit, per prædicta.

d vt in ea ſacerdos, de pœn. diſt. 7. n. 8. diximus.

35 XVII. Peccat, qui libellum famoſum componit & ſcriptis procacibus quempiam diffamat, quibus peccata aliena falſa, aut vera occulta deſcribit & euulgat vt legantur, aut eiuſmodi libellum inuenit, nec lacerat ſed diuulgat.[e]

e 5. q. 1. c. 1. & 2. l. 1. C. de libel. fam.

36 XVIII. Qui peccata aliena vera, vel falſa audita ab aliis, aliter quàm audiuit, augendo illa, vel certitudinem illorum, notabiliter nocendo aliis refert: perinde namque facit, ac ſi à ſe viſa referret: & ita idem de vtroque cenſendum.[f] Dixi (*Aliter, &c.*) quia alioqui nō peccaret, ſaltem mortaliter, ſi aliàs non intendit famam eius notabiliter lędere, nec lędit, aut dat cauſam iuſtam lęſioni, nec affirmat illud verū eſſe, aut ſcire: ſed ſolùm audiſſe, nec quicquam aliud, quod eſſet iuſtâ causâ cre-

f arg. c. dudum, 2. de elect.

dendi interueniat: puta, auctoritas perſonæ, cum acceſſione nonnullorum rem certiorem facientium, quibus probabilis cauſa credendi, audientibus præbeatur. Diximus (*Abſque animo notabiliter lædendi*) ille ſiquidem, nedum hoc, ſed & quodlibet aliud colloquium facit mortale.[b] quàmuis profiteretur ſe non credere.

a *vt in d. repet n. 450. dictum eſt.*

b *per dicta ſup. eod. c. n. 1.*

37 XIX. Peccat, qui audit ſuggillantem, ſeu detrahentem, aſſentiendo, vel non reſiſtendo, quum id facere deberet. Nam, qui audit detrahentem, plus ac minus, & æque atque ille peccare poteſt: ac meteri, qui enim audit inſtigando alium, & interrogando, vt proferat, poteſt plus, quàm proferens peccare, iuxta Adr.[c] per quoddam decretum Vrbani,[d] quod tamen non loquitur de eo, qui audit, & eſt cauſa mali, ſed qui malum non eſſe defendit: ob idque melius probatur alijs iuribus,[e] vt diximus.[f] Cæterum qui audit, nec præbendo ad id cauſam, nec impediendo, eo ſe delectans, non ſecus quam qui dixit, cæteris paribus, peccat; iuxta S. Thom.[g] Qui tamen audit, ſine aſſenſu, & delectatione, quod ita detrahatur, licet non contradicat, ob verecundiam, aliamve non prauam rationem humanam, non peccat mortaliter, niſi tribus caſibus, iuxta S. Thom.[h] Primus, ſi eſt ſuperior: putà iudex, parens, aut magiſter, qui reſiſtere tenentur. Secundus, ſi aduertit ex eo magnum damnum dicenti, vel alteri euenturum præter infamiam, & contradicendo id auertere poſſet. Tertius, quando fama eius, cui detrahitur notabiliter læditur.[i] Qui vero reſiſtit verbis, geſtu triſti, aut alijs ſignis in id idoneis, regulariter meretur.[k]

c *quodl. 11. qu. 2.*

d *c. qui aliorum, 24. q. 3.*

e *c. ille, & c. qui exigit, 22. q. 5.*

f *vbi ſup.*

g *2. 2. q. 73. ar. 4.*

h *in d. q. 73. art 4.*

i *vt vbi ſup. nu. 548. & 549. poſt S. Anto. & Caiet. verb. detractio probauimus.*

k *vt ibidem addimus.*

XX. Peccat, qui interrogatus de vita, & moribus alicuius, vel alias cum teneretur notificare virtutes illius, ſupprimit eas, cum eius notabili damno boni quæſiti, vel quærendi per ſupradicta.

38 XXI. Peccat, iudex inquirens ſpecialiter, vel per viam inquiſitionis procedens contra aliquẽ, nulla præcedente infamia: quandoquidem intendit lædere famam illius, aut lędit, ſeu dat cauſam læſioni inordinatę contra iura, prohibentia ſpecialiter procedi via inquiſitionis aduerſus aliquem, iuſta infamia non præuia.[l] Nec ſufficit, ſcire eſſe duos aut tres teſtes, quibus eius delictum probari poſſit,[m] & à fortiori, minus, eſſe

l *c. ſuper his, & c. qualiter, & quando, de accuſ.*

m *per c. inquiſitioni, eod. tit.*

nonnulla indicia,[a] quod Sot.[b] & Caietan.[c] non ſatis diligenter aduerterunt, propter dictum quoddam S. Thom. non bene intellectum.[d] Dixi (*Specialiter*) nam generaliter inquirere poteſt, nulla perſona aut delicto expreſſo.[e] Dixi (*per viam inquiſitionis*) quia per viam accuſationis legitimæ, poteſt, vt ſupra dictum eſt. Sufficit autem, delictum eſſe notorium, licet delinquens ſit occultus, vt quæri de eo poſſit generaliter: non tamen vt quæratur nominatim, an hic, aut ille id fecerit, vt contra prædictos cum Inno. communiter recepto diximus.[f]

39 XXII. Iudex interrogans reum poſt confeſſum delictum, de ſocio, vel auxilium præbente, ſi adhuc erat occultus, extra caſus infra ſcriptos, quibus id facere licet, eadem ratione, qua ſupra. Idem eadem ratione in Reo qui ſocios occultos indicat, extra caſus prædictos, producendum eſt.[g]

40 XXIII. Peccat, Prouiſor, Vicarius, aut Officialis generaliter omnibus ſubditis præcipiens, vt qui viderunt ſeu audierunt eiuſmodi maleficium ſeu delinquentem denuntient, ſecundum Sotum[h] ratione ſupradicta: id enim iuri aduerſatur, quo ſubditi non tenentur denunciare iudici delinquentem, vt eum puniat: ſed vt damnum, quod fecit reſtituat, quod reſtitui poteſt citra eius denunciationem. Cppoſitum tamen melius viſum fuit[i] idemque nunc videtur: tum, quia eiuſmodi mandata generalia, intelligenda ſunt ſecundum ius,[k] & ita ſaluâ fraternâ correctione, & conſequenter, quando ea eſt neceſſaria, iuxta S. Thom.[l] communiter receptum, hoc eſt, ſi fur, aut maleficus ſecreto monitus, noluerit reſtituere. Tum, quia vſum ferendi eiuſmodi mandata, recepiſſe videtur eccleſia. Tum, quia Caiet.[m] aſſeruit non peccare iudicem interrogando reum, iam confeſſum ſuum delictum, de ſociis criminis generaliter, quando ſunt tales, de quorum aliis poteſt interrogare, de aliis non, ſi eius mens non ſit interrogare, niſi de quibus iure poteſt, & debet. Tum, quia[n] ad nauſeam vſque fundamentis eius reſpondimus, quamuis fateamur, melius fore, ſi iuberet ſola illa, quæ ſunt notaria, vel publica per famam, denunciari.[o]

41 XXIIII. Peccat Prælatus, Iudex. Viſitator, aut quiuis

alius

a vt vbi ſup. euidenter probauimus, n. 580.
b de ratione teg memb. 2. q. 6. verſ. at vero. & clarius paulo poſt, verſ. tertium dubium.
c 2.2. q. 69. ar. 2.
d vt ibi declarauimus.
e l. congruit. ff. de offic. præſid. & c. 2. de offic. ord.
f ibid.
g vt vbi ſup. nu. 585. diximus.
h vbi ſu. pag. fin.
i in d. repet. concluſ. 6.
k l. ſi procurator, ff. de condict. indeb. cap. cauſam quæ, de reſcript.
l 2.2. q. 33. art. 1. ad 1.
m Tom 1. opuſc. tract. 31. reſpon. 5. ad. 1.
n illic.
o iuxta c. qualiter & quando, 1. cum ei adnot. de accuſat.

alius priuatus procurans, aut volens noſcere peccata ſecreta alicuius, à quo, quando, cur, & vbi non debet, aut compellens carcere detentum ſtatim iurare ſe dicturum verum in omnibus, de quibus interrogatus fuerit, interrogans particulariter de omnibus, & ſingulis facti ſpeciei partibus, ob quod carcere detinetur, ratione ſupradicta. Adeóque magis peccat, quàm qui audiunt ſimpliciter detractionem mortalem, cum aſſenſu. Quoniam is eſt tanta, vel maior cauſa detractionis, quàm qui ſimplici aſſenſu audiunt detractionem mortalem, ſupra verò dictum eſt, peccare mortaliter eum, qui cum aſſenſu detractionem mortalem audit.

## Fama quomodo reſtituatur, aut condonetur.

42 XXV. Peccat, qui nolens reſtituere damnum famæ notabile datum iniuſtè à ſe, vel ab eo cuius hæres eſt, alteri illud non condonanti ſi nulla cauſa excuſat. Quia damnum famæ, neceſſariò reſtituendum eſt, [a] & bonũ famę maius eſt, quàm bonum pecuniarium. [b] Atqui, damnum boni pecuniarij neceſſariò eſt reſtituendum, [c] ergo & damnum famę [d] Vnde, licèt abundantia rei nummariæ, ei, cui debetur, interdum debitorem à reſtituendo, ſaltem ſtatim, excuſat: abundantia tamen bonæ famæ, non item: imò ad reſtituendam eam magis obligat, vt rectè Ioan. Maior. [e] probat. Quinetiam, ſicut, qui notabiliter famam læſit per vnum peccatum, habentem alia notoria peccata mortaliter peccat, ita ad reſtitutionem damni tenetur, vt rectè Adri. [f] probat, & ſanctus Thomas, [g] ſentit, perpendente id Caietan. quicquid in hoc Palud. [h] ſenſerit. Imò, & qui ob vitæ periculum, aliiſve de cauſis, famam reſtituere non poteſt, eam re ſarcire ac compenſare tenetur, vt qui alium percutit, aut manum abſcindit, quam reſtituere non poteſt, iuxta legem diuinam, [i] iure [k] renouatam & declaratam per doctores, [l] ac S. Thom. [m]

43 Nec infamans excuſatur, ſaltem quando mentiendo infamauit, quòd in aliis duplò, vt triplò magis, eiuſdem famam augeat, iuxta eundem. [n] Nec etiam excu-

[n] *in 4. ſent. de reſtit. q. 34. vt ibi ſup. diximus.*

a *vt latè in repe. c. inter verba, 11. q. 3. conclu. probamus, textus eſt memorabilis, in c. quiſquis, 5. q. 1.*

b *Prouerbiorum, 22 & Eccleſ 41. cum aliis relatis vbi ſup. n. 218.*

c *c. peccatum, de reg. iur. lib 6. c. ſi res aliena, 14. q. 6.*

d *vt tenet S. Th. 2. 2. qu. 62. art. 2. S. Ant. 2. par. tit. 2. c 2. § 3. & commun. S. Th. Richar. & alij 4. ſent. diſt. 15. & Oſtienſ. in ſum. de pœnit. verſ. quid de accuſatore.*

e *in d. diſt. 15. q. 16.*

f *quodl. 11.*

g *2. 2. q. 7. ar. 1.*

h *in 4. diſt. 19. in fin.*

i *Exod 21.*

k *per ca. 1. de iniur.*

l *ibi & l. ex hac, ff. ſi quadr. pau. fec. dic.*

m *2. 2. q. 62. art. 4. & in 4. diſt. 15. q. 1. art. 6.*

ſatur, quod infamatus ſe ab infamia liberauerit ſuis o-ptimis factis falſitatem eius, quod falsò ſibi impoſitum fuit docens, aut abolitâ eorũ apud quos infamatus fuit malâ, quam conceperãt opinione: quòd vanitatem atque leuitatem detrahentis intellexiſſent, iuxta Adria.[a] quod quàmuis[b] ſequuti fuimus, nũc tamen eam æquiore iudicij lance pendentes, non ſequimur: eius namque rationes ſolùm probant, teneri reſtituere damnũ, quod infamatus accepit, quamdiu infamatus fuit: non autem ad famæ iam recuperatæ reſtitutionem.

Quibus adnoto, infamatum, cùm ex ſua infamia Reſpublica damnum capit, teneri procurare reſtitutionem ſuæ famæ, quando eſt perſona publica.[c]

At verò damnum acceptum à malè infamato, durante infamia, non eſt integre reſtituendum: ſed quantum prudenti & bono viro viſum fuerit,[d] quod (noſtro iudicio) intelligendum, de damno boni quærendi, non de damno boni iam quæſiti.[e]

44 Dixi, *Damnum datum*, quia cupitum, & non datum, quòd dari non potuit, vel pœnituit, non eſt reſtituendum: nam licèt volens nocere, noxâ non ſequutâ, peccet, non tamen tenetur reſtituere.[f] Quò fit, vt qui ſuggillat alicuius famam penes alios, animo infamandi eũ, etiam inuidiâ, odio, vindictâ, quæſtu, aliáve ratione iniuſta, ſi illi ob id ſiniſtram opinionem non conceperunt, nec bonam depoſuerunt, non tenetur reſtituere famam: quia eam nõ ademit, licèt in eo peccet, Adria.[g] (quem ſequimur[h]) determinatore.

Cæterùm, qui immodicè laudando alium, alterius famã notabiliter extenuat (quales multos in Curiis, aulis, ſcholis imò & monaſteriis reperias) reſtituere tenetur.[i]

45 Qui porrò famam alienam mentiendo læſit, debet eam reſtituere, maledicta benedictis mutando, & criminationibus palinodiâ medendo, aſſerendóq; ſe fuiſſe mentitum, aut ſaltem dixiſſe falſum. Imò & teſtes producere (ſi opus erit) quò diſſuadeat, quod perſuaſit, ſecundum Sotum.[k] Quorum poſterius durum videtur nobis, putantibus ſat fore iurare, ſi ſecus ei fides non adhiberetur. Tum, quia maiorem cauſam dat credendi reuocationem iurando eam, quam dederat credendi falſum, quod eis citra iuramentum dixerat. Tum, quia

a *in d. q. 34.*
b *vbi ſup.*
c *iuxta S. Greg. homil. 9. ſuper Ezech. & S. Th. 2. 2. qu. 72. art. 3. & S. Aug. in ca. nolo, 12. qu. 1. & c. nõ ſunt audiendi, 11. q. 3.*
d *ſecundùm Sotum lib. 4. qu. 6. art. 3. de iuſt. & iur.*
e *arg. cap fin. de iniur.*
f *per ſæpe dicta, in ca. præced. & vbi ſup.*
g *quodl. 11. litera R.*
h *vbi ſup.*
i *iuxta Adri. in 4. quodl. col. pen.*
k *lib. 4 q 6. art. 3. de iuſt. & iur.*

nunquam fuit vſu receptum. Tum, quia teſtibus tunc demum ad ſummum opus eſſet, cùm ſuſpicio foret, illum ad palinodiam precibus vel pretio, non conſcientiâ inductum.

Quinetiam, infamans detegendo delictum verum occultum, reſtituere tenetur, iuxta S. Tho. [a] communiter receptum, non quidem aſſerendo ſe falſum dixiſſe, ſed perperam loquutum fuiſſe: quod non ſufficere dixit Oſtien. [b] Ideóque Ioan. Maior. [c] aſſerit, oportere, & ſatis eſſe, ita dicere, quando tale delictum de tali effutiui, illud verum exiſtimabam, ſed adhibitâ poſtea diligentiâ, deprehendi me prauè loquutum. Qui modus licèt aptior ſit, quum nullum mendacium contineat, neque ex eo tam facilè atque ex communi colligi poſſit verum eſſe, quod malè dictum fuit: non tamen videtur tutus quoad viros prudentes & doctos, apud quos ſatius foret reſtituere laudando ſæpius virtutes, quibus ornatus eſt, eis perſuadendo, vt pro tali habeant, nulla mentione facta mali antea per eam (licèt verè) detecti Caiet. [d] aſſertore.

His ampliùs adnoto, dicere Sotũ, [e] eũ, qui verũ dicẽdo infamat, non teneri ad tãtam reſtitutionẽ, ad quantam, qui mentiendo id facit. Quod non videtur nobis tutum, licèt enim plus peccet, non tamen magis nocet. At reſtitutio, cùm actus ſit iuſtitię, [f] potiùs reſpicit nocumẽtũ, quàm modũ nocẽdi Dixi, *Ab eo cuius hæres eſt*, quia hęres detractoris, non ſolùm iudicio exteriori, ſed etiam interiori tenetur reſtituere, ſecũdùm Adr. [g] id efficaciter probantem & aſſerẽtem, non ſecus mortaliter peccare hæredem, prędictam compenſationem pro defuncto non faciẽtem, quàm ſi alia debita non ſolueret.

46 Dixi, **Condonanti**, quia obligatio reſtituendæ famæ, ab infamato condonari poteſt, vt ſentit S. Ant. [h] & eum non referens exprimit Adr. [i] & poſt eum, Sotus. [k] Tum, quia poteſt quis damnũ ſuorum bonorũ condonare regulariter, [l] fama autẽ, in bonis noſtris eſt. Tum, quia poteſt quis remittere, quod ſibi debetur caſibus à iure non prohibitis, in quibus hic non eſt. [m] Licèt contrarium teneant Caietan. [n] & Ioan. Maior. [o] Ad quorum fundamenta reſponderi poteſt. Primò, fatendo, peccatum eſſe, ſeipſum ſine cauſa infamare, quin-

a 2.2.q.62. art. 2. & *in 4. ſent. diſt.* 15. *q.*2. *art.* 5.*ad* 2.
b *in d. verſ. quid de accuſatione.*
c *in d. diſt.* 15. *q.* 16.
d 2.2.*q.*72. *art.* 3
e *lib.*4.*q.*7. *art.* 3. *de iuſt. & iur.*
f *vt ſupra c.* 17. *n.* 6. *dictum fuit.*
g *quodl.* 11.
h 2. *part. tit.* 2. *c.*1. §.3.
i *in* 4. *de reſtit. q.*33. *quodl.* 11.
k *de rat. teg. memb.*1.*q.*3.
l *iuxta gloſſ. recept. verb. reſtituatur, ca. peccatum, de reg. iur. lib.*6.
m *c. ſtatutum* §. *ſi quid, adiunctæ gloſſ. de reſcript. lib.* 6. *ca. exigit, de cenſib. eod. lib. per locum à ſpeciali.*
n 2.2. *q.*73. *art.* 2. & *in ſum. verb. detractio.*
o *in d diſt.*15. *q.*16.

etiam, interdum infamiam condonare: ſed negando, ex hoc caſu ſequi, eius remiſſionem non valere: interdum namque etiam peccat, qui ſua bona amittit, aut debitũ remittit,[a] eius tamen remiſsio valet, niſi aliud obſtet. Secundò, quòd damnum infamiæ principaliter afficit infamatum, minùs principaliter autem bonum publicum, ſufficitque condonatio eius, ad quem primariè damnũ pertinet.[b] Nam ſi mille modij tritici mihi igne cuiuſpiam culpâ abſumantur, nõ ſolùm mihi, ſed etiam ciuitati damnum fit, & pauperibus, qui ſibi de eo prouidere emptione, aut eleemoſynâ potuiſſent: ſed quia ad me ſolum principaliter pertinet, ad ciuitatem autem & pauperes minus principaliter, mea ſola condonatio eũ qui eiuſmodi damni cauſa fuit, liberat, vt alibi copioſiùs diximus.[c] Opinioni tamen Maioris & Caietani poſſet eſſe locus illis quatuor caſibus, quibus ſupra[d] dictum eſt, peccare mortaliter qui ſeſe infamat. Et quidem non ſolùm interdum famæ reſtitutio condonari poteſt, vt condonatio valeat: ſed etiam vt iuſta ſit & meritoria: quum ſcilicet, fit iuſta de cauſa, & aliis circumſtantiis concurrentibus, cum quibus etiam alterius debiti remiſsio eſt meritoria.[e] Dixi (*Alteri*) quia nemo tenetur eam ſibi reſtituere, niſi prædictis quatuor caſibus, quibus remiſsio famæ non valet, & detractio eſt peccatum mortale.

47 At verò, qui ſe mutuò infamarunt, per compenſationem à reſtituendo non excuſantur. Tum, quia non videtur hac in materia compenſationi locus eſſe.[f] Tum, quia damnum eis illatum, reciprocâ infamiâ non tollitur, ſicut debitum vnius, debito reciproco alterius.[g] Condonatio autem infamiæ, factæ petenti generaliter veniam omnium detractionum, excuſat reſtitutionem earum, ad quas veriſimilis intentio condonantis extenditur, non aliarum.[h] Infamatus verò, conuerſando familiariter cum infamante, videtur quidem remittere iniuriam[i] non tamen obligationem reſtituendi ſibi famam quam abſtulit, ſicut nec alius creditor per conuerſationem cum debitore, remittit debitum.[k] Dixi (*Ceſſante cauſâ*) ſunt enim aliquot cauſæ ab hac reſtitutione excuſantes, in quibus eſt iuſtus timor mortis & ſalutis: quàmuis ſit reſarcien-

a *c. quid dicam, 4. q. 4. Archid. in c. ſicut hi, 47. diſt.*
b *c. quàmuis pactũ, iuncta gloſ. de pact. li 6. Et gloſ l. de vno, de iudic. cum adductis ibi latè per Hippolit.*
c *vbi ſup.*
d *eod. n. 28.*
e *iuxta gloſſ. ca. peccatum, de reg. iur. li. 6.*
f *per dicta Pan. poſt alios in cap. bona fides, de depoſi.*
g *l. 1. ff. de compenſ.*
h *arg. l. cum Aquiliana, ff. de tranſact.*
i *l. non ſolùm, §. 1. ff. de iniur.*
k *l. cum de indebito, ff. de prob.*

dum damnum aliâ viâ. Quatuor enim ſunt bonorum ordines: videlicet, animæ, corporis, famæ, aut honoris, & pecuniæ: bona autem primi ordinis, ſunt potiora bonis ſecundi, & ſecundi potiora tertij, ac tertij potiora quarti, [a] nemo autem tenetur reſtituere bona inferioris ordinis, cum iactura bonorum ſuperioris, quàmuis ſecus cum iactura bonorum eiuſdem, aut inferioris ordinis, vt ſingulariter Caietan. [b] prodidit. Cuius determinationem in hac traductione ſupra [c] defendimus aduerſum Sotum. [d]

Ad dubium autem, quod huic conſequens eſſe videtur. An nimirum qui ſuo mendacio fuit cauſa, vt alius faceret iacturam maximorum bonorum, excuſaretur à reſtituendo, ſi reſtitutis eis perderet locum honoris, quem habebat apud vulgus, ratione diuitiarum? Reſp. concedendo ſequelam, quoad talem reſtitutionem, quæ non poſſet fieri ſine tantæ falſitatis detectione: non autem quoad aliam. [e]

In eiſdem etiam cauſis eſt tanta obliuio & obliteratio dictæ infamationis, vt perinde ſit, ac ſi nunquam facta fuiſſet, ſecundùm S Anton. [f] ne pro reſtitutione famæ, renouatio infamiæ fiat: quàmuis (meâ ſententiâ) reſarcire deberet iudicio boni viri, pecuniâ, beneficijs, vel laudibus damnum, ſi quod à tempore illatæ infamiæ, ad eiuſdem vſque obliuionem fuerit paſſus. Dixi (*Ac ſi nunquam facta fuiſſet*) quia, ſi qua eius memoria reſtat, reſtitui debet. Tum, quia ſingulariter Caiet. [g] determinauit, eum, qui adoleſcens falsò apud ſibi æquales & coæuos iactauit, ſe cum tali puella rem habuiſſe, & poſtea ſenex illius peccati, & damni; quod proximo intulit, recordatus eſt, apud eoſdem mendacium reuocare teneri. Tum, quia difficile eſt certò ſcire, id perpetuâ obliuione obrutum & contectum eſſe, cùm quod quis vno die non meminit, altero die recordetur, præſertim, quum ea ſit memoriæ vis & excellentia, vt vel inuiti, quandoq; recordemur eius, quod perpetuo obliuionis inuolucro obrutum eſſe optaremus. Tum, quia interdũ tanto firmius credimus, quanto quis detractioné quam fecit, poſt tot annos, & poſt tam frequenté cõfeſſionem ac cõmunionem, non curat reuocare, & quidé Caiet. ſentit huic moderationi non eſſe locũ, niſi in

*a vt in d repet. concl. 4. & ſeq. dictum eſt.*
*b 2. 2. q 62. art. 6. ad 3. & in paruis opuſc. lib. 17. reſp. 14. reſolut.*
*c ca. proximo, n. 89. & ſeq.*
*d lib. 4. q. 6. art. 3. de iuſt. & iur.*
*e iuxta c. officij, de pœn. & remiſ. ſup. c. 16. nu. 43. declaratum.*
*f 2. part. tit. 2. c. 2. § 3.*
*g 2. 2. q. 62. art. 2. ad 2.*

detectore veri ſecreti. Nam, ſecundum cum impoſitor falſi, tenetur reſtituere, non obſtante obliuione. Quod durum non videtur: deberet enim ſufficere, ſaltem quærere ab eo, apud quē id impoſuit, num alicuius delicti, ꝙ de tali dixiſſet, meminiſſet; &, ſi reſpōderet negatiue, cū rogaret, ne ob vllum ſuū delictū ipſum deteriorē putaret, teſtans citra vllam expreſſionem, falsū ei narraſſe.

48 In eiſdem eſt etiam diuulgatio eius, quod male detectum fuit, facta alia via, quamuis teneretur reſtituere damnum interiecto tempore à tempore infamiæ vſque ad diuulgationem acceptum, vt ſingulariter ſentit Adr. [a] noſque alibi [b] probamus. Dixi (*Iuſte*) ad ſignificandum; quod, ſicut nemo lædens iuſtè famā alterius, vel ſuam, peccat: ita nec tenetur reſtituere.

49 Quò fit, vt non obligetur accuſatus de vero crimine ſecreto, reſtituere famam, cuius accuſator iacturam fecit, quod illud non probauerit, ſi id confiteri non tenebatur, quamuis negando peccaret. Nec quamuis confiteri tenebatur, ſi non reſpondet accuſatorem calumniari, ſed decipi. Nec etiam quàmuis reſpondeat calumniari, ſi ſibi non credatur, eo quod iudices, & alij credunt, accuſatorem (quamuis intentum probare nequiuerit) contra ſuam conſcientiā non accuſaſſe, vt pulchre Caie [c] probauit Contraria vero communis Rich. Scoti, & aliorum, [d] procedere poteſt in accuſato, qui ad confitendum crimen obligatus, non ſolum illud pernegat, ſed etiam affirmat ſuam accuſationem calumnioſam eſſe, idque perſuadet, quicquid Caiet. [e] hac de re ſubtiliter magis, quam ſecure diſputet. Is porro qui ad pœnam debitâ minorem à iudice damnatur, quod neget veritatem, quam tenebatur confiteri, non obligatur in conſcientiæ foro ſubire eam, ad quam damnatus fuiſſet, confeſſâ veritate: in eo namque, non tenetur ad pœnam, donec à iudice damnetur. [f] Dixi, *Ad pœnam*, quia debitum, & intereſſe citra condemnationem, imo & poſt iniquam abſolutionem, debetur. [g]

50 Inſuper, non obligatur, qui delicta aliena à ſe audita, otioſè, citra tamen affirmationem, ſolum refert: quamuis audiētes ea credant, ſecundum Adr. [h] & Sylu. [i] Quia non dat eis iuſtam cauſam credendi, niſi circumſtantia perſonæ, vel alia eam iuſtam efficeret: & referēs exi-

a *in 4. de reſtit. q. 33.*
b *vbi ſup. à nu. 659. & à nu. 865.*
c *2. 2. q. 62. art. 2. ad 2.*
d *diſt. 15 art. 5. qu. 1. & qu. 4. art. 3. & alijs quæſt. ibidem.*
e *vbi ſup.*
f *iuxta gloſſ. recept. in c. fraternitas, 12. q. 2. & S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 3. pro quibus textus in § in hac.*
g *iuxta Innoc. cum cōmun. in c. quia plærique, de immun. eccleſ.*
h *vbi ſup. eod. tit. ſub fin.*
i *verb. detractio, q. 4.*

ſtimet, aut exiſtimare debeat, audientes non ſecus illa credituros ac ſi affirmaret. [a] Nec qui ſtultè refert delictum ſcientibus illud, quàmuis tunc temporis illius non recordentur. Nec cùm qui dicit, adeo leuis eſt, qui verò audiunt, adeo graues, vt eius dicto nulla ratione moueātur. Nec quando is aduerſus quem dicitur, adeo vilis eſt, famæque prodigus & inops, vt nullam notabilem iacturam faciat, iuxta Adr. [b] Neque qui peccatum alienum cum tali ſui auctoris pœnitentia refert, vt abſque vlla infamia, eum honoret. Nec qui ſolam occaſionem remotam infamiæ prębuit: vt qui ioco quandam monialem interrogauit, cur filium ſuum ad fores eccleſię, aut xenodochij exponi feciſſet? illa verò magnopere cōqueſta, apud nōnullos in prauam ſuſpicionem venit. Nec etiam iuxta Sotū [c] detractor conſpicuus, & dignitate præcellens, reſtituere tenetur famā alicuius hominis infimę ſortis. quia (vt ipſe ait) eum excuſat pretioſę famę amiſſio: quę in eiuſmodi reſtitutione periclitaretur, non ſecus quàm à reſtituēdo aliquo exiguo bono quis excuſatur, ob magnam iacturam ſuorum, quam ob id faceret. Quôd vt nouum ita videtur difficile ad praxim deduci poſſe, niſi alia iuſta compenſatio fieret, vel condonatio obtineretur.

*a per rationes in d. concl. 4. productas.*

b *in d. quodl. 11.*

*c lib. 4. q 6. art. 3. de iuſt. & iur.*

## De detractione, ſiue reuelatione ſecreti.

Summæ.

51 *Secretum confeſſionis non reuelandum, etiam metu mortis, vno caſu excepto.*
52 *Secretum, quid, & quotuplex, & cuius detectio mortalis.*
53 *Epiſtolæ clauſæ quæ apertio mortalis.*
54 *Secreta pernicioſa reuelanda, non autem alia.*
55 *Confeſſio quæ multis videtur, & non eſt ſacramentalis.*
56 *Correctio fraterna quando non neceſſaria.*
57 *Reus quis confitendo crimen, non peccat.*
58 *Reus quis conſortes tegere, aut detegere debet.*
58 *Confeſſarius quos reos, & conſortes reuelare iubebit.*
59 *Iudex, qui reum de ſe, & conſortibus interrogando, & torquendo, peccat.*
60 *Secretum nulli noxium, iudici iubenti non reuelandum.*
61 *Reuelatio mali proprij, & vilipenſio famæ, quæ mortalis.*
62 *Secreti promiſſi detectio peior, quàm non promiſſi.*

51 Peccat confeſſarius, vel quiuis alius, detegens peccatum, quod iuſtè, aut iniuſtè viâ confeſſionis ſacramentalis, didicit (quamuis ſit veniale) citra facultatem iuſtâ de cauſa a pœnitente factam. Et conſequenter etiã interpres confitentis linguâ confeſſario ignotâ. Et laicus, cui in extrema neceſſitate quiſpiam confitetur, & Doctor, à quo conſilium de confeſſis petitur. Quique ſe confeſſarium finxit, quò alicuius peccata diſceret etiam ſi tormentis adactus, & quamlibet maximo metu mortis id fecerit. Omnes etenim iſti obligantur ſubire potiùs mille neces, quàm id facere, vt Sotus [a] aſſeruit, & nos ante ipſum copioſè [b] ſcripſimus.

52 Pro cuius, aliorúmque declaratione, adnoto primò. Secretum in genere definiri poſſe, eſſe id, quod à nemine, vel à tam paucis ſcitur, vt neque ſit famoſum, neque notorium, ex mente S. Thom. [c] & eiuſdem, & Scoti [d] receptorum, & Caietan. [e]

Secundò, ſecretum ſcindi in id, quod de ſe ab vno ſolo ſciri poteſt, quod genus ſunt ſoli, & omnes actus interiores animi hominis: & in ſecretum, quod de ſe à plurimis ſciri poteſt: qualis eſt omnis actus exterior, qui non eſt famoſus, aut notorius. Quod rurſus diuiditur in tres ſpecies. Prima quæ de ſe ſine vlla promiſſione, ſciẽtem obligat ad celandum regulariter: quale eſt omne occultum, cuius detectio noceret animę, corpori, honori, famæ, vel fortunis alicuius. [f] Secunda, eſt, cuius celatio à ſciente expreſsè, vel tacitè promiſſa eſt. Tacitè promittitur, cùm id colligitur ex modo dicendi ſecreto, nulla celandi expreſſa promiſſione facta, vt doctor Subtilis [g] ſentit. Tertia, ad quam celandam lex diuina poſitiua cõfeſſionis ſacramentalis aſtringit, [h] vt eſt omne peccatum ſacramentali confeſſione patefactum.

Tertiò, quòd prima ſpecies ſecreti, præcipitur illâ lege naturali generali de nõ nocendo proximi animæ, corpori, honori, famæ, aut fortunis, quæ elicitur ex ſeptem præceptis ſecũdę tabulę Decalogi, [i] quæ probant nullo pacto eſſe nocendũ proximo. Secunda autẽ prohibetur lege naturali de præſtandis promiſſis. [k] Tertia verò etiam lege diuinâ poſitiuâ de ſeruando ſecreto confeſſionis, imò tam obligat, quàm alię duę: obligat enim quotquot illud rectè, aut indirectè norunt ſub pœna

a lib. de rat. teg. memb. 3 q. fin.
b in c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6. à nu. 116. vſque ad nu. 163. & poſt ipſum in d. repet. concl. 6.
c 2. 2. q. 7. art. 2. ad 2.
d in 4. ſent. diſt. 21.
e 2. 2. q. 11. ar. 3.
f c. ſi peccauerit, 2. q. 1. & notatur in c. qualiter, & quando. 1. de accuſ.
g vbi ſup.
h de qua ſup. c. & n. 2.
i Exod. 20.
k l. 1. ff. de pact.

peccati mortalis, quibuſcũque caſibus, vno ſolo excepto: quando nimirũ pœnitens iuſta de cauſa illius detegendi facultatem facit. [a] Secunda autem magis obligat: quàm prima, obligat enim omnibus caſibus, quibus prima, & aliquot aliis. Qui namque promiſit ſeruare ſecretum, quo ſeruato graue damnum alteri non infertur, non debet detegere illud etiam præcipiente ſuperiore. At prima ſpecies non æquè obligat: quod enim qui ſcit, aliter quàm per ſecreti commiſſionem, tenetur reuelare, ſuperiore præcipiente, etiamſi eo ſeruato nullus læderetur, ſecundùm S. Thom. [b] Promiſſio tamen ſeruandi ſecreti parui momenti, non obligat, niſi ſaltem ad veniale, vt rectè Caiet. prodidit. [c] Sicut nec ſecretum de occultis parui momenti, & venialibus, obligat ad maius. Non enim magis pecco detegendo riſum tuum immoderatum venialem ſecretò mihi dictum, quàm ſi eundem ſecretò à te fuſum, detegerem, ſecundùm eundem.

a *vt in d.c.8.diximus. & in d. c. ſacerdos, à n. 10. latè probauimus.*

b *2.2.qu.70.ad 2.*

c *in d.ar.2.*

Quartò, quòd omnis detectio peccati confeſſione ſacramẽtali detecti, ſeu quod per eam innotuit, eſt peccatum mortale, excepto caſu prædicto, ſiue illud ſecretum ſit, ſiue publicum, ſiue graue, ſiue leue, iuxta omnium calculum.

Quamuis interdum ſit mortale triplici ratione: vt cùm peccatum detectum eſt occultum, & graue: quia eius celatio, eſt tacitè promiſſa. Interdum duplici, cùm eſt publicum, & leue. Interdum verò, vna tantùm, vt cùm eſt leue per prædicta: veluti, quando peccatum confeſſum, eſt parui momenti, aut publicum: tunc enim non eſt peccatum mortale, niſi lege diuinâ & canonicâ: quamuis ſit veniale ob eius ſecretum tacitè à confeſſario promiſſum. Quò fit, vt confeſſarius, qui reuelaret peccatum graue, teneretur confiteri circumſtantiam prædicti duplicis, aut triplicis vinculi, ſi ſubeſſet. [d]

Quintò, quòd detectio ſecreti aliarum duarum ſpecierum, eſt mortalis, niſi fiat caſu à iure permiſſo, aut res ſit tam parui momenti, vt eius detectio nemini notabiliter noceat, & citra animum notabiliter nocendi fiat: nam quàmuis id aduerſetur legi naturali prædictæ de non nocendo, aut reuelando malo ſecreto,

d *per dicta ſup. c.6.*

vel ſecretò commiſſo: nihilominus ob paruitatem damni, deſinit eſſe mortalis, veluti etiam mendacium eidem aduerſatur, nec tamen eſt mortale, niſi notabiliter noceat, vt dictum eſt ſupra.[a] Furtum verò paruæ rei, contra legem quidem naturalem eſt[b] non eſt tamẽ mortale per prædicta ſupra.[c] Ratio autem, quare detectio peccati etiam leuis, cõfeſſi, ſit mortalis, eſt, quia, licèt ea parum lædatur proximus, plurimùm tamen læditur ſacramentum confeſsionis, & publica vtilitas, qua parte retrahit pœnitentes à confitendo, ne confeſsione detecta, peccata publicentur.[d] Oportet autem, vt ſciatur ſecretum eſſe parui momenti, quo eius detectio nõ ſit mortalis: quia, ſi probabiliter dubitetur, an ſit grauis ponderis, mortalis eſſet.[e]

53 XXVII. Peccat & quidem mortaliter, reſerans, aut legens literas obſeratas, vel ſcriptutas alienas, quę ſecretò ſeruabantur, animo lædendi quempiam notabiliter, vel lędendo, ſeu aduertens, vel aduertere debens, inde poſſe notabile damnum promanare: per prędicta ſupra,[f] niſi de conſenſu expreſſo, aut tacito eius, à quo, vel cui mittuntur, id faciat, vel præuiâ auctoritate legitima,[g] vt tempore belli, prępfecti finitimis hoſtium locis eas reſerant. Prælatus item, & pręlata, eas, quę ſuis monachis vel ab aliis mittuntur.[h] Peccat autem, at non niſi venialiter, qui aperit citra conſenſum, imprudenter, putans eas ad ſe miſſas, vel ob curioſitatem, citra vllam intentionem nocendi notabiliter, & vllum nocumentum notabile, aut periculum probabile illud inferendi, ſola cauſa ſciendi noua, vel captandi riſum ex barbara compoſitione, ſeu ex elegante, voluptatem. Id enim non eſt contra charitatem Dei, & proximi neceſſariò habendam. Peccaret nihilominus mortaliter, ſi id faceret prędictâ intentione, vel prędicto nocumento, aut periculo certo, vel probabiliter dubio nocendi: eſſet enim falſarius,[i] & quia vtitur re aliena contra voluntatem domini, & ita admitteret furtũ[k] Nec obſtat, quod hęc ratio videtur idem concludere in caſu proximè pręmiſſo: quia in illo paruitas, vel (vt ita dixerim) nullitas damni excuſat à mortali, vt in quacunque alterius pręcepti materia.[l] Quibus addimus illud in dies obuium S. Anto.[m] Inimicum nempe mittentis,

a eod. n. 1.
b l. 1. ff. de furt.
c cap. proximo, n. 3.
d quæ colligitur, ex c. ſi diligenti, & not. ibi, de for. compet.
e argu. c. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. & coram quæ ibi latè tradimus.
f eod. c. n. 3.
g arg. l. inſtè ff. de acq. poſſeſſ.
h c. non dicatis, 12. q. 1.
i vt ait gloſſ. approbata, c. cùm olim, de off. de leg.
k l. 1. ff. de furt. §. placuit. inſtit. de oblig. quæ ex del. & per alias rationes, quas ſcripſimus in d. c. ſacerdos.
l iuxta dicta in c. 11 n. 4.
m 2. part. tit. 1. c. 22. § 5.

epiſtolam vel eius cui mittitur, citra peccatum reſerare poſſe, ſi illa damnum aliquod ſibi ſtrui iuſtè timet. Cui videtur eſſe locus, etiam quando probabiliter timetur datum iri per eam aliquod damnũ iniuſtũ alteri, & quo illud impediat, illam reſignat, [a] cauendo tamen, quoad eius fieri poterit, ne cui vllũ damnũ iniuſtũ inferatur. [b]

54 XXVIII. Qui ſecreta in iniuſtam aliorum perniciem non vergentia, ciuitatis, concilij, aut exercitus, in eorum graue damnum reuelat, etiamſi metu torméto-rum, aut amiſſionis vitæ, id faciat, per prædicta. Cui cõſequens eſt, Hiſpanum à Gallo in bello captum, quantalibet tormentorum vi torqueatur, non poſſe, ſalua conſcientia, ſecreta iuſta exercitus Hiſpani, ad ipſius conſeruationem neceſſaria, detegere: nec contra, Gallum Hiſpanis ſecreta exercitus Gallicani. Nec illum, qui delictum alienum ſecretum violenter ſciuit, vt idem Doctor ſingulariter affirmat. Quamuis id, & quod de ſecretorum teſtium litigantium detectione nullis tormentis facienda, aſſeruit, reſtringenda nobis videãtur, vt ſolum procedat, in damno irreparabili, puta, quia mors, vel mutilatio membri ſequeretur: non autem, quando ſola pœna pecuniaria, aliáve earum quę facilè à detegente reparari poteſt, timetur. [c]

Dixi (*In iniuſtam aliorum perniciem non vergentia*) in illam namque vergentia reuelari poſſunt exemplo illius prudentiſſimi & fideliſſimi Chuſei, qui conſilia Abſalonis peſſima Dauidẽ admonuit, [d] & Eliſei, qui iniqua ſecreta Regis Syriæ, Iſraëlis Regi denunciauit. [e] Non enim peccat, imò, bono fungitur officio, qui denunciat cui, quando, & quomodo oportet, peccatores, peccata, & ſtratagemata damnoſa Reipub. aut proximo; id enim iure poteſt, & debet fieri, vt latius alibi, [f] probauimus per varia iura, [g] in quibus eſt, *cap. Præterea de ſponſal.* quatenus habet, ſcientem quempiam rem habuiſſe cum conſanguinea eius, quam vult ducere, teneri denunciare, quo iniuſtum matrimonium, & peccata quæ ex eo orirentur, impediantur. Quod producendum eſt in presbytero: poteſt enim etiam proditiones, homicidia, aliáque delicta patrata, denunciare citra periculum irregularitatis ob id incurrendæ: modò proteſtetur, ſe id ſolum facere, quo caueantur mala imminentia, vt

a *arg. c. nõ in inferenda, & eorũ quæ ibi congerimus, 23. q. 3.*

b *arg. c. cum ceſſante, de app.*

c *vt ibidem innuimus.*

d *2. Reg. cap. 17.*

e *4. Reg. cap. 16.*

f *in d. c. ſacerdos, n. 1. 4. & ſeq.*

g *c. non in inferenda, 23. q. 3. & §. 1. diſt. 83. c. quanta, deſſet excom. & c. ipſa pietas. 23. q. 4.*

citra ſanguinis effuſionis pœnā, impediātur; vt pulchrè Cai.[a] probat. Cui iura [b] ſuffragātur, licèt proteſtatio ſolū videatur neceſſaria, quoad forum externùs, per dicenda infra.[c] Presbytero (inquā) etiam iurato ſeruare, & non detegere eiuſmodi ſecreta, ſecundùm Inno. recept.[d] & Panorm.[e] modò illa aliter quàm per confeſſionem ſacramētalem nouerit. Per eam enim ſolam cognita, nullo mundi caſu detegi poſſunt, iuxta communem & veram opinionem, quam copiosè alibi,[f] probauimus; excepto vno, vt à nobis proditum eſt.[g]

55 Dixi (*Sacramentalem*) oportet enim eſſe talem, per quam pœnitens verè peccata ſua confiteatur, non enim ſufficit dicere, *Hoc tibi dico in confeſſione*, iuxta Innoc. Panorm, & communem,[h] etiamſi genibus flexis, & ſigno crucis fronti impreſſo, id fiat, citra animum confitendi peccata, & abſolutionem accipiendi: eiuſmodi namque detectio non eſt ſacramentalis, nec maiori ſecreti vinculo arctat, quàm aliud extra confeſſionem detectum, vt rectè determinat Sotus[i] & ante ipſum clariùs & firmiùs Caiet.[k] quem ille non refert. Cuius rei ignorantiâ, plærique grauiter errant, eiſque quibus detegunt, ingerunt ſcrupulos, an debeāt illa detegere, dum ſuper eis denunciandis fertur excommunicatio, vel vti teſtes coram iudice ſiſtuntur, vel vrgentur neceſſitate denunciandi, quia ſunt Reipub. aut proximo pernicioſa.

56 Sciendum nihilominus, detectionem peccati occulti, etiam alteri pernicioſi, illicitam eſſe, niſi fraterna correctione præuia, iuxta illud[l] (*Si peccauerit in te frater tuus*) preſertim, ſi ea ſciens, probabiliter credit, ſuis precibus, & admonitione ſecretà, illa impeditum iri, ſecundùm S. Thom.[m] communiter receptum. Diximus (*Probabiliter credit*) alioqui enim poſſet & deberet è veſtigio iudici denunciare. Cui conſequens eſt, in proditionibus contra Rempub. adornatis, & hæreſibus ad docendum alios directis, rarò fraternam admonitionem ſecretam neceſſariam eſſe: rarò enim quis probabiliter credere poteſt, proditionem & hæreſim ſola monitione conſopiendas. At verò tunc demum oportet denunciare perſonas, & delicta, quando ad occurrendum imminentibus malis, id neceſſe foret, nam, ſi ſufficeret generalis admonitio, quòd aliquid portētoſi monſtri ala-

a 2. 2. q. 33. ar. 7.
b c. epiſcopus, ne cler. vel mona. lib. 6. & c. prælatis, de homic. eod. lib.
c cap. 27.
d c. qualiter, 1. de accuſ.
e in c. dilecta, de exceſſ. præl.
f in d. c. ſacerdos, à n. 116. ad 151.
g de quo ibi, & ſup. proximè n. 51. & c. 8. n. 17.
h in c. omnis, de pœnit. & remiſ.
i vbi ſup. memb. 2. q. 7. art. 1.
k 2. 2. q. 70. ar. 1.
l Matth. 18. relatū in c. ſi peccauerit, 2. q. 1. & in c. nouit, de iudic.
m 2. 2. q. 33. ar. 7.

tur, malúmque pręſens incudi imponatur, non eſſet facienda declaratio ſpecialis: & ſi ſufficeret ſola ſpecialis delictorum; facienda non eſſet perſonarum, S. Thom. aſſertore.[a] Inſuper, nos alibi[b] multis rationibus probauimus ſeruandam eſſe famam proximi, quoties citra illius detrimentum, animæ eius mederi poſſumus. At qui, ſicut bene facit, qui fraternâ correctione pręmiſſâ, bono animo crimen occultum eccleſię denunciat (quamuis enim ſit qui aſſerat correctionem fraternam non eſſe lege diuinâ ſpeciali præceptam, nemo tamen ferè eſt qui neget, eam lege generali charitatis præceptam) ita, qui animo prauo id facit, verus coram Deo detractor eſt, S. Thom. determinatore.[c]

57 XXIX. Peccat reus qui ſecundùm iuris ordinem interrogatus, ſua delicta ſecreta grauia non confitetur, & viceuerſa, qui contra iuris ordinem interrogatus, illa confitetur, ſecundùm mentem omnium. Cenſetur autem interrogatus ſecundùm iuris ordinem ſemper, & ſolùm, tribus concurrentibus. Primum, vt iudex interrogãs ſit competens. Secundum, vt delictum ſit probatum plenè, vel ſaltẽ ſemiplenè, hoc eſt ſaltem vno teſte omni exceptione maiore, vel per iudicia illi æquipollentia, aut per infamiam plenè probatam. Tertium, quòd innotuerit illi huiuſmodi probatio, quò ſciat, in quo ſtatu ſit, vt colligitur ex ſancto Thom.[d] & Caiet.[e] cum pulchrè declarante, quos[f] etiam latius iure communiuimus[g] quo probatur, neminem ſe debere prodere, & quemlibet ſcientem ſe iam proditum per ſemiplenam probationem, iudici pręcipienti vt fateatur, parêre debere.

58 XXX. Reos cõſortes ſuos occultos non detegens caſibus, quibus id facere debet: aut contrà detegens, quibus non debet. Regulariter autẽ non debet, ſed ſolùm caſibus iure expreſſis,[h] in quibus eſt crimen falſæ monetę,[i] & maleficij[k] proditionis,[l] & hęreſis.[m]

Quibus addo, Reos qui contra ſe confeſſi ſunt, etiam non interrogati, debere declarare criminis ſocios, quos iuſtè credunt præteritorum non pœnitere, imò paratos eſſe noua (magno damno publico, aut priuato) cõmittere, nec euangelica correctione correctum iri, cuiuſcemodi ſunt regulariter latrones, nummorum falſarij,

a *quodl. 11. ar. 12.*
b *in d. c. ſacerdos, n. 14. & ſeq.*
c *vbi ſup. art. 12.*
d *2. 2. q. 99. ar. 1. & 2.*
e *ibidem.*
f *vbi ſup.*
g *per c. quando, verſ. non tibi dico vt te prodas, de pænit. diſt. 1. & c. ſi omnia, 6. q. 1. & c. 2. de maior. & obed. & c. 2. de cõfeſſ.*
h *qui notãtur in c. 1. de confeſſ. l. 1. C. de cuſtod. & exhib. l. latrones, §. Diuus Adrianus, ff. eod. l. prouinciarum, C. de fer. & l. 4. §. mandatis, ff. ad l. Iul. pecul.*
i *l. 1. C. de falſ. mone.*
k *l. fi. C. de Malef. & Mathe.*
l *l. pen. & fin. C. ad l. Iul. Mai.*
m *c. in fidei fauorem, de hæret. lib. 6.*

hæretici, ſtriges, faſcinatores, & eius furfuris alij.[a] Quin imò, confeſſarij eiuſmodi reos monere debent, vt tales ſocios denuncient, vti particulariter prodidit Sot.[b] quod quidē ſi non fecerint, nō ſecus (noſtra ſententia) peccant nō admonendo, & abſoluendo, ac illi non denunciando: abſoluunt enim impœnitentes contra ius diuinum, & humanum.[c]

59 XXXI. Peccat iudex, interrogans reum de ſeipſo, vel conſortibus ſuis præter iuris ordinem: quia iniuſtè dat cauſam notabilis infamiæ proximi, dū extra oleas (quod aiunt) & poteſtatem ſuam, contra ius inquirit.[d] Idémque cenſendum, ſi contra omittit ſecundùm eundem iuris ordinem interrogare cùm debet, quia præiudicat notabiliter Reipub. cuius intereſt delicta puniri. Quis autem ſit ille iuris ordo, ſecundùm quem debet, vel non debet interrogare reum de ſe, in præcedenti modo peccandi, dictum eſt. De conſortibus autem nō debet interrogare, niſi caſibus à iure expreſſis: & quidē non nominatim, an ſit illi, aut illi: ſed generatim, an ſint aliqui: doceátque Reū, ſi videt eum ignarū, aut faciat ei facultatem conſulendi confeſſarium, an teneatur, & quos reuelare: ſecus enim vererer excuſare illum à peccato mortali, præſertim ſi id faciat, perſuaſus iuſtum eſſe per fas, & nefas detegere crimina, & iure vel iniuriâ, ſeueri iudicis atque executoris famam ſibi cōparare,[f] cogendo reos bene, vel perperā detegere omnes ſuos ſocios etiam coram Deo emendatos, quàmuis nulla fama, vel indicium eis aduerſetur. Minúſque excuſare auderem eum, qui tormentis cogit reos reuelare ſocios, etiam caſibus, quibus interrogare permittitur, cùm nulla fama aut indicium, vel præſumptio legitima, dictat eos habere ſocios, vt rectè Salic.[g] concludit. Neque eos, qui in Caſtella & Italia torquent reos de ſuis delictis conuictos teſtibus, vt confiteantur, quò beneficio appellationis fruſtrentur, contra communem Theologorum & Iuriſperitorum ſententiam: niſi cùm adeo clarè ſunt conuicti, vt in conſcientia teneantur confiteri, adeóque iudex iuſtè præſumit ſolâ malitiâ differendi iuſtitiam eos pernegare, vt latè hoc in caſu communem reſtringendo, ſcripſimus.[h]

60 XXXII. Peccat qui peccatum ſibi ſecretò com-

a per dicta in d. repet. c. inter verba, concl 6.

b de rat. teg. memb. 2. qu. 6. pag. 17.

c c. pœnitentia, 1. & 2. de pœn. diſt. 3. c. peccati venia, de reg. iur. lib. 6. & c. legatur, 24 qu. 2.

d l. fin. ff. de iuriſd. om. iud. & c. 2. de conſtitu. lib. 6.

e l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. & c. vt famæ, de ſent. excom.

f contra l. reſpiciendum, ff. de pœn.

g in l. fin. q. 2. C. de accuſ.

h in d. repet. c. inter verba, cōcl. 6.

municatum, non vergens in graue damnum alterius, etiam iudice competente pręcipiente, reuelat, ſecũdùm S. Thom. [a] Imo, etiam ſi vergat in damnum alterius, & aliã viâ poteſt excuſari, & ſi alia via excuſari nequeat, id ſolum eſt detegendum, quod remedio eſt neceſsarium. Nam S. Bonauent. (qui contrarium videri poſset alicui ſentire) pronunciatum, ad pręducta reducendum eſt.

61 XXXIII Peccat epiſcopus, aliúſve prælatus, aut publica perſona quò aliorum ſaluti proſpiciat conſtituta, ſeipſam infamans, vel notabiliter infamantibus non reſiſtens, aut modeſtè famę ſuæ reſtitutionem non petens, ſecundùm S. Thom. [b] Licèt alij religioſi, (quibus ſola propriæ ſalutis cura eſt) iuſtè poſsint ferre patienter, quatenus eos tangit, niſi charitas Dei, aut proximi, aliud expoſcat, Magis enim interdum prodeſt proximis alacris patientia falſæ infamię, quàm eius contradictio. Nec ideo famam propriam negligunt, cùm eam Deo offerant, vt ſentit S. Th. [c] & explicat Caiet. [d] Dixi (*Niſi charitas, &c.*) quia ſicut quiuis religioſus licitè ſuę famæ curam habere poteſt, eámque tueri: ita ſi detegit inter perſonas ad ſe imitandum paratas, ſecus faciendo, peccaret grauiter, [e] & longè magis ſi ſeipſum infamat. [f]

XXXIIII. Peccat qui interrogatur iuridicè in viſitationibus, de peccatis publicis, aut ſatis generaliter de peccatis, nulla occultorũ expreſsione facta, aut iniuſtè eorum facta expreſsione, reuelat occulta, ſiue ipſi fuerint ſecreta detecta, ſiue viderit ea ſecretò fieri, ſi non erant præparatoria aliis nocendi, aut denunciat quæ probare non poteſt, iuxta illud. [g] (*Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici commiſſum,*) quod quatuor Decretis, aliiſque confirmamus. [h] Tum, quia quàmuis iuret ſibi nota ſe dicturum, verè reſpondere poteſt, ſe illa neſcire citra periurij metum, intelligendo mente, illud ſe nõ ita ſcire, vt detegere teneatur, iuxta Henric. de Gandauo, [i] & Adrian. [k] quicquid dicant Geneſius à Sepulenda, & Sotus, quod neruoſius poſteà confirmaui. [l] Tum, quia qui iurat dicere, quicquid ſcit, intelligitur iurare, dicere quod licitè poteſt non ampliùs. [m]

62 XXXV. Peccat qui ſecretò ſibi cõmiſſum diuulgat

a *2.2.q.69.art. 2.*
b *quodl. 10. art. 13.*
c *vbi ſup.*
d *in ſum. ver. famam propriã.*
e *iuxta gloſſ. recep. in c. ſemel Chriſtus, de conſecr. diſt. 2. per d. c. nolite, & c. non ſunt audiendi, 11 q. 3.*
f *arg. c. ſi non licet, 23. q. 5.*
g *Prouerbior. 11. relatum in c. qui ambulat, 5. q. 5. S Tho. 2.2. q. 70. art. 1.*
h *in repet. c. inter verba, 11. qu. 3. concl. 6.*
i *quodl. 9. in princ.*
k *in 4. de correc. fraterna, §. oſtẽſis, col. 6.*
l *in c. humanæ aures, 22. q. 5.*
m *arg. c. 1. de iureiur. lib. 6. & l. ſi procurator, ff. de cond. indeb.*

aduertens, vel aduertere debens, inde ſequuturum alterius notabile damnum, aut notabile diſſidium, licèt non ſit expreſsè rogatus, nec addixerit ſe celaturum etiamſi ſecretum foret, quòd prima facie, eius detectio non videretur nocitura: rogatus tamen, celare promiſit, poteràtque ſubeſſe ratio, quâ illud rogantem magnopere expediebat celari. Quàmuis ſolùm ſit venialis detectio ſecreti, quam conſtat nemini veriſimiliter nocituram, vt rectè Caiet. [a] reſoluit, per ſupradicta. [b]

[a] 2.2.q.70.ar.1.
[b] in cap. ſacerdos, de pœn. diſt. 6. ad n.30.

## De nono præcepto, Non concupiſces vxorem proximi tui.

### Capvt XIX.

Summæ.

*1 Amari ſe velle amore mortali, mortale.*

1 Contra hoc præceptum eiſdem modis peccatur, quibus contra ſextum: quia vtroque eadem explicitè, vel implicitè prohibentur. Quare, modis peccandi contra ſextum ſupra [c] fusè declaratis, ſolùm addimus, peccare mortaliter eum qui, vel quæ deliberatè optat vel gaudet amari amore venereo mortali ab alio, vel alia: quàmuis non ita amet, quia conſentit peccato mortali ſuo, vel alieno, iuxta dicta ſupra. [d]

[c] cap.16.
[d] c.11.n.11.

## De decimo præcepto, Non concupiſces rem proximi tui, déque conſilijs euangelicis.

### Capvt XX.

Summæ.

*1 Concupiſcentia inordinata rei notabilis mortalis.*
*2 Ludus quid, & duplex, & quis mortalis.*
*3 Ludus cauſa principali lucrandi negotiatio, & communiter mala. & num.4.*

Ludens

5 *Ludens ludo vetito lege ad mortale obligante, & licito ab impotente donare, vel coacto, vel dolo & 12.*

6 *Lex an nulla iuris communis ludi obliget ad mortale.*

7 *Ludus aleæ, & principaliter ob lucrum, prohibitus.*

7 *Ludus omnis etiam induſtriæ principaliter ob lucrum ſaltem venialis & 8.*

9 *Ludus aleæ rei notabilis clerico & monacho mortalis, & 10*

11 *Ludus de ſe nullus laico mortalis, & qui ei glorioſus, & 12.*

13 *Ludere quis dicatur coactus.*

14 *Ludi ſpectator clericus magis peccat, quàm laicus.*

15 *Ludentium ſuſceptores, &c. & miniſtri vt peccant & 16.*

17 *Ludens diſſimulans peritiam, fallens, &c. vt peccat.*

17 *Ludens creditò ni iuret, non ſoluat, & tunc, &c.*

17 *Iurans ſoluere perdita, quid faciet.*

18 *Sponſio reciproca, quæ licita.*

18 *Ludo quæſita, non reſtituenda, niſi &c. & nu. 19.*

1 Contra hoc decimum præceptum peccat mortaliter. Primò, quiſquis inordinatè contra iuſtitiam concupiſcit aliquid notabile. Dixi (*Inordinatè*) quia concupiſcens ordinatè per emptionem, permutationem, ſucceſſionem, aliúmve iuſtum titulum, non peccat. Dixi (*Contra iuſtitiam*) & (*Notabile*) qui enim concupiſcit inordinatè contra ſolam liberalitatem, vel pauxillum contra iuſtitiam, ſolùm venialiter peccat. [a]

Quoniam verò hîc ſolùm agimus de tranſgreſſione huius præcepti per ludum, & iocum, quum de alijs ſupra [b] ſat ſupérque actum ſit, ſtrictim de ijs pauca pertractabimus.

2 Primò, quidem quòd ludus & iocus eſt actus principaliter inſtitutus ad recreandum animum per voluptatem, ſecundùm Ariſt. [c] & S. Thom. [d] Dixi (*Principaliter*) quia qui magis fit ob lucrum, aliúmve finem, quàm ob animi recreationem, non eſt propriè iocus, aut ludus, ſed actus alterius virtutis, vel vitij, qui cùm fit factis, appellatur ludus, cùm verbis, iocus: Eſtque bipertitus, bonus & malus. Bonus eſt, qui fit ad honeſtam animi recreationem citra vllam prauam circunſtantiam, ex quo frequentato progignitur conſuetudo & habitus honeſtè ludendi, & iocandi, qui eſt virtus. Ariſtot. [e]

[a] *per citata in addit. c. quando, de conſec. diſt. 1. & ſup. c. 11. nu. 4 & c. 17. n. 2. iuxta mentem S. Thom. 2. 2. q 59. art. 3. explicatam ibi per eius commentatorem.*

[b] *c. 17.*

[c] *4. Ethic.*

[d] *2. 2. q. 168. art. 2.*

[e] *vbi ſup.*

Eutrapelia dicta. Et ſicut omnis virtus moralis inter duo vitia extrema exceſſus & defectus conſiſtit [a] Ita hæc interiacet inter exceſſum inordinatum ludendi, & defectum inordinatum ab eo abſtinendi: [b] longè tamen frequentiùs peccatur per exceſſum, quàm defectum: ludo namque & ioco æquè parcè condienda eſt vita, ac ſale cibi, iuxta præcipuum oratorem. [c]

[a] *iuxta eundem, & gl. ſing. in §. hæc quæ, de pœn. diſt. 2. ſub c. Charitas. 3.*

[b] *vt in d. quæſt. 168. art. 3. & 4. prob. S. Tho.*

[c] *1. offic.*

Secundò, quòd ludus, & iocus malus eſt, qui lege vetatur, vel circunſtantiâ malâ veſtitur: vt plurimùm autem, & ſuo genere eſt venialis. Qui verò ſit mortalis, infra dicetur. [d]

[d] *n. 4.*

3 Tertiò, quòd ludus exercitus principaliter animo lucrandi, potius eſt negociatio, quàm ludus, quæ quidem negociatio ferè ſemper mala eſt. Tum, quia per eam quis aſſueſcit bonis aleæ ſubiiciendis, & multi temporis iacturæ: Tum, quia eſt occaſio, vt coniuges, liberi & famuli paruifaciant damna bonorum, cuſtodiámque eorum, cùm maritum, fratrem, aut herum vno aleæ iactu tantam bonorum iacturam facere videant. Tum, quia pauciſſimi, aut nulli illâ diteſcunt, imò, multa mala, & vitia imbibuntur. [e] Dixi (*ferè*) quia finis prouidendi neceſſitati cum probabili credulitate lucrandi à diuite, vel preces, aut iuſſus amici, vel ſuperioris diuitis, poſſent quandoque huiuſmodi ludum, & negociationem honeſtare, argum. eorum, quæ ait S. Thom. de mercatura. [f]

[e] *vt tradit. Oſtienſ. in ſum. de exceſſ. prel.*

[f] *2. 2. q. 77. art. 4.*

Quartò, quòd ludus non ſit mortalis ſolâ circumſtantiâ animi principaliter quippiam lucrandi etiam notabile, ab eo, qui donare poteſt. [g] Neque etiam nimio & ardenti ludendi libidine, niſi producatur ad alicuius legis, ad mortale obligantis violationem: cuiuſmodi eſt eorum, qui noctes in dies, & dies in noctes vertentes (dum luditur alea pernox miſſas præceptas negligunt, aut ſubeunt periculum amiſſionis bonorum, ſine quibus nequeunt ſuſtentare vxores, liberos, ac reliquam familiam de præcepto, ſuſtentandam, debitáve ſtatuto tempore ſoluere, vel creduntur inepti ad munia bellica & ciuilia Reipub. eis ad illa notabiliter egentis, formidantíſque, ne pecuniam ad ea neceſſariam eis concreditam, ludo perdant, ſimul & deplorantis eorum vicem, quòd cùm ſint aliàs rebus præclaris fortiter agendis

[g] *vt probat Caiet. 2. 2. q. 168. art. 3. & in ſum. verb. ludus.*

apti, ob hanc vnam notam, ad id reputantur inepti. Neque etiam ex circunſtantia loci ſacri: quum id nullo iure caueatur, niſi cùm ſpecialiter talis in eo ludus prohibetur, qualis eſt comœdia rerum profanarum, [a] aut niſi fiat cum notabili ſcandalo, vel irreuerentia Dei, aut eccleſiæ. [b] Imò citra vllum peccatum, & cum merito, poteſt quis in eo honeſta de cauſa ludere, putà, quò infirmus, illìc exiſtens recreetur, otium pellatur, aut ſolatium capiant milites, eum tempore belli cuſtodientes: quàmuis citra vllam cauſam iuſtam id ibi facere, ſit ſaltem veniale. [c] Neque ex circunſtantia perſonæ: Nam, ſine vlla culpa, etiam veniali, clericus, & monachus, interdum etiam talis, & chartis luſorijs ludere poſſunt ob honeſtam cauſam, putà, ad excitandum, vel recreandum ſocium ægrotum ea re indigentem, modò non violet legem vllam ad mortale obligantem, de qua infra. [d] Neque ex circunſtantia temporis: quàmuis enim peccatum ſit totum diem feſtum ludis (præſertim laborioſis) conſumere, quod genus ſunt ludus pilæ, prælij vmbratilis, & ſimiles: mortale tamen non eſt, niſi miſſa, aliúdve diuinum officium præceptum aut votum omittatur. Neque ex eo, quòd potiùs fortunâ, & euentu, quã induſtriâ nitatur, niſi alioqui lege, prohibeatur: Quinimô, ludus (inquantum talis) animi gratiâ factus tantò aptior eſt, quantò magis fortunâ, quàm arte, & induſtria nititur: quum intenſionem animi magis remittat: & ita contra vulgi opinionem omnium ineptiſſimus eſt ludus latrunculorũ, quem Itali (*Scachi*) Hiſpani verò *Axedrez*, & Galli (*Eſchecs*) vocant, quia is minùs quàm alij, animum relaxat: quàmuis magis liceat, quàm alij plærique, lege prohibiti. [e]

4 II. Peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui ludit cum irreuerentia notabili Dei, vel dictis, & factis in ſe mortalibus, aut mortali circunſtantiâ veſtitis Dixi (*Irreuerentia Dei*) quoniam, ab illa iura [f] abſtinendũ clamant & ſanciunt. Dixi (*Vel dictis, &c.*) ad includendos ludos impudicos, & alios de ſe mortiferos. [g] Dixi *Vel mortali circunſtantiâ veſtitis*, ad includẽdos ludos, qui fiũt cum notabili ſcandalo, aut notabili alterius nocumento, vel periculo eius probabili, [h] & ad excludendos ludos, qui fiunt cum circunſtantijs animi principaliter

[a] *c. cum decorẽ, de vit. & hon. cler.*

[b] *c. Decet, §. ceſſent de immu. lib. 6.*

[c] *iuxta Caiet. in d. q. 168. art. 3.*

[d] *n. 6.*

[e] *iuxta gloſſ. recept. in Auth. interdicimus de epiſc. & cler. & gloſſ. c. clerici. 2. vbi Pan. & alij de vit. & hon. cler.*

[f] *c. cum decorẽ, de vit. & hon. cler. & c. decet, §. ceſſent, de immu. eccleſ. & Concil Trident. ſeſſ. 4. §. fin.*

[g] *arg. c. nec ſolo, 33. q. 5. tradit S. Tho. 2. 2. q. 154. art. 4.*

[h] *arg. c. nihil, de præſcript. & c. 1. de tornea. & c. ad audientiã, de homic.*

lucrandi, & exceſſus auiditatis ludendi, ſacri loci, temporis, vel perſonæ citra prædictum ſcandalum, nocumentum periculum, & tranſgreſſionem alterius legis ad mortale obligantis: hi enim licèt (vt plurimum) ſint mali, non tamen ob id ſunt mortales, per proximè dicta.

5 Tertiò peccat mortaliter quicũque rem notabilem ludo prohibito ſibi lege obligante ad mortale: vel licito cum eo, qui donare non poteſt, vel à potente donare ad id metu coacto, aut per dolum, & fraudem decepto, amittendi diſcrimini ſubijcit. Dixi, *Notabilem*, quia paruitas excuſat à mortali, vt ſupra dictum eſt. [a] Dixi, *Ludo prohibito ſibi*, multis enim prohibetur ludus, qui non prohibetur alijs: nam pleríſque voto, iuramẽto, aut ſtatutis Collegiorum & Cœnobiorum ludorũ aliqua genera vetantur, alijs non item.

6 Dixi, *Lege obligante, &c.* qualis an ſit vlla humana iuris communis, dubitari poſſet. Cæterùm, lege obligante, ſaltem ad veniale, prohibetur communiter omnis ludus, magis caſu & fortunâ, quàm induſtriâ & arte nixus, quo luditur ob lucrũ principaliter, per varia iura, [b] quibus tam laicis, quàm clericis prohibetur ludus aleæ in vniuerſum, quâ ſignificatur omnis ludus magis forte, aut caſu, quàm induſtria & arte nixus, ex mente omnium, in quibus eſt ludus tabellarum, [c] qui licèt multùm nitatur induſtriâ, magis tamen fortunâ. In ijſdem quoque videntur eſſe ludi chartarum luſoriarum, quorum aliqui magnâ quidem induſtriâ nituntur, ſed maiori fortunâ. Dixi, *Quo luditur ob lucrum principaliter, &c.* ad excludendum eum, quo potiùs cauſâ honeſtæ recreationis, quàm lucri exiguo tẽpore luditur, vt quo à prandio, vel cœna luditur animi gratiâ, nullius rei pecuniariæ lucro propoſito, vel ſolùm alicuius eſculenti, aut poculenti, quod bis lucrifactum, ſemel ſoluatur, vel ſpirituali lucro precum pro vincente à victo dicendarum.

7 Tum, quia id iure permittitur. [d] Tum quia ratio legis, eiuſmodi ludos vetantis, eſt refrænare auaritiam, quæ ceſſat in prædictis, & conſequenter ipſa lex. [e]

8 Simili quoque lege prohibetur ludus induſtriâ, & arte potiùs, quàm induſtriâ nitens, quo æquè, vel

[a] *c. 11. n. 4. & alibi ſæpe.*

[b] *c. epiſcopus. 35. diſt. l. 1. ff. de aleæ luſ. & aleat. & auth. alearũ vſus. C. de relig. & ſump. fun. & c. clerici. 2. de vit. & ho. cle.*

[c] *per d. auth. interdicimus, C. de epiſ. & cler. & §. interdicimus, auth. de epiſco. coll. 9. vnde illa decerpitur.*

[d] *per l. quod in conuiuio, ff. de al. luſ. & aleat. iuncta gloſſ. d. c. 1. 35 diſt. & gloſſ. l. ſi tibi, §. 1. ff. quib. rer. act. non dat.*

[e] *iuxta l. adigere, § quamuis, ff. de iur. patr. & c. ſuggeſtum, & c. meminimus, de appel. & Theoriam Pan. eis ad textam & receptam.*

principaliùs, luditur lucri gratiâ, quàm relaxandi animi. Tum, quia eſt inordinatus lucrandi actus, cum rei in vnum finem ordinatæ, ſit vſus in alium ferè ſemper contrarium: quia ludus ad honeſtam animi recreationem inſtitutus, vertitur in negotiationem turpem, eandémque intendentem & fatigantem ipſum. [a] Tum, quia dicta *auth. alearum*, permittens quatuor genera ludorum induſtriâ & arte magis quàm fortunâ nitẽtium, vetat ne præmium maius vno ſolido proponatur vincenti, tacitè prohibens, ne primariè auaritiæ causâ ludatur etiam ludo permiſſo, tacitè etiam reſtringens *l. 2. ff. de aleæ luſu* quæ permittit ludum exerceri pecuniâ, ſaliendo, currendo, luctando, &c. (qui ſunt ludi magis, induſtriâ, quàm fortunâ nitentes) ad valorem vnius duntaxat ſolidi.

9 Inſuper, lege etiam ad mortale obligante, prohibentur monachi, & clerici beneficiarij, vel in ſacris ordinibus conſtituti, ludere huiuſmodi ludis aleæ, ſiue fortunæ illicitis, notabilem quantitatem, præſertim de fructibus & reditibus beneficiorum eccleſiaſticorum. Tum, quia dictam iuſtam legem canonicam tranſgrediuntur. Tum, quia præfata *cap. 1. 35. diſt. & c. inter dilectos de exceſſ. præla.* iubent clericum ob aleæ luſum deponi ab officio, vel beneficio: quod mortalem culpã præſupponit. [b] Et ita hoc ſo. Maior. Andr. & Caiet. [c] ſignificant. Tum, quia in profanum & malum vſum reditibus in pium dicatis, vtuntur, quod illicitum eſt, per multa alibi [d] fusè prodita. Tum, quia Concil. Trid. [e] præcipit ſeruari iura ante illud, per Pontifices ſummos & alia Concilia ſuper ludo, & luxu clericorum ſancita. Dixi, *Præſertim de fructibus beneficiorum*, idem namque cenſendum opinor quoad peccatum, licèt non quoad reſtitutionem, de his, qui ludunt de bonis patrimonialibus, nam ratione ſolius ordinis, & profeſſionis interdicuntur eis huiuſmodi ludi.

10 Canones enim prędicti, citra vllam fructuum beneficiorum mentionem, prohibent eis huiuſmodi luſus, vt videre eſt in eis, fundatis in illo Apoſt. effato. [f] *Nemo militans Deo, &c.* Dixi, *Beneficiarij, vel in ſacris ordinibus cõſtituti*, ad ſignificandũ de aliis idem quod de laicis cenſendum, iuxta doctrinam Pan. communiter receptam. [g]

[a] *contra c. fin. de verb ſign. l. legata inutiliter. ff. de aliment. leg.*

[b] *arg. c. non afferamus, 24 q. 1.*

[c] *vbi ſup.*

[d] *in Apolog. li. de red. eccl. q. 1. mon. 27.*

[e] *ſeſſ. 25. c. 1. de refor.*

[f] *2. ad Timot. 2.*

[g] *in c. clerici. 1. de vit. & hon. cler. & in c. 1. & 2. de poſtul.*

11 Vereor nihilominus aſſerere, tam graui lege humana prohiberi laicſis luſum, etiam principaliter ob lucrũ, etiam magnum: Tum, quia prodigentia eorum de ſe non eſt mortalis, vt ſanctus Thom. receptus ait.[a] Tum, quia non videntur in hoc ſubmitti prædictis canonibus. Tum, quia leges prædictæ ſeculares ſuper eo latæ, non videntur obligare ad mortale: ſiue quia intentio legiſlatorum non fuit eiuſmodi, [b] ſiue, quia quoad hũc effectum, non videntur receptæ, cùm in omnibus orbis partibus, cuiuſque ordinis laicos videamus magnam pecuniarum ſummam, & maximã eorum partem principaliter quæſtus cauſa ludere, & à cõfeſſarijs ſine propoſito nunquam de cætero ita ludendi, abſolui: quod facere nequirent, ſi in eo mortaliter peccarent, [c] ſiue quia leges illæ non agunt de materia iuſtitiæ, ſed temperantiæ, vel modeſtiæ, quæ (vt plurimùm) ſolùm ad veniale obligant. Dixi, *Lege humana*, ſecus enim eſſet, quoties ratione loci, temporis, perſonæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & ſacra, vel de curandis rebus publicis, aut priuatis ſuis, vel proximi, aut ſoluendis debitis, ad quæ de præcepto arctantur. Equidem, licèt non auſim aſſerere eos tam arctâ lege humanâ teneri: audeo tamen orare omnes, præſertim illuſtres, vt ſecum reputent, ſe grauiter (ſaltem venialiter) peccare, turpémque negociationem exercere:[d] lucrúmque quod eis fit, turpe ab omnibus appellari, & perſæpe reſtituendum eſſe, vt infra dicetur: eòque maiorem apud virtutis ſtudioſos infamiam incurrere, quo, cùm ſint maiores, maius ſcandalum præbent,[e] iuxta Iunij Iuuenalis [f] diſtichon.

*Omne animi vitium, tantò conſpectius in ſe.*
*Crimen habet quantò maior qui peccat habetur.*

Ideóque ſine propoſito ab eis perpetuò abſtinendi, non poſſe citra grauem pudorem ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum accedere, eóque maiorem gloriam apud Deum, & homines adepturos, quo cum minore pecuniæ lucro, ſolâ aut penè ſolà vincendi gloriâ propoſitâ, pro palmario, in ſignũ victoriæ ad iucundã pugnam pro magnitudine ſua amicos prouocabunt.

Hiſce ampliùs adnoto, toties quem principaliter ob lucrum cenſendum ludere, quoties tanti, aut pluris

[a] 2.2.q.183.ar.7.& ſup.eod.n.1 iuxta dicta infra c.23.
[c] c.pœnitentia, 1. & 2. de pœnit. diſt. 3.
[d] per prædicta, n.2. & 3.
[e] c.præcipuè, 11. q.3.
[f] Satyra 8.

lucrum facit, quàm animi recreationem. Dixi, *Tanti aut pluris*, ſufficit enim, vt tanti faciat illud ac animi recreationem.[a] Non autem dixi, vt Silueſt.[b] *Qui non luderet, niſi lucrum proponeretur*. Siquidem vt quippiam ſit finis principalis alicuius actus, non ſufficit eſſe cauſam, ſine qua non fieret, vt[c] dixi, propoſito euidenti exemplo de clerico, qui ſe ad preces matutinas non conferret, niſi lucri faceret diſtributiones: nec miſſam faceret, niſi quam vocant pitantiam ſperaret: maioris tamen facit illa, quã quod propter illa datur. Itáque poteſt quis ludere principaliter recreationis causâ, quàmuis non luderet, niſi lucrum ſperaret. Suam proinde, quiſque in hoc conſcientiam conſulat.

12 Dixi, *Vel ludo licito cum eo, qui donare non poteſt*, quia, qui cum tali rem notabilem ludit, ſiue clericus, ſiue laicus ſit, peccat mortaliter, ſecũdùm omnes: eiuſmodi eſt ſtultus, puer, mancipium, filius, in patris poteſtate adhuc exiſtens, prodigus, coniunx, monialis, monachus, & ſimiles ſecundùm Ioan. And. Cald. & communem.[d] Rationi nihilominus conſonum videtur, quod Sot.[e] inſinuat, filium nimirum etiam ſub patris poteſtate conſtitutum, qui de ipſius licentia ſtudet, vel in Aulâ verſatur, licitè poſſe de ſuo commeatu quatuor, aut quinque de centum, quæ dantur ei, ludo impendere. Quod ipſum producendum ad religioſum, qui ſtudet, aut negotiatur impẽſis ſui Abbatis, modò id honeſtæ recreationis cauſa faciat: pater enim & prælatus tacitam eiúſce rei facultatẽ vidẽtur facere.[f] Licèt non arrideat quod ille addit, putá, huiuſmodi filiũ non poſſe à colluſore plura lucrari, quàm colluſor ab eo. Tum, quia omnes communiter contrariũ præſupponũt. Tum, quia non eſt textus, neq; ratio, quæ concludat, pauperẽ honeſto loco natũ, imò & plebeium ac mendicũ, non poſſe ampliùs lucrari à diuite, quàm diuitẽ ab ipſo. Tum, quia iura[g] probãt contractum cum pupilo, aut eccleſia factum, valere in alterius præiudicium, quàmuis in eorum, non valeat. Tum, quia iniuriam pati poteſt, qui eam facere nequit.[h] Tum, quia amiſſa facultate faciendi & perdendi, facultas patiendi & lucrandi non amittitur,[i] quàmuis eius opinio procedere poſſet in eo, qui falsò dicendo, ſibi eſſe facultatem donandi, & perdendi, allicit alium ad luſum.[k]

[a] *per ea quæ pridem diximus, in c. inter verba, 11 qu. 3. in Enchiri. de orat. & hor. can. c. 6. nu. 14. & in ei⁹ addit. & nuper in comment. c. cùm miniſter, 23. q. 5. n. 73.*

[b] *verb. ludus, q. 2. § 6.*

[c] *ibidem.*

[d] *in d. c. clerici 2.*

[e] *lib. 4. q. 5. art. 1. de iuſt. & iur.*

[f] *arg. gloſſ. Clem. 2. de vit. & ho. cler. verb. conuertendum, & eorum quæ latè ſcripſimus, in c. cum ad monaſterium de ſtatu monach.*

[g] *c. ſi qua de rebus 12. q. 2. & § Pupillus, inſtit. de inutil. ſtipul.*

[h] *l. illud, ff de iniur. translata in c. in illud, 16. q. 1.*

[i] *per d. l. illud.*

[k] *arg. l. 2. C. ſi minor ma. ſe eſſe dix.*

Dixi, *Vel à coacto, &c.* Tum, quia metus, dolus, & fraus omnem contractum quamlibet alioqui licitum, ita inficiunt, vt irritus ſit, vel irrandus. [a]

13 Per coactionem autem, intelligo non leuem, & conſuetam inuitationem, ac inductionem, ſed quæ fit iuſto metu, vel tam grandi reuerētiali, ſeu cum eiuſmodi exprobratione, vt ſi inuitatus, & rogatus, non luderet, vel ſeſe ſubſtraheret, vilis & abiectus reputaretur. [b] Præſertim, cùm, oratore præcipuo aſſertore, [c] aculeum quēdam habeat contumelia, quem pati prudentes, ac viri honi difficillimè poſſunt.

14 IIII. Peccat clericus, vel monachus, ludum mortaliter malum inſpectans, [d] ſi multo tempore ſpectat: ſecus ſi paruo, per dicta ſupra. [e] Idémque ſi ludo delectatur venialiter malo, adeo vt etiam ſi mortalis foret, eo delectaretur Gab. autore, [f] facientes enim & conſentientes &c. [g] Idem ſi eius præſentia eſt cauſa, alicuius luſus mortalis, [h] vel ex officio debeat prohibere, nec prohibet iuxta Ang. [i]

Dixi, *Clericus, &c.* quia laicus qui non eſt cauſa ludi mortalis, nec delectatur eo, quà parte talis eſt, ſed ſolùm induſtriâ & arte ludentium, non peccat, iuxta communem omnium calculum.

15 V. Peccat, eiuſmodi luſoribus ſubminiſtrans domū, menſam, candelas, aliáve ad ludum neceſſaria: iuxta nō nulla iura, [k] quibus probatur peccare, qui conſentit peccato præſertim cooperando, iubendo, mādando, inuitādo, vel inducendo, quod expreſsè, vel tacitè, directè, vel indirectè, facit huiuſmodi ſuſceptor. Et quia grauiter contra hoc vrget quidam, ſubdubitans, an in c. 18. idem tenuerim, addo, me in eadem quoque etiam nunc ſententia perſiſtere, quam variis iuribus, confirmo, quibus graues pœnæ ſtatuuntur contra eiuſmodi ſuſceptores.

16. Et ad inconuenientia, quæ ipſe hinc infert, reſponderi poteſt per ea, quæ ſupra, [m] reſpondi pro locantibus domos meretricibus in ea ciuitatis parte, vbi permittuntur habitare, & per ea quæ Caiet. ſubtiliter diſtinguit, [n] pro dantibus cœnam ieiunaturis in die ieiunij, limitata infra, [o] per illa enim defendi poteſt non peccare famulum menſæ concubinariorum miniſtrantem, aut iuuantem concubinam vt ſe comat & ornet, ne-

[a] *c. abbas, cū gl. de his quæ vi, & toto tit. ff. quod met. cauſ. & de dol. tradit vterque Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. ad 2.*
[b] *iuxta eorundē mentem, quos etiam Sotus li. 4. qu. 4. art. 2. de iuſt. & iur. ſequitur.*
[c] *act. 5. in Verrē.*
[d] *c. clerici, 1. de vit. & ho. cler. & Auth. interdicimus, C. de epiſcop. & cler.*
[e] *c. 11. n. 4.*
[f] *in 4. ſent. diſt. 15. q. 11. art. 3. dub. 3.*
[g] *ad Rom. 1. & c. 1. de offic deleg.*
[h] *arg. gloſ. ſing. clem. archiepiſcopo, de priuil.*
[i] *verb. lud°, § 6.*
[k] *ar. c. error, 83. diſt. & dictorum in d. cap 11. vbi ſup. & cap 17. à n. 17*
[l] *per 3 leges primas ff. de aleæ luſ. & aleat.*
[m] *c. 17. n. 195.*
[n] *2. 2. qu. 147. art. 5. ſub fin.*
[o] *c. 21. n. 25.*

que miniſtrantes menſis ſibariticis prælatorum, neque opifices, qui calceos, & ſandalia ſeu veſtes vendunt meretricibus alióſque id genus: modò id citra vllum conſenſum in peccatum faciant: quoniam non inducunt, aut iuuant directè in illud: ſuſceptores autem prædicti tacitè, imò vt plurimùm expreſſè inuitant, & iuuant directò, vel quaſi ad huiuſmodi ludos mortales, eíſque conſentiunt: Quod verò inſinuat, ſi non hunc, alium ſuſcepturum eos, reſpondeo vt ſupra, [a] contra miniſtrũ mixtum vſurarij, ac pro miniſtro nudo eiuſdem: & contra ſeruum occidentem eum quem alij conſerui erant occiſuri.

[a] *c.17 à n. 8.*

17 VI. Peccant, qui diſſimulãdo peritiam magnam, quâ præditi ſunt in ludendo pilâ, vel alio eiuſmodi ludo, prolectant alium longè imperitiorem ad luſum, aut falſis talis, vel chartis vtũtur, legésve ludi cum notabili damno colluſoris tranſgrediuntur: quia vtuntur dolo, & fraude de quibus ſupra. Idémque producẽdum in ludente non appoſitâ pecuniâ præſtito iuramẽto de ſoluendo quod perdiderit nec ſoluit. [b] At verò mortaliter peccat qui ſcienter ait, ſibi eſſe plura puncta, quàm habeat, quo lucratur: & qui aduertit colluſorem errore calculi dicere ſe pauciora habere, quo perdit, nec monet: inſuper qui ſibi vendicat priorem locum (quem manum appellant) quia primus decipit, ſecundus accipit. quod iam alter lucratus eſt, tertius, quia ſurripit ius aptius lucrandi colluſori, quàmuis non teneretur reſtituere quantum ob id lucraretur: ſed quantum illud ius prioris loci valet: ſicut lædens meſſem, non tenetur reſtituere, quantam in area redderet, ſed quanti æſtimaretur in herba. S. Thom. authore, [c] quæ quidem tria tunc demum procedunt, cùm damnum notabile infertur, per ſupradicta.

[b] *arg. c. debitores, de iureiur, vt Medina vbi ſup. probat.*

[c] *2. 2. q. 62. art. 4. & ſup. c. 17. n. 27.*

Atqui, ſpectator ludi non peccat contra legem iuſtitiæ, quòd non admoneat ludentem errare computãdo, vel non capiendo priorem locum, niſi id promiſerit. Et ita quàmuis interdum peccaret contra legem charitatis: non tamen teneretur reſtituere: cùm ad id ſola lex iuſtitiæ obliget, per citata ſupra, [d] & infra. [e]

Ludens verò ſub fide ſua non iuratâ in Regnis Hiſpaniæ non ſoluendo nequaquam peccat, quia diuæ memoriæ Carolus V. in Comitiis Mantuæ Carpentariæ

[d] *c.17. n.20.*

ſiue Madritij anno 1518. vetuit, ne luderetur ſub fide ſoluendi, etiam ludis licitis qualis eſt pilæ: ſimul irritas declarando quaſcunque promiſſiones, obligationes, & fideiuſſiones, quæ in id præſtarentur. Quod ipſum eſſe ſeruandum, etiam aliis in regnis iure communi, aſſeruit Adrian. [a] quod efficaciter videtur probare D. Didacus Couarru. [b] licèt contra tenuerit idem Adrian. [c] & Caſtren. [d] Nihilominus idem D. Couarruu. non meminit iurantis ſoluere, vt hic memineramus ſolius promittentis. Nunc autem aſſerimus teneri ſoluere iurantem, vt prædiximus: poſſe tamen repetere ſoluta inſtar ſolum promittentis ſoluere vſuras, qui eas non tenetur ſoluere, niſi iurauerit, & ſolutas repetere poteſt, [e] & vt iurans ſoluere vſuras, poteſt petere abſolutionem, antequam ſoluat, quâ obtentâ non tenebitur ſoluere, [f] ita iurans ſoluere ludo perdita, poteſt petere abſolutionem, quâ obtentâ, non tenebitur ſoluere.

18 VII. Peccat, faciens rei notabilis ſponſionem, quæ Italis *Scommeſſa* Hiſpanis *apueſta* Gallis *Gageure*, dicitur, per quam ſpondentes, ſibi aliquid mutuò promittunt in aliquem euentum incertum præteritum vel futurum, certò ſciens, à ſe aſſertum eſſe verum, ídque diſſimulans, vt alium ad ſponſionem prouocet & inducat: quia dolo, de quo ſupra, in damnum notabile proximi vtitur, at qui citra dolum eam facit, non peccat, eiuſmodi namque ſponſio nulli legi iuſtitiæ aduerſatur, imò eſt conſona, [g] licèt (vt plurimùm obuiet liberalitati.) Neque obſtat, quòd Ioan. Maior, [h] & Adrian. [i] contrarium ſignificare videantur. Tum, quia eorum ratio ad purum rationis radium perſpecta idem cõcludit. Tum, quia non dicunt volentes ita lucrari, mortaliter peccare: ſed abſolutè, peccare: quod etiam cum Caiet. quaſi fatemur, aſſerentes id ferè ſemper eſſe liberalitati contrarium, adeòque lucrum ſordidum.

19 VIII. Peccat, lucrans quippiam notabile ludo etiam licito, à non valente donare, vel coacto, & grauiter illecto, aut dolo vel fraudulenter prouocato, vt prædictum eſt nec vult illud reſtituere, ſecundùm omnes. Dixi: *A non valente, &c.* Nam ſecundùm veriorem opinionem, quicquid dicat Panor. [k] & Gab. [l] nemo lucrifacta in ludo, etiã illicitò, à valente ea donare, quæ perdit abſ-

[a] *in 4. de reſtitut. q. 11.*
[b] *in c. Peccatum, de reg. iur. lib. 6. §. 4. n. 8.*
[c] *Vbi ſup. q. 12.*
[d] *de leg. pœn. lib. 2. c. 2. coroll. 3.*
[e] *c. Debitores, de iureiur.*
[f] *c. 1. de iureiur.*
[g] *l. cùm ad præſens. ff. de reb. cred. & l. à Titio. ff de verb. oblig. per quam id notant Paul. & Alex ibi ap probati per Iaſo & citat. per eũ, ibi, & in d l. C. ad præſens.*
[h] *in 4 ſent. diſt. 15. & ſeq.*
[i] *in 4. de reſtit. q. de Ludo.*
[k] *in d. c. Clerici, & in c. Quia plærique, de immun. eccleſ.*
[l] *vbi ſup.*

upna

que metu, dolo, & fraude, tenetur reſtituere de præcepto, etiam pauperibus, vt ſatis ſentit vterque Tho. [a] & explicant Io. Maior & Adria. [b] & Caiet. [c] Tum, quia nihil accipit contra iuſtitiam, cùm non accipiat inuito domino, qui citra ludū & ludo donare ea poterat. Tū, quia neque quòd ſponſionibus ſine fraude lucriſit, neque quod emptionibus & venditionibus diebus feſtis, aut locis ſacris, quàmuis ea in re mortaliter delinquatur, eſt neceſſariò reſtituendum, ſi quidem, non obſtāte illo peccato, valent. [d]

Cæterùm, qui tenetur reſtituere lucrifacta ludo, ab vno, non poteſt compenſare perditis cum alio, nec viceuerſa: cum perditis verò cum vno, poteſt compenſare lucrifacta ab eodem, nedum durante eodem ludo, ad cuius vſque finem nihil cenſetur lucrifactum: ſed etiam in diuerſis ludis, tametſi alij ſint liciti, alij illiciti, ſiue vterque ſit habilis ad donandum, ſiue inhabilis, ſiue alter habilis, alter inhabilis, quàmuis iure ſummo, in hoc vltimo, contrarium dici poſſit ſequimur tamē. Siu [e] hoc tenentem ex æquitate, ſaltem quoad forum conſcientiæ, licèt abitrer neminem, qui falſis talis, chartis, vel aliàs dolo & fraude lucratur ab alio, compenſare poſſe cum iuſtè lucrifactis ab eodem: nō enim videtur iuſtū vt compenſentur cum iuſtè perditis, quo caſu procedat, opinio contraria. Miniſtri demum & ſpectatores, quibus ludentes ex collatis in medium, aliquid conferunt, tenentur reſtituere, quum victor ad id aſtringitur: aliàs, ſecus. [f]

*[a] 22. q. 32. ar. 7. ad 2.*
*[b] Vbi ſup.*
*[c] in ſum. verb. Ludus.*
*[d] iuxta gloſſ. ſing. in c. decet, §. Ceſſent, de immun. eccleſ. lib. 6.*
*[e] Verb. Ludus, q. 17.*
*[f] iuxta Gabri. in 4. diſt. 15. qu. 13 dub. 6. in fin.*

# De conſilijs Euangelicis.

Summæ.

20 *Conſilia ſpernens, vel non implens, quando peccat mortaliter.*

21 *Conſilia Chriſti præparatione animi ſeruanda.*

21 *Conſultum à Chriſto ſtatum non eſſe tam bonum ac contrarium aſſerere, hæreſis.*

22 *Conſilium contra Chriſti an peccet monachus caritate annonæ gaudens.*

22 *Peccatum quod non eſt, omne in Deum poteſt referri.*

20 Contra conſilia euangelica, aut canonica peccat mortaliter, qui ea per contemptum verum non implet, vel ſtatuit non implere, etiam tẽpore, quo fierent præcepta: vel ait, non eſſe de ſe & abſolutè meliora contrarijs, vel non licere illa vouere, aut vota ſeruare.[a] Dixi (*Per contemptum*) quia regulariter omiſſio ſimplex implementi eorum alio tempore, quàm prædicto, licita eſt.[b] Contemnere autem verè cenſetur non omnis, qui non implet: ſed qui principaliter ideo non implet, quia ea parui facit: id enim eſt verus contemptus, iuxta S. Tho.[c] declaratum,[d] bene à Caiet. & confuſè à Feli.[e] ac ferè ad verbum per Archid[f] & clariùs per nos infra.[g] Dixi (*Verum*) quia quoad forum conſcientiæ non ſufficit præſumptus,[h] licèt multis caſibus citatis,[i] per Feli. præſumatur Dixi (*Proponit, &c.*) conſilia namque ſeruanda ſunt præparatione animi, ſecundum Aug. relatum à Gratiano[k] hoc eſt, propoſito actuali, vel virtuali adimplendi ea, caſibus quibus de neceſſitate ſalutis exiſtunt, vt[l] de martyrio declarat Dixi (*Vel ait, &c.*) ſiquidem affirmans ſtatum coniugalem de ſe eſſe æquè bonum, vel præſtantiorem cælibatu, aut ſecularem religioſo, non ſolùm peccat, ſed eſt hæreticus S. Thom. deciſore,[m] quia aduerſatur illi diuino oraculo.[n] *Si vis perfectus, &c.* Dixi (*De ſe & abſolutè*) quia dicere ſecundum quid, & alicui certæ perſonæ conuenientiorem eſſe vitam coniugalem, cælibe, & laicam clericali, non ſolùm non eſt hæreticum, ſed catholicum, & probatum à Diuo Paulo,[o] S. Thom. aſſertore.[p]

21 Religioſus porrò, qui ad tria conſilia Chriſti caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, ſe aſtrinxit, poteſt iuſtè gaudere, modiorum tritici pretium quorum certus numerus à ſuo Abbate pro ſuo annuo victu: cum facultate vendendi eos, cùm placuerit conceditur ob ſterilitatem anni, aliámve cauſam ſimilem auctum eſſe. Tum, quia perinde poteſt gaudere illo augmento, ac Abbas modiorum ad ſuam ſuorúmque ſuſtentionem applicatorum, augmento.[q] Tum, quia quoad adminiſtrationem honeſtam reditus eccleſiaſtici, Secularis, & Regularis æquiparantur.[r]

22 Tum, quia de omni eo, quod non eſt malum culpæ, poteſt quis bono aliquo fine gaudere: cùm omne tale

[a] *iuxta gl. ſing. recept. in ca. quis autem, 10. diſt. declaratam ibi per Doct. & Fel. ante & poſt alios fuſe in ca. 1. de conſtit.*
[b] *§. fin 4. diſt. & §. quod præcipitur, 14 q. 1.*
[c] *1. 2. q. 186. art. 9.*
[d] *ibi.*
[e] *in ca. cùm quidam, de iureiur.*
[f] *in ca. quicunque, 81. diſt.*
[g] *c. 23. in 40.*
[h] *c. tua de ſponſ.*
[i] *vbi ſup.*
[k] *in ca. paratus, 23. q. 1. & à S. Th. 2. 2. q. 124. art. 3. ad 1. & alibi ſæpe.*
[l] *ibidem.*
[m] *2. 2. qu. 152. art 4. & q. 184.*
[n] *Matth. 16.*
[o] *1. Corinth. 7*
[p] *ibi.*
[q] *ar. c. 2. de ſtat. monach.*
[r] *iuxta ſing. dictum Card. in clem. 2. de vit. & ho. cler.*

poſſit in Deum referri Caiet.reſolutore,[a] Caritas autem tritici,non eſt malũ culpæ, ſed pœnę. [b] Itaq; poteſt quis gaudere caritate,qua ratione per eam luxuriantes victu, veſtitu, & venereis refrænantur, ac ſocordes Dei recordantur,omnéſque ad orationem refugiunt. Tum, quia poteſt quis gaudere ob augmentũ pretij,non gaudẽdo, imò,dolẽdo de cauſa eius,veluti,gaudemus de paſſione Chriſti,quatenus nos redemit, dolentes, quatenus eam ipſi intulerunt Iudæi : & nepos beneficiarij demortui gaudet de beneficio eius ſibi collato, dolens de morte patrui : filius inſuper, gaudet de bonis obuenientibus ſibi per mortem patris, deplorans illam plurimùm. Tũ, quia licitè poteſt quis etiam optare malum pœnæ alicui aliquo bono fine,veluti, mortem tyranni, quò Reſpublica pace fruatur. Turcarum Principis, quo Chriſtiani tranquillentur, vt ſupra [c] dictum fuit poſt Alex. S. Thom. & clariùs Sot.quàmuis deſiderare ſimpliciter caritatem tritici, vel gaudere, eam ſuperueniſſe primariè vt cariùs vendatur, peccatum foret.

[a] 1.2.q.100. art. 10. & qu. 8. art. 3. ad 3.

[b] c. Non omnis, 5. q. 5.

[c] c.15 n. 10.

## De quinque præceptis Eccleſię principalibus.

### Cap. xxi.

Summæ.

1 *Miſſam vnam totam non audiens ſine veſperis vt peccat.*

2 *Miſſæ quæ pars notabilis, & tantũ feſto audiẽda neceſſariò.*

3 *Miſſæ omittendæ quæ cauſæ iuſtæ, & an interdictum.*

4 *Miſſa ab audienda quæ vidua excuſatur vel laudatur.*

5 *Miſſa an audienda in parochia.*

5 *Bulla Grego.xiij reuocatoria aliquarum conſtit. Pij V.*

6 *Miſſam audire ſine attentione debita non ſufficit. & 8.*

7 *Miſſa ab audienda excuſatus an teneatur ſupplere, &c.*

9 *Miſſa ab audienda quæ familia, vel menſtruoſa excuſatur.*

10 *Miſſam tangentes plurimi errores.*

10 *Miſſæ & diuinorũ cãtui nulla laſciua, & profana miſcẽda.*

10 *Eccleſiam non turbent ſtrepitus, deambulatio, & colloquia profana.*

1 Præcepta primaria Eccleſiæ ſunt quinque. Primum, de miſſa audienda feſtis diebus. Secundum, de ieiunando certis diebus. Tertium de ſoluendis decimis,

Quartum, de confitendo ſemel in anno. Quintum, de communicando ſaltem in Paſchate.

Contra quorum primum peccat mortaliter Primò, quicunque rationis iudicio firmato, miſſam integram die feſto citra iuſtam cauſam non audit[a] etiamſi abſque vero contemptu ſolá negligẽtiâ id facere omittit: quod rectè Silueſt.[b] probat, quicquid poſt Rich.[c] Ang.[d] aſſerat. Dixi (*Quicunque*) quilibet enim cuiuſcumq; ſit ætatis, ſexus, vel cõditionis, puer, vel ſenex, mas vel fœmina, laicus, vel clericus, aut monachus, liber, aut ſeruus, eam audire tenetur, ſecundùm communem, quam tenent Rich.[e] Card.[f] & Anton[g] Dixi (*rationis iudicio firmato*) ad excludendum diſcretione carentem, quod genus ſunt infantes, ſtulti, phrenetici & mente moti.[h] Dixi (*Miſſam*) quia nemo iure communi regulariter tenetur audire de præcepto alia diuina officia, etiã veſperas, licèt plæriq; iure particulari voti, iuramenti, ſtatuti, beneficij, religionis, vel cõſuetudinis præſcriptæ, ad id arctentur: cuiuſmodi conſuetudo videri poteſt introducta in tota ferè Gallia, Nauarra, & aliquot oppidis Caſtellæ, ac Luſitaniæ licèt paucis. Quod arbitror fuiſſe cauſã, cur Palu,[i] dixerit teneri omnes audire veſperas die feſto: Crediderim tamen, eiuſmodi conſuetudinem non obligare ad mortalem culpã: ſed ſolùm venialem. Tum, quia longè laxiùs audiuntur veſperę, quàm miſſæ. Tum quia pauci ſe accuſare videntur de illarum auditionis omiſſione tanquam de mortali, paucioréſque eam confitentur.

Dixi etiam (*Miſſam*) non *Miſſas*) nemo ſiquidem ad plures miſſas die feſto audiendas obligatur, etiam die Natiuitatis Domini (licèt eo ab eodem ſacerdote tres, dici poſſint præter eos qui voto, pœnitentiâ, ſtatuto, aut pacto, plures audire tenentur: id enim nulla lege cauetur: ideoque, nemini eſt iniungendum.[k] Dixi (*Integram*) non enim ſufficit audire defectã aliqua parte notabili, per dictum, *cap. miſſas* ibi *Totas*.

2 Notabilis autem pars, definienda videtur arbitrio prudentis, cùm à iure non definiatur[l] eáque eiuſmodi videtur, quę protenditur ab Introitu, vſque ad Epiſtolam & Graduale incluſiuè, vt alibi[m] diximus: addentes, ex vna particula principij & finis, poſſe conſti-

[a] *c. Miſſas, &c. omnes, fideles, de conſecr. diſt* 1.
[b] *verb. Miſſa*, 3. *q*. 2.
[c] *in Quod l.* 1. *qu*. 19.
[d] *verb. feriæ*, §. 42.
[e] *vbi ſup.*
[f] *in d. c. Miſſas.*
[g] 2. *part. tit.* 9. *c.* 10. § 1.
[h] *arg. c. omnis, de pœn. & remiſſ. & Clem.* 1. *de homic.*
[i] *in* 4 *diſt.* 15.
[k] *l. Illam, C. de collat. c. conſuluiſti.* 2. *q* 4.
[l] *arg. l.* 1. *de iur. delib.*
[m] *in enchir. de orat. c.* 10. *n.* 43.

tui vnam notabilem partem: quódque legendo per ſe à miſſâ, partem omiſſam, ſaltem, quæ non eſſet notabilis, vel audiendo lectam ab alio ſacerdote ſatisfieret, iuxta auctorem Marga Confeſſ. vt etiam ſatisfaceret, qui dimidium vnius miſſæ, & alterum dimidium omiſſum, alterius, audiret Io. Maior. deciſore.[a] Et licèt nonnullis videantur non ſatisfacere huic præcepto, qui ante benedictionem exeunt, per dictum *c. miſſas*, quod antea exire vetat: ſecus tamen putamus, quoad effectum euitandi mortalem culpam, niſi partem notabilem omittãt: paruitas enim in omni materia, excuſat à mortali.[b] Dixi (*Feſto*) nemo nãque vllo alio die hoc præcepto arctatur, quamuis clericus vel monachus, imò, neque epiſcopus: quia *cap. fin. de priuil. lib. 6.* quod maximè ipſum obligare poſſet, non ait, eum teneri, ſed non decere, vt vllo die illam omittat. Nullo (inquã) alio die etiã ieiunij & quadrageſimæ, quoniã *c. ſolent de conſe. diſt. 1.* quod maximè in contrarium vrget, ſublatum eſt diſſuetudine: aut intelligendum eſt de conſilio, vt etiam adnotarunt Roſel.[c] & Silu.[d] Quàmuis plurimùm deceat, vt audiat eam quicunque commodè id præſtare poteſt, tempore adeo ſancto, & ſacris D.N. Ieſu Chriſti (qui in ea realiter offertur) myſteriis dedicato. Diximus. *Sine iuſta cauſa*, quia ſubſiſtente eâ, licitè ſecundùm omnes omittitur: eiuſmodi eſt, obquam non poteſt audiri citra graue damnum animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum, vel proximi.[e] Qualem denique habent excommunicati & interdicti, licèt abſolutionem procurare neglexerint: quàmuis enim quam conſequi poſſunt, negligendo procurare, peccent: non tamen peccant non audiendo miſſam, quam iure nequeunt audire.[f]

Nec obſtat *c. fi de elec.* quatenus habet, nõ potentibus eligere ſine licentia, nec procurãtibus eam, currere tempus electioni præfixum: eſt enim diuerſa ratio, vt ibidẽ vtrobique notatur. Non abſimilem quoque habent infirmus, & eius miniſter, qui citra ſalutis diſpẽdium eam audire nequeunt. Nutrices inſuper quæ citra periculum non poſſunt auelli ab eis quos lactant. Quibus inſuper, eſt impedimento graue aliquod negotium: quique ratione ſui officij in publicum prodire vetantur, quod genus ſunt, artium præfecti, & domini, eorumque

[a] *in 4. ſent. diſt. 45. q. 2.*

[b] *iuxta citata ſup. c. 11. n. 4.*

[c] *verb. miſſa, §. 13.*

[d] *verb. miſſa 2. qu. 1. §. dicitur tertiò.*

[e] *arg. l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign.*

[f] *arg. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. preb.*

conſultores qui tempore miſſæ negotiis remoram non patientibus impediuntur. Iter facientes quoque, qui audiendo Miſſam sociis neceſſariis itineris fruſtrarentur: pauperes denique, carentes veſtibus, ſine quibus abſque notabili pudore eam audire non valent, ſecundùm communem quàm Silueſt. [a] explicat: quàmuis nō adeo dilucidè. Atqui, interdictum generale non excuſat eum, qui iure communi, aut priuilegio ſpeciali eam tempore illius audire poteſt, in quibus ſunt clerici etiam primæ tonſuræ, ſecundùm opinionem Ioan Andr. [b] receptam per totam Hiſpaniam, licèt non per Galliam, quæ contrariam Archidiaconi, tempore noſtro, ſeruabat. Vidua demum, quæ iuxta regionis conſuetudinem marito mortuo, domi ſe continens eam non audit per dimidiatum, vel integrum menſem, non autem, quæ per plures menſes, vel annum non audit autore Silueſt. [c] quod ipſum tenet S. Anton. [d] Contrarium nihilominus vſu receptum eſt in inſigni quadam Hiſpaniæ prouincia, in qua nobiliores viduæ toto vno anno de conſuetudine, domi ſe continent, eámque non audiunt.

[a] *vbi ſup. qu. 2. 2.*

[b] *in c. fin. de ſent. excom. lib. 6.*

[c] *vbi ſup.*

[d] *1. part. tit. 9. c. 10. §. 2.*

Rogatus autem dicere: An id liceat? cenſeo difficile defendi poſſe eiuſmodi conſuetudinem non valere, modò ad alia non egrediantur. Tum, quia ſupra memorati Doct. fatentur, valere conſuetudinem ita continēdi ſe, quindecim, vel triginta diebus: eadémque ratione, coguntur probare conſuetudinem continendi ſe 40. 50. 60. & 100. dies, & conſequenter, ſex menſes, & annum totū: cùm lex de audiēda ſemel in anno miſſa, vel intra duos ſéxve menſes, non ſit magis naturalis, vel diuina poſitiua, quàm lex de audienda ſemel intra quindecim, vel triginta dies. Tum, quia negari non poteſt, poſſe ferri legem, quæ iuſta de cauſa præceptum hoc nonnullis ad ſemeſtre, vel annum relaxaret: & proinde concedendum eſt, idem fieri poſſe conſuetudine: cùm quicquid induci poteſt humanâ lege, poſſit, & conſuetudine. [e] Eáque cauſa videtur iuſta in ditionibus, in quibus facilè de viduis ſiniſtrè præſumitur.

Laude porrò digna fuerit vidua, quæ hac conſuetudine poſthabita, imitaretur nobiles illas, ac glorioſas Martham, & Magdalenam Lazari ſancti ſorores, ſi vt illæ (non

[e] *l. de quibus ff. de leg. & c. fin. de conſuet. l. venditor, §. ſi cōſtat. ff. commu. prædi.*

læ (non obſtante luctu, quo fratrem recens mortuum lugebant) egreſſæ fuerunt excepturæ dominum Ieſum adhuc mortalem: ita quoque ipſa prodiret, viſura eum iam immortalem, & glorioſiſſimum in ſacramento extantem, & adorandum, vt ſicut Lazarum è ſepulchro eduxit, ſic ſui mariti animam purgatorio (ſi illo detinetur) educat. Adeóque longè dignior cenſeretur illa, quę imitaretur viduas earum regionum, quæ ad eccleſiam ſingulis totius primi anni viduitatis diebus, exoraturæ Deum pro ſuis maritis, ínque medio miſſæ panem, & ceram pro illis oblaturæ, ſeſe conferunt.

At verò epiſcopus regionis in qua eiuſmodi conſuetudo inualuit, rem ſe dignam fecerit, ſi ſuis ſuorúmque parochorum concionibus ſuaſerit populo, vt penitus aboleatur, aut ſaltem ad octo, quindecímve dies reſtringatur, ſeu id de illius conſenſu, in ſynodo ſtatuatur. Non enim auſim aſſerere (quicquid alij dicãt) poſſe ipſum ex abrupto, ſuo præcepto eam iuſtè laicis inuitis tollere. Caueant autem prædictæ viduæ, ne ſuam intra domum incluſionem ob vanam mundi gloriam principaliter patiantur, cùm eam in ſuorum ſuíque mariti peccatorum pœnitentiam offerre debeant, non minùs, imò magis quàm in eccleſia, pro eis orando. Caueant inſuper, ne illud extendant vltra ſuæ conditionis viduas. [a]

5 Excuſatur demum nupta, quæ citra graue mariti ſcandalum miſſæ intereſſe nequit. [b] Non dixi tamen (*In ſua parochia*) quia ſatisfit audiendo extra illam, etiam in oratorio, vel ſacello, modò id non faciat ob contemptum eius, vel parochi, iuxta *cap. 2. de Paroch.* ex quo à contrario ſenſu Panor. id colligit, ſiue id faciat iuſta de cauſa: putà, quia proprius parochus eſt concubinarius, excommunicatus, denunciatus, vel ſuſpẽſus ab ordinibus: ſeu vt deuotiùs ibi audiat: aut illic ſimul audiat miſſam & concionem, vtiliorémve concionem: ſiue ſine illa, modò citra contemptũ: Tum, per d. *cap. 2.* Tum, quia conſuetudine generali toleratâ, id videtur vſu receptũ fuiſſe, adeo quidem, vt ſecundùm Silueſt. [c] Epiſcopus ſuis ſubditis contrarium præcipere nequeat: quia conſuetudo eſt generalis, & vt epiſcopus [d] non poteſt tollere, aut reſtringere ius commune, [d] ita

a *arg. c. quæ contra mores, 8. diſt.*
b *arg. c. voluit, 33. q. 5.*
c *vbi ſup.*
d *arg. c. inferior, 21. diſt.*

nec generalem orbis totius conſuetudinem, quæ vim eandem habet, [a] & proinde, excommunicatio, quam contra eam ferret, nulla foret: [b] Tum quia Leo decimus Breui contento in ſupplemento priuil. [c] præter illa, ſic ſtatuit: *Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui non contempto proprio ſacerdote parochiali, in eccleſiis fratrum ordinum Mendicantium, dominicis, & aliis feſtiuis diebus miſſas audiunt, ſatisfacere praecepto eccleſiæ de miſſa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis, pœnámve propterea incurrere.*

a *l. de quibus, ff. de leg.*
b *arg. c. 1. de ſent. & re iudic. iuxta S. Anton. & Silueſt. vbi ſup. q. 2.*
c *conceſſ. 90.*

Nec obſtat Concil. Trid. [d] quatenus ſtatuit, teneri quem audire concionem in parochia ſua, ſi commodè poſſit: quum non agat de miſſa, ſed de concione. Non obſtat etiam decretum de obſeruandis, & euitandis in celebrat. miſſ. [e] quatenus ſancit, vt epiſcopi moneant populum, frequenter, ſaltem Dominicis & ſolennioribus feſtis, ad ſuas parochias accedere, non enim ſtatuit vt iubeant, aut eos teneri: at ſolùm, vt moneant, quod neceſſitatem non inducit. [f] Obſtat nihilominus neruosè, quod ibi ſubditur: poſſe nimirum epiſcopum auctoritate Apoſtolicâ iubere circa hoc opportuna: niſi reſpondeatur non videri debere opportunum, vt cum ſcandalo tot laicorum, & monachorum, tam generalis conſuetudo (quam etiam in vrbe inualuiſſe videmus) tollatur. Præſertim, quòd fel. rec. Pius V in Bulla motus proprij latâ menſe Iulio 1567. (quæ tamen necdum prodiit) diclarauit, audientes miſſas feſtis diebus in monaſteriis Mendicantium, ſatisfacere huic præcepto.

d *ſeſſ. 24. c. 4.*
e *ſeſſ. 22.*
f *§. fin. 4. diſt. & §. quod præcipitur, 14. q. 1.*

Cæterùm, quia Greg. xiij. quandam conſtitutionem, quâ eiuſmodi conceſſiones & priuilegia ad ius commune reduxit, poſtmodum edidit, non alienum ab inſtituto, illam iſthîc ſubiicere duximus.

## Gregorius Epiſcopus ſeruus &c. ad perpetuam rei memoriam.

IN tanta negotiorum mole, quæ Rom. n. Pontif. aſſiduè premitur, vix vitari poteſt, ne aliqua interdum exiliant, quibus poſtea recognitis neceſſe eſt moderationis remedium adhibere. Cùm itáque aliàs fe. re. Pius PP. V. prædeceſſor noſter, auditis grauaminibus, quæ Fratribus ordinum Mendicantium ab Ordinarijs locorum, & parochialium eccleſiarum Rectoribus multis modis inferri dicebantur, ſuper ſacris concionibus & lectionibus habendis, confeſſionibus audiendis, pœnitentijs iniungendis, Fratribus ad ordines promouendis, celebratione Miſſarum, curâ animarum, ſacramentorum miniſtratione, ſepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemoſynis, collectionibus, aliiſque huiuſmodi iurib necnon decimis, & diuerſis oneribus, ac etiam ſuper ſtatu, & regimine ſanctimonialium ipſis fratribus ſubiectarum, formatione proceſſuum, cenſurarum publicatione, proceſſionibus. præcedentia, locorum acquiſitione, certiſque alijs rebus tunc expreſſis, multa per quaſdam ſuas literas pro dictis Fratribus non modò ſtatuerit, ſed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit: multáque præterea priuilegia eiſdem 17. Kal. Iunij, Pontificatus ſui anno ſecundo, & deinde illa diuerſis ordinibus, &c. conceſſerit, Poſtea, de Vicarijs perpetuis eccleſiarum quæ illis ſunt vnitæ, &c. decreuerit. Demum animaduerſo quòd illa multas lites &c. inter eos, & Ordinarios concitauerant, primùm illa reſtrinxerit. Deinde plenius prouidens, priores literas moderatus fuit, & alias inſtar earum conceſſas reuocauit, lites ad ſe aduocando. Poſtremò circa confeſſariorum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita, & infra. Statuimus, de prædictis, & aliis omnibus literis, & conſtitutionibus, quæ ab eodem prædeceſſore eiſdem de rebus pro quorumcumque regularium, etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuſcunque in eis contentis, eam deinceps diſpoſitionem atque deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſiue ex iure veteri, ſiue ex ſacris dicti Conc. decretis, ſiue alias legitime ante dictarum literarum, & conſtitutionum editionem erat, & ſi ipſæ non emanaſſent futura fuiſſet, ad quam diſpoſitionem, & deciſionem, ſuúmque pri-

*ſtinum ſtatum, illa omnia reducimus. Quinetiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcunque alia noſtris ſtatuto, ordinationi, & reductioni aduerſantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibuſuis iudicibus, &c. motas, necdum deciſas, & iam deciſas, ſi modo tractum habeant ſucceſsiuum, & futura dubia, quandocunque orientur, ad nos referenda eſſe. Necnon irritum &c. Dat. Rom. Pont. noſtri Anno primo.*

Peccat mortaliter, qui miſſam quidem die feſto audit, ſed intendit animum iis, quæ attentioni requiſitæ repugnant in aliqua eius parte notabili, colloquendo, pingendo, ſcribendo, dormiendo, & alia huiuſmodi faciendo.[a] Eum porrò, qui eccleſiam adit principaliter vt videat, vel alloquatur formoſam fœminam, ſeu ob aliud quiduis illicitum, non ſatisfacere huic præcepto vt D. Anton.[b] aſſeruit, verum non eſſe exiſtimo. Tum, quia poteſt quis malo fine eccleſiam adire, & bene in ea miſſam audire. Tum, quia præſupponit opere malo, præſertim mortali, non poſſe adimpleri præceptum, quòd falſum eſſe latè alibi[c] probamus & ſupra tangimus.[d]

7 Quàmuis autem nonnulli aſſerant peccare mortaliter eum, qui iuſta de cauſa die feſto ab audienda miſſa excuſatur, ſi nulla oratione (ſaltem mentali) id ſupplet, qua Deum vti dominũ, & creatorem reuereatur, ac ſuper omnia diligat, quod etiam ſentit Scot.[e] & Ang.[f] moti, quòd omnis Chriſtianus iure diuino tẽpore aliquo ſub pœna peccati mortalis orare tenetur, vt diximus,[g] quódque eccleſia id fieri decreuit dominicis, & feſtis diebus, cùm miſſa auditur: non tamen videtur tenendum, quia iuſtum impedimentum ab obligatione præcepti de miſſa audienda, nos eximit. Tum, per adducta ab Adriano[h] & à nobis.[i] Tum, quia licèt dilectio Dei ſuper omnia, ſit finis huiuſmodi præcepti (vti aiunt) non tamen eo præcipitur, quum finis præcepti non ſit in præcepto: vt poſt S.Tho.[k] latiùs tradidimus.[l]

8 III Peccat, qui audiens miſſam ex præcepto, priuatas vel publicas preces ita recitat, vt miſſæ auditioni neceſſariam attentionem non adhibeat, ſecundùm omnes. Nec quoad hoc refert, an preces ſint debitæ iure communi, voto, pœnitentiâ, vel aliàs, an verò ſpontaneæ.

a *ſecundùm mentem Ang. verb. feriæ, §. 41. Silu. verb. miſſa q. 6. & Caiet. in ſum. verb feſtorum violatio.*
b *vbi ſup.*
c *in Enchir. de orat. c. 20. n. 29.*
d *c. 11. à n. 7.*
e *in 3. ſent. diſt. 9. & 17. q. vnic.*
f *verb. feriæ, §. 46.*
g *vbi ſup. c. 3 n. 5.*
h *in 4. de ſatiſfact. quæſt. quæritur, ſub fin.*
i *ſupra, c. 13 n. 2.*
k *1. 2. qu. 100. art. 9. & 10.*
l *in Apolog. de redit. eccl. qu. 1. mon. 73. n. 2.*

Nam quicquid dicant Ang.[a] Gabr. Maior. Caietan. & alij plærique, quos alibi[b] citauimus, vera reſolutio eſt, quam ibi dedimus, poſſe nimirum, quem eodem tempore ſatisfacere præcepto de audienda miſſa, & dicendis horis canonicis, aliiſve votis, iuratis, vel in pœnitentiam iniunctis, modò non adeo vni rei intendat, vt alteri neceſſariam attentionē adimat, quod fieri poteſt, cùm nemo teneatur de præcepto audire, minúſque intelligere verba ſacerdotis: ſatiſque ſit, vel è longinquo ſacrificanti aſſiſtere, & (aſſurgendo, genua flectendo, aliúdve non abſimile actu, vel virtute faciendo) exoptare, vt ſacerdos (qui Clementiam Dei Opt. Max. ſuis precibus, & ſacrificijs Imperio Chriſt conciliat) exaudiatur: quod facilè præſtare poteſt, etiam horis canonicis neceſſariam attentionem adhibendo, præſertim, quando horas, & preces tunc temporis recitat, quo nec audire, nec intelligere ſacerdotem poteſt, quia longiùs abeſt, aut quia ſubmiſsè, & ſecretò ſacerdos loquitur, vel audiēs ſurdus, aut ſurdaſter eſt, vel ob id genus alia. Aduerſæ porrò opinioni locus eſt, quoad melius eſſe, vel quum alteri rei attentio neceſſariò debita ſubſtrahitur, adeo vt, ſi eam neutri adhiberet, neutri ſatisfaceret, iuxta illud.[c]

a *verb. feria. §. 42.*
b *in d. Enchir. c. 19. n. 179.*

*Qui binos lepores vna ſectabitur hora,*
*Vno quandoque, & quandoque carebit vtroque.*

c *gloſſ. l. nemo, C. de aſſeſſor.*

IIII. Peccat dominus, pater, vel herus, qui notabiliter negligendo, vel operibus, quæ differri poterant, occupādo ſeruum, filium, vel famulum, eſt cauſa, ne die feſto miſſam audiat.[d] Nec ferenda videtur conſuetudo, qua nobiles puellæ nunquam ad miſſam, aut concionem, antequam nubant, ſeſe conferunt, maximè, ſi ad alia nuptiarum, vel ludorum feſta & ſpectacula deducantur, aut feneſtræ eis permittātur. Quāuis excuſentur, ſi à pārētibus prohibeātur. Ang.[e] & Silu.[f] authoribus. Tametſi parentes non excuſentur, niſi ſaltem aliquot ſolemnioribus feſtis miſſas eis domi, vel foris permittant. Quando autem filia adoleſcens excuſatur, mater etiam, quæ illi cuſtodiendæ domi remanet, excuſabitur.[g] Fœminæ verò non excuſantur ab audienda miſſa feſto, ob menſtrua, eis ſuperuenientia, niſi debilitas alia in id ſufficiens, accedat.[h]

d *arg. c. duo, 23. q. 4. & c. fin. de iniur.*
e *verb. feria, §. 42.*
f *verb. miſſa, q. 2.*
g *arg. c. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6. cū ibi citatis.*
h *arg. c. ad eius, 5. diſt. & c. 1. de purific. poſt part.*

10 V. Peccat mortaliter, aſſerens non offerri in miſsâ idem ſacrificium incruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentum, vt definit Conc. Trid. [a] aut in miſſa non offerri verum, & proprium ſacrificium, vel quòd offerri in ea ſacrificium, non ſit aliud, quàm nobis Chriſtum manducandum dari. [b] Aut Chriſtum non feciſſe ſacerdotes Apoſtolos hiſce verbis, *Hoc facite &c.* [c] vel miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, ſolúmque prodeſſe ſumenti. Nec pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus offerri debere. [d] Aut blaſphemiam irrogari Chriſti ſacrificio in cruce peracto, per miſſæ ſacrificium, illíve per hoc derogari. [e] Aut impoſturam eſſe, miſſas celebrare in honorem ſanctorum, próque illorum interceſſione apud Deum, obtinenda, [f] vel canonem miſſæ, errores continere, [g] vel cæremonias, & veſtes miſſæ eſſe malas. [h] Aut miſsas, in quibus ſolus ſacerdos ſacramẽtaliter communicat, illicitas, [i] nihílve ſubmiſsâ voce dicendum in miſsa, ſeu lingua tantùm vulgari eam celebrandam: aquámve non miſcendam vino in calice offerendo [k] animas demum, in purgatorio detentas, altaris potiſſimùm ſacrificio non iuuari. [l]

Idem quoque Conc. [m] iuſſit, vt epiſcopi iubeant, ne fiat vlla conuentio, ſuper dicendarum miſsarum mercede, néve in primitiis ſeu miſſis nouis offeratur quicquàm magis coactè, quàm ſponte: quódque nulla miſſa celebretur extra eccleſiam, aut oratorium, quod non ſubiaceat viſitationi ordinarij aut nullus presbyter notoriè criminoſus eam dicat, aut diurnis officiis interſit. Nulláque cantio laſciua, vel profana miſceatur cantui, etiam organico, nec in ea fiant cæremoniæ inſolitę, aut ſuperſtitioſo candelarum adhibito numero: nec fiant in eccleſia actiones, & colloquia vana vel profana, deambulationes, ſtrepitus, vel clamores. Idem demum Concilium [n] iubet ordinariis, vt moneant parochianos quoties commodè poterint, aſtringi audire concionem in ſuis parochiis.

a *ſeſſ.22.c.1.*
b *ibidem can.1.*
c *can.2.*
d *can.3.*
e *can.4.*
f *can 5.*
g *can.6.*
h *can.7.*
i *can.8.*
k *can 9.*
l *in eod. concil. ſeſſ. 25. in princ.*
m *ſeſſ 22. in decret. de obſeru. & euit. in celebr. miſſ.*
n *ſeſſ 24 c.4 de reform.*

## Capvt XXI.
# De ieiunando, ſecundo præcepto Eccleſiæ.

### Summæ.

11 *Ieiunia determinantia ius naturare, omnia iuris humani. & 12.*

13 *Ieiunium non violat potus, nec medicina, nec prægustatio.*

14 *Ieiunia duæ comeſtiones, & prandiculum matutinum violant.*

15 *Ieiunij qui cibi vetiti.*

16 *Ieiunio à ſeruando triplex cauſa, quos excuſet.*

17 *Ieiunio liberat bonum etiam mercede ſic exercitum.*

18 *Ieiunium quæ peregrinatio, & cum vxore diſcordia tollit, & 19.*

20 *Ieiunium quæ cauſa tantum putatiua, & dubia tollit.*

21 *Ieiunia circa, etiam epiſcopus, & alij prælati ſic diſpenſant, & 22.*

22 *Præceptum eccleſiæ totum aut pro parte, qua ſeruari poteſt, ſeruandum.*

23 *Ieiunio non omnis exemptus, poteſt edere carnes.*

24 *Ieiunium ad violandum quis inuitans peccat. & 25.*

25 *Peccatum quando non eſt inuitare ad actum, qui peccatum eſt.*

26 *Ieiunij die quis miniſtrans cibos peccat.*

27 *Ieiunare quis, licèt edat mane, teneatur.*

27 *Ieiunium infringit præueniens horam, ſed non veſperas, aut nonam.*

27 *Ieiunet famulus ſed nemo die Dominica.*

11 Contra hoc ſecundum præceptum Eccleſiæ, de ieiunando, peccat mortaliter. Primò, qui qualemcunque cibum, quocunque tempore ſumit, credens ſe eius eſu, vincendum carnis aliqua grandi tẽtatione: violat enim ius naturale, quo quis tenetur eiuſmodi caſu à tali cibo abſtinere, ſiue ieiunare.[a] Quod caſtitatis cultores, & ei⁹ contemptores intimis medullis infigere deceret. Dixi *Vincendum*, nõ enim ſufficit credere ſe tentatum iri, etiã grauiter, modò ſperet gratiâ Dei ſe non cõſenſurũ illi.[b]

II. Peccat, die ieiunij præcepti ab eccleſia, à media nocte, in mediam noctem, veſcens pluries, quàm ſemel

a *ex mente S. Tho. recept. 2.2. q 147. art. 3.*

b *iuxta dicta ſup c.16. num.7. & 8.*

tantùm cibis vetitis, citra cauſam iuſtam, veram, vel putatiuam, aut diſpenſationem, aſſertore S. Tho.[a] Quod ipſum efficaciter probat Caietan.[b] & S. Tho. cum communi.[c] Innoc, demum, cum communi.[d]

Nec obſtat, quòd nulla lex pontificia, vel conciliaris ſtatuat, ieiunia verbis præceptiuis: tota namque eccleſia id inſtar præcepti recepit, vt ſignificat D. Hieron.[e] & S. Apollonius.[f] Dixi, *Die ieiunij præcepti*, partim ad excludendum tantum conſultum. Partim verò ad ſignificandum eſſe nonnullos dies ad id deſignatos, puta, totam Quadrageſimam, & quemlibet eius diem, ac quatuor anni Tempora, quę ex tota 76 *diſt.* colligitur eſſe feriam Quartam, Sextam, & Sabbathum immediatè poſt Pentecoſten, Exaltationem crucis, S. Lucię, & Ceneralia ſeu diem Cinerum, iuxta illud diſtichon.

*Poſt Crucis, & Cinerum, poſt Spiritus atque Luciæ,*
*Sit tibi in angaria, quarta ſequens feria.*

& dies vigiliarum iure communi, vel particulari præceptarum.

Atqui Leo decimus, quodam Breui ad Legatum Hiſpaniæ tranſmiſſo ſtatuit, vt anno, quo Vigilia Sancti Ioannis incideret in diem corporis Chriſti pridie illius ieiunetur, quartâ ſcilicet feriâ, non quinta illi ſacra. Vouens autem ieiunare omni feriâ ſextâ, vel ſabbatho, nō poteſt veſci carne, & iure ſcripto[g] tenetur ieiunare die Natalis Domini tali die incidente.

12 Dixi, *Ab Eccleſia*, ad ſignificandum, omnia ieiunia Chriſtianorum eſſe inſtituta iure humano, nulla autem diuino, aut naturali, vel poſitiuo, Nam, etſi Quadrageſimæ ieiunium antiquitate, & fortè pręfiguratione cæteris pręſtet, ob ídque arctius ſit obſeruandum, iuxta S Thom.[h] & nonnullos (in quibus eſt Franciſcanus ille, vir planè pius Tholoſas, qui encomium Quadrageſimę aduerſus Lutheranos deſcripſit) iuris diuini illud eſſe aſſerentes: verè tamē iuris humani eſt, ſecundùm communem, quam alibi[i] confirmauimus

Dixi, *A media nocte, &c.* quia ieiunium eccleſiaſticū à media nocte priori, in mediam ſequentem durat, ſecūdùm omnium ſententiam.[k] Nam *cap. de eſu carnium*,[l] quod cōtrarium ſignificare videri alicui poteſt, de conſilio loquitur,[m] vt ibidem diximus.

a *vbi ſup.*
b *ibidem.*
c *in 4 ſent. diſt. 15.*
d *in rubr. de obſeru. ieiun.*
e *in c. vtinam, 76. diſt.*
f *in c. ieiunia, de conſecr. diſt. 3.*
g *in c. fin de obſeruat. ieiun.*
h *vbi ſup. art. fin.*
i *in c. quadrageſima, de conſec. diſt. 1.*
k *iuxta definitionem, l. More Romano, ff. de fer.*
l *de cōſec. diſt. 3.*
m *iuxta gloſſam ſuam.*

13 Dixi (*Veſcitur*) nam licet bibere ſæpius vinum, vel aquam inter veſcendum, & mane, ac veſpere, iuxta ſanctum Th. receptum,[a] pulchra ratione id ſtabilientem, Quàmuis ad ſui ſuſtentationẽ, famíſque propulſationẽ bibatur: quicquid nonnulli ſine textu & ratione ad id idonea dicant. Licèt venialiter peccaret, qui cœpta, & nondum finitâ digeſtione, biberet, non quidẽ quod ieiunium violet, ſed quia inordinatè ſeſe gerit: niſi iuſta cauſa, putâ, charitatis, pacis, ſocietatis, ſitis, aliáve ſimilis eum excuſet, vt etiam Caiet.[b] prodidit.

a *in d.qu.147. art.6.*

b *in d.art.6.*

Dixi etiam (*Veſcitur*) ad excludendos eos, qui quippiam delibant, & præſumunt medicinę ergo, vel vt prægustent cibos dominorum, aut infirmorum, quibus inſeruiunt, etiam mane, quàmuis ſi cibi prægustandi ſint oua vel carnes, etiã in Quadrageſima, non enim ſumũt illud in cibum, ſed medicinam: vel vt muneri ſuo ſatisfaciẽdo, ſuis dominis ſeruiant, ob quod, nec ſoluunt ieiunium, nec excuſantur ab eo. Quod ipſum producendum eſt in ijs, quos intercomedendum legere oportet, quia poſſunt præſumere quippiã, cœnâ in fine lectionis dilatâ, ſecundũ omnes. In iis quoq; ſunt, qui veſpertino ſymbolo, ſeu collatione. die qua ieiunant, vtuntur, delibando aliquid ſolius fructus, vel panis, ſeu vtriuſque, iuxta morem regionis: dummodo non tantũ ſumatur, vt ieiuniũ violetur, nedum (vt ait Innocent.[c]) ne potus noceat (quod etiam nulla ſubſiſtente conſuetudine fieri poteſt) ſed etiam ſi ad naturę ſuſtentationem edatur, quàmuis non bibatur, iuxta mentem Innocent. Pan & communis[d] explicatam à Caiet.[e] Quod ipſum etiam probauimus alibi[f] ea pręſertim ratione, quod cũ omnia ieiunia ſint (vt pręd iximus) iure humano inducta, poſſunt conſuetudine rationabili pręſcripta auſteriora vel blandiora fieri,[g] quicquid nonnulli aſſerant. Nõ licèt tamen vti mane ſymbolo ſeu collatione vſitata veſperi, & prandium in veſperum differre, iuxta Caiet.[h] Et cùm illa nõ fiat medicinę cauſa, nec fieri poſſit ratione illius cõſuetudinis, quia nullibi inualuit: & conſuetudo iuri contraria, non eſt amplianda,[i] quàmuis cauſa medicinæ, debilitatis, complexionis, vel quępiam neceſſaria agendi neceſſitatis ergô, iuſtè id fieri poſſet.

c *in d. Rubri. de obſeru. ieiun.*

d *in d. Rubr.*

e *in ſum. verb. ieiunium & melius. 2.2.q.147. art.6.*

f *in d c. ſolent, de conſecr. diſt. 1.*

g *arg. c. fin. de conſuet.*

h *vbi ſup.*

i *c. ad audientiã, de decim. & c. odia, de reg. iur. lib. 6.*

14 Dixi (*Plures quàm ſemel*) vnica namque comeſtio eſt

de eſſentia ieiunij, niſi qua parte conſuetudo exiguam aliquàm permittit. Quocirca, qui peractâ cœnâ a menſa animo non ampliùs edendi ſurrexit: ac poſtea iteratò epulis accumbit, & comedit, videtur violare ieiuniū, ſecundùm Archid.[a] Cuius opinioni ſuffragantur quæ de iteratione actus latè diximus ſupra.[b] Quod ipſum producendum videtur in illo, qui facto meridie prandio, ſub nocte ſymbolo ſeu collatione notabiliter immoderata vtitur, quod non rarò fit Vigiliâ Natalis Domini, præſertim in Luſitania, vbi multa ſaccaro condita propinantur, quo reuera fraudatur ieiunium, & ſumit veram cœnam nomine collationis tectam.[c] Sola autē ſecunda comeſtio, peccatum eſt: nō tertia, neque quarta vel vlterior, illa namque ſola ieiunium violat, ſecundùm Durand.[d] quem ſequuntur rectè Angel.[e] & Silueſt.[f] quicquid ratiocinetur Ioan. Maior.[g] modò tertia, vel vlteriore non edantur cibi vetiti: quoties etenim quis illos edit, toties mortaliter peccat, ſecundùm omnes.

15 Dixi (*Vel cibis vetitis*) nam & vnica eorum comeſtione ieiunium violatur ſecundùm omnes. Sunt autē cibi vetiti, carnes, quales non ſunt limaces, Mai.[h] aſſertore. Oua item, & Lacticinia in Quadrageſima,[i] aliis autem temporibus, carnes duntaxat iure communi, vt ſentit ſanctus Thom.[k] quàmuis nemo id ſatis declaret: quod in vrbe ſeruari videmus: tametſi in Hiſpania, & potiore Gilliarum parte, omnia exæquentur. In omnibus nihilominus ieiunijs, ſeruanda eſt conſuetudo quadraginta annorum comedendi oua, & lacticinia,[l] licèt in orbe nouo occiduo, & terris nouè repertis, aliiſque in quibus nondum inualuit eiuſmodi conſuetudo, ſeruādum ſit præfatum ius commune.

16 Dixi, *Sine cauſa iuſta*, illa namque communi omniū calculo excuſat Omnis autem iuſta, reducitur ad vnam è tribus, putà, impotentiam, neceſſitatem, & maius bonum, ſecundùm S. Tho.[m] explicatum à Caiet.[n]

Et quidem impotentia eximit ab hac lege pueros & adoleſcētes vſque ad 21. annum, eodem S. Th. autore:[o] expedit tamē eis ieiunio aſſueſcere, adeóque ob aliquā vrgentem neceſſitatem, ad id compelli poſſunt[p] Hæc eadē eximit ſenes ſexagenarios, ſecūdùm communem,

a *in c. non licèt, de conſec. diſt.* 1.
b *c. 9. n. 16.*
c *arg. c. 2. iuncta gloſſ. de conſuet. lib. 6.*
d *in 4. ſent. diſt.* 16.
e *vbi ſup.* §. 27.
f *verb. ieiunium q. 8. dicto* 4.
g *in d. diſt* 15 *q.* 6.
h *vbi ſup.*
i *c. denique, 4. diſt.*
k *vbi ſup. ar. fin.*
l *arg. c. fin. de cōſuet. & l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.*
m *vbi ſup. ar* 4.
n *in ſum. verb. ieiunium c. 3.*
o *ibidem.*
p *arg. c. 3. Ionæ.*

licèt S. Tho eius rei nõ meminerit, idque non abs re, nã vt ait Caie.[a] alij alij citiùs fiunt ad id impotẽtes, ideóq; arbitrio prudentis, aut ſuperioris id relinquendũ eſt.[b] Equidem (gratia Deo) 80. annũ agens, perinde poſſum ieiunare, ac cùm agerem ſexageſimũ, imò & quinquageſimum. Eadem etiã mulieres grauidas, & nutrices excuſat, quippe quas nedũ ſibi, ſed & alijs edere oportet, ideóque vna comeſtio eis non ſufficit, Gab. aſſertore,[c] imò ſecus faciendo, peccarent, niſi adeo robuſtæ forẽt, vt vnâ comeſtione ſibi & infantibus ſufficere poſſent, iuxta Caiet.[d] Eadem etiam excuſat pauperes, non valẽtes ſibi quærere cibum vnicę comeſtioni ſufficientem, non tamen alios, Palud. aſſertore.[e] Eadem denique excuſat infirmos non valentes, vel non debentes ſimul tãtum comedere, quantum eorum ſaluti ſufficiat. Eos demũ, qui tam infirmâ ſunt corporis habitudine, ſeu cõplexione, vt vacuo ſtomacho capitis dolorem, aut vertiginem patiantur, totáve nocte incaleſcere, aut dormire nequeant. Caiet. definitore.[f]

Neceſſitas porrò, excuſat quem à ieiunando, quoties oportet ipſum facere quippiam impatibile illi, ad vitæ, ſuive ſtatus decori conſeruationem neceſſarium, vel vt vitetur dãnum aliquod notabile, ſeu lucrifiat aliquid, quod rarò lucrifieri poteſt. Omnis denique alia neceſſitas, quę à feſto ſeruando excuſat[g] Licèt illa ſola (iudicio noſtro) non excuſet. Excuſatur enim à ieiunio faber ferrarius, lignarius, agricola, & quilibet alius opifex qui aliter quàm aſſiduo ſuo labore ſe ſuàmve familiam ſuſtentare, aut filias ſuas nuptui tradere, vel ſtudiis filiorum neceſſaria ſuppeditare, ſibíve aut ſuis ad cultũ decentem neceſſaria comparare nequit,[h] qui tamen à feſtorum obſeruatione non excuſarentur.

Cui conſequens eſt, illud Eugenij iij. non tam priuilegium eſſe, quã iuris communis declarationem, *Opifices ſ. ſuas artes exercentes, aut colonos, colendis ſerendiſque agris, aut alijs eiuſmodi rebus operam dantes ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, ad ieiunia ſub peccato mortali non teneri: & à confeſſarijs abſolui poſſe, conſulendo illis, vt in eleemoſynis, aliiſque piis operibus occupentur*, Roſel.[i] & Silu.[k] autoribus. Quia nullus operi laborioſo incumbentiũ (vt plurimùm) tam diues eſt, qui ſuo labore quippiã dictorũ præſtare nõ debeat.

a *ibidem.*
b *ar. l. 1 ff. de in deliber. c. de cauſis, de offic. deleg.*
c *in 4. ſent. diſt. 16. art. 1.*
d *in d. art. 4.*
e *in 4. diſt. 15. q. 4. art. 2. concl. 3.*
f *vbi ſup.*
g *vt vbi ſup. addit Caiet pro quo facit c. licet de fer.*
h *vt ait vbi ſup idẽ Caiet. art. 3.*
i *verb. ieiunium, § 29.*
k *eod. verb. q. 3.*

Longè verò magis excuſatur, qui ieiunando, non poteſt ſuæ, aliorúmve ſaluti ſpiritali, vel corporali neceſſaria præſtare, veluti concionari ex officio, aut obediētia, verbo, aut ſcripto docere, confeſſionéſve audire, ſecundùm Caiet.[a] Eadem inſuper cauſa excuſat eos, qui ieiunando, ſuo officio (vt par eſt) perfungi nequeunt, vt enim ieiunium opera neceſsitatis nō impedit, ita nec obligationis, & conſequenter, excuſatur magnum iter facturus, ſaltem pedes, & maritus, vxori ſuæ debitum reddere ſecus non valens, & vxor, ieiunando marito ſatis placere nequiens.

*a vbi ſup. art. 3 & in ſum. verb. ieiunium, c. 3.*

17 Tertia porrò cauſa, putâ maius bonū, excuſat eos, qui non poſſunt ieiunando ſanctioribus, & melioribus operibus vacare, quibus non ieiunādo vacarent,[b] quod genus ſunt opera miſericordiæ ſpiritualia & corporalia, quæ ſuapte naturâ ſunt actus miſericordię, quæ eſt virtus præſtantior abſtinentiâ, cuius actus eſt ieiunium, iuxta Caiet.[c] Qui tamen & Silu. limitant id procedere in eis tantùm, qui citra vllam mercedem ob ſolam charitatem tale quid faciunt, non in aliis, qui mercede adducti, id ſubeunt, citra aliam ad id obligationem voti, obedientię, aut beneficij: quod verum eſt, cùm id faciunt præcipuè vt ſe à ieiunio excuſent.[d] Nam ſi principaliter cauſa ſe ſuſtentandi vel miſericordiæ, cultúſve diuini, & minus principaliter ob mercedem id facerent, ab eo excuſarentur, quod enim principaliter intenditur, attendi debet.[e]

*b arg. c. Nō mediocriter, de conſec. diſt. 5.*

*c vbi ſup. art. 2.*

*d arg. l. & qui data opera, ff ex quib. cauſ. mai.*

*e l. ſi quis nec cauſā, ff de reb. cred. & quæ ſupra c. 17 n. 208. adducuntur.*

18 Cui conſequens eſt, ſolam peregrinationem ſponteam nō eſſe iuſtam cauſam excuſandi, niſi cùm perſonæ auctoritas aliorum pietatem augeret peregrinando, & ieiunando peregrinari nequit, aut cùm ardor pietatis vnde promanat, efficit vt ſalubrior ſit animæ peregrinatio ieiunio, iuxta Caietan.[f]

*f 2. 2. qu. 147. art. 3. & in ſum. verb. ieiunium caſ. 3.*

Dixi (*Voluntaria*) quia ſecus eſſet, ſi foret vota, præcepta, vel iniuncta in pęnitentiam, nec differri commodè poſſet, eò quòd tempus implendi appropinquet, & ſocij, qui tunc in id ſe offerunt opportuni, aut neceſſarij, poſteą deerunt, iuxta Gab.[g] Si tamen vtrumquę cōmodè facere poſſet, non excuſaretur, vt rectè adnotat Silu.[h] At ſi quiſpiam dubitat, an opus pium, & voluntarium, quod intendit, excuſet ab obligatione ieiunandi,

*g in 4. diſt. 15. q. 3. art. 1.*

*h ver. ieiunium, q. 9. §. 2.*

cõſulat ſuperiorem, qui ſecularibus eſt epiſcopus, monachis verò prælatus, ſi facilè adiri poſſit, alioqui, proëpiſcopus, vel parochus, quorum dicto acquieſcat morémque gerat, ſecundùm Caietanum.[a]

19 Excuſatur etiam vxor à ieiuniis ſpontaneè votis, ſi maritus repugnet,[b] non à ieiuniis eccleſiæ, niſi cùm ex ipſius ieiunio inter ipſam, & maritum notabilis diſcordia, odium, ſcandalum, rixa, percuſſio, aut blaſphemia conſequeretur, iuxta Silueſt.[c] Deo namque gratius eſt conſeruare pacem, & impedire eiuſmodi mala, quàm ieiunare ſecundùm eundem dicentem in alia opera pia eiuſmodi ieiunia auctoritate ſuperioris commutanda eſſe, quod magis eſſe conſilij, quàm præcepti, nobis per prædicta videtur. Ieiunium autem magnum & generale (aſſertore Auguſt.[d]) eſt, abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus huius ſeculi (quod eſt perfectum ieiunium) vt abnegantes impietatem, & ſeculares cupiditates, temperãter, piè ac iuſtè viuamus in hoc ſeculo.

20 Dixi (*Sine cauſa vera, vel putatiua*) nam ſi quis bona fide credit ſibi iuſtam nõ ieiunandi ſubeſſe cauſam, ob idque non ieiunat non peccat, ſaltem mortaliter, ſecũdùm Palud.[e] S. Anton.[f] Silueſt.[g] & Caiet.[h] Dubitanti autem, an citra notabile damnum ſuæ ſalutis ieiunare poſſit: confeſſarius conſulere debet, vt experiatur, & ſi experientiâ didicerit eſſe ſibi magnopere nociuum, iuſtè à ieiunio abſtinere poterit, ſi verò adhuc ſcrupulus reſtet, ad ſuperiorem pro diſpenſatione confugiat. Qui verò id noluerit facere, non erit abſoluendus: quũ non ſit ſatis contritus, quandoquidẽ videatur nolle parêre eccleſiæ, iuxta S. Anton[i] cui ſuffragatur. *Cap ad audientiam, de homic & cap. iuuenis, de ſponſ* Qui porrò non poteſt ieiunare totam Quadrageſimam, ſed bis, térve in hebdomada, tenetur id facere, eóque ſatisfacit præcepto, Caiet.[k] deciſore.

21 Dixi (*An citra diſpenſationem*) illa ſiquidem excuſat ſecundùm omnes Solus autem Papa circa ieiunia generalia diſpenſat abſolutè, ne ſcilicet quis ieiunij lege teneatur, vel non illis aut illis diebus.[l] Sigillatim tamen cum hoc aut illo, iuſta de cauſa, ne hoc, illove die ieiunet, etiam epiſcopus videtur poſſe diſpenſare: imò & eo abſente parochus, & quilibet prælatus cum ſuis re-

a *vbi ſup.*
b *c. manifeſtum, & c. noluit, 33. q. 5.*
c *vbi ſup.*
d *ſuper Ioan. c. 5.*
e *in 4. ſent. diſt. 15 q 4 art 1.*
f *2. part. tit. 6. c. 2. ante §.*
g *verb. ieiunium, q 8.*
h *in ſum. eod. verb. & 2. 2. q. 14. art 3.*
i *in deciſ quarundam quæſt.*
k *in ſum à ieiu- excuſ. & 2. 2. q. 147 art 6.*
l *arg. Clem ne Romani de ele. c. ex inſinuatione, de appell.*

ligioſis, iuxta S. Thom. [a] quem [b] Caietan. ſequitur. Tum, quia licèt id iure expreſſo probari nequeat, ſatis tamen neceſſitatibus quotidie occurrentibus, perſuadetur, Tum, quia tam frequenter Sedes Apoſtolica conſuli non poteſt. Tum, quia conſuetudine (quæ iuriſdictionem dare poteſt) receptum videtur. [c]

22 Ex quo infert Caietanus [d] non debere prælatos relinquere ſuæ conſcientiæ ſubditos petentes ab eis diſpenſationem, vt liceat ſibi cœnare aliqua de cauſa die ieiunij, vel ante horam comedere: potius namque debent eis compati, & benignè diſpenſando à ſuis ſcrupulis liberare, ieiuniûmve in aliud pium opus commutare. Hiſce nihilominus ampliùs adnotandum eſt, ſecundùm eundem, diſpenſatum, vt comedat die ieiunij pluries quàm ſemel, non videri diſpenſatum, vt carnes edat: neque diſpenſatum vt comedendo carnes poſſit ieiunare, videri diſpenſatum, vt poſſit bis eas comedere: nec diſpenſatum vt ante horam iuſtam prandeat, videri à ieiunando liberatum: quinetiam neceſſitatem aut iuſtam cauſam excuſantem ab integro ieiunio, non videri excuſare ab omni parte illius: ieiunare enim, pro ſua virili tenetur: nam (vt ille ait) [e] licèt præceptum eccleſiæ integre ſeruari non poſſit, ſeruandum tamen eſt, qua parte ſeruari poteſt. [f] Nec excuſatur quis à ieiunio propter eleemoſynam, in quo plærique citra textum, & rationem hallucinantur quum debitor vnius rei, aliam ſoluendo non liberetur. [g]

23 III. Peccat mortaliter, qui iuſta de cauſa excuſatus à ieiunio, cùm ſuſtentari poſſit eſcis ieiunio congruis, carne, ouis, aut lacticiniis veſcitur, iuxta S. Ant. [h] & probatur ratione proximè ſubiectâ. [i]

24 IIII. Peccat ad cœnam inuitans eum, quem ſcit non eſſe à ieiunio exemptum, & probabiliter credit, aut dubitat ob illam inuitationem, ieiunium violaturũ, quod ſecus ſeruaturus eſſet, quia dat cauſam propinquam peccandi mortaliter ſecundùm Caiet. [k] aſſerentem illi locum non eſſe, in eo, qui ſcit inuitatum alibi eſſe cœnaturũ, quam limitationem tenuimus primùm hîc, & poſtea contrarium, in quadam additione vulgari linguâ ſcriptâ, per multas rationes. Nunc verò re æquiore iudicij bilance perpenſa, credimus eam poſſe

a in 4. diſt. 15. q. 3 art. 2. & in d. q. 147.
b ibidem.
c c. cum contingit, de for. cõpet. & ca. duo ſimul, de offic. ord.
d d art. 4.
e in d. qu. 147. art. 7.
f Pro quo aptus text. in c. cùm dilecti, de dol. & contu. cùm citat. à gloſſ. & doct. ibi.
g l. cum, & l. manifeſti, C. de dol.
h 2 part. tit. 7. cap. 2. §. 7.
i num proximo ſub finem.
k 2. 2. q. 147. ar. 4.

ſaluari ſecundùm mentem eius, in eo, qui præuiâ causâ iuſtâ inuitat paratum cœnare, putâ, vrbanitatis, vel amicæ hoſpitalitatis, vt cœnet ſecum, qua parte cœna eſt actus ſuſtentandi naturam, & de ſe bonus vel indifferés, nõ cõſentiendo in eũ, quatenus eſt violatio ieiunij.

25 Arbitramur enim licere inuitare, & prouocare iuſta de cauſa quempiam ad actum ſuo genere bonum, vel indifferentem, nullatenus conſentiendo in eum, quatenus fit malè, vel eſt malus. Tum, quia Deus ipſe inuitat, imò cooperatur in quibuſdam, quæ ſunt peccata, quatenus ſunt entia, quia, quatenus ſunt talia, ſunt ab eo, per quem omnia facta ſunt, [a] vt dictum eſt ſupra. [b] Tum quia licet gaudere de eo, quod eſt peccatum, alia ratione, quàm quia eſt tale. De occaſione enim Chriſti gaudemus qua parte eſt noſtra redẽptio, & dolemus, qua parte fuit grauiſſimum peccatum, iuxta illud. [c] *Actio diſplicuit, paſſio grata fuit.* Tum, quia licèt egenti mutuum petere ſimpliciter ab vſurario, qui ſcitur non eſſe mutuaturus citra vſuras, imò & accipere ſub eis, non conſentiendo in dationem, quatenus eſt mala. Tum, quia licet parochiano petere, & accipere à ſuo parocho Sacramenta, quibus ſubminiſtrandis ille peccat, creditúrque peccaturus, vt dictum eſt ſupra [d] Tum, quia licèt locare meretrici domum (in qua creditur meretricatura) ſitam in ea vrbis parte, quâ meretricari permittitur, vt dictum eſt ſupra. [e] Tum, quia licet vendere, aut dare peccatoribus non excommunicatis neceſſaria, & vtilia ad ſuſtentationem, licèt directa ad peccandum (vt ipſi dirigũt) ſint peccata. (Quin et oportet id facere, etiam excommunicatis extremè egentibus, imó & infidelibus volentibus infideliter viuere, ſecundùm omnes. [g] Tum, quia licet petere à Gentili, Iudæo, vel Saraceno, vt confirmet iuramento contractũ licèt ſciatur, vel credatur ſuperſtitiosè, & cum peccato iuraturus. [h] Tum, quia Beatus Laurentius dixit Decio Tyranno. *Aſſatum eſt iam, verſa, & manduca*: cùm tamen illa verſio ex parte aſſantis, peccatum foret Inſuper, plærique martyres prouocârunt tyrãnos ad ſui occiſionem quæ tamen ex parte eorum, erat peccatum. Quin & ſanctus Andreas Apoſtolus prouocauit ad ſui crucifixionem, & eius protraxionem, reſiſtendo ne de-

a *Ioan.* 1.

b *Prælud.* 7.

c *gloſſ. c.* 1. *de conſec. eccle. vel alt. lib.* 6.

d *cap.* 14.

e *c.* 17. *n.* 195.

f *c. Audi denique, & c.* Menſam 11. q. 3.

g *per c.* Paſce, 86 *diſtin.*

h *c.* Monet, 22. q. 1.

poneretur: quum tamen vtraque tam crucifixio, quàm eius protractio, eſſet grande peccatum. Rationibus autem in contrarium adductis, reſponderi poteſt, iis locũ eſſe in eo, qui citra iuſtam cauſam, inuitat, vel conſentit in actum cœnãdi, vel causâ præuiâ, quatenus eſt peccatum, vel eſt cauſa, cur ieiunium illius diei infringatur.

26 IIII. Peccant, paterfamilias, œconomus, hoſpes, aut caupo, mane aut veſpere diebus ieiuniorum ſuis filiis, famulis, aliiſve, quorum curam gerunt, vel ad ſuam tabernam diuertentibus, ſubminiſtrant cibos, quibus eos ieiuniũ ſoluturos ſine cauſa credunt, aut ſaltem dubitant, ſeu dubitare debent. Quàmuis enim fortaſſis non ſint cauſa principij peccati, ſunt tamen cauſa actus, quo peccatum perpetratur, ſecundùm Caiet. [a] aut cõtinuationis illius, & proinde, peccato conſentiunt & cooperantur, vt Ioan. Maior. prodidit. [b] Secus tamen ſi ſatis apparet eos non teneri ieiunare quòd iter faciant, adoleſcẽtes, ſenes, infirmi, grauidę, aut nutrices ſunt, probabiliterve credunt ſubeſſe cauſam occultam legitimã non ieiunandi, & illis occultè miniſtrant, aut ſaltem citra cuiuſquam ſcandalum. Ad quæ reducenda ſunt, quæ tanto apparatu, ait Gab. [c] Reſoluens tamẽ tabernarios, & caupones, paratos miniſtrare cibos, die ieiunij quibuſcumque petentibus, nulla admonitione ieiunij facta, nulláque ratione habitâ, an ſubſit iuſta cauſa non ieiunandi, & an peccent vel non, mortaliter peccare quod ex prędictis ſequitur.

V. Peccat mortaliter, qui diebus ieiuniorum cibos vetitos adminiſtrat citra diſpenſationem legitimã: aut conſuetudinem id permittentem, aſſertore Gabr. [d]

27 VI. Peccat, qui mane comedit die ieiunij præ tali ignorantiâ, vel incogitantiâ, quæ à violando ieiunio excuſet, ob idque non ieiunat: Quandoquidem, non obſtante tali eſu, perinde poterat ieiunare, ac ſi nihil comediſſet, & hora conſueta veſci, iuxta Palud. [e] Dixi (*præ tali*) ſecus enim foret, ſi eſſet eiuſmodi, quæ à violando non excuſaret: eò quòd iam violatum ieiunium reparare non poſſit eo die, alio verò non tenetur ſecũdùm omnes, [f] quicquid dicat Palud. [g] veluti, qui vno die preces horarias omittit, non tenetur altero recitare, vt

a 2.2.q.147.*art.* 4.
b *in* 4.*diſt*.15.*q.* 4.
c *in* 4.*ſent diſt.* 16.*qu.* 3. *art.* 3. *dub.*6.
d *vbi ſup.*
e *in* 4. *diſt*.15.*q.* 4.*art.*5.
f *arg.c.*2. *de obſeru.ieiun.*
g *vbi ſup.*

te, vt

te, vel latè alibi [a] diximus.

VII. Peccat. qui notabiliter citra iuſtam cauſam horam comedendi in loco conſuetam præuenit,[b] quia ieiunium infringit, Caietan. aſſertore [c] quicquid dicat Angel.[d] Secus, ſi iuſta de cauſa id facit, vt quia non vacabit hora conſueta comedere, ſiue ob iter arripiendũ, ſiue ob hoſpites, aliamve honeſtam cauſam iuxta Inn.[e] Silueſt. [f] Gabr. & Ang [g] Licet autem pro libito proferre horam, modò citra ſuperſtitionem fiat, iuxta S. Ant.[h] ab omnib. receptum. Nec ieiunium infringunt, qui ante veſperas Quadrageſimæ comedunt, vel alijs ieiuniorum diebus ante nonam recitatam, quàmuis officijs diuinis addicti, id ſine iuſta cauſa facere non debeant, iuxta S. Anton.[i] & Caie.[k]

VIII. Peccat, qui compellit famulos ieiunijs aſtrictos diebus ieiunij ad opera illis impatibilia, quæ quidem, commode in alium diem differri poſſunt, Palud.[l] & Gabr. authoribus.[m] Quod ipſum producendum eſt ad ieiunantem diebus dominicis, ſupeſtitioſè credentem illis ieiunandum eſſe, contra conſuetudinem, in ecclesia Chriſt. receptam,[n] ſecus tamen ſi ieiunet ob ſalutem ſuam, ſtudium, domandam carnem, alioſve bonos fines, imò meretur.[o]

## De ſoluendis decimis, tertio præcepto Eccleſiæ.

### Summæ.


28 *Decimæ quoad quotam iuris humani, quoad ſuſtentationem, diuini, & ita quod illam tolluntur conſuetudine, non autem quoad hanc. n. 30.*

29 *Decima triplex, prædialis, perſonalis, & mixta.*

30 *Decima inſolitam non imperat Papa.*

31 *Decima perſonalis in quo à prædiali differat, & non ſoluitur.*

31 *Decima ſoluenda non deductis impenſis & ſemine. &c.*

31 *Decimas debens, vel impediens ante reſtitutionem non abſoluendus.*

32 *Primitiæ, vt decimæ ſoluendæ.*


[a] *in Enchir. de orat. c. 10 n. 32.* *Angel. vbi ſup. §. 3. & 4.*
[b] *iuxta gloſſ. ca. vnum, §. alius, verb. ieiunantibus, 25. diſt. & Pal. in 4. diſt. 15. q. 4 art. 4.*
[c] *2 2 q. 147. art. 7.*
[d] *verb. ieiunium, §. 2.*
[e] *in rubr. de obſeru. ieiunij. q. 1. dicto 3.*
[f] *in 4. diſt. 16. q 3. art. 9.*
[g] *verb. ieiunium, § 2.*
[h] *2. part. tit. 6. c. 2. § eo.*
[i] *vbi ſup.*
[k] *vbi ſup. d. ar. 7*
[l] *in 4 diſt. 25. q. 4. art. 2.*
[m] *ibid. q. 3. ar. 1. notab. 4.*
[n] *ca ſi quis presbyte.. 50. diſt. S. Thom. in 4. diſt. 15. q. 3. art. 3.*
[o] *arg. c. vtinam 76. diſt, vbi, & iu ca. ſi quis preſbyter, tradit vterque Cardin.*

28 Contra hoc præceptum de ſoluendis decimis, peccat mortaliter. Primo, qui decimas eccleſiaſticas iure debitas non ſoluit integre, cui debet,[a] & quidem, lex vetus[b] repetita varijs in locis ab Innoc.[c] qua vndecim Tribus Iſraeliubebantur ſoluere duodecimæ Leuitarum, diuino cultui addictæ, decimas omnium fructuũ, erat lex iudicialis, quoad quotam: quamuis quoad congruam ſuſtẽtationem, quæ debebatur ei, quia erat dicata, & ſubſeruiebat diuino cultui, erat moralis, & naturalis deriuata ex illa generali. *Dignus eſt mercenarius mercede ſua.*[d] ſecundum S. Thom.[e] declaratum pulchre per Caiet.[f] vt ilate, varijs locis prodidimus,[g] quamuis Inn.[h] & glo. quædam[i] recept. ab omnibus ferè noſtris, præſertim à Petro Rauen.[k] teneat, decimas etiam quoad quotam iure diuino deberi[l] ſed perperam: indubium namque eſt, eam non deberi lege naturali, cum nullum ante Moſem, aut poſt eum ante Chriſtum, alios nullos quam Hebræos, ligauerit, quod tamen feciſſet, ſi foret lex naturalis.[m] Et conſequenter erat iudicialis, vel cæremonialis, quas nedum eſt verum, ſed de fide, ceſſaſſe à paſſo Chriſto.[n] Quo fit, vt Ioan. Maior[o] aſſerat contrarium eſſe hæreſim (licet Canoniſtæ illud tenentes nõ debeant cenſeri heretici[p]) ſpeciatim confutans prædictũ Rauẽnantem mordicus inſequentẽ Inn. quod eorũ pronunciata conſequitur, præcepta iudicialia legis veteris non expiraſſe, quod eſt hæreſis. Nec obſtat dictus §. *ille.* ſiquidem intelligendus eſt, de lege, quæ diuina eſſe ſolebat, aut de lege diuina veteri, quæ nouæ humanæ exemplo fuit, vt dixit Caiet.[q] qui ad *cap. Quadrageſima de conſecr. diſt,* 5. apte reſpondet.[r]

29 Tripertita porro eſt decima: Prædialis. Perſonalis & Mixta. Prædialis eſt, quæ prouenit ex fructibus prædiorum: tritico ſcilicet, vino, oleo, &c. Perſonalis eſt decima lucri ſolâ induſtriâ, aut labore perſonæ quæſiti, cuiuſmodi eſt lucrum mercedis, mercis, officij, venationis, &c.[s] Mixta eſt quæ partim ex prædijs, & partim induſtria capitur, qualis eſt fœtuum pecudum, &

a *ſecundum omnes, per ca. decimæ, c. reuertimini, 16. q. 1 & illa multa, quæ Innoc. cõmuniter recept. citat in rubr. de decim. alius in ca. fin de paroch. illi proximo.*

b *Exod. 22.*

c *vbi ſup.*

d *Luc 10.*

e *quod l. 2. art. 8. & quod l. 6. art. 10. & 2. 2. qu. 87. art. 1.*

f *ibi.*

g *in recpet. ca. ius naturale, 1. diſt. & in c. 1. de decim lib. 6. & in repet. ca. ad hæc. de præb. notab. 1. dicto 8.*

h *vbi ſup.*

i *ca 1. de decim. lib. 6.*

k *in fin. ſui compendij.*

l *per c. in aliquibus, §. ille, de decem & alia quæ ibi allegat gloſſ.*

m *arg c, ius gentium, 1. diſt. & princip. §. 5. diſt.*

n *§ fin. 4. diſt. & c. 1. de purif. poſt part.*

o *in 3 i ſent. diſt. 37. q. 36. col. 2.* p *col. ante pæn. & ſeq.* q *in d. art. 1. facit in ſimili cap. cum eſſet, de teſta.* r *in col. penul.* s *c. ad Apoſtolicæ, & c. paſtoralis. cum gloſſ. & eis adnot.*

pullorum auium. Et proinde, hęc lex eccleſię generalior eſt vetere, quę ſolam decimam prædialem, aut mixtam ſoluere iubebat.

30 Dixi (*Eccleſiaſticas*) ad includendam triplicem decimam ſupradictam. Dixi (*Iure debitas*) ad excludendũ eas, quæ conſuetudine, vel conuentione rationabili nõ debentur, quod ferè tota Italia ſeruat, & bene quidem, nam quum (vt prædictum eſt) decima non debeatur quoad quotam iure diuino, poteſt illa diminui, vel tolli, modò congrua ſuſtentatio iure naturali debita, ſuperſit miniſtris eccleſiaſticis. [a]

Quibus conſequens eſt Primò, ſoluentem minorem partem, quàm decimam, vel decimam aliquorum fructuum, non aliorum, modò ſoluat totam partem conſuetam, & omnium fructuum decimari ſolitorum, ſatisfacere: modò ſuam parochus congruam ſuſtentationem habeat, per prædicta, etiam duobus caſibus, quorum meminit Panor. [b] quem ſequitur Ang. [c] quorum quidem prior eſt, quando Papa ſoluere iuberet: quia, retenta opinione prædicta Theologorum, ſupra efficaci ratione comprobata, eiuſmodi iuſſus citra nouam cauſam non eſſet iuſtus, adeóque ab eo ſupplicari poſſet. [d] Poſterior verò eſt, quando miniſtri eccleſiæ neceſsitatę preſsi, decimas peterent: nam & hoc caſu nõ eſſet ſoluenda quota decima præcisè, ſed plus, vel minus, aut quantum congrua ſuſtentatio plus minúſve requireret: id enim iure naturæ (cui humana cõſuetudo derogare nequit) debetur, illa verò humano, cui conſuetudo derogat. [e]

31 Idem porrò dicendum de perſonalibus, quod de aliis: putà non deberi, vbi eſt conſuetudo legitimè præſcripta non ſoluendi eas, qualis eſt ferè noſtra ætate in toto orbe Chriſtiano, exceptis ſalariorum famulorum, & famularum nonnullarum regionum Hiſpaniæ. Inter has enim & alias hoc ſolùm intereſt, quòd hæ nunquam fuerunt debitę iure diuino etiam veteri, illæ verò ſic ab Hebręis tantùm: quódque in his deducuntur impenſæ, ſolúmque lucrum decimatur, in aliis non item. [f] De lucro autem illicito (quod reſtituendũ eſt) ſoluenda decima perſonalis non eſt, ſecus tamen de alio, modò non ſit notorio peccato quæſitum: ex tali

a *arg. cap. fin. de conſuet. & l. 2. C. quæ ſit longa conſuet.*

b *in ca. à nobis, de decim.*

c *verb. decima, § 2.*

d *iuxta cap. ſi quando, de reſcript.*

e *cap. fin. de conſuet. vt dictum eſt ſup. n. 28.*

f *per notat. in d. c. ex tranſmiſſa, & c. paſtoralis, de decim.*

enim lucro non eſt accipienda, ne illud approbari videatur.[a]

II. Peccat, qui ſoluit quidem decimam iure debitã, ſed deducit priùs impenſas ſationis, aut collectionis fructuum, vel ſemen ſatum, aut penſionem, quam domino prędij ſoluit,[b] vel decimat partem peiorem; licèt enim non debeatur optima, debetur tamen mediocris Ioan. Maior. aſſertore.[c]

III. Peccat ſoluens quidem omnes decimas debitas, ſed non vbi, quando, vel quibus iure, aut conſuetudine legitima debet,[d] Niſi legitimo pacto inter eccleſiaſticos, & laicos excuſetur.[e]

32 Quibus addo, Concil. Trid.[f] ita præcipere: *Qui decimas aut ſubſtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plenâ reſtitutione ſecutâ, abſoluantur:* quod intelligimus de iis, qui reſtituere poſſunt antequã ſacroſanctum corpus Domini ſumere debeant, aut moriantur.[g] Condonatio verò facta ab eo cui debentur, ſufficeret.[h] Nec refert, an diues ſit, qui debet, an pauper, vt rectè innuit Ioan. Maior.[i] quicquid ſentiat S. Anton.[k] niſi quòd beneficiarius condonando diuiti, quod pauperibus eſt erogandum, & diues accipiendo, quod illis erat dandum, peccare poſſent, & teneri ad reſtitutionem, iuxta alibi[l] dicta.

IIII. Peccat primitias iure, vel conſuetudine legitimà debitas non ſoluens, vbi, quando, & quibus debet[m] concionator præterea, religioſus, vel confeſſarius, dehortans ſeu abalienans à ſolutione decimarum, eſt excommunicatus.[n]

[n] *iuxta dicta infra ca. 27. n. 145.*

# De ſemel in anno confitendo, quarto præcepto Eccleſiæ.

## Summæ.

33 *Confeſſio omnium mortalium intra annum, per ſeipſum neceſſaria, & interdum ante Quadrageſimam, venialium verò vtilis tantum: niſi &c. & ſeq.*

37 *Confitendo, qui mentiens, vel nolens integre fateri, peccat mortaliter. & ſeq.*

---

a *iuxta gloſſ. cōmuniter recept. in d. c. ex tranſmiſſa.*
b *contra ca. tua nobis, & cā. non eſt, de decim.*
c *vbi ſup.*
d *arg. ca. certificari, de ſepult. & cap. ea te, de iureiur.*
e *ca. ſtatuimus, & c. veniens de tranſact. cum eis adnot.*
f *ſeſſ. 25. ca. 12. de reform.*
g *arg. eorum quæ dicta ſunt. ſup. c. 17. num. 42. & 156.*
h *ex mente gloſ. ſolem. c. peccatū, de reg. iur. lib. 6. verbo reſtituatur.*
i *vbi ſup.*
k *2. part. tit. 4. c. 3 § 7.*
l *in apolog. de red. eccl. qu. 1. mon. 73. n. 2. cit. ſup. c. 17. nu. 94. & ſpecialius in c. non liceat, 12. q. 2. § 5. n. 5.*
m *iuxta c. 1. & ibi not. de decim.*
*trad. S. Thom. 2. 2. q. 86.*

40 *Confeſſio talis, qualis eius finis, & quis principalis.*
41 *Confitens qui laico, vel qui confeſſionem iterans, peccat mortaliter. & 42.*
43 *Pœnitentiam qui non implens, peccat mortaliter.*
44 *Confeſſarij dictum qui reuelans, peccat mortaliter.*

33 Contra hoc præceptum de ſemel in anno confitendo, peccat mortaliter. Primò, qui iam vſu rationis vtēs, nullo ſubſiſtente impedimento non confitetur omnia ſua peccata mortalia ſemel in anno, cui debet. [a] Quámuis autem omittere vno anno cōfeſſionem, non ſit, niſi vnum peccatū mortale, [b] quoties tamē quis ſtatuit non confiteri toto anno, toties peccat, iuxta omnium ſententiam. Quid autem ſit confeſſio (cuius meminimus) ſacramentalis, & quæ ſedecim conditiones, quas requirit, cum quatuor notabilibus, dictum eſt ſupra. [c]

Dixi, *vſu rationis vtens*, ad excludendos eos, qui ea carent, [d] ea autem vti videtur puer, qui ob malefactum verecundatur, & bonum diſcernit à malo: quique interrogatus, An liceat innocentem interficere? aliena, inuadere? ſuperiori maledicere? & alia huiuſmodi, negatiuè reſpondet. Interrogatus verò, An bonum ſit eſurienti panem porrigere? adire eccleſias? affirmatiuè reſpondet. Cæterùm, non omnes eodem tempore, eam conſequuntur quod diligenter conſiderare debent quibus illi ſubduntur. [e] Perdecens autem eſt conſuetudo, vt vno, alteróve anno priùs incipiant confiteri, quàm communicent, quo maiori cum reuerentia id faciant: Maiore [f] aſſertore.

34 Dixi, *nullo ſubſiſtente impedimento*, quia, ſi copiam confeſſarij non habet aut eſt excommunicatus, nec procurare abſolutionem negligit, aut ex conſilio confeſſarij in longius tempus confeſſionem differt, vel aliàs impeditur, non peccat. [g]

Dixi, *Peccata mortalia*, quia hoc præceptum non includit venialia, etiam mortalibus admixta, [h] niſi quādo dubitatur, an ſint mortalia, [i] vel tanto eorum ducitur affectu, vt metuat ſe per ea in mortale inductum iri, niſi illa viriliter Sacramentalis confeſſionis habenis refrænet, iuxta ſanctum Bonauenturam. [k] Quibus conſequens eſt, poſſe quem, ſi velit, cōfeſſo vno veniali

a *c. omnis vtriuſque ſexus, de pœ. & rem.*
b *vt innuit gloſ. ſing. in ſum. de pœn. diſt. 5.*
c *cap. 2.*
d *d. c. omnis.*
e *arg. c. duo iſta nomina, 23. q. 4.*
f *in 4. ſent. diſt. 17. q. 2.*
g *arg. c. quia diuerſitatem, de cōceſ. præb. trad. S. Anto. 2 part tit 9. c. 8.*
h *iuxta gloſſ in c. omnis, receptā ibi, & in 4. ſent. diſt. 16. per omnes, & probatam per concil Trid. ſeſſ 4. can. 5.*
i *arg cap. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7.*
k *in d. 4. ſent. diſt. 16. ſub fin.*

peccato, alterum facere, iuxta Io. Maio. & alios.[a] Profuerit nihilominus carenti mortali ſæpius venialia confiteri: per id námque augetur gratia, pœna purgatorij mitigatur, propoſitúmque nunquam peccandi mortaliter renouatur, & habitus venialiter peccandi minuitur, iuxta Silu.[b] Dixi (*Semel in anno*) & (*omnia*) propterea, quæ dicto cap. 2. dicta fuerunt.

35 II. Peccat mortaliter, qui non cõfitetur, etiam extra Quadrageſimam, occurrente caſu, quo ad id obligatur. Quinque autem caſus ſupra[c] attigimus, quibus prędictus Ioan Maior. addit ſextũ, quo quis nouit, ſe memoriam omnium totius anni peccatorum, in Quadrageſima minimè habiturum, quod videtur vtile, at non neceſſarium. Tum, quia ferè omnes toto anni decurſu toties peccamus: vt veri numeri in Quadrageſima non meminerimus. Tum, quia nulla lege ad id obligamur, ſine lege autem non eſt aſſerẽda obligatio.[d] Tum quia Concil. Florent. citatum à nobis[e] cui Trid. conſentit[f] tantùm aſtringit ad confeſsionem peccatorum, quorũ meminimus: in quod tamen adhibenda eſt mediocris diligentia, quam ibi determinauimus, non tamen illa noua, quam Maior, ſine textu, & ratione neceſſaria, excogitauit, quáque ancipitibus ſcrupulis diuexari poſſent pœnitentes.

III. Peccat non iterans cõfeſsionem, quibus caſibus[g] iteranda eſt ſciens, aut ſcire debens ſe ad illud teneri, iuxta mentem omnium.

36 IIII. Qui confiteri poteſt ore proprio per ſemetipſum, nec vult id facere, niſi ſcripto, vel per internuntium ob ſegnitiem, aut pudorem.[h] Dixi (*Poteſt*) qui enim per ſeipſum confiteri nequit, non tenetur confiteri per alium, nec per ſcriptum, nec etiam per interpretem: quamuis ſi id faceret, valeret confeſsio, & abſolutio, quæ ſcripta mitteretur, ſecundùm Palud.[i] & clarius Adrian.[k] quos ſequuti fuimus[l] & nunc etiam ſequimur, quàmuis aliqui contradicant. Tum, quia quæ per interpretem fit, ſemper fuit, & eſt in vſu eccleſię, eam verò quę ſcripto à pręſente pœnitente fit, probat gloſſ. quędam.[m] Tum, quia falſum eſt de ratione intrinſecæ confeſsionis eſſe, vt ſit ſecreta. Conc. enim Trid.[n] expreſsè ait eã poſſe etiam fieri publicè: licèt ne-

a *vbi ſup.*
b *verb. confeſſio,* 1. *q.* 4. § 3.
c *in d. c.* 2. *nu.* 6. *& c. ſeq.*
d §. *conſideremus, auth. de trien. & ſemiſſ. coll.* 3. *& c. conſuluiſti,* 2 *q.* 5,
e *in c. frater, de pœn. diſt.* 5 *num* 66,
f *vbi ſup. c.* 5.
g *ſup. c.* 9. *expreſſis.*
h *c. quem pœnitet, de pœnit. diſt.* 1.
i *in* 4. *ſent. diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 1.
k *in* 4. *de confeſ. q.* 1.
l *in d. c. quẽ pœnitet.*
m *c. qualis,* 30. *q.* 5.
n *in d. ſeſſ.* 14. *can.* 5.

mo ad id arctetur. Et quidem ſi id verum foret confeſſio, quã tertius inſidioſe audiret, nil valeret. Tum, quia dictum *cap. Quem pœnitet*, habens non eſſe faciendam ſcripto, intelligi debet, quando verbo commodè fieri poteſt, ne aduerſetur prædicto *cap. qualis*, quod ſecundũ vnum intellectum gl. habet eã ſcriptura fieri poſſe. Tũ, quia hæc opinio miſericordiam Dei, virtutem ſacramẽti pœnitentiæ, & deuotionem pœnitentium auget, oppoſita vero retrahit à confitendo alienę linguæ homines, ac mutos callentes ſcribere & ægrotos ad domum parochi ægrotantis ſeſe conferre nequeuntes, vt alibi [a] tetigimus.

37 V. Peccat mortaliter, mentiens in cõfeſsione, affirmando, aut negando aliquod mortale, niſi affirmaret citra animum ſacerdotem decipiendi, exiſtimans ſanctè poſſe ſe nimis accuſare. [b] Dixi *Mortale*, ſi enim duntaxat affirmaret, vel negaret falsè veniale tantum, non peccaret mortaliter, ſiue ſtatuiſſet illud confiteri, ſiue non, quicquid dicat Caiet. [c] Mendaciũ ſiquidẽ eo ſolo quod in iudicio interiori cõfeſsionis, vel exteriori dicatur, nõ eſt mortale, quàmuis ſit de re, quæ ad iudicium, in quo illud fit, pertineat, niſi ſit iuramento vallatum, aut notabiliter perniciosum. [d] Dixi (*Eo ſolo*) quia, vt alibi [e] ſcripſimus poteſt eſſe peccatum, quum quis nullum aliud verum cõfiteretur; non quidem, quia eſt mendacium, ſed quia irreuerentiam ſacramẽto irrogat, non applicando materiam ad illius exercitium ſufficientem: cuiuſmodi non eſt peccatum, falſum: licet veniale verum ſecus.

38 Quod autem dictũ eſt de veniali, dicendum quoq; eſt de mortali, alias legitimè confeſſo: cũ neutrius confeſsio ſit neceſſaria, vtriuſque autem ſit ſufficiens materia ſacramenti, ſecundum communem Catholicorum, Quibus conſequens eſt, non peccare mortaliter (vt [f] diximus) confitentem per negantem ſe admiſiſſe peccatũ mortale, alias legitime confeſſum.

39 VI. Peccat, qui confitẽdo intendit non confiteri aliquod peccatum mortale, niſi confeſſarius interroget, quod agnoſcens confeſſarius: inducere eum debet, vt pœniteat peccati nolendi confiteri integre. [g]

40 VII Peccat confitens ob finẽ mortaliter malũ: puta, ad conſequendum aditum faciẽdi quippiam mortale,

a *in d. c. quem pœnitet, de pœnit. diſt. 1. n. 4.*

b *vt in d c. fratres, n 37. diximus.*

c 2. 2. q. 69. *art.* 1.

d *in c. fratres, de pœn. diſt.* 5. *n* 18.

e *& in c. inter verba, n.* 735. *& ſup. c.* 18. *n.* 7. *in d. c. fratres, n.* 22.

f *in d. c.* 2.

g *contra d. c. omnis, & Concil. Florent. ac Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 5.

aut ob vanã mortalẽ gloriã, omnis enim actus, cuius, finis mortalis eſt, ipſe quoq; talis eſt.[a] *Dixi mortaliter malu*, quia cõfiteri ob finem venialem, nõ eſt mortale: quãuis enim Ang.[b] aſſerat, concionari, miſſam celebrare, aliaſve principaliter diuino cultui dedicata facere, ob honorem, vel inanem gloriam, eſſe mortale: contrariũ tamen tenendum eſt, vt latiſſimè alibi[c] demonſtrauimus. Cæterum, vt quis dicatur confiteri principaliter, ne notetur, aut infametur apud vulgus, ſeu ob metum apparitoris, vel pœnæ, non ſatis eſt, quod alias non cõfiteretur: ſed oportet, vt id æque, aut pluris quam confeſſionem, & abſolutionem faciat, quod pauci faciunt quamuis plęrique non confiterentur, niſi aliquo intuitu prædictorum, aliouę ſimili temporario in id mouerentur.[d] Cui conſequens eſt, non peccare mortaliter eos, qui ne ſuæ exiſtimationis honeſtæ iacturam faciant, alicui confeſſario familiari ſuo cõfitentur omnia ſua peccata, etiam obſcœna, poſtea vero alteri probo, & graui ſolum leuiora: quod de ſe non eſt malum: & ſi finis venialis fuerit, peccatum veniale erit: ſi mortalis, mortale, ſi bonus (vti frequenter eſt) ſanctus, & probus imo, interdum neceſſarius, quicquid dicant Silu.[e] & alij, quorum pronunciatũ ad diſtinctionẽ noſtri, reduci poteſt.

41 VIII. Peccat confitens laico, vel clerico non preſbytero citra neceſſitatem, cum poſsit confiteri presbytero, vel etiam ſuperueniente neceſsitate, animo ſuſcipiendi ab eo abſolutionem ſacramentalem, aut detegẽdo peccata mortalia ſecreta, imprudenter, iuxta Scotum, & communem[f] ac Turre.[g] Quod quidem, vt alibi,[h] diximus, intelligendum eſt ſolum, de confitente peccata, quibus citra peccatum mortale ſeſe infamare non poteſt, quique ſcit abſolutionem ſacramentalem datam à laico, etiam in vltima neceſsitate, eſſe ſacrilegium, graueque peccatum eſſe interdum, ſeipſum infamare, etiam ad veniam à Deo conſequẽdam, nõ autem de eo, qui bona fide credens (licèt per ignorantiam iuris) licitum eſſe, id facit: quod communiter inter peritos id licitum exiſtimetur: quod tamen falſum eſt, iuxta omnium calculum.[i]

IX. Peccat, qui confeſſus laico tempore neceſsitatis peccata mortalia, eadem poſtea non confitetur, cui de

a c. cũ miniſter, 23. q. 5. cum ijs quæ ſuſe adiecimus ei.
b verb. vana gloria, §. 1.
c in repet. c. inter verba, 11. q. 3. concl. 4.
d per dicta locis ſupradictis, præſertim in d. c. cum miniſter, n. 43. differendo de cauſa principali & minus principali actus humani.
e verb. confeſſio, 1. q. 6.
f in 4. ſent. diſt. 17. q. 1.
g in c. quem pœnitet, diſt. 1.
h in c. 1 de pœnit. diſt. 6 a nu. 72. vſque ad 83. & in repet. c. inter verba, concluſ. 4.
i in d. 4. ſent. diſt. 17.

bet tempore, quo confiteri tenetur, iuxta omnes.[a] Siquidem confiteri ea, non ſecus tenetur, quam ſi nullatenus illa confeſſus fuiſſet, vt diximus.[b]

42 Peccat peccatorum ſemel benefactam confeſſionem iterans ſecundo, tertio, & ſæpius ob ſcrupulos, cũ periculo deſipiendi, ob nimiam de re triſt. cogitationem, aut cum non leui ſcandalo confeſſarij, ſeu infamia tertij, vt diximus.[c] Dixi (*Cum periculo & ſcandalo*) non enim videtur pluſquam veniale id facere ſine illis, licet ſit veniale: quandoquidem procuranda ſit tranquillitas mentis & conſcientiæ, quam eiuſmodi ſcrupuloſa repetitio diminuit. Ideoque ſemel confeſſus, & legitime abſolutus, iuxta iudicium docti confeſſarij, quieſcere debet: imò & credere, ſe confeſſum fuiſſe quæ poſtea occurrent, neſciens an ea fuerit cõfeſſus, necne probabiliter nihilominus credit ſe illa confeſſum, ob id enim nulli ſe diſcrimini ſubijcit, ꝙ certo neſciat, ſe confeſſum non fuiſſe: morbus enim, quo laborat, excuſat eum, adeoque facit, vt certum reputare debeat, quod alius vegeto corpore & firmâ valetudine, dubium reputare deberet: eo quod paſſio inordinata timoris, iudicij conſtãtiã ei adimat, totque dubia in phãtaſia excitet, vt metũ nunquam ſe bene confeſſum, inducat: adeoque nõ niſi magnâ moleſtiâ, phãtaſiæ motus ſedare poſſit. Quo ſane cõplura pericula, tam corporis quam animæ incurruntur, & multa vtriuſque bona opera impediuntur, vt rectè poſt alios perpendit Caiet.[d] addens, idem dicendum de iterãtibus confeſſiones, non quia ſunt ſcrupuloſi: ſed quia nunquam proponunt omnino integre cõfiteri, vt par eſt, mortaliter enim peccant, non quia iterãt (cum ad id teneãtur) ſed quia non bene iterant, magnamque irreuerentiam tanto ſacramento irrogant.[e] Quamuis autem nemo confeſſionem peccatorũ ſemel bene factam, iterare teneatur, ſanctum tamẽ eſt iterum ea confiteri, ſi deuotionis ergo quietâ conſcientiâ, & citra tædium confeſſariorum, aliorumque bonorũ operum impedimentum fit. Licet enim prima contritione, & confeſſione remiſſa fuerit eorũ culpa, frequenter tamen non remittitur tota pœna temporaria hic, vel in purgatorio ſubeunda, in quam æternam commutata fuit, quæ ſecunda, tertia & quarta confeſſione tol-

[a] *in 4. diſt. 17. & c. omnis, de pœnit. & remiſſ.*

[b] *in d. c. 1. de pœnit. diſt. 6. n. 83.*

[c] *in d. c. inter. verba, 11. q. 3. n. 7. 9. & in c. fin. de pœn. diſt. 5. n. 30. & in c. 1. n. 98. & 99. de pœnit. diſt. 1.*

[d] *in ſum. verbo. confeſſionis conditiones.*

[e] *contra ea quæ tradit S. Thom. 2. 2. q. 99. art. 3.*

litur aut diminuitur, tam ratione verecundiæ (quâ pœnitens in confeſſione ſuffunditur) quam virtutis ſacramentalis abſolutionis, quæ non ſolum largitur, vel auget gratiam: ſed etiam diminuit, & tollit pœnam ſupradictam, iuxta illud S. Auguſt.[a] (*Quanto pluribus confitetur in ſpe veniæ turpitudinem criminis, tantò facilius conſequitur gratiam remiſſionis*) quem ita [b] intelligimus, adeoque ſic intelligendus eſt, iuxta Panorm.[c]

43 XI. Peccat, qui pœnitentiam ſibi à confeſſario iniunctam, & à ſe in ſatisfactionem ſpecialem ſuorum peccatorum mortalium ſuſceptam, non implet, cùm illius meminit, eamque implere poſſit. Dixi (*ſuſceptam*) quia non cogitur pœnitens eã acceptare, niſi vt infra [d] dicetur: at ſuſceptam implere tenetur, vt [e] diximus. Tũ quia quicquid dicat Caietan. [f] maiorem vim habet ſententia confeſſarij in foro ſuo, quàm alterius iudicis in foro exteriori: quæ tamen ſuſcepta ad implementum ſui obligat ſub pœna mortalis. [g] Tum, quia in dubio, hæc eſt communis intentio confeſſariorum, & pœnitentium, nititurque illo euangelij (*Quorum retinueritis &c.*[h]) Dixi (*Præceptam*) quia cõſulta tãtum, nec ad mortale, nec ad veniale obligat. [i] Dixi (*In ſatisfactionem*) quia quæ imponitur in monitionem eius, ad quod tenetur, puta, vt ſingulis annis confiteatur, & cõmunicet, quodque debet, reſtituat, ad nouum peccatum non obligat, regulariter namque expreſſio eius, quod tacite ineſt nihil operatur, [k] & qui declarat non ſtatuit. [l] Dixi (*Mortalium*) nam ob veniale impoſita, communiter nõ obligat ad mortale, niſi contemptus acceſſerit.

XII. Peccat, confeſſione facta reuelans quippiam à confeſſario ſibi dictum, conſultum, vel præceptum in non leue detrimentum vitæ, ſalutis, famæ aut bonorum eius probabiliter redundans, iuxta Paludan. [m] & latius Adrian. [n]

a in c. quem pœnitet, de pœnit. dist. 1.
b ibidem.
c in c. at ſi, § de adulterijs, de iudic.
d c. 26. n. 20.
e in c. 1. § ponat ſe, de pœnit. diſt. 5 n. 13.
f in 2. q. de ſatisfact.
g c. 2 de maior. & obed.
h Ioan. 20.
i § fin. 4 diſt. & c. fi. 2. 14 qu. 1.
k c. ſignificanti, de elect. & fuſe Felin in c. ad audientiam, 2. de reſcriptis, vbi gloſſ.
l l. hæredes palã, § ſed & ſi notã, ff. de teſtam.
m in 4 ſent. diſt. 21 q. 3. art 3. col. 4.
n in 4. de confeſ. dubio. 10. & 11.

# De communicando in Paſchate, quinto præcepto Eccleſiæ.

Summa,

44 *Communicandum in Paſchate, aut ante, vel poſt, octo dies, niſi, &c.*

45 *Communicet quàm ocyſſimè poterit, non communicans in Paſchate.*

45 *Obligatio quæ lapſu termini implendi præceptum, finiatur.*

46 *Communicat qui ſcienter in mortali, & ob id peccat.*

47 *Gratia in diuina ſe eſſe nemo citra ſpecialem reuelationem ſcit, & qui prè credit ſe eſſe in ea.*

48 *Communicare bene qui interdum cenſura ligatus poteſt.*

49 *Communio confeſſionem actualem mortalium prærequirit, niſi, &c.*

50 *Communionis omiſſio ob odium, quæ mortalis.*

51 *Communionem quæ copula, vel pollutio, impedit.*

51 *Pollutio, vel copula carnalis, quæ communionem impedit.*

52 *Communicans alienum parochianum peccat, niſi. & c.*

53 *Communio quo eſu, vel potu eodē die præſumpto, impeditur.*

54 *Communicans, vel celebrans pluries quàm ſemel in die, peccat.*

55 *Communio quando ob peccatum occultum malè, & ob publicum rectè denegatur & 56.*

57 *Communionem non procurans eis, quorum curam gerit &c.*

57 *Communicare non licèt paruulis, nec aliis ſub vtraque ſpecie, niſi celebrando & n 58.*

58 *Communicare qui tenentur pluries in anno, & quoties expediat, & deceat.*

44 Contra hoc præceptum quintum, peccat mortaliter primò non communicans in Paſchate, [a] nec ante, vel poſt, octo dies, iuxta declarationem Eugenij iiij. quam ignorauerunt Panorm. & alij[b] ac S. Anton.[c] Cæterùm, eam inter alios citauit Ioan. Maior.[d] niſi de licentia proprij ſacerdotis, in plures dies differat, [e] aut ſit excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus à communione, adeóque abſolui nequeat impotentiâ facti, aut iuris, vel ob aliud impedimentum: quod genus eſt occultum illud, quo impeditur à faciendo, quod requirit abſolutio. [f] Quo caſu patienter perferendo cenſuram, & pœnam eccleſiæ, potiùs meretur, modò pro ſua virili procuret habilitatem ad abſolutionem cenſuræ, & peccatorum, ſanctámque communionem, ſecundũ omnes, quod rectè explicat Gab. [g] At ibi inualuit conſuetudo

a *c. omnis, de pœn. & remiſſ.*
b *in d.c. omnis.*
c *in 2. par. tit. 9. cap. 9.*
d *in 4 ſent. theolog. diſt. 17 q. 2.*
e *d.c. omnis.*
f *vt in caſ. c. inquiſitioni cum & adnot. de ſent. excom.*
g *ſermon. 21. de Euchariſt.*

legitima, & præſcripta ſatisfaciendi huic præcepto, communicando quolibet Quadrageſimæ die, cuiuſce-modi eſt in noſtra Conimbrica, multíſque aliis locis, ſufficeret conformare ſe illi, vt alibi [a] diximus.

45 Hortamur tamen, ne quis protinus à prima confeſſione, in annum integrum dilatâ communicet, ſed expectet aliquandiu, & poſtea denuo confeſſus, ea quæ memoriæ occurrerint, & interea perpetrarit, mundiùs ad illam puriſſimam, ſanctiſſimámque mēſam accedat. Et quàmuis D. Antonin. [b] quem Siueſt. [c] ſequitur, & etiam Medina [d] cúm de confeſſione agit, aſſerant eum, qui in Paſchate Reſurrectionis non communicauit, nō teneri ſub pœna noui peccati communicare vſque ad alterum Paſcha (quod ipſum dicunt S. Anton. & Silu. [e] de confeſsione, contradicente in hoc Medin.) [f] nobis tamen contrarium videtur in vtroque verius. Tum, quia, ſi (vt Medina ait) qui intra vnum annum nō cōfitetur, ante finem alterius anni cōfiteri teneatur: quòd prędictum *caput omnis.* cōfeſsionem ſemel in anno pręcipiat, eâdem ratione, qui non communicauit in Paſchate, tenebitur communicare ante finem alterius anni, cùm idem Capit. communionem ſemel in anno pręcipiat. Nam, præcipiendo communicare in Paſchate, duo in effectu pręcipit, communicare nimirum ſemel in anno, & in Paſchate, & licèt ipſo Paſchate, non poſſit impleri alterum de communicando in ipſo, poteſt tamē de cōmunicādo in anno, vt iure [g] alio exprimitur, de citato ad ſe ſiſtendū certo die Romæ, qui ſi non poteſt comparere illo die, tenetur comparere quàm ocyſſimè illo exacto poterit. Cui concordat alia iuris conſtitutio. [h] Tum quia, licèt quando tempus definiendæ obligationi præfinitur, illo lapſo, ea finiatur, [i] quum tamen præfinitur dilatandæ ſolutioni, non finitur lapſu ipſius. Quinimò, vegetior efficitur, [c] at terminus Paſchæ in prædicto capit præſtitutus, non pręfinitur finiendę obligationi, ſed dilatandæ debiti ſolutioni, & vt declaretur eam fieri poſſe intra annum citra culpam, & pœnam. Tum, quia non obſtat eorum fundamentum, pręceptum nimirum de ieiunando illo, vel illo die, & ſingulis quibuſque diebus recitandis horis canonicis, elapſo die, non obligare ad ieiunium, aut reci-

*a in c. conſideret, de pœn diſt. 5. §. caueat, v. 1.*

*b 2. part. tit. 9. c. 9. §. 3*

*c verb. Eucharistia, 3. q. 15.*

*d in C. de pœnit.*

*e vbi ſup.*

*f vbi ſup.*

*g in c. cùm dilecti, de dol. & contum.*

*h l. Celſus, ff. de recep. arbit. cum vtrobique citatis.*

*i c. ſicut de ſpōſ.*

*k per d. c. cum dilecti, vbi hoc adnotat. Panor. n. 12. communiter receptus.*

ſationem alio die, quia, vt ſingulariter meliùs, quàm alij, dixit Petrus de Anchar.[a] eiuſmodi ieiunia, & horas præcipit eccleſia tanquam onus illis diebus annexum: quod iſtis duobus præceptis Confeſſionis, & Communionis non facit, quibus determinat tempus confitendi, & communicandi, à iure diuino indeterminatum, intra quod ei ſatisfaciamus. Et proinde, quàmuis obligatio illo die communicandi, eodem elapſo, ceſſet: obligatio tamen communicandi intra annum, non ceſſat, quinimò perdurat, vt quàm ocyſſimè poterit, ſatisfiat. cùm annus tacitè præfixus fuerit in puram dilationem ſatisfactionis, communicatio verò in die Paſchę, loco oneris illius dici.

*a in c. 1. de celebr. miſſ. n. 29. relatus à nobis in Enchir. de orat. & horis canon. c. 10. n. 53.*

46 II. Peccat mortaliter, qui communicat credens, aut credere debens, ſe mortalis culpæ reum.[b] Quod ipſum producendum eſt in eo, qui communicat animo non ſeruandi legem ad mortale obligantem, aut redeundi ad concubinam abdicatam, aliúdve mortale iam confeſſum, poſt Paſcha: aut non reſtituendi alienum, vel non exuendi odium, aut rancorem mortiferum, &c. Idémque cenſendum de illo, qui peccato pręterito mortali ob vtilitatem inde acceptam delectatur, quàmuis relabi ampliùs nolit, veluti, qui delectatur vſura, mẽdacio, fraude, vel furto, quòd illis, bona ſibi pepererit: aut fornicatione, vel ſtupro, quibus ſuſcepit liberos, quos impensè amat. Quoties namque id animo deliberato facit, mortaliter peccat, licèt ſtatuat nunquam relabi. Tametſi citra peccatum poſſet gaudere iis & aliis quocunque peccato quæſitis reſtitutioni nõ obnoxiis, modò eum pœniteat peccatorum, aut ſaltem ipſi non placeant, vel quòd iis quæſita, ſic quęſita fuerint.[c]

*b 1. Corinth. 11*

47 Licet enim cuiuis oblectari quibuſque bonis effectis malarũ cauſarum, modó eis, qua parte malæ ſunt, non delectetur. Is porrò etiam credit, aut credere debet, ſe mortalis culpę reum, qui ignorantia affectata, ſiue procurata, id ignorat, quia delectatur ſe neſcire illa eſſe peccata, vel ea non meminiſſe, ne illa confiteri teneatur. Imò & qui id facit ignorantiâ craſſa, qua laborat qui vt ſciat an ſit peccatũ, vel recordetur an fuerit non adhibet diligentiam, quam communiter ſuę conditionis homines adhibent, iuxta Scotum & com-

*c vt in d. c inter verba, 11 qu 3 concl. 4. & in addit. c. quandam diximus, citando alios, quod clarè reſoluit Ioã. Mai in 4. ſent. diſt. 14. q 2. ar. 1.*

munem. [a] Ille tamen non credit, nec credere tenetur, ſe eſſe mortalis culpę reum, vt communicet citra nouum peccatum, qui debita diligentia recordandi, & cõſulendi doctos adhibita, nullius mortalis culpę conſcius eſt, ſiue quia talem non meminit, ſiue quia ignorat eſſe mortalem, aut ſe non ſatis eſſe contritum. Is enim deuotè ac reuerenter communicans, non peccat nouè, etiam ſi verè ſit culpæ mortalis reus, quinimo interdum virtute tanti ſacramenti, veniam conſequitur, dum eius calore, fit de attrito contritus ſecundùm S. Thom. communiter receptum. [b] Non enim eſt neceſſe quò rectè communicetur, ſcire, ſe in gratia Dei eſſe. Tum, quia id non niſi reuelatione ſpeciali diuina ſciri poteſt. [c] Tũ, quia ſufficit probabiliter credere, ſe in illa eſſe quod facere poteſt, qui ſe veriſimiliter contritum eſſe credit, ſe autem contritum eſse, probabiliter credere poteſt, qui verè Deo dicere poteſt tria, relata â Ioan. Gerſ. [d] Quorum primum eſt, Domine omnium peccatorum meorum (ſaltem mortalium) ex animo me pœnitet, & propono in ea nunquam ampliùs relabi, ab aliiſque in poſterum cauere. Secundùm, Propono ea omnia, domine, tempore congruo confiteri. Tertium, Hæc pręcipuè facio, faciámque tui amore, & quia tuam immenſam maieſtatem, ac bonitatem offendi, debens eam honorare ſuper omnia, & amare.

48 III. Peccat mortaliter, communicans contra prohibitionem eccleſiæ, quia fortè eſt excommunicatus, interdictus, aut ſuſpenſus à communione, per proximè dicta: niſi quando huiuſmodi cenſurę in ſe nullę forent: [e] aut iniuſtè coram Deo, & ſecretò communicaret, ſeu in ditionibus in quibus id ignoratur. [f]

49 IIII. Peccat, qui habens copiam confitendi, communicat ante confeſsionem actualem omnium peccatorum mortalium, nunquam antea legitimè confeſſorum, & ante eorum abſolutionem: quàmuis veram de eis contritionem habeat, iuxta ſanctum Thom. [g] & Scot. & alios [h] & gloſſ. ſing. ab omnibus noſtris receptam. [i] Tametſi Caiet. [k] quem ſequitur Armilla oppoſitum teneat. Cuius opinionem & fundamenta euidenter alibi [l] refutauimus quàmque Trid. Concil. damnauit. [m] Dixi (*Habens copiam*) quia ſecus, ſi eam non habe-

a *in 4. diſt. 9. & in c. quotidie, de conſec. diſt. 2.*
b *3. part. qu. 79. art. 3.*
c *c. fin. de purgat. cano.*
d *in ſuo opere tripartito.*
e *per latè à nobis dicta in repet. c. cum contingat, de reſcript. in 2. remed. contra executorem Apoſtolicum, n. 4.*
f *iuxta ea quæ in c. pen. de ſent. excom. poſt Felin & alios in c. fin. de teſtib. cog. ſcripſimus.*
g *3. part. q. 80. art. 4. & in 4. diſt. 17. q. 3. art. 1. quæſt. 4.*
h *in 4. diſt 9.*
i *in c. de homine, de celeb. miſſ.*
k *in ſum. verbo communio. & 1. ad Cor. 11 & in d. art. 4.*
l *in gloſſ. ſum. pœn. diſt. 5. n. 31. & ſeq.*
m *ſeſſ. 13. c. 7. & can. 11.*

ret ( vt illa ſing. gloſſ. dixit) quam tamen non habet, qui citra ſcandalum confiteri nequit, vt qui in altari inchoata iam miſſa, alicuius peccati non confeſſi recordatur, cui ſufficit contritio de illo, animo confitendi, ad miſſam proſequendam. Idemque cenſendum de illo, qui ſeſe ingerit cum alijs ad communionem ſuſcipiendam, & peccati alicuius non confeſſi recordatur, nec poteſt illud decenter ante illam cõfiteri, aut à communicando citra ſui notam abſtinere, poteſt enim communicare animo illud confitendi, ſecundum Scot.[a] & Silueſt.[b]

50 V. Peccat, omittens communionem, ad quam tenetur, odio, aut voluntate non ignoſcendi, aut non reſtituendi, vel non faciẽdi aliud quippiam ad quod ſub mortali reatu tenetur, is enim nouè peccat; nemini nãque malitia ſua debet prodeſſe.[c]

51 VI Peccat, qui intra vnum diem naturalem ab habita copula carnali, aut pollutione illicita, etiam contritus & confeſſus, communicat, quod alibi[d] late olim ſuaſimus, poteſtati nullum eſſe textum, vel rationem neceſſario id probantem, quod multis prudẽtibus cõfeſſarijs viſum fuit durum. Itaque aſſerimus, iure ſummo id non procedere (quamuis multa ei ſuffragentur) imò verò contritione, puraque cofeſſione præuia, & nullo cõtemptu, aut diſtractione notabili, aliove quod obſtet interueniente, poſſe celebrare & communicare humiliter, Palud.[e] & Silueſt.[f] autoribus. Minus autem procederet in eo, qui a pollutione inter dormiendum citra peccatum mortale habita (quamuis ex cauſa mortali contingeret) communicaret, aut celebraret confeſſus eiuſmodi cauſam.[g] Minuſque in eo, qui neceſſitate, aut ex officio proprio, vel alieno neceſſaro ab ipſo præſtando celebrat, magnave ducitur deuotione, iuxta ſanctum Thomam & communem.[h] Licet autem coniugati intra diem, quo debito coniugali ſatisfecerint, communicare de honeſtate non deberent: non tamen peccant (ſaltem plus quam venialiter) communicando, iuxta communem, quem amplectitur Caiet.[i] Nec etiã ſi die quo communicarunt, debitum coniugale reddũt, ſecundum Alber. Magn[k]

52 VII. Peccat, hanc ſanctam communionem perci-

a in 4. diſt. 9.
b verb. Euchariſtia, 2. q. 7.
c c. 1. verſ. notatur, de poſtul. prælat. & l. itaque fullo, ff de furt.
d in c. 1. de pœn. diſt. 6.
e in 4. diſt. 9.
f verb. Euchariſtia, 3. q. 0.
g iuxta ea quæ ibi poſt alios multos diximus.
h in 4 ſent. diſt. 9. & in 3 part. q. 90 art. 7 noſque tradidimus in d. c. 1
i in ſum verb. cõmunio ſacramentalis.
k arg. c. vir cum propria, 33 qu. 4.

piens ad eo, qui non erat proprius parochus, aut ſuperior citra eiuſdem licentiam expreſſam vel tacitam, aut priuilegium etiam extra Quadrageſimam, vel Paſcha, etiam in articulo mortis, iuxta Card.[a] quamuis ſit religioſus, per dictum Silu.[b] contra alios, niſi ignorantia excuſetur. Quique citra eiuſmodi licentiam miniſtrat, ſi eſt religioſus, excommunicatus eſt, [c] Veruntamen Leo decimus conceſſit cuilibet ſacerdoti ordinis Minorum, vt quouis anni die, ſacroſanctum Domini corpus ſecularibus miniſtrare poſſit, excepto ſolo die Paſchatis, [d] & conſequenter Dominicanis & reliquis omnibus eiuſdem priuilegijs vtentibus. Quod etiam ſcimus, conceſſum eſſe particulariter (& meritò) Patribus Societatis Ieſu. Et quamuis certis de cauſis quibuſdam videri poſſit, hanc exceptionem diei Paſchatis Reſurrectionis intelligendam eſſe de omni communione, qua huic præcepto ſatisfit, nobis tamen intelligenda videtur de ſola communione diei Paſchæ, ſiue fiat vt ſatisfiat præcepto, ſiue non: quum prædictus Leo id ſat ſuperque declararit in prædicta conceſſione, attentis verbis quæ addit ſimili Nicolai V. conceſſioni 149. [e] Nec condemnaremus eum, qui ſanctiſſimum ſacramentum acciperet, vel miniſtraret, quando eiuſmodi perſonæ, tempus, & cauſa forent, vt, iudicio boni viri, credi poſſit parochum eo contentum fore, ſi eius rei conſcius eſſet ob tacitam quandam facultatem, quæ ſub eſſe videtur per ea, quæ in ſimili dicta ſunt ſupra [f]

53 VII. Peccat, communicans, aut celebrans poſt cibi, aut potus de induſtria ſumptionem eodem die, elapſa iam media nocte, cum valet vel ita ægrotat, vt commodè poſſit differre in ſequentem diem, quamuis inſtar pharmaci, vel ipſummet etiam pharmacū ſumeret, [g] Dixi (*De induſtria*) quia deglutire reliquias cibi diei præcedentis dentibus inſertas, aliquamve aquę guttam, aut particulam alterius rei, colluendo os aut delibando ius, vinum, aliudve ſimile inſtar ſaliuæ citra animum edendi, nō impedit communionem, aut celebrationem: id enim non eſt propriè ſumere cibum, vel potū. Dixi etiam (*Eodem die elapſa media nocte*) quia prius ſumptum nō impedit, quamuis circa mediam noctem cœnet,

a *in Clem. 1. de priuil. q. 11.*

b *ver. excommunicatio, 6. excom. 15. 93.*

c *Clem. 1. de priuileg. de qua infra c. 27. n. 101.*

d *vt habetur in ſupplemēto priuileg. Apoſt. conceſſ. 100.*

e *in monumentis ordinis Minorum ſecundo impreſſis*

f *c. 9. n. 6.*

g *c. liquido &c. ſacramenta, cum eis adnot. de conſec. diſt. 2.*

cœnet, nec poſtea dormiat, aut digerat, iuxta communem, quam alibi [a] confirmauimus, licet nonnulli, contrà, *per cap. ſi conſtiterit, de accuſat.* quod tamen non probat, vt ibi aliàs diximus. Licet qui ex cœna noctis præcedentis mentem conturbatam perſentiſcit, communicare ex conſilio non debeat, iuxta S. Tom. [b] quàmuis communicando non peccet mortaliter. Dixi, (*Cum valet*) quia infirmus, ſequentem diem expectare commodè non valens, communicare poteſt: non tamen celebrare, etiam quo miniſter infirmo, vel vitet ſcandalum, etiam iuſſu prælati inferioris Papâ, iuxta communem.

*a in d. c. liquido.*

*b 3. part. q. 8. art. 6. ad. 5.*

54 IX. Peccat, pluries eodem die communicans, vel celebrans, [c] exceptis certis caſibus. Licet non peccet ſacerdos, qui ob infirmitatem, vel aliàs non celebrando communicat ſine ſtola & ſuperpellicio, quamuis *capit. eccleſie. 23. diſtinct.* id ſignificet ſecundum Angel. [d] nam ſi preſſius expendatur, id non intendit, vt rectè innuit Silueſt. [e] ſolum enim loquitur de ſacerdote communicante celebrando: putâ de ſumente corpus, & ſanguinem: qui autem non celebrando communicant, nõ percipiunt ſanguinem ſub ſpecie vini, vt ſentit gloſſ. quædam [f] recepta, & definit Conc. Trid. [g]

*c c. ſufficit, de conſecr. diſt. c. 1. conſuluiſti, de celebr. miſſ.*

*d verb. ſacerdos, §. 4.*

*e verb. ſacerdos, q. 4.*

*f in c. comperimus, de conſecr. diſt. 2.*

*g ſeſſ. 21. c. an. 2.*

55 X. Peccat parochus, communionem ſubdito, ſecreto, vel publice petenti (cum iure communicare tenetur) denegans, ob peccatum mortale occultum, quod in confeſſione intellexit, at quod non ſat pœniteret, ab eo illum non abſoluit. Tum, quia id eſt detractio, & detectio peccati occulti. Tũ, quia eſt reuelatio peccati ſibi confeſſi, vt [h] diximus. Dixi, *Occultum*, quia ob publicum, & notorium poteſt, & debet negare Meretricibus namque, vſurarijs, & quibuſlibet alijs peccatoribus notorijs (quantumlibet ſuorum peccatorum eos pœniteat, & ſanctiſſime confiteantur) non eſt publice communio miniſtranda (licet ſecus ſi clanculum) tantiſperdum publice pœnitentiam agant, aut parochus facta ſibi ab ipſis facultate, publice denunciet eos pœnitere, & confeſſos eſſe aut ex ipſorum bona conuerſatione, aliave legitima ratione, de vitæ emendatione conſtet: vt, qui ipſorum prauis exemplis offenſi fuere,

*h in c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6. n. 84. & ſup. c. 8.*

eorundem emendatione ædificentur, iuxta ſanctum Bonauenturam. Palud.[a] & nos.[b] Notorium porrò appellamus, quod eſt manifeſtum ſententia, aut confeſſione in iure, vel euidentiâ rei, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt,[c] aliud vero non, licet duobus, tribus, pluribuſve teſtibus probari poſſit.[d]

56 Dixi, *Quod in confeßione audiuit*, ſi namque alia ratione extra eam intellexit licet denegare publice non poſſit illam eiuſmodi tempore petenti, poteſt tamen eam ſecreto denegare, ſecreto petenti quàmuis congruo tēpore poſcat: tunc enim nec detrahit nec detegit peccatum occultum, nec reuelat confeſſionem ſibi factam. Dixi, *Tempore quo iure, &c.* alio ſiquidem, non ſolum non poteſt denegare, ſed etiam debet, cum nec ipſe præbere, nec ille petere teneatur.[e]

57 XI. Peccat pater, tutor, curator, aut herus, negligēs notabiliter procurare, vt ſui liberi, pupilli, minores, aut famuli domi ſuæ viuentes & ad communionem adſtricti, communicent tempore debito, maximè, ſi ſciat, aut ſcire debeat, illos non communicaturos, niſi à ſe monitos.[f] Diximus, *Ad id aſtricti*, ſecus namque eſt de alijs, cuiuſcemodi ſunt pueri, qui de honeſta conſuetudine aliquantò tardiùs communicant, quàm confiteantur, ob reuerentiam tanti ſacramenti: illa enim conſuetudo præceptum dicti *capit omnis, de pœnit & remiſſ.* quoad hoc reſtringit, aut certè declarat. Quinimo, dici etiam poteſt eandem quoque declaraſſe præceptum diuinum de communicando, iuxta illud.[g] (*Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis, &c.*) vt nec in articulo mortis teneantur communicare vſque ad ætatem, quâ ſani tenerentur, quanquam (meo conſilio) tunc communicarent, niſi valde puerili iudicio forent. Quinetiam, cum prædicto Card. addimus eos, qui alienâ curâ reguntur, eorumque monitionem expectant, non peccare, donec moneantur, quàmuis eorum curam gerentes, tardius æquo monendo, peccent, qui ſi dubitauerint, conſulere debent ſuos confeſſarios, illorumque conſilium amplecti.

58 XII. Peccat laicus, vel clericus non celebrando communicans ſub vtraque ſpecie, vt ſentit quædam

a *in 4. diſt. 9. q. 4. col. 3. & 4.*
b *in c. 1 in princ. n. 9 & ſeq & in c. ſacerdos, n. 63. & 101. de pæn diſt. 6.*
c *c. fin. de cohab. cler. & mul. & c. fin. iuncta gloſ. de tempor. ordin.*
d *vt in c. veſtra, de cohab. cler. late trad. Anton. recept. à Panor. & alijs.*
e *iuxta mentem prædictorum, vbi ſup. & arg. eorū quæ ſupra prodidimus.*
f *arg. c. duo, 23. q. 4.*
g *Ioan. 6.*

gloſſ.[a] & meliùs Concil. Trid.[b] damnans eum, qui dixerit Chriſti fideles præcepto diuino arctari ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſub ſpecie panis, & vini ſumere.[c] Et[d] hæreticum eſſe, qui dixerit, eccleſiam errasse ſtatuendo, vt laici & clerici non conficiẽtes ſacramentum, ſub ſpecie tantùm panis communicent. Inſuper[e] hæreticum eſſe, qui dixerit totum & integrũ Chriſtum, ſub vna tantùm ſpecie non ſumi. Eos denique, qui aſſerunt paruulos vſu rationis carentes, ad hanc ſanctam communionem obligari.[f]

59 XIII. Peccat Monachus ſancti Benedicti, nõ communicans ſemel in menſe,[g] & monialis cuiuſuis ordinis, idem non faciens, iuxta Concil. Trid.[h] Quotidie autem communicare, vel celebrare, proculdubio de ſe licitum eſt, & melius contrario: quàmuis hoc, ex qualitate circunſtante, contingenter illo melius fieri poſſit, iuxta mentem ſancti Auguſt.[i] & ſancti Thom.[k] Itáque qui experitur quotidianâ celebratione, aut communione, deuotionis feruorem in ſe erga Deum augeri, reuerentiámque erga ſanctum ſacramentum non minui, id quotidie facere poterit, ſin minùs, interdùm abſtinebit quò deuotiùs atque religioſiùs id faciat, iuxta eundem S. Thom.[l]

Cæterùm, olim omnes, qui intererant miſſæ, communicabant,[m] & poſtea etiam laici, ſaltem ter, putâ, in Paſchate, Pentecoſte, Natalíque domini.[n] Et quidem Diuus Auguſt. omnes, vt communicent (ſaltem ſingulis dominicis) cohortatur[o] Et certè honorabiliores viri, ac fœminæ, ſaltem quater, tribus nimirum prædictis diebus, & in feſto omnium ſanctorum, id facere de honeſtate deberent, horúmque pientiores, ſingulis menſibus inſtar monachorum, & monialium prædictarum, quanquam vt ſatisfiat huic præcepto, ſufficiat regulariter ſemel tempore Paſchali communicare.[p] An autem ſacramentum Euchariſtiæ præbendum ſit damnato ad mortem, dicetur infra.[q]

a *2. c. comperimus, de conſecr. diſt 2.*
b *ſeſſ. 21.*
c *cap. 1. & can. 1.*
d *cap. 2. & can. 2.*
e *c 3. & can. 3.*
f *cap. 4. & can.* 4
g *clem. ne in agro, §. ſanè, de ſtat monach.*
h *ſeſſ 25. c. 10. de regul.*
i *in c. quotidie. de cõſecr. diſt. 2.*
k *in 3. part. q. 50. art. 10. & in 4. diſt. 12.*
l *in 4. ſent. diſt. 11.*
m *c. peracta, diſ. 5.*
n *c. etſi non frequẽtius, ead. diſt.*
o *in d. c. quotidie.*
p *per d. c. omnis.*
q *c. 25. n. 23.*

# De ſeptem Sacramentis Eccleſiæ in genere.

## CAPVT XXII.

### Summæ.

1 *Sacramentum quid, & vt gratiam ex opere operato confert.*
2 *Sacramenta ſeptem: tria iterantur, quatuor non.*
2 *Sacramenta circa ſeptem vndecim errores Tridenti damnati.*
2 *Sacramentis alia ſunt de eſſentia eorum, alia de præcepto.*
3 *Sacramenta non credens, vt debet, ea adminiſtrans aut ſumens in mortali, peccat.*
4 *Sacramenta ſumens ab excommunicato, &c. & dans, vel ſumens in mortali, & inuitans malum vt adminiſtret, ac inhonorans ea verbo, aut facto, vt peccat*

1 Verbum, *Sacramentum*, variæ ſignificationis eſt, & quidem primò ſignificat ſecretum, iuxta illud.[a] ( *Sacramentum regis abſcondere bonum eſt.* ) Secundò, iuramentum.[b] Tertiò, ſignum rei ſacrę, vt accipitur in præſenti inſtituto. At quia duplex eſt ſignum. Vnum quod tantum ſignificat.[c] Alterum verò, quod ſignificat, & rem ſignificatã facit, quomodo acceptum, variè definitur à Magiſt.[d] & à Ioan. Andr. ac aliis.[e] Breuiſſimè nihilominus definiri poteſt, ex mente Auguſt.[f] eſſe ſignum ſacræ rei. Dixi, *Signum*, pro genere: quia omne ſacramentum, eſt ſignum, non contrà & quidem ſenſibile ſignum, quodlibet enim verum Sacramentum eſt aliquo quinque ſenſuum ſenſibile, ex mente ſancti Auguſtini,[g] adeóque efficax, ſeu effectiuum ſignum, quia quodlibet illorum efficit ( ſaltem inſtrumentaliter) gratiam, quam ſignificat, ſecundùm ſanctum Thom.[h] licèt Scotus, & eius ſequaces contrà. Nihilominus tamen S, Thomę ſuffragari videtur Conc. Trid.[i] Dixi, *Rei ſacræ*, ad differentiam aliorum ſignorum alia ſignificantium, & operantium: quòd genus ſunt ſigna Zodiaci. Atqui, per rem ſacram intelligo gratiam Dei ſacram, & ſanctificantem, quam quodlibet ſacramentum ſignificat, & producit. Cui definitioni conſonat illa Auguſtini: ( *Inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,* )[k] cũ illa additione Magiſt.[l]

a *Thob.* 12.
b *Auth. ſacramenta puterum, C. ſi aduerſus vendit.*
c *c. ſignũ, de conſec. diſt.* 2.
d *in* 4 *sẽt. diſt.* 1.
e *in rub. de ſacram. non iterand.*
f *in c. ſacrificiũ, de conſec. diſt.* 2. *vt ibi diximus.*
g *in c. detrahe.* 1. 1 *q* 1. *& melius in d. c. ſacrificium, ibi ( viſibilis forma )*
h 3. *part. q.* 62. *art.* 1.
i *can.* 8. *ſeſſ* 7.
k *relata in d. c. ſacrificium.*
l *in* 4. *ſent. diſt.* 1.

upna

*Cuius ſimilitudinem gerit, & cauſa exiſtit,* quia perinde eſt, ac ſi dixiſſet. Signum viſibile, ſiue ſenſibile effectiuum rei ſacræ, quæ eſt gratia inuiſibilis. Dicere namque ſacramentum eſſe viſibilem formam, eſt dicere, eſſe ſignũ viſibile, ſeu ſenſibile. Dicere autẽ gerere ſimilitudinem gratiȩ, eſt dicere, quâdam ſimilitudine ſignificare illam: Dicere demum, *cuius cauſa exiſtit*, eſt dicere, quod efficit eam. Itaque interrogatus, quid ſit ſacramentum? breuiter, & ſecurè reſpondere poteſt, rei ſacræ ſignum, intelligendo per rem ſacram, gratiam, & per ſignum, ſignum ſenſibile aliquo quinque ſenſuum, efficiens inſtrumentaliter gratiam, quum ſignificat. Dixi, *Inſtrumentaliter*, ſolus namque Deus poteſt creare principaliter gratiam, iuxta S. Tho. omnium calculo probatum,[a] ideóque ipſe ſolus poteſt inſtituere ſacramentum, vt definit Conc. Trid. mox referendum. Sacramenta porrò ab aliis operibus differunt, quòd ipſa conferant gratiam ex opere operato (vt aiunt Theologi)[b] alia verò ex opere operantis duntaxat, hoc eſt, vnumquodque ſacramentum virtute & inſtitutione diuinâ, determinatam à Deo gratiam in anima ſuſcipientis (etiam iudicij expertis, & nec mereri, aut peccare valentis) inſtrumẽtaliter progignit, modò mortalis peccati obicem non præbeat: adeo vt omnibus parem gratiam ſacramentalem conferant: quàmuis præter illam, Deus ſacramentum ſuſcipienti aliam maiorem, vel minorem gratiam, pro maiori, vel minori merito, affectúque ſuſcipientis conferat.

a 2. 2. q. 1. art. 8.

b *iuxta d. Concil. can.* 8.

2 Septem autem ſunt ſacramenta nouæ legis, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, extrema Vnctio, Matrimonium, & Ordo.[c] Quorum tria iterari, id eſt, conferri aut prodeſſe nequeunt, niſi ſemel, putâ, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo: alia verõ quatuor ſecus.

Concil. verò Triden.[d] declarauit hæreticum, dicere eſſe plura, aut pauciora, quàm ſeptem nouȩ legis ſacramenta: eorúmve aliquod non eſſe propriè ſacramentũ. Aut à ſacramentis veteris legis nõ niſi cæremoniis differre.[e] Aut nullum eorum aliqua ratione eſſe alio dignius,[f] vel non eſſe omnia neceſſaria, ſeu eorũ aliquod ſuperfluum, quãuis omnia ſingulis neceſſaria nõ ſint.[g] Aut ſolùm ſignificare, non continere gratiam, eámve

c *iuxta gloſſ ſing. c. veniens de tranſact. & doctrinam communẽ in 4. diſt.* 1. *& in d. rubr. de ſacram. non iterand. probatam pridem à Concil. Florent. & nuper à Trid. ſeſſ.* 7 *can.* 1.

d *ſeſſ* 7. *can* 1.

e *can* 2.

f *can.* 3.

g *can.* 4.

rite accipientibus non ſemper ex opere operato conferre. [a] ſeu horum tria, putâ, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem non imprimere characterem in anima, & ſignum quoddã indelebile, ob quod iterari non poſſunt. [b] Aut à cũctis promiſcuè Chriſtianis omnibus adminiſtrari poſſe. [c] Vel non requiri in conficiendis ſacramentis intentionem, ſaltem faciendi, quod eccleſia facit. [d] Aut quòd peccato mortali miniſtri, Sacramenti confectio, aut collatio, fiat nulla. [e] Ritúmve eccleſiæ omitti, aut mutari per quemlibet prælatum poſſe. [f]

Atqui, quodlibet ſacramentum conſtat duobus. Quorum alterum, eſt velut materia ſubſtantialis. Alterum, velut forma, ſúntque de eſſentia, & neceſſitate ſacramenti, vtpote ſine quibus omnino nullum ſit. Requirit etiam alia, quę ſunt de neceſſitate præcepti, non autem ſacramenti, vt nimirum peccetur conficiendo ſine illis, ſacramentum tamen validum ſit. Sic in Baptiſmo, aqua eſt materia ſubſtantialis, inuocatio verò Trinítatis, forma ſubſtantialis, ſine quibus nullus eſt, verba verò illa *Ego*, & *Amen* in forma poſita, ſunt tantùm de neceſſitate præcepti, adeo quidem, vt peccetur baptizando ſine illis: baptiſmus nihilominus valeat. [g]

3 At verò, circa prætata ſacramenta in genere peccat mortaliter primò, credens quippiam contra determinationem dicti Conc. Trid. ſciens, vel debens ſcire id eſſe damnatum, èſtque hæreticus, [h] & excommunicatus, ſi verbo, vel ſcripto id expreſſit, per bullam cœnæ domini, de qua infra.

II. Peccat, qui credens, vel credere debens ſe reum mortalis culpæ, miniſtrat (ſaltem ſolemniter) vel ſuſcipit aliquod ſacramentum, niſi ita ſe credat attritum, vt adiuncto calore ſacramenti, fiat contritus: [k] quãuis Baptiſmus minorem attritionem, quàm alia requirat. [l] Nec excuſatur (vt nonnulli exiſtimant) ſubitâ miniſtrãdi, vel accipiendi ſacramenti neceſſitate, veluti ſi mortifero vulnere ictus, baptiſmum à ſacerdote imparato depoſcit. Licèt enim aliquem prętextum habere poſſit (opinione aſſerentium cuique peccato mortali proprium dolorem eſſe adhibendum, quod vno momento fieri non poteſt) nullo tamen prętextu nititur, veram ſequendo opinionem, quàm tenuimus ſupra, [m] ſufficere

- a *can. 5. 6. 7. & 8.*
- b *can. 9.*
- c *can. 10.*
- d *can. 11.*
- e *can. 12.*
- f *can. 13.*
- g *c. 1. cum ei adnot. de baptiſm.*
- h *per c. ad abolendam, de hæretic. & per dictos, 13. can.*
- i *c. 27 à n. 55.*
- k *vt vſiùs diximus in gloſſ. ſum de pœn. diſt. 5 n. 33. per c. illud, 65. diſt. c. per Eſaiam, 1. q. 1. ibi (Tale) & ibi (omnia ſacramenta.)*
- l *per dicta ſup. cap. 1. à n. 36.*
- m *c. 1. n. 24.*

nempe generalem quendam, qui omnia comprehendat, quod puncto tēporis præſtari poteſt. Sacerdos itaq; adminiſtraturus ſacramentum, quantumlibet imparatus debitam de omnibus ſuis peccatis mortalibus contritionem habere poteſt, vel attritionem, qua ſe probabiliter contritum eſſe credat. Cæterum, quàmuis ad alia ſacramenta id ſufficiat: ad celebrationem tamen, aut communionem, pręter contritionem, confeſſio quoque actualis peccati, requiritur, vt ſupra dictum eſt.[a]

4 III Peccat, ſuſcipiens ſacramentum à ſacerdote excommunicato, interdicto, vel ab eius adminiſtratione ſuſpenſo, & denunciato pro tali, vel à notorio concubinario, excepto baptiſmo, & communione, tempore neceſſitatis. a *ca.21.n.49.*

IIII. Peccat, citra neceſſitatem inducens ad ſacrificandum, aut ad dandum alteri ſacramentum, quem probabiliter credit contaminatum peccato mortali occulto, aut publico, & citra debitam pœnitentiam illud facturum, ſic vt ſit cauſa, cur id faciat, aliàs non facturus, vt ſupra dictum eſt.[b] b *c.11.n.12.*

V. Verbo aut facto non leuem irreuerentiam alicui ſacramento irrogans, aſſertore S. Thom.[c] c *2.2.q.99 art.3.*

# De Sacramento Baptiſmi.

Summæ.

5 *Baptiſmus quid, quotuplex, & quæ illi ſubſtantialia.*
6 *Baptiſmi errores Tridenti damnati.*
6 *Baptiſmum miniſtrans, vel ſuſcipiens in mortali.*
6 *Obſtetrix ignorans formam baptizandi peccat.*
7 *Baptiſmus à quocunque collatus, valet.*
7 *Baptiſmus ſine concurſu materiæ, formæ, & intentionis, non valet.*
7 *Baptizans chriſmate veteri, vel nouo ſubditum, peccat.*

5 Baptiſmus eſt ſacramentum aquæ naturalis, in qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti debitâ intentione, abluitur. Dixi (*Sacramentum*) pro genere, reliqua pro differentia: & (*Aquæ naturalis*) ad ſignificandum, hanc eſſe eius eſſentialē materiā nec

ſufficere aliam aquam artificialem, vt roſaceam, ſecundum omnes[a] vt definiuit Conc. Tri.[b] Dixi ( *Qua vnus ab alio abluitur* ) quia nemo à ſe ipſo baptizari poteſt.[c] Dixi ( *In nomine Patris, &c.* ) inuocatio namque expreſſa totius Trinitatis, eſt de neceſſitate huius ſacramenti.[d] Vnde, forma baptiſmi in eccleſia Romana, eſt hæc: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.*[e] An autem contraueniat ſubſtantiæ, vel tantum præcepto, qui baptizat, ſolum dicens, *in nomine trinitatis*, aut *Chriſti*, tangit quædam Gloſſ.[f] & late tractamus alibi.[g] Quo fit, vt ſolus baptiſmus aquæ, ſit proprie baptiſmus: ſanguinis autem, qui fit per martyrinm: & flaminis, qui per pœnitentiam, citra baptiſmum, aquæ, duntaxat metaphoricos.[h]

6. Conc. porro Trid.[i] 14. canonibus de baptiſmo confectis, damnauit eum, qui dixerit, baptiſmum Ioannis fuiſſe tantę virtutis, quantæ Chriſti.[k] Aut aquam naturalem non eſſe neceſſariam[l] vel eccleſiam Romanam, non docere veram Baptiſmi doctrinam.[m] Aut non valere, qui miniſtratur per infidelem, etiam intentione faciendi, quod prætendit eccleſia.[n] Aut non eſſe ad ſalutem neceſſarium[o] vel baptizatum gratiam amittere nõ poſſe, ſi velit credere.[p] Aut non obligari ad vllam aliam legem, quàm credendi.[q] Aut per eum tolli vota poſt ipſum emiſſa.[r] Aut per memoriam eius, condonari, vel venialia fieri peccata poſt eum admiſſa[s] Aut eſſe rebaptizandum apoſtatam ad fidem reuerſum,[t] neminemve baptizandum ante ætatem, quâ Chriſtus fuit baptizatus. Aut paruulos non eſſe baptizandos: vel, poſtquã adoluerint, eſſe rebaptizandos.[u]

Infans autem qui baptizatus citra ſolemnitatem moritur, antequam illa ſuppleatur, non ſolum poteſt, ſed & debet in loco ſacro ſepeleri Tum, quia Oſtien.[x] affirmat puerum extractum de ventre matris, ſepeliendum eſſe in loco ſacro. Tum, quia ſtandum eſt regulæ, niſi probetur exceptio[y] Omnis autem Chriſtianus debet in loco ſacro ſepeliri: conſtatque huiuſmodi puerum eſſe Chriſtianum charactere Chriſtianiſmi inſignitum.[z] nulloque iure ſpeciali prohibetur.

Et quidem ſepeliri debet cum ſolemnitate crucis, & luminarium, inſtar aliorum infantium baptizatorum

a *in 4. ſent. diſt. 3.*
b *ſeſſ. 7. can. 2.*
c *ca. debitum, de baptiſm.*
d *cap. multi, de conſecr. diſt. 4.*
e *c. 1. de baptiſ.*
f *in d. c. multi.*
g *in repet. cap. à quodã, ead. diſt.*
h *iuxta cap. baptiſmi, de conſec. diſt. 4. & cap. debitum de baptiſ. & S. Tho 3. qu. 66. art. 11.*
i *in d. ſeſſ. 7.*
k *can. 1.*
l *can. 2.*
m *can. 3.*
n *can 4*
o *can. 5.*
p *can. 6.*
q *can. 7. & 8.*
r *can. 9.*
ſ *can. 10.*
t *can. 11.*
u *can 13. & 14.*
x *in ſum de conſecr. eccleſ §. & an. ſit*
y *l. 1. ff. de reg. iur. & gloſſ in l. omnis defini. tio, eod. tit. & in rubr. eod. tit. lib. 6.*
z *per c. quemad modum, 23. q. 7*

ſolemniter ea ratione irrefragabili, quo dis tam Chriſtianus eſt, quam illi, adeoque tantæ graciæ ſacramentalis particeps, quàm illi, per dicta ſupra, [a] exorciſmus enim, & aliæ ceremoniæ quæ fiunt in baptiſmo ſolemni non ſunt de neceſſitate ſacramenti, ſed ſolum præcepti, ſecundum omnes.

Circa baptiſmum porro mortaliter peccat primo, qui credit aliquid de prædictis 14. damnatis per dictum Conc. Trid. credens, vel credere debens, ea eſſe damnata, eſtque hæreticus: imo & excommunicatus, ſi verbo, vel ſcripto id expreſſit, per prædictam bullam cœnæ domini.

II. Qui baptizat, aut permittit ſe baptizari bis, eſtque irregularis. [b] Qua de re, latius infra. [c]

III. Qui eſt in cauſa, aut graui culpâ, vt quis ſine baptiſmo moriatur, renuitve adminiſtrare baptiſmum petenti in articulo mortis: cum nullus eo aptior ipſum baptizari velit. [d]

IIII. Baptizans in peccato mortali, aut baptizans impœnitentem, per dicta ſupra. [e]

V. Obſtetricis officio fungens, legitimamque baptizandi formam ignorans, Palud. [f] & Antonin. [g] autoribus.

7 VI. Peccat, qui, cum non ſit presbyter, baptizat citra neceſſitatem, [h] imo & presbyter, baptizans citra neceſſitatem non adhibito exorciſmo, aliiſque ſolemnitatibus debitis, vel cũ illis, extra eccleſiam præterquam principum filios, [i] adeoque clericus, coram presbytero baptizans ſolemniter, eſt irregularis. [k] Non eſt autem iuſta neceſſitas, recens infantis, natiuitas, vt nonnulli perperam opinantur, qui infantes recens natos citra ſolemnitatem baptizari faciunt, grauiter peccantes. Baptiſmus nihilominus collatus à quocunque, ſiue mare, ſiue fœmina, ſiue fideli, ſiue infideli, animo faciendi quod facit eccleſia, valet, [l] etiam ſi baptizans eum pro ludicro habeat, iuxta Innocent. [m] Peccat autem laicus (etiam in neceſſitate) baptizans, præſente clerico, & clericus minor, præſente presbytero, & mulier præſente viro, ac infidelis præſente fideli: niſi aptior, ſit excommunicatus, aliove modo impeditus, iuxta communem. [n]

a *eod. n. 2.*

b *c. qui bis, &c. eos, de conſecr. diſt. 4.*

c *c. 27.*

d *d. c. quicunque, & arg. c. paſce, 86. diſt.*

e *eod. c. n. 2.*

f *in 4. ſent. diſt. 5. q. 2.*

g *3. part. tit. 14. c. 13.*

h *d. c. conſtat.*

i *clem. 1. de baptiſ.*

k *cap 1. de cler. non ord. miniſt.*

l *c. quicunque, c. à quodam, cap. conſtat, c. mulier, de conſec diſt. 4.*

m *in d. c. debitu.*

n *in dictis cap.*

VII. Peccat, baptizans citra formam & materiam eſſentialem baptiſmi ſupra poſitas, aut citra animum actualem, vel virtualem faciendi, quod eccleſia intendit: nec quicquam eiuſmodi baptiſmus valet, eſtque iterandus.[a] Idemque cenſendum, de eo, qui durante prolatione verborum ſubſtantialium baptiſmi, non tingit aquâ, ſed ſolum ante vel poſt illam,[b] & quidem gloſſ. quædam[c] aſſeruit, oportere ablutionem concurrere cum verbis, in vltimo inſtanti prolationis eorum: quod tamen non eſt verum, per rationes Caiet.[d]

VIII. Peccat, vngens baptizatum chriſmate præcedentis anni citra caſum neceſſitatis.[e] Quod ipſum, producendum eſt ad eum, qui citra iuſtam neceſſitatem baptizat alterius parochianum, non præuiâ facultate ſui parochi, vel Epiſcopi, eiusve Vicarij.[f] Non eſt tamen ipſo facto excommunicatus, quamuis ſit religioſus, ſicut foret ob adminiſtrationem aliorum ſacramentorum.[g]

Cæterum, vt quis ſit verè baptizatus & aquis ſalutaribus expiatus, ſufficit, quantulamcumque partem eius tingi aquâ quamlibet modica,[h] cuius ratio pulchre redditur à S. Thom.[i] & à nobis alibi.[k] Quò fit, vt rectè faciant, qui cum difficile mulier parit infantem, timeturque de eius morte, antequam totus prodeat, procurat baptizari illum, partem quæ iam prodijt, quæque foris apparet, aquâ ſuffundendo.

a iuxta nos, per Innoc. & omnes, in d.c. de bapt.
b c. detrahe, 1. q. 1. vbi hoc ſentit. Cardin. S. Xiſti, & S. Thom. 3. part. 4. 60. art. 6. & qu. 66. art. 7. vbi id ſatis exprimit Caiet. & magis Ioan. Mai in 4 diſt. 2. q. 2. arg. 5.
c d. c. detrahe.
d Thom. 1. opuſc. tract. 18. qu. de collat. ordin.
e c. ſi quis de oleo de conſec. diſt. 4. cap quoniam, de ſent. excō. lib. 6.
f c. interdicimus 16. q. 1.
g clem. 1. de priuil qua de re infra. c. 27. n. 101. & ſeq.
h arg. ca. quenquam de conſ. diſt. 4.
i 3. part. qu. 66. art. 7. & 68. ar. 11. & in 4. diſt. 6. ar. 1 q. 1.
k in c. vulgaris, n. 3. de pœ. diſt. 1.

## De Sacramento Confirmationis.

### Summæ.

8 *Confirmatio quid, & eſt vere ſacramentum.*
8 *Confimationis miniſter ordinarius Epiſcopus. &c*
9 *Confirmando vt peccat Epiſcopus.*
9 *Confirmationem ſuſcipens in mortali peccato, vel illam omittens ob contemptum, vt peccat.*
9 *Confirmatio Patrinum requirit, & ordinem precedit.*

8 Confirmatio aliàs vocatur manus impoſitio.[a] Quæ [b] definiri poteſt, eſſe ſacramentum vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem baptizati inungit, ſub certa verborum forma.

Dixi (*ſacramentum*) pro genere, reliqua pro differentia. Dixi (*Chriſmatis*) ad deſignandum materiam eius, quæ eſt chriſma, quod conficitur ex oleo & balſamo. [c] Balſamum autem non eſt de neceſſitate ſacramenti, vt efficaciter probat Caiet. ſuper S. Thom. [d] eſt tamen de neceſſitate pręcepti. [e] Dixi (*Conſecrati*) quia licèt benedictio, vel conſecratio aquę, non ſit de neceſſitate ſacramenti baptiſmi: conſecratio nihilominus chriſmatis, vel olei, eſt de neceſſitate ſacramenti confirmationis. [f] Dixi (*Epiſcopus*) ad deſignandum miniſtrum, qui neceſſarió eſſe debet Epiſcopus, [g] quàmuis ex diſpenſatione Apoſtolica poſſit eſſe presbyter, de qua intelligendum *c. peruenit*, 95. *diſt.* vt paucis multa reſoluens definit Caiet. [h] Dixi (*Frontem*) ad differentiam baptiſmi, in quo vertex capitis inungitur. [i] Cuius diuerſitatis ratio redditur à ſancto Thom. [k] Dixi (*Baptizati*) character namque Confirmationis, de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmi, [l] quãdoquidem eſt ianua omnium ſacramentorum. [m] Dixi (*Certa, &c.*) ad deſignandam formam eius, quæ eſt, *Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* In cuius quidem formæ prolatione debet concurrere vnctio, vt ſup. [n] dictum eſt de baptiſmo. Cuius conuenientiam aſſignat ſanctus Th.[o] Hoc enim ſacramento, baptizatus fit miles Chriſti, vt conſtanter confiteatur eum, & ſtrenuè pugnet aduerſus eius inimicos, [p] & ita ſignatur cruce, quæ eſt ſignũ ſui Ducis. Quorum omnium bona pars confirmatur à Conc. Trid. [q] quod tribus canonibus declarat hæreticum, qui dixerit, Confirmationem non eſſe verum ſacramentum, nullámve ei virtutem ineſſe, aut eius ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, vbi põderandũ eſt, quod ait (ordinariũ) ſignificans eſſe poſſe delegatum diſpenſatione Apoſtolica, vt prędictum eſt.

9 Atqui citra hoc ſacramẽtum peccat mortaliter. Primò, qui non exiſtens Epiſcopus miniſtrat illud, vel exiſtens epiſcopus, vngit oleo non conſecrato, aut non

a c.1.§.*per frontis, de ſacram. vnct.*

h *ex mente Magiſt. de omnium, in 4. ſent. diſt. 7. & vtriuſque Tho. 3. part. qu. 72. ac noſtrorũ, in rubr. de ſacra. non iterand.*

c *d.cap.1.de ſacram.vnct.*

d *in d.qu.72.per c.1.de ſacram. non iter.*

e *d.ca.1.de ſacr. vnct.*

f *per rationem S. Tho. recept. vbi ſup.art.3.*

g *cap.quando de conſuet. & commun. vbi ſup.*

h *vbi ſup.art* 8.

i *d.cap.1 de ſacram vnct.*

k *vbi ſup.art.9.*

l *c. nouiſſimi, de conſecr. diſt* 5

m *c. veniens, de presbyt. non baptiz S. Tho. recept. vbi ſup art.* 6.

n *eod. n.* 7.

o *ibidem art* 4.

p *ca.1.de conſec. diſt.1.*

q *ſeſſ. 7. de confirmat.*

confecto ex balſamo, vel non ſeruatâ prędictâ formâ, per ſupradicta.

II. Suſcipiens illud credens, vel credere debens, ſe mortalis culpæ reum eſſe, per dicta ſupra.[a]

III. Qui per contemptum non curat ſe, ſuámque familiam confirmari.[b] Dixi (*Per contemptum*) ſola namque negligentia tantum eſſet venialis, cùm non videatur vlli pręcepto contraria, Scot aſſertore.[c] Contemnere autem videtur, qui potens ſumere commodè, omittit, ſecundùm Palud.[d] quod verum eſt quoad præſumptionem fori exterioris, quę in interiori ceſſat,[e] in quo is verè contemnit, qui ideo principaliter omittit, quòd parui facit.[f]

IIII. Peccat, permittens ſe ſine patrino confirmari, credens aut credere debens, licèt id non ſit de ſubſtantia ſacramenti, eſſe nihilominus de præcepto.

V. Peccat, non ſe procurans confirmari ante omnem ordinationem, iuxta Concil. Tridentin.[g] nullam tamen ob id cenſuram eum incurrere, aliquoties reſpondi. Tũ, quia eius omiſſionis negligentia non eſt mortalis, vt dictum eſt. Tum, quia nullo iure id cauetur, nam nec prædictum concilium ſtatuit aliam pœnam, quàm vt non admittatur quis, etiam ad primam tonſuram ante confirmationem. Tum, quia licèt character ordinis de neceſſitate ſacramenti requirat characterem baptiſmi, non tamẽ requirit characterem confirmationis. Quin, opinamur cum Soto,[h] peccare quidem (at non mortaliter) ſuſcipientem, vel miniſtrantem (etiam ſcienter) ordinem, ante confirmationem, modò contemptim non fiat.

*a eod. n. 6.*

*b arg. c. 1. de cõſecr. diſt. 5.*

*c in d. diſt. 7.*

*d in d. diſt. 7.*

*e c. tua, de ſponſ.*

*f per dicta à S. Th. 2 2. q. 186. art. 9. vbi id pulchre explicat Caiet. & Archid. in ca. quicumque 81. diſt. quem ſequitur Domin. in cap. nullus, 55. diſt.*

*g c. 4. ſeſſ. 23. de reform.*

*h in d. diſt. 24. qu. 1. art. 4. ſub fin.*

# De Sacramento Euchariſtiæ.

Summæ.

10 *Euchariſtiæ ſacramentum polynomium, & quid.*
10 *Specie ſub vtraque ſacramenti Euchariſtiæ, verum* Chriſti *corpus continetur.*

10 *Euchariſtiæ circa ſacramentum errores.*

10 *Communio, an prærequirat confeſſionem, diſputare malum eſt.*

10 Sacramentum Euchariſtiæ polynomium eſt. Vocatur enim Gręcè *Euchariſtia* hoc eſt bona gratia: quia, vt Magiſter ait,[a] Ieſum Chriſtũ (qui eſt omnis gratię fõs, & origo) continet. *Hoſtia* item, *Sacrificiũ, Communio, Sacramentum altaris, & viaticum*, ob rationes, quas reddit ſanctus Tho.[b] & paulò latiùs nos alibi.[c] Definiri autem poteſt ex mente Magiſtri, & S. Thomæ, aliorûmque omnium[d] eſſe ſacramentum, quod ſub ſpecie panis & vini vel alterius eorum, verum corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti continet. Dixi (*Sacramentum*) pro genere, reliqua loco differentiæ. Et quidem, vno eodémque modo exiſtunt corpus, & ſanguis ſub vtraque ſpecie: ſanguis enim vtrobique exiſtit intra eius glorioſi corporis venas, & vtrobique corpus ſic continens eum, quàmuis ſub ſpecie panis, contineatur corpus virtute verborum ſacramenti, & ſanguis per concomitantiam eius, ac viceuerſa, ſub ſpecie vini, continetur ſanguis, virtute verborum ſacramenti, corpus autem per concomitantiam, ſecundùm S. Tho. receptum.[e]

a *in 4 ſent. di. 8.*
b *in 3. part. qu. 73 art. 4.*
c *in d. c. quando, de conſecr. diſt. 1. n. 131. cum ſeq.*
d *vbi ſup.*
e *in 3. part. qu. 76. art. 1. & 2.*

Circa materiam porrò huius ſacramenti, peccat mortaliter. Primò, non credẽs definita vndecim canonibus à Conc. Trid.[f] credens, aut credere debens, ea eſſe definita ab eccleſia, & prædicto concilio: adeóque ſi verbo, vel ſcripto id exprimit, eſt excommunicatus, per prędictam bullam Cœnæ. Definiuit autem idem concilium, hæreticum eſſe, dicere verum Chriſti corpus, & ſanguinem eius, non contineri re ipſa in hoc ſacramento, vnita eius diuinitati, ſed ſolùm in ſigno, & figurâ,[g] vel aliquid ſubſtantię panis, aut vini, remanere in eo poſt cõſecrationem licèt eorum accidentia maneãt.[h] Aut ſub vtraque ſpecie, tam vini, quàm panis, & qualibet parte ſeparata ab alia, non contineri totum corpus Chriſti.[i] Aut licèt quando miniſtratur, vel ſumitur, ſit in eis, non tamen ibi eſſe, nec ante ſumptionem, nec in reliquis eius.[k] Aut principalem eius fructum eſſe peccatorum condonationem,[l] ſeu non eſſe adorandum Latriâ, ſine debitâ Deo adoratione, dum eſt in ſacramento. Aut non eſſe celebrandum peculiare illius feſtum, neque

f *ſeſſ. 12.*
g *can. 1.*
h *can. 2.*
i *can. 3.*
k *can. 4.*
l *can. 5.*

deferendum in ſupplicationibus, ſiue luſtrationibus aut populo proponendum ad orandum, [a] vel non licere illud ſeruare in ſacrario, ſeu deferre ad infirmos, [b] Aut in communione non ſumi realiter Chriſtum totum, [c] Chriſtianóſve etiam vſu rationis vtentes, non teneri cõmunicare ſemel in anno. [d] Aut presbyterum nõ poſſe ſibi ipſi Eucharistiam adminiſtrare, [e] ſolámve fidem ſufficere vt bene communicetur. [f]

a can. 6. b can. 7. c can. 8. d can. 9. e can. 10. f can. 11.

II. Peccat, & eſt excommunicatus qui defendit (etiam diſputando) opinionem aſtruentem licere contrito ante actualem confeſſionem mortalis culpæ, communicare. [g]

g d. can, 11.

# De ſacramento Pœnitentiæ.

Summæ.

11 *Pœnitentiæ ſacramentum quid.*

11 *Pœnitentiæ circa ſacramentum definita Tridenti.*

11 *Pœnitentiam in mortali ſumens, vel ab illo irretito recipiens, vt peccat.*

11 Sacramentum pœnitentiæ, [h] eſt ſacramentum abſolutionis, quo ſacerdos ſibi ſubditum, & confitentem legitimè ſua peccata, cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, abſoluit ab eis. [i]

h *ex mente citatorum ſup. prælud. 10.*

i *de cuius partibus integralibus, fuſe dictum eſt ſupra prælud. 10. generatim, & ſpeciatim tribus primis cap. inſequentib.*

Et quidem, circa hoc ſacramentum peccat, primò credens, non eſſe vera definita à Tri. Conc. [k] Aut dubitans de veritate eorum, credens, aut credere debens, ea eſſe ab Eccleſia, & Concilio definita: adeóque ſi verbo, aut ſcripto id exprimit, eſt excommunicatus per Bullã cœnæ prædictam. Definita verò [l] ſunt hęc. Quòd Pœnitentia ſemper fuit neceſſaria ad veniam peccati mortalis. Quòd ſacramentum Pœnitentiæ numquam fuit ante aduentum Chriſti, nec ante mortem, & reſurrectionem eius. Quod poſtea, nil prodeſt nondũ baptizato. Quòd Chriſtus principaliter inſtituit illud hiſce verbis [*Quorum remiſeritis &c.*] quibus quidem fuit data poteſtas reconciliandi Deo eos, qui baptiſmo ſuſcepto mortaliter peccant: inſuper eſſe hæreticum dicere, ſacramentum pœnitentiæ non eſſe verè, ac propriè ſacramentum, inſtitutum ad reconciliandum Deo pec-

k *ſeſſ. 14.*

l *vbi ſup.*

cantes mortaliter poſt baptiſmum. [a] Aut vnum, idém que eſſe ſacramentum Baptiſmi, & pœnitentiæ, & ideo pœnitentiam non rectè appellari ſecundam poſt naufragium tabulam. [b] Quia (vt idem Conc. ſubijcit) materia & forma eorum, eſt diuerſa, nec oportet miniſtrũ baptiſmi eſſe iudicem, vt miniſtrum pœnitentiæ. Et quia ſacramentum Pœnitentiæ nil prodeſt non baptizato, nec baptiſmus relapſo poſt eum in mortale. Et cõtrà, Baptiſmus prodeſt non baptizato, & pœnitentia lapſo poſt baptiſmum in mortale, &c. Aut verba illa [*Quorum remiſeritis peccata, &c.*] non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi peccata. [c] Aut ad perfectam pœnitentiam non requiri Contritionẽ, Confeſſionem & Satisfactionem, quaſi materiam, & partes eius. [d] Aut dicere, alium, ab epiſcopo vel presbytero abſoluendi poteſtatẽ habere, [e] eoſdemve (ſi mali ſunt) eam deperdere, vel nõ eſſe iudices vt abſoluant confeſſum, ſed quò declarẽt eum abſolutum. [f] Cætera pertractata ſunt ſupra. [g]

*[a] can. 1.*
*[b] cap. 2 & can. 2.*
*[c] can. 3.*
*[d] can. 4.*
*[e] cap. 5. & can. 10.*
*[f] c. 6. & can. 9.*
*[g] c. 1. 2. & 3.*

II Peccat, qui citra Contritionem, vel iuſtam Attritionem peccatorum ſuorum, ſeu animum ab eis abſtinendi, aut reſtituendi debita, vel exiſtens excommunicatus, ante abſolutionem ab excommunicatione, abſolutionem ſacramentalem procurat, aut vult abſolui à non presbytero, aut excommunicato denunciato, vel ſuſpenſo, aut ſi citra neceſſitatem à parocho alieno, vel ſuo notorio peccatore, vel quum ſcit eſſe in mortali, pœnitentiamque non acturum ante abſolutionem per ſupradicta. [h]

*[h] in d. 3. c. & c. 9. n. 5. cum ſeq. & c. 1. n. 12.*

## De Sacramento extremæ vnctionis.

### Summæ.


12 *Extrema Vnctio quid, & vnctio cum verbis concurrat.*
13 *Extrema Vnctione quæ partes tangendæ, quibus fit verbis, quare morbo, non violenter morituris datur n. 14.*
15 *Extremæ Vnctionis de ſacramento definita Tridenti.*
15 *Extremæ Vnctionis contemptus, vel in mortalis ſuſceptio, mortalis.*


12 Sacramentũ extremæ Vnctionis, eſt ſacramentũ, quo

presbyter vngit oleo conſecrato, certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis, certa verba debitâ intentione proferendo.[a]

a c. 1. de ſacram. vnct. adiunctis not. tibi, & in 4. ſent. diſt. 23.

Dixi (*Sacramentum*) pro genere, reliqua loco differentiæ. Dixi (*Presbyter*) ad deſignandum neminem aliũ poſſe illud miniſtrare, vt definiuit Conc. infra citandũ, dixi (*Vngit*) ad deſignandum actum miniſtrandi qui cõſiſtit in vngendo, fierique debet durante prolatione verborum neceſſariorum: non enim ſufficit vngere finitâ verborũ prolatione, aut ante prolationis initium, vt in ſimili dictum eſt ſupra, de baptizante,[b] & de confirmãte,[c] ac de ordine dicetur infra.[d] Dixi (*Certas partes*) vnctio enim debet fieri ad oculos, ſeu membranam illos contegentem, nares, aures, os, ſeu labia, manus, pedes, & renes.

b eod. n. 7.
c n. 8.
d n. 17.

13 Dixi (*Infirmi, &c.*) ad deſignandum cui ſit miniſtrãdum hoc ſacramentum: non enim ſufficit, eſſe in quouis probabili mortis periculo, in quali eſt morte damnatus, prælium ingreſſus, mari, & tempeſtate iactatus. Neque quælibet infirmitas ſufficit: ſed oportet eſſe talem, quæ probabile mortis periculum minetur, ſecundum omnes: cuilibet tamẽ eiuſmodi infirmo eſt miniſtrandum, etiamſi iam mente motus ac phreneticus, & citra irreuerentiam ſacramenti id fieri poſſit, potueritque ante peccare, & antequam mente moueretur expreſſe, aut tacite petierit illud, vel ſi meminiſſet, petiturus fuiſſet, nec in peccato mortali notorio inſanierit, quamuis nonnulli ætatem pubertatis requirant, imo, & ſi dubitatur an ſit mortuus, adminiſtrari poteſt ſub conditione, *ſi non eſt mortuus*, non tamen aperte mortuo, adeoque cœpta adminiſtratio perficienda eſt, ſi antea moriatur. Dixi (*Oleo ſacro*) ad deſignandum materiam, quæ eſt oleum oliuarum, per Epiſcopum conſecratum dixi (*certa, &c.*) ad deſignandam eius formam, quæ iuxta Concil. Flor eſt hęc. Quando oculi infirmo vnguntur: *Per iſtam ſacram Vnctionem, & per ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid deliquiſti per viſum.* Quando aures, dicendum eſt, *per auditum*, quando nares, *per odoratum*, quando os, *per oris vitium*: quando manus, *per tactum*: quando pedes, *per inceſſum*: quãdo renes, *per ardorem libidinis*: quamuis plæræque eccleſiæ vtãtur

tur iſtis verbis: *Et per ſanctiſſimam benedictionem*, loco horum. *Per ſuam piiſſimam miſericordiam.* Quæ ſanè verborum in eundem ſcopum tendentium, varietas, abſurda non eſt, per mox dicenda. Atqui memorata penè omnia, hoc diui Iacobi [a] effato confirmantur: [a] c.5.
[*Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.*] Nam verbo (*Infirmatur*) probantur dicta de infirmo vngendo, verbo (*Presbyteros*) de miniſtro, verbo (*Vngentes*) & (*Oleo*) dicta de vſu, & materia, præterea verbo (*Alleuiabit*) probatur hoc ſacramentum cōferre ſalutem corporis, quando ſpirituali infirmi expedit: Illis demum verbis, (*Et ſi in peccatis ſit &c.* hoc ſacramento peccata remitti. Cumque non exprimantur mortalia, aut venialia, intelligenda ſunt de omnibus, ſi reliqua in id neceſſaria concurrant. [b] Quò fit, vt licèt ſecundùm communem, principaliter inſtitutum fuerit contra venialia, mortalia nihilominus etiam remittit: adeòque fieri poteſt, vt quis moriēs ſine hoc ſacramēto damnaretur, qui inunctus ſaluaretur: fieri enim poteſt, vt quis ſua peccata confiteri non poſſit, aut, quàmuis poſſit, non cenſet id ſibi neceſſarium, quia iam eſt confeſſus, ſine tamen Contritione vel Attritione ad remiſſionem ſufficienti, poſteáque tanta attritio ei ſuperueniat, vt licèt de ſe non ſufficiat ad remiſſionem, ſacramenti, tamen calore adiuncto, ſufficeret, iuxta opinionem Thom. [c] communiter receptam, per virtutem ſacramenti nimirum, quempiam ex attrito contritum fieri, iuxta dicta ſupra. [d] Magnæ proinde curę nobis huius ſacramēti ſuſceptio eſſe debet, vt morientes, beati ſemper viuamus. Amen.

[b] *arg. c. ſolitæ, de mai. & obed. & c. ſi Romanorū,* 19. *diſt.*

[c] 3. *part. q.* 79. *art.* 1.

[d] *c.* 1. *n.* 40. & 41.

14 Ratio porrò, cur morbo, vel ſenio, non autem caſu fortuito, vel alio morienti, adminiſtretur, eſt, quia ſic morientis iudicium & conſtantia magnopere turbatur corporis ſenſuúmque omnium imbecillitate. [e] Quin & dæmon acrius validioribúſque admotis machinis, eum illa hora, quàm aliâ quâuis omnium peccatorum repræſentatione, & ſpectris horrendis affligit. Quod vſu venire iis non ſolet, quibus vita violenter eripitur, moriuntur enim integro firmóque iudicio, ne-

[e] *c. nullus, cum eis quæ ibi ſcripſimus, de pœnit. diſt.* 7.

que eiuſmodi repreſentationibus affliguntur, ideóque non ita neceſſaria eſt illis, ac huic, iſta vnctio.

15 Circa hoc verò ſacramentum, peccat mortaliter. Primò credens non eſſe vera, definita ſuper eo, à ſacro Conc. Trid.[a] Aut dubitans de eorum veritate, credens, aut credere debens, ea eſſe ab eccleſia & Concilio definita, adeóque, ſi verbo, vel ſcripto id exprimat, eſt excommunicatus, per ſæpe dictam bullam Cœnæ. Definitum verò eſt[b] hæreticum eſſe, dicere extremam Vnctionem non eſſe verè & propriè ſacramentum inſtitutum ab ipſomet Domino noſtro Ieſu Chriſto, & promulgatum à Diuo Iacobo.[c] Aut non conferre gratiā, ſicut alia, ſeu non remittere peccata, nec alleuiare infirmum. Aut iam ceſſaſſe, quaſi olim tantùm fuerit gratia curationum.[d] Aut ritum eius, quem obſeruat Eccleſia Romana, repugnare ſententiæ beati Iacobi, ideóque, eum poſſe iuſtè mutari, & contemni.[e] Aut D. Iacobum per presbyteros, intellexiſſe ſeniores populi, non tantùm ſacerdotes, ob idque poſſe per alios, quàm Epiſcopos, & ſacerdotes miniſtrari.[f] Poſſunt nihilominus aliæ eccleſiæ aliâ vti verborum æquipollentium formâ, licèt namque ipſemet Dominus illud inſtituerit, verba tamen quibus eſt miniſtrandum formaliter non præſcripſit. Et quidem, D. Ambroſ. verbo indicatiuo (*Vngo te, &c.*) vtebatur.[g]

16 II. Peccat, ægrotus, vel ſenex conſtitutus in articulo mortis, non petens hoc ſacramentum per contemptum[h] Idem ſi non petit filio, ſeruo, famulo, pupillo, alteríve ſuæ curæ commiſſo.[i]

III. Peccat accipiens illud citra confeſſionem, vel cōtritionem, talémve attritionem, quæ calore huius ſacramenti, vim contritionis attingeret, credens, aut credere debens, ſe mortalis culpæ reum.[k]

[a] *ſeſſ. 14.*

[b] *in d. concil. ibi.*

[c] *can. 1.*

[d] *can 2.*

[e] *can. 3.*

[f] *can. 4.*

[g] *quæ communis eſt ſententia, firmè ſtabilita à Palud. in d. diſt. 23.*

[h] *iuxta omnes, in 4. diſt. 23.*

[i] *per dicta in ſimili, c. 21. n. 57. arg. c. dno, 23 q. 4.*

[k] *per ſupradicta eod. c. n. 2.*

## De ſacramento Ordinis.

Summæ.

17 *Ordo in genere quid, & quid ordo ſacramentum.*

18 *Ordines ſacri quot numero ſunt.*

18 *Ordinis circa ſacramentum errores Tridenti damnati.*

18 *Ordinatus ſub Epiſcopo titulari, vel contra Prælati voluntatem, vt peccat.*

18 *Epiſcopus ordinans alienum, aut ſuum ſine titulo, vt peccat.*

18 *Ordinatus non renunciet nec alienet titulum, niſi ſic. &c.*

17 Ordo generaliter, & propriè ſumptus, auctore Auguſtino[a] eſt parium diſpariúmque rerum, ſua cuique loca tribuens diſpoſitio, & ita ſæpe numero in iure ſumitur.[b] Cæterùm, quia perſonæ præſtant rebus, ideo hominum ordo præſtantior eſt ordine rerum.[c] Et quia inter homines, Deo ſacri, ſiue ſpirituales, præſtant aliis[d] ideo per Antonomaſiam, appellatione ordinis nudè prolati, intelligitur eccleſiaſticus, ſicut appellatione iuris Ciuilis, Romanum, & Apoſtoli, Paulus.[e] definitúrque à Thom. Vvaldenſi.[f] eſſe ſacramenta miniſtrantium habitudo legitima, cuique ratione miniſterij ſui conueniens. Hinc nomen ſibi vendicauit ordo Prædicatorum, Minorum, & aliorum id genus in præſenti nihilominus inſtituto, accipitur pro ſacra Ordinatione, & actu, quo homines in eccleſiaſticum ordinem cooptantur, vt colligitur ex Concil. Trident.

g Adeóque potiùs ſecundùm mentem, quàm verba Magiſt. & aliorum[h] poteſt definiri, eſſe ſacramentum quo traditur character, & poteſtas conſecrandi Euchariſtiam, vel in id adminiſtrandi. Dixi (*Sacramentum*) pro genere, reliqua pro differentia. Porrò, materia ordinis, eſt traditio rei ſenſibilis, vt libri, vel calicis, quæ res, & acceptio, ſeu tactus earum, debent concurrere cum prolatione verborum formæ, adeo vt durante ea fiant: quoniam, ſi antè, vel poſt fierent, ordinatio nulla foret.[i]

Quod fundatur multis iuribus, in quibus eſt *de Sacram, non iteran.* quod tamen in contrarium neruoſè retorqueri poteſt, quatenus habet, *ſupplendum*, & non, *iterandum*, ſed reſpon. illud eſſe referendum ad manus impoſitionem, non ad tactum, quorum duorum priùs meminit: illa namque, non eſt de ſubſtantia ſacramenti, vt tactus, ſeu acceptio, vti rectè poſt alios, declarat Sot.[k]

*a lib. 19. de ciui. Dei, c. 13.*

*b c. ad hoc, 89. diſt. & in rubr. de ordin. cognit. & ff. de decret. ob ordin. fac.*

*c l. 2 ff. de ſtat. hom.n.*

*d c. ſolitæ, de mai. & obed.*

*e §. ius ciuile, iuncta gloſſ. inſtit. de iur. nat.*

*f lib. 2. de ſacra. c. 116.*

*g ſeſſ. 23. can 3.*

*h in 4. ſent. diſt. 24. & gloſſ. in ſum. 32. diſt.*

*i vt latè demonſtrat Caiet. in tract. 26. de collat. ordin. & ſup. dictum eſt in ſimili. de cap. ſin. Baptiſ. nu. 7. & de Confirm. nu. 8. & de extrem. Vnct. n. 12.*

*k in d. diſt. 24 q. 1. art. 4.*

Forma verò eſt prolatio verborum, quæ pro varietate ordinum, ſunt varia, ſicut & res traditæ diuerſæ ſunt. Conueniunt tamen in ſignificando traditionem, & acceptionem ſacramento ſubſtantialem.

Dixi (*Character*) ad deſignandum characterem & poteſtatem quę traditur, non eſſe ſacramentum, ſed effectum eius. Itaque definitiones aſſerentes hoc ſacramētum eſſe characterem, ſiue ſignaculum, & poteſtatem, debent cenſeri datæ per effectum, non per genus & differentiam, veluti illa Auguſt. [*Fides eſt, credere quod non vides.*] Et illa Azon.[a] *Appellatio eſt reſciſſio ſententiæ, &c.*

a in Rubr. de appell.

13 Dixi (*Conſecrandi, &c.*) ad diſtinguendum ordinem presbyterij ab alijs. Ordines autem ſunt nouem ſecundùm Canoniſtas per iura,[b] quibus conſtituuntur Tonſuratus, Oſtiarius, Exorciſta, Lector, Acolytus, Hypodiaconus, Diaconus, Preſbyter, & Epiſcopus. Quamuis ſecundùm communem Theologorum[c] ſolùm ſint ſeptem, dicentium, Primam tonſuram, & Epiſcopatum non eſſe ordines, ſed officia. Quorum quatuor maiores, dicuntur ſacri, non quidem, quòd omnes non ſint ſacri, ſed quia eis eſt annexum votum ſolemne caſtitatis, non vt eſſentiale, ſed accidentarium ex ſtatuto Eccleſiæ.[d]

b in c. cum contingat, de ætat. & qual. per illum text. & per c. cleros, 21. diſt. c. perlectis, 26. diſt.

c in d. diſt. 24.

d c. nullum, 32. diſt. c. decernimus, 32. diſt. & c. 1. de voto, lib. 6.

Circa hoc porrò ſacramentum, peccat mortaliter primò, qui credit nō eſſe vera definita ſuper eo à dicto Concil. Trident.[e] Aut de eorum veritate dubitat: & ſi id verbo, vel ſcripto exprimat, eſt excommunicatus per bullam cœnæ ſupra ſæpe citatam. Definiuit autem Cōcilium, hæreticum eſſe aſſerentem non eſſe in nouo teſtamento Sacerdotium viſibile, vel externum: vel poteſtatem conſecrandi, & offerendi verum corpus, ac ſanguinem Domini, peccatáque remittendi, & retinendi: ſed officium tantùm, & nudum miniſterium prędicandi Euangelium: vel eos, qui non prædicant, prorſus non eſſe ſacerdotes.[f] Aut præter Sacerdotium, non eſſe in eccleſia catholica alios ordines, maiores, & minores, per quos velut gradus quoſdam in Sacerdotium tendatur.[g] Aut ordinem, ſiue ſacram Ordinationem, non eſſe verè & propriè ſacramentum à Chriſto Domino noſtro inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris

e ſeſſ. 23.

f can. 1.

g can. 2.

rerum eccleſiaſticarum imperitis. Aut eſſe duntaxat ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei,& ſacramentorum[a] Aut per ſacram Ordinationem non dari Spiritum ſanctum,ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere: *Accipe Spiritum ſanctum.* Aut per eam non imprimi characterem,vel qui ſacerdos ſemel fuit, laicum rurſus fieri poſſe.[b] Aut ſacram Vnctionem,quâ Eccleſia in ſacra Ordinatione vtitur, non tantùm non requiri, ſed contemnendã & pernicioſam eſſe,vt & alias Ordinis cæremonias.[c] Aut in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam,conſtantem Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris.[d] Aut Epiſcopos non eſſe Preſbyteris ſuperiores vel non habere poteſtatem confirmandi & ordinandi, eámve quam habent, illis eſſe cum Preſbyteris communem: vel ordines ab ipſis collatos, citra populi vel poteſtatis ſecularis conſenſum, aut vocationem, irritos eſſe. Aut eos,qui nec ab eccleſiaſtica poteſtate rite ordinati, nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & ſacramenti miniſtros.[e] Aut Epiſcopos, auctoritate Romani Pontificis aſſumptos,non eſſe legitimos, ac veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum.[f]

Cæterùm aduertendum prædictum Concilium non definiiſſe vtra opinio Theologorum,an Canoniſtarum de Ordinum numero,amplectenda foret. Licèt Canoniſtis nonnulla quodammtenus fauere videantur.[g]

Itaque probabilis vtraque videtur, Mea tamen(ſaluâ ſaniori) eſt, quatuor Ordines, ſiue ordinationes, ſcilicet tres maiores & Epiſcopatum, eſſe verè & propriè ſacramentum cui prædicta definitio conuenit:alios autem potiùs eſſe ſacramentalia. Et ita quoad Epiſcopatum,recedo à communi Theologorum.[h] Quoad quatuor verò minores & primam tonſuram, recedo à Canoniſtis. Tum, per rationes Caiet.[i] Tum,quia non eſt eis adiũctum votum caſtitatis ſolemne. Tum,quia durum videtur damnare omnes illis initiatos,non præuiâ cõfeſſione,vel ſaltem contritione ſufficienti,quorum infinitus videtur eſſe numerus, quod tamen neceſſe eſſet facere, ſi forent ſacramenta vera gratiam conferentia ex opere operato,per dicta ſupra.[k] Tum, quia conferunt eos etiam Abbates.[l]

[a] *can* 3.
[b] *can.*4.
[c] *can.*5.
[d] *can.*6.
[e] *can.* 7.
[f] *can.* 8.
[g] *can.*2.3.4.& 7.
[h] *per c.*1. *iunctæ gloſſ.*32. *diſt.& allegata in ea, quæ expreſſe cõſtituũt* 4. *ſacros ordines, & per prædictum* 7. *can. quibus*(*vt ingenuè fatear*) *reſpondere nequirem.*
[i] *in tract. de mod. & ritu ord. ſuſc.*
[k] *eod.c. n.*2.
[l] *c.quoniã.*69. *diſt. c.cùm contingat, cũ ei adnot. per Imol. Cſtien. Anton. & alios, de ætat. & qualit.*

II. Peccat, qui credens, vel credere debens ſe mortalis culpæ reum, Epiſcopatum, aliúmve ordinem ſacrum ſuſcipit ſecundùm omnes: non autem qui alios, ſecundùm negantes vera eſſe ſacramenta, quos ſequimur.

III. Qui contrauenit nouis ſtatutis Concil. Trident. quod [a] ſtatuit, vt qui ſe procurat ordinari ab Epiſcopo titulari, citra licentiam ſui Epiſcopi, etiam ſi ſit illius familiaris, & continuus commenſalis, adeóque in loco nullius diœceſis, vel exempto, ſuſpenſus ſit ab executione ordinum tantiſper dum ſuo prælato viſum fuerit. Epiſcopus verò titularis ab exercitio Pontificalium per annum. [b] Epiſcopum etiã ordinare poſſe eum, qui fuit familiaris eius per triennium, ſi beneficium re ipſa & citra fraudem illi conferat. Et [c] quòd nemo promoueatur ad ordines contra voluntatem ſui Prælati, etiamſi prohibeatur promoueri, ob occultum crimen, & extra iudicialiter, quódque ei qui a ſuis ordinibus, gradibus, aut dignitatibus eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nõ ſuffragetur vlla licentia de promouendo, aut ad priores ordines, gradus, aut dignitates antea conſequutas reſtitutio, contra proprij Prælati voluntatẽ. Denique, [d] Quod Epiſcopus poteſt ſuſpendere ad tempus ſibi viſum, ſuũ ſubditum ordinatum quacunque auctoritate, non præuio ſuo examine, etiam ſi eum inueniat habilem. [e] Adhæc, quód Epiſcopus, aut alij ſui miniſtri pro collatione quorumcunque ordinum, vel pro literis dimiſſorijs, aut ſigillo, nil quicquam, etiam ſponte oblatum, accipiant. Et notarij pro ſcriptura (ſi ei nullum ſalariũ pro officij ſui exercitio ſit conſtitutum) decimam tantùm vnius aurei partem accipere poſſint. Et [f] quòd non concedat dimiſſorias, niſi prius examinatis, & approbatis. Nemóque [g] ordinetur, niſi prius legitimè conſtet eum beneficium eccleſiaſticum victui ſufficiẽs, pacificè poſſidere. Illúdque beneficium reſignare nequeat, niſi factâ mentione, quòd ad illius beneficij titulum ſit promotus, eáque reſignatio non admittatur, niſi cõſtet reſignantem aliũde poſſe commodè viuere, ſecus autem facta reſignatio, nulla ſit. Patrimonium verò, vel pẽſionem obtinentes, promoueri poſthac nequeant, niſi quos Epiſcopus iudicârit neceſſarios, vel vtiles, conſtituto prius, patrimonium illud vel penſionẽ ſufficere eis

[a] *ſeſſ. 14. c. 2. de reform.*

[b] *ſeſſ. 23. cap. 9. de reform.*

[c] *ſeſſ. 14. c. 1. de reform.*

[d] *ibidem, c. 3.*

[e] *ſeſſ. 21. c. 1. de reform.*

[f] *ſeſſ. 23. c. 3. de reform.*

[g] *ſeſſ. 21. c. 2. de reform.*

ad vitam honeſtè ſuſtentandam, illáque citra licentiam Epiſcopi alienare nequeant, donec beneficium ſufficiens adipiſcantur, ſeu aliunde habeant, vnde honeſtè viuere poſſint.[a]

[a] *alij modi peccandi reperientur infra, c. 25. a nu. 68. & hoc ipſo cap. 22. nu. 52.*

## De ſacramento matrimonij.

### Summæ.

19 *Matrimonium quid, & quale apud infideles.*

20 *Matrimonij ſacramentum conferre gratiam, de fide.*

20 *Matrimonij materia & forma quæ, cum exemplis.*

21 *Matrimonium indiſſolubile regulariter, ſic tamen ſoluitur.*

22 *Diuertere ob quæ poteſt, vel debet coniunx a coniuge.*

23 *Adulterans perdit ipſo iure ius exigendi debitum, licitè tamen petit.*

23 *Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti.*

23 *Debitum in foro animæ, non debetur adulteranti.*

24 *Adulterantis coniux quando religionem ingredi poteſt.*

25 *Sponſalia quid, & quibus modis ſoluuntur, & n. ſeq.*

28 *Sponſalia omnia ipſo iure ſoluuntur per cauſam notoriam.*

28 *Sponſalia duobus modis tranſeunt in matrimonium.*

29 *Matrimonij, & ſponſalia contrahendi quæ ætas legitima.*

29 *Matrimonium regulariter omnis iuſtæ ætatis, & iudicij, contrahere poteſt,*

30 *Impedimentum matrimonij duplex, quod dirimit, & quod non & n. 31.*

19 Sacramentum matrimonij, eſt ſacramentum, quo fit maris, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.[b] Dixi (*Sacramentum*) pro genere. Nec obſtat, quòd matrimonium eſt inter infideles non baptizatos, qui non ſunt capaces ſacramentorum, quorum ianua eſt Baptiſmus,[c] apud eos enim nõ eſt matrimonium, quatenus eſt ſacramentum: ſed tantùm, quatenus eſt contractus: prædicta verò definitione, definitur ſolùm ſacramentum matrimonij, ſiue matrimonium, quatenus eſt ſacramentum. Dixi (*Maris & fœminæ*) ad differentiam ſacramenti Baptiſmi, & Pœnitentiæ, quibus metaphoricôs fit quædam coniunctio inter Deum & animam[d] Dixi (*Coniunctio*) intelligẽdo

[b] *vt colligitur ex l. 10. ff. de rit. nup. & princ. Inſtit. de patr. poteſt. & ex Magiſt. & alijs in 4. ſent. diſt. 26. & in rub. de ſponſ. & matr.*

[c] *c. veniens, de presbyt. nõ bapt.*

[d] *iuxta c. debitũ, & ei adnot. de bigam.*

potiùs vnionem animorum, quàm corporum.[a] Dixi (*Indiuiduam*) quia eſt inſolubile, non enim poteſt, niſi morte naturali regulariter ſolui, & ſic coniuncti nequeunt alijs altero viuente, coniungi, adeóque vterque alteri debet fidem ſeruare, debitúmque coniugale reddere, ac ſe mutuò in adminiſtranda re familiari iuuare, & neuter eorum citra alterius conſenſum, continentiam promittere poteſt.

20 Cui conſequens eſt, Matrimoniũ Chriſtianorũ, gratiam cõferre ex opere operato, niſi obex conſtituatur, iuxta cõmunẽ.[b] cõtra gloſſ. quãdam[c] quia eſt ſacramẽtum, cuius proprium eſt ex opere operato gratiam cõferre, vt ſupra[d] dictum eſt, quod approbauit Concil. Trid.[e] mox citandum, poſt quod non ſolùm pro falſo quod ait illa gloſſ. ſed etiam pro hæretico habendũ eſt, Itaque cauenda. aut certè cautè legenda ſunt, quæ ſcribit D. Canus.[f] Quæcũque porrò in præſenti inſtituto, dicentur de viris, intelligenda quoque erunt de fœminis, & viceuerſa: niſi ſecus expreſſum erit. Quàmuis autem, varij varia de materia, & forma huius ſacramenti ſentiant, præſertim Adrian.[g] receptius tamen videtur, quòd conſenſus expreſſus & legitimus perſonarum ad contrahendum idonearum, ſiue expreſſus conſenſus ad coniungẽdum ſit materia, & verba, aut alia ſigna, & etiã interdũ taciturnitas, quibus ille exprimitur, ſint forma, qua parte exprimunt conſenſum: vt materia ſtipulationis quæ interrogatione, & reſponſione conueniẽte fit, eſt conſenſus, verba autem, ſunt forma[h] licèt ad ſtipulationem neceſſaria ſint verba, nec ſufficiant nutus, aut ſigna vel ſcriptura:[i] ad matrimoniũ autẽ ſecus,[k] imò, interdum auditio, & taciturnitas citra contradictionẽ, veluti, cùm pater cõtrahit pro filia præſente, & audiẽte, tacente, nec contradicente[l] illa verò verba, & ſigna ſufficiunt, & requiruntur, quibus ſignificatur ſtatim vnà cum dicto, vel ſigno, alterum alteri ſui corporis poteſtatem tradere.[m] Qualia ſunt illa: (*Ego te in meam vxorem accipio*) Et: (*Ego te in maritum meum accipio.*) & alia eis æquipollentia, vt: *Conſentio in te tanquam in meum, vel meam coniugem.* & *Ab hoc tempore, pro mea vxore, vel marito habebo* aut *Volo, vt ſis mea vxor, vel maritus*,[o] nil enim re-

*a vt gloſſ. declarat in iuribus ſupradictis, & eſt textus in l. nuptias, ff. de regu. iur. & in c. ſufficiat, 27. q. 2.*

*b in rubr. de ſponſ. & in 4. ſent. diſt 26.*

*c c. quicquid, 1. q. 1. & nonnullos eam perperã intelligentes.*

*d eod. n. 1.*

*e ſeſſ. 7. can. 6.*

*f lib. 8. de locis theolog. c. 5.*

*g in 4. de matrim. q. 1.*

*h l. 1. in princ. & §. 1. ff. de verb. oblig. cum ei adnot.*

*i per d. l. 1.*

*k c. cum apud, & c. tuæ, de ſponſ.*

*l iuxta gloſſ. cõmuniter recept. in c. honorantur, 32. qu. 2. pro quo aptus textus ibi, & in c. 1. §. porrò, de deſpõſ. impu. lib. 6.*

*m iuxta omnium ſententiam.*

*n c. ſi inter, de ſponſal.*

*o c. ex parte, de ſponſ.*

fert, quid de æquipollentibus fiat.[a]

21 Cæterùm, matrimonium interdũ diſſoluitur omnino etiam, quoad vinculum, interdũ quoad thorum & habitationem tantùm & interdum, quoad thorum tantùm. Omnino namque diſſoluitur antequam ſit cõſummatum copula carnali, per profeſſioné ſolemnem religionis approbatę,[b] quod de fide eſſe definiuit Cõcil. Trid.[c] Diſſoluitur etiam ante conſummationem diſpenſatione Papæ iuſta de cauſa facta, ſecundũ quandã gl. ſing.[d] receptam ab omnibus puris Canoniſtis, & â Theologis canonum peritis, contra puros Theologos, excepto Caiet.[e] Quorum opinio adeo ſeruatur, vt etiam ter, vel quater ad petitiones conſilio meo, ante quam in vrbẽ veniſſem, oblatas, ferre. Paulus iij. N. ius iiij. ſuis diſpenſationibus diſſoluerint quædam matrimonia omnino clandeſtinè contracta, nondum conſummata, in remedium animarum alioquin probabiliter periturarum. Quod atteſtor, ne quis ſequutus Sotũ[f] contra Caietan. vllũm ſcrupulum ingerat ijs, qui eiuſmodi ſanctiſſima gratia fruuntur, vel in poſterũ fruentur. Nam & poſt eũ Michael à Medina[g] Caiet. & communem eſt ſequutus.

Diſſoluitur quoque matrimonium contractum inter infideles, etiam poſt conſummationem, ſi altera eorum pars ad fidem catholicam conuertatur, altera verò noluerit ei cohabitare citra contumeliam Creatoris, & conatum peruertendi, vel inducendi eam in morrale,[h] nam, (vt dictum eſt) non eſt inter eos ſacramentum, ſed contractus tantùm. Diſſoluitur autem quoad thorum, & cohabitationem, non quoad vinculum, propter fornicationem, iudicis auctoritate, iuxta illud[i] (*Quicunque dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem. &c.* necnon ob ſæuitiam coniugis, & alias cauſas, iure[k] expreſſas. Quo ad thorum verò duntaxat, ob fornicationem ſolâ euãgelij auctoritate citra vllam iudicis ſententiam.[l]

22 Quibus pridem adnotaui, Primò, poſſe coniugem catholicum, vel catholicam diſcedere à cohabitatione coniugis hæretici ad ſuam hæreſim inducentis,[m] non tamen nouè contrahere.

Secundò, idem dicendum de coniuge, qui, vel quæ à ſuo, vel ſua coniuge inducitur in aliud peccatũ mor-

[a] l. fin. ff. mandat. c. licet, de teſtam.

[b] c. ex publico, de conuerſ. coniug. c. commiſſum, de ſponſal.

[c] ſeſſ. 24. can 6.

[d] in d. c. ex publico.

[e] in Tum. I opuſ. tract. 28.

[f] lib. 7. de iuſt. & iur.

[g] lib. 5. de ſacr. homin. continentia.

[h] c. gaudemus, de diuor.

[i] Luc. 16. relatũ in c. dixit Dominus, 32. q. I. & c. Dominus ead. cauſ. q. 7.

[k] ſuper textus ſing. cap. literas, §. fin. de reſtit. ſpol.

[l] ſecundum communem, & gloſſ cap. noſſe, 32. q. I.

[m] per c. 2. de diuort.

tale, nec poteſt ab inducẽdo retrahi. Palud.[a] aſſertore.

Tertiò, reſpondiſſe nos cuidam nuptæ, poſſe illam recedere à ſuo marito adeo laxo fidentìque animo, vt induceret in domum ſuam quoſdam amicos parũ pudicos, quibus vel aliquo eorum cum ea relictis, domo exibat, illi verò modò directè, modò indirectè, modò verbis, modò tactu, inducebant eam in aliquod peccatum cordis, & grande periculum operis, rogatúſque ab ea ne id faceret negligebat. Tum, quia eiuſmodi maritus (ſaltem obliquè) inducebat eam ad peccandũ. Tũ, quia ſi non tenebatur ei conuiuere cum periculo mortis corporalis volenti eam occidere, vel intoxicare,[b] longè ſanè minùs tenebatur conuiuere illi cum tanto diſcrimine mortis ſpiritualis, quæ tãtò grauior eſt corporali, quantò anima præſtat corpori.[c] Tum, quia vxor poteſt diſcedere à marito fure, nolẽte à furando abſtinere, Palud autore.[d] Tum, quia non obſtat, neminem poſſe cogi ad peccandum,[e] non enim poteſt etiã cogi ad apoſtatandum: poteſt tamen diſcedere à conſorte in apoſtaſiam inducente.[f] Et quidem, in terminis penè ſimilis caſus iure expreſſus[g] reperitur.

Quartò coniugem à coniuge recedere non poſſe ob luem veneream[h] (quã quidam Gallicum nõ nulli Neapolitanum, alij Hiſpanicũ morbum vocant) non enim poteſt etiam ob morbum lepræ, qui eſt æquè vel magis contagioſus.[i]

Quintò, quòd coniunx à coniuge non poteſt ob amentiam diſcedere, niſi probabile mortis periculũ induceret, per prædicta.

Sextò, non peccare vxorem quòd non diſcedat à marito adultero, etiã in adulterio perſeuerãte: neque quòd ei reddat, vel petat debitum, etiãſi publicè adulteretur, modò id ei non placeat (quod ferè ſemper cõtingit) & probabiliter arbitretur, eum non abſtenturum ab eo, licèt ipſa ei debitum neget. Imò, nec maritus peccaret, idem faciẽdo cum vxore adultera, ſi diſpliceret ei adulterium, & penſatis perſonarum, loci, ac tẽporis, aliíſque circunſtantijs, fieret probabile, eam non poſſe ab adulterãdo arceri citra grauiſſimam offenſionẽ (σκάνδαλον Græci dicũt) damnũmque publicum vel priuatum, quo iura quædam [k] reſtringenda ſunt.

a *in 4. ſent. diſt. 39. q. 1. col. fin.*
b *d. c. literas, ſub fin. ad quod reducendum eſt cap. 2. de diuort.*
c *c. ille, 22 qu. 1. & c. præcipimus, 12. q. 1.*
d *vbi ſup.*
e *§. 15. qu. 1.*
f *per d. c. 2. de diuort.*
g *in l. ſi lenones, C. de epiſcop. aud. & in c. diſcretionem iũcta gloſſ. de eo qui cog. conſang. vx. ſuæ.*
h *arg. c. ſi vxorẽ, & c. horrendus, 32. q. 5. & Alex. in l. cùm dotem, §. ſi maritus, ff. ſolut. matr.*
i *c. 1. & 2. de cõiug. lepros.*
k *c. ſi vir, de adult. & c. 1. 32. q. 1.*

23 Septimò, quòd cōiunx adulterās, nō poteſt exigere debitum à conſorte innocēte, tanquam iure debitum, ſed poteſt petere vti licitum; ſiue publicum, ſiue occultum ſit adulterium, & ſiue coniunx innocens ſciat, ſiue ignoret illud. Licèt enim adulterās ipſo iure perdat ius exigendi: non tamen ius rogandi, vt indulgeat illud, ſi voluerit, eò quòd vinculum matrimonij durat nō obſtante adulterio, quod eſſe de fide, prædictū Conciliū [a] declarauit, facítq; illud licitū, cùm nullo iure naturali, diuino vel humano prohibeatur. Nam, licèt Dominus in euang. [b] cōcedat innocenti facultatē negandi debitum, nō tamen negat poteſtatem reddendi illud, ſi voluerit, nec adultero facultatē petēdi vti rem licitā, licèt non debitā. Quibus eſt conſequens, poſſe coniugē innocentem, adulterandi denegare debitum, citra vllam iudicis auctoritatem, iuxta illud: *Frangenti fidem, fides frāgatur eidem* [c] quæ breuis declaratio eſt mentis Caiet.[d]

Octauò, quòd coniunx innocens, etiam ſi cœpit negare debitum adulterāti, & poſtea adulteretur, tenetur ei reddere, per cōpenſationem namq; tollitur ius quoad poteſtatē negādi hoc crimē.[e] Quod cōfeſſarij magnopere aduertere debent, quò prçcipiāt multis maritis, recedentibus à thoris vxorum propter præſumptū, aut verum adulterium, aliíſque ſeſe copulātibus, vt ipſç redeant ad eos: hi enim nullatenus ſunt abſoluendi, niſi priùs incipiant reddere debitum vxoribus, aut certè concipiant propoſitum efficax reddendi illud.[f]

Nonò, non obſtare prædictis iura quædam,[g] quatenus ſtatuunt, non poſſe coniugem innocentem diſcedere ab adulterāte, citra iudicis auctoritatem, niſi adulterium ſit notorium: intelligēda ſiquidem ſunt quoad forum exterius, non autem quoad interius, de quo agimus. Per quæ declaranda eſt. *gloſſ cap.1.32.quæſt.1.*

24 Qui porrò ante Conc. Trid. clam contraxit, & cōſummauit matrimonium, poſtea verò petitus in maritū corā iudice, à quo (quia negauit cōtractum, ac deficiebant probationes) fuit abſolutus, cōiúnxque eius, alteri nupſit, religionem ingredi non poteſt. Tum, quia nulla religionū, quæ nō ſit militaris, admittet eum ſi verum fateatur, citra licentiam debitam vxoris, quam hoc caſu illa indulgere nequit remanens in ſeculo, præſertim in eo prauo ſtatu.[h]

a *vbi ſup.*
b *Matth.5. & Luc.16.*
c *l. cū proponas, C. de pact. c. peruenit, de iureiur.*
d *tom.1. opuſc. tract.17. reſp.4. reſp.*
e *c. intelleximus, de adulter.*
f *arg. c. peccatū, de reg. iur. lib.6.*
g *c. ſignificaſti, & c. porrò, de diuort.*
h *c. cùm ſis, c. ſanè, c. coniugatus, de cōuerſ. coniug.*

Nec obſtat *c. Agathoſa.27.quæſt. 2.* qua parte ſtatuit, maritum, cuius vxor fornicata eſt, poſſe religionem ingredi: id enim intelligendum eſt de illo, qui non præbuit vxori cauſam, ſaltem propinquam, adulterandi, vt declarat Panor. communiter recept. [a] cuiuſmodi videtur dediſſe conſulens. Tum, quia ſi moreretur is, cui illa nupſit, tenetur eam accipere, etiamſi profeſſionem feciſſet.[b]

25 At verò, ſponſalia non ſunt matrimonium, ſed promiſſio eius: [c] quod intelligendum, de promiſſione mutua, ſiue reciproca: licèt enim alterius tantùm ſufficiat ad ſe obligandum, non tamen ſufficit ad ſponſalia efficienda, niſi altera quoque pars tacitè, vel expreſſè idem alteri promittat, ſecundùm omnes. Arræ autem, & iuramentum non ſunt neceſſaria, licèt illis firmiora fiant.

Non ſunt autem ſponſalia vt matrimonium inſolubilia, ſed varijs modis diſſoluuntur. Primò quidem, partium remiſſione, etiamſi ſint, iuramento vallata, [d] quamuis principaliter iurata ſint propter Deum, veluti cùm quis iurat ſe matrimonium contracturum cum aliqua paupere ob amorem Dei, & eleemoſynam, iuxta Card [e] Tum, quia Deus recipit illud in vtilitatem partis: ideóque ipſa poteſt ei renunciare.[f] Tum, quia alioqui iuramentum in fauorem eius factum, poſſet ei ob varios reſpectus præiudicare, [g] licèt oppoſitum teneāt Inn. Panor [h] & Silueſt.[i] Quorum opinionis color per prædicta obliteratur.

26 Secundò, per alterius in religionem ingreſſum, [k] adeóque cùm alia poteſt alter ſponſalia contrahere, etiam antequam profeſſionem emittat, Silu. aſſertore,[l] Cuius opinio probabilior eſt contraria, quam quidam amplectuntur ea ratione, quòd Nouitiatus eſt iuſta cauſa diſcedendi à ſponſalibus; quòd anſam præbuerit, vt poſſit improperari ei, quod fuit religioſus, incōſtans, & id genus alia, quæ poſſunt præſtare ſibi iunctis occaſionem ringendi, quódque contrarium aſſerentes fatentur ſufficere Nouitiatum aliquorum menſium, citra profeſſionem.

Tertiò, per alterius matrimonij verbis de præſenti contractum, etiam copulâ nondum ſequutâ. Per ſpon-

[a] *in d.ca. diſcretionem n.8.*
[b] *iuxta d.ca. Agathoſa.*
[c] *l 1.ff.de ſponſal. S.Th. & omnes in 4.diſt. 27.*
[d] *ſecundùm cōmunem cap. præterea, de ſponſ.*
[e] *ibidem.*
[f] *arg. c. pactum, de pact. lib.6.*
[g] *contra l. quod fauore, C. de leg. & cap. quod ob gratiam, de reg. iur. lib.6.*
[h] *in d. c. præterea*
[i] *verb. ſponſalia. q 9.*
[k] *in d. ca. ex publico, & cap. veniens. qui cler. vel vouent.*
[l] *verb. ſponſalia. q.10.*

ſalia inſuper de futuro, copulâ affectu maritali ſequutâ.[a] Dixi, (*Affectu maritali*) nam citra hunc, priora ſponſalia quoad Deum nõ dirimuntur, quàmuis quoad eccleſiam ſecus, ſecundùm iura antiqua, iuxta quæ ſponſalia tranſibant in matrimonium per ſolam copulam carnalem Quod ſublatum eſt per Conc. Trid. vt dicetur infra.[b] Concurrente autem illo, priora ſponſalia non dirimuntur, niſi ſecunda eſſet cognata, vel affinis priori ex coitu licito intra gradum prohibitum, Dixi (*niſi ſecunda eſſet cognata, vel affinis ex coitu licito intra gradum prohibitum.*) Nam, ſi talis foret, neutram in vxorem ducere poſſet, ſecundùm dicta iura antiqua. Non quidẽ priorem propter impedimentum affinitatis, ex illa copula ortum. Non ſecundam, propter impedimentum publicæ honeſtatis ex prioribus ſponſalibus quoad ipſum natũ.[c] Dixi (*copulâ ſequutâ*) quia præcedens, (etiam ſecundùm iura antiqua) non ſufficeret.[d]

Quartò, per alter vtrius in aliã regionem migrationẽ, citra cauſam probabilem vel ſubſiſtente quidem illâ, at iudex certum tempus redeundi præfiniuit, intra quod non rediit, quæ præfinitio eſt neceſſaria, iuxta ius canonicum, cui eſt hac in re ſtandum, quod tempus non præfinit *c. de illis, de ſponſ.* non tamen iuxta ciuile: licèt illud (cui non eſt ſtandum) tempus præfiniat,[e] & *l. 2. C. de repud.* præſcribit, quòd abſens in eadem prouincia expectetur duobus annis: ſi in alia, tribus, vt tradunt S. Ant.[f] & Silu.[g] cui etiam locus eſt in ſponſalibus iuramento roboratis, ſecundùm Panor.[h]

27 Quintò, per ſuperuenientem affinitatem eò quòd altera pars rem habuit cum cognato, vel cognata intra gradum prohibitum alterius partis, priùſquàm copulam maritalem cum ſua ſponſa, vel ſponſo haberet.[i] Sextò, per abſolutionem factam à iudice, quia illa contraxit intra pubertatis annos, & perueniens ad illos, antequam conſentiat expreſſè vel tacitè, petit ab eis abſolui,[k] Si tamen ambo, vel alter eorum eſſet minor ſeptem annis, ſponſalia adeo nulla forent, vt ex illis nullum impedimentum publicæ honeſtatis oriretur: & ita alteruter eorum cum cognata alterius matrimonium contrahere poſſet[l] Septimò, per lapſum temporis præſtituti matrimonio de præſenti contrahendo. Nam, per

[a] *c. ſicut ex literis, de ſponſal.*

[b] *eod. nu. 28. & c. 25. n. 144.*

[c] *iuxta not. in c. is qui, de ſpõſal.*

[d] *c. veniens 2. de ſponſ. vbi Pan. Præpoſit. & cõmunis, quicquid recentiorum nõnulli futiliter dixerint.*

[e] *in l. ſæpe, ff. de ſponſ.*

[f] *3. part. tit. 1. c. 18. §. 1.*

[g] *vbi ſup. qu. 1. §. 4.*

[h] *d. c. de illis.*

[i] *c. veniens, de eo qui cogn. cõſang. vt ſuæ.*

[k] *c. à nobis, & c. de illis, de deſpõſ. impub.*

[l] *c. literas, de deſponſ. impub. & c. 1. eod. tit. li. 6.*

illum is, per quem non ſtetit, quo minùs fieret, liberatur, alterique pœnitentia, ob fidem violatam iniungenda eſt.[a] Octauò, per ſuperuenientiam paralyſis, lepræ, aut alius morbi contagioſi, vel amiſſionis oculi, naſi alteriùsve notabilis deformitatis.[b] Nonò, per ſuperuenientem fornicationem alterius,[c] ſiue ſpontaneam, ſiue coactam.[d] Alterius (inquam) nam per ſuam nolente parte innocente, non ſunt diſſoluenda.[e]

Dixi (*ſuperuenientem*) ob præcedentem namque non ſunt diſſoluenda, niſi tempore contractus ſponſa iorum ignoretur, & ante matrimonij contractum innoteſcat, ſecundùm omnes, quæ maximè præcedunt in fornicatione ſpirituali, quæ fit per hæreſim, vel apoſtaſiam.[f] Decimò, per votum caſtitatis præcedens illa,[g] quàmuis ſequens non diſſoluat: alter namque in alterius præiudicium vouere nequit, excepto voto religionis, quod etiam contracto matrimonio facere, & implere poteſt, vt ſupradictum eſt: quo caſu, tenebitur religionem intrare, iuxta Palud. recept.[h] qui autem promiſit alicui non ducere aliam, quàm illam, non tenetur ducere illam, licèt aliam licitè ducere nequeat, ſecundùm eundem Palud.[i] & Adrian.[k] aſſerentem, neque communem opinionem illi aduerſari neque ſequendam, ſi aduerſaretur: quàmuis eam ſequatur (ſed perperam noſtra ſententia) Silueſt. Vndecimò, per ſuperuenientem inimicitiam capitalem, ob quam diſſolui poſſunt, iuxta Oſt.[m] Duodecimò, per omiſſionem implementi eius, quod promiſſum eſt, ſiue voluntariam, ſiue inuoluntariam, vt quum dos promiſſa non præſtatur ſecundùm Ioan. And.[n] Cum verò ſponſa certam dotem ſponſo non promittit, videtur omnia ſua bona promittere,[o] adeo vt ſi ſponſalibus contractis, pauperior fiat, ita vt nequeat omnia, quæ tunc habebat, tradere, non teneatur eam ſponſus ducere. Decimotertiò, per famam impedimenti ad contrahendum inter eos canonici.[p] Decimoquartò, per ſuſceptionem ordinis ſacri,[q] quàmuis per eum matrimoniũ de præſenti non diſſoluatur.[r] Decimoquintò, per ſuperuenietem cognationem legalem, de qua infra.[ſ] Decimoſextò, per morum alterutrius contrahentium aſperita-

*a c. ſicut ex literis, de ſponſ. cum ei adnot.*
*b c. literas, de cõiug. leproſ. &c. quemadmodum, de iureiur.*
*c d. c. quemadmodum.*
*d iuxta gloſſ. receptã ibid. verb. oculus.*
*e arg. cap. 2. de tranſl. prælat.*
*f ca. non ſolùm, 28. q. 1.*
*g cap. rurſus, qui cler. vel vouent.*
*h in 4. diſt. 27. q. 1. art. 1.*
*i vbi ſup.*
*k in 4. de matrim. qu. 12.*
*l verb. matrimonium, 2. qu. 10*
*m in ſum. de ſpo. § fin. ob rationẽ ca. 2. &c. requiſiuit, de ſponſal.*
*n in c. de illis, de condit. appoſit.*
*o ſecundum gloſſ. in l. mulier bona, ff. de iur. dotium, receptam per citatos à Couarru 1, part. c. 5. n. 4. in epit.*
*p ca. cùm in tua, de ſponſal.*
*q arg. extrau. antiquæ, de vot. iuxta Ant. in rubr. de ſponſ quem ſequitur Præpoſ. in c. de illis de ſponſ.* *r d. extrauag. antiquæ.* *ſ eod. cap. n. 44*

tem, ſecundum Panor.[a] Decimo ſeptimo, per aliquid nouè ſuperueniēs, quod ſi præceſſiſſet, non fuiſſent cō-tracta, ſecundum mētem S. Th.[b] ad quem alij quinque caſus, à Præpoſ. relati[c] reduci poſſunt.

28 Notandum tamen eſt ſecundùm Oſtien.[d] & Ioan. And. receptos,[e] ſponſalia caſibus prædictis regulariter ipſo iure non dirimi, ideóque auctoritate iudicis eccleſiaſtici dirimenda eſſe. Itaque, qui citra eiuſmodi auctoritatem cum alia contraheret, grauiter peccare videretur,[f] quàmuis non mortaliter, iuxta Silu.[g] ſicut nec venialiter, caſibus quibus ipſo iure diſſoluuntur, quando nimirum, alter eorum religionem ingreditur, vel ipſo facto cum alia, verbis de præſenti, contrahit, aut notoriè fornicatus eſt, aliiſque caſibus, quos Præpoſ. recenſet.[h] Quin & generaliter dici poteſt, in nullo caſu, quo cauſa diſſoluendi ſponſalia eſt manifeſta, tam quoad veritatem, quàm quoad iuſtitiā, prædictam eccleſiæ authoritatem requiri: quum tales ipſo iure abſoluantur. Silu. aſſertore.[i] Idemque cenſendum, quando ſponſalia ſunt clandeſtina: quum tunc ſcandalum ceſſet.

E contrario verò, ſponſalia duobus modis in matrimonium de præſenti tranſeunt. Primò, quidem, culpâ carnali ſubſequutâ vxorio affectu, id eſt, animo matrimonium conſummandi, nam, ſi habeatur fornicario affectu, id eſt, citra animū cognoſcendi ſe tanquā maritum & vxorem, ſed velut ſolutos matrimonij vinculo, non eſſet matrimonium coram Deo, licèt ſecus, coram eccleſia, iuxta communem,[k] quicquid dicat Oſtien.[l] ſecundùm antiqua iura, quæ quomodo poſt Concil. Trid. ceſſent, declaratur infra.[m] Secundò per declarationem conſenſus de præſenti, verbis aliquo aperto, ſigno factam, nō aliàs quantumlibet ſimul habitent, aut ſponſus eam in domum traducat, oſculáque & amplexus interueniant, adeoque quàmuis copula tenetur.[n]

29 AEtas verò legitima contrahendi matrimonium, in maſculis eſt 14. annorum completorum, in fœminis verò duodecim, etiam completorum: ſponſalibus autem contrahendis, ſeptem in vtriſque: quamuis, ſi potentia ſupplet ætatem, priùs contrahere poſſint, quæ tamen ad illam vſque ætatem non præſumitur.[o]

[a] *in ca. venient. qui cler. vel vou.*
[b] *in 4. ſent. diſt. 27.*
[c] *in d. c. de illis,*
[d] *in d. §. fin.*
[e] *in d. c. de illis.*
[f] *ca. ſi duo pueri, de deſponſ. impub & c. ſeculares, 33. q. 2.*
[g] *verb. ſponſalia, q. 11. §. vlt.*
[h] *in d. ca. de illis, col. fin.*
[i] *verb. ſponſalia q. 11.*
[k] *in ca. is qui, de ſponſal.*
[l] *ibidem.*
[m] *c. 25. n. 144.*
[n] *c. fin. de ſponſ. & Aretin. in conſil. 144. ex facto.*
[o] *cap. puberes, de deſponſ. impub. & cap. 1. § idem quoque, eod. tit. li. 6. iunctis gloſ. & commu. doct.*

Inſuper quilibet vtriuſque ſexus, firmata legitimaque iam ætate atque conſilio, iudicióque firmato præditus, poteſt matrimonium contrahere, niſi ſpecialiter prohibeatur, vel aliquod obſtaculum interueniat inter cōtrahere volentes.[a] Dixi (*conſilio iudicióque firmato*) quia amens tempore amentiæ, non poteſt, contrahere.[b]

[a] *c. cùm apud, de ſponſal.*
[b] *ca. dilectus, de ſponſal.*

## De impedimentis matrimonij in genere.

30 Impedimentum matrimonij iuxta S. Tho. & communem[c] eſt duplex. Alterum impediens, & dirimens. Alterū impediens tantùm. Dicitur autem impediens, & dirimens, quia efficit vt impediti non ſolùm contrahēdo peccent, ſed etiam, vt ipſum matrimonium contractum, non valeat: non autem quòd diſſoluat matrimonium legitimè contractum, ante illius impedimentum (nullum ſiquidem tale eſt) Impedimenta verò huius generis ſunt duodecim, hiſce verſibus comprehenſa.

[c] *in 4. ſent. diſt. 34.*

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen.*
*Cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.*
*Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis.*

31 Impedimentum verò impediens tantùm dicitur, quod impedit, & non dirimit, quod nimirum facit vt peccent, qui ita impediti contrahunt, matrimonium nihilominus contractum valet. Impedimenta verò huius generis ſunt duo, ſequente diſticho contenta.

*Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum,*
*Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri*

Ad quæ quidem duo reducuntur cætera omnia (licèt ſpecialiter dictis verſibus non contineantur) quæ infra tangentur.

## De impedimentis dirimentibus erroris, perſonæ, & conditionis.

Summæ.

32 *Error multiplex, perſonæ, conditionis, fortunæ, & aliarum qualitatum & 33.*

33. Ma-

33 *Matrimonio ab erroneo, qua auctoritate receditur.*

34 *Matrimonio ſeruorum conſentiens dominus, liberat eos: & an vendere poßit, & arcere à debito reddendo.*

34 *Matrimonium contrahens ſeruus, an dominum vxori præfret.e*

34 *Error perſonæ, & conditionis.dirimunt,non alij.*

32 Primum impedimentum dirimens matrimonium, eſt error perſonæ, cum nimirum vna perſona creditur eſſe alia, veluti, quod ſit libera, cum ſit ſerua, vel quod ſit filius talis Regis, Ducis, Comitis, alteriuſue cuius non eſt Dixi (*Talis*) quia ſi credatur indeterminatè, quod eſt filius Regis, aut Ducis, Nobilis, aut Diuitis, non eſt error perſonæ, ſed fortunæ, vel qualitatis. Nec etiam, ſi credatur filius talis Regis, aut Ducis, ſi talis Regis, & talis filij cognitio non exiſtat, iuxta Roſ.[a] & Silu.[b] Error deniq; perſonæ eſt, credere quod ſit primo genitus alicuius, cum non ſit. & ob ſpem, quâ ſperat illũ in paternis bonis ſucceſſurum, nubitque tanquam primogenito, iuxta Cald.[c] Oſt.[d] & Ang[e] niſi abſolutè cõſentiret in eum præſentem: tunc enim matrimonium valeret, quàmuis crederet alium eſſe, iuxta mentem S. Tho. & communis.[f]

Itaque primò ob hoc impedimentum peccat, procurans, vt matrimonium, vel ſponſalia à ſe, vel ab alio per errorem contrahantur, quæ aliàs non contraherentur, iuxta Ange.[g] & probatur per dicta ſancti Thom. de dolo,[h] matrimoniumque ita contractum, nihil valet, ſi fuerit error perſonæ, vel conditionis ſeruilis, ſecus, ſi ſolùm fortunæ, aut alius qualitatis,[i] quod genus eſt, credere de paupere, quod eſt diues: de plebeio, quod nobilis: de infami, quod bonæ famæ: de corrupta, quod virgo.[k]

33 Secundum impedimentum dirimens matrimonium, eſt error conditionis ſeruilis, quo quis credit ſeruum eſſe liberum. Nam matrimonium contractum à libero cum ſerua quam putabat eſſe liberam: vel è contrario, contractũ à libera cum ſeruo, quem putabat eſſe liberum, nihil valet: licèt contractum cum libero, vel libera ab eo, vel eâ, qui vel quæ credit eſſe ſeruum, vel ancillam, valeat & ſi matrimonium erroneũ fuerit clãdeſtinum, propriâ ſe auctoritate ſeparare poteſt, quod

a *verb. impedimentum, 2.*
b *verb. matrimonium, 8 q. 1 § 5.*
c *c. 2. de coniug. ſeruor.*
d *in ſumma.*
e *verb. matrimonium impedimẽto, 4. §. 3.*
f *in 4. ſent. diſt. 30.*
g *verb. matrimonium, 3. impedim. §. 16.*
h *2. 2. q. 55. ar. 4.*
i *c. 1. 29. qu. 1.*
k *cap. 1. §. error. ead. q. 1.*
l *29. qu. 2. §. his ita, ſub ca. ſi quis ancilla, tradit S. Tho. & communis in 4. ſent. diſt. 36. art. 1. & Ang. verb. matrimonium, impedimento 4. §. 16. & communis in cap. propoſuit, de coniug. ſeruo.*

thorum, & cohabitationem: ſi vero eſt in facie eccleſię contractum, ſe quoad thorum ſeparare poteſt, at non quoad cohabitationem, niſi per ſententiam eccleſię,[a] quod procedit, etiamſi dominus poſt matrimonium eam manumiſerit ſe inſcio, cumque ea libera facta, copulam coniugalem habuerit, eiuſmodi namque copula habita eſt virtute primi conſenſus, qui nullus fuit iuxta Roſ.[b] Si tamen, poſtquam reſciuit eſſe ſeruam, conſenſit in eam, ſaltem per copulam vxorio affectu habitam, matrimonium fit validum, ſecundùm iura antiqua, licet non poſt Conc. Trid. vt dictum eſt ſup.[c] Si autem liber matrimonium ignoranter contrahit cum ſerua, & nihilominus eam vult pro vxore habere, illa vero renuit: non eſt matrimonium: ſed coget illam eccleſia, vt conſentiat in illud,[d] quod eſt verum, ſi illa nondum legitimè alteri nupſerit. Dominus autem tradens ſuam ancillam tanquam liberam libero credenti eam eſſe talem, manumittere illam videtur.[e] Quæ omnia ſunt intelligenda, etiam de libera contrahente cum ſeruo.

34 Atqui, dominus, conſentiens matrimonio ſui ſerui, aut ſeruæ locum reddendi debitum concedit, quia, quàmuis ſeruus contrahens matrimonium inuito domino, ei obſequi magis quam debitum reddere, teneatur: ſi tamen, eo conſentiente contrahit, ad illud magis, quàm ad hoc, tenetur. Et, quamuis dominus poſt matrimonium, etiam ſuo conſenſu contractum, eum vendere poſſit, non tamen in adeo longinquis regionibus, vt vſus matrimonij impediatur, iuxta communem.[f] & S. Thom.[g] Licet honeſtum foret, ne ad tam remotas venderet, etiam quando contra voluntatem eius contraheret, quàmuis ad id ſub pœna mortalis peccati non teneatur, iuxta communem,[h] ſaltem quando commodè in vicinis vendere nequiret.

Errores autem aliarum qualitatum, vt pote fortunarum, nobilitatis, virginitatis, fortunæ & reliqui, non dirimunt, cùm id nullo iure caueatur: ſed potius contrarium.[i]

a *arg. c. porrò, & ca. ſignificaſti, de diuort.*

b *verb. impedimentum, 3. §. 2.*

c *eod. nu. 25. & 28. c. ad noſtrã, de coniug. ſeru. ca. fœmina, &c. ſi quis ingenuus, 29. q. 2.*

d *iuxta gl. c. fin. de coniug. ſeruo.*

e *iuxta eand. gl.*

f *in ca. 1. de coniug. ſeruo.*

g *in 4 diſt. 36.*

h *in d. c. 1.*

i *c. 1. 29. q. 1. & § hinc ita, ſub ca. ſi quis ancillam, q. 2.*

# De impedimentis voti, & cognationis ſpiritualis, dirimentibus.

Summæ.

35 *Votum ſolemne caſtitatis, impedit & dirimit matrimonium*

35 *Votum poſt ſolemne contrahens, nulliter contrahit, & excommunicatur.*

36 *Cognatio ſpiritualis tam Baptiſmi, quàm Confirmationis quid, & ad quos Tridenti reſtricta remiſſiuè. nu 37.*

37 *Patrini ſunt ſolùm hodie, qui deſignantur, & quot deſignandi remiſſiuè & nu. 38.*

39 *Cognatio ſpiritualis non naſcitur ex ſolemnitate ſupplente baptiſmum. & 40.*

40 *Patrinus; an fiat omnis tangens, cum nemo deſignatur.*

35 Tertium impedimentum, dirimens matrimonium, eſt votum ſolemne caſtitatis, quod celebratur profeſſione expreſſâ vel tacitâ religionis approbatæ, vel ſacri ordinis ſuſceptione, vt dictum eſt ſupra.[a] Quo emiſſo, qui contrahit, peccat mortaliter,[b] & eſt excommunicatus.[c]

36 Quartum impedimentum dirimens matrimoniū, eſt impedimentum cognationis: quæ eſt triplex, Carnalis, Spiritualis, & Legalis. Cognatio ſpiritualis, quæ matrimonium impedit, & dirimit (nam de non dirimente infra[d] agemus) eſt attinentia duarum perſonarum, quæ ex ſtatuto eccleſiæ oritur per Baptiſmi, & Confirmationis adminiſtrationem, vel ſuſceptionem baptizati, aut confirmati.[e] Quæ olim, ſecundùm iura antiqua, erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas[f] Paternitas eſt, quæ contrahitur inter baptizantem (qui locum patris ſibi vendicat, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, vir, aut fœmina) & baptizatum, ac inter baptizatum, & patrinum, qui locum matris ſortitur, ſiue ſit vnus, ſiue plures, ſiue vir, ſiue fœmina.[g] Compaternitas eſt, quæ contrahitur inter patrem, & matrem baptizati, ex vna parte, & ex altera inter bapti-

a *c. 12. n. 32.*

b *c. 1. de vot. lib. 6. extraua. 1. de vot. Ioan. 22.*

c *clem. 1. de conſang & affin.*

d *eod. c. n. 72.*

e *iuxta mentem omnium in rubr. de cogn. ſpirit. S. Thom & commun. in 4. ſent. diſt. 40. & glo. ac commun. in d c. 1 eod ti li 6.*

f *ſecundum d. gloſſ. recept.*

g *ca. quàmuis, de cogn. ſpirit. li. 6,*

zantem, & patrinum, vel patrinos, qui ex ſacro fonte ſuſcipiũt, ſi ſunt baptizati (quàmuis ſint ſchiſmatici, aut hæretici) aliàs non: quum non ſint eius capaces, iuxta S. Thom. & Richar.[a] quicquid alij dicant neque etiam inter baptizantem, & patrinos baptizati Fraternitas eſt cognatio inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, & patrinorum, etiam non legitimos: Quin & habitos poſt baptiſmum.

*a in 4. ſent. diſt. 41. art. 1 q. 3.*

37 Dixi (*Olim ſecundum iura antiqua*) quia hodie ceſſat fraternitas, & aliqua ex parte compaternitas, per Conc. Trident.[b] quod (ſi lubet) vide, & ex eo huc pertinentia deſume.

*b ſeſſ. 24. c. 2. de reform. matrim.*

38 Per quod quidem Conc.[c] ceſſat quæſtio, an multi, & quot poſſint eſſe ſuſceptores, ſeu patrini, & an inter fratres baptizati, & omnes filios, vel quos patrinorum, vel baptizantis, ſit hoc impedimentum? &, an inter baptizatum, & filios adoptiuos patrinorum, & baptizãtis? an denique inter baptizatum, & vxorem, vel concubinam, aut maritum patrini, vel matrinæ, vel baptizantis? & an cognatio tranſeat per actionem, vel paſſionem, in coniugem, vel cõcubinam, ante vel poſt cognitam? Inſuper, an omnes ſuſcipientes, reſpondentes, vel tangentes baptizatum, vel qui eorum ſint patrini, vel matrinæ? quoniam tota cognatio ſpiritualis, redacta eſt ad eam ſolam, quæ eſt inter patrinum, & baptizatum, patrem, & matrem baptizati: & inter baptizantem & baptizatum, patrémque, & matrem baptizati.

*c d. c. 2.*

39 Adeo vt nulla ſit hodie fraternitas, aut confraternitas, nulla item compaternitas inter baptizãtem, & patrinos: nulla etiam inter baptizatũ, & coniuges, ac concubinos, vel concubinas prædictorum, & minùs, inter ipſoſmet patrinos. Ideóque citra peccatum poſſunt eſſe patrini maritus, & vxor. Nulla item inter reſpondẽtes, tangentes, & alios: niſi ſint ad id deſignati: quàmuis videatur ſupereſſe dubium: An quando nulli deſignantur in patrinos, culpâ parochi, vel alterius in neceſſitate baptizantis, ſoli & omnes tangentes baptizatum, fiant cognati iuxta ius antiquum? quod verius videtur: quum à iure antiquo non ſit recedendum, niſi quoad excepta in nouo.[d] Concilium autem videtur loqui, quando deſignantur aliqui patrini.

*d l. præcipimus, C. de appell.*

40 Hiſce tamen adnotandum, errare, qui cum puer in domo baptizatur ob neceſſitatem citra ſolemnitatem, & poſtea cũ ea in eccleſia exorciſatur, vngitúrq; chriſmate, credunt ex illo poſteriore actu, oriri cognationẽ, non ex priore, cùm contrà ſeſe res habeat: quum poſterior actus non ſit ſacramentum, ſed ſacramentale, quo nec character imprimitur, nec confertur gratia ex opere operato: licèt ſit actus catechiſmi, & exorciſmi, ex quo alia cognatio minor, impediẽs, & nõ dirimẽs naſcitur. [a] Quocirca magnopere expediret, vt parochus nõ ſolum ſeruaret à Conc. prædicto iuſſa, ſed etiam in eiuſmodi ſupplemento, ſcriberet illum actum ſupplẽdi, nõ fuiſſe baptiſmũ, ſed dũtaxat catechiſmũ cũ exorciſmo.

Deinde cognationem ſpiritualem matrimonio iam contracto ſuperuenientem, non diſſoluere illud: ſed tãtùm exactionem debiti coniugalis impedire, vt ſupra [b] dictum eſt.

Eodem inſuper modo reſtringendam cognationem natam ex Confirmatione, quo ex baptiſmo, per prædictum Concil. [c] & ita totum *cap. de cognat. ſpirit. lib. 6.* limitatur per illud.

Non poteſt autem pater baptizans in neceſſitate filium ſuum ſuſceptum ex fornicatione, contrahere matrimonium cum illius matre, quum regula iuris doceat, cognationem ſpiritualem impedientem, & dirimẽtem, contrahi inter baptizantem, & parentes baptizati, [d] à qua non excipitur, niſi baptizans filium ſuum, & coniugis ſuæ, vel ſui, cum qua, vel quo iam contraxit matrimonium, [e] quia nimirum, per actum bonum non debet præiudicari matrimonio ſancto antea contracto, quæ ceſſat in contrahendo. Qua ratione videntur ſolui argumenta, quæ in contrarium adducit Sot. [f] qui tamen (vt etiam Palud.) contrarium aſſerere veritus fuit.

a *c. per catechiſmum, de cogn. ſpirit. libr. 6. de quæ infra eod. c. n.72.*

b *c.16.n.34.*

c *ſupra citatum*

d *c.1. de cognat. ſpir. lib.6.*

e *per c. ad limina 32.q.1,*

f *in 4. diſt. 41. art.1.*

## De impedimento cognationis carnalis, & legalis.

Summæ.

41 *Conſanguinitas quid, & impedit, ac dirimit matrimonium intra quartum gradum.*

41 *Affinitas quid, & vt reſtricta per Conc. Trid.*

42 *Copula carnalis perfecta quid, & quæ parit affinitatem.*

43 *Cognatio legalis quid, quotuplex, & vt impedit, ac dirimit.*

41 Cognatio autem carnalis, ſeu conſanguinitas, eſt propinquitas duarum perſonarum, quòd vna ex altera, vel ambæ ex eadem deſcendant. [a] Pater enim & filius ſunt conſanguinei, quia vnus ab alio deſcendit: duo item fratres, quia ambo à tertio deſcendunt.

42 Affinitas verò eſt propinquitas duarum perſonarum, quarum vna cum conſanguinea alterius copulam habuit. [b] Qua in re copula illicita, & licita ſunt pares, [c] modò ſit perfecta, per quam nimirum ſemen viri in vas fœminæ naturale ad generandum mittitur, [d] nec ſufficit (ſaltem coram Deo) violatio virginitatis, aut quælibet alia turpitudo, [e] & proinde, non ſufficit actus Sodomiticus. [f]

43 Quibus conſequens eſt, conſanguineos (quos nimirum ſanguis conſociauit) vel affines intra quartum gradum, non poſſe matrimonium licitè cōtrahere, nec contractum valere. [g] Dictum tamen Concilium [h] limitauit impedimētum affinitatis ex illicita copula natum, ad primum & ſecundum gradum tantùm, ſtatuens in vlterioribus gradibus, matrimonium eâ habitâ, contractum, non dirimi. Et licèt contextus ille, non definiat illud non impedire, ſed tantùm non dirimere: ideóque potuiſſet quis dicere, quòd licèt matrimonium contractum per affines copula illicita 3. & 4. gradus valeat: peccare tamen contrahentes citra diſpenſationem: quum à lege veteri non diſcedamus, niſi quatenus per nouam exprimitur [i] Pius V. nihilominus motu proprio ſuper ea re edito, contrarium declarauit. [k] putâ, dictam affinitatem nec dirimere, nec impedire.

Inſuper, huiuſmodi contrahentes nedum peccare, ſed etiam excommunicatos eſſe, ſicut conſanguinei, [l] niſi excuſet ignorantia. [m] Qui verò contrahunt tantùm ſponſalia intra quartum gradum, peccant quidem, at non ſunt excommunicati, niſi copula ſequatur, ea autem ſequuta, ſecus, iuxta communem, ſecundùm iura antiqua, per quæ ſponſalia tranſibant in matrimonium per copulam carnalem ſequutam: non tamen hodie poſt Concilium Tridentinum, vt dictum eſt ſu-

a *ſecūdum gloſſ. recept. in arbore conſanguinit. lib. 6.*
b *ſecūdum gloſſ. receptam in arbore affinit.*
c *c. diſcretionem, de eo qui cogn. conſang. vxo. ſu.*
d *c. extraordinaria. 35. q. 3.*
e *iuxta gloſſ. recept. in d. c. extraordinaria.*
f *iuxta mentem S. Tho. & commun. in 4. ſent. diſt. 41. quam Palud. & S. Anton. 3. part. tit. 1. c. 2. explicant*
g *c. non debet de conſang. & affin.*
h *ſeſſ. 24. c. 4. de refor. matrim.*
i *l. præcipimus, C. de appell.*
k *in extrauag. ad Romanum, edita anno 1566*
l *Clem. 1. de cō ſang. & affin.*
m *qua de re infra. c. 27. n. 140.*

pra [a] quæ tamen ſecundum iura antiqua non procedebant quoad forum conſcientiæ, niſi in eo, qui vxorio affectu copulam habuerat, aliàs enim in illo foro non eſſet verum matrimonium. [b] Ex quibus elicitur huiuſmodi impeditos contrahentes ante legitimam ætatem, non eſſe excommunicatos, quum in effectu ſponſalia tantum de futuro contrahant. [c] Quod producendum eſt ad contrahentes credentes ſe cognatos, ſi verè non ſunt: peccant enim mortaliter, nec valet matrimonium, ſi credebant illud non valere, alias ſecus, vt rectè Silueſt. reſoluit. [d] Quod porrò dictum eſt de viro contrahente cum muliere, dictum cenſetur de illa contrahente cum illo.

b *iuxta omnes in c. is qui, de ſponſal*

c *c.* 1. §. 1. *de ſponſ. lib.* 6.

d *verb. Matrimonium,* 7. *q* 17. § 5.

## De impedimento cognationis legalis.

Summæ.

44 *Cognatio legalis quid, quotuplex, & ad quem vſque gradum impediat, & dirimat. &* 45.

44 Cognatio vero legalis eſt propinquitas ex adoptione alicuius in filium, promanans: [e] & eſt triplex. Prima eſt aſcendentium, aut deſcendentium adoptantis nẽpe, & adoptati ac deſcendentium eius, quæ nec diſſolutione adoptionis, nec emancipatione tollitur. [f] Secunda, quaſi tranſuerſalis inter adoptatum nimirum, & filios naturales adoptantis, durante adoptione, & filio naturali exiſtente in poteſtate patris, ſecus non. [g] Tertia eſt, quædam legalis affinitas, inter vxorem nimirum adoptati, & adoptantem, ac inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ perpetuo durat, ſicut prima. [h] Porro, quælibet harum cognationum impedit, & dirimit matrimonium [i] licet nonnulli contradicant, quoad cognanionum tranſuerſalem.

45 Quibus conſequens eſt, inter adoptantem, & adoptiui matrem, hanc cognationem non contrahi, & adoptantem aliquam in filiam ſuam, non poſſe cũ illa, nec aliqua eius deſcendente intra quartũ gradum matrimonium contrahere: quũ ſint tãquam aſcendentes, & deſcendentes. Nec poſſe contrahere cum vxore filij adoptiui eo mortuo, nec filium adoptiuum cum vxore

e *ſecundum mẽtem prædictorum poſt gloſſ. c.* 1. *de cogn. leg*

f *c. ita diligere,* 30. *q.* 3. *&* §. *ergo, inſtit. de adopt.*

g *c.* 1. *de cogn. leg. l. qui per adopt. ff. de adopt.*

h *l adoptimus, ff. de rit. nupt.*

i *iuxta gloſſ. & communem in d. c.* 1 *& in* 4. *ſent. diſt.* 42.

adoptantis eo mortuo: quia eſt cognatio tertię ſpeciei: quàmuis ſecus cum eius matre, etiam filio viuente: quãdoquidem inter illos nulla cognatio intercedat. Conſequitur inſuper, adoptiuum cum filia naturali adoptantis, eo viuente, illaque in eius poteſtate manente, matrimonium contrahere non poſſe, licèt ſecus patre mortuo, aut filia emancipata, vel ſi eſt illegitima, aut ipſe iam emancipatus. hæc enim cognatio, his modis ſoluitur, ſecundum omnes.[a]

Cæterum, inter dictas tres cognationes hoc intereſt, quod conſanguinei, ſi contrahant inter ſe matrimoniũ, intra quartum gradum, non ſolum peccant,[b] ſed etiam ſunt excommunicati,[c] ſicut & de affinibus infra dicemus. Cognati autem ſpiritualiter, vel legaliter, licet peccent, non tamen ſunt excommunicati: ſicut nec conſanguinei, ſola ſponſalia de futuro contrahentes.[h]

a vbi ſup.

b c. non debet, de conſang. & affinit.

c Clem. 1 de cõſag. & affin.

d iuxta gloſſ. recept. in d. Clem. 1.

# De impedimento criminis, aut delicti.

Summæ.

46 *Matrimonium quæ occiſi, & quod adulterium impedit, & dirimit. & 47.*

46 *Crimina matrimonium impedientia, ac dirimentia, quot ſint.*

46 Quintum obſtaculum eſt crimen. Et quidem, duo ſunt crimina matrimonium impedientia & dirimentia: ad quæ reducuntur illa tria relata à S Tho. communiter recepto.[d] Vnũ eſt occiſio coniugis alicuius, quo contrahat cum eius thori conſorte, quæ facta vtroque machinante, perpetuo impedit, etiam ſi alter infidelis eſſet, & ad eius conuerſionẽ procurandam patrata fuiſſet.[f] Facta vero altero tantum machinante, non ſufficit, niſi adulterium interueniat.[g] Dixi (*quo cũ trahat*) occiſio namque alio fine facta, non ſ. fficit.[h] neque ratihabitio occiſionis ſuo nomine factæ: quàmuis ſufficeret iuſſio, aut conſilium.[i]

Alterum crimen, eſt adulterari ſcienter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo. Dixi (*Adulterari*) nam ſi non erat vere

e vbi ſup. & diſt. 39.

f c. laudabilem, de conuerſ. infid.

g c. ſuper eo, de eo cui du. in matr. iuxta Io. And. per Panor. & commun. recept. ibid.

h d. c. laudabilem.

i iuxta gloſſ. recept. in c. ſi quis viuente, 31. q. 1. & in c. 1. de conuerſ. infid.

coniux, licet putaretur talis, non impedit: [a] impedit tamen ſi ſit verum, quàmuis non ſit conſummatum, & ſit ſolutum quod thorum, vel cohabitationem. [b] Dixi etiam (*Adulterari*) quia nec datio fidei de contrahendo, nec contractus ſine adulterio, ſufficit. [c]

DIXI (*Scienter*) ſi enim vterque probabiliter ignorat, poſſunt matrimonium contrahere ſimulatque mortuus fuerit, qui impediebat: ſi vero tantum ignorat, in eius arbitrio eſt ſublato impedimento, denuo matrimonium contrahere, vel non [d] donec ſciens cum tertia contraxerit, & modo ignorans non reſcierit ante mortem impedientis, aut poſtquam reſcierit, non habuerit copulam.

*[a] c. ſignificauit, de eo qui dux. in matri.*
*[b] c ſignificaſti, & c. ex litteris, eod. tit.*
*[c] d. c. ſignificauit & c. 1. 31 q. 1.*
*[d] c. 1. eod. tit.*

47 Cæterum, vt matrimonium inter ignorantem impedimentum, & ſcientem, valere incipiat, non ſufficit ceſſatio impedimenti, conſenſuſque nouus ſcientis: ſed oportet etiam ignorantem denuo in illud conſentire, poſtquam ei innotuerit interueniſſe impedimentũ, quo eiuſmodi matrimonium non valuit, fierique ipſi iuſtam libertatem renuendi, ſi volet, ſecundum Inno. [e] Satis tamen videntur hæc ad eius notitiam deduci, & libertas dari, quando certior ſit matrimonium nil valuiſſe ob aliquod impedimentum in genere, nec cogitur denuo contrahere, quamuis non exprimatur ſpeciatim impedimentum, ob quòd primum matrimoniũ non valuerit, neque à domo ſui mariti in maiorem libertatem deducatur. Quinimo, ſatius eſt id facere, quoties non expedit, illud eum ſpeciatim noſſe: ſatis enim eſſet tunc dicere gratioſè, ſuſpicor te non eſſe maritum meum, aut vxorem meam, aliqua de cauſa, ideoque rogo te officioſè tranquillitatis meæ conſcientiæ, & cõſolationis ergo, vt ſi, & quatenus opus erit, denuo nos ipſos pro coniugibus habeamus, ſecundum mentẽ Caietan. [f]

*[e] in fin. c. 1 de eo qui dux. in matr. Scot. in 4. ſent. diſt. 35.*
*[f] 1. Tom. opuſc. tract. 12. q. 2. & in ſum. verb. matrimonium, pag. 9.*

## De impedimento infidelitatis, dirimente.

Summæ.

48 *Matrimonium, quæ infidelitas impedit, quouſque dirimit.*
49 *Matrimoniũ, quod inter infideles nullũ, & quod annullandũ.*

48 Sextum impedimentum dirimens matrimonium, eſt infidelitas. Matrimonium etenim contractum à fideli cum infideli nondum baptizato, nullum eſt, etiãſi ſit cathecumenus, hoc eſt, in fide Chriſtiana inſtructus, velitque baptizari. [a] Nam, licèt, vt ſupra dictum eſt, matrimonium inter infideles ſubſiſtere poſſit, quatenus eſt contractus, [b] non tamen quatenus eſt ſacramẽtum. [c] Nec etiam vt contractus valet, ſi contra leges eorum fiat, [d] & longè minus quando contra leges naturales, vt fit quoties cum pluribus, quàm cum vna, contrahitur, [e] Matrimonium nihilominus infidelium non diſſoluitur quòd alter eorum ad fidem conuertatur, licèt conuerſus licitè ſe ſeparare poſſit quoad cohabitationem à nõ conuerſo, nolente conuerti: tametſi melius faceret conuiuendo ei, tantiſperdum ſpes aliqua conuerſionis affulgeret: cum alia tamen matrimonium contrahere infideli viuente non poteſt, niſi cùm ipſe nollet habitare cum ea citra contumeliam Creatoris, & ſtudium peruertẽdi eam, aut in peccatum mortale inducẽdi. Quod procedit etiam in infidelibus, qui contraxerunt in gradibus lege canonica prohibitis, modò ſecundum leges eorum matrimonia valida forent[f], imò, & ſi infidelis, antequam matrimonium contrahat, conuertatur, illum recipere tenetur, [g] ſiue dicamus per conuerſionem matrimonium dirimi (vt ſenſit Panorm. [h] ſiue per ſe ſecundum, ad quod contrahendum prædicta facultatem indulgent: vt melius dixit S. Tho. [i] Dixi ſupra (*cum infideli nondũ baptizato*) contractum enim cũ fideli heretico, vel ſchiſmatico valet, licet contrahens peccet, quàmuis iam ſit cathecumenus, vt dictum eſt ſupra.

*a c. caue. vbi gloſ. 28. qu. 2.*
*b c. gaudemus, de diuort. & c. deinde, 16. diſt.*
*c arg. c. veniens, de presbyt. non bapt.*
*d arg. c. fin. de diuort. & c. de infidelibus, de cõſang. & affin.*
*e d. c. gaudemus,*
*f per c. gaudemus, de diuort.*
*g d. c. quanto, & d. c. gaudemus,*
*h d. c. quanto.*
*i in 4. ſent. diſt. 39.*
*k iuxta gloſſ. recepe. in c. non oportet, 28. qu. 1. & S. Tho. & alios in d. diſt. 39.*

## De violentiæ, vel metus impedimento dirimente.

Summæ.

50 *Matrimonium metu iuſto contractum, eodemque metu conſummatum, nullum.*

51 *Metus, quis iuſtus noue definitus, & declaratus,*

50 Septimum impedimentũ dirimens matrimonium,

eſt violentiæ, vel metus. Quâmuis autem omnes contractus facti metú, regulariter valeant, ſecundùm gloſ. & communem [a] licèt Fortunius Garcia oppoſitum tenuerit, [b] & quàmuis ſacramenta, quibus character imprimitur, etiam valeant, contractus tamen, & ſacramentum matrimonij metu contracti, nil valet [c] Eccleſia namque ita decreuit, per multa, à Panor. & alijs tradita [d] quæ tamen ſola ſtatuto eccleſiæ non accedente, vix ſufficerent.

51 Non tamen quilibet metus ad hoc ſufficit, ſed requiritur iuſtus, qui cadat in virum conſtantem, [e] qui à ſancto Thom. communiter recepto, & à Soto [f] definitur eſſe ille, quo minus malum maioris euitandi causâ, eligitur, vt olim diximus, [g] & latè tradit Couarruuias. [h] Contra quam quidem definitionem, occurrerunt hoc in loco in Manuali Hiſpanè ſcripto, quædam. Primum, quòd minor timor eſt iuſtus mulieri, quàm viro, [i] quæ non eſſet vera, ſi hac definitione perpenderetur.

II. Quòd vera. & receptior ſententia habet, iuſtum metum iudicis, vel prudentis arbitrio eſſe definiendū, [k] prædicta autem definitio ſatis concludit à iure eſſe definitum.

III. Quòd communis Panor. Præpoſ. & aliorum multorum habet contra Oſt. [l] eum qui matrimonium metu mortis contractum, metu quoque mortis conſummat, non videri matrimonium validum facere, & quidem ratione irrefragabili, quòd nimirum de eſſentia matrimonij eſt, vt conſenſus ſit liber. [m] Cúmque cōſenſus directus in matrimonium, metu mortis extortus, non ſit ſatis liber, à fortiori conſenſus indirectus: & per quandam conſequutionem reſultans ex copula eodem mortis metu extorta, non erit ſatis liber: qui tamē (ſecundùm definitionem prędictam) non poteſt dici iuſtus; quippe, quo nō eligitur minus malum, quò euitetur maius: imò maius malum, peccatum nempe mortale, quò euitetur mors corporalis, quę eſt malum minus eo. [n]

IIII. Quòd nihil malè venialiter factum, poſſet dici iuſto metu factum, quum omnis culpa, etiam venialis, ſit maius malum quouis alio malo, quod non eſt peccatum, ſecundùm Panorm. [o] & omnes Theologos, ac

[a] *in c. abbas, de his quæ vi.*
[b] *de vlt. fin. illat. 21.*
[c] *c. veniens, 1. c. cùm locum, de ſponſ. & text. irrefragabilis in c. ſignificauit, de eo qui dux. in mat.*
[d] *in d. c. cùm locum.*
[e] *l. metū, ff. quod met. cauſ.*
[f] *ibidem. in 4. ſent. diſt. 29. art. 2.*
[g] *in d. c. cū locū.*
[h] *in epitom. 4. 1. part. c. 4. §. 1. à nu. 10. & in 2. part. c. 3. §. 4.*
[i] *iuxta gloſſ. fi, & à plurimis probatam in d. c. cùm locum.*
[k] *iuxta gloſſ. in c. cùm dilectus, de his quæ vi.*
[l] *in c. conſultationi, de ſponſal.*
[m] *per d. c. cùm locum, ſecundùm omnes.*
[n] *iuxta c. itane, cum citatis in eod. 32. q. 5.*
[o] *in c. ſacris, quod met. cauſ.*

Canoniſtas, & gloſ.[a] quod tamen etiam Sotus, qui definitionem prædictam ſequitur,[b] ſatis negat.

V. Quòd omnis æquus iudex iudicabit metũ iuſtum mortis & mutilationis, eſſe iuſtum abſolutè, non perpendendo, an per illum liberetur à maiore malo, an à minore,[c] metum denique ablationis omnium bonorum, vel maioris partis eorum ſaltem ſi magna ſunt,[d] & meritò, quia vita quædam ſunt.[e]

VI. Quòd etiam omnis rectus iudex ponderabit in alio alius generis metu, non ſolùm malum ipſum obiectum, ſed etiam circunſtantias fortitudinis, vel puſillanimitatis, nedum ſexus,[f] ſed etiam ætatis, innatæ magnanimitatis vel puſillanimitatis, aliorúmque accidentium metum paſſi. Adeo vt eiuſdem mali obiecti metum in alio iudicabit iuſtum, in alio vanum, non conſiderando, an metum paſſus, liberetur à maiori malo, an verò à minori.

VII. Quòd vt reddatur actus ineſficax coram Deo, ſufficit quilibet timor, etiam minor iuſto, modò ſit cauſa, ſine qua non (ſaltem principalis) eius, vt dictum eſt ſup.[g] probatúrque efficaciter: quum leges conſtituentes diſcrimen inter alium metum, fundentur ſuper præſumptione, quâ præſumitur alius eſſe cauſa actus, alius verò non: legi autem fundatæ in præſumptione, non eſt locus coram Deo, niſi veritas ei reſpondeat.[h]

VIII. Quòd quoad hunc effectum neceſſariò recedendum eſt à definitione S. Thom. communiter recepta, licèt obſeruanda ſit plurimùm quoad effectum excuſandi à culpa. Cui etiam ſuffragatur gloſſa quędam[i] ſingul qua parte notat[k] metum reuerentialem inualidare votum pueri vouentis religionem, etiam quod forum exterius, cui tamen non conuenit prædicta definitio.

IX. Quòd, licèt ſuſcipiens ordinem ſacrum metu iuſto, verum characterem ordinis ſuſcipiat,[l] non tamen obligatur voto continentiæ illi annexo,[m] & ita timor, qui non eſt iuſtus inualidando ſacramento, eſt iuſtus inualidando voto. Quibus equidem omnibus perpenſis, definitio præfata iuſti timoris, à nemine (quod ſciam) improbata, aut limitata, neceſſariò eſt limitanda.

a in c. ſi aliquid, 22. q. 4.
b in d. q. 29. ar. 3.
c l. 1. & 2. ff. quod met. cauſ.
d c. 1. de reſp. ſpol. lib. 6.
e iuxta gloſſ. recept. iuncto text. in l. aduocati, C. de aduoc. diuerſ. iud. & probatur per l. iſti quidẽ, cum ſuis concord. ff. quod met. cauſ. & c. cùm dilectus, adiuncta gloſſ. de his quæ vi.
f vt dixit, prædicta, gloſſ.
g cap. 17 n. 19 poſt Adr. & alios ibi citatos.
h c. is qui, &c. tua, de ſponſ. cum ea adnot.
i in c. præſens, 20. q. 3.
k ex illo cap.
l arg. c. maiores, § item quæritur, de baptiſ.
m argum c. 1 de his quæ vi, tradit S. Th. 2. 2. q. 88. art. 11. & in ſpe. Angel. verb. ordo. 3. § 4. q. 18.

Quò ſit, vt licèt metus mortis, quo teſtis falsũ deponit, nõ dicatur iuſtus S. Thomas definitore, nec conſequẽter excuſet à peccato, erit tamen iuſtus, ad infirmandum eius teſtimonium, & excuſandum eum a pœna ſaltem ordinaria. [a] Quod ipſum planè producendum eſt ad ſcribam, qui metu mortis conſcripſit inſtrumentum, vel teſtamentum, putâ, peccare quidem, ſed inſtrumentum, vel teſtamentum eſſe reſcindendum, & ad eum, qui matrimonium, metu mortis contractum, metu quoque conſummat, ſcilicet, peccare quidem, non tamen præſtare conſenſum ſatis liberum, vt matrimonium valeat. Iuſtus porrò metus non ſolùm annihilat matrimonium eius, qui ob illum fingit ſe conſentire, ſed & eius, qui verè conſentit, ſecundùm ſanctum Thomam, & communem, [b] quicquid Cardinalis incautè [c] dicat, ſecundùm quos omnes, ſi pars coacta poſtea libere conſentiat, ſaltem tacitè, altera in ſua voluntate perſeuerãte, firmatur matrimonium, imò & ad id cogi poteſt volente parte coacta, [d] & ſi ſponte copulam habeat, videtur tacitè conſentire quoad forum exterius: licèt ſecus quoad interius, niſi verè conſentiat. [e]

*a iuxtà definitionem prædicta gloſſ. communiter recept.*

*b in d. diſt. 29. & d. c. cùm locũ, & in c. abbas, de his quæ vi.*

*c ibid.*

*d per c. ad id, & ibid. not. de ſponſal.*

*e arg. c. tua, de ſponſ.*

## De impedimento ordinis dirimente.

### Summa.

52 *Ordo ſacer cur impedit, & dirimit matrimonium, &c.*

52 Octauum impedimentum dirimens matrimonium, eſt ordo ſacer. Nullus enim ſponte initiatus aliquo præfatorum quatuor ſacrorum ordinum, poteſt cõtrahere matrimonium, nec valet, ſi contrahit, quandoquidem eis eſt annexum votum ſolemne caſtitatis, quod impedit & dirimit matrimonium, [f] ad quod quidem votum, eos ſuſcipiens, obligatur, quàmuis eius animus non ſit illud ſeruare, vel ad id ſeſe aſtringere. Nec obſtat, quòd nemo cogatur vouere: [g] Eccleſia namque neminem ad ordines ſacros cogit, ſed ſolùm ſtatuit, vt eos ſuſcipiens, ſit ad matrimonium inhabilis. Itaque, qui ſpontaneè ordinatur, eiuſmodi inhabilitatem incurrit. [h]

*f c. 1. de cle. coniug. & c. 1. & c. ſi quis eorum, & c. erubeſcãt, 32. diſt.*

*g c. integras, 32. q. 1.*

*h in 4. diſt 37. q. 1.*

adeóque ſi conrrahat illud eſt excommunicatus. [a] Ân verò ſit irregularis, infra dicetur. [b] Dixi ( *Sponte* ) ſecus enim ſi iuſto metu initiaretur, iuxta dicta ſupra. [c]

Portò coniugatus, ordinem ſacrum ſuſcipiens inſciâ, vel inuitâ vxore ſuâ, non ſolùm peccat cùm ſuſcipit, ſed etiam poſtea cùm debitum coniugale exigit Quinec ſi reddit illud, ſuſceptis ordinibus, præuio illius conſenſu legitimo, Palud. aſſertore. [d] Legitimus nihilominus non eſt niſi ipſa religionem ingrediatur, vel ſit ſenex, & caſtitatem voueat. [e]

*a Clem. 1. de conſang. & affin. de qua infra. c. 27.*
*b ibidem.*
*c eod. n. 51.*
*b in. 4. diſt. 37. q. 1. col. 2.*
*e c. Agathoſa, 27. q. 2. S. Tho. recept. in 4. diſt. 37. art. 2.*

## De impedimento ſecundarum nuptiarum, dirimente.

### Summæ.

53 *Matrimonium contrahens cum ſecunda, viuente priore clam ducta, vt peccat, & quid aget, famâ mortis prioris auditâ. & ſeq.*

54 *Matrimonium contrahens cum ſecundo, putans mortuum priorem maritum, quid aget.*

54 *Filius matrimonij putatiui, qui legitimus.*

55 *Dubius, credens, & ſciens, in hoc pares.*

56 *Matrimonium contractum à credente illud non valere, an valeat.*

54 Nonum obſtaculum dirimens matrimonium, eſt matrimonium præcedens, quod dirimit ſequens. Nullus enim poteſt contrahere cum ſecundâ, viuente priore, etiam nondum cognitâ, & clandeſtinè ductâ: ita tamen, vt valuerit matrimonium, & etiam ſi iam prior alteri nupſerit, liberóſque ex eo ſuſceperit, quod ( prô dolor ) frequenter contingebat, ante Concil Trid. & peccat, nec abſolui poteſt, ſaltem citra firmum propoſitum non cognoſcendi ſecundam, [f] nec vlla regionis abſentia, aut temporis longinquitas hac in re ſuffragari poteſt, niſi denuo contrahat cum illa habitâ de illius morte notitiâ, ad quam habendam, ſufficeret fama ſi in lōginquum profectus fuit, ſecundum Anton. [g] cui contrahit Panorm. [h] ſed rectè defendit cum Silueſt. [i] Aut ſi erat ſenex, vel prælium ingreſſus, & poſtea non appa-

*f toto tit. de ſponſa. duorum.*
*g in c. in præſentia, de ſponſal.*
*h ibidem.*
*i verbo matrimonium, 8. q. 13. verſ. 4.*

ruit, qua de re literas accepit ab his, qui eidem interfuerunt.[a] Quoniam ſi fama orta ex horum aliquo ad eum perueniret, poſſet denuo contrahere cum ſecunda, & ſine peccato ei ſeſe commiſcere. Porrò filij ex ea, ignorante prius matrimonium, ſuſcepti, legitimi forent.[b]

54 Peccat inſuper nec abſolui poteſt, quæ contrahit cum ſecundo, credens probabiliter priorem ſuum maritum mortuum eſſe, poſtea vero ob nuntium de eius vita acceptum, credens, vel debens credere illum viuere, petit debitum coniugale: aut reddit ſecundo: ſi tamen dubitat, poteſt & debet reddere, ſed non petere[c] Contra quod tamen grauiter vrget, quòd, ſicut faciens aliquid, quod credit eſſe mortale, mortaliter peccat,[d] ita, faciens quippiam, quod dubitat eſſe mortale, mortaliter peccat.[e]

55 Circa quod multa profert Adrian.[f] ſed non ſatisfacit, vt[g] demõſtrauimus, diuinâ ope nouè reſpondentes quod plæriſque eruditis in Hiſpaniâ non diſplicuit, concedendo ſcilicet, non debere reddere dubitando, ſed credendo: poſſéque credere mortuum quoad effectum reddendi, non quoad effectum petendi: eò quòd, poteſt quis vno tempore quibuſdam rationibus, credere aliquid ad vnum effectum: & alio ob alias rationes contrarium, vel de eo dubitare ad alium effectum. Itáque quando rationes dubitandi, adeo prægnantes ſunt, vt, iudicio prudentis, neutram partem credere debeat, nec petere, nec reddere debitum debet: quando verò adeo leues, vt vtranque partem credere poſſit, & reddere, & petere, dubitatione ſublatâ, poteſt: Cæterùm, cùm ſunt mediocres, taléſque vt ob eas in præiudicium alterius, non ſit credendum, in ſuum verò ſecus, reddet, credendo ad hunc effectum, mortuum eſſe, & non petet dubitando de illo, quoad hunc effectum: At, ſi certò intellexerit eum viuere, deſerere debet ſecundum, & rediread priorem: ſecus enim adulteraretur,[h] & prior eam recipere debet, niſi de eius vita certior facta, cum ſecundo rem habuerit.[i] Quæ porro dicta ſunt de vxore nubente ſecundo, cenſeantur dicta de marito ducente ſecundam.

56 Peccat demum, qui vel quæ credens ſuam vxorem,

[a] *iuxta gloſſ. recep. in c. quoniam frequẽter, vt lit. non conteſt.*

[b] *per c. ex tenore iuncta gloſſ. communiter recept. qui filij ſint legit.*

[c] *iuxta communem, probatã per cap. Dominus, de ſecund. nup.*

[d] *c. per tuas 2. de ſimo. c. fin. de præſcript.*

[e] *arg. c. dubius, de hæret. vt latè probamus in c. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. nu. 85. cum ſeq. & infra n. 81.*

[f] *in quodl. 2.*

[g] *ibidem.*

[h] *d. c. Dominus, adiuncto c. inquiſitioni, de ſent. excom.*

[i] *c. cùm per bellicam, 34. q. 2.*

vel maritum viuere, cùm re vera mortua, vel mortuus eſſet, matrimonium cum alia, vel alio contrahit: nec valet matrimonium, ſi contrahendo, credit illud non fore validum: non enim conſentit legitimè in matrimoniū: ſecus, ſi credit matrimonium valere, licèt credat contrahendo, peccare mortaliter, vt rectè Silueſt.[a] explicuit, declarando conformes eſſe opiniones, quæ diffidere videbantur.

a *verb. matrimo. nium, 8. q. 13. §. 5.*

# De impedimento iuſtitiæ publicæ honeſtatis.

Summæ

57 *Impedimentum publicæ honeſtatis quid, & vt reſtrictum per Concil Trident.*

58 *Matrimonium, vel ſponſalia à parentibus contracta, quæ valent,*

58 *Sponſalia inualida etiam publica, non impediunt matrimonium nullum.*

57 Decimum obſtaculum dirimens matrimonium, eſt iuſticiæ publicæ honeſtatis: quod eſt obſtaculum ab eccleſia inductum, dirimens matrimonium contractum inter ſponſum, aut maritum, omneſque cognatos ſpōſę ſuæ, aut mariti intra gradum prohibitum.[b] At vero, copula carnalis ad hoc impedimentum non eſt neceſſaria, licet illa interueniente, aliud impedimentum affinitatis naſcatur de quo infra. Nec erat neceſſe iure antiquo, vt ſponſalia aut matrimonium iure valerent: at ſufficiebat purè fuiſſe contracta citra defectum conſenſus,[c] vel ſub conditione, ſequuta illius purificatione, & impediebat vſque ad quartum gradum. Nunc autem iure nouo Concil. Trid.[d] nulla ſponſalia inualida producunt hoc impedimentum neque valida, vltra primum gradum. Matrimonium autem etiam inualidum per verba de præſenti contractum, producere hoc impedimentum, & conſequenter differre in hoc à ſponſalibus per verba de futuro cōtractis, declarauit Pius V.[e] quàmuis etiam hodie, quod de ſponſalibus dicitur, dici poſſit de matrimonio contracto per verba de præſenti, inter

b *iuxta mentem noſtrorum. in d. c. ad audiētiam, & c. ſponſam, cū eis adnot. de ſpōſal. S. Thom. & alios, in 4. ſent. Theologicarum, diſt. 41.*

c *c. 1. de ſponſal. lib, 6.*

d *ſeſſ. 24. c. 3 de reform. matrim.*

e *in extrauag. ad Romanum, lata anno. 1566.*

inter impuberes: illud enim reſoluitur in ſponſalia de futuro.[a] Ex quibus elicitur, quòd, qui primùm contrahit ſponſalia cum aliqua, poſtea verò matrimonium cum cognata eius, priorem debet accipere: quando quidem matrimonium cum ſecunda, ob impedimenta iuſticiæ publicæ honeſtatis, nullum fuit. Si verò cum ſecunda rem habuit, neutram habere poteſt: nō ſecundā, propter hoc impedimentum, non priorem, propter affinitatis obſtaculum.[b]

58 Hoc porrò impedimentum hodie non naſcitur ex ſponſalibus, vel matrimonijs contractis inter conſanguineos, aut affines intra gradum prohibitum, aut cum ordine ſacro initiato, vel religioſo: quia ſunt inualida, licèt olim naſceretur: quia non erant inualida ex defectu conſenſus. Sed nec olim, nec hodie naſcitur ex ſponſalibus à parentibus factis, ſiue filij legitimæ ętatis ſint, ſiue non: niſi expreſsè, aut tacitè conſentiant, aut ſint pręſentes ſine contradictione, vel niſi abſentes in id (poſtquam eis innotuit) conſenſerint.[c] Illud verò Palud.[d] ex ſpōſalibus nimirum, & matrimonijs inualidè & clandeſtinè contractis, non naſci hoc impedimentum, quoad forum conſcientiæ,[e] nullius eſt nunc momenti Quoniam hodie, etiam ex publicè contractis (ſi ſunt inualida) non naſcitur: licèt quoad matrimonium ſecus.[f] Imò & quoad ſponſalia, quæ Concil. Trid. præceſſerunt.[g] hodie namque etiam ex publicè contractis (ſi ſunt inualida) non naſcitur: quàmuis quoad ea, quæ Concilium pręceſſerunt prodeſſe poſſit.

[a] *per c.1. §.2. de deſponſ. impub. lib.6.*

[b] *ſecundum omnes, in c. litteras, de diſpenſ. impub. & c. ex literis, de eo qui cogn. conſang. vxor ſuæ.*

[c] *c.1. §. porro, de deſponſ. impub. lib.6.*

[d] *in 4. diſt. 27. q.1. art.5.*

[e] *per c. tua, de ſponſal. & c.1. eodem tit. lib. 6. cum ibi adnot.*

[f] *per d. extraua. Pij V.*

[g] *arg. c. fi. de conſtit.*

## De impedimento impotentiæ, dirimente.

Summa.

59 *Impedimentum impotentiæ quid, & dirimit: quid faciet ſic impeditus, & 60.*

59 Duodecimum impedimentum dirimens matrimonium, eſt impotentia coëundi. Eſt autem impotentia impediens matrimonium, impedimentum perpetuum naturale, vel contingens, ad copulam naturalem perfe-

ctam, iuxta mentem S. Thom.[a] & S. Anton.[b] Dixi, (*perpetuum*) quia temporarium non ſufficit.[c] Illud autem cenſetur perpetuum, quod citra miraculum, aut probabile periculum animæ, vel corporis, tolli non poteſt. Dixi (*Naturale, vel contingens*) ad ſignificandum ex duabus cauſis hoc oriri, naturale nempe, quæ ſignificatur verbo (*frigidis*) poſito in Rubr. *de frig. & malef.* & accidentali, quæ verbo (*maleficiatis*) ad impedimentum namque frigiditatis, reducitur omnis alius naturæ defectus, vel exceſſus, & arctatio membri, quæ copulam impediunt: & ad maleficium, ſiue faſcinationem, quodlibet accidentale, quod ex abſciſſione, caſtratione, aliove artificio promanant. Dixi (*Ad copulam naturalem perfectam*) non enim ſufficit impotentia generandi, quæ ſenibus alijſve ſuâ naturâ, vel arte ſterilibus obuenit.[d] Et quidem hoc obſtaculum impedit, & dirimit.[e]

60 Itaque verum non eſt, Palud.[f] & S. Anton. pronunciatum.[g] Potentem nimirum matrimonium contrahentem cum impotente, ſi non ignoret impotentem eſſe, non poſſe ſeparare ſe ab illo inuito, eò quòd ſit verum màtrimonium ſibique imputare debet, quòd contrahat cum impotente: fundamentum namquè eorum falſum eſt, cum inter eos, nullum verum matrimonium ſubſiſtat, annihilante illud hoc impedimento, quod impedit, & dirimit, vt etiam inſinuat Silueſt.[h] quàmuis idem[i] contrarium aſſeueret. Cui conſequens eſt, eum id ſcientem non poſſe vti eiuſmodi matrimonio, ad delectationem carnalem, quàmuis tanquam frater & ſoror conuiuere poſſint, vt ſenſit Cæleſtinus, & eius gloſſ.[k] licèt, qui verè maritus eſt, nec poteſt habere copulam carnalem perfectam, quia non poteſt fundare ſemen, licitè poſſit niti eam habere & dare operam liberis, ſecundum Caiet.[l] & nos alibi.[m]

a *in 4. ſent. diſt.* 34.
b 3. *part. tit.* 1. *c.* 12.
c *d. c. fraternitatis, de frigid. & malef.*
d *iuxta gloſſ. recep. c. quod ſedē, de frigid. & maleſi.*
e *c.* 1. *&* 3. *de frigid. & malef.*
f *in* 4 *diſtin.* 34. *q* 2.
g 3. *part tit.* 5. *c.* 12. §. 3.
h *verb. matrimonium,* 9. *qu.* 16. *ſub fin.*
i *in ead q.* §. 2.
k *in c. laudabilem, de frigid. & malef.*
l 22. *q* 154. *art.* 1. *col* 6.
m *in c. conſideret, de pœn diſt.* 5. *nu.* 48

## De impedimentis impedientibus, & non dirimentibus matrimonium in ſpecie, & primum de impedimento conditionis.

Summæ.

61 *Conditio, quid, & quotuplex iu matrimonio, quæ ſuſpendit, quæ annihilat, quæ reiicitur, & quo differt à cauſa. modò, & demonſtratione.* & 62.

63 *Conditio ſi N. voluerit. an eo ſemel renuente vel tacente, impleatur, vel confirmetur conſenſu eius?*

64 *Matrimonium conditionale ſolui per purum, ante conditionale impletum.* & 65.

66 *Matrimonium ſub conditione neceſſariò euentura, eſt purum.*

61 Primum impedimentum impediens, & non dirimens, eſt conditio. Quæ (vt hîc ſumitur) eſt ſuſpenſio alicuius diſpoſitionis, tantiſperdum aliquid futurum, fiat,[a] denotatúrque hac coniunctione (*ſi*) vel alio quopiam ęquipollente veluti:[b] *Duco te, vel ducam te in vxorem, ſi illud, aut illud euenerit.*

62 Conditionum autẽ matrimonialium tria ſunt genera.[c] Primum, eſt earum, quę ſunt turpes, & cõtra ſubſtantiam, aut bonum matrimonij qualis eſt illa: *Si curaueris non concipere*, quę, eſt contra bonum generationis: & illa: *Si aliam ditiorem, aut nobiliorem non inuenero*, quæ eſt contra bonum indiuiduitatis: illa denique: *Si victũ ex adulterio quæſieris*, quę eſt contra bonum reciprocæ fidei, Quę omnes annihilant matrimonium.[d]

Secundum, earum, quę ſunt turpes, aut factu impoſſibiles: at non contra ſubſtantiam, bonúmve matrimonij, qualis eſt illa: *Si furatus fueris: Si occideris. Si cælum digito tetigeris*, quę non annihilant, adeóque pro nõ appoſitis, in fauorem matrimoniorũ reputantur, & matrimonia, quibus illę adhibentur, cenſentur purè contracta. Tertium, earum, quę ſunt honeſtæ, quod genus eſt illa: *Si pater meus voluerit: Si tanta dos detur*, quę ſi ſunt verę conditiones, matrimonium ſuſpendunt, donec impleantur,[e] modò ab initio interponantur, & ſuſpenſiue: ſecus enim, ſi à principio reſolutiuè, vel poſt contractum ſuſpenſiuè,[f] iuxta intellectum Vincentij quẽ Panor. & communis probant, & modò ambę partes illis expreſsè conſentiant, aut tacitè, alterâ eas exprimente, alterâ tacente, ſecundùm Adrian.[g] quãuis Innoc.[h] requirat expreſſum vtriuſque partis conſenſum: abſque tamen ſufficienti fundamento,

Dixi (*Si ſunt veræ conditiones*) cuiuſmodi non ſunt dę

[a] *ex mente gloſſ in rubr. ff. de cõdic.* & *demõſt. quicquid verba eius & Bart. in l. 1. eiuſdem tit. ſonent.*

[b] *ex mente eorũdem.*

[c] *iuxta gloſſ. recept. in c. fin. de condit. apposi.*

[d] *cap. aliquando, & c. ſolet, 32. q. 2. & dix.*

[e] *c. de illis, c. ſuper eo, & c. per tuas, de condit. appoſ.*

[f] *c. 1. de condit. appoſit.*

[g] *in 4. de matrim q. 4. col. 13. & 14.*

[h] *in d. cap. fin.*

re præterita,aut præſenti,veluti illa: ***Si Stichus mortuus eſt,*** aut ***ſi viuit***, non ſuſpendit, non enim eſt vera conditio, ſed ſtatim,ſi eſt falſa,matrimonium nullum eſt:ſin vera, validum : [a] eadem ratione, cauſa illi appoſita non ſuſpendit. [b] Veluti cùm dicitur. ***Matrimonium tecum contraho,quia talem rem feciſti***:nec modus,cùm dicitur: ***Contraho tecum matrimonium, vt tale quid facias***: nec demonſtratio, veluti: ***Matrimonium tecum contraho mercatore, aut domino talis rei.*** Quàmuis autem cauſa, modus, & demonſtratio, nunquam ſuſpendant: annihilant tamen cùm aduerſantur ſubſtantiæ, aut bono matrimonij, [c] vel perſonæ errorem inducunt. Qua de re,ſupra. [d]

63 Quibus conſequens eſt, primò, quòd, matrimonium contrahens adiecta conditione : ***Si pater meus voluerit***, non efficit matrimonium, antequã pater conſentiat, at ſimulatque conſenſerit, matrimonium eſſe incipit, ſi contrahentes ad eius vſque conſenſum in eiuſmodi voluntate perſiſtant,[e] patre verò renuente,omnino eſſe definit Perarduæ tamen quæſtionis eſt. An confirmetur conſenſu eius ( vbi ſemel contradixerit ) præſtito ? negatiuæ enim parti ſuffragatur, quòd prior eius actus videatur attendendus, [f] verius tamen videtur confirmari, ſi donec conſentiat, contrahentium conſenſus perduret,aliàs non,iuxta Card,[g] & Silueſt. [h] Nec minoris quæſtionis eſt, quando pater tacet, non contradicendo, nec conſentiendo expreſsè ? Nobis tamen placet opinio Silueſt. [i] quatenus ait, confirmari,ſi ſignis colligitur illum tacere,quòd ei placeat,infirmari verò,ſi colligitur tacere,quòd diſpliceat : non autem quatenus ait,cenſendum ideo in dubio tacere,quòd placeat,cùm id videatur eſſe contra regulam. ***Is qui tacet non fatetur, ſed nec vtique negare videtur,***[k] & contra aliam,aſſerentem, ***facta non præſumi, niſi probentur,***[l] quas non video, quoad hunc caſum,iure limitatas.

64 Secundò, quod ſi tempore quo apponitur conditio, pater eſt mortuus, & filius ignorat, confeſtim matrimonium euaneſcit, quum conditio non poſſit impleri, mortuus namque nec conſentire, nec diſſentire poteſt, [m] at ſi ſciat patrem eſſe mortuum, pro non appoſita(quia impoſſibilis) habenda eſt, & conſequenter, cẽſendũ matrimoniũ valere, Roſ.[n] & Silu.autoribus. [o]

[a] *l.illa inſtitutis, ff. de condit. inſtit. l. cum ad præſens, cum ſeq ff.ſi cert. pet. & §. conditiones, Inſtitut. de verb.oblig.*

[b] *ſecũdùm gloſſ. in rubr. & Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonſtr.*

[c] *d.c.fin. de condit appoſit.*

[d] *eod.c.n 31. & ſeq.*

[e] *c.ſuper eo, & c.per tuas, de cõdit.appoſit.*

[f] *arg. l.bonis, §. ſermone, ff. de verb.ſign.*

[g] *in d c. ſuper eo.*

[h] *verb matrimonium,3.q.4.*

[i] *vbi ſupra.*

[k] *lib.6.*

[l] *c. cùm in iure. de off.deleg.*

[m] *c. ſi gratioſè, de reſcript.lib.6.*

[n] *verb. matrimonium.5.§ 8.*

[o] *verb.matrimonium,4.*

Tertiò, quòd ſi ante conditionem impletam, altera partium, voluntate mutatâ, contrahit cum alia abſolutè, matrimonium valebit, licèt eo contracto, conditio impleatur. [a] In iis namque quæ ex voluntate ſolius diſponentis pendent, implementum conditionis non retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis, [b] ſed impleta conditione, antequam contrahat cùm ſecunda, perfectum eſt matrimonium, ideóq; cogi poteſt ab eccleſia priorem recipere. [c]

[a] *arg. d. c. ſuper eo, & c. ſi pro te, de reſcript. lib. 6.*

[b] *iuxta gloſſ. recept. in d. c. ſi pro te.*

65 Quartò, referre multum, an quis dicat, *Contraho te cum matrimonium, ſi permiſeris copulam.* An, *contraham tecum matrimonium, ſi permiſeris copulam*, vt inſinuat Siluest. [d] priori namque caſu ſtatim fit matrimonium, ſi intelligit de fornicaria copula quia conditio eſt turpis, reputatúrque pro non appoſita: Si verò intelligat de vxoria, ſimul ac coierit, eſt perfectum matrimoniũ quo ad Deum, & eccleſiam, quum impleta ſit conditio, quã fuit contractum. In poſteriori autem, ſi intelligit de coitu fornicario, conditio habetur pro non appoſita, manéntque ſponſalia pura, & conſequenter copula carnali ſubſequutâ, fit matrimonium præſumptum quoad eccleſiam, ſecundum iura antiqua, vt mox dicetur: quoad Deum autem ſecus, niſi copula vxoria foret. Si autẽ intelligit de coitu licito, ſunt ſponſalia conditionalia, quæ ſequutâ copulâ, purificantur, quoad Deũ & eccleſiam, tranſeúntque in matrimonium pręſumptũ, quoad eccleſiam, quoad Deum autem, fiunt de conditionalibus abſoluta & purificata per conditionis implementum, non tamen matrimonium, niſi cõſenſus matrimonialis ſuſpẽdens actum (vt dictum eſt) ab vtraque parte addatur, vt eſt addendus poſt ſponſalia pura: per quæ mens obſcura Silu. declaratur: ſed, quum prædicta ſpõſalia non poſſint purificari, niſi per licitum coitum, nec poſſit haberi, niſi ſit matrimonialis, neceſſe eſt conſequenter dicere, illa non purificari, per eiuſmodi copulam, aut certè per eam tranſire in verum matrimonium coram Deo, quod nobis videtur verum, & ſtabile ſecũdùm iura antiqua, licèt non ſecundùm nouum Tridentinum, iuxta quod non poteſt fieri matrimonium, niſi præſente parocho, & duobus tribúſve teſtibus: vt dicetur infra, [e] & tactum eſt ſup. [f]

[c] *d. c. ſuper eo in tex. & gloſſ.*

[d] *poſt alios vbi ſupra.*

[e] *eod. c. n. 69. & c. 25. n. 144.*

[f] *1. eod. c. n. 28.*

66 Quintò, per hæc verba (*tecum contraho, ſi te virginem deprehendero*) intelligẽdo per inſpectionem honeſtarum fœminarum, cenſeri matrimonium conditionale, eſt enim vera conditio, quippe quæ de re futura, & honeſta. Intelligẽdo autem de inuentione per copulam carnalem, eſt purum matrimonium quoad eccleſiam, cùm enim eiuſmodi conditio turpis ſit, habenda eſt pro non appoſita. Eadémque ratione, per illa verba (*contraham tecum, ſi te per copulam virginem inuenero*) cõtrahuntur pura ſponſalia. Et per illa, *contraham tecum, ſi te virginem per honeſtas fœminas inuenero*, contrahuntur ſponſalia conditionalia, quoad eccleſiam: quanquam quoad Deum, nullo caſu matrimonium contrahatur, aut ſponſalia, ante impletam conditionem, ſi verè, coram eo, fuit animus ſuſpendendi vſque adimplementum illius.[a]

67 Sextò demum, matrimonium contractum per illa verba, *Duco te in vxorem ſi cras ſol orietur*, vel per alia, quæ conditionem neceſſariò euenturam importent, eſſe purum, non conditionale apud eccleſiam, ſecundùm S. Thom. & Bonau.[b] Hoſt. Card. & Panorm.[c] contra gl.[d] & alios illam malè approbantes, quàmuis quoad Deũ, & in foro conſcientię, non ſit tale, ſi verè fuit animus ſuſpendendi actum, vſque ad ſolis ortum.

a *arg. c. tua, & c. is qui. cum eis adnot. de ſpõſal.*
b *in 4. diſt. 28. q. 3.*
c *in c. per tuas, de condit. appoſit.*
d *ibidem.*

## De impedimento interdicti, & feriarum.

### Summæ.

68 *Matrimonium clam, vel contra interdictum ſuperioris contrahens, vt peccat.*

69 *Matrimonia clandeſtina, quæ hodie nulla, cum alijs Tridenti ſtatutis, remiſſiue.*

70 *Eccleſiæ facies, quæ olim, quæ nunc, quando extra eam, etiã cum cauſa non contrahitur.*

71 *Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum.*

68 Secundum impedimentum impediens, ſed non dirimens matrimonium, eſt interdicti, & feriarum, vt cùm alicui, ne contrahat matrimonium cum aliqua ob aliquod impedimẽtum Epiſcopus, Iudex, aut parochus

interdicit, tantiſperdum conſtet non ſubeſſe impedimentum quod opponitur.[a] Valet tamen matrimonium ſic contractum, ſi verè non ſuberat impedimentum, licèt peccet contrahendo, ſicut etiam peccat contrahens matrimonium verbis de præſenti, clandeſtine, ſine iuſta cauſa, aut publicè citra trinam denunciationem priùs in eccleſia factam, quò qui impedimentum inter eos ſubſiſtere ſciunt, indicent illud,[d] eſtque excommunicatus, non iure communi, ſed epiſcopali, quale in plæriſque Epiſcopatibus Hiſpaniæ eſt.

69 Cæterum, quia Concil. Trid.[c] multa notatu digniſſima ſtatuit, ex eo huc pertinentia deſumere licebit.

Hiſce tamen operæ prætium adnotare duxi, idem Cõcilium[d] non annullare omnia matrimonia clandeſtina, ſed ſolùm quæ fiunt ſine præſentia parochi, vel alius ſacerdotis facultatem in id ab eo, vel ordinario habentis, & duobus, vel tribus teſtibus, nihilque expreſsè decernere, de matrimonio contracto in facie eccleſiæ, ſine ſacerdotis proprij vel alius preſentia. Et quidem quod non valeat, vrget verſiculus. *Qui aliter.*[e] Quod verò valeat, facit quòd videatur intelligendus, de contrahentibus clandeſtinè.

70 Facies porrò Eccleſiæ alibi dicitur ianua Eccleſiæ, vt in Luſitania, alibi ipſa Eccleſia, alibi præſentia multorum,[f] vt in bona parte Hiſpaniæ, vbi autem inualuit eiuſmodi conſuetudo, vt dicatur contrahi in facie eccleſiæ, ſufficit præſentia cognatorum & vicinorum, idoneuſque teſtium numerus.[g] Nunc autem per prædictũ concilium videtur contrahi ſatis in facie Eccleſiæ, ſi trinâ denunciatione præmiſſa, contrahatur coram parocho, aut vicarias eius vices ſuſtinente, & duobus tribuſve teſtibus. At verò, ſi contraheretur coram parocho & teſtibus, non præmiſſa trinâ denunciatione, vel non omiſſa legitimè, valeret quidem matrimonium, ſed diceretur clandeſtinum, quoad alios effectus, quâ annullationis matrimonij. quoad alios ſiquidem, non videtur derogari iuri antiquo[h] Cæterum, hodie, etiam iuſtâ causâ ſubſiſtente, nõ valebit clam ſine parocho & teſtibus contractum, licèt antea iuſtè potuiſſe contrahi diximus hîc.[i] Id enim videtur ſentire Concil. qua parte facit Epiſcopo facultatẽ relaxãdi denunciatiationes, quũ

a *per tit. de matrim. contract. contra interdictam, ſecundum Pallud. in 4. diſt. 28. q. 1. col. 1. quicquid dicat Ang. vt rectè defêdit Silu. verb. matrimonium, 7. q. 1*

b *c. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. & per omnes in 4. diſt. 28. q. 1 col. 1. & 4.*

c *ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim.*

d *ibidem.*

e *in d. Concil. ibidem.*

f *ſecũdum Mai. in 4 diſt. 27. q. 1.*

g *iuxta Pan. cõmuniter recept. in d. c. cum inhibitio.*

h *à quo non eſt recedẽdum, vltra quã recedit nouũ, iuxta l. præcipimus, C. de appelli*

i *ſequuti Caiet. in opuſc. tom. 1. tract. 12. q. 2.*

ei videbitur expediens, non tamen remittendi conſenſum parochi, & præſentiam teſtium. Sed (quod notatu digniſſimum eſt) ferre Pius V. declarauit illos non eſſe neceſſarios, in contrahendo denuo matrimonio, ab ijs, qui illud publicè præuiâ denunciatione ſufficiente, contraxerunt: ſed ob impedimentum occultum, eſt nullum, quo ſublato, oportet denuo contrahi, quod fieri poſſe, citra vllam parochi & teſtium præſentiam, antequam ad vrbem veniremus, reſpondimus. Quiad declaratione ſacrum Pœnitentiariæ Prætorium frequenter vtitur. Licèt autem, ſufficiens cauſa relaxandi denunciationes, ſit, quod nobilis cum ignobili, diues cum paupere, ſenex cum adoleſcentula matrimonium contrahere velit: aut timeat conſanguineos, iuxta Palud.[a] & S. Anto.[b] non tamen ſufficit vt Epiſcopus relaxet ſolemnitatem adhibendi parochum & teſtes, vti ſatis colligitur ex tenore Concilij. His accedit, expreſsè determinari ab eodem Concilio, Epiſcopum poſſe diſpenſare circa dictas denunciationes, quod antea non fuimus auſi confiteri, niſi in Ditionibus, vbi id fieri conſueuit.

71 Peccat autem mortaliter qui temporibus ab eccleſia prohibitis, benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum ſuam ſolemniter ſponſam traducit,[c] non autem ſi ſolùm ſponſalia, vel matrimonium de præſenti contrahit,[d] ſola namque benedictio, & traductio ſolemnis prohibetur, iuxta mentem S. Tho. Palud.[e] Caiet.[f] & Silueſt.

Atqui tempora prohibita iure antiquo, ſunt ab Aduentu vſque ad Epiphaniam, à Septuageſima ad Paſcha, & eius octauam, à tribus demum Litaniarum, ſiue rogationum diebus, ad ſeptimum diem Pentecoſtes.[h] Concil. autem trid.[i] reſtrinxit illa in hæc verba. *Ab aduentu D. N. IESV CHRISTI, vſque in diem Epiphaniæ & a feria quarta Cinerũ, vſque in octauam Paſchatis incluſiue, antiquas ſolemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari, Sancta Synodus præcipit: in alijs vero temporibus, nuptias ſolemniter celebrare permittit.* Conſummare autem matrimonium per copulam citra ſolemnitatem nuptiarum, & traductionem ſolemnem in domũ, nullo tempore prohibetur, iuxta Caietan.[k] quem ſequimur.

*a in 4. diſt. 28. q. 2. art. 4.*
*b 3. part. tit. 3. cap. 16. §. 5.*
*c c. capellanus, de fer. & c. cum oportet, cum 3. ſeq. 33 q. 4.*
*d iuxta gloſſ. recept. in d. c. Capellanus, per illum textum.*
*e in 4. diſt. 32.*
*f in ſum. verb. nuptiarum peccata.*
*g verb. matrimonium, 7. q. 2.*
*h d. c. capellanus.*
*i ſeſſ 24. ca. 10.*
*k in ſum. verb. matrimonium.*

quàmuis Palud.[a] Roſel.[b] Anton.[c] & quidam alij ci- a *in 4.diſt.32.*
tra rationem neceſſariam, aſſerant peccare: ſed ſolùm b *verb. impedimentum.3. §.3.*
prima vice. c *3.part.tit.2. c.17.*

## De impedimento ſponſalium, & catechiſmi.

### Summæ.

72 *Cognatio ex catechiſmo non dirimit, & an reſtricta Tridenti.*

72 *Lex ſuper metiente, trahitur ad menſum, ſi eſt eadem ratio.*

72 Tertium obſtaculum impediens, ſed non dirimens matrimonium, eſt quod naſcitur ex ſponſalibus antea contractis. Quiſquis enim contractis ſponſalibus cum vna, ſine iuſtâ cauſa contrahit cum alia matrimonium, aut ſponſalia, peccat mortaliter, ſecundum omnes, & venialiter, ſed grauiter, ſi iuſta de cauſa id facit, ante facultatem ei à iudice indultam, vt ſupra[d] diximus. Matrimonium tamen contractum, valet, quum d *eod.c.n.57.* hoc impedimentum ſolum ſit impediens, non dirimens.

Quartum impedimentum, eſt cognatio ſpiritualis, nata ex catechiſmo.[e] Catechiſmus autem, eſt inſtructio e *c. per catechiſmum, de cogn. ſpir. lib.6.* baptizandi ſolemniter à ſacerdote facta, antequam baptizetur, de articulis noſtræ ſanctæ fidei catholicæ Romanæ credendis.[f] Ex qua quidem inſtructione, naſcitur cognatio ſpiritualis inter eaſdem perſonas, inter f *c. ante baptiſmum, de conſec. diſt 4.* quas ex baptiſmo, de qua ſupra,[g] licèt non ſit tanti effectus: hæc namque impedit matrimonium, & non dirimit,[h] illa verò vtrumque operatur. g *eod.c.n.36.* h *d. ca. per catechiſmum.*

Ad quæſtionem autem: An hæc cognatio cenſeatur reſtricta per prædictum Concil. ſicut quæ naſcitur ex baptiſmo, & confirmatione? Reſpondeo, affirmatiuè, arg. gloſſ. ſolem. *cap. non debet, de conſang. & affin.* quatenus habet, per illud cap. fuiſſe ſublata quædam genera publicæ honeſtatis, quia fuerunt ſublata ſimilia genera affinitatis. Ex qua colligit tibi Præpoſit. quiddam, quod

mea ſententia (vt ibi aliàs dixi) non colligitur: ſed aliud noſtro inſtituto conuenientius, quod colligunt Domin.[a] & Francus.[b] Nempe cùm duo ſic ſe habent, vt vnum ſit metiens, alterum menſum, lex corrigens, vel limitans metiens, cenſetur corrigere, vel limitare menſum, ſi eadem ratio militat in vtroque. At conſtat, cognationem ſpiritualem, quæ ex baptiſmo oritur, metiri eam, quæ ex confirmatione, & catechiſmo naſcitur, & proinde concilium limitans illam, videtur hanc quoq; limitaſſe.

a c.1. de tempor. ord. lib. 6. col. 6. verſ. ſed fallit. quinto.
b col. 3. verſ. fallit quartò.

# De impedimento voti ſimplicis iuramenti, & conſuetudinis.

Summa.

73 *Votum ſimplex caſtitatis non dirimit matrimonium, & quatenus ſeruandum.*

73 · Quintum impedimentum impediens tantum, eſt votum ſimplex Caſtitatis. Quiſquis enim voto ſimplici Caſtitatis emiſſo, matrimonium, aut ſponſalia contrahit, peccat, & quàmuis votum limitatum foret ad tempus nondum lapſum, matrimonium tamen valet, [c] etiam ſi vterque vouiſſet, ſecundum communem & gloſſ. quandam,[d] quicquid ei imponatur, imò & ſi contraheret animo ingrediendi religionem poſt contractum, ſecundum Richar.[e] Roſel.[f] Anton.[g] & Silueſt.[h] Debet nihilominus ſeruare votum, qua parte poteſt ſine præiudicio alterius, & ita non poteſt petere debitum poſt conſummatum matrimonium, niſi vt dicitur ſup.[i] nec reddere priuſquam conſummet, nam ante religionem intrare poteſt,[k] nec matrimonium mortua priore vxore, denuo contrahere poteſt, iuxta S. Thom communem[l] & Archidiac.[m] etiamſi iuraſſet contrahere: eiuſcemodi namque iuramentum non liberat à voto, imò per illud redditur illicitum, & proinde non ſeruandum.[n]

c c. 2. 27. diſt.
d in c. ſi quis votum. 27. q. 1.
e in 4 diſt. 38.
f verb. votũ. §. 9
g 3. part. tit. 1. c. 16.
h verb. matrimoniũ, 7. q. 5. §. 2.
i c. 16. n. 30.
k c. a. ex publico, de conuerſ. cõtu.
l in 4. diſt. 38.
m in c. de eo, 30. q. 1.
n c. non eſt obligatorum, de reg. iur. l. 6.

Peccat inſuper matrimonium cum ea, quam caſti-

ſtatem vouiſſe ſciebat, contrahens, [a] matrimonium tamen valet.

An autem peccet, qui interrogatus ab eo, qui votum ſimplex caſtitatis emiſit, an valeret matrimonium ſi contraheret illud? reſpondit valere, dubium eſt: nam Oſtienſ. affirmatiuam, alij veró nonnulli, negatiuam partem aſtruunt, conciliari nihilominus poſſunt, dicendo opinionem Oſtienſ. intelligi, quando tali perſonæ, talique tempore, loco, & modo reſpondetur, vt voti violandi occaſio detur: contrariam verò quando tali perſonæ, talique modo reſpondetur, vt nulla eiuſmodi occaſio præbeatur: quàmuis eam ex bono reſponſo ille arripat, vt rectè ſentit Silueſt. [b] Atqui, quod dictum eſt de voto, producendum ad iuramentum: [c] & ad conſuetudinem, quæ induceret ſimile impedimentum. [d]

a *iuxta glo ſing. in cap. non nouimus. 27. qu. 2.*

b *verb. matrimonij, 7. qu. 5 §. 9.*

c *arg. ca. debitores, de iureiur.*

d *ex mente gloſ. cap ſuper eo, de cogn. ſpirit.*

## De reliquis impedimentis non dirimentibus.

### Summæ.

74 *Matrimonium impediunt, non dirimunt 7. delicta.*
74 *Vxoricidium, & mariticidium impediunt matrimonium.*
74 *Pœna vnius correlatiui extenditur ad aliud, ſi eadem eſt ratio.*
74 *Raptus, vt impedit matrimonium.*
74 *Filij proprij ſuſceptio, quæ impedit matrimonium.*
74 *Presbytericidium vt impedit matrimonium.*
74 *Pœnitentia ſolemnis, vt impedit matrimonium.*
74 *Inceſtus tam cum cognata, quàm affini, impedit matrimonium, ſed Epiſcopus diſpenſat. & 75.*
76 *Matrimonium fictè contractum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur exceptio.*
77 *Matrimonium ſecundum contrahens, decepta, quid aget.*
78 *Proteſtatio contraria facto, inualida, & quæ nocet matrimonio.*
79 *Matrimonij contractus, qui ſine malo mortalis, qui venialis.*

80 *Matrimonio ſufficit conſenſus diuerſo tempore ſic datus.*

81 *Matrimonij contractus in excommunicatione, vel mortali, eſt peccatum, ſed ſubſiſtit.*

82 *Matrimonij vſum impedit ſcientia nullitatis eius ſuperueniens.*

83 *Matrimonij impedimentum non denuncians, vt peccat.*

83 *Impedimentum quod nouit vnica perſona, cur reuelare non debet coniugatis, ſi iuſtè, ob iuſtam illius ignorantiam, contraxerunt.*

83 *Conſuetudo, etiam circa ſacramentalia, induci poteſt.*

83 *Benedictio nubentium quibus danda, & an præmittendà copula.*

83 *Nuptiæ primæ benedicendæ, ſecundæ non item.*

74 Sextum obſtaculum non dirimens, eſt inceſtus, [a] de quo latiùs infra. [b] Septimũ, vxoricidium, [c] & quàmuis Silueſt. dicat nullo iure probari, idem eſſe de (vt ita dicam) mariticidio, ſequimur tamen Palud. oppoſitum affirmantem. [d]

Nec obſtat, quòd pœna extendenda non ſit vltra ſuum caſum, [e] id enim perpetuum non eſt, adeóque exceptionẽ admittit in correlatiuis, in quibus eadem ratio idem iuris ſuadet, ſecũdùm Panor. in proœm. Greg. & alios citatos ibi per Felin. ita hoc reſoluentem: eadẽ autem, imò maior ratio ſuadet idem in vxore, quod in marito, etiam Soto [f] aſſertore, licèt huic argumento non reſpondeat.

Octauum impedimentum, eſt raptus ſponſæ alterius, [g] quod tamen per Concilium Trident. [h] (ex quo huc pertinentia petere licebit) factum eſt dirimens, quandiu rapta in poteſtate raptoris manſerit. Nonum obſtaculum, proprij filij de fonte ſalutari ſuſceptio, animo ne vxor debitum exigere à ſe poſſit. [i] Decimum, eſt presbytericidium, [k] quàmuis Panor. [l] dicat, id locum non habere donec in iudicio conuincatur. Vndecimum, eſt pœnitentia ſolemnis iniuncta & facta. [m] Duodecimum, matrimonium ſcienter cum moniali contractum. [n] Quoniam verò ſuper impedimento inceſtus, magna orta fuit diſputatio in ſacro Pœnitentiariæ Prætorio.

[a] *c. 1. & 2. & c. tranſmiſſæ, de eo qui cog. conſang. vxor. ſu.*
[b] *n. 75.*
[c] *cap. admonere, 33. q. 2.*
[d] *d. diſt. 34.*
[e] *c. pœnæ, de pœ. diſtinct. 1.*
[f] *in diſt. 37.*
[g] *cap. ſtatutum, 27. q. 1.*
[h] *ſeſſ. 24. c. 6.*
[i] *c. de eo, 30. q. 1.*
[k] *d. ca. qui presbyterum, de pœ. & remiſſ.*
[l] *vbi ſup.*
[m] *c. de his c. antiqui, 13. q. 2.*
[n] *c. ſi ergo qui, 27. q. 1.*

An omnis inceſtus hoc impedimentum pareret? His quæ iampridem hic dixi, ſubſtituo primum. Plæroſque omnes iuris diuini, & humani peritos, ſtrictè, ac propriè appellare inceſtum, ſolum coitum cum cõſanguinea, vel affine in gradu prohibito.[a] Secundò concordi omnium calculo, ex omni inceſtu oriri impedimentum affinitatis impediens, & dirimens. Tertiò cõmuni omnium cõſenſione, ex inceſtu admiſſo cum affine, durante matrimonio, oriri impedimentum impediens matrimonium contrahendum cum quacunque alia.[b] Quartò, plæroſq; omnes Theologos aſſerere, ex inceſtu cũ conſanguinea, oriri quidem impedimentum affinitatis: at nullum aliud, ſiue ante, ſiue poſt matrimonium contractum admittatur, in quibus ſunt S. Thomas[c] communiter recept. Sot,[d] S. Ant.[e] & Silu.[f] quos etiam ſequitur Couarruuias.[g] Tum, quia videtur eis nullo iure id caueri, cum prædicta tria Capitula ſolùm agant de inceſtu cum affine. Tum, quia (vt ait Rich.) id non videtur inductum ob grauitatem criminis, ſed ob iniuriam irrogatam matrimonio, per coitum cum cognata coniugis.

In contrariam nihilominus ſententiam tranſeunt plerique omnes Canoniſtæ cum Pan. & Præpoſ.[h] quos hîc ſequutus fui cùm Ang.[i] Tum, quia (vt dixi[k]) id ſtylus Curiæ ſeruat, dum diſpenſando, vt conſanguinei, qui ſe inceſtu polluerunt contrahant inter ſe matrimonium, apponit clauſulam, *vt ſuperſtes ſine ſpe coniugij maneat.* Tum, quòd *ca. ſi duo 35. quæſt. 6.* habet conſanguineos matrimonio iunctos, ſeparari debere, & poſſe cum aliis contrahere, ſi iuuenes ſunt: ſignificando (vt ait gloſſ.) indigere diſpenſatione, ſi ſcienter ſe coniunxerunt, quę tamen ob iuuenilem ętatem indulgeri poteſt. Tum, quòd *cap. fin. 35. quæſt. 8.* de conſanguineis concubinariis, ait, *ſi alter eorum morte præuentus fuerit, alter, quandiu viuit, grauiter pœniteat: & ſine ſpe coniugij maneant.* Tum per *cap. de inceſtis 15 quæſt 3.* ibi. *Inceſtuoſos, nullo nomine coniugij deputandos.* Tum, quia ratio (quæ ex contextu multorum *cap. 35. cauſæ* colligitur) quare multò plus inſiſtitur in eis, ad declarandum inceſtuoſum cum affine, non dèbere contrahere, quàm inceſtuoſum cũ cõſanguinea, videtur eſſe quòd de illo plus

a *vt in rubr. C. de inceſt. nupt. & alijs locis infra citandis.*
b *per c. 1. & 2. & c. transmiſſæ, de eo qui cog. conſ. vx. ſu.*
c *in 4. diſt. 34. q. 1. art. fin.*
d *diſt. 37. art. 2. ſub fin.*
e *3. part. c. 26. §. 4 tit. 1.*
f *verb. matrimonium, 7. impedimento vlt.*
g *in epitom. 4. c. 6. in princ n. 4.*
h *in dd. cc. 1. & 2. de eo qui cog. conſ. vx ſu.*
i *verb. inceſtus, §. 1.*
k *ibi.*

dubitari poterat quàm de hoc. Tum, quia ratio prædiċta Richar. eſt infirma, cùm inceſtus cum affine, nullo præcedẽte matrimonio, idem operetur. Nam *cap. ſi quis cum duabus.33.quæſt.2.* habet, cum duabus ſororibus fornicatum, non debere contrahere etiam cũ alia, niſi quędam cõcurrant, ob quę diſpenſetur (vt ibi ait gl) Tum per *cap. ſi quis cum matre & filia 35.quæſt 3.* Tum per *c. qui propinqua.ead.cau. & quæſt.* quo Papa Fabianus ait: *Qui propinquam ſanguinis vxorem ducunt, & ſeparantur, non licebit eis, quandiu viuunt, alias vxores ſibi in coniugio ſociare.*

75 Super hoc autem impedimento diſpenſare poteſt, & debet Epiſcopus, ſi timeatur incõtinentia [a] iuxta Palu. [b] & S. Anto. [c] quos ſequimur contra Panor. & Præpoſ. tenentes [d] Epiſcopum non diſpenſare in inceſtu cum conſanguinea, ſed cum affine. Tum, quia plurimi aſſerunt (vt diximus proximè) inceſtũ cũ cognata, nullum inducere impedimentum. Tum quia iuribus prędictis permittitur diſpenſatio ſimpliciter. Quibus accedit, ſtante conſuetudine, quòd ob nullum inceſtum diſpenſatio petatur, quando incontinentia timetur, etiam Epiſcopi diſpenſationem non eſſe neceſſariam, ſecundùm Palud. S. Ant. & communem, [e] quicquid alij dicant. Imò addit Palud. [f] hoc conſuetudine ſeruari, cui credimus, quòd numquam viderimus vel intellexerimus, vllum inceſtuoſum petere diſpenſationem à Papa, vel Epiſcopo, niſi vt contraheret cum ea, cum qua inceſtum commiſit, vel eius conſanguinea, ob affinitatem inde ortam, quæ ſi S. D. N. innotuiſſet, iuberet (forté) ne in diſpenſationibus cum inceſtuoſis, apponeretur prędicta clauſula, *vt ſuperſtes, &c.* An autem idem poſſit facere Epiſcopus in impedimento ex aliis deliċtis orto, dicetur infrà. [g]

a *c. antiqui, c. in adoleſcentia, 33.qu.2. & c. ex literis 1. de eo qui cog. conſang. vx.*
b *in 4. diſt. 34. q. 1. col. 3.*
c *3. part. tit. 1. c. 15. § 4.*
d *in d. c. 1.*
e *vbi ſup.*
f *vbi ſup. col. 4.*
g *n. 85.*

76 Contrahens porrò animo fiċto, vel inordinato, aut contra cenſuras, & irreuerentiam ſacramenti, peccat, nec ſubſiſtit quoad Deum, & forum conſcientiæ matrimonium, quàmuis copula ſequatur, ſi poſtea veré in eam non conſenſit, licèt quoad eccleſiam ſit præſumptum, ſecundùm iura antiqua, [h] non autem ſecundùm ius nouum Concilij Trid. ex quo colligitur ſponſalia non tranſire in matrimonium ſolâ copulâ, vt diċtum eſt ſupra [i] & quidem, ad validandum eiuſmodi

h *c. is qui, c. tua, de ſponſ. & commun. ibi, quam Silu. verb. matrimonium, 4. q. 8. declarat.*
i *eod. c. n. 25 & 28.*

matrimonium fictum, non ſufficeret cohabitatio cum ea tanquam propriâ vxore, etiam ſi crederet ſufficere ob confeſſarij, vel alterius auctoritatem, niſi coiret aut cohabitaret animo denuo contrahendi cum illa, vt rectè probat Silu.[a] Per talem namque cohabitationem & copulam, non vult, denuo matrimonium contrahere, ſed antea contracto vti Quæ limitatio Silueſtri, licèt iuri conſona ſit iuxta iura prædicta, non tamen ſecundùm ius nouum Concil. Trid. (vt proximè dictum eſt) Valet autem matrimonium cum alia ſecundo contractum, antequam prius nouo vtriuſque conſenſu confirmaretur, & conſequenter, cum ſecunda cohabitare debet, ſi citra ſcandalum poſſit. Ang.[b] & Silueſt.[c] autoribus: obligatur nihilominus ſub pœna mortalis cõfirmare prius, antequam cum ſecunda contrahat iuxta Mai.[d] tenetur enim verificare verba, quibus eam decepit, niſi tanta ſit inæqualitas, vt ipſa præſumere debeat, illum animo decipiendi eam, verba contractus protuliſſe. Quo caſu tamen tenetur reſtituere damnum famę, honoris, vel rei familiaris, ſi quod illa eiuſmodi verbis pateretur, ſecundum S. Thom.[e] quibus nonnulla iura ſuffragantur.[f] Porrò, ita decepta alteri nubere non poteſt, niſi quando probabiliter iudicio prudentis, bonique viri, crederet decipientem verum dicere, aſſerendo ſe non habuiſſe animum contrahendi cum illa, ſed tantum decipiendi, Vir bonus autem, & prudens id arbitrabitur, ſi illo contracto, è veſtigio id ei declarauit, & cum alia contraxit, religionemve profeſſus eſt imo & ſi non ſtatim id declarârit: ſed poſtea iuramento id firmat, eſtque alioqui fide dignus, & ſæpe, vel ſaltē ſemel in anno, confitetur, communicat, bonorumque conſuetudine vtitur: aut, ſi ſint adeo diſpares, vt non ſit veriſimile, illum matrimonium cum illa verè contrahere voluiſſe: aut ſi ſubſint alia eiuſmodi indicia, & ille duxerit aliam, vel profiteatur religionem: alioqui enim non foret ei conſultum alteri nubere: quoniam ſæpe diuites, & nobiles ob egregiam formam, & honeſtatem, alioſve fines, matrimonium cum fœminis plebeis, & tenuis conditionis, verè contrahunt. Quæ colliguntur ex Roſ.[g] & Silueſt.[h] Quibus addimus, ordinis ſacri ſuſceptionem, paris eſſe conie-

[a] *vbi ſup. q. 10.*
[b] *vbi ſup. §. 15.*
[c] *vbi ſub q. 8.*
[d] *in 4. diſt. 27. q. 1.*
[e] *in 4. diſt. 28. vbi Palud. q. 1.*
[f] *c. 1. & 2. de adult. cum eis adnot.*
[g] *verb. matrimonium, 4. §. 3.*
[h] *verb. matrimonium, 4. qu. 9.*

ĉturæ, quoad hoc, cuius eſt matrimonium ſecundum aut religionis profeſſio.[a]

77 Si verò cũ ſecundo contraxerit, ante vllam rationẽ credẽdi ſe fuiſſe deceptã, non debet, nec poteſt ſecundo debitũ reddere, aut petere: at ſi ratione iudicio viri boni & prudentis ſatis probabili ad id credendum ducatur, petere & reddere poterit. Si verò eiuſmodi rationẽ credẽdi nacta fuerit, quæ nõ ſufficiat, vt credat in fauorem ſuum: licèt ſecus vt euitetur præiudicium mariti, reddere debet, non exigere.[b]

78 At verò, peccat, qui fictè contrahit matrimonium cum aliqua, legitimis verbis, proteſtatus priùs, citra iuſtam cauſam, per nulla verba à ſe proferenda, eſſe ſibi animum cõtrahendi cum ea, quàmuis eam carnaliter cognoſceret, & in foro exteriori matrimonium iudicaretur.[c] Eiuſmodi namque proteſtatio, quæ facto cõtraria eſt, nil prodeſt.[d] Dixi, *Sine iuſta cauſa*: quia, ſi facit iuſta de cauſa: puta, quò ſcandalum non leue vitetur non peccat, neque iudicaretur matrimonium in foro exteriori, ob defectum conſenſus, ſecundùm omnes.[e]

79 Inſuper peccat matrimonium ob finem mortaliter malum contrahens: puta, quo liberius adulteretur, occidat, &c. ſecundùm omnes, actus namque eiuſdem eſt malitiæ, cuius eſt finis eius. Ideóque non eſt pluſquam veniale, contrahere matrimonium ob finem ſolùm venialiter malum. Nec contrahere primariè, ob carnis delectationem, pulchritudinem, diuitias, ſeu ob alium demum finem, qui de ſe nõ eſt mortalis, eſt mortale: ſed veniale, illa namque non poſſunt eſſe finis aptus matrimonij: omnis autem actus directus in finem malum, vel principaliter in finem ineptum, eſt ſaltem venialis.[g] Contrahere verò minùs principaliter ob aliquod trium prædictorum, vel ob aliud temporale, modò principaliter contrahatur propter Deum, vel quia licitum eſt, & honeſtum, non eſt peccatum.[h] Cæterùm, cùm de voluntate contrahentium conſtat, non refert quoad Deum, & forum conſcientiæ, quibus verbis contrahentes vtantur: ſi namque fuerit vtriuſque voluntas contrahendi de præſenti, fit matrimonium:

[a] *arg.c.1. de vot. li.6. tradit Adr. in 4.qu.4.col.5. de matrim.*

[b] *arg c.inquiſitionis, de ſent.excom. &c. dominus de ſecund. nupt. cum concordia illorũ noſtra relata ſupra eod.c.n. 54. & 55.*

[c] *iuxta gloſſ. recept.c.tua, de ſponſ.*

[d] *c.cum M. & ei adnot. per omnes, de conſtit.*

[e] *arg.c.1. de his quæ vi metuſve. cauſ.*

[f] *c.cum miniſter, 23.qu.5.vbi latè nuper hoc tractauimus.*

[g] *vt in d. cũ miniſter n.30. probauimus, nec cõtra ſentit Palud. in 3.diſt.31.q.3. quicquid dicat Ang. vt rectè ait Silu. verb. matrimonium, 4. q 4.*

[h] *per ibidem ſcripta.*

moniũ: ſi verò de futuro, ſponſalia tantùm.[a] Quàmuis autem expediret, vt amborum conſenſus ſimul eodem loco, & tempore concurreret: non eſt tamen neceſſariũ, quicquid dicat Panor.[b] ſufficit enim, vt altera pars priùs & alio in loco cõſentiat, poſtea verò quouis temporis interuallo interiecto, altera alibi aſſentiat, modò prior in ſuo cõſenſu perſtet, iuxta Oſt. & Io. And.[c] Quò fit, vt ſi altera pars verè & legitimè conſenſum præberet, altera autem falſè, quæ lapſis 10. vel pluribus diebus & menſibus verè aſſentiret, permanente altera in ſuo conſenſu, verum matrimonium fieret. Conſenſus autem prioris, tamdiu cenſetur durare, quandiu non recedit ab eo. Maior. deciſore.[d] Dixi, *Legitimè*, ſi namque impedimentum ſubeſſet, quo conſenſus præſtitus redderetur illegitimus, oporteret impedimento ſublato, denuo ambos cõſentire, perinde ac ſi nullo vnquam tempore contraxiſſent, per dicta ſup.[e]

81 Atqui peccat, qui excommunicatus excommunicatione maiori, aut minori, vel contaminatus peccato mortali, ante illius deteſtationem matrimonium contrahit: omnis enim excommunicatus, etiam minori excommunicatione, à percipiendo ſacramento arcetur.[f][i] Quinetiam mortali peccato infectus, ante pœnitentiã,[g] valet tamen matrimonium.[h] Quocirca, credens, aut probabiliter dubitans de excommunicatione, priuſquam contrahat, abſolutionem procuret. Caiet. conſultore.[i]

82 Adhæc peccat, qui poſt contractum matrimoniũ, ſciens illud non valuiſſe, habet rem cum coniuge.[k] Si autem dubitat, perpendendæ ſunt rationes dubitandi: quæ poſſunt eſſe tantæ, vt credere teneatur, & perinde ſe debeat gerere, ac ſi ſciret: & è diuerſo adeo leues, vt ad nullum effectum reddere debeat: & tam mediocres, vt credere debeat ad effectum nõ exigẽdi, non autem, ad effectum non credendi.[l] Cæterùm, non tenetur credere ſubeſſe impedimentum, eo quòd vnus teſtis licèt fide dignus, iuratus, amicus, vel etiam proprius parochus, id ei aſſereret: quàmuis enim dictum vnius fide digni ſufficiat, vt iuſtè credere poſſit,[m] non tamen ſufficit inducendæ neceſſitati credendi: ad id enim oportet eſſe duos.[n]

[a] *arg. c. intelligẽtiæ, de verb ſign. c. tua, de ſponſ. & c. humanæ aures, 22. qu. 5.*
[b] *c. dilectus, de ſponſ.*
[c] *c. ex literis, de ſponſ.*
[d] *in 4. diſt. 2. q. 1.*
[e] *eod. c. n. 47.*
[f] *c. ſi celebrat, de cler. excõ miniſt.*
[g] *c. illud 95. diſt. vt ſup. eod. c. n. 2. dictũ eſt. Ang. verb. matrimonium 2. § 7.*
[h] *c. ſignificaſti, de eo qui dux. in matr. &c.*
[i] *in ſum. verb. matrimonium.*
[k] *arg. c. per tuas, 2. de Simon. & eorum quæ latius diximus in c. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7. n. 89. cum ſeq.*
[l] *iuxta dicta in d. c. ſi quis autem, & ſup. eod. c. n. 54. & ſeq.*
[m] *ſecundùm gl. ſingularem, in l. Titio fũdus, ff. de condit. & demonſt.*
[n] *iuxta c. cùm à nobis, de teſtib.*

Minúſque tenetur credere coniugi etiam iuratò affirmanti, ſe nunquam in illa conſenſiſſe, [a] quando cum illa contraxit, adeóque præſumere poteſt mentiri nũc eum, qui ſe tunc mentitum fatetur. Si tamen leuiter credit, nec petere, nec reddere debitum poteſt, durante eiuſmodi credulitate: quam tamen leuiter conceptam, leuiter exuere poteſt, reuocante coniuge ſuum effatum, vel habito illo pro mendacio, quale haberet eccleſia, vel ob alia indicia, iuxta mentem Richard.[b] Ang.[c] & Silu.[d]

83 Qui porrò iuſſus ſub pœna excommunicationis, non denunciat impedimẽtum, quod ſcit ſubeſſe inter volentes contrahere, peccat.[e] Modus autem denunciandi impedimentum ſaltem occultum, quod ex peccato naſcitur, eſt, vt priùs de illo ſecreto impedimento moneat, quò ab illo matrimonio deſiſtat, & ſi noluerit deſiſtere, denũciet ſuperiori, ſeu alteri, impedire valenti, quamuis probare nõ poſſit: ad impediendum namque matrimonium non dum cõtractum, teſtimonium vnius ſolius ſufficit.[f] At ſi ſat intelligit, ex ſua denunciatione graue ſcandalum ſequuturum, quamuis probare poſſit, denunciare non tenetur.[g]

Cùm verò vnus ſolus ſiue ſit proprius ſacerdos, ſiue alius quilibet compertum habet nõnullos iuſtè (ob iuſtam ignorantiam impedimẽti) cõiugatos, neutri partium reuelare debet, etiam ſi ſit fides ſibi adhibẽda. Tũ, quia inde nullum commodum prouenit, & graue incommodum ſequi poteſt, cùm illi nõ peccent, & fortaſſis alteruter eorum eo cognito, vellet ſe cum alterius ſcandalo ſeparare. Tum, quia nemo aſtringitur alium ſui erroris commone facere cùm eſt error facti, vel iuris humani quod regulariter à vulgò ignoratur, nullũque tertij diſpendium redundat.[h]

## De benedictione nuptiarum.

Peccat benedicens ſecundas nuptias ſolemni benedictione ſacerdotali, quæ intra miſſàm fit: vel ſuſcipiẽs illam, credẽs, vel credere debens, nõ debere benedici.[i]

[i] *per c. 1. & vlt. de ſecun.*

*[a] arg. c. per tuas, de probat.*
*[b] in 4 diſt. 27. art. 1. q 4.*
*[c] verb matrimonium 2 §. 14.*
*[d] verb. matrimonii. 4. qu. 2.*
*[e] arg. c. 2 de maio. & obed.*
*[f] c praeterea 2. de ſponſ. vt diximus in c. ſacerdos, n. 27. de pœnit. diſt. 6 contra Mai in 4 diſt. 21.*
*[g] iuxta Adrian. in 4 de confeſ. qu. 5. dub. 7. vt latiùs diximus in repet. c. inter verba, 11. qu. 3.*
*[h] arg. not. in § notandũ, 1. qu. 4. & in c ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & eorum quæ trad. Adr. in 4. de confeſſ. qu. 5. dub. 7. col. 3. & nos in d. c. ſi quis, de pœnit. diſtinct. 7. à nu. 66. monſtrando veritatem intellectus Innoc. cõtra communem, capit. Quia circa, de conſangui. & affinit.*

ſunt tamen nuptiæ benedicendæ.[a] Adeóque Concil. Trid.[b] hortatur contrahentes matrimoniũ, ad benedictionem ſuſcipiendam ante conſummationem eius: vbi ponderandum eſt, hortari, non præcipere, quo ſignificatur id eſſe cõſilij, ac proinde non eſſe peccatum ante illam matrimonium conſummare, etiam prima vice, nec exigendo nec reddendo, nec vbi inualuit conſuetudo benedicendi, nec vbi non inualuit. Tum, per rationes Caietan.[c] Tum per §. *ſi prædicti c. noſtrates.* qui expreſſè habet id nõ eſſe peccatum, ſignificans nec veniale quidem eſſe, quicquid Caiet citra neceſſariam rationem ibi dicat, modò id non contemptim fiat. Omiſſio autem cum contemptu, etiam mortalis foret, vti & omiſſio cuiuſlibet conſilij euangelici.[d] At verò, iure communi nullæ ſecundæ nuptiæ ſunt benedicendæ:[e] cuius ratio non eſt quam aſſignat gloſſ.[f] ſacramentum putà, non eſſe iterandũ. Tum, quia hæc benedictio, eſt quid ſacramẽtale, non ſacramentũ, per dicta ſupra.[g] Tum, quia ſacramenta non imprimentia characterem iterari poſſunt, vt ibidem dicitur: nam & matrimonium (quod verè ſacramentũ eſt) iteratur,[h] & etiam extrema vnctio, quam verum eſſe ſacramentum definit Concil. Trid. relatum ſupra.[i] Qua in re gloſſ. quædam[k] hallucinatã fuit, quatenus dixit, in matrimonio nõ conferri gratiã. Ratio porrò ſolida, quam inſinuauit Mag. poſt Ambr.[l] eſt ꝙ eccleſia vetuit benedictionẽ hãc ſuper vlla perſona iterari: & quãuis alijs alias rationes, cur id vetuerit, proferant, nobis tamẽ ſolidior videtur eſſe, quòd dedecere videtur, vt benedictiones ſolemnes rerum & perſonarũ, cuiuſmodi ſunt cõſecratio Eccleſiæ, altaris, virginũ, catechiſmus, exorciſmus, ordinum, & id genus aliæ, iterentur, ne vilipendantur. Cui conſequẽs eſt (quicquid inuoluant aliqui) nũquam iure communi ſcripto, ſecũdas nuptias contractas ab vtraq; parte, vel alterâ priùs benedictâ, eſſe benedicendas.[m] Tum, quia ſi benedicerentur ſecundæ, iteraretur benedictio ſuper vtraq; vel ſuper altera. Non obſtat opinio S. Tho.[n] recepta ab eius ſcholæ viris doctiſſimis[o] excepto tamen Soto, qui fortè ne cõtradiceret S. Th. id[p] nõ tetigit: quĩ reducẽdus eſt ad terminos gl. prædictæ vt nimirũ locũ habeat, vbi inualuit cõſuetudo. Per eã enim induci po-

[a] *c. Sponſus, 30. q. 5.*
[b] *ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim.*
[d] *iuxta gloſſ. ſing. c. quis audeat, 10. diſt.*
[e] *c. 1. & c. vir, de ſecund. nupt.*
[f] *eiuſdem cap.*
[g] *n. 1. & 2. eod. c.*
[h] *c. aperiant, 31. q. 1.*
[i] *eod. n. 15.*
[k] *c. quidquid 1. q. 1 rela. ſup. eod. n. 20. & per Pã. in rubr. de ſponſ.*
[l] *in d. diſt. 42. §, fin.*
[m] *per text. irrefragabilem in d. c. vir.*
[n] *n. 4. diſt. 41.*
[o] *ibi, & alibi.*
[p] *ibi.*

teſt, vt nõ ſolùm cùm virgo nubit viduo (quo caſu ille loquitur) ſed etiam cùm virgo ducit viduam, vel cùm vidua nubit viduo, benedicatur, vel iteretur benedictio: licèt æquior ſit conſuetudo in primo membro, quàm ſecundo, & in ſecundo, quàm tertio: hæc enim prohibitio, iuris humani eſt, & vt lege, ita conſuetudine contrariâ tolli poteſt.[a] Nec obſtat aſſerere, conſuetudinem in ſacramentalibus non valere: nam (quicquid dubitet Roch. cum citatis ab eo)[b] contrarium eſt verum, probatúrque irrefragabili iure:[c] licèt aliqui, tam illum, quàm illam incautè pro parte aduerſa citent. Quin & ſupra[d] dictum eſt conſuetudinem, qua alijs verbis alibi extrema vnctio miniſtratur, ſeruãdam eſſe, ſicut & alijs verbis à Græcis, alijs à Latinis baptiſmus miniſtratur, & alibi alijs verbis matrimoniũ per ſacerdotes celebratur, in que ordinibus conferendis, aliud alibi vſu recepit conſuetudo extra ſubſtantialia. Hiſce demum ampliùs adnotamus, ſi contrahentes nuptias, ante benedictionem ſuſceptam, iterum contrahant, benedicendos eſſe, quum ratio iterationis in eis ceſſet.

[a] *l. de quibus, ff. de leg. c. fin. de conſuet.*
[b] *in c. fin. de conſuet.*
[c] *per c. de trina, iuncta gloſſ. de conſec. diſt. 4. imò &c. 2. de temp. ord. ibi (niſi conſuetudo antiqua) & gloſſ. eiuſdem.*
[d] *eod. c. n. 15.*

## Diſpenſare ſuper impedimentis matrimonij, quis poſſit.

### Summæ.

84 *Matrimonij omne ferè impedimentum legis humanæ, & cur Papa ſemper illud non relaxet.*
85 *Matrimonij impedimenta non dirimentia tollit Epiſcopus.*
85 *Impedimenta dirimentia an tollat conſuetudo.*
85 *Matrimonium clandeſtinum de licentia Epiſcopi contrahitur.*
86 *Matrimonium impedimento ſublato, denuo contrahendum.*
86 *Diſpenſatio difficiliùs datur in contracto ſcienter, quàm ad contrahendum.*
86 *Gratiam quæ taciturnitas annullat, & quæ expreſſio.*
87 *Diſpenſatio danda gratis cum aliqua trium cauſarum, aliàs non, nec cum ea in 2. gradu iunctis, niſi cum Principibus.*

84 Papa in omnibus impedimentis matrimonij, iure humano inductis, diſpenſare poteſt,[a] quod genus ſunt omnia impedimenta, tam dirimentia, quàm non dirimentia, excepto impedimento conſanguinitatis, inter aſcendentes, & deſcendentes: ac impedimento erroris, & iudicij, quod defectum conſenſus legitimi, inducit: quem ſupplere Papa nõ poteſt, quippe qui ſit iuris naturalis, & diuini, vt reſoluimus alibi,[b] poſt illum glorioſum martyrem, & Epiſcopum Io. Roffenſem in cõſilio pro Regina Angliæ, quo defendit illam religioniſſimam Chriſtianã glorioſiſſimam Angliæ Reginã D. Catharinam incomparabilem, immortalis mem. Caroli V. amitam, & poſt alios antiquos, ac recentiores, quos in hoc ille copioſè adducit. Tum, quia licèt *Leuit.* 18. aliquot impedimenta lege diuina iudiciali, aut cæremoniali, introducta fuerint, quia tamen nõ erat naturalis, ceſſauit à Chriſto paſſo, ad quem vſque durabat,[c] & ita ſub lege gratiæ non ligat, vt diuina, ſed vt humana, renouata per ſacros canones. Tum, quia ratio naturalis, ei inexiſtens, ob quam decebat eam ſtatui, non erat tanta, vt ſola citra vllam conſtitutionem poſitiuam, diuinam, vel humanam obligaret, ac proinde non cõſtituebat ius naturale, vt fuſiùs alibi,[d] declarauimus, in quam concluſionem, omnes penè orbis Chriſtiani Academiæ conuenerunt, in caſu prædictæ Reginæ.

Papa nihilominus non ſolet diſpenſare in gradibus prohibitis, *d. cap.* 18. *Leuit.* niſi grauiſſima de cauſa, non quia non poſſit, ſed, quia non expedit: licèt enim Papa diſpenſare poſſit ſuper prædictis omnibus impedimẽtis, ſuper matrimonio tamen legitimè contracto, & cõſummato, non poteſt, iuxta illud.[e] (*Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.*) Contractum autem, & conſummatum inter infideles, vt diſſoluatur, vel diſſolui poſſit, dictum eſt ſupra.[f] Non dicitur autem conſummatum copulà præcedente illud, at ſubſequente: ideóque antequam ſequatur, religionem ingredi poteſt.[g]

85 Cæterùm, Epiſcopus diſpenſare poteſt in impedimento à ſe, aut inferiori ſuo inducto, ſi quod tale ſubſit: imò etiam in impedimento inceſtus, vt ſupra[h] diximus. Imò, & in omnibus alijs impedimentis, impedi-

a *arg. c. cuncta per mundum*, 9. *q.* 3. & *c. propoſuit, de conceſſ. præb.*

b *in c. literas de reſt. ſpol.*

c 6. *diſt.* §. *fin.* & *c.* 1. *de purif. poſt part.*

d *in repet. c. ad hæc, not.* 1. *de præb.*

e *Matth.* 19. *relatum in c. gaudem⁹, de diuort.*

f *eod. c. n.* 21. & 49.

g *c. verum de cõuerſ. coniug.*

h *eod. n.* 75.

[a] *in 4. diſt. 28. q. 1.*
[b] *3 part. tit. 1. c. 16. §. 4.*
[c] *c. inferior. 21. diſt. clem. ne Romam, de elect.*
[d] *c. 12. n. 56.*
[e] *ibi citatus.*

entibus & non dirimentibus: iuxta mente Palud [a] & S. Ant.[b] exceptis votis caſtitatis, citra quæ etiã ipſe Papa non citra magnã difficultatem, & cauſam, diſpenſat. Et quamuis ſtricto iure communi, contrariũ defendi poſſet, quod inferior lege ſuperioris tollere, aut moderari nequeat,[c] nec id videatur conceſſum, niſi quo ad impedimentum inceſtus: in eorum tamen ſententia tranſeo. Tum, quia ex quadam æquitate, & rationis paritate, hęc conceſſio extendi poteſt ad illa. Tum quia id videtur, conſuetudine non tantum receptum eſſe, ſed etiã nec à Papa, nec ab Epiſcopo peti diſpenſationem, quãdo cũ illo impedimento, aliud dirimens nõ concurrit: nõdũ enim adhuc id in tanta ætate vidi, vel audiui fieri. Votũ autẽ de non ducenda vxore, vel non nubendo, nõ cenſetur votum caſtitatis, vt ſupra prodidimus [d] & ita ſeruat ſacræ Pœnitentiariæ Pretoriũ, quidquid aſſerat Caiet.[e] & proinde, illud poteſt Epiſcopus relaxare, vt in eodem Prætorio interdum reſponſum eſt.

Dubium autem, an Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper matrimonio clandeſtinè contrahendo (quod cõſuetudine penè vbique inoleuerat) ſublatum eſt per dictum Conciliũ, quod expreſſè id indulget. At verò Epiſcopus non poteſt diſpenſare in aliquo impedimento, impediente, & dirimente, ſecundùm omnes, niſi quando impedimentum occultum eſt, matrimonium autẽ publicũ, adeòque ſeparatio magno ſcandalo foret, nec ad Papã, eiúſve Nuntium poteſtatem ad id habentẽ, cõfugi poteſt ob magnã paupertatẽ, aliáve legitima impedimenta, Ang. & Silu. aſſertoribus. Quorum pronunciatum primi euulgauimus Salmanticæ, quod cùm demõſtraſſemus quidem, ſed neque approbaſſemus, neq; reprobaſſemus, nõnulli Epiſcopi aliquoties diſpenſarunt, illud nihilominus tandem approbauimus, argumentis neruoſis iuréq;[f] fundatis ſequuti Io. de Lign. & Pan.[g] 86. Atqui, matrimonium, ob aliquod impedimentum nullum, non incipit conualeſcere ob diſpenſationẽ Papæ ſuperuenientem, etiam cohabitatione, & copulâ ſubſequente: Papa namque, non poteſt ſupplere conſenſúm iure naturæ requiſitum, vt tradit Panorm. poſt Ioannem Andr.[h] ideóque neceſſum eſt, denuo cõtrahi: quod tamen clam fieri poteſt, modo tradita

[f] *in c. at ſi § de adulteriis, de iudic.*
[g] *ibidem.*
[h] *per c. ex nouo, qui fil. ſint legit.*

ſupra.[a] Licèt autem olim faciliùs diſpenſaretur cum impeditis, qui iam (etiam ſcienter) contraxerant, & cōſummârant matrimonium: hodie tamen iure Concil. Trid.[b] cuius verba breuitatis ergô hîc nō ſubiicio, difficiliùs diſpenſatur. Cæterùm, ex eodē Concil.[c] colligitur, cōſummationem illiciti matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad diſpenſandum, hodie retrahere, cùm omnis expreſſio falſi, mouentis Principem ad gratiæ conceſſionem officiat, nō autem quælibet taciturnitas veri, idem faciētis, ſed ſolùm ſupprimens verum quod iura iubent exprimi, ſecundùm Rot.[d] Bellam.[e] & Feli.[f] Cui neruoſè ſuffragatur *lex. 2. C. Epiſc. audien.* Quod ipſum videtur producendum, in tacente ita verum, vt æquipolenter exprimat falſum, de æquipollentibus enim idem eſt iudicium.[g] Qua de re alibi[h] poſuimus exemplum, in Monacho monito à Banchario, Papam non cōceſſurum ei gratiam tranſeundi ad regulam laxiorē, niſi nouerit eum habitu omiſſo apoſtatare: qui dimiſſo eo, vno vel altero die, ſe ſiſtit coram Banchario, quò informet Papam de eius apoſtaſia, vt inducatur ad conceſſionem eiuſmodi gratiæ. Is enim, licèt non expreſſè, tacitè tamen falſum exprimit, ſubindicando, non dimiſiſſe habitum, vt impetraret illā, ſed ob alias cauſas, quibus multi temere dimittunt. Similiter, impetrans diſpenſationem cōtrahendi cum cognata, cùm qua rem habuit, tacito inceſtu, videtur ęquipollenter tacitè dicere, non commiſiſſe illum, & proinde æquipollenter exprimit falſum, ideóque gratia efficitur nulla.

[a] *eod. n.47.*
[b] *ſeſſ.24.c.5. de reform. matrim.*
[c] *de cap.5.*
[d] *in nou decīſ. 32. de reſcript. n. 5.*
[e] *deciſ. 690.*
[f] *vbi ſup.*
[g] *l. fin. ff. mandat.*
[h] *in præle&t. c. ſi quando de reſcrip. except. 4.*

87 Inſuper idem Concilium[i] ſtatuit in hæc verba: *In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro, idque ex cauſa, & gratis concedatur. In ſecūdo gradu, nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam.*

[i] *vbi ſup.*

At verò, ſolas tres cauſas reputat Rom. curia iuſtas, vt diſpenſetur etiam in quarto gradu, puta, defectum dotis competētis: extinctionem magnæ litis: quòdque maior pars ſibi pariū ſuæ ciuitatis, vel loci inſignis, quē inhabitat, ſunt ei conſanguinei, vel affines intra quartum gradum: aut ſi eſt alius locus minor, ipſa non habeat ſufficientem dotem vt nubat extra illum.

Dubium tamen eſt an ſufficiat defectus dotis competentis ad contrahendũ cum eam poſcente: an verò requiratur defectus, ad contrahendum cum quolibet ſibi pari? videtúrque ſufficere. Tum, quia beneficium cenſetur vni incompetens, licèt alijs multis ſit competẽs.[a] Nec quilibet dignus beneficio in genere, eſt dignus hoc, vel illo, vt ſentit vterque Tho.[b] adeóque pretium vnius rei, communiter iuſtũ in vna prouincia, vel vno anno, non eſt iuſtũ eiuſdem in aliquo particulari loco, vel menſe, eiuſdẽ prouinciæ, vel anni, vt dicetur infrà.[c]

[a] *c. cùm adeo, iũcta gloſſ. de reſcript*
[b] *2.2.q.63. art 2.*
[c] *c. ſeq nu.78.*

# De ſuperbia, & Septem peccatis Capitalibus.

## CAPVT XXIII.

### Summæ.

1 *Virtus, vitium, & habitus, quid, & quotuplex.*
1 *Actus bonus, & malus tripliciter, & quid bonus ſine ordinatus ſimpliciter, & quare nullus in indiuiduo indifferens, & quis inordinatus.*
1 *Bonum ex integra cauſa conſtare, quid ſit.*
2 *Virtutes in medio vitiorum, ideóque illis duplò pauciores.*
3 *Vitia capitalia (è quibus non eſt ſuperbia) ſeptem.*

1 Acturi de ſeptem capitalibus vitijs, & actibus eorum, meminiſſe profuerit,[d] aliud eſſe habitum, aliud actum ſiue actionem, & operationem: & habitum eſſe qualitatem mentis, mouentem eam ad actus ſimiles illis, ex quibus productus eſt: Qui eſt duplex, bonus, qui eſt virtus, mouétque ad bonos actus, & malus, qui eſt vitiũ, & mouet ad malos.[e] Actus verò, eſt etiam bipertitus, vnus indeliberatus, & inuoluntarius, qui neq; eſt bonus neque malus, alius volũtarius & deliberatus, qui eſt triplex, bonus, malus, & indifferens. Bonus inſuper, eſt triplex, ex obiecto tantùm, vt ieiunare, ex circũſtantia tantùm, vt loqui ad vtilitatem proximi, & ex vtroq; vt ieiunare quò obediatur præcepto. Malus itẽ triplex, ex obiecto tantũ, vt mentiri ad vtilitatem proximi: ex circunſtantia tantùm, vt ieiunare ob vanam gloriam:

[d] *vt ſup. prælud. 5. dictum eſt.*
[e] *vt prælud. 6. dictum eſt.*

ex vtroque ſimul, vt mentiri ad perniciem proximi. Indifferens autem, quales ſunt innumeri, putà tacere, loqui, comedere, bibere, & id genus alia, quæ de ſe nec ſunt bona nec mala: ſed benè, & malè fieri poſſunt: taléque indifferens non reperitur in indiuiduo, iuxta doctrinam S. Th. quam [a] defendimus ea efficaci ratione, quod, ſi quis daretur, maximè eſſet, qui in nullum finem bonum, aut malum referretur: is autē non eſt talis, quia eſſet otioſus, & conſequenter malus, ex defectu circunſtantiæ finis tametſi ex obiecto foret indifferens. Iuxta porrò doctrinā Dionyſij, [b] quam potuit excerpſiſſe ex Ariſt. bonū, ſiue actus ſimpliciter bonus, & ordinatus, ſiue meritum, conſtat ex integra cauſa, id eſt, ex concurſu bonitatis obiecti, ſaltem iuſtificati, & circunſtantiarū tam finis, quàm aliarum, perſonæ, loci, temporis, & cæt. Malum autem, ſiue malus actus ſimpliciter, & peccatum ex quocunque defectu, ſiue obiecti nō iuſtificabilis, vel non iuſtificati, ſiue finis, ſiue alicuius circunſtantiæ. Dixi, *Non iuſtificabilis*, quod genus ſunt fornicari & mētiri: quæ nulla circunſtantia poſſunt fieri iuſta. Dixi, *Nō iuſtificati*, quia frequenter obiectum actus boni ſimpliciter eſt obiectum de ſe malum: ſed iuſtificatur circunſtātiâ, qualis eſt occiſio hominis, quæ cùm ſit de ſe mala, iuſtificatur tamen culpâ occidendi, & lege id præcipiente. Itaque, toto hoc capite, per actum bonū & ordinatum, intelligemus actum bonū vtroq; modo, tam ex obiecto, quàm circunſtantijs, qui eſt meritū de congruo, vel de cōdigno (vt ſcholaſticis receptâ vtar phraſi) per inordinatum autem, omnem actū ordinato contrarium, qui eſt peccatum ſaltē veniale. Per vitium, habitum malum, & per virtutem, habitum bonum.

2 Longè autem ac duplò plura ſunt vitia, quàm virtutes: nam cuique virtuti vitia duo opponuntur, alterum per exceſſum, per defectum alterum, in quorum medio virtus conſiſtit, iuxta illud Horat. [c]

*Virtus eſt medium vitiorum, vtrinque redactum.*

Atqui, ſeptem vitia, quæ vulgus ſeptem peccata mortalia appellat, ſunt ſeptem vitia principalia, quæ ſanctus Greg [d] & alij plærique capitalia nuncupant, non quia ſunt peiora, neque etiam quia ſemper, aut ſæpius mortalia, aliqua namque regulariter ſunt venialia, vt infra

[a] *in d. prælud.*

[b] 4. *cap. de diuin. nomi.*

[c] *deſumptum ex Ariſt.* 2. *Moral. relatum à gloſſ. cap. charitas,* 4. §. *fin. de pœnit. diſt.* 2.

[d] *Moral.* 31.

dicetur: at quia ſunt fontes particulares, ex quibus alia multa dimanant, è quorum numero eſt ſuperbia, iuxta S. Greg. [a] & S. Thom.[b]

[a] *Vbi ſup.*

[b] 22.q.162. art.8.& q.132. art. 1.

4. Quinimo, eſt horum ſeptem, & aliorum omnium Regina, ſecundùm eoſdem, quàmuis vulgus cōtrà exiſtimet, iuuandæ memoriæ ergô voce (*Saligia*) vtēs, intelligendo per litteram S, Superbiam, per A, prius, Auaritiam, per L, Luxuriam, per I, prius, Iram, per G, Gulam, per I, ſecundum, Inuidiam, per A ſecundum, Acediam. Ad quod aptior foret vox (*Sualigia*) octoſyllabō; per quarum primam videlicet, S, intelligitur, Superbia, omnium vitiorum Regina, & per V, Vana gloria, quæ eſt vnum ſeptem vitiorum capitalium, per alias verò ſex, prædicta alia ſex, de quibus omnibus, eorúmque execrandis filiabus, ordine dicemus.

# De Superbia, Regina omnium vitiorum.

### Summæ.

5 *Superbia quid, quotuplex, & eius ἔτυμον.*

6 *Superbia ſola de ſe mortalis contemptum ſubiectionis Dei actu requirit.*

6 *Humilitas ad ſui eſſentiam, non requirit expreſſam in Deum ſubiectionem.*

7 *Superbiæ quatuor ſpecies, quæ potius ſunt eius effectus, & interdum hæreſes. num. 8.*

5 Superbia tametſi plurimùm in mores hominum irrepſerit, parum tamen nota eſt: multi namque putarūt, eam eſſe omne vitium: quum ſit ſupergreſſio legis, quę per omne vitium fit. Alij ignorarunt diſcrimen inter eā ex vna parte, & ambitionem, pręſumptionem, vanámq; gloriam ex altera: adeò vt Maior.[c] putârit, has eſſe ſpecies illius: quod ad ſe ſatur Aug.[d] cōmuniter recepto. Alij (in quibus videtur eſſe vterque Thom. communiter recept.[e] quos in Manuali Hiſpano ſequuti fuimus) ad eius eſſentiam, actualem cōtemptum ſubijciendi ſe Deo, & legi eius, requirūt: quod impræſentiarum non poſſum mihi perſuadere, cùm id (gratia Deo) pauci

[c] *in 2.diſt.42.q. 16.*

[d] *lib. de nat. & grat.*

[e] 2.2.q.162.art. 5.

Chriſtiani faciant, & ferè omnes ſuperbiamus. Verbum autem *Superbire*, deriuatur à verbo *Supereo*, interpoſito b, cauſa euphoniæ, vnde ſuperbia eſt quædam (vt ita dicam) ſuperitio, & actus quo quis ſuperit, ſeu ſupergreditur aliqua: & ita ſuperbia in genere ſignificat quicquid ſuperit, ſeu ſuperat, vel excellit alia, ſecũdùm glo. *Iſai. cap.* 60 vbi (*ſuperbia*) pro dono ſuperante, & excellente alia ſumitur. Vnde licèt verbum (*ſuperbus*) ſæpius pro elato, faſtuoſo, & inſolēte accipiatur, vt in illo Maronis:

*Stirpis Achilææ faſtus, iuuenémque ſuperbum.*

non rarò tamen pro nobili, excellente, vel ſublimi capitur, iuxta illud eiuſdem:

*Hinc populum latè Regem, bellóque ſupérbum.* Et illud:
*Cecidítque ſuperbum Ilion.*

Superbia porrò generaliter ſumpta, ſcinditur in bonam, & malam, vt adnotauit S. Thom.[a] Superbia verò mala, in habitum ſuperbiæ, & actum eius. Superbia habitus, eſt vitium mouens, ſiue inclinans ad appetitum inordinatum excellentiæ propriæ, quatenus eſt excellentia. [a] *vbi ſup. art.* 1.

Dixi, *Vitiũ*, pro genere: omnis nãq; ſuperbia habitus, eſt vitiũ, non cõtrà. Eſt enim ſpeciale diſtinctũ ab alijs S. Th. aſſertore.[b] Dixi (*Appetitũ*) includendo amorē, & deſiderium excellentiæ, vel gaudium, ſiue complacentiam de ea, ad deſignandum, eſſe vitium voluntatis, nõ rationis, vt prodidit idem S. Tho.[c] Dixi, *Inordinatum*, ad includendum omnem appetitum quo appetitur excellentia de re falſa, vel vera, ſed mala, aut bona in nullum finem, vel ſaltem malum, aut vanum, relata, maiórvé meritâ: & ad excludendum ordinatum, cuiuſmodi eſt ſolus ille quo appetitur excellentia de re vera, & bona, ínque finem bonum directa, non maior meritâ: illa enim non eſt actus ſuperbiæ, ſed modeſtiæ: cuiuſcemodi eſt appetitus excellentiæ meritæ, ſiue debitæ ſciētiæ, virtuti, viribus, & arti, quibus quis ſecundùm rectam rationem vult alteri præſtare, iuxta S. Th.[d] Dixi, *Excellētiæ propriæ*, illa nãque eſt obiectum actus eius, nec addidi, *ad ſuperandum alium*: id enim non eſt neceſſarium: ſufficítq; velle excellentiam propriã immeritã, vel meritã modo immerito, citra actualē relationē preferēdi ſe proximo,

[b] *vbi ſup. art.* 2.
[c] *ibidem, art.* 3.
[d] *vbi ſup. art* 6.

Dixi (*Quatenus eſt excellentia*) quia appetere, quod re vera eſt excellentia quædam, at non eo reſpectu, quo eſt eiuſmodi, ſed alio, non eſt ſuperbia: ſed aliud vitium. Circa quidem honores, ambitio: circa poteſtates, præſumptio: circa gloriam, vana gloria: & ita de cæteris. Hæc enim, & id genus alia, poſſunt conſiderari alio reſpectu, quàm excellentiæ, licèt in ſe ſint veræ excellentiæ. Et proinde ad eſſentiam ſuperbiæ, non requiritur actualis contemptus Dei, vel legis eius ſeu renutus ſe ſubijciendi eis, aut defectus proximi, magis quàm in alijs vitijs, quæ non inclinant immediatè ad illa.

6 Nec obſtat memorata S. Thom. doctrina, nam rectè ſaluari poteſt in ſuperbia, quæ de ſe eſt peccatum mortale: non autem generaliter in omni ſuperbia. Sic nec videtur verum illud Caiet. eum nimirum, qui propriam excellentiam inordinatè amat, citra actualem contemptum diuinæ ſubiectionis, non eſſe formaliter, & directè ſuperbum: eſt enim formaliter ſuperbus, non tamen ea ſuperbia, quæ de ſe ſit mortalis: ac proinde, non omnis ſuperbia directè auertit à Deo: ſed ſola ſupradicta, quam de ſe mortalem eſſe diximus, de qua intelligitur etiam gloſſ. *Pſal.* 118. allegata per S. Thom. qua parte aſſerit ſuperbiam ex ſe maius peccatum eſſe alijs omnibus.

Cæterùm, vt humilitatis actus eſt ſubijcere ſua bona naturalia minora bonis naturalibus maioribus: & ſua dona minora diuina, maioribus donis diuinis alterius: ſua denique bona omnia naturalia, diuinæ gratiæ alterius, nō ſe ſubijciendo expreſſè Deo: vel legi eius: imò, citra vllam eorum memoriam expreſſam, vt ſatis colligitur ex S. Thom.[a] (licèt paulò pòſt,[b] aliud videatur ſentire) ita ſuperbiæ actus eſt, præponere quem ſua naturalia bona minora, maioribus naturæ bonis alterius: & ſua minora dona diuina, maioribus diuinis alterius: ſua inſuper, etiam bona naturæ gratiæ diuinæ alterius: licèt id non faciat cum expreſſo contemptu Dei, vel legis eius. Et ſicut renuere excellentiam, quia recta ratio id dictat, citra vllam actualem recordationem Dei, eſt actus humilitatis: ita appetere excellentiam immeritã, nulla præuia actuali memoriâ Dei, eſt actus ſuperbiæ.

[a] 2.2.q.162. art. 1.
[b] in art. 2.

7 Species verò ſuperbiæ, ſunt quatuor, ſecundùm Gregor.[a] declaratum à S. Thom.[b] Prima, eſt putare habere à ſeipſo ſolo bona naturæ: cuiuſcemodi ſunt ingenium, intellectus, memoria, vires, pulchritudo, &c. Aut bona fortunæ: qualia ſunt diuitiæ, honor, potentia, &c. Aut bona ſpiritualia: qualia ſunt gratia, ſcientia, prophetia, facundia concionandi, legendi, orandi, &c. quorum nulla habet quiſquam à ſe ipſo, ſed omnia ei ſunt data à Deo. Secūda, agnoſcere quidem illa à Deo ſibi data, non tamen gratis: ſed ex iuſtitia, putà ieiuniorum, precum, eleemoſynarum, & id genus aliorū. Tertia, arrogare ſibi bona, quæ non habet, cuiuſcunque ordinis illa ſint. Quarta, contemnere alios inordinatè, aut velle, vt ſibi ſubmittantur, quàmuis ei antecellant. Huiuſmodi tamen falſa iudicia; non ſunt immediatæ ſpecies ſuperbiæ: ſed illius effectus: quia hæc conſiſtunt in intellectu, & ratione: illa verò in voluntate, quæ illis infecta, iudicium deprauat, efficítque, vt falſum iudicet verum. Deprauat (inquam) quòd ipſius excellentia maior eſſet, ſi ita ſeſe res haberet: maius enim eſt ex ſe habere, quàm ab alio, ſuis meritis, quàm dono, magna, quàm parua, vel maiora, quàm alij: vt graphicè declarauit S. Tho.[c]

[a] *lib.23. Moral.*
[b] *vbi ſup. art.6.*
[c] *vbi ſup. art.4.*

8 Circa quæ, peccat mortaliter primò, appetens propriam excellentiam cum actuali cōtemptu diuinæ ſubiectionis, vel legis eius: aut cum voluntate ſe Deo præponendi.[d]

[d] *per dicta n.6.*

II. Adeo amans propriam excellentiam, vt iudicet eſſe vera quatuor prædicta, quæ ſunt falſa, vel aliquod illorum deliberatè, aduertenter, & in ſpecie: quia quadamtenus (licèt non actualiter) videtur contemnere ſubiectionem Dei, & legis eius. Dixi (*Deliberatè, & aduertenter*) ſecus enim, ſi id primo motu paſſionis, vel per inanimaduertentiam ita iudicaret, ſecundùm S. Tho.[e] Dixi (*In ſpecie*) quia credere id in genere deliberatè, & aduertenter, non eſt actus ſuperbiæ, ſed infidelitatis, ſecundùm eundem S. Thom.[f]

[e] *vbi ſup.*
[f] *in d. art.4.*

III. Peccat, appetens inordinatè excellentiam, vel de illa inordinatè gaudens, etiam ſine actuali quidem contemptu ſubiectionis Dei, legíſque diuinæ, ſed cum notabili irreuerantia eius, vel damno proximi,

ex eo reſultante : id enim mortale eſt, per ſupra ſæpius dicta.

## De vana gloria.

Summæ.

9 *Bona honoraria, quot, & quæ, & appetere illa, de ſe non malum.*

9 *Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, quid.*

10 *Gloria vana quid, quod, & quæ filiæ eius & 11. & 12.*

11 *Filiæ aliquorum vitiorum cur quædam vitia dicantur.*

11 *Præſumptio quid, & quæ mortalis. & 14.*

11 *Ambitio quid, & quæ mortalis. & 15.*

11 *Pertinacia quid, & quæ mortalis, & 32.*

11 *Diſcordia quid, & quæ mortalis. & 33.*

11 *Contentio quid, & quæ mortalis. & 34.*

13 *Laude falſa, vel alias inordinata gaudere, non ſemper malum.*

13 *Finis aptus ſpiritualium, nil temporale eſt. & 15.*

14 *Iuriſdictionem alienam vſurpare, mortale.*

14 *Gratiam, vel gloriam æternam, ſuo arbitrio poſſe quæris præſumptio.*

15 *Beneficia incompatibilia, vel plura, quorum vnum ſufficit non licent.*

15 *Beneficium appetendo, quomodo quis peccat.*

16 *Iactantia filia prima vanæ gloriæ, quid, & quæ mortalis, & 17.*

17 *Inuentio nouitatum ſecunda filia vanæ gloriæ, quid, & quando mortalis. & 18.*

18 *Prodigalitas de ſe non eſt mortalis.*

18 *Veſtitus qui licitus, qui venialis, & qui mortalis. & 19.*

20 *Ornatus, fucus, & auctio pulchritudinis, quæ mortalia.*

21 *Confeſſarius dubius, an confeſſa ſint mortalia, quid faciet.*

22 *Ornans ſe, vt in coniugem appetatur, & veſtiens veſte incongrua ſexui, quis peccat.*

23 *Veſtiens ſe habitu religioſo, quis mortaliter peccat. & 24.*

24 *Curioſitas, quid, & ſemper eſt peccatum. & 5. ſeq.*

30 *Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris. & n. 31.*

9 Bona honoraria [a] ſunt quinque, Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia. Laus eſt ſermo elucidans magnitudinem alicuius virtutis.[b] Honor, eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium alicuius excellentiæ abſolutè.[c] Fama, eſt atteſtatio popularis de re aliqua.[d] Gloria eſt clara cum laude notitia: Reuerentia eſt animi reputatio qua bonitas alterius magnifit. Hæc porrò quinque conueniunt, primò, quòd frequenter alia pro alijs accipiantur.[e] Secũdò, quòd nullum eorum eſt virtus intellectualis, vel moralis. Tertiò quòd ſunt maiora bonis pecuniarijs. Quartò, quòd appetitus, vel contemptus eorum, ſuapte naturâ, neque eſt bonus, neque vitioſus, ſed indifferens: bonus quidem, quum eſt ordinatus: malus, quum eſt inordinatus. Quintò, quòd appetitus eorum, etiam inordinatus, regulariter eſt venialis: quinque verò caſibus mortalis, ſecundùm communẽ, quos [f] reduxi ad tres, putà, cùm habetur de malo mortifero, vel de alio, in quo finis vltimus conſtituitur, ſaltem quò violetur lex ad mortale obligãs: vel in finem aliquem mortalem referendo. Et quòd contemptus eorum inordinatus, regulariter eſt venialis: mortalis autem dum cõtemnitur laus à gratia Dei gratum faciente manans: vel in eo finis vltimus conſtituitur (vt nonnulli Philoſophi fecerũt) ſeu in finem mortaliter malum refertur.

10 Atqui, appetitus, & contemptus memoratorum quinque ordinatus, eſt, quo appetitur aliquod eorum de re vera, & de ſe bona, vel indifferenti, in finem bonum directa, non nimirum, nec maius, quàm eius bonitati debetur, nec tanquam teſtimonium certum, & diuinum, at velut humanum incertum: Et viceuerſâ, appetitus eorum inordinatus, eſt, quo appetitur aliquod eorum de re falſa, mala, vel indifferenti, in vanum, malum, aut nullum finem relata: vel de bona, maius quàm eius bonitati debeatur, vel tanquam teſtimonium veritatis certum, vt diuinum, & pluſquam humanum.[g]

Vana autem gloria pro habitu malo, eſt vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloriæ, ſecundùm mentem S. Tho.[h] Dixi (*Appetitum*) ea ratione, qua in definitione ſuperbiæ.[i]

[a] *vt fuſè pertractaui in ca. inter verba, 11. qu. 3. concl. 6. & nuper in c. cùm miniſter, 23. qu. 5. n. 47.*
[b] *ibidem n. 47.*
[c] *n. 48. ibid.*
[d] *n. 49.*
[e] *n. 50. & 51.*
[f] *ibi. n. 56.*
[g] *vt ibidem nu. 338. diximus ex mente S. Tho. 2. 2. quæſt. 141. art. 1. & de malo q. 6. & Abulen. ſuper Matt. c. 6. q. 3. adiunctis eis, quæ idem S. Tho. dixit 1. 2. q. 18. art. 2. 4. & 9.*
[h] *2. 2. qu. 142. art. 4.*
[i] *ſup. n. 5.*

Dixi (*Inordinatum*) quia ordinatus ad virtutem pertinet. Dixi (*Gloriæ*) ad differentiam ſuperbiæ, ambitionis, præſumptionis, aliorumque vitiorum, quę licèt inclinent ad appetitum inordinatum aliquorum, quę pariunt gloriam: non tamen immediatè inclinant ad eius appetitum, nec ad alia, reſpectu quo pariunt gloriam, ſed alia ratione, vt ſupra dixi de ſuperbia, & mox dicam de ambitione & preſumptione. Vana gloria verò pro actu, eſt appetitus inordinatus gloriæ, quo generatur, & augetur vana gloria habitus, ex quo viciſſim generantur actus ſimiles illis, ex quibus illa nata eſt.

11. Ad hæc, vana gloria eſt vitium capitale, parensque aliorum vitiorum, quæ eius filiæ nuncupantur, illa namque vitia dicuntur eſſe filiæ alterius, quæ ſe ad finem illius principalem dirigunt, ſeptémque alia vitia ſunt quæ ex ſe tendũt in manifeſtationem gloriæ, quæ eſt finis illius: iactantia nempe, inclinans ad declarandam inordinatè verbo propriam excellentiam. Inuentio nouitatum, inclinans ad oſtendendam inordinatè eandem, veris factis, laude vera, vel vana dignis. Hypocriſis, ad idem, falſis factis, inclinans. Pertinacia, ad inordinatè oſtentandum iudicium inclinans. Diſcordia, inclinans ad inordinatè oſtendendum noſtram voluntatem, voluntati alterius præſtare. Contentio, inclinans ad inordinatè altercandum. Inobedientia, inclinans ad inordinatè detrectandum iuſſa, ſaltem quatenus iubentur.

Præſumptio autem & ambitio à vana gloria differũt: nec ſunt eius filiæ, ſed ſociæ magnanimitati contrariæ, ſecundùm S Thom. [a] Præſumptio enim, eſt vitium inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires, vel merita excedunt. Ambitio verò, vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum.

[a] *vbi ſup.*

12 Quæ conſequitur, peccare mortaliter primò, eum qui gloriam, laudẽ, aut famam appetit de re quapiam, quæ eſt peccatum mortale: puta duello, occiſione, mutilatione, vel percuſſione iniuſtis, in finem mortaliter malum directis: aut conſtituit vltimum finem in aliqua gloria famæ, vel laude, aut quò eam conſequatur, eiúſve iacturam non faciat, ſtatuit violare legem ad peccatum mortale obligantem: vt faciunt mulier, quæ ne infametur,

famet<sub></sub>

ſametur, ſtupro conſentit: & iudex, qui ne officio priuetur, vel vt aliud conſequatur, iniuſtè iudicat: concionator etiam, qui ne pulpitum amittat, ſupprimit vera, de præcepto dicenda, ſecundum omnes. [a] Appetere autem gloriam inordinatè de alijs, quæ non ſunt peccata, aut non niſi venialia, nec directa in finem mortalem, vel nō eſt peccatum, vel ſolùm veniale.

13 II. Peccat, ſe aliúmve laudans de re mortaliter mala, vel falſa, aut vera, & non mortaliter mala: cauſam tamen præbens veriſimilem damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, aſſerendo ſe, vel alium, probum ſacerdotem, bonum confeſſarium, ſyncerum iudicem, peritum medicum, doctum præceptorem, cùm ſecus ſeſe res haberet: cum obligatione reſtituendi damni, ſi quod intulit.[b] Dixi (*Damni notabilis*) ſecus enim, tantum venialiter peccaret.

III. Peccat, qui falsè laudatus, ſciens, & aduertens inde damnum non leue ſequuturum, non contradicit, ſaltem quantum oportet, quò illi obuietur: quàmuis regulariter neque approbatio explicita, neque tacita falſæ laudis, erit pluſquam venialis, ſi fuerit de re bona, aut ſaltem non niſi venialiter mala. Imò non eſt peccatum, ſed virtus, audire citra contradictionem, falſam laudem, modo ea non delectetur eo reſpectu, quo eſt falſa. vel laus, mendacium, ſeu adulatio: alioquin eſſet ſaltem veniale.[c] Vnde, qui de aliqua virtute, ſtatui ſuo neceſſaria, falsè laudatur, vt cùm vxor occultè adultera de fidelitate laudatur, eam neque approbare, neque neſpuere debet, imò, neque peccat falsè laudatus, quod gaudeat laudari non ob falſam laudem: ſed quia opinione aliorum de virtute ſuo ſtatui neceſſaria, euitatur ſcandalum.[d]

IIII. Peccat, qui res primariè inſtitutas ob honorem Dei, cultúmque eius, & ſalutem animarum, principalius, vel æquè principaliter ob vanā gloriam facit quod genus eſt concionari, miſſam celebrare, precari, & id genus alia, ſecundùm Abulenſ.[e] & Angel.[f] quod poſt alios,[g] efficaciter confutauimus, aſſerentes ſolum eſſe veniale. Nullum autem peccatum, imo, meritum eſt facere illa principaliter ob Deum, vel quia ſunt honeſta, & ſancta: ſecundariò autem, ob glo-

[a] *vt vbi ſub. nu 34. & ſeq. fusè. dixi.*

[b] *arg. cap. fin. de iniur, & l. qui occidit ff. ad l. Aquil.*

[c] *c. primum, 22. q. 2. & ca. ſuper eo, de vſur.*

[d] *vt vbi ſup. nu. 137. diximus.*

[e] *ſuper Matt. c 6. q. 3.*

[f] *verb. vana gloria.*

[g] *vbi ſub. relatos, & in d. c. cū miniſter, n. 30.*

riam, vel laudem humanam, in fine aptum relatam.[a]

14 V. Qui præſumit cum graui irreuerentia Dei, aut non leui damno proximi ſpirituali, vel corporali, honorario, vel pecuniario, exercere officium, cuius ignarus eſt, veluti concionari, conſulere, mederi,[b] quamuis illud exercere c tra irreuerentiam, & damnum notabile proximi, non ſit niſi veniale.

V I. Peccat, aliena iuriſdictione vel ſua vtens extra ſuum territorium, S. Thom.[c] aſſertore, vel abſoluens à peccatis, à quibus non poteſt: aut diſpenſans vel commutans vota ſine authoritate in id ſufficiēte, ſecundùm S. Anton.[d]

V I I. Confidens ſe gloriam æternam ſine meritis, aut meritis ſui liberi arbitrij, citra gratiam diuinam, conſequuturum,[e] quàmuis ſperare ſe (etiam de condigno) gloriam æternam ope diuinæ gratiæ adepturum, ſit meritum, & actus ſpei virtutis Theologicæ.[f]

V I I I. Peccat, confidens gratiâ Dei ſe priuatum aut punitum non iri, quantuſcunque peccator ſit, aſſerens paradiſum hominum causâ non beſtiarum creatum.[g]

IX. Peccat, non abſtinens ab occaſione rei qua ſemel peccauit mortaliter.[h] Quod verum eſt, ſi ob ſuam inconſtantiam, vel fragilitatem, probabiliter putat ſe ſucciturum: alioquin non niſi vt plurimùm venialiter, ſi qua de cauſa ad id redeat.[i]

15 X. Peccat, ambiens honorem de re, quæ eſt peccatum mortale, vel ad committendum mortale, in eòve vltimum finem ponens, aut ita appetens, vt malit mortale aliquod committere, quàm illius iacturam facere, eúmve non adipiſci. Quod frequens eſt in ambientibus (præſertim per concurſum, & oppoſitionem) cathedras, beneficia, officia, collegia, collationes, præſentationes, nominationes ad illa, ſecundùm omnes: quàmuis aliàs regulariter, appetitus inordinatus honoris, non excedat metas culpæ venialis.[k]

X I. Peccat, appetens, vel accipiens plura beneficia incompatibilia, citra iuſtam diſpenſationem,[l] aut plura

[a] per ibi dicta, poſt. S. Tho. 2. 2. q. 152.

[b] vt poſt S. Tho. 2. 2 q. 117 in d. c. inter verba, n. 100. cum ſeq. latiùs tractauimus.

[c] 2. 2. q. 60. art. 6.

[d] 2. part tit. 3. c. 6. §. 4.

[e] c. placuit, cum 2. ſeq. de conſec. diſt. 4.

[f] ſecundũ S. Th. recept. 22. q. 17. art. 1.

[g] iuxta Richar. in 3 diſt. 31.

[h] ſecundum S. Anton. vbi ſup.

[i] vt diximus vbi ſup. nu. 433. cum ſeq & latius ſup. c. 3. à n. 5.

[k] vt latius dixi vbi ſup. n 340.

[l] ea de multa, de prebend.

compatibilia, quàm quæ ad ſuam honeſtam ſuſtentationem ſufficiant, iuxta gloſſ. quandam [a] ſing. quæ in ius redacta videtur per Concil. Trident. [b] quo videtur ſublata moderatio Cardinalis, [c] quatenus ait, illam gloſſ. procedere ſolùm in capiente plura beneficia (quorum vnum ei ſufficit) ad viuendum faſtuoſiùs, vel theſaurizandum, non in optante illa, quò eroget largiores eleemoſynas, aliáve id genus opera pia vberius faciat, quem alibi [d] ſequuti fueramus. At poſtea [e] nouè concluſimus prædictæ opinioni Card. locum nõ eſſe, vt quis plura beneficia (quorum vnum ſufficit) poſſit obtinere citra diſpenſationem: ſecus tamen vt poſſit diſpenſari iuſtè cum eo, qui non vt faſtuoſius viuat, optat illa: ſed ſolùm vt exerceat plura opera pia, in quæ ſola impendit reditus eorum, ſolo reditu beneficij ſufficientis, viuendo.

*a recept. in c. dudum 2. de elect.*
b *ſeſſ. 24. c. 17. de reform.*
c *in clem. gratia de reſcript.*
d *in repet. cà. ad hæc, de præb.*
e *in Enchir. de orat. c. 22. Miſcell. 15. n. 61. & 76.*

XII. Peccat, accipiens beneficium eccleſiaſticum ſpirituale præſertim ob honorem, vel vtilitatem temporariam. [f] Quod limito procedere in eo, qui illo eſt indignus ob ignorantiam, aliùmve defectum: nam ſupra [g] diximus non eſſe mortale, facere ordinata ad cultum diuinum, principaliter ob bona temporalia.

f *ſecundùm S. Anton. 2. part. tit. 3. c. 5. §. 4.*
g *eod. c. n. 13.*

XIII. Peccat, procurans officium, neſciens exercere illud. [h] Cui locus non eſt in procurante illud fide bona, animóque in concilium peritos aſciſcendi cùm fuerit ei neceſſe, credítque ſibi fore opportunitatem eos aſciſcendi, [i] quod frequens eſt in omnibus oppidis, & pagis, quibus iudices iuris ignari præficiuntur.

h *iuxta S. Ant. vbi ſup. § 5. probat l. idem iuris. §. 1. ff. ad l. Aquil. & cap. non eſt putãda. 1. q. 1.*
i *arg. l. clari iuris, C. de iudic. & cã ſtatutũ. §. aſſeſſorem, iuncto princ. de reſcript. lib. 6.*

16 XIIII. Peccat, per iactantiam (quæ filia primogenita vanæ gloriæ eſt) ſe, ſuóſve laudans, cum irreuerentia non leui Dei, aut cum iniuria, vel ſcandalo proximi notabili, inſtar Phariſæi aſſerentis, *non ſum ſicut cæteri homines, nec ſicut iſte Publicanus*: [k] vel cum non leui damno proximi, puta, aſſerendo falſo ſe, aliquémve ſuorum eſſe excellentem aduocatum, magnæ ſanctitatis, & cæt. ſecus enim, ſolùm eſt veniale. [l]

k *Luc. 8.*
l *iuxta S. Tho. recept. vbi ſup.*

17 XV. Peccat, per inuentionem nouitatum, filiam ſecundam Vanæ gloriæ, adinueniens nouas epulas, nouas veſtes, noua exercitia, & ludos: aliâve id genus de

*Alex. Alenſ. 2. part. tit. de iactantia.*

ſe mortalia: ſeu in finem mortalem directa: aut in iacturam notabilis cultus Dei: vel boni alieni publici, aut priuati directa, iuxta mentem omnium. Quod ipſum producendum ad vtentem veſtitu, aut ornatu, animo pelliciendi quempiam in ſui concupiſcentiam lethalem, licèt illa effectum non ſortiatur,[a] cùm finis ſit mortalis: vt minimùm autem tam malus eſt actus, quàm eius finis. [b] Idemque cenſendum de illo, qui ea ſe mente quouis ornatu ornat, vt ab eo non abſtineret etiamſi vetaretur lege ad mortale obligante, ob vanam, quã de eo capit oblectationem. Tum, quia charitati Deo debitæ aduerſatur, & proinde peccat mortaliter, S. Th. authore. [c] Tum, quia omne peccatum eiuſmodi complacentiâ fit mortale: & quidem de tali complacentia, non de qualibet alia, intelligendum eſt illud B. Auguſt. [d] (*Nullum peccatum eſt adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet.*) Idem quoque cenſendum de eo, qui ob ornatum omittit implere præceptum, vti miſſam audire die feſto.[e]

*[a] iuxta S. Tho. 2.2.qu.199. art 2.*
*[b] ca. cum miniſter, 23.qu.1 & quæ ibi fusè dixi, poſt eunde S. Tho. recept. 1 2 q.10 ar.4 & 6.*
*[c] 2.2 q.24. art. 10. & 11.*
*[d] relatum in ca. vnum, §. criminis. 25. diſt.*
*[e] c. miſſas, de cõſecr. diſt. 1.*

18 Nemo tamen peccat ornando ſe, etiam ſplendidè, pro ſui ſtatus decentia, & more regionis, modò id fine bono faciat, imò meretur, licèt alius, vel alia, in eius concupiſcentiam contingenter pelliceretur, [f] ſolùmque venialiter peccat, qui etiam ſi ſit religioſus, vel religioſa, ſe moderatè ornat, ob ſolam vanam leuitatem, oſtentando ſuam pulchritudinem, elegantémque corporis conſtitutionem, & compoſitionem. citra alium finem, vel circunſtãtiam mortalem. Imò etiam ſi notabiliter modum excedendo, id faceret, [g] licèt enim id virtuti aduerſetur, nec tamen magis repugnat charitati Dei, proximi, vel propriæ, quàm prodigalitas, quæ de ſe non eſt mortalis, vt infra dicetur, licèt ſit contra virtutem liberalitatis.

*[f] arg. c. quiſquis, 41 diſt. cap. quæ contra mores, 8. diſt.*
*[g] vt ſubtiliter tradidit Caiet. 2.2.q.169. ar.1.*

19 Nec mortaliter peccat, ſed venialiter, qui contra morem ſe ornat, modò id non vetetur lege ad mortale obligante, aut conſuetudine illi æquipollente. Nec etiam qui ſe ornat ſplendidiùs, quàm ſtatus ſuus requirit, niſi id non ſoluendi debita, vel non præbendi alimenta, cui præbere obligatur, cauſa foret, etiam ſi ob id alius ad mortale peccatum inducatur: eiuſmodi ſiquidẽ actus ſuapte naturâ, vt plurimũ ad ſolũ veniale mouet:

& proinde qui ob id mortaliter peccat, ſua prauitate ductus peccat, ex mente Caiet.[a] quē ſequimur. Quàmuis in hoc, & nōnullis aliis, de quibus mox dicetur. Silueſt.[b] & nonnulli alij, contradicant: quia nimirum non ſatis (vt aſſeruit Caietan.) naturam peccati mortalis perpenderunt Fœminę, denique, pectora ſua nuda, quò pulchriores videantur, citra vllam aliam intentionem prauam, oſtentantes, mortaliter non peccant, ſecundùm eundem: quum id nullo iure naturali diuino, aut humano (ſaltem ad mortale obligante) vetetur, non enim aliud eſt, quàm pulchritudinem oſtendere, quæ, quàmuis ſumma foret, non tamen adeo incendit, vt cui ineſt, dicatur peccare, quòd alius ob id mortaliter peccet: vt ille[c] neruosè probat, & deduci poteſt ex his, quæ de occaſione vitanda dicta ſunt.[d] Quanquam hęc conſuetudo meritò à locis, in quibus inoleuit, paulatim extirpanda foret. Veſtire ſe tamen adeo tenui veſte, vt pudenda traluceant, mortale eſt tam viro, quàm fœminæ: eiuſmodi namque nuditas, per ſe ad luxuriam mortalem prouocat: quod non facit pectorum nuditas, quæ de ſe ſolam pulchritudinis oſtenſionem reſpicit.

20 Non eſt tamen de ſe mortale, augere, ac fingere pulchritudinem maiorem, quàm inſit, purpuriſſâ, ceruſſâ, ſtibio, alióve id genus fuco, licèt ſit quædam ſpecies mendacij operis, niſi ob luxuriam, aliúmve finem mortalem fiat, ſecundùm S. Thom.[e] quàmuis ſit graue veniale,[f] niſi fiat ad deformitatem aliquam obtegendam, iuxta eundem S. Thom. Nullum inſuper peccatum eſt crinibus, ſiue capillis alienis vti, ad commodum ornatum: ſicut nec lana aliena, aut lino terræ, ad ſe cōmodè veſtiendum: de ſimilibus namque idem iſt iudicium.[g] Quàmuis peccatum foret, malè vti eis, fingendo eſſe proprios: quippe quod mendacium operis eſſet.[h]

21 Atqui, vt confeſſarius abſoluere debet, quem videt, non niſi venialiter in hoc peccare: ſic etiam abſolutionē negare non debet ei, ex quo intelligere nequit, an venialiter, an mortaliter peccet: quãuis perſuadere illi non poſſit, vt ab eo ſuperſedeat: quia ſe mortaliter peccare non credit: nec perſuadeat ei eſſe mortale, quod fortè tale non eſt, ne poſtea id faciēs, quàmuis mortale

a *in d. q. 169. art.2.*
b *verb. ornatus.*
c *ibidem.*
d *cap.3.*
e *2.2.qu 169. art.2.ad 3.*
f *vt diximus in c.facare, de conſec.diſt. 5.*
g *c.dudum 2. de elect. & l. illud. ff ad l. Aquil.*
h *iuxta dicta in c.18.ſup.n.5.*

non ſit, peccet mortaliter.[a] Noſtro tamen iudicio, prudentiùs ageret reſoluendo ſe priùs per ſe, vel alios, an ſit mortale necne quo facto, impartiretur, aut pernegaret abſolutionem, per ea quibus alibi[b] diximus peccare iudicem, iudicantem antequam dubitationem animi exuat, aut certè ei perſuadeat, antequam eum abſoluat vt ab eo proponat abſtinere, ſi à viris doctis, & timoratis mortale iudicetur: ſecus enim (ni foret apprimè doctus) non haberet ſufficientem contritionem, vel attritionem.

[a] *iuxta S. Anton. 1. part tit. 4. c. 3. Roſel. verbo. ornatus, §. 7. Silu. eod. verb. q. 9.*
[b] *in c. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. n. 130.*

22 XVI. Peccat monialis, vel alia quæuis inhabilis ad contrahendum, aliquibus id ſcientibus, ſe conſpiciendam offerens, quò ab illis in vxorem citra iuſtam diſpenſationem expetatur: quia peccato mortali alieno conſentit. At quæ nubilis eſt ac nuptiis idonea, licèt nubere nolit, imò verò caſtitatem, aut religionis ingreſſum ſecretò vouerit, licitè ſui conſpectum facere poteſt, ſéque ornare, & velle, vt ab aliquibus in vxorẽ expetatur quo aliis in rebus ſe, vel ſuos fauore proſequantur, alióve bono fine. Quum enim id nullo iure diuino vel humano prohibeatur, damnandum non erit[c]. Nullatenus etiam peccat fœmina virili, aut vir, fœminea veſte iuſta de cauſa (velut ne ab inimicis agnoſcatur, aut quia alia veſte caret. vel ob honeſtam ſui, alteriúſve oblectationem) ſeſe veſtiens, ſecundùm S. Thom.[d] neque pluſquam venialiter, ſi leuitate quadam id faciat, citra alium finem, aut circunſtantiam mortale, Caiet. aſſertore.[e]

[c] *c. conſuluiſti, 2. q. 4.*
[d] *2. 2. qu. 169. art. 2. ad 3.*
[e] *ibidem.*

23 XVII. Peccat, veſtiens ſe habitu religionis, in opprobrium illius, vel vt eo ad turpia perſonatus, ſiue laruatus, vel citra laruam, vtatur,[f] ſecus tamen, ſi ad ſolam leuitatem, aut oblectationem, nullo malo fine, id faciat: modò nullum inde opprobrium notabile religioni, vel alicui proximo eueniat.

[f] *arg. c. cùm decorem de vit. & hon. cler. & Auch. de ſanctis. epiſc. §. fin. coll. 9.*

24 Curioſitas porrò, quæ ſatis cognata videtur huic ſecundæ filiæ Vanæ gloriæ, eſt vitium mouens ad nimis, vel immoderatè ſciendum, ex mente S. Thom.[g] & S. Ant.[h] adeóque ſemper eſt peccatum, ſaltem veniale,[i] ſiue quis ita ſcire aueat, aliquo quinque ſenſuum exteriorum, ſiue interiorum, ſiue intellectu: eſt enim contraria virtuti ſtudioſitati,[k] & rationi repugnat.

[g] *2. 2. qu. 167.*
[h] *2, part. tit. 7. c. 7. §. 2.*
[i] *c. nonne, 37. diſt.*
[k] *de qua S. Tho. 2. 2. qu. 166.*

Mortale verò, quum aliqua circunſtantia mortalis ei adiungitur [a] Veluti, dum quis quippiam ſcire cupit tranſgrediendo legem ad mortale obligantem, aut ob finem mortaliter malum, ſe vel alium veriſimili diſcrimini perdendæ ſalutis animæ, vel corporis: aut proximum notabili damno honoris, vel fortunarum obijciẽdo.[b] Exempla in dies obuia eſſe poſſunt de virgine, volente curioſè nôſſe, quanta ſit copulæ carnalis delectatio, quàmuis eã experiri nolit: nam, ſi eã experiri vellet, aliud peccatũ Luxuriæ præter curioſitatem, cõmitteret.

25 De illo inſuper, qui alienum peccatum (clam auſcultando confeſſionem ſacramentalem alteri factam) ſcire concupiſcit.[d]

26 De illo denique, qui vt aliquid diſcat, miſſam præceptam omittit: aut maleficium aliquod conficit, diabolo ſe deuouet eiuſve ſe diſciplinæ (vt quippiam diſcat) ſubmittit [e] De illo, preterea, qui cognitionem rerum officio ſuo neceſſariarum, negligit, quo non neceſſarias cognoſcat: vt Parochus, qui ob ſtudium poëſis, vel officij mechanici, ignorat res audiendis confeſſionibus, vel alijs agendis, officio ſuo neceſſarias. [f] De illo quoque, qui vitia alterius inquirit animo eum notabiliter infamãdi, id enim ſyncero animo facere, quó præclara imitemur, aut praua ex charitatis præſcripto corrigamus, citra aliã circunſtantiam prauam, virtutis actus eſt,[g] quũ non ſit appetitus inordinatus, ſed ordinatus.

27 Exemplum etiam eſt, de illo, qui optat ſcire ſecreta ab eo, qui citra peccatum mortale non violando mortaliter legem naturalem, vel iuramentum, aut promiſſionem de ſecreto ſeruando non poteſt illa reuelare. [h]

28 Ad hæc, de viro volente videre fœminam nudam, vel eius partes pudendas, & viceuerſa: credendo aut credere debendo eiuſmodi aſpectu tali loco & tempore habito, præbiturum conſenſum actui, aut delectationi mortali pollutionemve ſequuturam.

29 De illo item, qui vt experiatur quàm conſtans ipſe, vel puella quæpiam in caſtitate ſit, loquitur ſolus cum ſola, tempore & loco ſecreto, credens, aut credere debens, ſe cauſam fore, vt alteruter eorum, alicui mortali, ſaltem delectationis moroſę, conſentiat.

30 De illo demũ qui legit libros amorũ, geſtorumque

[a] *ſecundum eundem d.qu.167. art.1. & Caiet. in ſum. verbo curioſitas.*

[b] *per ſupradicta & dicenda c.ſeq. de quinque ſenſibus.*

[c] *iuxta Caiet 2. 2.qu.67. art. 2.*

[d] *arg. c. omnes, de pæn. & remiſſ.*

[e] *per multa quæ diximus in c. vocauit, de iudic. not. 1. n.12. & ſeq.*

[f] *c. ſacerdotes, 37. diſt. vt diximus in Enchir. de orat. c. 13 n. 175. & in c. nouit, not 2. n. 14. & n.15.*

[g] *iuxta S. Th. 2. 2 q 167. art. 2. ad 4.*

[h] *per dicta ſup. c. 11. n. 22. & c. 18. n. 62.*

laſciuorum, ac luxurioſorum, credens, aut credere debens, ſe vel alium conſenſurum, ſaltem alicui delectationi moroſæ.[a]

[a] iuxta mentem S Iſidori, c. ideo, 37. diſt. & S. Anton. 2. part. tit. 3. c. 7. §. 2.

31 Et certè è Repub. Chriſtiana foret amatorios libros Ouidij (qui ab Auguſto Cæſare ob amatorium carmen in exilium pulſus fuit) Martialis, Iuuenalis, Catulli, Tibulli, Propertij, Plauti, Terentij, alioſque eius generis, pueris non prælegi,, niſi purgatos à locis libidinis incentiuis. Et conſequenter etiam Cęleſtinũ, librũ vulgò adeò plauſibilem, niſi magna ex parte purgatũ: quin & reuocari in ſcholas Grammaticas hymnos & orationes, quas collectas vocant, Homilias, & authores Chriſtianos egregiè Latinos. qui ferè ſoli olim in eis prælegebantur:[b] quo pueri ſimul cum litteris pietatem imbiberent.

[b] vt fusè diximus in Enchir. de orat. c. 19. n. 17. & ſeq.

32 XVIII. Peccat, qui per hypocriſim, tertiam filiam vanę glorię, modo dicto ſupra,[c] vel pertinaciam quartam filiam, inordinatè ſuam opinionem defendit, in ijs, quę ad fidem Catholicam, & mores pertinent contra communem Doctorum eccleſię conſenſionem, aut in damnum iniuſtum proximi notabile: aliàs enim pertinacia eſt venialis, cum pręſertim ſe continet intra metas intellectus, credendo, & operando, ſecundùm communem Eccleſię doctrianm.[d]

[c] c. 18. n. 8.

[d] iuxta Caiet. in ſum. verb. pertinacia.

33 XIX. Peccat, per diſcordiam inordinatam, quintam filiam Vanę gloriæ, voluntati alterius nolens ſuam conformare, circa doctrinam boni diuini, aut humani neceſſarij ad ſalutem propriam, vel alienam, animæ, corporis, honoris, vel alterius boni proximi. Nam ſolum veniale eſt ita diſſentire & diſcrepare in alijs, etiam ſub pœna venialis tantum præcepti, imò nec veniale, in eis, quibus etiam ſub pœna venialis, aſſentiri vel cõſentire non tenetur: veluti, non aſſentiri vel conſentire roganti, vt ambo religionem ingrediantur, aut ieiunent.[f]

[e] ſecundum mentem S. Tho 2. 2. q. 37. art. 1. & Caiet in ſum verbo diſcordia.

[f] ſecundum eoſdem, vbi ſup.

34 XX. Qui per contentionem, ſextam filiam Vanæ gloriæ, contra perſpicuam veritatem altercatur, circa pertinentia ad ſanctam fidem Catholicam, vel ad ſalutem animæ, aut corporis neceſſaria: ſecus enim, non peccat niſi venialiter.[g]

[g] iuxta Caiet in ſum. verb. contentio.

# De inobedientia, ſeptima filia Vanæ gloriæ.

Summæ.

35 *Obedientia, & inobedientia ſpecialis, & generalis quid.*
36 *Inobedientia quæ mortalis, & 37.*
37 *Obedien tium in quo non eſt ſuperiori & 4. ſeq.*
42 *Contemptus legis verus quid, & quis præſumptus.*
42 *Legis obligantis ad mortale etiam receptæ tranſgreßionem quæ excuſant. & 2. ſeq.*
45 *Ignorantia quotuplex, & quid vnaquæque illarum. & 46.*
47 *Ignorantia interdum excuſat à pœna legis, & ab ea.*
48 *Officium, vel artem ſine peritia, & ſcientia exercens, quis peccat.*
49 *Lex concepta verbo conſtitutiuo, & non præceptiuo, quid faciat.*
50 *Legis nullum vnicum verbum orignariè ſignificat mortale.*
51 *Leges multæ naturales ad ſolum veniale obligant.*
52 *Lex eccleſiaſtica verbis præceptiuis, maximè iſtis vtens ad mortale obligat, ſecus de ſeculari, quæ tamen non tollit pœnam per aliam ſtatutam & ſeq.*
56 *Lex purè pœnalis, & mixta, vt differunt.*
57 *Pœna magna vt poteſt eſſe iuſta ſine culpa. & 58.*
59 *Lex in parte recepta, ad eam ligat. &c. & 2 ſeq.*
62 *Vidua fornicata peccat, fruendo re à marito relicta, vt caſtè viuat.*
63 *Pœnâ excluſionis à collegio ipſo iure incurſa, non tenetur quis in conſcientia.*
64 *Commiſſum capitur, iuſtè in conſcientia.*
65 *Laudemium ſoluere non tenetur donans, ſed vendens.*
66 *Pœna etiam ipſo iure impoſita, non debetur in conſcientiæ foro, niſi & cæt. & duob. ſeq.*
69 *Conſuetudo optima legis interpres.*

35 Obedientia (vt eſt ſpecialis virtus) eſt virtus inclinãs facere quod iubetur principaliter, quia iubetur. Et contra inobedientia (vt eſt ſpeciale vitium) eſt vitiũ inclinãs nõ facere ꝙ iubetur, principaliter quia iubetur [a] adeo quidẽ, vt duobus cõfletur inobediẽtia ſpecialis,

[a] *vt ſingulariter prodidit D. Tho. recep. 2. 2. qu. 104. art. 2.*

non faciendo iuſſum nẽpe, & animo non faciendi illud principaliter quia iubetur. Et è contrario, obedientia (vt eſt virtus generalis) comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit quod iubetur, facto vel omiſſione. Inobedientia verò (vt eſt generale vitium) omnes actus omnium vitiorum, quibus non fit quod iubetur, etiã facto, vel omiſſione. [a] Et proinde nõ eſt inobedientia, non facere conſultum, ſed non facere iuſſum etiam ſi non obliget pluſquam ad veniale. [b]

36 Eſt tamen id diſcriminis, quod non facere iuſſum obligans ad mortale, eſt mortale, quàmuis nõ omittatur quia iubetur. Non facere autem quod ad ſolum veniale obligat, non niſi quando omittitur principaliter quia iubetur, quæ eſt inobedientia ſpecialis. [c] Dixi, *Deliberate*, quia primus motus, quo renuitur iuſſus, ſolum eſt venialis. [d]

37 Dixi, *Quod ſibi iubetur*, quia omittere conſultum, non eſt de ſe vllum peccatum. [e] Dixi, *Animo eum ad mortale obligandi*, ſecus enim non peccaret mortaliter. Dixi *Neſciens id ſibi ab eo iuberi non poſſe*. Tum, quia non oportet ſcire id ab eo iuberi poſſe, at ſatis eſt, vt dubitet de illo, [f] quàmuis eiuſmodi dubitationem exuere debeat priuſquã faciat, credendo id poſſe ſibi iuberi ob auctoritatem eius, ne faciendo contra conſcientiam dubiam, peccet. [g]

38 Si tamen crederet probabiliter ſuperiorem erronee iuſſiſſe, aut non iuſſurum fuiſſe, ſi veritatem noſſet, non peccaret non parendo. [h] Tum, quia multa ſunt, ad quæ ſuperior ſubditum obligare non poteſt, [i] quale eſt contrarium, præceptis ſuperioris iubentis, veluti, Dei, Papæ, eccleſiæ, vel alterius. [k] Quale illud, ad quod iubentis poteſtas non ſe extẽdit, cuiuſmodi ſunt actus omnino interiores, quibus non eſt opus præceptis exterioribus implendis [l] & actus ſpirituales reſpectu ſuperioris ſecularis. [m] Actus inſuper gubernandi ciuitatem reſpectu ducis exercitus. [n] Reuelatio item peccati omnino occulti, [o] & iteratio confeſſionis legitimæ, reſpectu omnium peccatorũ. [p] Qualis iuſſus, ne iubentis ſuperiorẽ

[a] *ſecundum eundem vbi ſupra receptum.*
[b] *vt probat Caiet. in d. art. 2.*
[c] *vt idem ibidem ſubtiliter declarat.*
[d] *ſecundũ eundẽ S. Th. 1 2. qu. 105. ar. 1. ad 2.*
[e] *§. fin. 3. diſt. & Caiet. d. 104. art. 4.*
[f] *c. quid culpatur, 23. q. 1.*
[g] *per dicta in c. ſiquis autem, de pœnit. diſt. 7. n. 81. cum ſeq. & ſup. 16. n. 40. & ſeq.*
[h] *c ſi quando, & c paſtoralis, de reſcript.*
[i] *iuxta S. Th. recept. in dicta quæſt. 104. art 5 & in cap. 13. ad Roma.*
[k] *c. ſi Dominus, c. qui reſiſtit, 11. qu. 3.*
[l] *vt poſt eundem ibidem dixi in c cogitationis, de pœnit. diſt. 1.*
[m] *c fin de reb. eccleſ. c. eccleſia, de conſtit.* [n] *l. magiſteriæ, C. de iuriſd. om. iudic* [o] *c. erubeſcant, 32. diſt.*
[p] *vt dictum eſt ſup. c. proximo, n. 43. & c. 9. n. 14. & ſeq.*

alloquatur, quales aſperitates religionis, ad quas nec expreſsè, nec tacitè regula extenditur,[a] niſi in pœnam contumaciæ, vel alterius delicti irrogetur. [b] Qualia item alia impertinentia ordini, & regulæ, vt ſublatio paleæ è terra, aut intuitio volatus auium diu continuati. [c]

39 Non eſt tamen eiuſmodi, quod eſt contra regulam ſuam, & ordinem, vel legem, circa quod Prælatus diſpenſare poteſt, ſi enim iuſta de cauſa id ei iuberet, parere deberet, vt ſi præciperet ſubdito, ne ieiunaret tali, aut tali die præcepto lege, aut regulâ, quòd credat probabiliter eum eſſe ad id impotentem: quàmuis ſi compertum ei foret, ſuperiorem falli, non teneretur obedire per ſupra dicta, iuxta Silu.[d] quicquid dicat Roſ.[e] magis nãque oportet obedire Deo, quàm hominibus.[f] Dixi, *Satis apertè*, quia ſufficit vt iubeatur verbis claris, vel obſcuris ſatis id ſignificantibus Sufficit enim, vt intentio iubentis, qui ita iubere voluit, intelligatur.[g]

40 Peccat itaque primò, qui tranſgreditur legem humanam iuſtam, promulgatam, receptam, & non abrogatam, obligantem ad mortale, ſine iuſta ignorantia id cauſante, aut alia iuſta cauſa, ſeu diſpenſatione valida, elapſo tempore, ad obligandum requiſito.[h] Dixi, *Legem humanam* non (*canonicam*) quia etiam contra ſecularem poteſt mortaliter peccare, iuxta gloſſam quandã receptam[i] quàmuis illa mihi id non afferat. Dixi *Iuſtam*, iniuſta enim non obligat, qualis eſt facta à non habente poteſtatem,[k] aut principaliter ob vtilitatem priuatam, non autem publicam,[l] aut contra diuinam naturalem, vel ſupernaturalẽ,[m] & quę ſubditis eſt inęqualis.[n] Dixi (*Promulgatã*) lex enim ante promulgationẽ, nõ obligat[o]

41 Dixi, *Receptam*, quia, antequam recipiatur, ſaltem à maiore parte vniuerſitatis (cuius pars eſt tranſgreſſor) non ligat: quoniam promulgari videtur ſub conditione, *ſi recipiatur ſaltem à maiore parte.*[p]

Dixi, *Non abrogatam*, quoniam abrogata aliâ lege

a *c.geſta.74.diſ.*
b *c.dilectus.2.c. quoniã, de ſimo.*
c *Silueſt. verb. religio, 6. q.6.*
d *vbi ſup.*
e *verb. obedientia, §.10.*
f *Act.5. & d. c. ſi Dominus, 11. q.3.*
g *c. intelligentia, de verb. ſign. c. rogo, 11. quæſt. 3. capit. dilectiſſimis, 11. qu. 1. clem. 1. de teſta. adiunctis gloſſ. & anno per Felin. in capit. nam, de conſtit.*
h *c. 2. de maior. & obed. c. 1. 14. qq. 1.*
i *in c. quæ in eccleſiarum, de cõſtit.*
k *arg. c, 2. de cõſtit lib. 6. & l. fi. ff. de iuriſd. om iudic.*
l *ſecundùm S. Tho. 1. 2. q. 90. art. 3.*
m *c. erit autem lex. 4 diſt*
n *c. cùm omnes, de conſtitut. & Panor. recept. in c.1. eod. tit,*
o *c. in iſtis, § leges. 4. diſtinct. quod rectè defendit Decius in cap. 2. de conſtit.*
p *vt ſingul. dixit Dominic. in d. cap. leges, & in capite 2. de conſtit. & altiùs Felin. in capite primo de treug. & pac. à num. 13.*

contrariâ, aut conſuetudine, non obligat. [a] Dixi *Quæ ad mortale obligat*, quia tranſgrediens ſolùm ad peccatum veniale obligantem, venialiter tantùm peccat, [b] qui autem conſultoriam ſolùm, vel exhortatoriam, ne venialiter quidem peccat, [c] niſi id faciat contemptim. [d]

42 Dicitur autem trãſgredi legem contemptim, quiſquis primariè mouetur ad id, quòd illam, vel illius auctorem parui faciat: non autem qui mouetur, & inducitur ad id principaliter irâ, auaritiâ, aliâve causâ etiam iniuſtâ [e] Nec etiam ad id ſatis eſt conſuetudo peccandi, iuxta S. Thom. mentem, [f] quam dilucidè declarat Caietan. quicquid dicat Richar. [g] quem ſequitur Ang. [h] quàmuis enim conſuetudo multùm valeat vt præſumatur contemptus in foro exteriori, nil tamen operatur in interiori, vbi ſola veritas conſideratur. [i] Quibus accedit gloſſ. quandam celebrem [k] afferentẽ, eum qui citra iuſtam cauſam tranſgreditur, videri contemnere, intelligẽdã in foro exteriori, nõ in interiori, per prędicta.

43 Conſuetudo nihilominus (quæ altera natura dici ſolet) tranſgrediendi aliquam legem magnopere incitat ad cõtemptũ illius, ideóque ab ea ſedulò cauẽdũ eſt. Dixi *Sine iuſta cauſa* hæc enim ſẽper à mortali excuſat. [l] Illa verò cauſa videtur iuſta, ob quã legiſlator ſi pręſens foret, excuſationẽ admitteret. [m] Cauſa etiam quæ bona fide pro iuſta habetur, & ob quẽ, ni talem eã iudicaret, legem non tranſgrederetur, à peccato mortali excuſat: quàmuis non veniali, iuxta mentem, Palud. [n] & Silu. [o] quod ſingulariter explicat Caiet. [p]

44 Dixi, *Sine iuſta diſpenſatione*, nam ſi iuſta foret, omnino excuſaret. [q] Imò & ſi iniuſta, eo ſolo, quod ſit data ſine iuſta cauſa, modò detur citra ſurreptionem ab eo, qui citra cauſam iuſtã validè poteſt diſpenſare, quàmuis diſpenſando peccet, excuſat ſaltem à mortali, ſecũdùm omnes, licèt quandoque non à veniali. [r] Dixi, *Elapſo*

[a] *c.1.de conſtit. lib.6.& gloſſ. in omnes, in c.1.eod. tit.*
[b] *c.vnum, § criminis, 25 diſt*
[c] *§ fin. 4. diſt & c fin 14 q.1.*
[d] *iuxta gloſſ. ſing. c. quis autẽ, 10. diſt. vt dictũ eſt ſupra c. 10. n.2.*
[e] *ſecũdum vtrũque Thom. 2.2. quæſt.189 art.9 & Archid. in c. quicunque, 8. diſtinct. & Dominic. in c. nullus 55. diſtinct. quantumlibet illud inuoluat Fel. in c. cùm quidã, de iureiuran. col. 3.& 4.*
[f] *2.2. q. 186. art.9.*
[g] *in quodl. 1. q. 19.*
[h] *verb. inobedientia, § 1. & verbo. feriæ, § 42. & alibi ſæpe.*

[i] *c.tua, de ſponſ. c.humanæ 22.q.5.* [k] *in c.metropolitanum.2.q 7.* [l] *iuxta mentem S.Thom 1.2.queſt.96.art 6 & 2.2.q.147 art 3 & Archid.in cap vtinam.76 diſt. & Panor.in rub de obſeru ieiun* [m] *per gloſſ ſing. & recept.in l. tale pactum, § qui prouocauit. ff.de pact.* [n] *in 4.diſt.15.qu.4.* [o] *verb.ieiunium. q 8.* [p] *2 2 q.147.art.3.* [q] *c.1.de vot. & c.de multa, de præb.* [r] *iuxta nuper ſcripta in comment. c.non liceat Papæ, 1.2 q.2. § 4.*

*tempore*, conſtitutiones namque Pontificiæ, vel Imperatoriæ, non obligant, niſi lapſo tempore in ipſis præfixo, ſi quod præfigatur, aliàs poſt duos menſes ab ipſarum promulgatione facta in Prouincia[a]. Quàmuis lex inferiorum, non præfigens tempus, ſimulátque promulgatur, & ſcitur, liget, iuxta communem. Quinetiam Pontificia, & Imperatoria, ſi illâ ſanciatur, vt iam inde a principio obliget, quoad pœnam intrinſecam irritationis actus per eam prohibiti: Nam quoad pœnam extrinſecam, ſemper iuſta ignorantia excuſat, etiam poſt quemcunque temporis lapſum, licèt poſtea non ita præſumatur, vt antea.[b]

45 Dixi, *Sine ignorantia iuſta cauſante illud*, nam vt excuſet, oportet eſſe iuſtam, & cauſam actus. Eſt enim triplex ignorantia, Affectata, craſſa ſiue ſupina, & iuſta. Affectata ſiue optata, eſt quâ quis ignorat quod ſcire tenetur: quia non vult ſcire, quò liberiùs citra ſcrupulum, aliáve de cauſa iniuſta, peccet, iuxta illud,[c] *noluit intelligere, vt bene ageret*: quæ adeo non excuſat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circunſtantiam mali deſiderij. Craſſa verò ſiue ſupina, eſt, qua quis ignorat quod communiter omnes ſui ordinis ſciunt, quod contingit culpâ latâ,[d] quæ excuſat à tanto, ſed non à toto.

46 Iuſta verò (quæ à Theologis inuincibilis, à noſtris autẽ probabilis appellatur) eſt, qua quis ignorat quod non oportet eum ſcire, &[e] qua communiter homines eiuſdem ordinis adhibitâ debitâ diligentiâ laborant,[f] qualis eſt eius, qui petit conſilium à viris vulgi iudicio ſat ſupérque doctis & probis, qui perperam illi conſulunt,[g] & hæc omnino excuſat, quando eſt cauſa actus: ignorantia enim interdum eſt peccati cauſa, interdum non, ſed eius comes. Cauſa quidem, quando actus non fieret, niſi ignoraretur: comes verò duntaxat, quando peccaretur, etiam ſi ſciretur: hæcque nunquam à culpa excuſat: illa verò interdum omnino: interdum ex parte, vt prædictum eſt.

47 Cui conſequens eſt, non excuſari omnino prælatos, medicos, aduocatos, alióſque officiales, ſuas artes exercentes, non præuiâ iuſtâ ſcientiâ, & notitia eorum quæ ſua officia, & munera prærequirunt, cùm inde no-

[a] *auth. vt factæ noua conſtit. coll. 5. iuxta opinionẽ communem & veram Anto. quam tenuimus in c. 2. de conſtit.*

[b] *c. præſumitur. de reg. iur. lib. 6.*

[c] *Pſalm. 35 relatum in c. ideo. 37. diſt.*

[d] *de qua ſup. c. 17. à n. 82.*

[e] *1. q. 4. §. notandum quoque, ſub c. turbatur.*

[f] *iuxta D. Tho. vbi ſup. qu. 76. art. 3.*

[g] *arg. cap. capellanus, iũcta gl. 3. de fer. & eorũ que tradit Alex. cõſi. 1. col. 4. vol. 2. & S. Anton. 1. part. tit. 3. cap. 10. § 10.*

tabile damnum ſpirituale, aut corporale proximis eue-turum probabiliter credi poſſit, eorum namque ignorantia non eſt iuſta, cùm ſit eorum, quæ ſui ordinis homines communiter ſcire ſolent, & debent.[a]

Quibus addo, quòd licèt ignorantia communiter nequeat eſſe iuſta circa legem naturalem, vel diuinam quoad eius diſpoſitionem, & qua parte talis eſt, poteſt tamen eſſe iuſta quoad pœnam humanitus ſtatutam, ſi illa ſit excommunicationis.[b] imò etiam ſi ſit alia quælibet communiter non ſtatuta, eâdem ratione.[c] Quod maximè procedit in foro conſciētiæ, quoad quod, multos pios quis conſolari poteſt, maximè in caſibus cenſurarum, & irregularitatum.

## Quæ lex humana obligat ad mortale.

Perarduæ verò quæſtionis[d] eſt. Quænam lex humana obliget ad mortale?

48 Pro cuius enucleatione adnoto primò, iuxta doctrinam S. Tho.[e] communiter per Theologos, & Canoniſtas approbatam,[f] nō ſolùm leges diuinas, ſed humanas iuſtas, etiam quatenus ſunt humanæ, tam ſeculares, quàm eccleſiaſticas, poſſe obligare, etiam in foro conſcientiæ, ad peccatum veniale, imò & mortale.[g] Quod ipſum etiā facere poſſunt ſtatuta ciuitatū.[h] Imò & de facto obligant ad mortale leges, & ſtatuta, quorū authores intendunt illis ad mortale obligare, iuxta cō-munem, ſaltem ſi vt tales receptæ ſint.

46 Secundò, quòd nullæ leges, quarum latores id nō intenderunt, obligant ad mortale Tum, quia nec vllæ diuinæ conſultoriæ, etiam ad veniale, obligant iuxta S. Aug.[i] receptum, & aliquot earum præceptiuarum, tantùm ad veniale, ſecundùm Caietan.[k] Tum, quia vt aſſeruit S. Thom.[l] receptus à Ioan. And. & aliis[m] ſtatuta Dominicanorum, non obligāt ad mortale, aut veniale,

*a per l. idem iuris, §. 1. ff. ad l. Aquil. & c. non eſt putanda. 1. q. 1.*

*b ſecundum Anto. in c. à nobis, 1. de ſent. excom. pro quo eſt caſus, in cap. 2. de ſent. excom. lib. 6.*

*c vt efficaciter defendimus in cap. 2. de conſt. poſt S. Anton. 1. par. tit. 24. cap. 33 ſub fin. cui conſentit Ang. verb. ignorātia. §. 4. & Silu. verb. ignorantia, q. 8. & Caiet. 2. 2. quæſt. 76. art. 3 coll. 2.*

*d quàm optauimus definiri à ſacro Concil. Trid. vt etiam optarunt alij, in quibus fuerunt Caieta. 2. 2. qu 186. art. 9. col. 4. & Henr. de Synod. 3. part. art. 1. n. 270.*

*e 1. 2. quæſt 69. art. 5.* *f in c 1. de conſtit.* *g per c. 13. ad Roman. & quæ adduximus in comment. c. fraternitas. 12. q. 2. poſt Caſtren. in duobus. lib. de leg. pæn. in quorum priori c 4. id latè proſequitur.* *h iuxta gloſſ. ſing. c. quæ in eccleſiarum, de cōſtit. receptam quoad hoc, quàmuis illa id mihi non ſatis aſtruat.* *i c. vlt. 14 quæſt. 1.* *k tom. 1. tract. 25. q. 1.* *l 2. 2. q. 16. art. 9. ad 1.* *m in c. relatum, ne cler. vel mon.*

ſed ſolùm ad pœnam exteriorem: quum eorũ authores hanc vim illis tribuere noluerint. Tum, quia actus agẽtium, non operantur vltra intentionem eorum.[a]

Tertiò, quòd non obligant ad mortale leges etiam canonicæ, quæ nõ ſunt latæ verbis pręceptiuis, vel prohibitiuis, ſed ſolùm ordinatiuis, vel conſtitutiuis, etiam ſi ſint imperatiui modi, quod genus ſunt illa, *facite, dicite, faciant, ditant*,[b] & alia ſimilia, quæ iuxta communem ſignificationem non important præceptum, aut prohibitionem, iuxta S. Thom. communiter recep.[c] & probatum à Panor. ac communi[d] licet Fel.[e] contrà ſenſerit, cuius opinio procedat in poſitis in materia, de ſe ad mortale obligante, fundamenta ſiquidem eius ad illa ſola extendi videntur, ídque ſentit glo. quædam[f] recep. Quàmuis tunc non tam obliget illa lex, quàm alia, quæ eiuſmodi materiam talem fecit. Exemplum *in cap. ſtatuimus de tranſ.* quo verbum (*Statuere*) importat præceptũ, quòd ponatur in materia aliàs præcepta, putà, tranſactionis iuſtæ, quæ præcipitur ſeruari.[g] Ratio huius tertij pronuntiati eſt, quia illa verba videntur ſignificare, quòd, quàmuis author eiuſmodi legis intendat vt actus tranſgrediendi illam, ſit vitioſus, licèt antè fuiſſet indifferens, & conſequenter voluerit obligare ad veniale, quum, vt minimùm, eiuſmodi ſit quilibet actus vitioſus: quia tamen non præcipit, nec prohibet, videtur noluiſſe obligare ad mortale, iuxta ſingul. declarationem Caietan.[h]

50 Quartò, nullum eſſe verbum latinum, quod ſolum in aliqua lege poſitum, ſufficiẽter ſignificet ſuo ſignificatu originario, mẽtem illius latoris fuiſſe trãſgreſſorẽ obligare ad mortale, & conſequenter non illa verba. *Teneatur, Debeat, Obligetur*, nec illa. *Præcipimus, Obligamus Vetamus, Inhibemus, Mandamus, Prohibemus*. Tũ, quia ſunt generalia, nec tam apta inducendæ obligationi ad culpam venialem, quàm ad mortalem.[i]

51 Ideóque in dubio intelligenda potiùs de culpa & pœna veniali, quàm mortali: cùm leges, quæ rectè poſſunt intelligi de pœna maiori, & minori, in dubio de minori intelligendæ ſint.[k] Tum, quia plerǽque leges, etiam diuinæ, & naturales præceptiuæ, ad ſolum veniale obligant, Caietan. definitore,[l]

[a] *l. nominis, ff. ſi cert. pet. per l. in agris, ff. de acq. rer domi.*
b *Clem. exiui. § & quia. de verb ſign.*
c *in d. art. 9.*
d *in c. nam, de conſtit.*
e *ibi, col. 3.*
f *in Clem. 1. de teſtib. verb. exhortamur.*
g *per c. qualiter de pact. & l. 1 ff, eod.*
h *1. 2. q. 69. art. 4. & d. opuſc. 25. q. 1.*
i *arg c. 1. de deſponſ. impub. ac princ. regulæ S. Auguſt. & eorum quæ tradũtur 6. Ethic de præcepto, quòd ſi actus prudentiæ.*
k *l. interpretatione, & l. præſes. ff. de pœn. & c. in pœnis, de reg. iur. lib 6.*
l *vbi ſup.*

cuiuſmodi eſt lex de non mentiendo iocosè, aut officiosè ſine damno alterius, lex inſuper, de non furando minima, non ridendo immoderatè: omnes enim hæ leges ſunt præceptiuæ: earum tamen tranſgreſſio eſt ſolùm venialis, ſecundum omnes catholicos. Tum, quia S. Th. agens de præceptis charitatis,[a] prudẽtiæ,[b] iuſtitiæ,[c] fortitudinis,[d] & temperantiæ,[e] nõ ſecus comprehendit ea quæ obligant ad veniale, ac quæ ad mortale, vt ſpeciatim tradit Caietan.[f] & Caſtr.[g] noſque etiam nuper.[h]

[a] 2.2.q.44.
[b] q.56.
[c] q.122.
[d] q.146.
[e] q.170.
[f] 2.2.qu.186. art.6.
[g] lib.1. de leg. pœn. cap.5.
[h] in c. fraternitas, 12. q.2.

52 Dixi, *De ſe, & ſuo originario ſignificatu.* Nam de accidentali, quem vſus eccleſiaſticus, communiſque interpretatio Conciliorum, Pontificum aliorumque Prælatorum, atque Doctorum, illis tribuit, omnia & ſingula verba præceptiua, & prohibitiua poſita in lege eccleſiaſtica, in dubio, ſignificant eius latorem habere animum obligandi ad mortale: niſi aliud in ea poſitum contrarium inſinuet, *per d. clem exiui, §. cum autem, de verb. ſign.* quæ prodidit, S. Franciſcum noluiſſe obligare omnes ſuos religioſos æqualiter ad omnia, in ſua regula contenta, quod nonnullis addiderit verbum, *præcipimus*, quod ex vi ſua ad mortale obligat, aliquibus vero non. Et quàmuis reſponderi poſſet, eſſe ibi ſpeciale in hoc verbo, *Præcipio*, poſito in ore tam celebris Sancti, authoriſque tam ſanctæ & arctæ regulæ, ad ſubditos etiam tantæ perfectionis, & aſperitatis: quàmuis item fortè expediret ita reſpondere, quò obligatio multarum legum eccleſiaſticarum antiquarum ſuo priſtino ſtatui obligandi reſtitueretur.

53 Quia tamen illa *Clem.* aſſerit, ex ſignificatione, & vi verbi præceptiui, naſci eiuſmodi obligationem, tutius eſſe cenſeo, donec aliter interpretetur ſummum, totius Eccleſiæ tribunal, ſeu ſancta Sedes Apoſtolica[i] ſequi dictos clariſſimos patres: & conſequenter concedendum eſt quiddam ſatis durum populo Chriſtiano intentionem nimirum cuiuſlibet legiſlatoris eccleſiaſtici, vtentis in ſua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo, eſſe obligare ad mortale,[k] niſi aliquo alio verbo, aut ſigno exprimatur aut ſignificetur contrarium. Et à fortiori, ſi ita dicat, *Arctè præcipimus*,[k] & longè magis, ſi ita, *in virtute ſanctæ obedientiæ, præcipimus*, aut,[l] *Sub obteſta-*

[i] vt tradit communis in d.c. nã.
[k] vt in Clem. dudũ, de ſepult. in princ.
[l] gloſſ. Clem. ſi dominium. §. ideoque, de reliq, & ven. ſang.

*gione iudicij diuini.* [a] Cùm per huiuſmodi additiones obligationis incremẽtum ſignificetur. Quo circa, æquius nobis videtur, Dictum Medinæ [b] pronunciato Caſtr. [c] puta, verbum (*oportet*) in lege canonica poſitum, tantum obligare, ac illud (*debet*) aut (*obligatur*) quum vſus ſacrorum canonum, ipſorumque interpretum ita communiter interpretetur, [d] & quidem longè magis, lex continens pœnam præſupponentem peccatum mortale ad illud obligabit quãuis verba præcipientia, & prohibentia non contineat, cùm illa magis, quàm prædicta verba, animum ad mortale obligandi ſignificet: qui namq; vult quippiam, videtur velle illud, abſque quo id eſſe non poteſt. [e] Ideóque, ad mortale obligat lex præcipiens aut vetans quippiam ſub pœna excommunicationis maioris, aut ſimpliciter ſub pœna excommunicationis: quum de maiori intelligatur, [f] ſiue addatur (*ipſo iure*) ſiue non, [g] nam excommunicatio maior præſupponit peccatum mortale, [h] niſi prærequirat monitionem. [i] Non tamen idem eſt cenſendum de pœna ſuſpenſionis, interdicti, aut irregularitatis, quæ interdum citra culpam adhibetur, [k] ſecus autem, de æternæ indignationis Dei, & SS. Petri, & Pauli, aut alia ſimili, quæ ſolùm in ſtatu infelici peccati mortalis, locum habet. Idémque dicendum, de lege continente has & alias coniunctim pœnas temporarias.

54 Quintò, leges ſeculares ad mortale non obligant eo ſolo, quòd verba pręceptiua, & prohibitiua contineant. Tum, quia nec ſignificatio, & vis eorum originaria, nec accidentaria, inducta vſu ſeculari eiuſmodi obligationem innuunt. Cùm manifeſtum ſit reges & iudices ſeculares nunquam regulariter interpretatos fuiſſe ita, vt eiuſmodi legibus talis obligatio ineſſet: quum principaliter pœnas temporarias (quas infligere, & remittere tranſgreſſoribus poſſunt) reſpiciant [l] nõ autem ſpirituales, quas nec infligere, nec remittere poſſunt, etiam (vt ita dicam) miniſterialiter, vt eccleſiaſtici. [m] Tũ, quia eadem ratione neque etiam leges diuinæ obligationem ad mortale inducunt, duntaxat, quòd per verba præceptiua ferantur, vt rectè notauit Caſt. [n] cũ vti vſus iuris canonici robur diuino non adimit, [o] ita nec addit, vt quatenus eſt diuinũ, obliget magis quàm antè eiuſ.

[a] *Clem. 1. de immun. Eccleſ.*
[b] *in Codice de pænit. tract. de ieiunio, col. 35.*
[c] *in d. c. 3.*
[d] *iuxta gloſſ. c. 1. de præſcrip. lib. 6. & Fortun. lib. 1. ff. de iuſt. & iur.*
[e] *l. illud, ff. de acq. hæred. c. præterea, de off. de l.*
[f] *c. pen. de ſent. excom.*
[g] *Cait. ind. ar. 9*
[h] *c. nemo, c. nullus, 11. q. 1.*
[i] *iuxta Caiet. in d. art. 9. & Caſt. vbi ſup. c. 5*
[k] *c. ſi ciuitas, & c. ſi ſententia, de ſent. excõ. lib. 6. & c. ſi quis viduam. cũ gloſſ. 55. diſt.*
[l] *c. factæ, 4. diſt. & l. 1. ff. de iuſt. & iur.*
[m] *c. ipſi ſacerdotes, 1. q. 1. c. quẽ pænitet, de pæn. diſt. 1. verſ. ipſi enim & c. quodcunque 24. q. 1.*
[n] *in d. art. 5.*
[o] *c. ſunt quidã, 25. q. 1. Clem. nõ Romani de ele.*

modi vſum obligaret.[a] Ideóque an voluntas Dei fuerit obligãdi nos ad mortale, vel non per ſuã legem, in qua ponitur verbum præcipiens, & mandans, colligenda eſt ex declaratione Prophetarum, Apoſtolorum, Summorum Pontificum, Conciliorum, Doctorum ſanctorum, & ſapientium, qui ſua authoritâte, aut rationibus efficacibus illam eiuſmodi eſſe cenſent.[b]

55 Sextò, tantiſperdum aliud à Sancta Sede Apoſtolica declaretur, probabilius nobis videtur, leges humanas etiam pręcipientes (præſertim ſeculares, pœnam temporariam conſtituentes) in dubio ad æternam non obligare, quatenus ſunt leges eius, qui eam pœnam ſtatuit. Tum, quia ſi id iuſtè defendi poſſet, defendi deberet, quandoquidem expediret leges humanas ad mortale obligantes, paucas eſſe. Tum, quia plęrique catholici (in quibus ſunt Imol.[c] Fel.[d] & Caiet.[e]) tenuerunt nullas leges vt humanas, quàmuis pœnas temporarias non ſtatuant, ad mortale tranſgreſſorem citra contemptum, & ſcandalum obligare: licèt nobis oppoſitum videatur, ſi conſtet eſſe leges iuſtas, mentémque legiſlatoris fuiſſe, earum ſimplicem tranſgreſſorem ad mortale obligare. Tum, quia in dubio iudicare debemus legem eſſe minus pœnalẽ.[f] Tum, quia qui de duobus propoſitis vnum affirmat, alterũ negare videtur.[g] Et proinde legiſlator, ad pœnam æternã, & temporariã obligare valens, hanc irrogando, illam excludere videtur, Matthęo Matheſ. aſſertore.[h] Tum, quia conſuetudo antiqua ita videtur interpretata, pręſertim leges ſeculares, de quarum tranſgreſſione, nemo omniũ conſueuit ſcrupulum conſcientiæ iniicere, niſi cùm per eas, etiam lex diuina naturalis, aut reuelata, vel canonica infringeretur. Tum, quia gentiles legumlatores pœnam ęternã neglexerunt.

56 Rariſſimi autem ſecularium Chriſtianorum, aſſerent, mentem ſuam (cùm eas ferunt, aliam pœnã tẽporariam imponendo) eſſe ad æternam obligare ad quã diuina, vel naturalis nõ obligat. Tũ, quia ſatis ſupérque probat Caſt.[i] legem purè pœnalem (quæ nimirum conſtituit pœnam citra vllam prohibitionem) ad aliquam culpam non obligare, quatenus eſt talis, vt dixerunt Henric.[k] & Ang.[l] nec eſt magna differentia realis inter hanc, & illam (quam idem mixtam appellat) quæ nimirum

[a] arg. c. cùm inferior. de mai. & obed. c. inferior, 21. diſt.

[b] capit ſecũdum 19, diſt. c. de libellis, 20. diſt. clem. ad noſtrũ, de hæret. cum eis adnot. & quæ notat S. Thom. quodli. 6. ar. 14.

[c] in repet. c. cùm contingat de iureiur. col. 17.

[d] in c. 1. nu. 18. deſponſ.

[e] in ſum. verbo clericus, §. verũ, & verb. ieiuniũ, §. quoad quartam.

[f] c. in pœnis, de reg. iur. lib. 6. & l. ſi præſes, & l. interpretatione, ff. de pœnis.

[g] l. cùm prætor, ff. de indic. & c. nonne, de præſumpt.

[h] notab. 78.

[i] lib. 1. c. 9. de leg. pœna.

[k] quodl. 3. q. 22.

[l] in ſum. verb. inobediẽtia, §. 1.

prohibet, pœnámque decernit, vt ſentit Henric. & affirmat Silu. [a] qui profectô non erat dignus tantâ repreheníione, quantâ præfatus Alfonſus Caſtr. eum reprehendit, quòd hanc diſtinctionem verbalem, & puerilem appellaſſet: nã quamuis (vt ille efficaciter probat) pœna non ſemper præſupponat culpam. [b] Ideóque licèt conſtituens pœnam, non ſemper ad culpã obligare velle, aut præſuponere obligationem ad illam videatur: cõmuniter tamen ſecus. [c] Regulariter enim, ob culpam ſtatuitur, quàmuis interdum ob ſolam cauſam. [d] Memorati autem Henr. Ang. & Silu. loquuntur de pœna cõſtituta ob malè commiſſum vel malè omiſſum. Et ſicut ex hac noſtra theoria colligit Silueſt [e] vtramque legem ad culpam obligare, quia cùm altera oblíget, neutráq; ab altera in hoc differat, etiam altera dicetur obligare: ita è contrà colligimus, quòd, cùm altera non obliget, & neutra in hoc ab altera differat, etiam alteram non cenſendã obligare: quæ noſtra collectio eò magis amplectenda eſt quàm ſua, quò mitior, magíſque pœnam minuit. [f] Dixi, *Pœnam temporariam, quæ non præſupponit æternam.* ad excludendam infligentem excommunicationem, aut aliam, prædictarum, quas in 4. pronunciato diximus præſupponere culpam mortalem. Dixi, *In dubio*, ad excludẽdas eas, in quibus vtraque pœna exprimitur: & quarum authorem conſtat, ad vtrãque obligare voluiſſe, aliâ lege, aut cõſuetudine alióve modo legitimo. Dixi, *Quatenus ſunt leges eius, qui ſolam tẽporariam poſuit*, ſi namque ſunt etiam leges aliorum, qui ad mortale obligare voluerunt ad illud obligabunt, quatenus ſunt tales, per quod reſpondetur ad *cap. perpetuo & c. omiſſa, de elect. lib. 6.* quæ pro ſingularibus citantur in corroborationem oppoſiti prædictorum, illa nimirum exprimere vtranq; pœnam: & loqui de legibus pœnalibus, quæ pœnam temporariam imponunt ei, qui per tranſgreſſionem aliarum, æternam incurrit, vt pridem poſt Dec. [g] reſpondemus, [h] non enim intendimus dicere vnam legem pœnâm temporariam irrogantem, tollere æternam per aliam ſtatutam, cùm præſertim ſunt diuerſorum Legumlatorum.

57 Septimò, ſextũ pronunciatum præcedẽs locũ habere etiam in legibus, ſtatuentibus pœnam amiſſionis

[a] *eod. verbo inobedientia, § fin.*
[b] *c. 1. de Bigam. lib. 6. c. 2. §. hæretici, de hæret. eodem lib. & l. quiſquis, §. filij C. ad l. Iul. Mai.*
[c] *vt probauimus in c. ita quorũdã de Iudæ not. 1. per illam text. adiuncto c. quod olim, gloſſ. eod. ti.*
[d] *c. ſine culpa, de reg. iur. lib. 6. & c. 2. cũ gloſſ. de conſtit.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *arg. d. l. ſi præſes, ff. de pœn. & c. pœnæ, de pœn. diſt. 1.*
[g] *in c. nam, in 2. lect. de conſtit.*
[h] *in d. c. perpetuò.*

magnorum bonorum, ac etiam famæ, nec non alicuius membri,& vitæ: quum eadem ratio in omnibus militet. Nec obſtat,quod aliqui aſſerunt, eum, qui periculũ magnæ iacturæ bonorum, aut famæ ſubit, mortaliter peccare : id enim non eſt verum, [a] cùm non ſubeſt alia circunſtantia,quę mortale inducat. Nec etiã obſtat,ſaltem eſſe mortale ſe periculo probabili amiſſionis vitę, aut membri obiicere, qui verò hanc legẽ infringit, huic periculo ſe obiicit: aliud enim eſt dicere aliquem peccare quòd temere ſe tali periculo obiiciat, quod eſt quintum Decalogi pręceptum violare, aliud dicere, eum peccare, quòd violet legem eiuſmodi pœnam ſtatuentem: nam tantâ cautione quis hanc legem violare poteſt, vt probabile pœnę ab ea conſtitutæ periculum non incurrat. Non etiam obſtat dicere, ex hoc ſequi, legem quę talem pœnam ſtatueret, iniuſtam fore, quòd adeo magnam pœnam ſtatueret ob actum,qui non eſt peccatum mortale. Tum, quia ad legis iuſtitiam, ſatis eſt, vt prçſumatur mortale in foro exteriori, quàmuis tale non ſit in interiori Legiſlator autem prçſumere poteſt, imò re vera præſumit, eum, qui nulla ſubſiſtente iuſta cauſâ legem ſuam iuſtam violat, per contemptum legis aut ipſius authoris violare, [b] quod certum eſt peccatũ mortale eſſe. [c] Tum,quia non eſſet iniuſta lex, qua eius lator exprimeret,ſe nolle,vt illa ſui tranſgreſſorem ad mortale citra dictum contemptum,& ſcãdalum obliget,at velle, vt, qui ſine iuſta cauſa eam tranſgredietur, præſumatur per contẽptum id facere,ob idq; pœnã illam incurrere. [d]

58 Et conſequenter etiam iuſta erit lex, quæ tacitè hoc contineret,quod hoc noſtrum ſeptimum dictum intendit, cùm ſolum intendat legiſlatorem eiuſmodi pœnam temporariam ob contemptum præſumptum exprimentem,vederi tacitè æternam excludere ab eo,qui ſine cõtemptu eam violat, quod etiam non obſcurè ſenſit Ioã. Imol. [e] reſpondens ad multa argumenta quæ priùs per hoc, quàm per eius reſponſiones ſolui poſſunt, Quo etiam ſoluuntur argumenta, quæ pro contraria parte, maiore verborum apparatu, quã neruorum robore, adduxit.[f] Caſt.[g] Quibus accedit,quòd aliquot exercituum ductores noſtra ætate laudati ſunt, quòd ob minima furta, quæ de ſe non erant mortalia, aliquot milites ad

*[a] vt diximus inretet.c.inter verba, 11.q 3.*

*[b] iuxta gloſſ. quæ ita intellecta vera eſt, c. Metropolitanũ, 2.q.7. & concordat cõmuni.*

*[c] per gloſſ. ſing. c. qui autem 10. diſt. arg. à fortiori.*

*[d] per dicta S. Tho. & Caiet. 2.2.q.86.art. 9. & noſtrorum in c. relatum, ne cler. vel mon.*

*[e] in c. cùm contingat col. 17.de iureiur.*

*[f] vbi ſupra.*

*[g] vt in rubr. pœn. & in d. fraternitatis explicuimus.*

diſciplinam militarem conſeruandam, morte affecerint.

59 Octauò, ſeruandum eſt quod antiqua conſuetudo ( quæ optima eſt legum interpres [a]) declarauit de intentione legum humanarum, donec à Sede Apoſtolica ſecus declaretur. Credimus autem quòd conſuetudo cõmunis non ſolùm plebeiorum, & indoctorum, ſed etiã nobilium, & doctorũ habet, non reputari peccata mortalia in foro interiori, tranſgreſſiones legum purè humanarum, aliquam pœnam temporariam cõtinentium in foro exteriori, niſi ſint tales, quæ præſupponant peccatum mortale, vel tranſgreſſiones aliarum legum diuinarum naturalium, aut ſupernaturalium. Nec tranſgreſſiones aliarũ legum præcipientium, non pœnalium, factas per ignorantiam non craſſam, affectatam, ſeu optatam: ſed per incuriã, aut obliuionem leuis culpæ, vel cum cauſa probabili vera, aut pro tali habita, bona fide citra dolum, aut credendo intentionẽ legiſlatoris non fuiſſe, ita obligare tali caſu, quod iuri conſonare videtur. [b]

60 Nonò, ex prædictis elicienda eſt determinatio plurimarum, & perplexarum quæſtionum, quas paſſim interrogantur docti ab ijs, qui important in regna, vel vrbes, vel exportant ab eis prohibita inferri, vel extrahi, aut permiſſa, non ſoluto vectigali, & portorio.

61 Qui item infringendo prohibitionem, piſcantur in fluminibus, montes, vel prata depaſcunt, cædunt ligna in Syluis, ſolam legem humanam eccleſiaſticam vel ſecularem pœnalem, vel non pœnalem violantes. Atqui, præſuppoſita opinione, quòd non peccet importãs, aut exportans vetita: peccat tamen volendo ea defendere vi & armis, ne cuſtodes ei auferãt illa: qui namq; reſiſtit iuſtè aggredienti, peccat. [c] Dixi, *Vi vel armis*: quia ſecus, ſi fuga: vel blandis verbis, alióve modo licito, & honeſto id faceret. Prælatus verò imponens aliquam pœnã temporariam ipſo iure incurrendam facienti quippiã, præſumitur excludere ſpiritualem, etiamſi iuberet, ne confeſſarius abſolueret eum, niſi præuia ſolutione, quum ille iuſſus poſſit operari effectus alios ab iſto, ac proinde, non erit inutilis, [d] imò etiam poteſt abſolui authoritate bullarum Papæ, ante ſolutionem. [e]

62 Cæterùm vidua realiter fornicata, non poteſt ſana conſcientia retinere bona relicta ſibi à marito ea lege,

[a] *l. minimè, ff. de leg. c. cum dilectus, de conſuet.*

[b] *iuxta mentem S. Tho. in 4. diſt. 15. q. 3. & 2. 2. q. 149. art. 3. ad 2. Collect. in cap. 1. de conſt. Card. in c. ſi. de obſer. ieiun. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 3. quod non videtur contra mentem Arch. in c. vtinam, 76. diſt. nec Pan. in rub. de obſeru. ieiun. col. fin. & aliorum & Fel. relat. in ca. 1. de conſtit. ſi bene ponderentur.*

[c] *iuxta doctrina Bart. recept. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.*

[d] *arg. l. ſi quando, C. de inoff. teſtam.*

[e] *arg. gloſſ. ſing. adiuncto text. Clem. 2. verb. officij, de hæret.*

vt caſtè viueret. Dixi, *Realiter*: quia ſecus, ſi tantùm mente, verbo, vel alio, actu, citra copulam, laſciuo: quum non videatur id intendiſſe teſtator, cuius voluntas cum primis attendenda eſt. [a]

[a] *l. in conditionibus, ff. de condit. & demõſtr.*

Decimò, quòd, ſicut lex in nihilo recepta, ad nihilum obligat, [b] ita lex in vna ſola parte recepta, quoad illam ſolũ obligat. [c] Quò fit, vt aliquot leges obligent, quoad ſuam diſpoſitionem principalem, nõ autem quoad pœnam quia quoad illam, ſunt receptæ, non quoad hãc, & aliquot, quoad vnam partem pœnæ, non quoad aliam. Exemplum de extrauag. 2. *de reb. eccleſ.* quam definitiuè pronunciauimus olim Salmanticæ, in illius diœceſi receptam eſſe, quoad ſuam diſpoſitionem, & pœnam intrinſecam annullatiõnis locationis factæ vltra trienniũ, non autem quoad intrinſecam excommunicationis, & conſequenter fieri poſſet, quòd aliqua lex humana, etiam eccleſiaſtica, ligaret quoad pœnam exteriorem, non autem quoad interiorem, licèt eius lator vtranque irrogare intendiſſet: ſi quod hanc non eſſet recepta, quoad illam verò ſecus: ſicut & quælibet fundata in præſumptione, ligat in foro exteriori, non interiori, quoties veritas præſumptioni aduerſantur. [d] Equidem, optarem, multas leges purè humanas, ſiue pœnales, ſiue non pœnales, eſſe hoc modo, vel alio conſuetudinis, aut declarationis, ſaltem mentalis, earum latorum, quoad pœnas ſpirituales, & forum conſcientiæ derogatas: omnéſque legiſlatores in condendis legibus imitari authores ordinis Dominicani, quos plærique alij ordines imitati ſunt, quatenus earum authores ad nullam pœnam, etiam minimam animæ interiorem, ad grauem verò corporis, ſubditos obligant.

[b] *vt paulò antè n. 40. dictũ eſt.*

[c] *arg. l. quæ de tota, ff. de rei vend.*

[d] *iuxta c. is qui, & c. tua, de ſpõſ.*

63 Porrò, collega, vel municeps tranſgrediens ſtatutũ imponens pœnam excluſionis à collegio, vel municipio, ipſo iure, non tenetur in foro conſcientiæ deſerere collegium, vel municipium, antequam iubeatur id facere, per prædicta.

64 Pœnam verò commiſſi, ſiue, quæ ipſo iure committitur, iuſtè capere poteſt is, in cuius fauorem committitur, ſi iuſtè fuit impoſita, [e] ſecus, ſi iniuſtè, quòd genus ſunt, quæ in emptione cenſuum ſuper immobilibus imponuntur, ſub pœna commiſſi, ſiue rei, ſuper qua imponitur in caſu nõ ſolutionis, biẽnio dilatæ, quod vt

[e] *c. potuit, de locat. l. 1. & 2. C. de iur. emphyt.*

iniuſtè ſolebat olim poni, ita & nūc, per multa, quę operæpretiū non eſt recenſere: quia fere. Pius V. id & alia nonnulla quæ in eiuſmodi contractibus fiebant, prohibuit.[a] Cæterùm, non tenetur quis in foro conſcientiæ, manifeſtare rem in commiſſum cecidiſſe.[b]

65 Inſuper verè donans emphyteuſim, non tenetur ſoluere in foro conſcientiæ laudemium. Imò, nec in foro exteriori.[c] Vendens autem, videtur teneri ſoluere illud in vtroque foro, quippe quòd videatur eſſe pars pretij, ob quod emphyteuſis fuit minori pretio cōceſſa: quod quidem non videtur tam pœna, quàm intereſſe, quod in vtroque foro debetur.[d]

66 Peccat autem qui iuſſus à iudice ſoluere notabilem mulctam ob legem violatam, non ſoluit, ſecundùm S. Thom.[e] recept. Dixi, *Iuſſus à iudice*, quia non ſoluendo priuſquam iubeatur, non peccat,[f] etiamſi pœna ipſo iure, & ipſo facto incurratur, iuxta communem recentiorum (quod tentauit tenere Fel.[g] ac ſenſit Anch.[h] & aſſerit Silueſt.[i] Mai.[k] Caietan.[l] & Tabienſ.[m]) quam ſemper ſequuti ſumus, & etiam probauimus alibi olim copioſè[n] veram eſſe, quando pœna eſt talis, quæ aliquam executionem requirit, qualis eſt amiſſionis bonorum ob hæreſim, aut proditionem,[o] qualis, de ſoluenda tali, vel tali ſumma, & regulariter alia quæuis. Tum, quia regulariter lex humana ſecularis pœnalis ad pœnam peccati mortalis non obligat.[p] Adeóque ſub lege gratiæ, omnis lex pœnalis continens pœnam temporariam determinatam, eſt purè humana, quoad illam, quàmuis, quoad alia ſit diuina, aut naturalis. Tum, quia non eſt credendum, legiſlatorem (qui præ oculis ſemper æquitatem habere debet)[q] velle facere partem ipſam contra ſe executricem,[r] præſertim, quando pœna eſt grauis corpori, honori, aut fortunis. Tum, quia Clementin. 2. verb. officij. de hæret. adiuncta eius gloſſa (quam didicimus ex ſolo Franc. Aretin.[s] cuius nemo ex tot commentantibus meminerat) probat tranſgreſſorem legis non ſolùm à peccato, ſed

[a] *per extrauag. Cùm onus, relatā ad verbum ſ. c.17.n.234. & in comment. de vſuris num. 84.*

[b] *ar. prædictorū.*

[c] *per tradita latè a Iaſon. in l. 2. C. de iur. emphy.*

[d] *per l. 3. ff. quod cert. loc. & l. 1. C. de sēt quæ pro eo quod īter. prof. & gloſſ. c. conqueſtus, de vſur.*

[e] *2.2 q. 63. ar. 3.*

[f] *iuxta gl. ſing. in c. fraternitas, 12. q. 2. arg. ca. ſine, § in hoc, 33. q. 2. & commun. in c. 1. de conſtit.*

[g] *in cap. audiuimus, de ſimo.*

[h] *in c. felicis, col. 3. de pœn. lib. 6.*

[i] *verb. pœna, q. 25. & verb. hæreſes, q. 8.*

[k] *in 3. diſt. 25 q. 5. in fin.*

[l] *in d. q. art. 1. in fin.*

[m] *verb. excōmunicatio, 5. caſ. 2. § 1.*

[n] *in rubr. de pœn. & in d. c. fraternitas.*

[o] *c. cùm ſecundum, de hæret. lib. 6. & l. quiſquis, C. ad l. Iul. Mai.*

[p] *vt dictum eſt ſ. proximè, & c. 17 à nu. 201.*

[q] *l. quod ſi Epheſi, ff. quod cert. loc.*

[r] *arg. l. nimis graue, C. de teſtib. & l. humanitatis, C. de excuſ. tut.*

[s] *in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.*

etiam ab excommunicatione ob illud incurſa, abſolui poſſe, ante ſolutionem pœnæ ob eam debitæ. Tum, quia id conſuetudine ( quæ eſt optima legis humanæ interpres ) [a] receptum eſt.

67 Dixi (*Regulariter*) id enim exceptionem patitur, in pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, irregularitatis, amiſſionis beneficij ipſo facto, aliorúmque non abſimilium, executionem iudicis non requirentium, conſiderata mente, ſaltem tacita, legiſlatoris, qui voluit, vt pars ipſa contra ſe foret executrix. Quod quàmuis in aliquibus pœnis ſpiritualibus, aliiſque paruis temporariis, iuſtè velle poſſit, in aliis tamen grauibus (noſtro iudicio) non poſſet: quandoquidem magnam ſubditis peccandi occaſionem præberet, qui naturaliter recuſant fieri pœnarum contra ſe ipſos impoſitarum executores, contra iuris ſanctiones [b] vt prodidit Anch. [c] & [d] diximus reſpondendo ad fundamenta Caſt. [e] & cõmunis noſtrorum [f] quorum opinio locũ habet in pœna impoſita à teſtatore, [g] non eo ſolo, quòd ipſo iure, & facto incurratur: ſed quia potiùs eſt legatum conditionale, quàm pœna. [h]

68 Eidẽ inſuper locus eſt in pœna conuentionali, quã partes ſuis contractibus adhibent, ſecundùm Felin. [i] & Deci. [k] Quorum opinio, quàmuis hactenus placuerit, nunc tamen, re ad purioris rationis trutinam perpenſa, plurimùm diſplicet. Tum, quia Ancha. [l] ( cuius illos in id authoritas mouit) id non affirmat. Tum, quia nemo quàmlibet iuſtus, & religioſus, eam niſi coactus ſoluit. Tum, quia, cùm in omnibus ferè contractuum inſtrumentis apponantur pœnæ, adeóque frequentiſſimè incurrantur, maxima mundi pars ad magnam reſtitutionem teneretur: durúmque confeſſariis foret, pernegare, abſolutionem iis, qui reſtituendi firmum propoſitum non haberent: quales eſſent penè omnes, qui huiuſmodi pœnas incurriſſent. Tum, quia viros honeſtos dedecet pœnam accipere, niſi quum ob intereſſe accipitur, [m] quàmuis iure ſummo ( quod non raró ſumma iniuria eſt) exigi poſſet. Tum, quia videtur non eſſe partibus eiuſmodi pœnas in ſuis contractibus conſtituentibus, mens, vt qui eas incurrerit, vltro ſolutionem earum offerat, vti ſolutionem debiti principalis offerre debet:

[a] *c. cum dilectus, de conſuet.*
[b] *ca. ex parte de conſtit. l. conuenire. ff. de pact. dot.*
[c] *in ca. poſſeſſor, n. 21. de reg. iur. lib. 6.*
[d] *vbi ſup.*
[e] *in lib. de leg. pœn.*
[f] *in d. cap. 1. de conſtit.*
[g] *iuxta gloſſ. in ca. Raynaldus, à Pan. & communi ibi receptam, de teſtam.*
[h] *iuxta Caiet. in ſum. verb. pœna, & ante ipsũ ſenſit Pa. vbi ſu.*
[i] *in c. 1. de conſtit. n. 43.*
[k] *ibidem, n. 2.*
[l] *in d. c. poſſeſſor.*
[m] *c. c ſuã de pœ. & d. c. fraternitas. 22. q. 2.*

ſed vt pereas ad obſeruationem contractuum cogantur, non ſecus quàm per pœnas ad legum obſeruationem. Tum denique, quòd non ſolùm communiter tam boni, quam mali ita concipiunt: ſed etiam conſuetudo ita interpretatur. Limitanda itaque eſt eorum opinio, vt procedat in pœnis, quæ in ſatisfactionem intereſſe debentur.[a] Hæc enim pœna, licèt ſit pœna ex parte ſoluentis, non tamen ex parte recipientis.[b] Itaque qui eam incurrit, ad eius ſolutionem in conſcientia tenetur, aut ſaltem ad tantam eius partem, quantum eſt verum intereſſe eius, cui debetur.[c]

[a] *iuxta Anchar. recept in ca. peccatũ, de reg. iur. lib. 6. n.* 10.

[b] *ſecandum omnes, & hoc ſentit gloſſ. recepta quæ vlt. eſt, d. ca. peccatum.*

[c] *iuxta latè tradita per text. gl. & Doct. in l.* 1. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter profer.*

# De Auaritia, ſecundo vitio capitali, & filiabus eius.

Summæ.

69 *Auaritia quid, & quæ contraria eſt iuſtitiæ, & charitati. & 72.*

69 *Liberalitas virtus inter quæ vitia media & 70.*

70 *Prodigalitas quid, & quæ mortalis.*

71 *Pecunia dicitur numerata, & quicquid ea eſt æſtimabile.*

72 *Iniuſtitia omnis genere ſuo mortalis.*

73 *Auaritia in retinendo ſuperflua, quæ mortalis. & 74.*

75 *Beneficiarius, ſuperflua retinens, vel profanis impendens, peccat mortaliter.*

75 *Auaritia capitale vitium, has ſeptem habet filias.*

76 *Duritia cordis quæ mortalis, & compeſcenda.*

77 *Prudentia vera, & carnis, ſeu mundi quid, & quod differant.*

77 *Aſtutia quid, & duobus miniſtris vtitur.*

77 *Dolus, & fraus quid, & ſunt genus, & ſpecies.*

78 *Pretium rerum iuſtum quid, & eſt triplex. & 79.*

79 *Merx penès vnum cur pluris valet, quàm penès alium.*

80 *Valor rei iuſtus eſt, quo præſenti pecunia vendi poteſt.*

81 *Pretium non augetur periculo recipientis rem creditam.*

82 *Pretium non auget, nec minuit dilata ſolutio.*

83 *Pretium auget vtilitas vendentis, non vtilitas, vel neceſſitas ementis.*

84 *Pretium minuit copia venditorum, & auget paucitas eorum.*

84 *Pretio maiore, vel minore dimidio, vt peccatur, & ſequent.*
86 *Retrouendendi pactum, diminuit pretium.*
87 *Pretio minore iuſto emens, quis peccet.*
88 *Pretium quando taxandum, & taxatum vt ſeruandum.*
89 *Emens, vel vendens aliud pro alio, vel vtilius pretioſiore, vt peccat.*
90 *Vendens arma iniuſtè bellaturo, vel alia nociua, vt peccat.*
91 *Emens triticum, vel vinum tempore meſſis, aut vindemiæ, vt excuſetur.*
92 *Emens vel vendens monopolio, vel ſolus priuilegio, vt peccat.*
93 *Vendens vetita infidelibus vt peccat, & eſt excommunicatus.*
94 *Pecuniæ publicæ cuſtos, ea vtendo, & emendo vt peccat.*
95 *Hominis liberi emptio, regulariter illicita.*
96 *Emptio liberi hominis alioqui perituri, licita.*
96 *Emptio Aethiopum liberorum pro ſeruis vſitata, peccatum.*
97 *Proxeneta vendens pluris, quàm ſit mandatum, qui reſtituet. & 98.*

69 Liberalitas, eſt vna virtutum attributarum iuſtitiæ, quæ dicitur pars eius potentialis, cuius meminit, S. Th.[a] adeoque ex eius & Ariſt.[b] mente definiri poteſt, eſſe, *virtus inclinans ad appetitum dandi ordinatè pecuniam.* Datur autem ordinatè, cùm quid, cui, vbi, quomodo, & propter quod oportet, datur.

[a] *2.2. q. 117.*
[b] *4. Ethic.*

Et ſicut quælibet virtus conſiſtit in medio duorum vitiorum extremorum, quorum alterum opponitur ei per defectum, alterum per exceſſum[c] Ita liberalitas conſiſtit inter vitium auaritiæ, quod opponitur ei per defectum appetitus dandi, & vitium prodigalitatis, quod per exceſſum appetitus dandi. Et conſequenter, *Auaritia definitur eſſe vitium, inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ,* ex mente eiuſdem S. Thom.[d] *Prodigalitas verò, eſt vitium inclinans ad appetitum inordinatum effuſionis pecuniæ.*[e] Is verò appetitus quærendi, vel

[c] *vt dictum eſt ſup. eod. c. n. 2.*
[d] *q. 118. art. 1.*
[e] *de qua S. Tho. ibidem, q. 119.*

effundendi pecuniam, dicitur inordinatus, cui deeſt aliqua prædictarum circunſtantiarum.

70 Quoniam verò dicta inordinatio poteſt contingere in damnum alterius, & citra illud, fit, vt auaritia, quæ habetur citra damnum alterius, opponatur tantùm liberalitati, & de ſe ſit venialis tantùm, quæ verò fit cum alterius damno, opponatur etiam iuſtitiæ, & de ſe ſit mortalis. Eadémque ratione prodigalitas, quæ fit ſine damno alterius, opponitur tantùm liberalitati, & de ſe eſt venialis tantùm. Prodigalitas verò, exercita in damnum alterius, opponitur etiam iuſtitiæ, & de ſe mortalis eſt, ſecundùm mentem ſancti Thom. recept. [a]

71 At verò, per pecuniam intelligimus hîc pecuniam numeratam, & quicquid eſt ea æſtimabile, [b] & proinde appetitus dandi, vel retinendi pecuniam per ſe nec eſt bonus, nec malus, ſed indifferens. Ita quidem, vt rectè ordinatus ſit bonus, & prauè ordinatus, malus. [c].

72 Auaritia autem eſt vitium capitale, ſiue cardinale, [d] quia eſt fons ſeptem aliorum vitiorum, quæ ſuapte natura tendunt in finem, quem auaritia prætendit. Primum eſt duritiæ cordis, quod eſt vitium commiſeratione pauperum auertens, & ſæpe ad nimiam pecuniæ tenacitatem tendit. Secundum, inquietudinis mentis, quod eſt vitium animum ab ordinata quiete auertens, & frequenter naſcitur ex nimio acquirendi ſtudio. Tertium, violentiæ, quod eſt vitium ad vim inferendam inclinans, & frequenter in eundem tendit finem. Quartum, fallaciæ, quod inclinat ad decipiendum verbis, & ſæpe eundem ſpectat finem. Quintum, periurij, quod eſt vitium inclinans ad decipiendum verbis iuratis, quod in eundem finem ſæpe vergit. Sextum, fraudis, quod eſt vitium inclinans ad decipiendum factis, quoad perſonas. [e] Et quia ſupra actum eſt de periurio [f] proditione [g] violentia [h] & fallacia: [i] de reliquis tribus hîc agendum eſt.

73 Circa auaritiam igitur peccat mortiferè primò, qui deliberatè, & inordinatè appetit quærere, vel retinere pecuniam in non leue damnum alienum. [k]

[a] *in prædictis 2. q.*

[b] *iuxta c. totum, 1. q. 3.*

[c] *vt ſup. eod. ca. n. 9. diximus de appetitu gloriæ, honoris & famæ.*

[d] *iuxta S. Greg. lib. 31. Moral. & S. Tho. 2. 2. q. 118. art. 7.*

[e] *iuxta S. Tho. 2. 2. q. 118. ar. 8.*

[f] *in 2. præcepto, c. 12.*

[g] *c. 15.*

[h] *c. 17.*

[i] *c. 18.*

[k] *ca pœnale, 14. q. 5. adiuncto c. ſæpe, de reſtit. ſpol.*

Dixi (*Deliberatè*) quia indeliberatus appetitus, ad ſummum eſt venialis. Dixi (*inordinatè*) quia ordinatè appetere, eſt virtus. Dixi (*Pecuniam*) quia appetitus aliarum rerum, non eſt verè auaritia. Dixi (*In alienum damnum*) quia ſine illo, ſolùm eſt veniale. [a]

II. Peccat mortiferè, qui inordinatè retinet, aut prodigit pecuniam in alterius damnum: quia horum prius eſt actus auaritiæ, non ſolùm qua parte opponitur liberalitati: ſed etiam, qua opponitur iuſtitiæ: poſterius verò, eſt etiam actus prodigalitatis vtrique contrariæ: conſtat autem omnem iniuſtitiam ſuo genere eſſe mortalem. [b] Idemque de illo, qui periculo probabilis mortis corporalis, aut ſpiritualis propter auiditatem pecuniæ quærendæ, vel effundendæ, ſe obiicit. [c]

74 III. Peccat, qui pecuniam ſuperfluam, ſeu ampliorem, quàm neceſſitas vel decentia ſtatus requirat, ſeruat, cupiditate inordinata delectandi ſe illa, in dies eam augendo, nec ſubueniendo pauperibus. [d] Quod indubitatum eſt, ſi id faciat negando opem extremè egenti, vel tranſgrediendo aliam legem ad mortale obligantem. Quin etiam [e] ſi id faciat quò ſolùm ſe delectet eius poſſeſſione, non erogando pauperibus occurrentibus: quia tranſgreditur legem, qua diues tenetur ſuperflua illis erogare: licèt enim nullis eorum teneatur illa ſingulis erogare: tenetur tamen erogare aliquibus, quos elegerit. [f] Adeo quidem, vt ad id cogi poſſet. [g] Ampliatio autem hæc non videtur amplectenda. Tum, quia æquiparat laicos beneficiariis, quoad neceſſitatem erogandi eleemoſynam, contra Sanct. Thom. & communem, vt infra inſinuabitur. Tum, quia videtur noua, & nullibi gentium recepta. Tum demum, quia conſequeretur eam quolibet tempore, etiam affluentiæ, poſſe Iudicem cogere laicos diuites erogare ſuperflua pauperibus: quod videtur durum, & contra præfatas gloſſ. quæ ſignificant id ſolùm fieri poſſe tempore grandis neceſſitatis, quo ſolo poſſet procedere hæc opinio. Dixi (*Inordinata*) quia coaceruare vt conſulatur futuræ neceſſitati ſuæ, vel ſuorũ, maximè filiorum collocandorum matrimonio, vel munere

*[a] iuxta ſupradicta c. 11. n. 4.*

*[b] vt prodidit S. Tho. recept. 2. 2. qu. 59. art. 4.*

*[c] ſecundum mentem vtriuſque Th. in d. q. 118. art. 4. ad 3. & 119. art. 3.*

*[d] ſecundũ Caie. in d. qu. 11. art. 4. ſub fin.*

*[e] ſecundũ eundẽ.*

*[f] c. ſicut hi, 47. diſt. cum cõcord.*

*[g] iuxta gloſ. cõmuniter recept. & putatã ſing. in d. ca. ſicut hi, quæ tamen duas habet ſimiles.*

aliquo, aut gradu honeſtandorum, vel Reip. ( cuius eſt Princeps ) ab inimicis defendendę, non eſt actus vitioſus, ſed prudentię: imò nec ſi id faciat quò augeat ſuum ſtatum, ſeque in altiorem ordinem prouehat, quò altioribus virtutibus ſeruiat Deo, & Reip, iuxta ſapientiam, vel prudentiam à Deo immediatè, vel mediatè acceptam, [a] ſecus enim nullus plebeius iuſtè ſuum ſtatum mutare, aut nobilis ſuũ augere poſſet, quod eſt abſurdum, & ideo non dicendum. [b] Nec ob id dicetur habere eiuſmodi ſuperfluum, quod de præcepto pauperibus erogare teneatur. [c]

75 IIII. Peccat beneficiarius eccleſiaſticus, ſuperflua quæſita ex reditibus eccleſiaſticis pauperibus, vel pijs operibus non erogans, ſiue id faciat auarè retinendo, ſiue profudendo. [d] Nam ( vt rectè inſinuat Caiet ) [e] eſt contrarium iuſtitiæ, non ſolùm legum canonicarum:, ſed etiam naturalium. [f]

*[a] ex mente Caie. vbi ſup. art. 1.*
*[b] l. nam quod abſurdum ff. de bon. libert.*
*[c] iuxta dicendæ cap. ſeq.*
*[d] iuxta mentem S. Tho. quodl. 6 art. 12.*
*[e] 2 2. q. 118. art. 4.*
*[f] quod latius probauimus in c. 1. & cap. cùm ſecundum de præb. & in Apolog. li. de red. quæſt. 1. monit. 27 & 38*

## De filiabus auaritiæ, duritia cordis, & inquietudine mentis.

76 Per duritiam cordis, & inquietudinem mentis, peccant, non ſubuenientes pauperi, quoties tenentur de præcepto obligante ad mortale: quod quando contingat, dicetur capit. ſeq. ſecus enim hæc venialia tantùm ſunt. Imò, & quia hæc ferè nunquam ſunt mortalia, niſi coniũgantur alijs actibus mortalibus, non ſunt neceſſariò confitenda: ſatis enim eſt confiteri mortalia, quæ per prędictam duritiam, & inquietudinem admittũtur. [g]

*[g] vt rectè adnotauit Caiet.*

## De emptione, & venditione, dolo, & fraude, filiis auaritiæ, factis.

77 Aſtutiâ, dolo, vel fraude peccant primò, qui contrahendo, vel quaſi contrahendo, afficiunt alium damno notabili commutatione rei minoris valoris, vel prætij minoris pro alia maioris, vel pretio maiori: id enim eſt contra ſeptimũ præceptum, & contra Paulinũ illud. [h] *Ne quis ſupergrediatur, neque circũueniat in negotio fratrẽ ſuum.*

*[h] ad Theſſ. 1 4. 3. 1. de empt.*

Cui ſuffragatur quòd prudentiæ veræ duo vitia ſunt contraria per ſimilitudinem prudentia carnis, vel mundi: & aſtutia in malam partem accepta. Nam vera prudentia eſt virtus, quæ inclinat ad quærendum vera bona per verè bona media. [a] Prudentia verò carnis, vel mundi, eſt vitium inclinans ad quærendum bonum apparens, & non exiſtens per bona, vel mala media Aſtutia autem, eſt vitium inclinans ad quærendum vera bona. [b] Cuius aſtutiæ miniſtri ſunt duo, dolus, qui eſt circumuctio mala ad decipiendum adhibita, [c] & comprehendit tam eam, quæ fit verbo tantùm, quàm quæ facto tantùm vel vtroque modo. Fraus autem, quæ tantùm facto fit: ita vt fraus ſit ſpecies doli, quod eleganter inſinuat Iuriſcon. [d] dicens, fraudem ineſſe dolo, quod ſolerter exponit Accurſ. de illa inhæſione, qua ſpecies ineſt generi, & clariùs S. Thom. [e]

78 Pretium autem iuſtum rei (cuius notitia ap primè neceſſaria eſt plurimis vtriuſque iuris, & aliquot Theologiæ locis intelligendis) eſt pretium pecuniarium, quo communiter æſtimatur res valere tunc, attenta illius intrinſeca bonitate, & vendentis vtilitate, loco, tempore, & copia, vel defectu rei illius generis, emptorúmque, ac venditorum eiuſdem, nec non modo eam vendendi ſtatutum à gubernatore loci, vel domino rei. Dixi, *Pretium*, pro genere, & *Pecuniarium*, ad excludendum pretium affectionis. [f] Dixi, *Communiter*, ad excludendum pretium priuati affectus, quo vnus, vel alter rem ſuam æſtimat. [g] Dixi, *Tunc*, quia præſens tantùm æſtimatio, quámque haberet vendita præſente pecuniâ, eſt attendenda. [h] Dixi, *Attenta bonitate intrinſeca*: ob eam ſiquidem, vna res pluris valet, quàm altera eiuſdem ſpeciei, & quantitatis. [i] Dixi, *Vtilitate vendentis*: quia venditor tantò pluris vendere poteſt rem vnius generis, quàm alij ſimiles, quantò vtilior eſt illa ei, quàm aliæ illis, ſecundùm S. Thom. [k] & Scotum [l] communiter receptos, iuxta quos vtilitas emptori prouentura, vel neceſſitas habendi eam, pretium non auget. Dixi, *Loco* quia eadem res pluris valet vno in loco, quàm alio. [m] Dixi, *Tempore*, eadem ratione. [n] Dixi, *Copiâ vel defectu:* quia hic auget, illa minuit, ſecundùm omnes. Dixi. *Emptorum, vel venditorum*: copia namque horum & defe-

[a] *iuxta Ariſt 4 Moral. & S. Tho. 2. 2. qu. 57. art. 1.*
[b] *iuxta eundem recep. 2. 2. qu. 55 art. 1. 2. & 3.*
[c] *l. 1. ff. de dol.*
[d] *l. in iuris gẽtiũ, §. ſed ſi fraudãdi, ff. de pact.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *cuius meminit l. ſi in emptione, ff. de Minor.*
[g] *l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.*
[h] *l. in l. Falcidia §. fin. ff. ad l. Falcid.*
[i] *l. vbi autẽ non apparet, ff. de verb. oblig.*
[k] *2. 2. q. 77. ar. 1*
[l] *in diſt. 15. q. 2*
[m] *l. 1. & tot tit. ff quod cert. loc.*
[n] *l. vinum ff. de reb. cred.*

tius minuunt, ſecundùm omnes. Dixi, *Modo vendendi*: quia minoris valet merx, quum rogatur emptor, quàm quum rogatur venditor, iuxta illud vulgatum, *Vltroneæ merces vileſcunt*. Quò fit, vt idem pannus, idémque liber maioris valeant in taberna mercatoris, quàm in manu proxenetæ, quærentis emptorem, & longè minoris valeant ſpolia, & manubiæ, quas victor exercitus vendit ſtatim à direptis hoſtium caſtris, quàm aliæ eiuſdem generis, quæ etiã à proxenetis deferuntur, vendendæ in vrbibus pacatis. Dixi, *A gubernatore*: eius enim eſt illud ſtatuere.[a] Dixi, *A Domino*, quia deficiente æſtimatione communi, & Gubernatoris, poteſt ipſe Dominus illud ſtatuere, conſideratis induſtriâ, impenſâ, & labore, quem illis de vno ad alium locum transferendis ſubiit, & diſcrimine cui ſeſe obiecit: ſollicitudine item, & impenſâ merces conſeruandi.[b]

79 Atqui (vt cum primis dixit Sotus[c]) pretium iuſtum non conſiſtit in indiuiſibili, ſed habet latitudinem, cuius extremum inferius, appellatur pium, ſuperius rigoroſum: & quod inter illa duo interiacet, medium, vel moderatum. Verbi gratiâ, vnius vlnæ panni iuſtum pretium, dicuntur decem nummi regales, ſeu Iulij, vno plus minúſve: ita vt vndecim erunt rigoroſum, nouem pium, & decẽ ac quodlibet aliud interiacens, mediũ, vel moderatũ. Quibus conſequens eſt, non ſolùm pretium alicuius rei iuſtum, eſſe illud, quo communiter in aliqua regione venditur: ſed & illud, quo hoc loco, tẽpore, & modo vendẽdi, communiter haberi poteſt. Nec eſſe peccatum, expectare tẽpus, locũ, & caſum, quo res vilius vendatur, vt nonnulli expectare ſolent fines nundinarum, quibus (vt plurimùm) ob copiã venditorum, defectumque emptorum, merces minoris valent: alij auctiones publicas bonorum viuorum, vel defunctorum: plærique delationes mercium proxenetarum: neceſſitas namque venditoris, non facit emptionem iniuſtam.[d]

80 Illud porrò vulgò iactatũ. *Tanti res valet, quanti vẽdi poteſt*,[e] intelligẽdum eſt, de prætio, quo vendi poteſt illo loco tempore, & modo communi vendendi venditoris præſente pecunia,[f] modò ceſſent omne monopolium, fraus, dolus,[g] ſiniſtra circumuentio, atque fallacia:

[a] *l. 1. §. Curæ carnis, ff. de offi. præfect. vrb.*

[b] *Gabr. in 4. diſt. 15. q. 10.*

[c] *in 4. diſt. 15 q. 2*

[d] *vt probat Caie. in d. art. 1. & in ſum. verb. emere.*

[e] *l. 2. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. l. quærebatur, ff. ad l. Falcid. l. ſi quis vxori, § vlt. ff. de furt.*

[f] *arg. l. pretia rerum, ff. ad l. falcid. iuxta Alex. ibi.*

[g] *iuxta S. Anto. 2. part. tit. 1. c. 16. §. 2. per l. 1. C. de monopol.*

in quibus eſt aſtutia illa depromendi ac proferendi in forum multa venialia, quò pretium decreſcat, & emendi deprompta, quò augeatur.

[a] *in C. de reſtit. qu. 39.*
[b] *lib. 6. q. 4. art. 1. de iuſt. & iur.*

81 Hiſce tamen refragatur opinio Medin.[a] tenentis res cariùs vendi poſſe creditò, quàm præſente pecuniâ, viliúſque emi eâ anticipatâ: quia modus vendendi videtur augere, vel minuere pretium, ob periculum, quod contingere poteſt: eò quòd debitor fieri poſſit inops, & non ſoluendo (adeóque mercem tradere nequeat) vel ingratus, & malignus, qui nolit id præſtare. ſed eam neruoſè confutat Sotus,[b] & neruoſius confutari poteſt, eò quòd noua eſt & contra communi calculo Theologorum & Canoniſtarum receptam opinionem, quòdque Eccleſia declarauit id eſſe illicitum, *per c. in ciuitate de vſur.* per quod ſoluuntur omnia eius argumenta, cùm ex illo eliciatur Eccleſiam Catholicam determinare pericula illa eſſe magis conſiderabilia ad augendum pretium, quàm ad dandum quippiam vltra ſortem mutuanti: lege autem ipſa naturali, & diuina, quâ vetantur vſuræ, concluditur, illa non eſſe conſiderabilia mutuo vt augeatur pretium.

82 Aduerſatur inſuper, quòd idem Sotus aſſerit licitam eſſe emptionem lanarum, anticipatâ ſolutione minoris iuſto pretio, modò fiat ante annum: quòdque mercator vehens mari magnam mercium quantitatem, poteſt creditò vendere maioris iuſto pretio, quo venderet pecunia præſente: quæ tamen opinio amplectenda non eſt. Tum, quia noua, rationéſque eius infirmæ, & æquè ferè cõcludentes opinionem Med. quã reprobat, atque ſuam. Tum, quia iuſtiùs potuit concedere mercatoribus aliarum mercium, facultatem cariùs vendendi ob verum intereſſe lucri ceſſantis (quam tamen eis præfatus Sotus negat) quàm mercatoribus lanarum, & mercium nauticarum, propter reſpectus quorum meminit. Nam (quicquid ille dicat) certum eſt nobis cum communi, licere in foro conſcientiæ mercatori cariùs vendere propter verum intereſſe lucri ceſſantis, monito emptore, quòd verè coram Deo ceſſat lucrari ob dilatam ſolutionem, tantum quanti maioris iuſto vendit ei merces ob dilationem: & ſi noliit emere ea conditione, non emat.

Qua

Qua ſola ratione, poſſent etiam defendi ſupradicti emptores lanarum, & venditores nauticarum mercium, ſi verè corã Deo interueniret tantumdẽ intereſſe lucri ceſſantis, quantò cariùs ob dilatam ſolutionem vendunt. Dixi, *Foro conſcientiæ*, quia in exteriori difficilè excuſaretur attenta præſertim extrauag. Pij V. [a] Itaque, eædem leges ſeruandæ ſunt in lanis, & nauticis mercibus vendendis, quæ in alijs.

83 Quibus omnibus conſequens eſt, primò non peccare, qui rẽ, quâ magnopere opus habet, importunitate alterius, ei vendit tantò pluris iuſto pretio, quantò damno (ſaltem affectionis) eius venditione afficitur. Secundò, peccare, qui hoc faceret ob magnam neceſſitatem emptoris, magnàmve vtilitatem, quæ inde illi prouenirét. [b] Licèt non indecens foret emptorem qui eâ multum lucraretur, aut ſe iuuaret, plus aliquid iuſto pretio venditori dare. [c] Tertiò, quòd licet minoris iuſto pretio rem quampiam emere, quando plurimi refert venditoris eam vendere, emptoris verò parui emere, & pietate motus emit: vt cùm quis emit à paupere ſuam operam, ſolo victu, quem ei præbet, ne fame pereat. [d] Quartò, quòd etiam licet emere minoris prædiũ, paciſcendo, vt venditor, quàmdiu vixerit, fructus eius percipiat: aut certo annorum numero, ac ſi fructus ſtatim perceptus eſſet. [e] Quintò, quod etiam licet vendere dilata ſolutione, tantò plus addendo pretio iuſto poſtea ſoluendo, quantum credit ſe in eo recuperando inſumpturum, modò proponat id remittere debitori, citra vllas impenſas, ſi ſtato die ſoluerit. [f] Quod nõ videtur tutum Silueſt. [g] Quum venditor poſſit mutare animum, eiùſue obliuiſci, aut mori: & ita emptor cogeretur totum ſoluere: ſed occurri poteſt omni periculo, tradente venditore ſchedam manu ſua firmatam, qua promittat ſe tantum de pretio remiſſurum, ſi ſtato die ſoluat, quantum iuſto pretio adiecit, ſine cauſæ remiſſionis expreſſione, ne in foro exteriori præſumatur vſurarius. At, ſi deceptio fuit vltra dimidium iuſti pretij, deberet reſcindi contractus, pretiumve ſuppleri, vel diminui in vtroque foro. [h] Imò & ſi deceptio fuit vltra quartam partem iuſti pretij, cum pacto de retrouendendo in regnis Luſitaniæ, per ſtatuta regia. [i] Si verò de-

[a] *relata c. 17. n. 283.*

[b] *iuxta S. Tho. & Scot. ſup. citatos.*

[c] *ſecundum eoſdem.*

[d] *Sil. verb. emptio, q. 7.*

[e] *Maior in 4. diſt. 5. q. 40. cui ſuffragatur textus in c. cũ Ioannes, de fid. inſtru.*

[f] *Maior vbi ſup.*

[g] *in Roſ. aur. caſ. 6.*

[h] *l. 2. C. de reſcind. vend. & c. cùm. dilecti, de empt. & vend. cum adnot. eis*

[i] *lib. 4. ordin. tit. 4. §. & ſe foſſe, tit. 27. § 1. & 32*

ceptio eſſet in parte minore dimidio, imò & etiã quartâ parte iuſti pretij, modò non leuis foret, peccaretur cum obligatione reſtituendi in foro interiore,[a] & in exteriori canonico, viâ denunciationis.[b]

85 Cæterum, ad reſcindendum hac ratione contractũ, non ſolùm oportet probare rem emptam, vel aliàs cõmutatam, tempore contractus tantò pluris, aut minoris valuiſſe in illa regione, iuxta communẽ æſtimationem, ſed etiam, tanto pluris, aut minoris valuiſſe illo loco: tempore, & modo vendendi, quando, vbi & quomodo vendita fuit. Adeóque emptor, prætendens rem non eſſe emptam pretio minore iuſto, probare poterit anno illo, tempore, & loco homines laboraſſe caritate annonæ, bello, peſte aliàve non ab ſimili calamitate, ob quę fuit tunc abundantia vendentium res eiuſdem qualitatis, cuius erat empta, penuria autem rei numariæ, & emptorũ, adeo vt venditores interpellabant emptores, qui ægre emebãt. Quo probato, probaretur res empta multò minoris valuiſſe, quàm alio tempore, vel loco.[c] Quinetiam venditor, qui prætenderet rem non eſſe venditam pretio maiore iuſto, poſſet probare prædicta ſecus ſe habuiſſe. Ideoque non ſunt leuiter conſulendę huiuſmodi lites. Tum, quia ſunt periculoſæ: tum, quia nemo facilè condemnare debet in iudicio, vel extra, eos contra quos intenduntur: præſertim ſi damnum paſſus, ſciebat ſe illud pati, eratque eiuſmodi perſona, quæ illam, vel eius partem donare poterat, adeóque ſponte, citra vim, metũ, & grauem neceſſitatem id paſſus eſt. Poteſt enim iudicari voluiſſe illud damnum donare.[d] Tum, quia via denunciationis euangelicæ eſt fragilis contra negãtem deceptionem,[e] & iudices ſeculares nunc non permittunt aliâ viâ inſtitui & proſequi huiuſmodi lites, apud iudices eccleſiaſticos.

86 At verò, dicta ſupra[f] quòd pactum de retrouendẽdo, multùm diminuit de pretio, & leges, quæ loquũtur de deceptione vltra dimidiam, vel quartam partem pretij, intelligi debent de dimidia, vel quarta pretij tali pacto diminuti: nam ſæpenumero tale pactũ quartam partem, vel ampliorem pretij diminuit[g] quatenus probant, annuũ cenſum duodecim, emi iuſtè poſſe pretio 100 cum pacto de retrouendendo perpetuò, qui ſine illo, valeret 200. & eo amplius.

[a] iuxta S. Tho. 2.2.q.77.art.1.

[b] vt probauimus in c. nouit, de iudic. not. 6 n. 14.

[c] per dicta ſup. eod. c à n. 78.

[d] ſecundum Petr. ab Anch. c. peccatũ, de reg. iur. lib. 6. nu. 21. ar. l. quiſquis C. de reſc. vend. iuxta l. quod quis ſciens, ff de cond. in deb. quem poſt Sali. in auth. ſed hæc C. de vſu. q. 21 defendimus in cap. nouit, de iudic notab. 6. nu 61.

[e] per not. in d. c. Nouit.

[f] c 17 à n 247.

[g] Barg Extrauag 1. & 2. de emp.

87 II. Mortaliter peccat, volens deliberatè emere, aut per alium contractum conſequi aliquid minoris iuſto pretio pio: aut vendere, vel dare alio contractu cariùs iuſto pretio rigoroſo notabiliter, ſecundum omnes. Dixi, *Deliberatè*, ad excuſandos innumeros, qui ſenſualitate ad id prouocante, citra iuſtam deliberationem eiuſmodi deſideria concipiunt.[a] Excuſatur etiam à mortali, nolens emere rem minoris iuſto pretio, quo valet loco, tempore, & modo, quo emit: ſed ſic minoris pretio pio quo venditur in officina, ſeu vbi emptores rogant. Ob quod à mortali excuſantur ſcholaſtici malentes emere libros abſcedentium, aut vitâ functorũ, minoris iuſto pretio pio, quàm in officina bibliopolarum valent apud venditorem, modo, quo eos vendit. Denique, qui obſeruant anſam emendi pannum, telam, aliaſue id genus res, in auctionibus, vel à proxenetis quærẽtibus emptores mercium venaliũ ſibi traditarum: quæ minoris æſtimantur, & emuntur. Qui verò ignorantiâ probabili emit, aut vendit notabiliter iniuſtè, non peccat, donec id reſciuerit, & ſatisfacere recuſarit.[b]

88 III. Peccat mortaliter, vendens triticum, aut quippiam aliud æſtimatũ certo pretio iuſto à Reipub. maiore notabiliter illo, cũ obligatione reſtituẽdi exceſſum,[c] nec à peccato excuſat pœna in edicto æſtimatorio ſtatuta,[d] aut donatio emptoris facta in emptione: præſumenda enim eſt nõ eſſe facta voluntate liberâ: ſed neceſſitate coactâ. Dixi, *In emptione*, quia facta poſtea, ceſſãte neceſſitate, excuſaret.[e] Qua in re, ꝙ dicitur de laicis producendũ videtur in clericis, nã licèt hi lege ſeculari non ſubiiciãtur: ſubiecti tamen ſunt legi naturali, & diuinæ, præcipienti, ne quis ſua vltra iuſtum pretiũ vẽdat. Iuſtum autem pretiũ eſt, quod ab habẽte in id poteſtatẽ præſcribitur, ſecundũ omnes, quod etiã tenendũ eſt in terris vbi præſcribitur pretiũ rei in eis collectæ, & nõ aliũde importatæ, etiã ſi res clericorũ, æquè bonæ ſint, ac importatæ. Quia licèt non ſecus ſint exempti à iuriſdictione edicentis, quàm exteri,[f] imò & ſua quoad aliqua[g], confitendum tamen eſt, illa quoad nonnulla alia magis ſubiici illi, quàm extera: & quòd cauſâ prouidendi neceſſitati Reipub. iuſtè poteſt indulgeri Priuilegium bonis externis vt tam ſubditi, quàm exteri poſ-

[a] *iuxta Silu. in au. roſ. caſ.* 15.

[b] *iuxta S. Tho.* 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 2. *&* *S. Ant* 2. *part. titu.* 1. *c.* 16. §. 3 *& alios, quos adducimus in repet. capit. nouit, de iudi. notab.* 6. *num.* 66.

[c] *iuxta Medin. C. de reſtit. qu.* 36. *&* *Caſtr. de leg pœn. lib.* 2. *c.* 12.

[d] *ſecundùm eoſdem.*

[e] *per dicta ſup. c.* 17. *n.* 81.

[f] *Dec. cernimus, de iudic. &* *c. ſi diligenti, de for. compet.*

[g] *c. Benequidem.* 96. *diſt.* *&* *c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtis.*

ſint importare illa vendenda in ſuis ditionibus, excludendo ab eo bona ſuæ ditionis, quæ ſunt exemptorum ab eo. Dixi, *Iuſto æſtimatum*, quia æſtimatio iniuſta, non obligat, ſaltem in foro conſcientiæ. Arbitror autem rariſſimè ſtatuendam eſſe hanc taxam. Tum, quia præbet occaſionem vendendi corrupta, & ferè inutilia eodem pretio quo ſyncera & vtiliſſima. Tum, quia, ſuperueniente maxima neceſſitate, tollitur omnino taxa, illa verò non occurrente parum eſt neceſſaria. Tum quia nemo diuitum vult mutuare, aut vendere creditores taxatas, niſi pretio taxę, etiam tempore abundantię. Tum, quia præbet anſam innumerorum peccatorum mortalium, mille modis pretium ſtatutum fraudantibus: quorum vnus eſt, nolle vendere rem taxatam, putà, triticum, niſi ematur etiam non taxata, putà, vinum, duplo, & quadruplo maiore pretio, quàm valeat, quem ſpeciatim reprobat Med.[a]

[a] *vbi ſup.*

89 IIII. Peccat, qui ſciēs emit vili rem pretioſam, ab id ignorante: putà aurum, vel equum ſanum ab exiſtimāte eſſe aurichalcum, vel infirmum: aut contrà, vendit vile pro pretioſo: putà, plumbum loco ſtanni, ſtannum loco argenti, aurum alchymiſticum pro naturali, &c. cum obligatione reſtituendi damnum.[b] Quod producendum eſt ad venditorem, qui ſciens rem vitioſam, non patefacto vitio, vendit ignoranti, eáque de re nō monito.[c] Nec ſatisfacit, dicendo ſe nolle aſtringi ad vllum eius defectum: quodque vendit cum omnibus ſuis vitijs, exprimendo mendaciter longè plura quā quibus obnoxia eſt, etiam ſi occultum inter illa falſa exprimat: adeo quidem, vt emptor inducatur credere non ineſſe illi occultum verum, cùm iudicat eum mentiri in patentibus. Veluti cùm ait: vendo tibi hunc equum pro claudo, cæco, mutilo, & cuiuis defectui obnoxio, mentiēdo circa patentes defectus.[d] Tum, quia tenetur ſpeciatim exprimere, & patefacere defectum ſibi notum, emptori verò ignotum. Alioqui enim ſcienter in errorem ignorantem inducet: quod verſuti, aſtuti, fallacis, ac vafri veteratoris potiùs eſt, quā viri iuſti & boni, præcipuo Oratore aſſertore.[e] Dixi, *Sciens*: quia neſciens, celando non peccat: licèt cū reſciuerit, tenebitur reſarcire damnū emptori. Dixi, *Occultū*: manifeſtū enim nō tenetur declara-

[b] *iuxta mentem S. Thom. 2. 2. qu. 77. art. 2. iuncto Caiet. in ſum. verb. Alchymia.*

[c] *iuxta eundem S. Tho. vbi ſup.*

[d] *ſecundum Specul. de reſcind. vend. §. 1. n. 7. diſt. 15. qu. 40. col. 4.*

[e] *lib. 3. offic.*

re veluti, ſi equus patenter eſt cæcus, vel claudus, & c modò vitium dicto vel facto contegere non ſtudeat. Nec etiã occultũ, quod emptori nõ erit notabiliter dãnoſũ, aut tale, ob quod deſineret emere, licèt ægrius eſſet empturus, modò tantum de pretio detrahat, quanti ob illud verè minoris valet. [a] Venditione tamen factâ, commonefacere debet emptorem illius vitij, ſéque ob id, minoris ei vendidiſſe, ne ſi emptor alteri pluris venderet, foret cauſa damni tertij. [b] Idèmque cenſendum de vendente rem, quam ſciebat citò perituram, ementi vt diu ſeruaret. [c] Peccat autem mortaliter, qui vendens quippiam amiſſum ipſo iure, ob hæreſim, crimen læſæ Maieſt. aliâmve ſimilem cauſam emptori id ignoranti, eâque de re non admonito, nam, per ſupra dicta, vendens aliquid celando & non manifeſtando vitium occultum illud ignoranti, peccat: ſatis autem ſupérque vitioſum quod ad hoc videtur, rem vendendam non eſſe vendentis, poſtéque ab emptore iure euinci, etiam non reddito ei pretio, quo emit, cuiuſmodi ſunt prædicta ipſo iure amiſſa, [d] niſi adeò occulcè fuiſſet amiſſum, vt veriſimiliter credat vendens, illud nemini detectum iri, nec conſequenter rem venditam ab emptore euictum iri. Tunc enim ceſſante cauſa, ob quam peccaret, ceſſaret peccatum. [e]

90 V. Peccat mortaliter, vendens arma ei, quem ſcit emere quò noceat iniuſtè, aut ad bellum, quod ſcit eſſe iniuſtum, [f] vel dubitat, nec eſt ſubditus Principis, ſub cuius auſpicijs vult militare. Subditus enim poteſt dubitationem exuere [g]

91 VI. Peccat mortaliter, tempore meſſis, aut vindemiæ emens adeo immoderatè oleum, triticum, aut vinum, quod poſtea carius vendat, vt caritatem inducat. [h] Dixi, *Vt caritatem inducat*, aliàs enim ſecus, præſertim quò proſpiciat ſuæ domui alendæ, etiam paulò ad ampliorem quãtitatem quàm egeat, & poſtea quod ſuperfuerit pretio currente vendat: vel ſi emit vt proſpiciat Reip. inſtar Ioſephi, [i] aut pauperibus egentibus ſubueniat, aut ne exportetur, vel diſſipetur: aliòſve ob fines honeſtos [k]

Cùm verò quis, non inueuiens pecuniam mutuam, emit creditò pannum aliáſue merces quò ſtatim eas

[a] *iuxta eundem Mai. vbi ſup.*

[b] *vt recte prodit Caiet* 2.2 q. 77. *art.* 3 *pro quo eſt eſin. de intur.*

[c] *l.* 2. *C. de per. & commod. rei vẽd.*

[d] *iuxta Ioan. Andr cõmmuniter recept in c. cum ſecundum, de hæret lib* 6.

[e] *arg. c. cum ceſſante, de appel. & l adigere*, §. *quàmuis*, *ff. de iur patr.*

[f] *S. Anton.* 2. *part. tit.* 1. *c.* 24. § 11. *arg. c. nouum,* 2. *qu.* 1.

[g] *arg. c quid culpatur*, 23. *q.* 1.

[h] *c. quicunquæ,* 14 *q.* 4.

[i] *Geneſ.* 45.

[k] *iuxta mentem Innoc in c.* 1. *ne cler. vel mon.* & *S. Anto.* 2. *part. tit.* 1. *c.* 24 § 16.

minoris vendendo, pecuniam cogat (quod Hiſpani *mohatram* vocant) vendens illas ei pretio iuſto etiam rigoroſo, non peccat, alioquin ſecus.[a] At verò, non decet vendentem denuo emere à ſe vendita, etiam iuſto pretio minore illo, quo vendidit, ne iniquus mercator, vel vſurarius palliatus habeatur, cuius infamiæ periculo probabili ſe exponendo peccaret.[b] Cæterum, iure ſummo liceret ei denuo emere illa iuſto pretio mediocri, vel pio minore rigoroſo, quo vendidit: cum nulli legi iuſtitiæ videatur contrauenire, & ſi cui legi charitatis ſcandalizando alios, aduerſaretur, peccaret quidem, at non teneretur ad reſtitutionem, ad quam ſolius legis iuſtitiæ tranſgreſſio obligat.[c] Hodie porrò, poſt præfatam extrauag. Pij V ſupra relatã,[d] nõ licet emere, aut vendere cenſum nouè imponendum, vel iam impoſitum, pluris, vel minoris, quam in prima, impoſitione, fuit emptus, vel venditus, ad euitandam fraudem, qua quis poſſet ſimulare ſe emere cenſum nomine ſuo, magno pretio, ac reuendendum illum poſtea tertio, minore pretio.

92 VII. peccat mortaliter, qui init monopolium cum alijs mercatoribus: ne has illaſue merces minore pretio, quã inter ſe depacti ſunt, vendant,[e] aut à principe priuilegiũ impetrat, ne certi generis merces ab alio, quã à ſe vendantur, in populi graue damnum,[f] quàmuis liceat Principi, aut Prouinciæ vel ciuitatis præfecto in bonum publicum, obligando in id nonnullos, ſtatuere, vt ſoli ab eis deputati, talia, aut talia pretio tolerabili minutatim vendant, putà, vinum, oleum, &c.[g]

VIII. Peccat mortaliter, emens, vel vendens infringendo feſta[h] peierando,[i] vel mentiendo.[k]

93 IX. peccat mortaliter, ad terras infidelium res vetitas exportans, veluti arma, ligna, & alia ad bellum pertinẽtia, eſtque excommunicatus.[l] Theſaurarius itẽ, Quæſtor ſeu receptor alicuius ciuitatis communitatis aut dominij, emens, aut negotians pecuniâ publicâ in cuſtodiam recepta.[m]

94 Quod reſtringendum eſt procedere ſolum in eo, qui id facit citra ſuperioris conſenſum, vel non ſoluendo, quibus debet ſtatis temporibus citra conſenſum

[a] *per dicta ſup. c.17. n.2. 228.*
[b] *arg. c. non ſunt audiẽdi, 11. q.3.*
[c] *iuxta dicta c. 27. n.11.*
[d] *c.17. n. 234.*
[e] *arg. l.1. C. de monopol.*
[f] *ex mente* Roſel. *verbo emptio. §. 23.*
[g] *iuxta Roſel. vbi ſup.*
[h] *vt ſup. c.13. n. 8.*
[i] *vt ſup. c. 12.*
[k] *vt ſup. c. 8.*
[l] *per c. ita quorũdam, de iudic. & bullã cœnæ Domini, vt latiùs ſè declarauimus, in repet. d. c.*
[m] *per 3. ll. C. de ijs quæ ex pub. col lib. 10. iuncto c. pœnale, 14. q.5.*

torum expreſſum, vel tacitum, aut ſoluit quidem, ſed non ſine graui damno, quod reſtituere tenetur, S. Anton.[a] aſſertore.

Inſuper, qui ſocietatem iniuit cum alio, nolens diſcedere ab eo, non reſipiſcente.[b]

95 X. Peccat mortaliter, qui emit hominem liberum non conſtitutum in extrema neceſſitate vendendi, vel poſſeſſum pro ſeruo, quem credit, aut certè credere debet non fuiſſe captum in bello iuſto, nec ob crimen libertatem amiſiſſe: ſed ſurreptum, aut captum à latronibus, cuiuſmodi (vt fertur) ſunt multi Æthiopes, & Indi capti à Piratis Chriſtianis, vel latronibus ſuæ regionis, & poſtea venditi exteris pro ſeruis, tenetur que reſtituere illum priſtinæ ſuæ libertati.[c]

96 Dixi, *Non conſtitutum*, ob eos, qui emunt captos malè per Paganos, deſtinantes eos in cibum, ob idque eos impinguantes, quod paſſim contingit Braſiliæ, aliiſque in Ditionibus, quas incolunt Antropophagi: licet enim eos emere, eiſque emptioni ſuæ conſentire. Tum, quia vita pretioſior eſt libertate.[d] Tum, quia pater tempore famis extremæ, filium vendere poteſt.[e] Tum, quia id potiùs eſt eripere illos à morte iniuſta (ad quod tenemur, iuxta illud.[f] *Erue eos, qui ducuntur ad mortem*) quàm emere. Tum, per ea, quæ tradi Imol.[g] & Salyc.[h] Tum, quia nemo tenetur gratis ſubuenire egenti, etiam extremè, modò commodando, vel mutuando ſatis ei ſuccurrat.[i] Tum, quia emptio illa temperatur, eò quod huiuſmodi qui ſe vendiderunt, per ſe, vel per alium ſe redimere poſſunt, reddito pretio, quo venditi fuerunt, vel ſaltem eo, quod valerent tempore redemptionis ſi verè ſerui eſſent, etiam inuito poſſeſſore: & quia redempti, fiunt liberi, non liberi, perinde ac ſi nunquam fuiſſent capti, inſtar filiorum, à patre ob famem venditorum.[k] Itaque, monendus eſt ſecundus emptor modum, quo ille fuit antea emptus: non ſecus quàm ſecundus emptor filij à patre ob neceſſitatem venditi, eſt monendus: minoris enim valet ob priuilegium redimendi ſe inuito poſſeſſore, vt minoris valeat prædium, cum pacto de retrouendendo emptum.[l] Nec obſtat, quòd meliùs faceret, qui gratus illum ab ex-

[a] *part. tit. 1. c. 15. §. 5.*
[b] *per dicta ſup. 1. 17. à n. 251.*
[c] *arg. l. & l. liber. homo, & l. liberi hominis, ff. de contrah. empt.*
[d] *l. ſeruitute, ibi (ferè) adiuncta gloſſ. & l. quod attinet. ff. de reg. iur.*
[e] *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.*
[f] *Prouerb. 24. relatum in c. non in inferenda, 13. q. 3.*
[g] *in l. 2. ff. de publ. iudic.*
[h] *in d. l. 2. C. de patr. qui fil. diſtr.*
[i] *per dicta ſ. c. 17. à n. 60.*
[k] *iuxta d. l. 2. argum. ab æquiparatis, ex gloſſ. 2. ſolem. c. miramur de ſeru. non ordin. & gloſſ. fin. l. ſi quis ſeruo, C. de furt.*
[l] *iuxta ſup. dicta, c. 17. n. 247.*

trema illa neceſſitate liberaret. Tum, quia id non arguít, hoc eſſe malum, nam bono melius datur. Tum, quia vtilius eſt id aſſerere, quàm contrarium, ne bona opera impediantur: quum illud nemo niſi rariſſimè, facturus ſit: hoc verò multi facient, & faciunt, quos arbitror iuſtè poſſe capere, etiam intereſſe iuſtum pretij, pro eis dati.[b]

Non peccant autem nec reſtituere tenentur, ementes Æthiopes, Indos, vel alios delatos è ſuis terris in alias ſi ſciunt, aut probabiliter credunt, eos fuiſſe à ſe, vel ab aliis præuio conſenſu eorum venditos aut in bello iuſto captos, aliàs ſecus. Is autẽ mala fide credit eos eſſe ſeruos, qui ſcit, aut credit, eſſe famam publicam ex fide dignorum relatione ortam, eos dolo, vel vi, extra bellum iuſtum fuiſſe captos, vel in naues introductos, ac poſtea inuitos abductos, quod aiunt eſſe frequentiſſimum, argumento nonnullorum iurium,[c] quibus ſingulariter probatur ſufficere iure antiquo ad aliquem vitandum, famam, quòd ſit excommunicatus: & quàmuis iure nouo nec fama, nec ſcientia excommunicationis ad id ſufficiat,[d] ſufficeret tamen fama, quòd ſit denuntiatus.[e]

97 XI. Peccat mortaliter proxeneta, vel licitator, quippiã vendendũ ſuſcipiẽs, ſibique partem pretij notabilem retinens, cum obligatione reſtituendi,[f] niſi pro iuſto ſui laboris ſtipendio à domino non ſoluto, acciperet. Imò & ſi pro ſtipendio acciperet, ſi gratis ſe venditurũ promiſit,[g] quàmuis ſi accipit certo pretio vendendum, retinere poſſit, id, quo pluris illud vendiderit, niſi exceſſerit pretium rigoroſum: talis enim exceſſus, emptori eſt reſtituendus.[h] Quod limito procedere, quando expreſſè, aut tacitè depactum eſt, vt id ſibi retineat. Vt cùm conuênit, nihil ei pro ſtipendio dandum. Contrarium verò (quod tenent. Ant.[i] Ioann. Tabien. Iaſ.[k] & etiam Maior[l]) quando id non eſſet conuentum. Vt quum quis famulo ſuo ſtipendio conducto, vel amico gratis id facturo tradit aliquid vendendum certo pretio, vel proxenetæ, conuẽto ſtipendio: licèt proxeneta, qui ſuâ induſtriâ illud pretioſius reddit, cùm ad id non teneatur, exceſſum ſibi retinere poſſit: Gabr.[m] aſſertore.

98 XII. Peccat mortaliter, qui ſuo ſtipendio iuſto non

[a] *l. vbi autẽ, ff. de verb. oblig.*

[b] *arg l. 1. cum ei adnot. C. de ſẽt. quæ pro eo, quod inter. cum alijs ſup. ſæpe citat.*

[c] *gloſſ. ſing. in l. Titio fundus ff. de condit. & demonſt. & not per gloſſ. in c. qualiter & quando, 2 de accuſ. & c. illud, de cle. excom miniſt.*

[d] *per extrauag. ad euitãda Martini V. relatam infra, c. 27. nu. 15.*

[e] *vt ibi dicetur*

[f] *iuxta Angel. verbo emptio, §. 23.*

[g] *arg. c. non ſanè, 14 q. 5.*

[h] *iuxta Aug. vbi ſupra.*

[i] *3. part. tit. 8. c. 1. §. 4.*

[k] *in §. actiones, Inſtit. de action.*

[l] *in 4. diſt. 15. q. 41.*

[m] *in 4. diſt. 15. q. 10. art 3. nu. 4.*

contentus, rei domino aſſeruit, neminem omnium pro-illia pluſquam centum dare velle: & accepta poteſtate alienandi illam eo pretio, vendit centum, & viginti, ſibi retinens 20. Caiet. deciſore: [a] cũ obligatione reſtituendi.

[a] *in ſum. verbo proxeneta.*

## De Simonia, quæ per ſpeciem emptionis, & venditionis, auaritiæ cognata eſt.

### Summæ.

99 *Spirituale quid, & etiam vt hîc ſumitur multiplex.*

99 *Spirituale alterum à ſolo Deo, alterum ab eo, & homine: ſed vtrumque iure diuino vendi vetatur.*

99 *Spirituale humanum antecedens, & conſequens.*

99 *Spirituale purum, & mixtum, & hoc vt vendi poſſit.*

99 *Simoniacus ante completam vtrinque ſimoniam, celebrans, an irregularis?*

99 *Penſionarius celebrans lapſo termino, antequam impetatur an irregularis.*

99 *Simonia realis annullat actum, etiam renunciationis, & excommunicationis.*

## Res ſpiritualis quid.

99 Spirituale variꝫ ſignificationis (quemadmodum & ſpiritus) eſt, cæterùm, vt inſtituto noſtro ſubſeruit, eſt donum ſupernaturale, à Deo datum, ad animarum ſalutem: vel aliquid aliud inſtitutum ſupernaturaliter ab eodem, ad eam efficiẽdam: vel ab eccleſia, poteſtate ſupernaturali, & gratis ſibi data, ad conficiendum illud, & gratis dandum. [b] Dixi, *Donum* pro genere, & *Supernaturale*, ad differentiam donorum naturalium, quæ naturaliter dantur. Dixi, *Ad ſalutem animarum*, ad excludenda inſignia, ſeu arma, dotes, & victorias, aliáque huiuſmodi, Regibus, & Principibus aliquot, vel alijs in alium finem, quàm ſalutem animarum ſupernaturaliter conceſſa. Dixi, *Vel aliquid inſtitutum ſupernaturaliter ab eodem, ad eam efficiendam*, ad includendũ ſpirituale per cauſam, quod genus ſunt ſacramenta, quæ ipſe ſolus inſtituit,

[b] *quæ definito, ſat colligi poteſt. ex cap. gratia, &c. qui ſtudet. 1. q. 1. & S. Th. 2. 2. q. 100. art. 1. 3. & 4.*

ſoláque efficiunt inſtrumentaliter gratiam : vt dictum ſupra eſt.[a] Dixi, *Vel ab eccleſia, poteſtate ſupernaturali ſibi data*, ad includenda ſpiritualia, quæ à Ioan. And & Panor.[b] ſpiritualia propter ſtatuta nuncupātur, cuiuſcemodi ſunt ſacramentalia, & eis annexa, ad eādem inſtituta, quibus ſacramenta parantur, conficiuntur, & conſeruantur : vt conſecratio & benedictio Eccleſiæ, altaris, vaſorum, ornamentorum, aquæ baptiſmalis, vel benedictæ, exorciſmus, catheciſmus, iuſpatronatus, beneficia, collationes, præſentationes, renūciationes, & id genus alia. Dixi, *gratis dandum* : quia omni rei ſpirituali repugnat emptio, venditio, omniſque non gratuita donatio, triplici ratione ſecundùm S. Th. recep.[c] putà, quia non eſt pecuniâ æſtimabilis: nemóque alius à Deo, eſt verus dominus eius : adeoque illius origo ex gratuita Dei voluntate manat.

Nonnulla porrò ſpiritualia, vt hîc accipiuntur, à ſolo Deo immediatè creata, vel inſtituta ſunt, veluti, gratia gratum faciens, ſeptem dona S. S. ſeptem ſacramenta, gratiæ, quas gratis datas appellant, & iuriſdictio Eccleſiaſtica ſupernaturaliter primum à Chriſto domino noſtro data.[d] Alia verò, miniſterio eccleſiæ inſtituta, qualia ſunt cætera prædicta. Neque tamen duntaxat primorum venditio, eſt iure diuino prohibita, & cōſequēter prohibita, quia ſimoniaca: nam & venditio aliorum eſt eiuſmodi, vt infra tangetur.[e] Non etiam omne ſacrum, eſt ſpirituale, vt hîc accipitur : Bona enim mobilia, & immobilia eccleſiaſtica, ſunt ſacra,[f] quç tamen non ſunt ſpiritualia, vt hîc ſumuntur, ideoque, eorum emptio, etiā iniuſta, non eſt ſimoniaca: licèt ſit ſacrilegia. Nam, licèt dedicētur ad ſuſtentationē ſpiritualiū aſſertore S. Th.[h] non tamen per benedictionem ſacri conſtitutiuā, quæ de ſola poteſtate ſupernaturali, & ſpirituali fluere poteſt.[i]

Et quidem omnia ſpiritualia ab eccleſia inſtituta, virtute poteſtatis diuinitus acceptæ inſtituta ſunt, ob idque meritò vocantur annexa ſpiritualibus, quia ſunt ſuperaddita humanitus, ſpiritualibus datis diuinitus. Quædā quidem antecedenter, quæ nimirum non requirunt in habituro illa, aliud ſpirituale, præter Chriſtianiſmum: vt iuſpatronatus, ius ſepulturæ, calix, & eius generis alia. Alia dependenter, ſiue conſequenter, quæ requirunt

[a] c. 22. n. 1. & 2.

[b] in c. conſulere, de ſimon.

[c] 2. 2. qu. 100. art. 1. in corp. q.

[d] vt in c. nouit. de iudic. not. 3. diximus.

[e] n. ſeq.

[f] iuxta S. Tho. recept. 2. 2. quæ. 99. art. 3. & probatur in c. nulli & c. prædia, 12. q. 2.

[g] per cap. prædicta.

[h] vbi ſup.

[i] vt nouè reſoluimus in c. non liceat, 12. q. 2. §. 17. à n. 7.

aliquid ſpirituale vltra Chriſtianiſmum: qualia ſunt beneficia, & officia eccleſ. quæ eſt doctrina S. Thom. communiter recept. [a]

[a] 2.2. q 100. art. 4.

At verò, quædam ſunt ſpiritualia à cuiuſque rei temporariæ mixtione pura, veluti gratia, & dona Spiritus ſancti. Alia mixta ex ſpirituali, & temporario, & horum quædam habent plus ſpiritualis, quàm temporarij, vt ſacramenta, & actus conficiendi ea: qui conſtant parte purè ſpirituali, & labore temporali Alia contrà, quorum maior eſt temporalis, minor ſpiritualis: vt calix ſacratus, & ornamenta ſacra, in quibus materia (quæ eſt maior pars) eſt res temporaria, conſecratio verò & benedictio, quæ eſt ſpiritualis, minor. Quamuis autem neutra horum, prętio vendi poſſint, quoad partem ſpiritualem, aut eius ratione maioris æſtimari: ea tamen quæ ſunt ſecundi generis vendi, & emi poſſunt ratione partis temporariæ. Quæ verò prioris, ſecus.

## Simonia quid.

Summæ.

100 *Simoniæ definitio declarata.*
100 *Emptio, & venditio propriè, & impropriè ſumuntur.*
100 *Simonia abſque re temporali formaliter, inuenitur*
100 *Simonia non eſt emptio, vel venditio artis, vel conſilij.*
100 *Simonia omnis datio ſpiritualis pro pretio.*
101 *Simoniam vt non facit cauſa minus principalis.*
101 *Cauſa non omnis, ob quam non fieret actus, eſt principalis.*
102 *Simonia non eſt dare pecuniam pro alimento, pœna vexationis redemptione, miſſa, precibus, vel laude.*

100 *Simonia eſt voluntas, ſtudioſa emendi, vel vendendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum.* [b] Dixi, *Voluntas*, ad ſignificandum, ſimoniam mentalem, qua quis vult committere ſimoniam conuentionalem, vel realem, verè eſſe peccatum mortale ſimoniæ, etiam non ſequuta conuentionali, aut reali: radix namque malitiæ ſimoniæ (vt & cuiuſlibet alius peccati) in actu interiori voluntatis conſiſtit, [c] iuxta illud. [d] *Non quod intrat per os, & cæt.*

[b] *iuxta gloſſ. ſolemn. in ſum. 1. q. 1 recept. ab omnibus Canoniſt. in rubr. de ſimõ. & à Theolog. in 4. diſt. 25. & à S. Tho. 2. 2. qu. 100. art. 1.*
[c] *ſecundũ S. Th. 2. 2. q. 20.*
[d] *Matth. 15.*

Tum, quia peccata cordis, oris, & operis, eiuſdem ſpeciei & malitiæ ſunt [a] conſtat autem, admittere ſimoniam conuentionalem, vel realem, eſſe peccatum mortale. [b] Tum, quia talis voluntas, eſt peccatum mortale ſecundùm omnes, & non niſi peccatum ſimonię, ergo eſt ſimonia. Quocirca, Maior [c] perperam deridet gloſſ. *dict. cap. fin.* (cui concordat gloſſ. prę́fati *cap. conſulere*) putans eam aſſerere contrarium: quod tamen non dicit, imò expreſſè aiunt ambę gl. eſſe peccatum: at non facere quem ſimoniacum, id eſt, de numero eorum, quos iura vocant ſimoniacos, id eſt, punibiles pœnis contra eos conſtitutis, quod quia non ſatis aduerterunt nonnulli, grauiter in hoc lapſi ſunt. Dixi, *Studioſa*, ad excludendam indeliberatam. Dixi (*Emendi, vel vendendi*) ad includendum omnem voluntatem dandi, vel accipiendi quippiam pro ſpirituali non gratuito: ſed in quoddam pretium, vel intereſſe formaliter, vel ęquipolenter temporale, iure id non permittente, vel prohibente, per infra dicenda. Dixi (*Spirituale*) ad includendum omne diuinitus datum, vel inſtitutum ad ſalutem animarum. [d] Dixi (*Vel ſpirituali annexum*) tum, ad includendum omne ſpirituale humanitus per poteſtatem diuinitus datam abhibitum ad conficiendum, & conſeruandum ſpirituale diuinitus datum. [e] Tum, ad ſignificandum, in nullo alio, etiam ſacro, committi ſimoniam. [f]

Ex quibus elicitur primò, nunquam committi ſimoniam circa corporea, vel incorporea, quæ ſunt naturaliter quęſibilia: quum non ſint ſpiritualia, vt ſpirituale ſumitur in dicta definitione, conſequenter, nec circa ſcientiam iuris, vel aliam, artem quoque, & conſilium naturaliter quæſibilia, licèt contra ſenſerit gloſſa quædam, violans textum. [g] quatenus ait, non licere Doctori vendere conſilium citra ſtudij laborem pręſtitum, innuens id eſſe ſimoniam. Cui conſequens eſt, grauiter labi Oſtien. Card. Pano. & nonnullos alios [h] ſentientes committere ſimoniam eos, qui docent aliquam ſcientiam pecuniâ, ſi habent vnde ſe aliunde ſuſtentent: non enim vendunt quid ſpirituale, vt hîc ſumitur: & grauius Panor. innuentē ſcientiam, vel laborem docendi, eſſe tale ſpirituale, vt aliquo modo, ad quandam permutationem cū beneficio ſpirituali accōmodari poſſit:

[a] *iuxta S. Tho. 2.2. qu. 72. art. 7. & dictum eſt ſup. prælud. 9. & c. 16. nu 1. ſubfi.*

[b] *c. tanta. & toto tit. de ſimon.*

[c] *in 4. diſt. 25. q. 1.*

[d] *iuxta dicta ſup. n. 66.*

[e] *per ibidē dicta.*

[f] *per prædicta, n. 99.*

[g] *in c. non liceat, 11. q. 3.*

[h] *in c. quia nonnulli de Magiſt.* [i] *arg. c. ad quæſtiones. de rerum permut. perperā ad hoc applicati.*

Secundò, quòd duplex eſt ſimonia. Vna prohibita, quia ſimonia, id eſt iure diuino prohibita. Altera ſimonia, quia prohibita, non quidem, quòd ſolo iure humano ſit prohibita, vt ſentit gloſſ. quædam,[a] communiter à Canoniſtis recepta: ſed quia iure humano ab ecclesia poteſtate ſupernaturaliter, & diuinitus ei traditâ, inſtituto, eſt prohibita. Prioris generis, eſt voluntas emẽdi, vel vendendi verè ſpiritualia: ſiue à ſolo Deo ſint data, vel inſtituta: ſiue ab ecclesiaſtica poteſtate, diuinitus accepta.[b] Poſterioris vero, eſt voluntas faciendi collationes, renunciationes, vel recipiendi eas factas adhibitis conditionibus, modis, vel pactis in aliis licitis imò & in his, niſi ab eccleſia prohiberentur, & ita frequenter ſimonia, committitur citra interuentum pecuniæ numeratæ, vel rei illâ æſtimabilis. Nam, cùm quis renunciat beneficio ſuo in fauorem alicuius, vt ille vel alius renunciet alteri in fauorem alicuius, vel alius reſignet alteri in fauorem alterius: aut ſuffragatur cuipiam in aliqua electione, vt alius ſuffragetur alteri: vel reſignat beneficium ſuum ſimpliciter, vt alius impetr etſibi aliud ab Epiſcopo, aliòve collatore: & aliis ſimilibus caſibus, non datur formaliter pecunia, neq; aliud quicquam eâ æſtimabile: eſt tamen ſimonia ſecundũ Raym. quem ſequuntur Ang.[c] & Silue.[d] quia id tanquam ſimoniam prohibet eccleſia, & meritò quidem. Nam, in his omnibus datur, vel relinquitur ius ſpirituale, cum onere, vt aliquid fiat quaſi pro pretio rei ſpiritualis, vel causâ principali immediatâ eam habendi: quod iure[e] prohibetur & includitur ſub declaratione tertia definitionis: quæ tamen non procedunt in conditionibus: & modis iure inexiſtentibus,[f] modò exprimantur eo ſolo modo, quo inſunt.[g] Per quæ pridem defendimus collationem cuiuſdam Commendæ cuidam factam, adiecto modo, vt ſolueret quadraginta aureos annuos, quos ordinis ſtatuto ſoluere tenebatur quiſquis eam obtineret.

Tertiò, quòd permutatio beneficiorum, etiam quo ad titulum, eſt ſimoniaca: si fiat citra ſuperioris authoritatem[h] per eam enim, quis vult dare, aut facere quippiã pro acquiſitione alicuius ſpiritualis, in quoddam pretium, vel cauſam principalem, & immediatam quærẽdi

[a] *ca. ex parte. de offi. deleg.*

[b] *iuxta dicta n. præced.*

[c] *in ſum. verb. ſimonia 3. §. 3.*

[d] *verb. ſimonia, q. 13. n 4.*

[e] *in c. ſicut 3 & c. non ſatis, de ſimo. c. quàm pio. 1. q. 2. cap. fin. de pact.*

[f] *c. ſignificaſti cũ gloſſ de elect. & c. ad audiẽtiam. 2. cum gloſſ. de reſcript.*

[g] *vt Felin. & citati ab eo, ibi declarant, arg. l. 5. ff. de leg. 1.*

[h] *c. quæſitum, & cap pen. de rer. permut.*

illud, licèt non ſit pecuniâ æſtimabile, vt palã eſt: quàmuis licita ſit, ſi fiat authoritate ſuperioris: quum id iure permittente fiat. [a] Cúmque iura ſolùm permittant permutationem beneficiorum, quæ ſunt permutãtium: Simoniaca eſt permutatio, qua quis ius ad rem, quod habet per regreſſum, acceſſum, electionem, præſentationem, optionem, aliàmve nominationem, permutat cum alio ſimili iure, vel beneficio alteri iam quæſito, aut vacante. [b] Idèmque cenſendum de permutatione, qua reſignans beneficium minoris valoris, donat pecuniam, vel conſtituit penſionem annuam alteri permutanti maius, quò illa exæquentur: id enim, nullo iure permittitur: quàmuis quum eccleſiæ bona inæqualia habentes, permutantur quoad proprietatem, refundi poſſit ſeparatim pecunia, qua bona illa æquentur, [c] per quod, Idem fieri poſſe authoritate ſuperioris in permutatione titulorum, prodidit Anch. [d] comprobante Felino. [e]

Quartò, non eſt ſimonîa dare, vel accipere alia ratione, quàm pro pretio quærendi ſpirituale: putà, pro ſuſtẽtatione miniſtrorum, vel pro liberalitate, vel eleemoſyna aut ſolutione obligationis legis, vel conſuetudinis, vt ſentit S. Thom. & exprimit Caiet. [f] Nam præpoſitio (*pro*) interdum ſignificat pretium, vel cauſam principalem immediatam: in qua ſignificatione accipiendo, vniuerſaliter eſt verum, nil pro ſpirituali poſſe accipi. [g] Nil (inquam) etiam pauxillum, vel minimum ſecundùm S. Thom. [h] Interdum, ſignificat cauſam impulſiuam, vel remotam, aut ſuſtentationem, vel aliam ex predictis: & quidem, hac ſignificatione, verum eſt poſſe accipi aliquid pro ſpirituali [i]

101 Quinto, quòd licet dare, vel accipere aliquid temporale minus principaliter, & tanquam pro cauſa impulſiua, & excitatiua, pro ſpiritualibus Tum, per proximè dicta Tum per gloſſ. quaſdam [k] aſſerentes, ſimoniam quidem committere illum, qui prælato inſeruit principaliter ob beneficium eccleſiaſticum, præſertim interueniente pacto: non autem, qui principaliter alio iuſto reſpectu, inſeruit, licet ſecundariò, & minus principaliter, cũ ſpe illectus, inſeruiat. quod pulchre de more, declarat Adrian. [l] ſub litera L. M. N. O,

*[a] c. cum olim, c. cum vniuerſorũ, de rer. permut. & clariùs, ca. 1. eod. tit. lib. 6.*
*[b] per d. c 1. cũ ei adnot. præſertim per Ioan. Andr. & Franc.*
*[c] ca. ad quæſtiones, de rerum permut.*
*[d] conſil. 280.*
*[e] in ca. quia veriſimile, de præſumpt n. 1.*
*[f] vbi ſup. art 3, & melius in ſum. verb. ſimonia.*
*[g] vt probat d. c. ſicut, & ca. non ſatis, de ſimo. & declarat Archi. in ca. ordinationes, & ca. indices, 1. q. 1.*
*[h] in d. q. 100. art. 3.*
*[i] iuxta gl. iũcto text. in d. c. iudices, & c. agatho, 63. diſt. vbi etiã Archid. & communis in cap. ad apoſtolicam. de ſimo.*
*[k] c. cùm eſſet, de ſimo, & c. cũ ad noſtrã, de elect.*
*[l] quodl. 9. art. 2.*

Tum quia gloſſ. alia.[a] celeberrima ait, peccare quidem eum, qui ſurgit vt ſeſe conferat ad matutinas preces principaliter ob diſtributiones quotidianas: non autem, qui ſurgit principaliter, vt Deo inſeruiat, & ſecundariò, vt eas lucretur. Tum, quia Vrbanus Papa[b] & Cæleſt.[c] determinarunt licere clericis ſeruire Deo in eccleſiis, ſpe conſequendi dignitates illarum. Imò Gelaſius[d] dixit eos ad id ſpe maioris commodi compellendos. Tum, quia alia gloſſ. recept.[e] dicit expreſsè[f] licere clerico ſeruire in eccleſia, ad conſequendam aliquam dignitatem: modò principaliter ob id non ſeruiat: cui ſimilis eſt alia quoque gloſſ. Tum denique, quòd gloſſ. *cap. conſuluit. de vſur.* recepta communiter, & confirmata multis contra Sotum ſupra[h] habet. quod licet peccet mutuans principaliter ob lucrum non tamen, principaliter id faciens, vt iuuet proximum, quamuis minus principaliter, & ſecundariò id ſperet Cauſam autem impulſiuam, & excitatiuam, voco etiam illam, ſine qua non fieret actus: modò fiat principalius ob aliam, quàm illam, vt in hac ſpecie dixit Mai[i] & ante illum ſenſit S. Thom.[k] loquens de clerico ſurgente ad matutinas ob diſtributiones, aliàs non ſurrecturo. Tum, quia vt alibi[l] probauimus, non eſt bona definitio illa Bart.[m] qua definit cauſam principalem eſſe cauſam, qua ceſſante, ceſſat effectus: tum, quia multis cauſis minus principalibus, ſine quibus actus fieret, cõuenit: tum, quia ſecundùm eam, omnis cauſa, ſine qua non, eſſet principalis: quod eſt falſum, iuxta omnes, & per ſupradictos text & gloſſ. quibus locus eſt etiam in his, qui non ſeruirent eccleſiis, vel prælatis, niſi ſperarent beneficia: & quia licet actus virtutum fiant vitioſi, ob finem principalem temporarium, non tamen fiunt tales, ob minus principalem.[n] Alioqui enim omnes ferè actus noſtri vitioſi forent, cùm pauciſſimi fiant purè ob ſolum Deum, & ſolam virtutem citra reſpectum retributionis, quem etiam Dauid ſpectabat ſeruiendo Deo, iuxta illud.[o] *Inclinaui cor meum &c propter retributionem*, & vt cecinit Iuuenalis.[p] *Quis enim virtutem amplectitur ipſam, præmia ſi tollas?* Itaque, verè coram Deo incurrit ſimoniam, quicũque dat, vel facit aliquid

[a] *in ca. 1. de cle. non reſid. lib 6.*
[b] *in c. ſi officia, 59. diſt.*
[c] *in c. quid proderit, 61. diſt.*
[d] *in c. conſuluit, 74. diſt.*
[e] *id d. cap. quid proderit.*
[f] *per illũ textum,*
[g] *ca. hoc ad nos, 59. diſt.*
[h] *c. 17. n. 209.*
[i] *in 4. diſt. 25. q. 1.*
[k] *quod l. 8 art. 2.*
[l] *in commẽt c. cũ miniſter, 23. q. 5. n. 27.*
[m] *in l. 2. §. fi. ff. de donat.*
[n] *per adducta in d. c. cũ miniſter. poſt Adrian. ibi citatum.*
[o] *Pſalm. 118.*
[p] *ſatyra 10.*

temporarium, etiam minimum, vel ſpirituale pro ſpirituali, tanquam pretium eius, vel cauſam principalem, & immediatam eius habendi: & viceuerſa, nemo, aliâ ratione, & minus principaliter dans, vel accipiens etiam temporale pro ſpirituali, verè coram Deo, & in foro conſcientiæ, ſimoniam committit: quàmuis in foro exteriori interdum præſumatur committere. Quæ reſolutio ex prædictis, & ex Archid. ac Caietan. [a] irrefragabiliter colligitur. Per quæ pridem reſpondi, non commiſiſſe ſimoniam, qui mutuauit Epiſcopo nouè prouiſo, bonam pecuniæ ſummam, præcipuè, & immediatè, vt ei benefaceret, & ad ineundam amicitiam, ſperans ſecundariò ſibi, vel alteri gratiam alicuius beneficij: quia non mutuauit pro pretio, neque pro cauſa principali, aut immediata rei ſpiritualis, ſaltem vt hîc accipitur.

*[a] vbi ſup.*

102 Sextò, nõ eſt ſimonia dare, vel accipere aliquid pro ſuſtentatione miniſtri. Quod proculdubio procedit in ſuſtentatione neceſſaria, quoad vtrunque forum, quin etiam in nõ neceſſaria, quoad forum conſcientiæ. Quoniam, licèt diuites accipientes pro illa, ex facto præſumi poſſint eam admittere: verè tamen non admittunt, ſi non accipiunt pro pretio, vel cauſa principali, & immediata ſuæ actionis ſpiritualis, per prædicta: pauperibus autem, licet in vtroque foro, etiam ex pacto, accipere, vt dixit Caietan. [b] Quæ differentia non poteſt defendi, niſi ratione diuerſitatis inter vtrumque forum, & inter veritatem, ac prçſumptionem.

*[b] vbi ſup.*

Septimò, quòd dare, vel accipere pecuniam pro impenſis, aut pœna excommunicationis, vel abſolutionis, per iuriſdictionem ſpiritualem impoſita, non eſt ſimonia, [c] etiamſi pœna non erogetur pauperibus, [d] licèt id foret melius. Ad quod reducendum eſt, quod ait S. Thom. [e]

Octauò, neque datio pecuniç ob vexationis redemptionem, eſt verè ſimonia, [f] modò qui dat, iam habeat ius acquiſitum, etiam in poſſeſſione. [g] Quæ ampliatio, per prædicta procedit quidem quoad forum exterius, & præſumptionem ſimonię: niſi aliud eam tollat: non tamen quoad interius, quoad quod, non eſt verè ſimonia, ſi dans nil iuris intendit emere, neque eius dationis cauſa

*[c] arg. c. venerabilibus. §. porrò, de ſent. excom. lib. 6.*
*[d] arg c. dilectus. de pœn.*
*[e] in 4. diſt. 25.*
*[f] per textum ſin. in ca. dilectus 2. de ſimo.*
*[g] iuxta communem ibidem.*

cauſa principalis, & immediata, eſt iuris poſſeſſionis acquiſitio: licèt illa ſit cauſa, ſine qua, non daretur: ſed alia, putâ, amicitiæ conciliandæ, litium, vel ſcandalorum, & dãnorum euitatio : vt reſpondi de datione cuiuſdã habentis ius firmum impediti accipere poſſeſſionem, vi armata cuiuſdam nobilis, nil aliud iuris prætendentis, quàm potentiæ, vel indignationis, & iræ duraturæ, tantiſperdum temporale quippiam ei daretur. Dixi (*Modò habeat ius quæſitum*) antea namque noñ liceret dare aduerſariis, etiam malitioſè impedientibus eius promotionem, ſecundùm, S. Tho.[a] pro quo caſus *in cap. Mattheus de ſimon.* niſi impedirent vim inferendo: vel procurando pro indigno: aut ſolus ipſe occurreret dignus, qui eligeretur.[b]

Nonò, largiri eleemoſynam pauperi, aut ſacrifico pro miſſa, vel orationibus, non eſt ſimonia, niſi pro pretio & animo illa emendi daretur: quo animo dare, etiam pro vita eterna, actus ſimoniacus foret, quicquid aliqui dicant citantes pro ſe S. Thom.[c] id non aſſerentem. Nam illud,[d] *Peccata tua eleemoſynis redime*, non eſt intelligendum de venditione, & redemptione propria, ſed impropria, & metaphorica, vt idem S. Thom.[e] intelligit. Quod ipſum producendum quoque eſt in quippiam dante alicui, vt excubias iñ domo defuncti agat: quàmuis acceſſoriè intelligatur, illum pſalterium recitare debere.[f]

Decimò, eſt ſimonia dare, vel accipere aliquòd munus à manu, linguâ, vel obſequio,[g] quando obſequia, laudes, vel preces: quæ ſunt munera linguæ, dantur, vel accipiuntur pro pretio, & cauſa principali, ac immediata rei ſpiritualis, vel ei annexæ. Veluti, cùm duo paciſcuntur, vt alter alterum laudet apud illum, vel illum, illo, vel illo loco, aut tempore, ſeu inſeruiat ſic, vel ſic in illo, vel illo negotio, vt ſic roget quẽpiam pro aliquo, alter verò, conferet beneficium vel ordinem: ſecus autem, ſi non darentur, vel acciperentur in pretium, vel in cauſam principalem, & immediatam, vt dantur & accipiuntur cùm non excedunt fines ſuæ naturæ: tametſi laudes falſæ, preces malæ, & obſequia peruerſa forent, iuxta mentem S. Thom.[h] explicatam à Caiet.[i] Quàmuis gloſſ. quædam[k] (cui ſatis concordant Ant.

[a] *2.2.qu.100. art.6.*
[b] *vt rectè animaduertit Sot. lib.9.qu.6. de iuſt. & iur.*
[c] *2.2.qu.100. art.1. ad 3.*
[d] *Danielis 4. relatum in ca. medicina, de pœnit. diſt. 1.*
[e] *ibidem, & in 4. ſent. diſt. 25. q. 3.*
[f] *iuxta Oſtienſ. in ſum. de ſimo. §. qualiter, verſ. ſi clericus.*
[g] *de quibus in c., ſunt nonnulli, 1 q. 1.*
[h] *2.2. qu. 100. art. 5.*
[i] *ibi, & in ſum. verb ſimonia.*
[k] *in ca. tuam, de ætat. & qual.*

Cardin. & communis ) contradicat, quoad preces carnales, & pro ſe, vel indigno oblatas: quod tamen ſingulariter refellit [a] Innoc. dicens, per eas quidem peccari, non tamen peccatum ſimoniæ. Ad quod reducendum eſt etiam, quod idem S. Thom. ait [b] de rogante pro ſe indigno, beneficium. Idémque dicendum, de dante aliquid quò miſſa celebretur aliáve eiuſmodi fiant, quæ componuntur principaliùs ex ſpirituali, quod eſt ipſe actus, qui fit poteſtate ſpirituali ad id conceſſa, & minus principaliter ex temporali, quod eſt labor, qui eis agendis ſuſcipitur. Diſtinguendum enim eſt, an det in pretium, vel cauſam principalem, an ob minus principalem, ſeu alias rationes ſupradictas, poſt vtrumque Thom. [c] Qua ratione, Epiſcopi, clerici, monachi, & monachæ, ſiue ſint pauperes, ſiue diuites, ſiue proprij, ſiue alieni, citra peccatum accipere poſſunt portiones, eleemoſynas, & ſtipendia, quæ pia conſuetudine, aut lege naturali diuina, vel humana iuſta, tale, vel tale opus ſpirituale facientibus, debentur: non quidem pro pretio, & cauſa principali immediata eorum, laboríſve qui in opere ſuſcipitur: ſed tanquam pium debitum, vel cauſâ excitatiuâ, & minus principali. [d]

*[a] ibidem.*

*[b] cap. q. art. 5. ad 3.*

*[c] 2.2.q. 100. art. 3.*

Quibus addo, etiam pro pretio, & cauſa principali immediata poſſe quem dare aliquod temporale pro obligatione exercendi munus vicarij Epiſcopi, parochi, ſacellani, vel concionatoris vnum annum, menſem, aut hebdomadam, ſecundùm Innoc. recept. [e] vel ſubeundi laborem adeundi aliquem locum longinquum, vbi rogatur miſſam dicere aliquémve alium actum ſpiritualem agere: huiuſmodi namque obligatio, vel labor, non ſunt de ſe acceſſoria illis actibus. [f]

*[d] per ſupradicta, & per ca. ſignificatum de præb. vbi latiùs diximus.*

*[e] in c. quoniam, ne præl. vic. ſu.*

Vndecimò, non committit veram in foro interiori ſimoniam, notario Epiſcopi, pro inſtrumento ordinis quippiam dans, etiam amplius, quàm par eſt, vel ipſi Epiſcopo pro paſtillis, præſertim ſuſcepto ordine citra vllum pactum: modò non dederit pro pretio formali, vel æquipollenti ordinis: quàmuis in foro exteriori, præſumi poſſit contrarium. [g] Idémque arbitror de beneficiario, quippiam ſoluente in poſſeſſionis adeptione aliis beneficiariis, ad quod cogi non poteſt,

*[f] vt rectè declarat Caietan. & ante ipſum ſanſit Inn. vbi ſup.*

*[g] per c. 1. de ſim.*

a etiam ſtante conſuetudine, ſi dandum vertitur in priuatum commodum, quod genus eſt prandium, vel ſympoſium, aut pretium eorum: ſecus, ſi pro fabrica, pauperibus, vel alio pio opere,[b] vti ſtatuit Concil. Trident.[c] quod tamen ea in parte videtur æquare ſtatutum & conſuetudinem: & ita corrigere Panormit. & communem,[d] quem ſequitur Alexan.[e] quatenus, contra eorum ſententiam, exæquat in hoc conſtitutionem conſuetudini. Quod ipſum videtur ſtatuere de marcha argenti, vel alia ſumma, quæ alicubi datur pro titulo beneficij, ne pro commodo data poſſit accipi, etiam ſtante conſuetudine. Quin etiam, cenſeo non poſſe nunc capi pro rebus piis, quæ conſueuit capi pro commodo proprio: non enim erat conſuetudo, vt pro illis caperetur: & quæ pro commodo proprio accipiebatur, ſublata eſt, adeóque iure communi, etiam pro illis capi non debet.[f] Notarium autem, qui ampliùs accipit pro inſtrumento, quo de ordine maiore datur fides: & Prælatum, qui eò plus exigit pro titulo, quò maius eſt beneficium, arbitror eſſe planè ſimoniacos: quum vendant temporale mixtum ſpirituali maioris, quàm venderent purum,[g] præterquam quòd contraueniunt dicto Concil. Quod etiam producendum cenſeo in dante aliquid presbytero, vel alteri, vt baptizet in neceſſitate conſtitutum, iuxta Panormit.[h] quicquid dicat gloſ. ſecum pugnans.[i] Nam & in neceſſitate licitè accipitur ab hæretico.[k]

[a] *c. Iacobus eod. tit. & c. ex multis, 1. q. 3.*
[b] *iuxta Palud. communiter recept. in d. ca. Iacobus.*
[c] *ſeſſ. 24. c. 14. de reform.*
[d] *vbi ſup.*
[e] *in d. c. ex multis.*
[f] *d. ca. ex multis.*
[g] *per prædicta n. 99.*
[h] *in c. cum eccleſia, de ſimo.*
[i] *in c. baptizandis, 1. q. 1.*
[k] *iuxta gloſſ. in c. præter, §. hæc, 32. diſt.*

## Simonia quotuplex, & quid mentalis.

Summæ.

103 *Simonia triplex, mentalis, conuentionalis, & realis.*
103 *Simonia mentalis duplex, & vtraque mortalis.*
103 *Simonia mentalis non obligat ad reſtitutionem etiamſi ſit diuinitus prohibita.*

103 *Reſtituere non obligant opera ſola intentione interiori mala.*

103 *Eccleſia non punit interiora, nec exteriora ſola intentione mala.*

103 Simonia porrò eſt triplex, mentalis tantùm, conuentionalis tantùm, & realis. Simonia mentalis tantùm, eſt ſimonia mente tantùm concepta, citra omnem conuentionem expreſſam, vel tacitam, ſiue res tradatur, ſiue non, éſtque bipertita. Altera, quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem. Altera, quæ peruenit ad dationem, citra omnem conuentionem, quarum vtramque eſſe peccatum mortale ſimoniæ, probauimus, [a] deducentes [b] neutram harum ſimoniarum mẽtalium tantùm, obligare ad reſtitutionem per eam accepti, ſiue ſit ſpirituale, ſiue temporarium. Et quidem, quoad priorem, in qua realiter nil datur, nec accipitur, omnes conueniunt: quoad poſteriorem verò, qua aliquid datur, vel accipitur, etiam citra vllam conuentionẽ expreſſam, vel tacitam, contrarium tenent Ioan. Maio.[c] Adr.[d] & Sotus, [e] eò quòd vſura mentalis, tantùm obliget ad reſtitutionem, [f] quodq́ue eadem ratio, idem debet ſuadere in ſimonia mentali. [g] Nobis tamen, ſemper placuit communis opinio. [h]

Primò quia illud in ſecunda parte adeo manifeſtè id aſſerit, vt nimiæ cuiuſdam audaciæ fuerit, illud inficiari, adtexendo ei gloſſas omnino diſſonas.

Secundò, quòd ita in hodiernum diem intellexerunt illud gloſſæ, & ferè omnes Doctores Theologi, & Canoniſtæ, in quibus eſt Inno. quartus, [i] quicquid illi impingat Silue. communem nihilominus amplectens. [k] Exponit enim verbum, *Vtrinque*, in eo poſitum, hoc pacto, *ex parte dantis, & accipientis beneficium, qui ideo ſeruit, vt beneficium acciperet, & qui dedit beneficium, ideo dedit, quia ſibi ſeruiuit*: ac proinde, intelligit illud, de ſecunda ſimonia mentali, in qua aliquid datur, vel accipitur, In iis etiam eſt S. Thom.[l] quicquid dicat Sot. [m] quod alibi [n] efficaciter monſtramus: idem probantes [o] de Oſtien. Ioan. Andr. & Caiet quos aliqui ſuſpicantur fuiſſe in contraria ſententia: nam alij omnes in noſtram communem tranſeunt.

Tertiò, quòd illud cap. non poteſt intelligi, vti in.

[a] *ſup. & in d. cõment. cap. fin.*
[b] *ibidem.*
[c] *in 4. diſt. 25. q. 1.*
[d] *in quod l. 9.*
[e] *lib. 9. q. 8. art. 1. de iuſt. & iur.*
[f] *c. conſuluit, de vſur. & dictum eſt ſup. c. 17. & latiùs in c. 1. 14. q. 3.*
[g] *vt in ca. mandato, de ſimo.*
[h] *quam irrefragabiliter probauimus in d. comment. n. 12.*
[i] *ibi.*
[k] *verb. ſimonia, q. 1.*
[l] *2. 2. q. 100. art. 6. ad 8.*
[m] *vbi ſup.*
[n] *in d. comment.*
[o] *ibi.*

telligit Maior. [a] vt clarè [b] monſtramus per multa, quæ breuitatis gratiâ prætermittimus. [a] *in 4. diſt. 25. q. 1.*

Quartò, quòd illud cap. non poteſt intelligi, ſicut Adri. [c] ſentit, quem Sotus [d] ſequitur. Tum, quia, vt contextum in ſuam trahant ſententiam, iubent demi notam rubeam (quæ paragraphum, & diuiſionem ſignificat) poſitam ante illa verba, *Et ad* & cæt. & ita tacitè (E) maiuſculum, ſententiis, & periodis aptum, quod ſemper in prædicta connexione adhibitum eſt in dicto *cap. mandato de ſimon.* in (e) paruum, mutari iubent, contra perpetuam conſuetudinem à Gregorio nono hucúſque ſeruatam, nullo ad id producto exemplari: vti iampridem videmus mutatum eſſe in quadam Pariſiorum impreſſione. Tum, per alia omni reſponſione maiora, quæ [e] afferimus, prȩſertim, quòd impoſſibile ſit, ſi ſecundùm eorum intelligendi modum, aptare conſtructionem aliquam tolerabilem illi verſiculo *Eos & cæt.* vt eum conſtruere volenti palam erit. [b] *ibidem.* [c] *quodl. 9.* [d] *vbi ſup.* [e] *in d. comment.*

Quintò, non obſtat fundamentum aduerſantium, putà, non poſſe dari rationem aptam diuerſitatis, cur vſura mentalis obliget ad reſtitutionem, non ſimonia mentalis, eò quòd Panormitan. [f] probat non eſſe idoneas ante ipſum redditas: nec approbat quas ipſe reddit, & meritò: poſtrema namque quæ ei videtur aliis præſtare, præſupponit falſum, quod nimirum capit. illud loquatur de eo qui non dat, vel facit temporarium principaliter pro ſpirituali, ſed minus principaliter, & ſecundariò, quod eſt falſum, illud namque cap. agit de ſimonia, quæ eſt peccatum mortale, quale non eſt facere aliquid minus principaliter, & ſecundariò pro ſpirituali. [g] Nihil, inquam, obſtat dicta eorum ratio. Tum, quia debemus aſſentire humiliter declarationi Papȩ licèt rationem, qua motus fuit, non attingamus [h] animum inducentes, non defuiſſe illi rationem ita declarandi. Quò fit, vt Ioan. Andr. aſſeruerit [i] rationem iuſtam illius deciſionis, ab authore petendam fuiſſe. Tum, quia ſatis apta eſt, quam reddit Caietan ſcilicet, quod pro vſura datur, coactè dari: quod autem pro ſimonia, ſponte: vt quod datur pro emptione, aut venditione. Nec obſtat replicatio [f] *in d. c. fin.* [g] *vt ſup. n. 101. oſtenditur.* [h] *arg. c. ego ſolis, 9. diſt.* [i] *ibi.*

[a] *vbi ſup.*

Soti, [a] pares nimirum eſſe in hoc ſoluentem vſuram, & dantem aliquid pro beneficio : quia vterque mallet habere gratis, & vterque dat: quia non poteſt, quod optat habere gratis. Non ( inquam ) obſtat hęc replicatio contra Caiet. ad hoc enim, vt conſenſus dantis impediat reſtitutionem, non ſufficit, male habere gratis, quàm pretio : quoniam alioqui etiam omnis venditor teneretur reſtituere pretium ementi, ſed ſufficit conſenſus pręſtitus viâ contractus approbati, quod autem datur viâ ſimoniæ, datur viâ commutationis, quæ de iure probatur : non autem quod datur viâ vſuræ. Ideòque conſenſum datum viâ ſimoniæ, reputauit Grego. *in d. c. fin.* inſufficientem ad impediendam reſtitutionem, conſenſum autem dantis viâ vſuræ, reputauit ad id inſufficientem Vrbanus in *d. cap. conſuluit.* Tum, quia etiam alia ratio diuerſitatis efficacior ſupradictâ nouè reddi poteſt, putà vſuram bene ſolui & malè recipi. Nam vſuram ſoluere, non eſt peccatum, [b] recipere autem ſecus. [c] & malè recipiens à bene dante, tenetur id reſtituere danti. [d] At, qui per ſimoniam mētalem accipit à malè dante, bene ſuſcipit ob ignorantiam malæ intentionis: aut ſaltem accipit à malè dante: & conſequenter nemini tenetur illud reſtituere ſaltem ſi præſtet id, ob quod datum eſt, per regulam ſupra [e] poſitam, eum videlicet qui bene, aut malè aliquid accipit ab eo, qui malè dat, illud reſtituere ex pręcepto non teneri : ſaltem ſi id cuius cauſâ datum eſt, fecit, nulláque ſpeciali lege iubeatur. Et quàmuis de accepto per ſimoniam realem, ſit lex ſpecialis id præcipiens, [f] nulla tamen eiuſmodi lata eſt de accepto per ſimoniam mentalem : imò contraria expreſſè ſtatuitur in *d. cap. fin.* Concludo igitur ſimoniam mentalem non obligare ad reſtituendum quęſitum per eam: ſiue ſit ſpirituale, ſiue temporarium, quod procedit etiam in ſimonia iure naturali, vel diuino prohibita. Tum, quia illud, *cap.* generaliter eſt intelligendum. [g] Tum, quia ſpeciatim agit de ſimonia, qua temporarium fuit datum pro ſtatu ſpirituali religionis, quæ iure diuino prohibetur. [h] Procedit etiam quoad vtrumque forum, quicquid dicat. Med. [i] qui neſcio cur illa verba. **In quo caſu, delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere Creatori**

[b] *c. Debitores, de iureiur.*
[c] *c. Quoniam, de*
[d] *c. Non ſanè, cum gloſſ. 14. q. 5*
[e] *ca. 17. n. 31.*
[f] *c. de hoc, de Simo.*
[g] *l. De pretio, ff. de publi. in rem act. c. ſi Romanorum, 19. diſt.*
[h] *per dicta ſup. 100.*
[i] *in Codice de reſtit. in q. de vſu reſtit. fol. 240*

upna

non ponderârit. Procedit etiam, non ſolùm quando altera pars ſimoniam tantùm mentalem committit: ſed etiam quando vtraque: quicquid nonnulli aſſerant. Tum, quia textus apertè agit de quæſito ab vtraq; parte, in illis verbis. *Vtrinque taliter acquiruntur*, nihilíque facienda eſt declaratio Maior. [a] Tum, quia Innoc. iiij. ponit exemplum text. in duobus, quorum alter ſeruiuit pro beneficio, alter verò dedit illud ei pro ſeruitio. Procedit etiam, non ſolùm in quærente aliquod temporale, non dato ſpirituali: ſed etiam quærente alterum eorum, altero dato: verba namque & ratio text. æquè hunc caſum, ac illos, comprehendunt: per prædicta, quicquid dicat Sot. Procedit etiam in datione cuiuſcunque rei temporariæ à manu, linguâ, vel obſequio (de quibus ſupra) eadem ratione. [a] *vbi ſup.*

# Simonia conuentionalis quid.

## Summæ.

104 *Simonia conuentionalis quid, & peior mentali tantùm.*
104 *Simonia conuentionalis quomodo fiat realis.*
104 *Emi, obligari, & ſtipulari poſſunt futura.*
104 *Dominij tranſlatio ſimoniâ ſolo iure diuino non impeditur.*
104 *Collationem beneficij puram, non poſſe pendere, fallit.*
104 *Excommunicationem puram, non poſſe pendere, fallit.*
104 *Emphyteuſis amiſſio pendet à voluntate domini, cui acquiritur.*
104 *Simoniacus celebrans quando irregularis.*
104 *Penſionarius ſolo lapſu termini, non excommunicatur.*

104 Simonia conuentionalis tantùm, eſt ſimonia conuenta expreſſè, vel tacitè, nondum tamen ab vtraque parte executa. Et eſt duplex, Altera ex neutra parte executa Altera, ex vna tantũ: & quidẽ vtraque eſt peior

mentali tantùm: quia etiam prior eſt mentalis, vt illa quoad forum interius, & punibilis quoad exterius: cùm ſit peccatum mortale graue. [a] & probationi obnoxium, quia eſt exterior actus. Poſterior verò, adeo quidem, quòd (vt audio) oculatiſſimum Rotæ prætoriũ ob eam commiſſam in beneficio, ſoleat eo priuare, illã committentem: licèt, quia non peruenit ad realem, nõ declaret eum ipſo iure illo eſſe priuatum. Quod ſatis blãdum eſt, quum etiam ab officio deponere poſſet de rigore iuris: cùm id pro crimine graui fieri poſſit. [b] Tum, quia obligat ad reſtituendum acceptum, ei qui dedit, etiam ante iudicis ſententiam, vt Caiet. adnotauit. Quod verum eſt, ſi acceptum, eſt temporale: falſum autem, ſi tale ſpirituale, vt accipiens non poſſit reddere danti citra renuntiationem præuiam, & collationem ſuperioris ſubſecutam: quod genus eſt beneficium eccleſiaſticum, quàmuis eo priuari poſſet ob illud delictũ, vt prædictum eſt: & falſius ſi acceptum eſt tale vt nullatenus auferri poſſit, cuiuſmodi eſt character impreſſus per ſacramentum ordinis, qui nulla poteſtate humana eſt delebilis. [c] Dixi, *Ab vtraque parte*, quia implementum ex parte promittentis temporale, non efficit, vt ſimonia deſinat eſſe conuentionalis tantùm, & fiat realis, quod etiam concedit Caiet. [d] quem ſequitur Sot. [e] quorum tamen vterque negat idem eſſe de implemento ex parte promittentis ſpirituale, nam ſecundùm eos illud ſufficit conſtituendæ ſimoniæ reali. Primùm quidem, quia S.Tho. ait ſimoniam eſſe, conferre beneficium propter obſequia futura. Deinde, quòd creditò vendere, eſt vẽdere. Contrarium nihilominus eſt tenendum donec ſecus ſtatuatur, cum Caſſ. [f] & Gomeſ. [g] dicentibus collationem beneficij per ſimoniam conuentionalem factam, valere. Tum, quia (vt illi teſtantur) id obſeruat antiquus ſtylus Curiæ Rom. qui facit ius. [h] Cuius in hac re notitiam per eos habitã magnificemus olim. [i] Tum, quia non eſt ſufficiens ratio qua mouetur Sot. dicens, quòd conferre, & tradere ſtatim beneficium, dilato pretio, eſt ſimonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta. Nam etiam eum confiteri oportet, quòd dare, & tradere pecunias ſtatim pro beneficio promiſſo, & conferendo tempore quo vacabit, eſt ſi-

[a] c. *Cùm pridem, de pact. & c. Cùm eſſet, de Simon.*

[b] *iuxta reſolutionem Pan. & c. De cij, in c. At ſit clerici, n.* 35. *de iudic.*

[c] *c. oſtenditur, c. Quomodo, de cõſecrat. diſt.* 4. *notat gloſſ. vlt. in c. Degradatio, de pœn. l.* 6.

[d] 2.2. *qu.* 100. *art.* 6. *ad* 6. *& in ſum. verbo Simonia.*

[e] *lib.* 9. *qu.* 8. *art.* 1. *de inſt. & iur.*

[f] *in deciſ.* 5. *de conſtit.*

[g] *in reg. Cancellariæ de trienn. qu.* 12.

[h] *c. ex literis de Conſtit. c. Quàm graui, de crimi. falſ.*

[i] *vt ſcripſimus in c. ſi quando, de Reſcrip. in excep.* 4 *n.* 5.

monia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta: & proinde cõfiteri debet, incurri pœnas per vtramque, vel neutram: cúmque ſecundùm eum, non incurratur per vtramque, per neutrã debet incurri. Non item ſufficit dicere, S. Tho. aſſerere ſimoniam eſſe conferre beneficium ob futura obſequia: ſicut etiam eſt venditio, quæ fit dilato pretio. Quoniam non ſecus dixiſſet eſſe ſimoniam, dare ſtatim pecuniam pro beneficio poſtea conferendo, ſicut dixiſſet eſſe emptionem dare pecuniam præſentem pro merce poſtea tradenda. In confeſſo eſt enim, emi poſſe merces futuras, etiam nondum natas, imò & ſpem earum [a] ſicut & obligari, [b] promitti, [c] & legari. [d] Tum, quia idem Sot. fatetur (& rectè) [e] tranſlationem domini beneficij per ſimoniam collati, impediri, non iure naturali, aut diuino: ſed humano tantùm eccleſiaſtico. Quod ipſum eſt dicendum de tranſlatione pretij per ſimoniam dati, quicquid ille dicat. [f] Idémque à fortiori, de aliis pœnis contra ſimoniacos ſtatutis: ergo eatenus eſt dicendum eas incurri, quatenus iure humano id exprimitur: nullo autem tali eſt expreſſum, magis incurri per ſimoniam conuentionalem completam ex parte dantis ſpirituale tantùm, quàm completam ex parte dantis temporale tantùm. Tum denique, quòd *extrauag. 2. de ſimon.* quæ has pœnas induxit, non induxit eas, contra omnes ſimoniacos: ſed tantùm contra eos, qui ſimoniam in ordine vel beneficio committunt. Nec quidem contra hos omnes, ſed ſolùm contra eos, qui committunt dando, vel accipiendo: adeo vt non habeat locum niſi in ſimonia, quæ ad opus dandi, vel accipiendi peruenit. At Caiet. & Sot. non poſſunt dicere dationem vnius eorum, quæ ſunt danda, ſufficere: nam vterque fatetur non ſufficere dationem pretij, niſi ad reciprocam dationem beneficij perueniatur. Cùmque extrauagans non magis de datione vnius, quàm alterius loquatur, intelligenda eſt de vtraque.

Multò fortiora ſunt argumenta, quæ quendam magnum Aduocatum conſiſtorialem propoſuiſſe in huius grauiſſimo Rotæ Auditorio refert dictus Caſſador. qui ea [g] ſoluit: & multò magis quàm illa obſtat quòd nulla collatio beneficij purè facta, citra con-

[a] *l. Nec emptio, ff. de contrah. empt.*
[b] *l. quæ nondum, ff. de pignor.*
[c] *l. Interdum. ff. de verb. oblig.*
[d] *§. Ea quæ, Inſtit. de legat.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *iuxta Panor. in d.c. 6. &c.* De *hoc, de ſimo. Caiet. in ſum. verb. ſimonia, &* *2.2. qu. 100. art. 6. Silu. verb. ſimonia, q. 20. & Communem.*
[g] *vbi ſup.*

ditionem, poteſt eſſe pendens, ſed ſtatim aut valet;
*[a] arg. c. 2. de electi. lib. 6. & latè traditorũ per Felin. in c. conſtitutus, de reſcript.* aut eſt nulla. [a] At ſecundùm eorum opinionem, collatio purè facta, cum pacto dandi cẽtum anno reuoluto, pendet: ſi enim non ſoluantur, valet, ſi ſoluantur, non valet iam inde à principio. Excommunicatio denique, purè lata, non poteſt eſſe pendens. [b] At ſecundum eorum opinionem, excommunicatio lata per dictam extrauag. eſſet pendens: quia ſi ſoluantur illa centum, erũt excommunicati iam inde à principio, ſi verò non ſoluantur, numquam.
*[b] c. ad hæc, de appell.*

Cæterùm, à maturâ premeditatione, animaduerti, hæc omnia æquè obſtare Caiet., & Sot. ac Caſſ. & Gomeſ. quòdque ad defendendum omnes eos, nouiſſimè reſponderi poſſet, concedendo quidem, quòd iure canonico antiquo nec collatio, nec excommunicatio poteſt eſſe pendens: ſed quòd illud ius humanum eſt non naturale, aut diuinum: & conſequenter, tolli poteſt alio iure ſcripto, vel non ſcripto
*[c] c. fi. de conſuet.* nouo, [c] & quod ius, depromptũ ex prædicta Extrauag. inducta modo ſupradicto, ſtylo curiæ adiuncto, eſt nouum, cõtrarium in hoc dicto antiquo: & ita tollit illud,
*[d] c. 1. de conſti. lib. 6.* tanquam poſterius. [d] Pro qua ſolutione vrget, quòd amiſſio emphyteuſis ipſo iure incurſa, [e] eſt ita in pendenti vt, ſi dominus proprietarius, antequam illam petat, vel declaret ſe velle petere, moriatur, non cenſeatur amiſſa: ſi verò petatur ſecus. Idémque ſi ipſe emphyteutâ moriatur antequam illa ab eo petatur, per ea
*[e] per c. potuit, de locat. & l. 2. C. de iur. emphyt.*
*[f] in deciſ. 2. & 3. de locat.* multa, quæ dictus Caſſ. adducit. [f] Suffragatur etiam, & propius, quòd excommunicatio lata ipſo iure contra penſionarium, in caſu non ſolutionis faciendæ certo termino, eo lapſo, non cenſetur incurſa, donec cui illa debetur, declaret, ſe velle illam eſſe incurſam: illo verò etiam poſt menſem, & annum declarante, habetur pro excommunicato, iam inde à termino lapſo: & ſi antequam declaret moriatur, aut ſoluatur penſio, vel ineatur concordia, aut penſionarius moriatur cenſetur nunquam incurſa, vt ſtylus habet: & predictus Caſſ. affir-
*[g] in d. deciſ. 2. & 3. de locat.* mat. [g] Itaque, dici poteſt, quòd illa extrauagans interpretata per ſtylum Curiæ antiquum, Papa ſciente, & tolerante ſeruatum, probat ſingulariter, quòd nullitas tituli, & excommunicatio: inductæ per illam, ſint ita in pendenti, vt non ligent tantiſperdum ab vtraque parte

compleatur ſimonia : impleta verò ab vtraque parte (etiam ſi longè poſtea impleatur ab altera) cenſeri eas inductas, iam inde à contracta ſimonia. Nec ignoro, faciliùs reſponderi poſſe dicendo, nullitatem tituli, & excommunicationem, non inde ab ipſo tempore. Datę tituli incurri, ſed à tempore ſimoniæ ab vtraque parte perfectæ : niſi contrarium ſeruaret ſtylus antiquus, cui ſtandum eſt. Succedit tamen quæſtio, non minus quotidiana, quàm ardua, An incurrat irregularitatem qui celebrat poſt completam ab altera parte ſimoniam, & ante completam ab altera? ad quam idem videtur reſpondendum, quod de penſionario celebrante poſt lapſum termini, ſoluendæ penſioni ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, præſtituti. Equidem, arbitror eam non incurrere, ſaltem quoad forum conſcientiæ. Tum, quia appellans à declaratione excommunicationis, de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatem, vt pulchre declarat Fel.[a] Tum, quia appellans ante excommunicationem, & fidens appellationi, celebrando non incurrit irregularitatem, etiam ſi declaretur perperam appellaſſe.[b] Tum, quia, Panor[c] Domin.[d] & Fel.[e] aſſertoribus, pœna irregularitatis ſtatuitur ob cõtemptum, quem prædicti verè non habent, nec pręſumuntur habere, quandoquidem in caſu ſimoniæ non completæ, non eſt incurſa excommunicatio : in caſu verò non ſolutæ penſionis, credere poteſt penſionarius, ſe excuſatum iri per impotentiam, concordiam, vel bonitatem creatoris. quòd non volet eum declarare, & cæt. Cui ſuffragatur, quòd Rota non iudicat irregularem eum, qui celebrat poſt intimationem executorialium antequam declaretur, vt ſentit Fel.[f] quatenus ait, Rotam ſuo tempore, iudicaſſe validam collationem factam ab epiſcopo excommunicato, quòd nõ paruerit executorialibus intimatis, ante declarationem, quæ fieri non poteſt, niſi ſeruatis quatuor terminis, quorum[g] meminit. Quocirca, id videtur procul dubio tenendum, donec ſecus ſtatuatur, excepta ſimonia confidentiali, quâ ipſo iure annullari titulum, & incurri excommunicationem, aliáſque pœnas, probant duæ nouę extrauag Piorum 4. & 5. vt infrà,[h] notatur. An autẽ earum exemplo ſtatuere idem in aliis, ſit è re Chriſtiana, alibi[i] ſcribetur.

[a] *in c. Rodulphus, n. 43. de reſcript.*

[b] *iuxta gloſſ. pen. communiter recep. in c. ſolet, de ſent. excom. lib. 6.*

[c] *in c. paſtoralis, §. verùm, de appell.*

[d] *in d. cap. olet,*

[e] *in d. c. Rodulphus.*

[f] *in c. ad probãdum, n. 6. de re iudic.*

[g] *ibi.*

[h] *n. 100.*

[i] *in comment. de c. fin.*

# Simonia realis quid.

## Summæ.

105 *Simonia realis quid, & in quo peior mentali.*
105 *Simonia realis omnem diſpoſitionem beneficialem annihilat.*
105 *Renunciatio per ſimoniam realem facta, non valet.*
105 Simonia realis eſt ſimonia conuenta expreſſè, vel tacitè ex vtraque parte completa, ſaltē quoad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis. Dixi, *Vel tacitè* quia interdum fit ſine verbis, ſolis nutibus, quibus vnus etiam in momento (vt ait Caiet.) ſignificat ſe facere, vel dare quippiam pro ſpirituali, & alter accipere velle aliquid pro illo, vel factis tantùm: putà, ſponſionē faciendo 1000. vel 100000. cum epiſcopo, quòd non conferet beneficium tale vacans ſuo filio, vel nepoti: epiſcopus verò, vt ea lucretur, confert illud ei, vel, ſicuti quidam magnas feciſſe fertur, dicendo regi percupienti, vt ſucceſſor cuiuſdam epiſcopi mortui, ſolueret viginti millia aureorum, quæ illi debebat, *ſi placet ſuæ maieſtati, ego ſoluā illa omnia ex legitima parte, quæ debetur ex bonis maternis filio meo, & cæt.* qui erat dignus epiſcopatu, nihilo expreſſo de epiſcopatus præſentatione: cuius gratiâ tacitè promittebat: nam ſi Rex nihil aliàs reſpondendo, præſentaſſet illum eius filium, magnas verò ſoluiſſet illud debitum, cenſenda fuiſſet ſimonia realis, quippe quæ tacitè conuenta, & ab vtraque parte completa eſſet. Dixi, *Ab vtraque parte*, non enim ſufficit, impleri ab vna parte tantùm, per ſupra latè deducta. Dixi nouè, *Saltem quoad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis*, ad includendum ſimoniam, cuius conuentionem non implent omnino partes, ſed ex parte duntaxat. Veluti, cùm quis promittit 200. pro renunciatione duorum beneficiorum, & renunciato vno tantùm, ſoluuntur 100. duntaxat.

Porrò, hæc ſimonia realis, vt minimùm eſt æquè mala, ac mentalis, & conuentionalis: nam non ſolùm eſt mortalis in foro interiori, vt mentalis, & punibilis in

exteriori, vt conuentionalis : ſed etiam punitur annihilatione, ſiue nullitate, & excommunicatione, reſtituendíque obligatione. Adeo, vt beneficiarij per eam prouiſi, non quærant verè beneficia, nec faciant fructus eorum ſuos, teneantúrque abdicare illa, & reſtituere fructus ex illis perceptos, ipſóque iure excommunicentur: ac nihil valeat præſentatio, electio, confirmatio, & quælibet alia diſpoſitio, ſeu prouiſio, iuxta *extrauag. 2. de ſimon.* quæ etiam ſatis ponderata, probat nec renunciationem valere. [a] Licèt autem ita renuncians caſtigari poſſit, & priuari beneficio : non tamen ipſo iure perdit illud: quum renuntiatio ſit nulla, vt prædictum eſt.

[a] *vt probatur, in c. cùm vniuerſorum, de rer. permut. ſecundùm vnũ intellectum, & ibi Innoc. per Pan. & alios, communiter recep. & Rot. 7. de renunc. in antiq.*

Summæ.


106 *Miſſa pro dicenda, non debet ſtatui quid certum.*
106 *Spirituali pro præſtito dari conſuetum, poteſt capi.*
106. *Simonia conuentionalis eſt promiſſio ſine animo ſoluendi, & quando realis.*
106 *Simoniam an inducat obligationis antidoralis remiſſio.*
106 *Mediator ſimoniæ, & capiens ſibi vt roget, ſimoniacus.*
107 *Simoniacus non eſt conferens ob conſanguinitatem, amicitiam, vel preces, etiam indigno, niſi. &c.*
107 *Simoniam non inducit expreſſio eius, quod tacitè ineſt.*
107. *Simoniæ quædam vſitatæ in Curia, inter præſentes, & abſentes.*
107 *Renunciare beneficio intentione vt detur N. licèt, eo non expreſſo.*
108 *Simoniam interdum Papa incurrit, pœnam eius numquam.*
108 *Beneficium ſpirituale quo ſenſu vendi poteſt à Papa.*
108 *Papa, & alij prælati, vt poſſunt ſpiritualia profanare.*
108 *Papa & Epiſcopus vt poſſunt rem ſpiritualem vendere.*
108 *Beneficium vendi poteſt, quoad partem temporalem. vt calix. &c.*
108 *Papæ beneplaciti reſeruatio, nihil prodeſt, antequam ei placeat.*
109 *Confidentia quid, & quotuplex.*
109 *Confidentia plus nocet, quàm ſimonia, etiam realis.*
109 *Confidentia inducit nouam reſeruationem.*
109 *Confidentia mediator excommunicatur, ſicut ſimonia.*

309 *Confidentiam non facit promiſſio conferendi.*
110 *Bulla Pij V. de confidentia cum 12. adnotationibus.*
111 *Penſio beneficialis non poteſt emi, nec redimi, ſed gratis remitti: quia eſt ſpirituale dependenter.*
111 *Penſionis emptio, ſi ſimoniaca eſt, non valet, ſed non excommunicat.*
111 *Vicariæ ſpiritualis venditio ſimoniaca, ſed non excommunicat.*
111 *Vicariæ vel alius iuriſdictionis ſecularis emptio, valet.*
111 *Simoniacus qui ipſo iure ſuſpenſus, vel excommunicatus.*
111 *Simonia omnis mortalis, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat.*
111 *Simoniam committit emens carius ob ſpirituale annexum, ſed non excommunicatur.*

106 Cęterùm, vltra deciſa circa ſimoniam in ordine,[a] beneficiis,[b] & prę́ſentatione,[c] ſuboriuntur complura dubia, pro quorum dilutione, adnotandum hoc loco eſt, non licere Epiſcopo iubere, vt certa pecuniæ quantitas detur pro miſſa dicenda, nemòque minorem accipiat. Tum, quia miſſa non eſt pecunia ęſtimabilis,[d] Tum, per alia ponenda in cap. fin. prę́ſertim illud ſancti Thom.[e] recept. quòd, quàmuis conſtitui poſſit in aliqua eccleſia, vt fiat ſupplicatio in funere eius, qui certam quantitatem numariam pependerit, non tamen ne fiat pro eo, qui tantundem non numerarit.

Cæterùm conſueta dari, pro actibus ſpiritualibus iam præſtitis, licitè poſſunt accipi, antequam pręſtentur, imò & interdum peti, quò impediantur contentiones, & moleſtię quę alioqui probabiliter putantur futuræ, vti determinat Caietan.[f] & per ſupradicta probatur.

Eſt autem ſimonia conuentionalis tantùm, promittere in inſtrumento publico 100. aureos alteri, vt conferat ſibi beneficium citra vllum animum emendi illud, aut ſoluendi illa, licèt Caiet.[g] & Sotus qui eum ſequitur,[h] contradicant,[i] dicentes, eum quidem peccare cō̃municando ſimoniæ mentali alterius: mentiendo item, & ſcandalizando, non tamen ſimoniam committendo, & ex eo inferentes, non teneri abdicare beneficium eiuſmodi dolo acquiſitum: nam ad eſſentiam ſimoniæ,

[a] *infra, c. 25. n. 68.*
[b] *ibidem, n. 115.*
[c] *ibidem, n. 8.*
[d] *c. qui ſtudet, 1. q. 1.*
[e] *2. 2. q. 100. art. 3.*
[f] *in ſum verbo ſimoniæ.*
[g] *2. tom. opuſc. opuſc. 9. q. 2. de ſimon.*
[h] *lib. 9. q. 5. art. 2. de iuſt. & iur.*

non eſt neceſſaria vera voluntas emendi, quod ipſi præſupponunt: aut ſufficit voluntas faciẽdi, aut dandi quippiam, quod formaliter, vel virtualiter eſt temporale, pro ſpirituali conſequendo, quod in hoc caſu fit, cùm vnus eorum velit dare ſpirituale, alius verò promittere in inſtrumento publico, quocunque animo id faciat. Licèt verum ſit, quod inferunt, illum nempe non teneri relinquere beneficium, ratione talis ſimoniæ: non quidem eorum argumento, quòd nimirum nõ committat ſimoniam: at quia non eſt realis, ſed conuentionalis tantùm, quæ (vt prędictum eſt) nec excommunicat, nec annihilat actum, neque ad reſtituẽdum obligat. Quàmuis poſſit dici ſimonia realis, conuentio, qua duo paciſcerẽtur, vnus quidem, dare ſpirituale, alter verò inſtrumentum authenticum promiſſionis centum, ſi alter daret ſpirituale promiſſum, alter verò traderet inſtrumẽtum eiuſmodi promiſſum, etiamſi nunquam ſolueret: ſiquidem magna ex parte impleret promiſſum tradẽdo quod promiſſum fuit: & (vt prædictum eſt) ſufficit eam impleri ex vtraque parte, quoad partem promiſſorum. Non tamen arbitror eſſe realem, qua quis promitteret tẽporale, etiam inſtrumẽto publico, quod traderet: quũ hoc caſu, eiuſmodi traditio inſtrumenti, non ſit pars rei promiſſæ, vt ſuperiori caſu: ſed ſolũ probatio promiſſionis, quod eſt quotidianum, ideóque notandum. [a]

Conferens porrò beneficium ei, cui eſt obligatus tantùm ad antidora, animo ſe ab eiuſmodi obligatione liberandi, ſimoniam committit, ſecundùm Innoc.[b] quod non eſt verum, niſi conferat pro pretio formaliter, vel virtualiter temporali per ſupradicta. Nec tunc quidẽ eſſet pluſquã ſimonia mẽtalis ſecũda, [c] ſi non deduceretur in pactum eiuſmodi remiſſio, quę in effectu eſt donatio [d] quo ſenſu videtur intellexiſſe Inn.[e] & Felin.[f] At, ſi res ſatis perpendatur, ne tunc quidem eſt ſimonia: quum nullum debitum legale, ſed ſolùm antidorale remittitur, quod non habet vim pretij, vt ſanctus Thom. clariùs aperit, [g] & probat conſuetudo S. Sedis Apoſtolicę, omniúmque pręlatorum, qui beneficia conferunt de ſe, vel ſuis eccleſiis, aut republ. bene meritis, quibus ſunt obligati ſola antidorali obligatione.

[a] *l. legaui ff. de libert. leg.*
[b] *in c. tuam, de ætat. & qualit.*
[c] *de qua n.* 101.
[d] *c. veniens, de teſtib.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *in c. ad audiẽtiam, 2. de reſcrip. n.* 10.
[g] 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 2.

Atqui, mediator ſimoniæ, committit eam, eſtq; excommunicatus. [a] Imò & dans mediatori, ſeu interceſſori, vt procuret ſibi collationem beneficij, ſecundùm Innoc.[b] quem [c] Ant. Pan. & Bellam, ſequuntur, & idem Innoc.[d] quem [e] Fel. ſequitur: quia (vt ille ait) paria ſunt dare collatori & dare tertio, vt inducat collatorem ad conferendum: niſi daretur illi, quod decens foret, pro labore, quem ſuſcipit in ſemel, vel frequenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo, vel in compẽſationem alicuius intereſſe conſiderabilis, damni, vel lucri ceſſantis ipſius mediatoris, aut niſi daret principaliter ad ineundam amicitiam, & ſecundariò, vt poſtea per illa induceretur ad monendum collatorem, vt conferat ei beneficium, per prædicta. Per quæ, & hoc proximum dictum, videtur excuſari, dans munera à manu, linguâ vel obſequio familiari Papæ, principaliter quò ineat amicitiam cum illo, & ſecũdariò vt impetret ei à Papa beneficiũ, cùm ſe ad id occaſio obtulerit: poſteáque occaſione oblata, citra vllam illicitam conuentionem, impetrat illud ei. Secus autem, ſi principaliter daret ei, vt rogaret Papam pro eo, vel vt obtineret ei beneficium, quo caſu intelligendi ſunt Sot.[f] & Silueſt.[g] contrarium ſignificantes.

[a] *per extrauag. 2. de ſimo.*
[b] *in d.c. tuam, de ætat. & qual.*
[c] *ibid.*
[d] *in c. tanta, de ſimo.*
[e] *ibid.*
[f] *lib. 6. q. 7. art. 3. col. 2. de inſt. & iur.*
[g] *verb. ſimonia, q. 6.*

107 Inſuper, non eſt ſimonia conferre ob conſanguinitatem ſecundùm S. Thom.[h] quicquid nonnulli parum cautè dicant: illa ſiquidem, nec emitur, nec venditur, nec vllo contractu nõ gratuito quęritur, quod ad ſimoniam requiritur, quod & Sot.[i] probat: quàmuis conferens ob illam principaliter peccet, ſecundùm Innoc.[k] non tamen incurrit cenſuram, qua ſimoniacus inuoluitur. Quod producẽdum in conferente ob amicitiam, licèt ob eam indigno cõferret. Et in illo, qui pro ſe indigno precatus collatorem, obtinet beneficium, niſi preces pro pretio fiant, & accipiantur, quo caſu intelligendus eſt S. Thom.[l] ac in hypocrita, qui ob laudẽ humanam, ſpiritualia facit: ſed alia ratione, quia nimirum non dat quicquam ſpirituale propter laudem, ſecundùm eundem ſanctum Thomam, [m] nam ſi daret, vel faceret in pretium laudis, ſimoniacus foret, per prædicta.

[h] *2. 2. qu. 100. art. 5. ad 2.*
[i] *vbi ſup.*
[k] *in d. c. tuam.*
[l] *2. 2. qu. 100. art. 5. ad 3.*
[m] *vbi ſup. ad 4.*

Ad hæc, ſimonia realis committitur ab eo, qui habito

cx

ex Hiſpania nuntio, de beneficio vacante, paciſcitur cum aliquo Papæ familiari, vt impetret illud pro ſe: ipſe verò conſentiet certę penſioni à Papa conſtituendę. Et poſtea familiaris impetrat illud pro eodem monitore, qui conſentit prædictæ penſionis conſtitutioni: & expediunt litteras nulla mentione facta Papę pacti penſionis conſtituendæ: eſt enim conuentio ſimoniaca, ab vtraque parte executa, vt patet. Idémque potiore iure producendum eſt ad illos, qui habito ex Hiſpania nuncio, de duobus beneficijs vacantibus, conueniunt, vt vtrumque illorum nomine quidem vnius eorum impetretur, ſed inter ambos diuidatur ex æquo vtilitas eorum, & impenſa facienda in ſoluendis penſionibus eis, qui ea ſibi impetrant. Poſtea verò, is ſub cuius nomine impetrata fuerunt, nulla huiuſmodi conuentionis facta mentione, reſignat vnum in fauorem alterius, qui contribuit dimidium impenſarum: quoniã eſt ſimonia ab vtraque parte completa.

Simonia quoque realis admiſſa fuit à duobus Hiſpanis, qui depacti fuerant, vt exiſtens in Hiſpania moneret de vacantibus alterum reſidentem in curia, is verò impetraret à Papa illa: & diuiderentur ex æquo vtilitas, & impenſa per renunciationes, permutationes, vel penſionum conſtitutiones ad id neceſſarias. Secus tamen cenſeo de his, inter quos conuenit: vt alter moneret, alter verò impetraret vtrique, vel vtri eorum mallet, citra vllam obligationem ciuilem aliam ab antidorali, quæ naturali iuri ineſt, vt benefacienti benefaciamus,[a] & poſtea, libere impetrat, & reſignat, vel conſentit penſioni pro ſuo nutu: expreſſio namque eorum quę tacitè inſunt, non inducit ſimoniam.[b]

Cæterum, ſimoniam admittit, qui habito nuntio de vacante beneficio in Hiſpania, annuntiat illud alicui familiari Papę, qui obtinet ab eo, gratiam conferendi illud cuilibet Hiſpano à ſe nominando: & poſtea nominat monentem, in pactum deducto, quòd alicui penſioni annuente Papa conſentiet, & ad ſecuritatem eius, neceſſaria faciet: poſtea verò nominat illum, qui conſentit penſioni prędictæ, nulla pacti prædicti facta mẽtione Papę: eſt enim conuentio ſimonia, completa ab vtraque parte. nec purgata authoritate eius, qui

[a] *iuxta l. ſi non ſortem, §. libertus, adiuncta gloſſ. ſing. ff. de cond. indeb.*

[h] *vt prædictum eſt poſt Fe. lin. in c. ad audientiã, de reſcript. n. 10. in ſpecie id aſſerentem.*

illam ignorat. Secus autem, ſi nullo pacto præcedente, nominaret eum, ille verò conſentiret: nulla ſiquidem conuentio illicita interueniret.

Renunciatio porrò facta in fauorem alterius, putà, adiecto modo, vt cõferatur illi, vel illi, eſt ſimoniaca.[a] Niſi fieret ad manus Papæ, ſecundùm ſtylum Curiæ, à multis ſeculis ſeruatum, à quo tamen cœpit recedere S. D.N.Greg. XIII. quàmuis permittat, vt vnà cum renuntiatione vnius, præſentetur petitio alterius, cui renuncians optaret conferri. Quibus conſequens eſt, cõuentionem, quæ aliàs, ſimoniaca eſſet, deſinere eſſe talem adiectione clauſulæ, *ſi, S. Sedi Apoſtolicæ placuerit, & non aliter, nec alio modo*. Quod receptum eſt, at perperam intellectum, & peius ſeruatum ab his, qui priùs quàm Sedis Apoſtolicæ beneplacitum accedat, eam (ſaltem ex parte) exequuntur. E quibus ſunt renunciatarij, addicentes renunciantibus penſionem, vel aliud temporale, *ſi Papæ placuerit*. Et qui paciſcuntur dare, vel facere quippiam temporarium, pro acquiſitione iuris aduerſarij: quo peracto, præſtant promiſſa, vel eorum partem prius quàm Sedis Apoſtolicæ beneplacitum accedat.[b]

[a] *iuxta gloſſ. c. ex parte, 1. de offic. deleg. &c. cũ pridem, de pact.*

[b] *vt ſentit Com. ad regul. cancel. de trienn. q. 12.*

Renunciatio autem beneficij, facta, etiam in manibus inferioris, animo, vt conferatur alicui cognato renunciantis, vel alij nullis conditione, modo, vel pacto expreſſis valet, nec renuncians admittit ſimoniam, etiam mentalem, iuxta quandam gloſſ.[c] ſolem verbo (*pretio*) communiter receptam, & expreſſam ſententiam grauiſſimi hac in re authoris S. Anton.[d] quàmuis Pano Dec. & citati ab eis incautè teneant eum admittere mentalem quod palam falſum eſt,[e] cùm nulla emptio, aut venditio actualis, vel virtualis, nullúſque contractus nõ gratuitus, vllàve voluntas faciendi aliquid horum, etiã tale, quale proximè diximus, interueniat, vt palam eſt: cautiuſque loquitur idem Deci[f] Quamuis ſi vellet renunciare principaliter ob cognationem, vel vt conferatur indigno eo, peccaret, non tamen peccatum ſimoniæ, ſed aliud iniuſtitiæ, vel acceptionis perſonę inordinatè conceptę, vel procuratæ. Cui ſuffragatur, quòd mandatum datum ad renunciandum beneficio in manibus ordinarij libere, petendùmque ab eo, re-

[c] *c. ordinationes 1. q. 1.*

[d] *2. part. tit. 1.*

[e] *§. 1. n per definitionẽ ſimoniæ, ſupra 2. 100 poſitã.*

[f] *conſi. 141. ad ſecundum.*

nunciatione libere factâ, vt prouideat illi, vel illi, non ſit ſimoniacum, imò, validum, & renunciatio virtute illius facta, ac collatio ad petitionem mandatarij conſecuta, ſunt validæ.[a] Cùm tamen negari non poſſit, ex eiuſmodi mandato, colligi mentem renũtiantis, fuiſſe, vt conferretur nominato, per eum ſed quia id deductũ non fuit inpactum, modum vel cõditionẽ, ceſſabit ſimonia. Quod vero his nõ obſtet extrauag. Pij V. de confidentia, annotabitur infra ſuper ea Quàmuis indubium ſit vel renunciare cum pacto, vel modo vt detur illi vel illi, ſimoniam eſſe mortalem, etiam ſi nulla ſubſequatur renunciatio, cum pacto, vel ſine pacto per dicta ſupra.[b]

[a] vt declarauit Rot. atteſtante Caſſad. deciſ. 2. de ſimo.

[b] n. 100.

108 His ampliùs adnoto, Papam peccare poſſe peccatum ſimoniæ in emptione & venditione cuiuſlibet rei ſpiritualis, non ſecus quàm quiuis alius, aſſertore S. Tho.[c] Quibus conſequens eſt, primò nõ poſſe ipſum liberare à peccatò ſimoniæ alium vendentem, vel emẽtem ab ipſo rem ſpiritualem, qua parte eſt ſpiritualis: quum nec ſeipſum ab eo excuſare poſſit.

Secundò, Papam non poſſe efficere, vt actus, qui eſt ſimoniacus iure naturali, vel diuino, citra adminiculum iuris humani, deſinat eſſe ſimoniacus: ſua namque Sanctitas illis legibus ſubeſt, ſaltemquoad vim directiuam, ſecundùm eundem S Thom recept.[d]

Tertiò, Papa poteſt rem, cuius ſpiritualitas iure tamtùm humano inducta eſt, frangendo, vel mutando, efficere profanam,[e] Imò, & alij Prælati iuſtâ cauſa idem facere poſſunt.[f]

Quartò, Papa poteſt rem ſpiritualem, conſtantem ſpirituali & temporali, veluti calicem, & veſtes ſacras, emere, ac vendere, quoad partem temporalem, etiam integram, & ſanam non præuia execratione, vel confractione qua mutatur forma[g] Imò & alij Prælati, ad vſum eccleſiaſticum, nihil plus accipiẽdo ratione ſpiritualitatis,[h] quàmuis non ad vſus profanos[i]

Quintò, Papa nullam pœnam temporalem ſtatutam contrà ſimoniacos, etiam qui ſunt tales in rebus ſpiritualibus, licet à Deo ſolo inſtitutis, incurrit: poteſtque facere, ne alius eam incurrat: nã quælibet eiuſmodi pœna eſt inducta iure humano, cui ipſe non ſubeſt, ſed

[c] 2. 2 q. 100. art. 1. ad 7.

[d] 1. 2. q. 96. art. 5.

[e] vt diximus in c. non liceat Papæ, §. 17. n 10.

[f] arg. c. aurum, 12. q. 2.

[g] vt colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4.

[h] vt ſatis colligitur ex eod. S. Tho. lib. 4. ſen. diſt. 25. q. 3. art. 2 & 2.

[i] per regul. ſemel Deo, de reg. in. lib. 6. & c. comperimus, de conſecr. diſt. 2.

poteſt alios eximere, per prædicta.

Sextò, auctoritas eius de facto eximit à pœnis ſimoniæ, omnes qui cum eo, vel conſenſu eius præuio, faciunt actum, aliàs ſimoniacum, licèt expreſſé eos non liberet non facta differentia inter prædictas ſimonias: nam, quo ad pœnas, eadẽ ratio militat in vtraque. Ideoque (quicquid dicat Pan.[a] & Felin. eum limitans[b]) in rebus ſpiritualibus à ſolo Deo inſtitutis commiſſa, rei veritas habet, quòd non eximit à culpa, ſed tantùm à pœna ſimoniæ diuino iure prohibitæ, à culpa verò & pœna ſimoniæ, iure tantùm humano prohibitæ, tum, per prædicta: tum, per nõnulla iura,[c] tum argum. eorũ, quę de certa ſcientia Principis, veriùs, & communiùs dicuntur ab iis, quos latè citat Felin.[d] Tum, per ſtylum Curiæ, qui hoc ſeruat.[e]

Ex his porrò eliciẽda eſt deciſio quæſtionis. An Papa vendens beneficium, & emens illud, cõmittat ſimoniã? Et certè, quidã aiunt abſolutè quòd nunquã. Alij, quòd ſemper. Alij quòd non, ſi beneficium eſt ſimplex: ſi autẽ eſt curatum, ſecus E quibus eſt Pan.[f] Quorũ primorũ opinionem, ſequuntur cõmuniter Theologi, quos ſequitur Caiet.[g] noſque ſoliti ſumus ſequi, hoc ſyllogiſmo firmo in *Barbara*. Omne ſpirituale (vt hîc ſumitur) eſt inuẽdibile iure naturali, & diuino,[h] non ſolùm datũ vel inſtitutum immediatè a ſolo Deo, ſed etiam, ab eccleſiaſtica poteſtate, ſupernaturaliter diuinitus ei data.[i] At omne beneficium eſt ius ſpirituale (vt hic ſumitur)[k] & tradit S, Tho.[l] à quo nullus etiam Canoniſta recedit. Ergo omne beneficium eccleſiaſticum eſt inuendibile.

Confirmaturque hac ratione: Ius ſpirituale clericale eſt à Deo ſolo inſtitutum, cui omnia beneficia ſunt annexa: & quidem adeo, vt vendito beneficio, cenſeatur vẽditum ius clericale,[m] ius autem clericale eſt inuendibile, per prædicta Confirmatur etiam, quod inſpatronatus eſt inuendibile,[n] quod tamen eſt minus ſpirituale, quã beneficium, quippe, quod cadit in laicum tanquam ſpirituale antecedenter, non pręſuponens clericatũ, aliud ve ſpirituale præter chriſtianiſmũ, cũ tamen beneficium ſit tale dependenter, & pręſupponens clericatum.

[a] *in repet. §. qui verò, c. extirpãdæ, de præbend. ſub fin.*
[b] *in c. de cætero, ſub fin. de re iudic.*
[c] *l. quidã conſulebat, ff. de re iud. & l idem Vlpianus, ff. de excuſ tut.*
[b] *in c. cum inter, de excep.*
[e] *vt ſatis teſtatur Caſſad. deciſ. 2. de ſimo.*
[f] *in c.1 de ſimo. & in c extirpãdæ, §. qui verò, de præb. à n. 83.*
[g] *2. tom tract. 9.q.1.*
[h] *c. quiſtudet, 1. q.1. c. quàm pio, ead. cauſ. q 2.*
[i] *per dicta ſupra eod n. 99. & adducta per Caiet. vbi ſupra.*
[k] *c. dilecto, de præb.*
[l] 2.2 q.100. *art.4.*
[m] *c. ſi quis obiecerit, 1.q.3.*
[n] *c. de iure, de iur. patr. tradit S. Tho. vbi ſup. ab omnibus etiã, Canoniſtis recep.*
[o] *c. cùm à Deo, de reſc ip. & c. ex literis, de tranſact.*

Confirmatur demum, quòd ius decimarum, eſt inuendibile: quia deputatum ab eccleſia miniſtris eius [a]

Cæterum (quicquid nonnulli obgанniant) non arbitror vllum Papam vlla beneficia vnquam ſimpliciter vendidiſſe, contra concluſionem prædictam: quàmuis ceperit nonnulla, non viâ venditionis, permutationis, vel alius contractus non gratuiti : ſed alijs vijs iuſtis. Quæ colliguntur eò, quòd poſſit beneficia extinguere, aliaque alijs vnire, diuidere, reditus eorum augere, & diminuere. [b] Poteſt etiam partem redituum eorum vacantium & non vacantium, de conſenſu beneficiariorum, imò & citra illum, iuſtâ cauſâ applicare alicui bello pio, vel alijs operibus, & neceſſitatibus Sedis Apoſtolicæ, ſiue alterius, & in iuſtam penſionem aliquibus: ac conſequenter annatas, vel compoſitiones ſeu pro fructibus eorũ malè perceptis: cõuẽtiones neceſſitatibus Sedis Apoſtololicę, alijſve pijs operib' applicare.

Quàmuis autem Theologorum ſententiam, quam omnium profundiſſimè confirmat Caiet. [c] ſequi ſoleã: puto tamen nouiſſimè tenẽdum primò, Caiet. aſtruere quædam quaſi metaphyſica, [d] quæ non ſatis probat. Secundo, Papam ſua poteſtate abſolutâ, & plenâ poſſe vendere citra peccatum iuſtâ cauſa, beneficia, quoad partem (quam habent) pecuniariam, & temporariam: ſicut poteſt vendere alia ſpiritualia, quæ conſtant partim ſpirituali, partim re pecuniaria: qualia ſunt calix, veſtis, & vaſa conſecrata Tum, quòd eadem ratio eſt in omnibus. Tum, quia quod dicitur vẽdentem abſolutè beneficium, vel aliam rem, conſtantem re ſpirituali, & pecuniariâ, præſumi, vel videri vendere vtrumque, [e] verum eſt, quoad præſumptionem, non autem quoad veritatem, quæ tollit eam, ſi illi aduerſetur: [f] & ita non includeret illum, qui verè ſolum temporale intenderet vendere: & minus eum, qui expreſſè proteſtaretur, ſe intendere duntaxat vendere illam, quoad partem tẽporalem. Tum, quia omnes confitentur non ſolum Papam, ſed etiam cæteros Prælatos, poſſe vendere calicem, vel aliam rem conſecratam, etiam integrã, eccleſiæ, vel clericis ad vſum ſpirituale, vt quotidie fit. Tum, quia nemo inficiari poteſt, poſſe Papam cauſa iuſta donare, vendere, vel permutare rem immobilem vnius eccleſiæ, pro alia

[a] *vt ipſemet S. Tho. ibidem ait, & probatur in c. altare, 1. q. 3.*

[b] *c. ex parte, de cõſt. & c. maioribus, c. extirpãdę in prin. & §. qui verò de præ. c. ſicut vnire, de exceſ. prælat. cùm eu adnot.*

[c] *vbi ſup.*

[d] *in illo tract.*

[e] *iuxta d. c. ſi quis obiecerit.*

[f] *c. tua, de ſponſ.*

alterius eccleſiæ, etiam profanâ: & partem redituum vnius eccleſiæ pro re alterius eccleſiæ, vel etiam perſonæ laicæ, quod (quicquid dicat Caietan.) efficaci iure firmatur.[a] Tum, quia ſic vendendo, donando, vel permutando, nihil ſpirituale vendit, donat vel permutat, ſed ſolùm temporale. Tum, quia non obſtat illud argu. quod ſuum Achillem facit Caieta. omnia nimirum beneficia eccleſiaſtica eſſe annexa iuri clericali conſequẽter: non enim ſunt ita annexa, vt nequeant auctoritate Papæ multis modis ſeparari, vt prædictum eſt. Tum, quia etiam aurum, argentum, & ſericum, calicis, & veſtis conſecratorum, eſt annexum calici, & veſti conſecratis, imò, magis quàm reditus beneficio: attamen Papa poteſt iuſtâ ſubſiſtente causâ, vendere illud aurum, argentum, & ſericum, alij eccleſiæ, vel clerico, etiam non mutata forma, vt ſupra dictum eſt, ergo etiam iuſtâ causâ poterit vendere reditus mille aureorum alicuius epiſcopatus, vel archidiaconatus, habentis reditus decem millium, etiam nõ ſeparando illos à reditibus epiſcopatus, vel archidiaconatus: ea lege, vt archidiaconus teneatur illa quotannis ſoluere. Reditus enim beneficij, non ita annexi ſunt iuri clericali, vt nequeant (authoritate ſaltem apoſtolica) diuidi, & vendi, ſaluo remanente, & non vendito iure clericali: vt venditur pars materiæ calicis, non venditâ eius totâ materiâ, aut conſecratione. Canoniſtæ verò qui aſſeruerunt contrariam opinionem communis Theologorum, noluerunt dicere, quod Caietan. imponit eis, ſed videntur dixiſſe, Papam ſecundùm hũc noſtrum ſenſum, poſſe vendere beneficia: licet Pan. diſtinguendo inter curata, & ſimplicia, iure reprehendi poſſit. Voluerunt enim aſſerere, plus rei ſpiritualis vendere poſſe vendendo curata, quã ſimplicia: ſed vtrumque vendere poſſe iuſta de cauſa, quoad partem temporalem: neutrum autem, quoad ſpiritualem, quoad ius exercendi curam, vel ius clericale miniſtrandi officia diuina, cui iure naturali, & diuino debetur ſtipendium. Sicut poteſt vendere calicem, veſtéſque ſacras, quoad partem tẽporalem, non quoad ſpiritualem, ſiue conſecrationẽ. Atqui, concordiæ & aliæ diſpoſitiones ſuper ſpiritualibus, quæ citra Papæ conſenſum factæ, ſimoniacæ forent, non ſunt eiuſmodi, ſi fiant

[a] *per c. ad quæſtiones, & omnes tit. de rer. permut.*

adhibitâ clauſulâ *ſaluo*, vel *reſeruato beneplacito Papæ*, ſiue *S. Sedis Apoſtolicæ*, quæ tamen, ſi eas exequuntur antequã beneplacitum eius impetretur, fiunt ſimoniacæ: quum fiant ſub conditione, *ſi Papa voluerit*, [a]diſpoſitio autem cõditionalis, nihil prodeſt, donec conditio impleatur [b] ideòque cauendum ab eiuſmodi executione, inducente cenſuras, & actum annullante.

[a] *arg. l. à teſta-tore. ff. de cond. & demonſtr.*

[b] *c. ſi prote, de reſcrip & § om-nis, inſtit. de verb. oblig.*

His conſequens eſt, non eſſe ſimoniacam confidentiam, qua quis confidit. Collatorem collaturum beneficium renunciatum, ei cui renuncians volet, poſt renunciationem libere, & ſine vllo pacto, ac modo, aut patronum pręſentaturum ad illud ita renunciatum: nullus enim in ea re contractus non gratuitus, aut voluntas illum faciendi interuenit, nulloque iure naturali vel diuino talis fiducia prohibetur ni aliud obſtet. Eadémque ratione, non eſt confidentia ſimoniaca, conferre beneficium, vel procurare vt conferatur alicui, ea intentione, & ſpe, quòd is aliquando cedet in fauorem alterius à ſe nominandi, vel ſui ipſius conferentis, vel procurantis: dum modo nullum pactum, nullúſque modus, & nulla conditio adijciatur, quod certum eſt, ſolo iure antiquo attento Quòdque idem ſit attentis extrauagantibus fel rec Pij Quarti, & Pij Quinti ſuper confidentia beneficiorum editis, probatur efficaciter, quòd illę nil prohibeant, quod ante illas non fuiſſet prohibitum, ſolũ enim diſponunt contra confidentiã illicitam beneficialem, nec omnem quidem ſed tãtùm ſimoniacam, qualis non erat omnis confidentia beneficiaria. Tũ, quia confidentia in genere, eſt certa ſpes de re quapiã, quod ita fuit, eſt, vel erit, & interdũ ſumitur in bonã partẽ, iuxta illud. [c] *In Domino confido*: interdum in malam, iuxta illud. [d] *Qui confidunt in eis*: & conſequenter, eſt confidentia licita, & illicita: licita, qua quis odinaté ſperat, illicita qua inordinatè Tum, quia hoc conſequitur, quòd confidentia beneficiaria eſt duplex: licita, qualis eſt, qua quis ordinatè confidit, quòd collator cõferet beneficium fratri ſuo cum primis eo digno: & illicita, qualis eſt qua quis inordinatè confidit, collatorem beneficium ſuo fratri eo indigno [e] collaturũ Tum, quia confidentia illicita beneficiaria eſt duplex. Altera ſimoniaca, quod genus eſt, qua quis confidit, quòd

[c] *Pſal. 10.*

[d] *Pſalm. 113.*

[e] *arg. c. cum in cunctis, § fin. de elect.*

collator confert beneficium mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expreſſà, aut tacita, digno, vel indigno. Altera ſimoniaca, qualis eſt, qua quis confidit, quod collator conferet beneficium ob cognationem vel amicitiam indigno: citra tamen pretij, pacti, modi, vel conditionis interuentum. Quod autem extrauagantes prædictæ, non ſint editæ contra omnem confidentiam beneficialem, ſed tantùm contra illicitam: nec contra omnem illicitam, ſed tantùm illicitam ſimoniacam patet.

Primò, quòd principium extrauagantis Pij Quarti ſic habet. *Sanè licet dudum, cùm certam ſimoniacæ prauitatis ſpeciem (quam beneficiorum confidentiam vocant) &c.* ex principio autem colligitur intentio diſponentis.[a]

[a] *l fin. ff. de hæred. inſtit.*

Secundò, quòd mox declarat ſe loqui de confidentia, qua quis accepit cuſtodiam alieni beneficij, præuio pacto, vt poſtea cedat alteri.

Tertio, quòd poſtea ter ſe reſtringit ad eam, adiiciens verbo *Confidentiam*, verbum, *Huiuſmodi*, quod reſtringit ad præcedentia[b]

[b] *l. huiuſmodi, ff. de leg. 1.*

Quartò, quòd Pius V. de eadem omnino confidentia diſponit, de qua Pius IIII. vt tam ex proœmio, quàm reliquo contextu, planum eſt.

Quintò, quod declarant præteritas, de quibus agunt, confidentias, fuiſſe illicitas, quod non potuiſſet iuſtè fieri, niſi antè fuiſſent prohibitæ: cùm lex non extendatur ad præterita,[c] & ita quæ confidentia ante illas erat licita, etiam nunc eſt licita: & è contrario, quæ illicita nunc eſt ſimoniaca, antea erat ſimoniaca, & quæ antea non erat ſimoniaca, nec nunc quidem eſt ſimoniaca, licèt iuſtè præſumi poſſit in foro exteriori, per modos ad id inductos à Pio V per extrauag. cuius tenor ſequitur, *Pius Epiſcopus, &c.*

[c] *c. 2. & c. fin. de conſtit.*

*Intolerabilis*, & infra, *Bene quidem, & prouidenter fel. rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter, ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum eccleſiaſticorum corruptelam, ſtatuit. & decreuit: vt ipſo iure vacarent eccleſiæ, monaſteria, cæteràque beneficia eccleſiaſtica in confidentiam à quibuſcunque etiam S. R. E. Cardinalibus, cuiuſuis perſonæ contemplatione, vel intuitu excepta, liberam illorum diſpoſitionem ſibi, & Apoſt. S. reſer-*

*uando: nec valere ipſorum collationes, ſeu conceſsiones, nec fructuum, nec penſionum reſeruationes, nec facultates illas transferendi, nec regrediendi, ſeu accedendi, & ingrediendi ad eccleſias, monaſteria. & beneficia ſupradicta, illáque recipientes fructus, penſiones, & alias res eorundem, indebitè perciperent. Prohibens quibuſcunque etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, ne quid huiuſmodi amplius auderent. Ac etiam decreuit omnes & quaſcunque prouiſiones, præfectiones, collationes, commendas, & alias diſpoſitiones de eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis, nec non reſeruationes fructuum, penſionum, rerum, iurium, ac etiam transferendi, regrediendi, accedendi, & ingrediendi, aliáſque facultates, ſiue per ſe, ſiue futuros Romanos Pontifices, etiam motu proprio, ac conſiſtorialiter, ſiue etiam per ordinarios collatores, etiam ad patronorum præſentationem, cum interuentu confidentiæ huiuſmodi, ſiue expreßè, ſiue occultè, ac de iure præſumpto, & alias contra prædicta pro tempore factas, nullius momenti fore, nec cuiquam ſuffragari: ſed eccleſias, monaſteria, & beneficia huiuſmodi ipſo iure vacare, ac prædictæ diſpoſitioni reſeruata eſſe: ſicque per quoſcunque, etiam per præſumptiones, & coniecturas legitimas, & alias eorum arbitrio procedendo (cùm alioqui confidentias huiuſmodi in lucem erui, & probari non poſſe conſtaret) iudicari, & definiri debere.* Nec non *irritum & inane quicquid ſecus contigerit attentari: quemadmodum confectis ſuper his literis plenius continetur.* & infra. *Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeuntes. alij ne cogantur ad ſacros ordines, & ad reſidentiam, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant: alij. vt alieno nomine lites agant, aut defendant: alij propter crimina incapaces: quidem vt purgato delicto, vel abſolutione conſecuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum aut eis adminiſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt ſæpe laicis, & inhabilibus-* Plærique *vel ſenes, vel infirmi. vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt, & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium, de fructibus eccleſiaſticis alant: vel illa etiamnum infantibus, aut naſcituris aſeruent, facto interdum circuitu retroceſsionis, cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu præſertim ab illis, qui præſtādorum iurium Cameræ Apoſtolicæ ſunt immunes. Alij aut incapaces, aut aliis beneficiis eccleſiaſticis onuſti, aut eccleſiaſtico ordini ſeſe mancipare refugientes, aut merè laici beneficia eccleſiaſtica aliis conferenda procurant, vt de illis poſt-*

modum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipientur
illorum. Adhæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiã pa-
troni laici curant deponenda beneficia, vt fructus ſeu penſiones
capiant eorundem, aliiſve faciant miniſtrari. Alia item permul-
ta eiuſcemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum
puritas impie violatur, diſciplinæ eccleſiaſticæ neruus dirumpi-
tur, & imminens patratur exitium animarum. Quare, Nos vo-
lentes periculoſam talium audaciam noui iuris ſubſidio cohibere,
præſentium auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis quacunque autho-
ritate eccleſiam, vel monaſterium aut aliud beneficium eccleſia-
ſticum qualecunque ex reſignatione, vel ceßione cuiuſcunque per-
ſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceßionis, cum regreſſu, vel
acceſſu, etiam ſola dimittentis intentione, receperit, vt illa, vel il-
lud etiam in euentum regreſſus, vel acceſſus, eidem dimittenti,
vel alteri poſtea conferatur: aut illius fructus, vel eorum pars alij
vel aliis concedentur, vel penſiones ſoluantur ex eiſdem, hæc con-
fidentia cenſeatur. Itidem, ſi ordinarius, vel alius collator contu-
lerit antehac, aut conferat in futurum beneficium eccleſiaſticum
quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expreſſa, vt poſtea
in alterum pro arbitrio collatoris, ſeu alterius cuiuſcunque con-
tra iuris communis ordinationem diſponatur, ſiue vt de eo pro-
uiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel libitum confe-
rentis vel cedentis, aut alterius, relinquat & remittat, ſeu penſio-
nem illi vel illis, quem vel quos idem collator aut cedens, vel alius
per ſe, vel alium ſcripto, aut verbo iuſſerit, ſeu ſignificauerit,
perſoluat: & pariter ſi à patrono etiam laico, vel alteri præſen-
tatori, ſeu electori contingerit aut contingat id fieri. Adhæc, ſi
clericus prædictæ Cameræ aut Cardinalis, aut alius à ſolutione
iurium ipſius Cameræ, vel etiam Cancellariæ Apoſt. exem-
ptus, poſt reſignationem, vel ceßionem alicuius extranei de ec-
cleſia, monaſterio, vel alio beneficio eccleſiaſtico in ſe Apoſtoli-
ca vel alia authoritate factam & admiſſam, illam, vel illud e-
tiam confectis literis Apoſtolicis, & poſſeßione apprehenſa, in
eundem reſignantem vel cedentem modico ſpatio interiecto, ve-
luti duorum aut trium menſium retroceſſerit, aut retrocedat in
futurum, ex illa retroceßione fructus eccleſiæ, ſeu monaſterij, aut
beneficij, vel eorum pars ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis re-
ſeruatum: aut regreſſus, ſeu acceſſus & ingreſſus ad illa, vel il-
lud ipſi clerico, vel Cardinali: aut alio exempto, ſit fuerit ve con-
ceſſus. Poſtremò, ſi quis, crimine aliquo abſolutus, aut cum quo
ſuper irregularitate diſpenſatum eſt: denuo receperit, quacunque

*authoritate,eccleſiam, monaſterium , vel aliud beneficium eccle-
ſiaſticum , quod ante, vel poſt commiſſum delictum , aut contra-
ctam irregularitatem , dimiſerit , in quouis horum caſuum confi-
dentiæ prauitas ſi contracta , caſuſque huiuſmodi literis prædi-
ctis cōprehendātur , ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſēt: licèt ipſum
confidentiæ crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſ-
ſum. Ad probandum verò plenè confidentiarum abuſum , inter
alias etiam hæ præſumptiones , & coniecturæ habeātur legitimæ:
videlicet , ſi quis poſt ceſſam ab ſe eccleſiam, vel monaſterium, aut
beneficium, & publicatā reſignationem, ſeu ceſſionem , captāmque
à ſucceſſore poſſeſſionem , ſeſe in illa , vel illo , ſeu rebus illius per
ſe, vel alium , ſeu alios de facto iniecerit , aut fructus perceperit
aut quicunque ſucceſſor illi , vel eius propinquis ipſos, aut partem
aliquam remiſerit eorundem : recipiens beneficium , conſtituerit
dimittentem , vel eius parentes, aut propinquos , procuratores ad
percipiendū, vel locandum fructus beneficij dimiſſi, & illi, vel il-
lis de fructibus perceptis, aut percipiendis, donationem fecerit : ſi
vel ſolo procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſa-
riorū, ex parte dimittentis expeditio , quæ perſonam recipientis cō-
cernit, proſecuta ſit, ſimulque expenſæ pro eo neceſſariæ ab illo fa-
cta fuerint.* Denique *ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacun-
que auctoritate de beneficio eccleſiaſtico per ſe, vel aliū, ſeu alios
interceſſerit, vel aliàs in negotio cōceſſionis , ſeſe immiſcuerit quo-
quomodo : deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto e-
tiam per manus poſſeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo,
perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fue-
rit diſpoſitum quandocunque : Teſtes autem de quaque re, ſingu-
lares, ſingulas probare valeant præſumptiones , & coniecturas,
pluresque huiuſmodi præſumptiones , & coniecturæ, plenam pro-
bationem faciant in prædictis. Ceterùm, criminoſi, & cæteri om-
nes, qui ad perhibendum in caſibus ſimoniæ teſtimonium recipi
poſſunt, ad prædicta omnia admittantur.* Sed *ne quiſquam etiam
vanâ fiduciâ fretus non intendi contra ſe iudicij , in crimine
perſeueret : vt que hoc malum grauioris cenſuræ ſtimulo vſque-
quaque prohibeatur, omnes, & ſingulos, qui hucuſque eccleſias,
monaſteria, beneficia, fructus, penſiones, aliàſue res intercedente
hoc confidentiæ vitio, receperunt ac retinent, niſi ſtatim ad ſe re-
uerſi & reſipiſcentes, celeri dimiſſione ſibi proſpexerint : & quic-
quid tale admiſerint, in futurū etiam omnibus , & ſingulis aliis
monaſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus , officiis , & bene-
ficiis obtentis , quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi*

*volumus: nec non fructibus, penſionibus, & alijs rebus, eccleſiaſticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & alijs officiis temporalibus præſentium authoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium, excommunicationis ſententia innodamus: à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio quàm à Romano Pontifice abſolutionis beneficium valeat obtinere, &c. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1569. Kalen. Iunij Pontif. noſtri, anno quarto.*

Memoratæ extrauaganti adnoto primò, intentionem dictorum Piorum non fuiſſe, inducere prohibitionem nouam confidentiæ beneficiariæ, ſed Pius Quartus intendit renouare antiquam, Pius V. verò iuuare illam, inducendo modos probandi eam, quæ difficilè probari poterat, adeo vt non intendat aſſerere eſſe veram in foro interiori confidentiam illicitam ſimoniacam, caſibus quibus ſtatuit pro tali eſſe habendam: ſed in exteriori eſſe præſumendam talem.

Secundò, ſimoniam conuentionalem confidentiæ beneficialis eſſe peiorem aliâ conuentionali beneficiariâ, quâ palam emitur, aut venditur beneficium: quia per illam non annullantur acta, nec inducitur cenſura, antequam ab vtraque parte impleatur, [a] per hanc autem ſecus: nam, ſimulac quis accipit beneficium in confidentiam prædictam, antequam impleat, quod promiſit ipſo iure eſt excommunicatus, adeoque ipſo iure collatio ei facta, nulla eſt, teneturque ad reſtitutionem omnium fructuum, quos perceperit à die acceptionis.

[a] *vt dictum eſt ſub n. 105.*

Tertiò, nouam, & amplam reſeruationem, quâ omnia beneficia collata, & accepta in confidentiam illicitam, & ſimoniacam, ſunt reſeruata Sedis Apoſt. diſpoſitioni. Qua ratione, peior eſt hæc ſimonia conuentionalis, etiam ex vna tãtum parte completa quam alia realis, ex vtraque parte executa: non enim aufert ordinario poteſtatem cõferendi, nec reſeruat illã Papæ: hæc autẽ vtrumque facit. Quamobrẽ, caueant ſibi, qui eiuſmodi beneficia accipiunt per ordinariorũ collationẽ, vel Papę prouiſionem, non factâ mentione huiuſmodi

reſeruationis, ſaltem per clauſulas generales ad id ſufficientes, cuiuſmodi tamen communiter impetrationibus Apoſtolicis inſeri ſolent

Quartò, non ſolum collationes per huius modi confidentiam factas, eſſe nullas, ſed etiam omnes acceſſus, regreſſus, penſiones, & alia quæcunque etiam authoritate Apoſt reſeruata fiduciariis, ſiue confidentiariis huiuſmodi, inceſſionibus, vel retroceſſionibus, quibus poſtea illa admitũt: quorum de numero arbitror, eſſe plurimos, qui debent ſibi cauere. Salua ad id limitatione poſita infra. [a]

[a] *eod.c. n.111.*

Quintò adnoto caſum nouum, quo fructus beneficiorum per huiuſmodi confidentiam collatorum, & penſionum confidentiariis conſtitutarum, reſeruantur Camæræ Papę à die collationis, & conſtitutionis, quod eſt notandum, quò conſulatur eis qui hac in re peccarunt.

Sextò, quod hæc extrauag. in illis verbis, *Sola admittentis intentione* & illis *Conſciẽtia tantum vnius partis*, videtur ſignificare contrarium eius, quod ſupra reſponſum eſt, [b] Solam nimirum intentionem, citra pactum renunciãdi beneficium vt detur alicui, non inducere ſimoniam. Sed reſpondetur, quod non intendit aſſerere per illa verba, ſolam eiuſmodi intentionem conſtituere in foro interiori ſimoniam, ſed quod probatio eius, faciat in exteriori præſumi illam. Tum, quia [c] dicti Pij nil noui prohibuerunt, & V. ſolùm addidit quatuor modos præſumendi ſimoniam in exteriori foro. Tum, quia nõ ait per hoc fieri confidentiam: ſed cenſendam, id eſt præſumendam confidentiam. [d]

[b] *eod.n. 10.*

[c] *vt ſup probatũ eſt.*

[d] *vt in ſimili habnt c fin. de vſur. quod ibi ponderanimus.*

Septimo adnoto, octo coniecturas ad præſumendam ſimoniacam confidentiam in foro exteriori. Prima, probatio intentionis, etiam vnius partis tantùm quæ tangitur in ver. *Quare.* Secunda, in ver. *Itidem*, putà, quod collator ita conferat, vel patronus præſentet, vt poſtea de beneficio, vel fructibus eius ſic, vel ſic diſponatur Tertia, in ver. *Adhæc*, quòd videlicet exemptus à ſolutione iurium Curiæ, beneficium acceptũ per reſignationem alicuius etiam literis expeditis, & poſſeſſione accepta, retroceſſerit in eundem, reſeruatio ſibi aliquo infra ſpatium duorum aut trium menſium. Quar-

ta,in ver. *Poſtremò*. quòd abſolutus à delicto, vel irregularitate, denuo accepit beneficium, quod renunciauit, ante, vel poſt delictum, vel incurſam irregularitatem. Quinta, in verſi. *Ad probandum*, quòd quis poſt ceſſum beneficium,. & publicitâ ceſſione, captàque poſſeſſione, à ceſſionario ſe in illud perſe vel alium ingerit, & fructus, vel partem eorum accipit, aut ſucceſſor ipſi vel propînquis eius aliquos fructus remittit. Sexta, in illo ver. *Si recipiens beneficium &c.* Septima, in ver. *Vel ſola probatio, &c.* Octaua, in ver. *Denique quòd intercesſerit, &c.*

Octauo, quòd ver. *Ad probandum*, & clariùs verſic. *Teſtes*, ſignificant, vnamquamque harum coniecturarum ſolam non ſufficere ad plenam probationem, quod equidem arbitror æquum. Nam durum videtur primam & octauam, & aliquot alias per ſe ſolas ſufficere. Id itaque videtur arbitrio iudicis librandum. [a]

Nonò adnoto caſum, quo teſtes ſingulares ſuffiuciũt contra regul. *cap. Bonæ 1. de elec.* quod autem ſubdit, *vt teſtes criminoſi admittantur*, commune eſt omni ſimoniæ.[b]

Decimò adnoto ex ver. *Sed ne quiſquam*, duos caſus nouos, quibus duo genera beneficiariorum, ipſo iure priuantur beneficiis omnibus, etiam iuſtè obtentis fiũntque inhabiles illis, vel alijs obtinendis. Alter eſt, eorum, qui ante hanc extrauag. acceperunt beneficia per ſimoniam cõfidentialem, & ſtatim habitâ illius notitiâ, non reſipuerunt, nec dimiſerunt illa beneficia, & penſiones per eam obtentas. Alter eſt eorum, qui poſt eam acceperunt, vel acceperint beneficia, vel penſiones per eiuſmodi confidentias, quæ eſt pœna horrenda, ferenda tamen: quia ſtatuta, [c] quam tamen relaxare, vel ſaltem in ea diſpenſare, iuſtæ miſericordiæ fuerit. Et an, vel quos ignorantes liget, alibi [d] diximus.

Vndecimo, quòd mediator confidentiæ vetitæ à præfatis Piis ipſo facto eſt excommunicatus: nam per præfata, omnis confidentia, cuius meminerunt, eſt ſimonia beneficialis, omnis autem mediator ſimoniæ in beneficio, vel ordine, eſt excommunicatus ipſo facto. [e]

Duodecimò, quod promiſſio ſimplex conferendi,

[a] *arg. l. 1. ff. de iur delib. c. Di causſis, §. 1. de off. deleg.*

[b] *c. Per tuas, de ſimon.*

[c] *l. Proſpexit. ff. Qui & à quib. & c in memoriã, 22. diſt.*

[d] *in Comment. c. ſraternitas 12. q. 2.*

[e] *per Extrauag, 2. de ſimon.*

vel reſtituendi alicui beneficium, nihilo alio addito, non eſt confidentia præfatis bullis damnata, Tum, quia earum verba non aptantur ei, cui autem verba legis non aptantur, nec illa quoque aptatur.[a] Tum, quia non erat ſimoniaca ante illas bullas: olim namque huiuſmodi promiſſio ſimplex licita erat: [b] & licèt poſtea, [c] fuerit ſtatutum, ne illa promiſſio obligaret; non tamen ea ratione, quod eſſet ſimoniaca: nam ſi talis eſſet, non potuiſſet vnquam valere: præfatę autem bullæ, non damnant confidentiam, quæ ante illas non erat ſimoniaca, per prædicta.

III Atqui, penſio ſolita conſtitui ſuper beneficio eccleſiaſtico, non poteſt pecuniâ redimi, neque conſtitui: nec eſt beneficium, nec portio fructuum eius: ſed ius, non quidem temporarium, at ſpirituale: illive annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, ſed dependenter, aut conſequenter inſtar beneficij: & proinde non poteſt magis, imò, minus emi aut vendi, quàm iuſpatronus: potéſtque gratis remitti, etiam citra authoritatem conſtituentis: non tamen redimi anticipatâ ſolutione, citra authoritatem Papæ. Et redemptio ſine illa, pretio facta, non valet: adeòque non obſtante illa, lapſis annis, pro quibus anticipata eſt ſolutio, poteſt peti. Et quidem, ſimonia committitur in emptione, & venditione illius, ſed non inducit excommunicationem ipſo iure, magis quàm ſimonia commiſſa ſuper iure patronatus: quia *extrauagans 2. de ſimonia*, ſolùm excommunicat ſimoniacum in ordine & beneficio, quorum neutrum eſt penſio: ideóque tanquam pœnalis, & reſtringenda, non extenditur ad ſimoniam ſuper ea commiſſam.

Emens porrò, conducens, vel per alium quemlibet contractum non gratuitum quærens Vicariam. & quamuis iuriſdictionem, poteſtatem ſpiritualem, etiam ad tempus, Epiſcopi, parochi, vel cuiuſlibet alíus beneficiarij, ſimoniam committit, [d] & meretur priuari: licèt non ſit ipſo iure priuatus officio clericali. [e]

Adeòque ipſo iure talis contractus eſt nullus: & conſequenter, nõ querit talẽ vicariã: eãquę relinquere tenetur,

[a] *c. Indemnitatibus, §. pen. de elect. lib 6. & l. 4 § Toties. ff. de dãn. infect. vbi Bart. & Paul.*
[b] *c. Accedens, de conceſſ præb.*
[c] *in c. 2. eod tit. lib. 6.*
[d] *c. Licet, de pœn. & c. Ad noſtrã, de ſimo. & dicemus in Cõment. c. fin. de ſimo.*
[e] *ſecundùm Oſtien. Pan. & cõmun. in c. 1. per illũ text. & ſeq. Ne præl. vic. ſu*

vt iuſtè pœniteat. [a] Sed nõ eſt ipſo iure excommunicatus. [b] Quum non admittat ſimoniam in ordine, vel beneficio, quale non eſt talis vicaria, [c] nec eſt ipſo iure inhabilis ad illã: quia nullo iure id cauetur, & ita nõ eſt dicendum. [d] Cæterum prędicta non procedunt in iuriſdictione ſeculari, [e] nam circa eam non poteſt committi ſimonia. [f] Non etiam procedunt in vicaria perpetua, quæ eſt beneficium [g] & conſequenter in illa incurretur ſimonia, & excommunicatio illi annexa.

Omnis porrò ſimoniacus pœna æterna dignus eſt. At mentalis tantùm nulla pœna temporaria etiam reſtitutionis. Conuentionalis verò tantùm, pœnâ temporaria ordinaria reſtitutionis accepti, eſt reſtituibile: alioquin, extraordinaria arbitraria. At ſimoniacus realis in ordine, tam occultus quàm publicus, ipſo iure eſt ſuſpenſus, quoad ſe, & alios. [i]

Atqui ſimoniacus in beneficio, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, [k] vt aſſeruit Innocentius. Quatenus ait, ſimoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & relicto illo, poſſe celebrare, quem ſequimur, quicquid vterque Th. dicat. [l] Quia iure nullo antiquo, aut nouo prædictæ extrauagantis id cauetur.

Simoniacus autem realis, tam in beneficio, quam ordine, eſt ipſo iure excommunicatus, excommunicatione reſeruata Papę, per dictam extrauagantem nouam. Quæ conſequitur, ſimoniacum realem in ordine egere abſolutione ab excommunicatione, & ſuſpenſione: ſimoniacum verò in beneficio, ab excommunicatione tantùm, ac nullum alium ſimoniacum, præterquam in ordine, eſſe ipſo iure ſuſpenſum, & excommunicatum: nam, ſi quis eſſet, maximè foret ſimoniacus in beneficio: qui tamen non eſt, per ſupradicta.

At nullus ſimoniacus, præterquam in ordine, & beneficio eſt ipſo iure excommunicatus: vt rectè affirmat Silueſt. [m] & probatur: quia nullo iure antiquo, vllus ſimoniacus ipſo iure eſt excommunicatus, per prædicta: ius autem nouum prædictæ extrauag. ſolùm excommunicat ipſo iure ſimoniacum in ordine, & beneficio. Nam verba illa ipſius, *In officiis Eccleſiaſticis*, intelligenda ſunt tantùm de officijs, quæ ſunt beneficia [n]. Licèt autem ſimoniacus ordinatus, recipiat characterem,

[a] *arg. c. ſi res, 14. q 6.*
[b] *per extrauag. 2. de ſimo*
[c] *per adducta à Felin in c. Poſtulaſti, de reſcrip.*
[d] *gloſſ. famoſa in c. fin. de iur. patr.*
[e] *ſecundum Pan in c. Ne præl. vic. ſu.*
[f] *per dicta ſup. eod. n. 100.*
[g] *Clem. 1. de offic. Vic.*
[h] *per dicẽda ibi, & ſup. dicta n. 103.*
[i] *per text. in hoc optimum in extrauag. 2. de ſimo. & per c. Tanta, eo tit. vt ibi dicit Innoc. recept.*
[k] *ibidem.*
[l] *2. 2. qu. 100. art. 6. & Sot. lib. 9. qu. 8. art. 2. de iuſt. & iur.*
[m] *verb ſimonia, q 19.*
[n] *c. De multa, de præb. & c. acceſſiſſent. Conſtit.*

rem,non tamen executionem :[a] & quia character eſt indelebilis [b] non poteſt illum abdicare..

Inſuper omnis pręſentatio,electio,collatio,& quęuis illa diſpoſitio beneficiaria reali ſimoniâ intercedente facta, eſt ipſo iure nulla:& conſequenter, quæſitum illâ,abdicandum eſt,etiam ante ſimoniam : quia iure naturali debent relinqui aliena, [c] & quidem cum fructibus,vt dictum eſt ſupra.[d] Adhæc committens cum Papa ſimoniam ſuper re ſpirituali nondum profanata, incurrit quidem pœnam æternam, at non temporariam, per ſupra dicta. [e]

Cæterùm,ſimoniacus etiam tantùm conuentionalis ob confidentiam, nil iuris quærit in beneficio illà obtento:adeôque ipſo iure excommunicatur: & perdit alia bene quæſita : fitque inhabilis ad omnia. An autem & quos excuſet ignorantia à prædictis pœnis, præſertim huius noui iuris,dicetur alibi.[f]. Et quidē nō auderē earum damnare illos qui ante præfatos Pios confidentiam etiam realem admiſiſſent, tempore, quo confidentiæ, etiam ex ſe illicitæ, adeo probabantur in Curia, vt ius diceretur contra non reddentes beneficia in cuſtodiam & confidentiam accepta. Tum, quia iure tantùm humano eſt illicita,& ita permiſſione Papæ approbante potuit fieri, & facta fuit licita [g] Tum, quia licèt iure diuino eſſet prohibita, pœnæ tamen nullitatis titulorum, & aliæ, iure humano ſunt ſtatutæ: & ita quoad illos, dicta permiſſione potuerunt tolli,[h]ac proinde,iure ſtricto defendi poſſet,non fuiſſe per ipſos annihilatas renunciationes,collationes,& penſionum impoſitiones,factas antea prædicto tempore : & conſequenter non teneri deſerere beneficia, aut penſiones, vel reſtituere fructus earum virtute perceptos : quum legitimè factum, pœnam non mereatur.[i] Ex quo elicitur limitatio eius,quod ſupra dictum eſt,omnem putà confidentiam,quæ poſt dictos Pios eſt illicita,fuiſſe talem etiam ante illos, ne procedat: in ea, quam præfata approbatoria permiſſio Papæ fecit licitam.

Itaque,peccat,emens aut vendens cariùs bona, ratione iuris præſentandi ad aliquod beneficium illis annexum:calicémve aut corporalia,quòd ſint conſecrata: aut roſaria, vel alia, quòd ſint benedicta, per dicta

*a per rationem S. Tho. vbi ſup.*
*b c. Quomodo, c. oſtenditur, de cō-ſec. diſt. 4.*
*c c. ſi res, 15. qu. 6.*
*d c. 17. à n. 24.*
*e n. 109.*
*f in Comment. c. fraternitas. 12. q. 2.*
*g arg. c. 1. de cōſt. lib. 6.*
*h l. Qui condemnare, ff. de reg. iur.*
*i l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adul.*

[a] n. 99. ſupra [a] licèt non incurrat excommunicationem: quia
[b] n. 100. non committit ſimoniam circa ordinem vel beneficiũ, per dicta ſup.[b]

## De Luxuria, tertio vitio capitali, & eius filiabus.

Summæ.

111 *Luxuria quid in genere & quid in ſpecie.*
112 *Luxuria vitium capitale gignit has octo filias.*
113 *Caſtitas quibus modis ſeruatur.*
114 *Cæcitas, præcipitatio, inconſideratio, & inconſtantia, quâ mortiferæ.*
114 *Amor ſui, huius mundi, horrórque futuri, qui mortifer.*

111 Luxuria, & luxuriari, generaliter ſumpta, ſignificant omnem nimiam diffluentiam, tam eſus, potus, & veſtitus, quàm venereorum: ſpecialiter autem, vt hîc ſumitur Luxuria, eſt vitium inclinans ad inordinatum venereorum vſum: actus verò quo gignitur, & augetur, eſt inordinatus vſus venereorum, qualis eſt quiuis excepto vſu matrimonij, quippe qui ſit prohibitus ſexto præcepto Decalogi.[c] Et quoniam omnis habitus (cuiuſmodi eſt vitium) augetur actibus, ex quibus gignitur, ad eóſque inclinatur, vt dictum eſt ſupra,[d] conſequitur vſu venereorum accendi augeríque (tantum abeſt vt ſedetur) luxuriam: adeóque magnopere hallucinari, qui ſecum conſtituunt, vna vel altera vice eam experiri: & nunquam ampliùs. Tum, per illud Apoſt.[e] *Fugite fornicationem.* Tum, per illud Caſſiani[f] (quem S. Tho.[g] & omnes alij ſequuntur.) *Nullo faciliori modo luxuria, quàm ſuarum occaſionum fugâ vinci poteſt: illâ enim experientia creſcit habitus, qui, quò auctior eſt, additus naturæ corruptæ, tantò eſt fortior hoſtis, fortiúſque impugnat.*

Quo fit vt faciliùs ſeruari poſſit caſtitas virginalis, quàm vidualis, imò & vidualis, quàm coniugalis, abſente diu coniuge.[h] Hoc porrò vitium, præter ſex plurêſve ſpecies, quas habet,[i] dicitur principale, & capitale, quòd ex eo naſcantur octo filiæ infernales, iuxta

[c] De quo c. 16. ſupra, & c. nemo, & c. Meretrices, 32. qu. 4.
[d] prælud. 7.
[e] 1 Corinth. 6.
[f] de inſtit. mona.
[g] 2. 2. q. 35. art. 1. ad 4.
[h] vt diximus in 113. c. Qui factus, de pœnit. diſt. 1.
[i] De quibus ſup. c. 16. n. 3.

ta S. Greg. [a] & S. Thom. recept. [b] Cæcitas mentis, Præcipitatio, Inconſideratio, Inconſtantia, Amor ſui, Amor huius mundi, Horror futuri, & Odium Dei. Quę licèt etiam ex aliis naſcantur: ex hoc tamen frequentius. Hoc enim inclinando ad delectationem venereorum (quæ eſt omnium vehementiſſima) occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procuranda illa: & rurſus illa adeo inclinat ad idem ſuperiorem ſibi valde cognatam (quaſi vim inferendo) vt non permittat illi circa vltimum, & alium debitum finem ſatis intendere, aut media in illam deligere: impellens vt ſe, mundúmque hunc nimis amet, futurúmque perhorreſcat, ac tandem Deum vltorem odio habeat. Quò fit, vt eo longius cæteris abeſſe debeant ab hoc excæcante vitio, contemplationi addicti, literis dediti, Gubernatores, Duces, & iudices, quò lucidiori prudentiâ, ſapientiâ, conſilio, circunſpectione, & conſtantiâ indigent, nedum præfigendis ſcopis, verùm etiam deligendis mediis quibus eos aſſequantur,

*a lib. 31. Moral.*

*b 2. 2. q. 153. ar. 5.*

Circa quod peccatum luxuriæ, & filias eius, peccat mortaliter primò, peccans contra 6. præceptũ,[c] Decal.

114 II. Qui cæcitate, vel ſocordiâ mentis, non proponit explicitè ſuum vltimum finem, Deum, vitámque æternam, [d] aut precipitatione & inconſideratione, non deligit media de præcepto deligenda: vel inconſtantia deſiſtit ab eo, in quo de pręcepto tenetur perſtare: aut amore ſui, præceptum aliquod tranſgreditur. Rarò autem per has Luxuriæ filias, quis peccat mortaliter, alio genere peccati, quàm tranſgreſſionis pręceptorum Decalogi, eccleſiæ. vel aliorũ peculiarium ipſum ad mortale obligantium. Dixi, *Raro*, non ratione Caietan. partum tutâ: ſed quia interdum peccat exponendo ſe periculo tranſgrediendi præcepta, ob præcipitationem, inconſiderationem, & alia vitia prędicta, non perueniendo ad ipſam tranſgreſſionem.[e]

*c De quo ſupra c. 16.*

*d per dicta prælud. 4. n. 11.*

*e iuxta dicta prælud. 7.*

III. Peccat mortaliter, deliberatè optans perpetuò viuere in hoc mundo, citra Dei viſionem intuitiuam[f] Aut deliberatò Deum odio habens, quod ſuo genere eſt omnium peccatorum maximum.g.

*f per dicta ſup. c. 11. n. 16.*

*g per ibidẽ dicta, n. 14.*

# De Ira, quarto vitio capitali, & eius filiabus.

## Summæ.

115 *Ira ſæpius paßio, & eſt vitium capitale.*
116 *Indignatio quæ Chriſtiano mala, & quæ mortalis.*
117 *Maledictio ſui, vel Diaboli, vel irrationalis creaturæ, quæ mortalis.*

115 Ira, primùm ſumitur pro paſſione animæ ſita in potentia iraſcibili, nec habet contrarium, vt aliæ paſſiones eiuſdem, interdúmque eſt bona, interdum mala. Ira verò, prout habitum vitioſum ſonat, vt hîc, eſt vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans, iuxta S. Tho. [b] Peccatum autem iræ, eſt actus inordinatus volendi vindictam, éſtque capitale, aut cardinale, quia ex eo naſcuntur alia ſeptem vitia, putà, Indignatio, Tumor, Clamor, Blaſphemia, Contumelia, Opprobrium, & Rixa, iuxta S. Thom. [c] quem copioſè defendit [d] alter Thom. Licèt autem nonnulli hiſce addant alias quatuor, Maledictionem, Seditionem, Bellum, & vindictam, maledictio tamen ad contumeliam: ſeditio & bellum ad rixam rediguntur: vindicta autem, eſt proprius actus iræ.

[a] *vt dictum eſt prælud.* 5.
[b] 2.2. *q.* 118.
[c] *in d. q.* 158. *ar.* 7.
[d] *ibidem.*

Peccat mortaliter circa iram, & filias eius primò, per eam tranſgrediens quintum præceptum, [e] & conſequenter, deliberatè optans vindictam notabilem immeritam, vel maiorem, meritâ, aut meritam auctoritate propriâ, vel contra iuris ordinem, ſeu primariè in malum proximi, non in bonum iuſtitiæ: hic namque eſt inordinatus actus iræ.[f]

[e] *de quo ſup. ꝛ.* 115.
[f] *per dicta, & remiſſa ſup. proximè.*

116 II. Peccat, committens prohibitum ſub pœna mortali, vel iuſſum ſub eadem, per indignationem inordinatam, qua debita ſubſtrahitur affabilitas: aut per tumorem inordinatum, quo quis immoderatè cogitationibus vindictæ tumet, vel clamorem inordinatum. Dixi, *Inordinatam*: hæc enim tria ordinata, non vitia, ſed virtutes ſunt.[g]

[g] *arg. notat. in d. c.* 1.

III. Blaſphemans modo, quo dictum eſt ſupra[a] vel maledicens creaturæ irrationali, quatenus creatura eſt.[b]

117 IIII. Peccat, animo deliberato maledicens imprecando ſibi malum, cui non licet conſentire, vel proximo malum notabile, ſub ratione mali, iuxta illud Apoſt.[c] *Maledici regnum Dei non poſsidebunt*, & eò grauius, quò maiorem reuerentiam cui maledixit, debet, iuxta ill d[d] *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.*[e] Dixi, *Animo deliberato*: quia deliberatè, vel ore tantum maledicere, non eſt mortale, vt communiter maledicunt parentes filijs, & coloni, ac muliones, bobus, muliſque ſuis. Sufficit tam n id facere animo deliberato, etiam momentaneo, l cètilico pœniteat: ſicut ſufficit con enſus deliberatus etiam momentaneus voluntatis, ad quodcunque aliud peccatum mortale.[f] Dixi, *Sibi malum, cui non poteſt conſentire*: quia imprecari ſibi damnum boni, quod poſſet prodigere, non eſt peius, quàm eius prodigentia, quæ non eſt mortalis.[g] Dixi, *Notabile*, paruitas enim excuſat, vt ſæpe dictum eſt. Dixi, *Sub ratione mali*: quia ſub ratione boni, non eſt peccatum, veluti imprecari malum auerſo à Deo, vt ad eum conuertatur.[h]

V. Peccat, maledicens Diabolo ratione ſuæ naturæ: quia eſt bonus, & à Deo factus, ſecus, ſi ratione ſuæ culpæ,[i] modò non plus, nec aliter quàm mereatur.[k]

Qui autem maledicit ex animo, dicendo deuoueo te Diabolo: vel maledicit alicui creaturæ irrationali, putà, equis, mulis, bobus, aliiſve ſenſibilibus, aut ventis, aquæ, colori, frigori, lapidi, pulueri, arenæ aliiſque expenſis, ſenſûſve expertibus, ſi id faciat, qua ratione ſunt creaturæ Dei, blaſphemat: ſi verò qua ratione ſunt res proximi, perinde eſt ac ſi proximo malediceret: ſi autẽ neutrâ prædictarum rationum id faciat, ſolùm venialiter peccat, quippe, qui rem vanam exoptat, cùm neque bonum, neque malum rei rationis experti, per ſe conſideratæ conueniat: aſſertore S. Tho.[l] Cõfeſſarius itaq;, ſi confitens alicui rei maledixerit, interrogare eũ debet, an id fecerit ore tantùm, an ore & animo, nulla ratione Dei, vel proximi habitâ, quibus caſibus, non eſt pluſquã veniale: an verò ex animo, quatenus eſt creatura Dei,

a c 12. n. 83.
b *iuxta dicta ibidem.*
c *1. Corinth. 6.*
d *Exod. 21.*
e *c. plærũque, 2. q. 7. & Geneſ. 9.*
f *vt rectè declarat Caiet. 2. 2. q. 96. art. 2.*
g *per dicta ſup. eod. c. n. 70.*
h *iuxta dicta ſupra c. 15.*
i *Iob 3. tradit S. Thom. vbi ſup. art 1. ad 4.*
k *per proximè dicta, n. 116.*
l *1. 2. q. 66. ar. 6.*

quo caſu eſt blaſphemia, aut qua ratione eſt res proximi, quo caſu perinde peccat, vel non peccat, ac ſi maledicer:t proximo.

Quis verò, & quomodo peccet rixâ, vindictâ, ſeditione, aut bello (quæ ſunt quatuor filiæ iræ[a]) quis autem per contumeliam, & opprobrium, alias duas eius filias, ſupra[b] dictum fuit.

[a] *cap. 15.*

[b] *cap. 18.*

# De Inuidia, quinto vitio capitali, eiú que filiabus.

## Summa.

118 *Inuidia quid, & genere ſuo mortalis.*

118 Inuidia eſt vitium inclinans ad inordinatè triſtandum de bono alieno, eò quòd ſuam excellentiam minuit.[c] Dixi *inordinatè*, ad excludendam triſtitiam ordinatam, ad quam ſæpe charitas inclinat, iuxta illud,[d] *Beati qui lugent.* Addidi cętera, ad excludendam triſtitiã de bono alterius, eò quòd ſit ſuum, quæ pertinet ad odium, & eam, quæ eſt de bono alieno, quatenus eſt dãnoſum ſibi, vel alteri, quæ poteſt eſſe bona, & mala, & eam, quæ naſcitur ex eò, quòd ille indignus ſit eo pertinétque ad indignationem, quæ eſt mala, iuxta legem Chriſtianam, quàmuis non Ariſtotelicam, vt dicit S. Tho.[e] & ad includẽdam eam q: ç naſcitur ex eo, quòd minuit excellentiam ſuam: hæcque ſola pertinet ad inuidiam, quæ ſemper eſt peccatum, ſuo genere mortale,[f] aduerſatur enim charitati inclinanti ad gaudendum de quolibet bono proximi, quatenus eſt bonum ei. Ratio verò, cur inuidiæ vitium dicatur capitale, eſt, quia parit alia quinque, odium, ſcilicet, Suſurrationem, Detractionem, in aduerſis aliorũ lætitiam, & in proſperis t.i'ltitiam.[g]

Peccat autem mortaliter circa inuidiam, & filias eius primò: deliberatò dolẽs de bono notabili proximi, putà, ſcientiâ, honore, famâ, diuitiis, fauore, & id genus aliis, quòd ſua per illud excellẽtia diminuatur, per proximè dicta. Dixi, *Deliberatò, & notabili*, quia ſubreptio & paruitas ſemper à mortali excuſant.[h]

[c] *iuxta Ariſt. 2. Rheto. & S. Th. 2. 2. q. 36. art. 1. quem neruosè Caiet. ibi defendit.*

[d] *Matth. 5.*

[e] *vbi ſup.*

[f] *ſecundùm S. Tho. vbi ſupra art. 3.*

[g] *iuxta S. Gregor. 31. Moral. declaratum per S. Tho. vbi ſup. art. 4.*

[h] *vt ſæpe dictum eſt, præſertim c. 11. n. 4.*

II. Peccat mortaliter, qui triſtatur, quia non ſunt ei tanta bona temporalia, quanta aliis, ob finem mortiferum: quia eiuſmodi finis, omnem actum efficit mortalem.[a] Triſtari autem de hoc ob finem venialem, eſt veniale tantùm, ob bonum verò, virtus, ſi cæteræ circunſtantiæ comitentur, ſicut & triſtari quòd careat virtutibus, quas in aliis videt, quò eas conſequatur.[b]
III. Peccat, qui deleberatò triſtatur, quòd Deus bona malis largiatur: ſi id faciat, diuinam in diuidendo bona prouidentiam incuſando, ſecundùm omnes, aſſertore Caietan.[c] definiente idem de eo, qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, vt fortunarum copiâ ſimilis eis euadat, contra illud.[d] *Noli æmulari in malignantibus.*[e]

[a] *iuxta tradita prælud. 9. n. 16.*
[b] *iuxta mentem S. Tho. vbi ſup.*
[c] *vbi ſup. 2. 2. q. 46. art. 2. & in ſum. verdo Nemeſis.*
[d] *Pſam. 36.*
[e] *qua de refusè à nobis in c. ſi quis ſemel, de pœnit. diſt. 2.*

## De Gula, ſexto vitio capitali, & filiabus eius.

### Summæ.

119 *Gula quid, habet quinque ſpecies, & totidem filias.*
120 *Gula non eſt edere carnes in terra aliena, vbi id licet.*
121 *Ebrietatem ſcienter ſibi, vel alij procurare mortale.*
122 *Carne humana veſci, non licet.*
122 *Anthropophagi carnibus humanis veſcuntur.*
123 *Hebetudo mentis, quenam mortalis.*
123 *Lætitia nimia quænam mortalis.*
123 *Multiloquium quodnam mortale.*
123. *Scurrilitas & ſpurcitia, quænam mortalis.*

112. Gula[f] eſt vitium inclinans, ad comedendum & bibendum inordinatè: actus verò eius, eſt eſus, & potus inordinatus, vel voluntas eorundem. Cuius quidem, quinque ſunt ſpecies,[g] hoc verſu comprehenſæ.

*Præproperè, lautè, nimis, ardenter, ſtudiosè.*[h]

id eſt, ante tempus, nimium, aut nimio ardore, nimia feſtinatione, nimio apparatu, & nimio ſumptu, quæ vtinam vtriuſque gladij principes, ſuis prouidis ſanctionibus arcerent ab occupandis prouinciis, quas nondum inuaſerunt, expelleréntque ab eis, quas

[f] *ex mente vtriuſque Tho 2. 2. q. 148. art. 1. & 150. art. 1. & eiuſdem ac aliorum, in 2. ſent. diſt. 42.*
[g] *iuxta, S. Gregor. 30. Moral. relatum in c. quinque, de conſecr. diſt. 5.*
[h] *in d. q. 148. declarata à S. Tho.*

occupatas adeo in carnalia deſideria præcipitant, vt in cæleſtia mentes erigere non ſinant.

Dicitur autem vitium capitale, quòd quinque fœdæ filiæ ex eo naſcantur, puta, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, & Spurcitia.

Atqui gula regulariter eſt venialis, etiamſi citra vtilitatem vſque ad vomitum & quidem inuentum ſeſe quis cibo, & potu ingurgitet, vt ſentit Caietan.[a]. quicquid dicant Angel.[b] & Silueſt.[c] incautè aſſerentes S. Anton.[d] affirmare hoc eſſe mortale, quod non affirmat. Dixi (*citra vtilitatem*) nam ob illā licet ſumere ampliùs, quàm par eſt, quò vomitus prouocetur, accedente conſilio medicorum.

[a] *in ſum. verbo gula.*
[b] *verbo munditia.*
[c] *verbo gula.*
[d] *2. part. tit. 6. c. 4. §. 6.*

110 Mortalis verò, cùm in ea vltimus finis conſtituitur aut per ea præceptum ad mortale obligās violatur: vel non leue damnum ſalutis propriæ, aut proximi infertur, ſeu procuratur: debitáve lege iuſtitiæ, ob eam non ſoluuntur.

Peccat autem veſcens carnibus, alióve cibo vetito, in aliqua regione etiam tempore, quo liceret ei veſci in ſua, ſicut viceuerſa, non peccat veſcendo eis in regione, qua tranſit, vel in qua moratur: licèt in ſua id ei non liceret. Nauarrus enim, & Luſitanus veſcentes in Caſtella die Sabbatho extremis vel interioribus partibus animaliū, non peccant: licèt in ſuis terris id eis non liceat. Caſtellanus autem idem faciens in Luſitania, vel Nauarra, peccaret, *per c. illa 12. diſt.* per quod eius gloſſ. probat vulgatum illud.

*Si fueris Romæ, Romano viuito more,*
*At, ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.*

Quicquid dicat Alexandrinus ibi, & quidem alij alibi,[e] quod communis conſuetudo ſeruat. Idémque ſeruandum eſt, circa feſta, & ieiunia, aliáque varia variarum prouinciarum præcepta.

121 Peccat inſuper, ſe ſcienter inebrians, aut procurās alium inebriari: ſecūdùm S. Tho.[f] quia notabiliter intendit nocere alteri, ſibíque eſſe nocumento, cupiēs ſe, vel alium rationis vſu abalienare. Dixi, *ſcienter*: ſecus enim, ſi id fecit ignorantiâ qualitatis potus, vel inaduertentia exceſſus eius, tunc enim aut nihil, aut venia-

[e] *vt ſentit Panor in cap. conſiliū, de obſeru. iein. & Card in cle. 2. quæſt. 5. de celeb. miſſ. & ibi Inno. Boniſ. & Porcius in §. ſed & quod principi, Inſti. de iure nat. num. 26.*
[f] *2. 2. qu. 150. art. 1.*

liter duntaxat peccaret. Quod producẽdum eſt in ſcire debente,[a] vt quia conſueuit tali vel tanto potu inebriari, & nihilominus eum bibit, non credendo ſe inebriatum iri: non quòd iteratio actus ex veniali, mortale faciat: ſed quia conſuetudo facit, vt ſcire debeat, ſe eiuſmodi potu inebriatum iri: quod ſatis eſt: Caietan.[b] aſſertore.

122 Peccat demum, humanis carnibus veſcens, vel præbens eas alteri edendas, citra maximam neceſſitatem: etiam ſi neminem ob id occidat, nec occidi procuret: nam (vt rectè ait Caietan.) *Quemadmodum ſola fœmina humana, eſt ad copulam licitam apta, ita ſola caro animalis irrationalis, eſt liccita, qua veſcamur.* Quare, prouidè patres Societatis Ieſu, renuunt baptizare gentiles Anthropophagos cathecumenos, non proponẽtes abſtinere perpetuò à carnibus humanis, etiam in bello iuſto interfectorum: quum non ſint contriti, nec ſatis attriti, & conſequenter non baptizandi.[c]

123 At verò circa præfatas quinq; filias gulæ, peccat mortaliter primò, qui per mentis hebetudinem ſe terrenis miſcens, & à cœleſtibus auocans, conſcientiam ſuam non diſcutit, quando, & quomodo præcepto tenetur.[d]

II. Qui ob immoderatam lætitiam, obſcœnis cantilenis, verbis, aut geſtibus vtitur, intendens inducere, vel credens, aut credere debens, ſe vel alium illis inductum iri in conſenſum alicuius actus mortalis, cordis, oris, vel operis[e] Quo dipſum cenſendum, de eo, qui ſaltat, choreas ducit, & irreuerenter pſallit, aut canit, præſertim in eccleſiis, & cœmeteriis.[f] Maximè vero, ſi eſt ſacerdos: niſi parumper & ſecretô id faceret.[g]

III. Qui multiloquio id non leuem irreuerentiam Dei vtitur: adeóve delectatur, vt paratus ſit id præferre implemento alicuius præcepti.[h]

IIII. Per ſcurrilitatem, vel ſpurcitiam veſtes magnopere impudicas ſeu alias, intentione expreſſa, vel tacita prouocandi ad luxuriam, aliumuè finem mortalem, geſtans, per prædicta,

[a] *l. quod te. ff. de reb. credit.*

[b] *2. 2. qu. 150. art. 2.*

[c] *c. firmiſſimè, 15. q. 1. & per dicta à nobis ſup. c. 1. n. 39.*

[d] *iuxta Angel. verbo hebetudo.*

[e] *vt rectè declarauit Caiet. 2. 2. q. 184 art. 6. & probatur per c. notum, 1. q. 1. & c. fin. de iniur.*

[f] *arg. c. cùm decorem, de vit. & ho. cler. & eorũ que diximus in repet. c. quando, de conſec. diſt. 1. not. 18. n. 75.*

[g] *arg. c. clerici, de vit. & hon. cler.*

[h] *ſecundùm S. Anto. 2. part. tit. 6. c. 4. §. 4.*

## De Acedia, ſeptimo vitio capitali, eiúſque filiabus.

Summæ.

224 *Accedia quid, cur ita, & pigritia dicta, filias quinque parit.*

145 *Deſperatio filia acediæ, quæ mortalis.*

125 *Puſillanimitas filia acediæ, quæ mortalis.*

125 *Rancor filia acediæ qui mortalis.*

125 *Euagatio mentis, quæ mortalis.*

[a] 2. 2. q 35. art. 2.

[b] *iuxta mentem vtriuſque Tho. vbi ſup.*

[c] *vbi ſup.*

[d] *ibidem.*

114 Acedia generaliter ſumpta continet omnem triſtitiam de quocunque ſpirituali bono, ſecundùm S. Tho.[a] at ſumpta ſpecialiter (vt hîc ſumitur) aduerſatur charitati, & definiri poteſt, eſſe vitium inclinans ad contriſtandum de bono ſpirituali diuino, quatenus eſt diuinum, in eo, qui triſtatur.[b] Dixi, *De ſpirituali*, ad excludendam triſtitiam de bono temporali. Dixi, *Diuino*, ad excludendam triſtitiam de bonis ſpiritualibus virtutum moralium. Dixi, *Quatenus eſt diuinum*, quia contriſtari de eo, quatenus eſt laborioſum, vel aliorum operum impedimentum, non eſt acedia, vt aduertit vterq; Thom.[c] Dixi, *in eo qui triſtatur*, triſtari namque de eo quatenus eſt in ipſo Deo, pertinet ad odium eius, quatenus verò eſt bonum diuinum in ipſo, pertinet ad acediam, vt ſubtiliter, conciliando S. Thomam ſibi ipſi, diſtinguit[d] Caiet. Nam bonum ſpirituale diuinum, vt eſt in homine, conſiſtit in charitate & amicitia, inter ipſum, & Deum, qua ſe conformat & conglutinatur ei, volendo, quæ vult, & gaudendo colloquio, ac conſuetudine eius, tanquam veriſſimi, ſupremíque amici, & patris, reuelando ei cum delectatione viam ſuam, iuxta illud regis Pſalmographi,[e] *Proba me Deus, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna.* Cùm ergo quis triſtatur, eúmq; tædet eiuſmodi colloquij, ſermonis, & gaudij, hoc peccatum cõmittit, cognatũ odio Dei, ſuo genere omnium peccatorum grauiſſimo.[f] Itaque, etiam hoc peccatum eſt impenſè graue, generéque ſuo mor-

[e] *Pſalm. 138.*

[f] *iuxta S. Tho. 2. 2. q. 34. art. 2. & q. 39. art. 2. ad 3. & 1. 2. q. 37. art. 4. ad 3. vt ſupra c. 11 n. 14. dictũ eſt.*

tale, cùm deliberato, & aduertente animo admittitur, quod raró videtur contingere. Nec abs re vitium hoc acedia nuncupatur: nam, vt acidum frigefacit calorem, ita hoc amorem, & deſiderium boni diuini ſpiritualis ſui, in animo iam aliunde excitatum.

Quo fit, vt qui triſtatur de bono ſpirituali aliarũ virtutum moralium, veluti de reddendo ſuum alteri, quod eſt bonum iuſtitiæ, aut moderato cſu, & potu, quod eſt bonum temperantiæ, & cæt. non peccat hoc peccatum: ſed vitij contrarij virtuti de cuius bono agitur.

125 Ratio, porrò cur hoc vitium capitale dicatur, eſt quia ex eo ſex improbæ filiæ naſcuntur,[a] putà, Deſperatio, Puſillanimitas, Torpor animæ, Rancor, & Euagatio mentis, Vocatúrque à vulgo pigritia (licet incautè, quia omnem ignauiam & tarditatem ſignificat,) quòd faciat hominem pigrum ad bonũ diuinum proſequendum, nam, vt delectantia ad ſui proſequutionẽ mouent, ita contriſtantia remouent, iuxta illud Ariſt.[b] *Delectatio tenet operantem in opere.*

[a] *iuxta S. Gregor. 31. Moral. declaratum à S. Tho. 2. 2. q. 35. art. 4.*

[b] *Moral. 8. &* 10.

Peccat autem mortaliter circa acediam, & filias eius, primò, per eam omittẽs aliquid ſub pœna mortali præceptum, veluti communionem, miſſam, vel preces horarias: non tamen inducit circunſtantiam neceſſario confitendam, at ſufficit confiteri, quòd omiſerit, non exprimendo, quòd per acediam fecerit. Dixi, *Præceptum*, quia omittere aliud ad ſummum foret veniale, ex mente Arch. & Cardinalis S. Xiſti.[c]

II. Qui per acediam, vel pigritiam, aliámve negligentiam non recitat vel non ediſcit, aut non credit ea, quæ de præcepto mortifero ſecundùm ſuum ſtatum tenetur.[d]

III. Deſperans conſequi vltimum finem, nempe beatitudinem, & viſionem intuitiuam Dei, vitámque æternam.[e]

IIII. Peccat, tranſgrediens præceptum mortiferum per puſillanimitatem, qua fugimus ardua, aut per torporem, quo fugimus mediocria, ſeu per rancorem quo indignamur in bene monentes, vel per malitiam, qua nos bonorum ſpiritualium tædet, vel demum, per euagationem mentis, qua fugiendo ſancta, diuertimus in illicita.

[c] *in c. qui bona.* 17. *q.* 1.

[d] *de quibus ſup. c.* 11. *nu.* 28. *& prælud.* 3. *n.* 19.

[e] *iuxta dicta prælud.* 4.

## De peccato in Spiritum ſanctum.

### Summa.

126 *Peccata in Spiritum ſanctum quæ, & cur irremiſſibilia.*

126 Peccatum in Spiritum ſanctum, quadamtenus acediæ cognatum, definiri poteſt, [a] eſſe peccatum contra bonitatem Spiritui ſancto attributam, commiſſum. Sicut enim commiſſum ex infirmitate, dicitur contra patrem, cui attribuitur potentia: & commiſſum ignorantiâ, contra filium, cui attribuitur ſapientia, ita commiſſum malitiâ, dicitur contra Spiritum ſanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem in Spiritum ſanctum, eſt ſextuplex, Deſperatio, qua tollitur ſpes venię. Præſumptio, qua impeditur bonus timor. Impœnitentia, qua propulſatur dolor præteritorum. Obſtinatio, qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio agnitæ veritatis, qua relinquitur cognitio veritatis. Inuidia fraternæ gratiæ, qua de gratia proximi quis triſtatur. Quodlibet enim horum ſex peccatorum, tollit medium veniæ à bonitate Spiritus ſancti conſequendæ, dicunturque irremiſſibilia,[b] non quidem quod ſit vllum peccatum, quod verè contrito, non condonetur, [c] ſed quòd hæc ſuâ naturâ repellunt media, & principia, quibus remittuntur peccata, ſpem videlicet, timorem, dolorem, &c [d] vt non immeritò dicantur grauiſſima, quoties pars animę ſuperior conſentit in ea: ſecus enim, ſolùm ſunt venialia: quum ſubreptio in omni materia excuſet à mortali.[e]

[a] *ex mente Magiſt. & recentiorum, in 2. ſent. diſt. 43. & S. Tho. 2. 2 q. 14. art. 1. & glo. c. ſi ſacerdos, ſub fin. de pœnit. diſt. 1. & aliorũ alibi.*

[b] *Math. 12.*

[c] *c. quia diuinitatis, de pœ. diſt. 1. & c. nemo, de pœnit. diſt. 7.*

[d] *vt tradit S. Thom. vbi ſup. art. 3.*

[e] *ca. ſed penſandum, diſt. 6. & per ſæpe dicta, præſertim c. 11. n. 14.*

## De quinque ſenſibus exterioribus, & operibus Miſericordiæ.

### CAPVT XXIIII.

### Summæ

1 *Senſus exteriores quinque, & quis eorum vſus malus.*

*2 Miſericordia quid, & eſt virtus moralis maxima.*

*3 Eleemoſyna actus miſericordiæ, cur dicatur charitatis.*

*4 Miſericordiæ opera ſpiritualia ſeptem, corporalia totidem.*

*5 Eleemoſyna ſpiritualis præſtat corporali, & quando vtraque præcepta, & n. 8.*

*5 Neceſſitas extrema quæ dicatur.*

*6 Superfluum duplex, naturæ tantùm, & naturæ, & ſtatus.*

*7 Status decenter conſeruandus, vel mutandus.*

*7 Reſtitui cur non debeat damnum ob eleemoſynam denegatam conſecutum.*

*8 Eleemoſyna potiùs in vita, quam poſt eam agenda.*

*9 Eleemoſyna ſpiritualis quando cum vitæ periculo præcepta. n. 10. & 11.*

*10 Animæ proximi ſalus præferenda corporis proprij ſaluti.*

*11 Eleemoſyna à danda egenti extremè, nullum votum excuſat.*

*11 Conſilium doloſum, vel damnoſum quod mortale.*

1 Supra [a] inter cætera, dictum eſt, quinque eſſe ſenſus exteriores, per quos ceu quaſdam feneſtellas, omnium externorum ſpecies, in animos noſtros immittuntur, viſum putà, auditum, tactum, guſtum, & olfactum. Quódq; eorum vſus, ſuo genere indifferés eſt: ordinatus quidem, bonus: inordinatus verò, malus. Ordinatus eſt, quem omnes circunſtantiæ ad actum bonum neceſſariæ circunſtant. Inordinatus verò contrà, cui aliqua deeſt. [b] Eſt autem mortalis, cùm ei conuenit definitio peccati mortalis poſita ſup. [c] Venialis autem, cùm non conuenit illa ei, deeſtq́ue aliqua circunſtantia ad bonitatem neceſſaria.

*[a] prælud. 2.*

*[b] iuxta definitionem actus boni, poſitam prælud. 7. n. 1.*

*[c] prælud. 9.*

Per hos itaque ſenſus, ille ſolus, & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, olfacit, guſtat aut tangit quippiam tranſgrediendo præceptum obligãs ad mortale: ſeu vt quippiam horum faciat, ſe, vel alium periculo probabili mortaliter peccandi, obiicit: aut infert damnum non leue animæ, ſaluti, honori, aut bonis proximi: animæve aut ſaluti propriæ, per proximè dicta. Ideôque non videtur neceſſe interrogare aliter pœnitentem de peccatis per hos ſenſus patratis, nec vt ipſe

confiteatur, tanquam facta per eos: quum non inducant circunſtantiam neceſſariò confitendam.[a]

2 Miſericordia porrò, [b] eſt virtus moralis, inclinans ad miſerendum ordinatè patientis aliquod malum, vel defectum, & ei ſubueniendum. Dixi (*Virtus moralis*) nam non ſolùm eſt talis, ſed maxima earum, quæ dirigunt ad proximum [c] Dixi (*Ordinatè*) quia miſereri inordinatè, etiam quô ſubueniatur, vitij eſt.[d] Dixi, ſubueniēdū: quia miſereri ad puniendum, etiam ordinatè, pertinet ad iuſtitiam.[e]

3 Interdum verò actus, & opera miſericordiæ, vocantur etiam opera charitatis. [f] Licèt namque immediatè procedant à miſericordia, mediatè tamen frequentiſſimè à charitate manant, quatenus amor proximi ex ea immediatè procedens, eſt cauſa miſerendi, & volendi ei ſubuenire. Vocatur etiam eleemoſyna: nam verbum, *eleemoſyna*, [g] interdum accipitur pro rē ſpirituali, vel temporali, qua neceſſitati alicuius ſubuenitur, [h] vt in illo. [i] *Cùm facis eleemoſynam, & cet.* & in illo, [k] *Date eleemoſynam, & cæt.* interdum pro actu virtutis, quo fit eiuſmodi ſubuentio. [l] Nam verbum, *eleemoſyna*, idem ſonat quod *miſeratio*, deriuatúrque ab illo Græco ἐλεημοσύνη ab ἐλέω quod quidem miſereor ſignificat.

4 Cumque malorum, & defectuum alia ſint corporis, alia ſpiritus, duplicia ſunt opera, ſeu actus miſericordiæ, ſiue eleemoſynæ, quæ nil aliud ſunt, quàm officia quędam charitatis. Altera corporalia, contenta illo ve. ſu. [m]

*Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.*

Id eſt, eſurientem paſco, ſitienti potum prębeo, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum ſuſcipio, ægrotum inuiſo, mortuum ſepelio. Altera ſpiritualia, contenta illo altero verſu [n]

*Conſule, caſtiga, dimitte, ſolare, fer, ora.*

Intelligendo per *conſule*, etiam *doce*: id eſt, *indigenti conſilio, conſule, ignorantem doce, triſtem conſolare, peccantem corrige, offenſam remitte, oneratum porta, ora pro alio.* Et quámuis inueniantur alia mala, & alij defectus ob quæ, miſerendum ſit: vt frigus, & æſtus: non tamen ideo hæc diuiſio antiqua omittenda eſt (vt plerique

[a] *vt dictum cap. proximo de peccatis acediæ & filiarum eius.*
[b] *ex mente B. Aug. 9. de ciuit. Dei, & S. Tho. 2. 2. q. 30. art. 1. 2. & 3.*
[c] *vt idem ibi ar. 4. probat.*
[d] *cap. eſt iniuſta miſericordia, 23. q. 4.*
[e] *ca. omnis, & c. qui emendat. 45. diſt.*
[f] *ca. inter opera charitatis, de ſponſ. & c. duæ, 45. diſt.*
[g] *vt in d. comment. diximus.*
[h] *vt in c. tria, & c. duæ, 45. diſt.*
[i] *Matth. 6.*
[k] *Luc. 11.*
[l] *iuxta mentē S. Tho. 2. 2 qu. 32. art. 1. & eiuſdē, & S. Bonau. & aliorū in 4. ſent. diſt. 15. & noſtrorum, in d. ca. tria, & aliorum alibi.*
[m] *declarato à S. Tho. 12. qu. 32. art. 2. & ab Archid. in d. c. tria.*
[n] *ab eiſdem declarato.*

que nouatores faciunt.) Tum, quia alia poſſunt reduci ad hęc. Tum, quia hæc ſunt communiora, & frequentiora.

5 Miſericordia verò, ſeu eleemoſyna, ſiue ſit ſpiritualis (quæ melior eſt corporali [a]) ſiue corporalis, eſt conſilij, vel ſaltem non præcepti obligantis ad mortale, duobus caſibus exceptis. Alter eſt, cùm quis habet ſuperflua naturæ, & occurrit, petitq́ue ab eo quiſpiam egens extremè. [b] Alter, cùm quis habet ſuperflua naturæ & ſtatus, alius autem eget neceſſariis ad ſuũ ſtatum: [c] quàmuis Panor. communiter receptus. [d] Ant. [e] & ſumma Roſ. [f] oppoſitum teneant perperam S. Th. [g] intelligentes: quorum tamen opinio vera eſt, quoad hoc, vt non teneatur ſubuenire alicui egenti occurrenti, tenetur tamen illi, vel alij quem elegerit, vt clarè reſoluit S. Thom. [h] In quibus tamen duobus, non eſt, de præcepto ſubuenire donando: ſed ſatis eſt ſubuenire commodando, vel mutando. [i]

Extremè autem egere dicitur, non ſolùm, qui iam animam agit, ſed etiam cùm iudicia probabilia apparent ex deuenturum, niſi ei ſubueniatur, nec ſe offert, aut expectatur probabiliter alius, qui ei ſubueniat. Quo fit, vt ratione neceſſitatis extremæ, non poſſit defendi opinio Soti aſſerentis [l] exiſtenti in periculo amittendi ſuum honorem, de præcepto eſſe ſubueniendum. Tum, quia ipſemet [m] dicit (& bene) hominem eſſe dominum ſui honoris, & famæ, ad condonãdum communiter cum merito, ei qui ademerit. Quámuis alia ratione infra [n] defendatur.

6 Atqui, ſuperfluum naturæ, de quo ſupra, dicitur quicquid alicui ſupereſt, demptis neceſſariis ad vitam ſuam, & ſuorum. Superfluum verò ſtatus, eſt, quod ſupereſt alicui deductis neceſſariis ad vitam, ſtatumq́ue decentem ſuum, & ſuorum, habita ratione caſuum, non omnium quidem, qui contingere poſſunt: ſed qui probabiliter timeri, vel expectari debent, ſecundũ omnes, quibus Caiet. addit ad eundem etiam ſtatum pertinere, neceſſaria ſuſtentandis filiis: filiabus, mancipiis,

*[a] iuxta S. Aug. in d. ca. dua, & S. Tho. d. qu. 32. art. 3.*

*[b] cap. paſce, 86. diſt. l. necare. ff. de lib. agnoſ.*

*[c] vt ſentit S. Auguſt. in ca. quid dicam, 14. q. 4. c. hoſpitales, 25. diſt. & S. Ambr. in c. ſicut hi, 47. diſt. S. Tho. & Caie. 2. 2. q. 32. art. 5. & quodl. 8. art. 12. & neruoſius in 2. tom. de præce. eleemoſynæ, q. 6. & Maior. in 4. diſt. 15. 4. 5.*

*[d] in c. ſi verò, de iureiur.*

*[e] 2. part. tit. 1. c. 14.*

*[f] verbo eleemoſyna.*

*[g] in d. art. 5.*

*[h] in d. quodl. art. 12.*

*[i] vt diximus ſup. c. 17. nu. 61. & in apolog. de redit. eccleſ. q. 2. mon. 3. n. 4.*

*[k] iuxta S. Tho. in 4. diſt. 15. qu. 2. art. 4. qu. 4. & declarat Caiet. in d. tract. c. 2.*

*[l] lib. 5. qu. 3. art. 4. de inſt. & iur.*

*[m] lib. 4. q. 6. art. 3. vbi ſup.*

*[n] eod. n. 17.*

famulis, hoſpitibus, conuiuis, muneribus honeſtis, & munificentiis moderatis: ſed & ſentit S. Tho. ac exprimit Caiet.[a] & melius Silu.[b] neceſſarium ad ſtatus decẽtiam, non conſiſtere in puncto indiuiduo: ſed habere latitudinem eo maiorem, quo maior eſt ſtatus. A deóque in vno, erit decem plus, aut decem minùs: in alio, centum plus, centum minùs, & in alio, mille plus, mille minùs, &c.[c] arg. eorum, quæ de pretio iuſto, pio, mediocri, & rigoroſo dicta ſunt ſup.[d]

Itaque, facilè iudicandum non eſt, ſecularem quempiam plura, quàm quæ ſuo ſtatui neceſſaria ſunt, habere, cùm etiam dominio emendo, & mutando ſuo ſtatui in alium maiorem (ad quem idoneus eſt) pecunias congerẽs, non habeat plus, quàm ſuum ſtatũ deceat.[e] Dixi (*Secularem*) quia eccleſiaſtici non poſſunt in tot fines, ac illi, pecunias coaceruare, vt infra dicetur.[f] Quò fit, vt Roſella immeritò aſſeruerit, paucos diuitum confeſſarios ſaluatum iri, ſi eleemoſyna prædictis duobus caſibus de præcepto foret: non enim tot numero ſunt quot eſſe putat, huiuſmodi diuites, quibus ſit ſuperfluum ſtatus: cùm nec Reges, & magni principes, habentes theſauros ad bella, quæ probabiliter contra ſuas Reſpublicas reformidant, aut quæ pro illis gerere expedit, ſuperflua habere cenſeantur.

7 Nemo autem tenetur erogare eleemoſynam de ſuo ſtatui decenti neceſſario, niſi egenti extremè: quiſque enim debet decenter viuere, aut ſtatum ſuum in alium mutare.[g]

Quàmuis autem non ſoluens debitum, quando, vbi, & quomodo debet, damnũ quod ex illa mora creditor accepit, reſarcire teneatur,[h] qui tamen pauperi eleemoſynam non largitur, etiam ſub peccato mortali debitam, non tenetur reparare ei illam eleemoſinam aut damnum, quod inde illi proueniet, nam vt latiùs diximus,[i] charitas nõ obligat reſtituere illud, ad quod alicui dandum, aut faciendum, ſub pœna peccati mortalis obligat, iuxta Alex. Aleſ.[k] & communem, quam pulchrè defendit Adri.[l] concludendo eum ad reſtitutionem non teneri, qui cùm verbis, aut factis poſſet, furtum & damnum proximi non impediuit: niſi ex officio, & iuſtitia ad id arctetur. Quàm verò accepta ſit

Deo

[a] *vbi ſup.*
[b] *verbo eleemoſyna, q. 1. §. 3. in roſ. aur. caſ. 53.*
[c] *arg. l. 1. ff. de iur. delib. & ca. de cauſis, de offic. deleg.*
[d] *c. 17. n. 228.*
[e] *vt dictum eſt c. præcedenti, nu. 73.*
[f] *cap. ſeq.*
[g] *vt ſingulariter prodidit. S. Tho. in d. q. 32. art. 6. cui ſuffragatur ca. quorũ, 24. q. 1. & prin. c. 1. & 2. 41. diſ.*
[h] *iuxta ſupra dicta c. 17 n. 15.*
[i] *in repet c. inter verba, 11. qu. 3. concil. 6. & in apolog. de redit. eccl. q. 2. mon. 2.*
[k] *3. part. qu. 87.*
[l] *in 4. de reſtit. q. 1. col. 9.*

Deo eleemoſyna, vel Chriſto ipſo [a] & diuo Auguſt. [b] [a] *Luc. 11. Matth. 15.*
teſtibus patet: *Non memini* (ait Auguſt.) *me legiſſe, aliquem malè mortuum, qui viuens opera pietatis bene exercuerit.* [b] *in ſermone 45. ad fratres in eremo.*

8 Quare, vt alienum eſt ab omni iuſtitia, per fas, & nefas, iure vel iniuriâ, coaceruare diuitias: ita quoque prudentiâ Chriſtianâ indignum, ſeruare illas, eleemoſynis dum vita manet parcendo, & ad ingratos, obliuioſoſque hæredes tranſmittendo, iuxta illud Agonis glorioſiſſimę Luciæ ad matrem.

*Res ſeruata perit, miſeris data porrigit alas*
*Ad ſuperos, alæ duplices, argentea leua,*
*Aurea dextra, viámque datori ad ſidera pandit.*
*Certa præit viuos pietas, incerta, ſepultos*
*Conſequitur nam quod noſtri eſt dum vita ſuperſtes*
*Arbitrij, mox eſt alieni, vt vita receſſit.*

Non eſt item benignitatis euangelicæ: imò, neque humanitatis ethnicæ, pauperem petentem à ſe aſperis verbis repellere, etiam cùm ei largiri eleemoſynam non tenemur: licèt non ſit mortale, iuxta S. Aug. [c] quàmuis enim non debeatur eleemoſyna realis: debetur tamen benigna reſponſio. [d]

[c] *c. vnum, ſub fin. 25. diſt.*
[d] *vt rectè aduertit. Maior, in 4. diſt. 15. q. 7.*

9 Circa verò prędicta opera miſericordiæ, peccat mortaliter primò, qui habens ſuperfluum, etiam naturæ tantum, non ſubminiſtrat cibum, potum, vel amictum egēti extremè & occurrenti. Dixi (*Occurrenti*) quia non tenetur quis quærere alios, niſi id ei ex officio incumbat, per prædicta. Idemque cenſendum, de non redimente (ſaltem mutuando) captum, quem credit aliàs iniuſtè occidendum, & de non viſitante, non hoſpitante, non ſepeliente, cùm extrema neceſſitas proximi ea exegerit, per ſupradicta. Non tenetur tamen quiſquam ſub pœna culpæ mortalis, perquirere eiuſmodi egentes in carceribus, hoſpitalibus aliíſue eiuſmodi locis.

II. Peccat mortaliter, qui grandi, licèt non extrema, neceſſitate preſſo, nòn fert opem neceſſariam, quam commodè ferre poteſt, & credit, neminem alium illam ei laturum, per dicenda infra.

10 Peccat mortaliter, non faciens aliquam ſeptem eleemoſynarum ſpiritualium prædictarum extremam

eius neceſsitatem, quoad animæ ſalutem patienti: etiam ſi id non poſſet citra iacturam vitæ corporalis facere: tenetur enim quis præferre animam proximi, ſuo corpori.[a] Rarò tamē eiuſmodi neceſsitatem patitur Chriſtianus,[b] quum per contritionem citra aliam opem, ſaluari poſſit.[c] Patitur nihilominus, illam, qui contaminatus culpa mortali, proximúſque morti, putat ſe quauis peccatorum attritione ſaluum fore: ideóque negligit eam augere, ad perfectionem neceſſariā:[d] tunc enim videtur extremè indigere doctrinâ veræ cōtritionis. Eandem etiam neceſsitatem patiuntur paruuli Chriſtianorum morti proximi, exiſtentes apud infideles, vel apud fideles neſcientes baptizare Dixi (*Chriſtianorum*) nam ſecundùm ſententiam S. Th. receptiorem,[e] filij infidelium expertes adhuc rationis, ſine parentum conſenſu, non debent baptizari. Eandem etiam pati dici poſſunt multi Gentilium in Indijs Braſiliæ, & Peru, morti propinqui, qui conuerterentur, ſi in fide Catholica erudirentur.

Hiſce ampliùs adnoto, eum, qui non eſt parochus, nec prælatus, non teneri cum veriſimili vitæ ſuæ corporalis diſcrimine, inuiſere peſtilentia, aut morbo contagioſo infectum, & in extrema neceſsitate vitæ corporalis conſtitutum: quàmuis ſecus, ſi in extrema ſpiritualis verſaretur.[f] Magna nihilominus laude digni ſunt, qui peſte graſſante (licet ad id non aſtringantur) illâ attactis, ſpiritualia ſubminiſtrant.

11 Inſuper nullo ſtatu, voto, aut præcepto humano, excuſari quem (ſi alioqui poteſt) à ſubuentione proximi in extrema neceſsitate conſtituti: adeo quidem, vt etiam clericus religioſus, debeat detegere proditiones, & coniurationes contra Rempubl. ſuſceptas, & ſi opus erit (medelæ adhibendæ ergô) etiam coniuratores ipſos: nec fieret irregularis, licet ob eas illi morte plecterentur: modò id faciat, proteſtatus ſe id facere, vt periculo imminenti, citra ſanguinis pœnam, obuietur.[g]

Peccat etiam mortaliter, conſulens mortale proximo, aut dolo vel culpa lata quippiam notabiliter noxium,[h] niſi id faceret, quò minus peccaret.[i]

[a] *vt probat vterque Tho. 2. 2. qu. 16. art. 5. ad 3. & qu. 32. art. 5. & 6.*

[b] *vt diximus in cap. inter verba, 11. q. 3.*

[c] *c. dixi, & cap. magna, de pœni. diſt. 1.*

[d] *iuxta dicta c. 1. n. 1.*

[e] *2. 2. q. 10. art. 12. & 3. part. q. 68. art. 10.*

[f] *in quod reſoluendū eſt quoddam Gabr. pronunciatum in quodam ſermo.*

[g] *iuxta c. prælatis, de homic. lib. 6. vt rectè adnotauit Caiet. 2. 2. qu. 26. art. relat. ſup. cap. 18. n. 54.*

[h] *per prædicta, c. 11. n. 9.*

[i] *iuxta S. Aug. relat. in cap. ſi quod verius 33. q. 2.*

# De correctione fraterna.

Summæ.

12 *Correctio fraterna quid, & qui ad eam teneantur.*
13 *Correctio fraterna de ſolis mortalibus facienda.*
14 *Correctionis fraternæ ordo, & quando non ſeruandus.*
15 *Corrigens animo mortali, vel damno notabili, vt peccat.*

12 Fraterna correctio, eſt monitio proximi ſecreta, aut coram teſtibus, vt ſe à peccato emendet.[a] Ad quam omnes: etiam infideles, non modò naturali, ſed & euangelico[b] præcepto tenemur, quàmuis magis prælati, quam alij, & qui maioris ſunt authoritatis: quàm qui minoris, modò quatuor concurrant. Primum, quòd certum ſit proximum peccare peccatum mortale, aut veniale periculoſum. Secundum, quòd ſperetur emendatio: aut ſaltem non timeatur deterioratio. Tertium, opportunitas non ſolùm perſonæ, adeo vt magis ipſe, quàm alij ad id teneatur, attentâ præſertim eorum, ad quos id magis ſpectat, negligentia: ſed etiam temporis.[c]

Quartum, vt ea commodè fieri poſſit, id eſt, citra damnum notabile ſalutis, honoris, famæ, & fortunarum corrigentis: niſi emendandus in extrema eiuſmodi correctionis neceſſitate verſetur, quod rarò contingit.[d]

Nec (quicquid aliqui dicant) excuſatur quis ab ea facienda, quòd peccato mortali ſit contaminatus, cùm nemini ſua malitia prodeſſe, aut bonitas nocere debeat.[e] Cumque quilibet poſſit opé diuina (quæ nunquam facienti quod in ſe eſt, denegatur) ſuorum peccatorum pœnitudine duci, eorùmque veniam conſequi.[f]

Non peccat autem quis peccato mortali omiſſionis correctionis, quòd non corrigat eum qui ignorantiâ probabili diei ieiunij, vel feſti non ieiunat, vel miſſam non audit: in eo namque is non peccat mortaliter, nec venialiter periculosè, quo ceſſante, ceſſat præceptum de corrigendo, per prædicta peccat tamen,

[a] *arg c. nouit, de indic. & c. ſi peccauerit, 2 q. 1.*
[b] *Matth. 18.*
[c] *quæ colligũtur ex vtroque Tho. 2. 2 qu. 33. & S. Thom. in 4. lib. ſent. diſtinct. 19. Adrian. in 4. de correct. frater. Sot. libr. de rat. teg. membr. 2. q. 2. Innoc. Panor. & aliis in c. nouit. de iudic. Archi. & aliis præſertim Turrecrẽ. in ca. ſi peccauerit, 2. q. 1. quãuis de nonnullis horum inter illos ſit controuerſia quã tollere in d. ca ſi peccauerit, niſi ſumus.*
[d] *per ſupra dicta n. 13.*
[e] *c. 1. de poſt præl. l. itaque ſullo, ff. de furt.*
[f] *cap. ponderet, 60 diſt.*

ſi non corrigit peccantem ignorantiâ non probabili, vel fragilitate: præſertim ſi id commodè facere poteſt [a]

At verò non peccat negligentiâ corrigendi, qui pertranſiens Ditionem hæreticorum, non reprehendit eos tractantes ſacramenta vel imagines irreuerenter, ſeu docentes aut prædicantes hæreſes, ſi nulla affulgeat ei ſpes emendationis, imò timor maioris mali: deeſt enim ſecundum eorum quatuor, quæ dicta ſunt ad obligationem corrigendi, requiri.

13 Quibus conſequens eſt, quòd quamuis laudabile ſit corripere proximum de peccatis venialibus, puta, riſu inordinato, ſermone otioſo, nimiâ ve audiendi curioſitate: non tamen mortale eſt id non facere. [b] Confeſſarius autem nullatenus, nec publicè, nec ſecretò debet corripere quempiã de peccatis ſibi ab eo confeſſis, vt rectè monuit Sot. [c] & probatur copioſè per alibi [d] à nobis dicta, niſi pœnitens ſignificaret, id eſſe ſibi gratum, inducendo colloquia, vel conſulendo ſuper eis. Non eſt itaque, interdum peccatum, imò verò meritũ, differre correctionẽ cuiuſpiam, donec in grauius peccatum prolabatur, quò aptiùs correptus, emendetur ab vtroque. Dixi(*interdum*) veluti dum qui debet corrigere, probabiliter credit eũ, qui peccauit inficiatione peccati aliiſve circonſtantiis eius, non emendatum iri, ſi tũc corrigatur. ſecus verò, ſi expectetùr alius caſus, in quo deprehenſus, corrigatur: hoc enim effectu, eſt temporis opportunitatem expectare. Qua ratione excuſari videtur, qui pueris ad futuaum, aliáque vitia procliuibus permittunt occaſiones in ea labendi, vt comprehenſi vtiliùs caſtigari queant.

14 Ordo autem corrigendi eſt, vt primùm ſecretò, & fraternè peccans corripiatur. Deinde, ſi ſe ob id non emendat, coram duobus teſtibus: poſtea verò iudici denuncietur, [e] niſi damni periculum in mora foret, nec certa ſpes affulgeret ſua motione illum ab eo ceſſaturum ſi ea affulgeret, nõ deberet iudici denũciare, ſecundùm S. Thom, [f] ab omnrbus receptum, [g] & ab Adrian. [h] & à Soto, [i]

Dixi (*nec certa ſpes*) quia, ſi dubitaret, ſtatim deberet iudici denunciare. Quod conſequitur, raró opus eſſe

[a] *iuxta tradita infra n. 23.*

[b] *iuxta S. Ant. 2. part. tit. 16. c. 6.*

[c] *vbi ſup. memb. 2 q. 1.*

[d] *in c. inter verba, concl 6. & in c. ſacerdos, de pœnit. diſt. 6.*

[e] *Matth. 18. & c. ſi peccauerit, 2. q. 1*

[f] *22. q. 33. ar. 7.*

[g] *in ca nouit. de iudic. & in. 4. diſt 19.*

[h] *in 4 de correct. frater.*

[i] *de vat. teg. memb. 2. q. 4.*

fraternâ correctione ſecretâ, circa proditiones Reipubl. & hæreſes, raró enim quis pro certo habere poteſt, eiuſmodi proditionem, aut hæreſim penitus ceſſaturam. Non eſt inſuper opus ſecretâ admonitione, quando peccatum publicum eſt, iuxta S. Thom. receptum.[a] Eſt autem publicum[b] ad hunc effectum, quod eſt notorium, iure, vel euidentiâ facti, aut ſaltem famâ.[c]

Peccat porrò mortaliter, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter mala corripit: aut de peccato occulto coram illius ignaris, non ſeruando ordinem ſupradictum: cum non leui damno illius famæ, aut probabili periculo eiuſdem,[d] cúm etiam peccet, reuelans illud ſuperiori, non ſeruata forma prædicta, etiam vt prouideat ne illud ipſum iteret.[e]

*[a] 2. 2. q 33. art. 7.*
*[b] vt paulò clarius quam Caiet. & alij diximus in d. c. inter verba.*
*[c] arg. cap. fin. de cohab. cler. c. fin. de temp. ord. c. ſi fama & cap. ſi presbyter, 2. q. 5.*
*[d] per dicta cap. 17. n. 16.*
*[e] vt recte ait Sot. vbi ſupr. membr. 6. qu. 2. pag. 11. & ante illum Adr. cōtra Richar. in 4. ſent. diſt. 19. art. 8. q. 1.*


16 *Intellectus cap. non in inferenda. 23. quæſt.*
16 *Iniuriam inferre, imbecillitas propellere, virtus.*
17 *Defendere omittens peccat ſi conſentit, & etiam diſſentiens, ſi tenetur etiam cum incommodo.*
17 *Defendere vitam & bona proximi, & impedire damna, vt tenemur.*
18 *Defendere qui lege iuſtitiæ tenentur.*
18 *Defendere omittens, non omnis conſentit, & quis præſumitur conſentire.*
19 *Defendere omittens opitulando, peior ſimpliciter omittente.*
19 *Defendere omittens qui præſumitur conſentire, & opitulari.*
19 *Irregularis non eſt ſimpliciter conſentiens homicidio facto, vel faciendo.*
20 *Defenſionis omiſſio, etiam ſine conſenſu, cur peccatum.*
20 *Defendere omittentem conſentire, vt verum, triplici opinione confutata.*
21 *Intellectus nouus cap. Quantæ, de ſent. excom.*
21 *Scientia ſola apparatus delicti, cur interdum morte plectitur.*
21 *Defenſionis ex charitate omiſſio, cur impunis in foro exteriori.*
21 *Defenſionis quæ omiſſio irregularitatem, & cenſuras inducit.*

22 *Defendere proximum à damno, magis preceptum, quàm ſubuenire ei ad lucrum.*

22 *Damnum proximi etiam mediocre. quando impediendum.*

23 *Peccat mortaliter, proximi mortale peccatum non impediens*

23 *Eleemoſyna cur neceſſariò fiat, etiam inuito, non egenti illa extremè,*

16 Hoc loci operæpretium adtexere duxi, ſummam eorum, quæ huc pertinentia continet comment. *cap. non in inferenda, 23.quæſt.3.* [a] Admonui itaque, ibi, [b] cap. illud eſſe decerptum ex ca 26 lib.1. de offi. S. Ambroſij, ſed vitioſè, quatenus habet, *ferenda*, pro, *inferenda*: *&* *imbecillis*, *ſiue imbellis*, pro *bellicæ*: & poſt verbum, *fortitudinis*, verbum, *repellere*, ſuperfluum: eſſèque ita legendum.

*Non in inferenda, ſed in depellenda iniuria, lex virtutis eſt. Qui enim non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille, qui facit. Vnde .S. Moyſes, hinc priùs orſus eſt tentamenta bellicæ fortitudinis, Nam cum vidiſſet Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium proſterneret, atque in arena abſconderet, Salomon quoque ait,* [c] *Eripe eum, qui ducitur ad mortem.*

Inſuper [d] quemuis principem, magnanimúmque virum, debere ſibi perſuadere, puſilanimitatem non fortitudinem eſſe iniuriam inferre, indignàmque eis eſſe perſuaſionem: qua quidem putant ſe, vel ſuos amicos nil poſſe, aut nil facere, niſi poſſint, aut faciant impunè ea, ob quæ alij puniuntur. [e] Verbum eius *virtutis* in illo cap poſitum, fortitudinem ſignificat, vt in illo oratoris præcipui, [f] *Omnia ſumma conſequutus eſt virtute duce, comite fortunâ.* Peccare quoque [g] eum, qui proximum non defendit quod ipſe S. Ambroſ [h] comprobat exemplo Moſis, [i] & auctoritate Salom. [k]

[a] *qui eſt quintus eorum qui Matuali Hiſpano additi fuere.*
[b] *n.1.*
[c] *Prouerb. 24.*
[d] *n.2. & 3.*
[e] *Per multa ibi adducta*
[f] *ad pl.*
[g] *n.4. & 5.*
[h] *ibidem.*
[i] *Exod. 2.*
[k] *Prouerb. 24. idemque ait in c. Paſce, 86. diſt cui cõcordat Auguſt. in c fin. ead cauſ. & qu. & Symmachus, 83 diſt in princ. & Innoc iij. in c. Quãtæ. de ſent. exc.*

17 Complura denique dubia contra concluſionem hanc adduximus, [l] pro quorum reſolutione [m] diximus eam planè procedere in eo, qui non defendit cõſentiendo: quia ſiue defendere poſſit, ſiue non: ſiue ſit præſens ſiue abſens, conſentiendo iniuriæ, peccat, & quidem tale peccatum, quale qui iniuriatur, iuxta il-

[l] *n.6.7.&8.*
[m] *n.9.*

lud Apoſt. [a] *Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt.*[b]

Non procedere denique dictam concluſionem in eo, qui defendere non tenetur, ſecundum vtrumque Tho. [c] Non tenetur autem defendere, qui citra damnũ honoris, exiſtimationis, aut pudoris, id facere nequit: ſecundum. Fel. [d] cui nemo contradicit, nec vnquam in cathedra contradiximus ante prædictum commentarium: in quo tamen id facimus variis rationibus, quarum ſummam ex præmiſſis, & ſubiectis colligere licebit.

In quibus eſt, quòd in extrema neceſſitate noſtræ defenſionis conſtituto, ſubuenire tenemur, etiam cum damno omnium eorum, quæ conſeruandæ vitæ noſtræ non ſunt neceſſaria, & conſequenter honoris, pudoris, exiſtimationis, & fortunarum ſubſtentandæ vitæ non neceſſariarum, iuxta illud S. Ambroſ. [e] *Si quum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri, non eſt leue peccatum.*

Charitatis porrò [f] lege tenemur defendere proximi vitam, ne iniuſtè ei adimatur, etiam cum incommodo omnium prædictorum: citra tamen vitæ periculum. Dixi, *Ne iniuſtè ei adimatur*, non tenemur enim redimere vitam iuſtè condemnati, etiam ſi rex, vel lex, ſtatutum, aut ſententia, pecuniâ redimendi facultatem facerent, itaque limitandum eſt dictum *cap. non ſatis* Tum quia ſanctum, & vtile eſt eius animę, vt illa ſic ei adimatur. [g] Tum, quia alioqui rex ipſe, vel iudex damnans eum, in primis peccaret, non redimendo, quòd eſt abſurdum. Poſſet autem eiuſmodi damnatus vendere ſe in ſeruum redimendi pretio redemptionis. [h] Eadem quoque lege charitatis, tenemur etiam defendere illa eius bona, ſine quibus vita ipſius ſeruari nequit. [i] Quin & impedirè eius damna externa, etiam noſtro incommodo pecuniario: ſi probabiliter credimus, nullum alium id facturũ, [k] niſi damnum proximi tam exiguum foret, vt boni viri arbitrio non debeamus nobis incommodare tantum, quantum opus eſt illis impedimentis, [l] aut niſi ſcandalum, maiuſve damnum inde ſequeretur. Dixi, *Nullum alium id facturum.* Tum, quia id ſignificant prędicta. cap. qua-

[a] *ad Rom. 1. relatum in c. 1. de offic. deleg. tradit S. Tho. 1.2. q. 60. art. 8. & 2.2. q. 154. art. 4.*

[b] *n. 10. & 11.*

[c] *2.2. q. 62. ar. 7*

[d] *in c. 2. dehæret. & in d. c. Quantæ, relat. à nobis ſup. c. 14. n. 10.*

[e] *relatum in c. Non ſatis, 86. diſt.*

[f] *n. 12. & 13.*

[g] *per doctrinam Scoti, in 4. diſt. 15. q. 3. §. De ſecundo, relatam ſupra c. 15.*

[h] *per dicta ſup. c. 23 n. 96.*

[i] *arg. l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. c. Præterea, de off. deleg.*

[k] *arg. Exod. 23. & Deuter. 22.*

[l] *arg l. Præſes, C. de ſeruit. c. ſi non licet, 23. q. 5.*

tenus loquũtur de boue errante, & aſino iacente in via ad quem reducendum, vel ſubleuandum rarò alij reperiuntur. Tum, quia tollitur neceſſitas, ſi alius ſit qui occurrat ei. Dixi, *Pecuniario* non tenemur ſi quidem ad id cum damno honorario: niſi quando damnorum magnitudo, honoriſque paruitas aliud ſuaderent: nam vt dictum eſt ſupra [a] maioris ſit honos, quàm pecunia. Per quod excuſantur multi viri graues à defenſione puerorum, & leuiculorum hominum, quos alij pugnis cædunt, niſi ipſi citato gradu, & cum notabili honoris, ac exiſtimationis iactura eis ſuccurrant. Dixi, [ *Niſi ſcandalum vel damnum inde ſequeretur* : ] quo excuſatur, qui clara voce non contradixit concionatori ex pulpito grauiter detrahenti: quique non liberat iniuſtâ morte damnatum, & ad ſupplicium tractum ne ex eo tanta ſeditio inter exequutores, & alios excitetur, vt probabiliter mors, & vulnera innocentium timeantur, vt rectè tetigit Adrian. [b]

18. Nonnulli portò [c] tenentur defendere ſe, & alios, non ſolùm lege charitatis, ſed etiam iuſtitiæ Reges enim, aliique ſuperiores, leges iuſtitiæ tenentur defendere ſe, & ſuos ſubditos ac vice verſa ſubditi ſuos ſuperiores, [d] præſertim feudatarij, & eorum domini [e] Patres item, tutores, curatores, heri, pedagogi, parochi, cuſtodes, & alij id genus: & è contrario, eos filij pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & cuſtoditi. [f]

Cæterùm, plærique ab iniuria non defendentes, ei verè non conſentiunt, [g] vnde textus pro cõcluſione citati, aſſerentes, non defendentem cùm poſſit, conſentire, non ſunt intelligendi de vero conſenſu: ſed præſumpto: & tum demum etiam de præſumpto, quum tenetur defendere, & commodè poteſt. Quàmuis enim qui teneatur defendere aliquẽ cum damno omnium ſuarum facultatum: præſumi tamen non debet conſentire ſi id nõ niſi cũ eiuſmodi dãno pręſtare poteſt. Tũ, quia in dubio non eſt præſumendum delictum. [h] Dubium autem eſt, an qui omittit defendere cum tanto damno, omittat defendere ob complacentiam iniuriæ an verò, ob damni euitationem? & quidem hoc poſterius præſumendo, vitatur præſumptio delicti. Tũ, quia experientia (quæ eſt rerum magiſtra) [i] docet, multos

[a] c. 18. *nu.* 47.

[b] *in* 4. *de correc. frat.*

[c] *n.* 14.

[d] *arg. c.* Regum, *c. Adminiſtratores,* 23. *q.* 5. *& c. ego, de iureiur.*

[e] *c. De forma,* 22. *q* 5. *& c.* 1. *de forma fidel in vſib feud.*

[f] *per notata à* Panormitano *in c.* 1. *de reſt ſpol. nu.* 9. *argu. l. vt parentibus, ff. de iur. & iur. c. duo iſta nomina,* 23. *quæſt.* 4. *l.* 1. *C. de emendat. propinq. & præcep.* 4. *Decalogi, quod adeo extendi dictum eſt ſupra ca.* 13. *num.* 3.

[g] *n.* 15.

[h] *c.* 1. *de reg. iur. & l* Meritò, *ff. pro ſor.*

[i] *c Quàm ſit, de elect lib.* 6.

principum, & aliorum familiares, non impedire innumeras iniurias, quas impedire, etiam cum damno facultatum tenentur, non quidem quòd illę eis placeant, ſed ne gratiâ eorum, & ſpe donorum excidant. Quibus conſequens eſt frequentiſſimè quē præſumi conſentire iniurię cur vérénon conſentit: & viceuerſa.

19 Multum porrò intereſt.[a] inter non defendere ſolùm, & non defendere: ac conſentire ex vna parte: & inter conſentire, & auxilium prębere, ex altera. Tum, quia prius tantùm eſt peccatum contra charitatem aut miſericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo.[b] Poſterius verò, videlicet, conſentire, & auxiliari iniuriam inferenti, eſt cōtra iuſtitiam.[c] Tum quia prius non obligat ad reſtitutionē, poſterius verò ſecus: quia vt ſupra [d] diximus, qui ſolùm contra pręcepta charitatis & miſericordiæ peccat, damnum inde ſequutum reſtituere non tenetur: qui verò contra iuſtitiam peccat, ſecus. Quiſquis autem iniuriæ conſentire pręſumitur, iniuriam inferenti auxiliari quoque præſumitur, ſaltem auxilio, quod delicti participem eum directè faciat.[e] Tum, quia duę pręſumptiones ſpeciales non debent, circa idem concurrere, præſertim vt augeatur delictū,[f] quod fieret, ſi nedū conſenſus, ſed etiā auxiliū præſumererur, Tum, quia communis opinio, quam amplectitur Panor.[g] quàmque ait communem Dec.[h] tenet, non delinquere communiter iure ciuili, qui ſolùm non defendit: & quàmuis iure canonico regulariter delinquat: nō tamen puniēdus eſt in foro exteriori: ſi verò præſumeretur auxiliari, ſecus dicendum foret: cùm vtroque, iure opem ferentes deliquētibus, ſint puniendi[i] Tum quia vt ſentit glo. quædā & clarius Inn[k] non impediens homicidium, quod nouit parari, non fit[l] irregularis eo ſequuto: at ſi præſumeretur opem tuliſſe, cenſeretur talis. Tum quia, vt quis incurrat excōmunicationem *can ſi quis ſuadente.* 17.q.4. non ſufficit, conſentire (etiam malitioſè) clerici percuſſioni: ſi eius nomine non fiat nec aliquo modo iuuet.[m] Si autem præſumeretur iuuare, cenſeretur excommunicatus.[n]

Non ſunt tamen proximè dicta perpetua, ſed fallunt,[o] cùm quatuor concurrunt, poteſtas impediendi videlicet, obligatio id faciendi, commoditas eiuſdem,

[a] *n.16.*
[b] *vt rectè ſenſit Sot lib.4. qu.7. art 3. de iuſt. & iur.*
[c] *vt ibi latè probatur.*
[d] *c.17. n. 20. & in d. Apolog. lib. de red eccl. qu.2. mon. 2. & locis ibi allegat.*
[e] *n. 7*
[f] *l.1. C. de dot. promiſſ. & not. per Card. in c. Quia circa, de conſang.*
[g] *in c.1. de reſtit. ſpol.*
[h] *in c.1. de off. deleg. & in l. Culpa caret, ff. de reg. iur. & Iasō in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.*
[i] *iuxta omnes in c.1. de off. deleg. cum ei adnot.*
[k] *in c ſi quis vi duam, 50 diſt.*
[l] *in c. petras, de homic.*
[m] *per c. Cùm quis, de ſent. excom. lib 6.*
[n] *per c. ſicut dignum, §. eos, de homic.*
[o] *n.18.*

& euidentia delicti, hoc eſt, vt manifeſtum ſit, illud eſſe delictum, & manifeſtò fiat, ijs enim concurrentibus, non ſolùm præſumitur conſenſus, ſed etiam auxilium.[a]

[a] *per c. quantæ, de ſent. excom.*

20 Præmiſſis conſequens eſt, [b] rationem qua non defendens proximum peccat, non eſſe, quia conſentit offenſioni, ſiue defendat, ſiue non: nam cōſentiendo peccat, non peccat autem ſi non conſentit, ſiue defendat, ſiue non, niſi alia lege ad id teneatur. Ratio autem vera cur peccet, eſt quia omittit facere, quod ei lege charitatis, vel iuſtitiæ præcipitur facere, interdum cum damno ſuarum facultatum, & honoris, interdum citra illud vt prædictum eſt: quàmuis, cæteris paribus, conſentiendo magis peccet. Itaque iura afferentia, non defendentem conſentire, non ſignificant, non conſentientem non peccare: ſed potiùs non defendentem, præſumi conſentire (quod eſt verum in eo, qui debet, & poteſt, commodè) imò & auxiliari, ſi cum his tribus, concurrat euidentia iniuriæ, vt prædictum eſt.

[b] *n. 20.*

At verò, [c] nulla trium opinionum celebrium exponentium prædicta iura, eſt vſque quaque vera. Non opinio Ioannis, quam refert Bernardus [d] nimis ea extendens ad omnes, qui quomodolibet poſſunt, nō defendunt. Non etiam opinio Bernardi, nimis ea reſtringentis ad ſolos publica poteſtate munitos, nam ex multis eorum conſtat loqui etiam de priuatis. Non item Innoc. Panorm. & Commun. qui partim ampliant, partim reſtringunt pluſquam prædicti, dicentes, ea loqui de omnibus perſonis, tam publicis quàm priuatis, ſed de ſolis dolo id facere omittentibus. Rei namque veritas habet, ad effectum peccandi, loqui de omnibus perſonis, tam priuatis, quàm publicis, adeóque, non ſecus de omittentibus dolo, quàm negligentiâ, & deferendo, vel non deferendo opem: modo lege iuſtitiæ, vel charitatis ad id teneantur. Dixi, *Ad effectum peccādi*, nā ad effectum incurrendi cenſuras, & reſtituendi damnum, ſolùm comprehendunt obligatos ad illud, nedum lege charitatis, ſed etiam iuſtitię: hi namque ſoli, incurrunt cenſuras.[e]

[c] *n. 26.*

[d] *in d. c. quantæ.*

[e] *per adducta latius ibi, & tacta ſup. c. 17. n. 25. & in n. apolog. qu. 2. mon. 3.*

21 Et quidem [f] nec gloſ. nec doctores attigerunt verum ſenſum dicti *cap. Quantæ, de ſent. excom.* eſt autem

[f] *n. 28. & duob. ſeq.*

hic,quod quicunque poteſt commodè, nec defendit clericum ab iniuria manifeſta, quæ manifeſtè infertur, eſt excommunicatus, vel cenſendus talis: cuius ratio noua eſt, quia opitulatur,aut præſumitur aliquo modo ei opitulari, ideòque legem iuſtitiæ violare. Dixi, *Eſt excommunicatus*, ad includendum eum qui verè omittit defenſionem ad opitulandum. Dixi, *vel cenſendus*, ad includendum eum, qui non verè omittit ad opitulandum:ſed timore, pudore vel negligentiâ. At quia non obuiat manifeſto delicto, manifeſtè facto, cùm poſſit commodè, præſumitur velle opem ferre. [a]

Atqui, [b] ratio à nemine reddita, qua,niti poteſt rigida illa, ſed iuſta, deciſio Barto. [c] putà quòd quàmuis regulariter nemo puniri debat, quòd ſciat parari delictum,nec indicet: fallit tamen in filio, ſeruo, & ſubdito, ſciente illud parari in patrem, dominum,aliumve ſuperiorem, præſertim ſupremum Eſt,inquam, ratio, quòd alij ſolùm regulariter delinquunt contra præcepta charitatis:hi verò contra præcepta iuſtitiæ, quæ iubet, vt ſuperiores defendant inferiores: & viceuerſa. Quam rationem ſi Bald. eiùſque ſequaces [d] perpendiſſent, non tam acerbè in Bar.inuecti fuiſſent. Qua ratione meritò acrius animaduertitut in eos, qui magiſtratus eorùmve adminiſtros, non defendunt, quàm qui plæroſque priuatos non tuentur.

Ratio porò noua[e] cur regulariter, qui alium non defendit, quàmuis in eo peccet, non puniatur in foro exteriori, aut canonico, [f] in foro verò conſcientiæ ſecus:eſt,quòd omiſſio defenſionis, regulariter non eſt contra iuſtitiæ leges quàmuis ſit frequenter contra leges charitatis, ideòque, legum iuſtitiæ pœnis puniri non debet.

22 Nemo autem [g] incurrit cenſuras, vel irregularitates non defendendo alium, niſi lege iuſtitię ad id teneatur: ideòque rectè reſpondimus clerico cuidam inſulano, non incurriſſe irregularitatem ob homicidium ſequutum, quòd non obſcurè ſciens illud tractari, non monuit occiſum. [h]

Solutio autem noua & vera antimoniæ [i] inter concluſionem communiter receptam, & ſup. [k] poſitam, quod nemo regulariter teneatur præſtare opera miſc-

[a] *vt ibi latiùs deducitur.*
[b] *n.22.*
[c] *in l. vtrum, ff. ad l. Pompon. de pareic.*
[d] *relati à Felm. in d.c. quanta.*
[e] *n. 33.*
[f] *iuxta communem ſup. relatã.*
[g] *n. 34 & ſeq.*
[h] *arg. gloſſ. c. ſi quis viduã, 50. diſt. & doctrina Innoc. in c. Petrus, de homic. & S. Anto. 2, part. tit 28. c. 2.*
[i] *n. 39. & 40.*
[k] *n 3.*

ricordiæ corporalia ſub culpa mortali, niſi egenti eis extremè: & inter illam certam, quòd quilibet tenetur boué proximi (etiam inimici) errantem illi reducere, ſi poteſt: aſinum item ſub onere iacentem, ſubleuare, vel quò ſubleuetur iuuare, ſi credit probabiliter alium id non facturum, *iuxta d.c. Exod.23.& Deut. 22.* quod probat idipſum faciendum eſſe de veſte, & de qualibet re proximi amiſſa (quæ proculdubio locum habent, etiam cùm proximus non eget eis extremè) Solutio (inquam) vera eſt, quòd illa procedit quoad opem dandam egenti, & de lucro tractanti, hæc verò quoad opem dandam, de damno vitando agenti. Cui ſuffragatur, quòd non parum diſcriminis eſt inter lucrifaciendum, & dānum vitandum, plúſque fauent iura agenti de damno vitando, quàm de lucro captando. [a] Quod ipſum producendum eſt ad iter facientem, qui offendit mulionem egentem ope alterius, quò ſubleuet mulum luto hærentem: nam ſi eſt iter à multis frequentatum, quos credit probabiliter ei auxiliaturos, non peccat mortaliter, non opitulando ei: alioqui ſecus: & ad inuenientem iumenta proximi ſegetes depaſcentia, ac videntem ædes, ſegetes, aut ſuppellectilem proximi incendio conflagrare, nec extinguit, cùm poſſit. Inſuper, ad audientem famæ proximi grauiter detrahentem, qui licèt ei non credat, putat tamen alios credituros ſi non contradicat: & alios id genus innumeros, videntes grauiter lædi proximi ſalutem mentis, vel corporis, & honorem, vel rem familiarem: nam, ſi credunt alios non impedituros eiuſmodi mala, nec impediunt, peccant mortaliter. E quibus etiam eſſe videtur, qui videt alium ementem pecora, pannos, prædia, aliáve vitioſa, vel longè viliora, aut deteriora quàm putet, nec commonefacit eum.

[a] *l. 2. § portio, ff. ad leg. Rhod. de iactu. & d. l. fin. ff. de peri. & comm. rei vend. l. ſi is cui § . ſi. ff. de fur. & l. ſi ſterilis, § . cùm per venditorem, ff. de act. empt.*

23 Peccat autem [b] mortaliter, qui cùm poſſit non impedit peccatū proximi, nam per dictum. *c. non in inferenda*, & alia multa, concluſum eſt ſupra, lege charitatis obligari nos omnes impedire mala vitam corporalem proximo adimentia. At vita animæ pretioſior eſt, magiſque diligenda quàm corporis, [c] ergo magis tenemur impedire mala, ei vitam animæ adimentia: ſed peccatum mortale ei adimit vitam animæ, [d] ergo, &c. Acce-

[b] *n. 41. & 7. ſeq.*

[c] *iuxta S. Tho. 2.2. q 26. art. 5. & probatur in c. ſi habes, 24. q. 3.*

[d] *c. reſuſcitatus, & c. omnis, de* [illegible]

dit, quod mortaliter peccet, qui proximum volentem ſe præcipitare, non retinet, cùm poſſit:[a] quique non extrahit, etiam inuitum, è domo iam ruitura.[b] Adeòque, peccet mortaliter, qui poteſt impedire damnum proximi, quod credit ab alio non impeditum iri, nec impedit[c] At nullum damnum eſt maius proximo morte animæ, quàm peccatum mortale infert, ergo, &c.

Adhæc, magis arctamur impedire futura peccata, quàm punire præterita.[d] At conſtat, corrigere præterita proximi peccata nos teneri.[e] Longè itaque magis tenebimur peccatum nondum commiſſum impedire. Quò fit, vt ad impedienda peccata futura, omni caſu inquiri poſſit,[f] non tamen quò puniantur præterita, niſi certis caſibus.[g] Adeòque, à laico clericus capi poteſt, ne committat, non tamen pro commiſſis[h] Ad euitandum porrò ſcandalum quo proximus peccaret, debemus facere, aut omittere omnia etiam in Euangelio conſulta, quæ citra peccatum poſſumus,[i] quod genus ſunt nonullæ eleemoſinæ: ergo, &c.

Quæ quidem concluſio, procedit primò, non ſolùm cùm citra damnum, pudorem, & dedecus id facere poſſumus, vt dixit Felin.[k] ſed etiam ſi oporteat od id facere iacturam facultatum, ac honoris, imò & vitæ, quando eius anima in extrema noſtrę opis neceſſitate conſtituta eſt. Procedit etiam, quando non verſatur in extrema noſtræ opis neceſſitate: ob ſuam tamen imbecillitatem, vel ignorantiã craſſam, aut affectatã, aliáſve cauſas, & occaſiones peccandi in ea eſt neceſſitate, vt, niſi ei opitulemur, peccatum mortale commiſſurus ſit, & ſpiritualiter moriturus. ſi verò opitulemur, ſecus Quæ eſt ſingularis doctrina Adr[l] Cuius ratio (quam nunquam alibi audire, vel legere meminimus) eſt, quòd aſtringamur impedire mala proximi, etiam quæ vitare poteſt, ſi vult: modò ſint eiuſmodi, quibus iuſtè non poſſit conſentire, quod genus ſunt præcipitium, ſuſpendium, domus ruentis opreſſio, *de quibus prædictum c nimiũ. & d.c. ipſa pietas* Quod genus inſuper, cibi, potus ſeu pharmacorũ ad vitã neceſſariorum renutus,[m] mors item & mutilatio membri.[n] At mors animæ, quam peccatum infert, eſt eiuſmodi, ergo tenemur impedire,

*[a] c nimium, 23 q.4.*
*[b] d. c. ipſa pietas.*
*[c] Exod. 23. & Deuter. 22.*
*[d] arg. c. præterita, 2. de ſponſ. & eorum quæ latè citamus in c. inter verba, 11. q. 3.*
*[e] Matth. 18. & c. ſi peccauerit, 2. q. 1.*
*[f] iuxta quoddã dictum ſing. Innoc. 4. in c. 1 de poſtul præl cõmuniter recept.*
*[g] vt dictum eſt in c. 18. & dicetur infra c. ſeq.*
*[h] iuxta Pan. in c. 3. & c. 2. vt fame, de ſent. exc. & c. cùm non ab homine, de iudic.*
*[i] c. 2. de no. oper. nunt.*
*[k] relatus & cõfutatus ſup. n. 18.*
*[l] in 4. de correct. frat. col. 22.*
*[m] iuxta gloſſ ſolem. in § 1. 83 diſt.*
*[n] l. liber homo. ff. ad l. Aquil. c. contingit de ſent. excom.*

eam, etiam illi, qui non eſt in extrema noſtræ opis neceſſitate conſtitutus. Itaque, inter eleemoſynam ſpiritualem, & corporalem in hoc non eſt diſcrimen, vt per ſuam illationem ſignificauit Adr. quàmuis ſit diſcrimē in eo, quòd eleemoſynam ſpiritualem tenemur largiri conſtituto in extrema illius neceſſitate, etiam cum periculo vitæ: corporalem autem non, niſi citra illud, per quod eius illatio verificatur.

Procedit denique præfata concluſio, etiam ſi quò impediatur mortale proximi, oporteat nos non vti iure noſtro ſpirituali, vel temporali, quo citra peccatum poſſumus non vti.[a]

Non procedit autem, niſi concurrentibus tribus, requiſitis, vt præceptum fraternæ correctionis obliget, certitudine nimirum quòd peccatum eſt mortale: ſpe effectus impedimenti: oportunitate tam perſonæ, quòd ſit nimirum quæ magis ad id teneatur, ſaltem ob neglıgentiam, magis obligatorum, quàm etiam temporis, vt colligitur ex rationibus S. Tho. aliorumque citatorum,[b] quibus prædicta eſſe neceſſaria, quò præceptum fraternæ correctionis obliget, monſtrauimus.

Non item procedit, quando proximus non eſt peccaturus ex ignorantia vel fragilitate, ſed malitiâ, & quò impediatur oportet, vt quis deſinat vti iure, aut bono ſuo ſpirituali, vel temporali.[c] Quod confirmatur eo, quod diximus ſupra non teneri videlicet, quem donare centum (etiam ſi poſſit) ei, qui ſe ſe furca ſuſpenſurum affirmat, niſi ea donetur. Quibus quidem, facilè diluuntur quatuor argumenta contraria Primum, quòd non peccet mortaliter, qui petit mutuum ab vſurario, quem credit non niſi ad vſuram daturum. Secundum, quòd nec quia à parocho petit, vt ſuum filium baptizet, credens eum peccaturū mortaliter qui credit mortali eſſe infectum, & antea contritionem non habiturum. Tertium, quòd neque mulier, quæ ob vanam gloriā venialiter citra alium finem mortalem ſe comit: quàmuis credat, quem piam ob id concupiſcentiâ mortali exarſurum Quartum, quòd nemo tenetur eleemoſinam impartiri ſub pœna peccati mortalis, niſi in extrema illius neceſſitate conſtituto.[d] Qui autem vult mortali-

[a] argum. illius Math. 18. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, & capit. 2. de ope. nou. nunc. Sanct. Thom. 2. 2. queſt. 43. art. 7. & 8.

[b] vbi ſup.

[c] iuxta illud Matth. 15. Sinite illos, cæci ſunt, &c. Et illata per S. Thom. vbi ſupra, & notata per noſtros in capit. qui ſcandalizauerit, de reg. iur. & in d. c. 3. de ope. nou. nūc.

[d] vt dictum eſt. ſup. n. 12.

ter peccare, ſciens eſſe mortale, non eſt in extrema neceſſitate opis alienæ, cum voluntariè id faciat. [a]

[a] 15. qu. 1. §. 1.

# De peccatis diuerſorum Statuum, & primùm Regum.

## Capvt. XXV.

### Summæ.

1 *Rex vt peccat aliena capiens, & capta non reſtituens, &c.*
1 *Rex ſeditiones excitans, vel ſubditos non exercens peccat.*
2 *Rex arces non muniens, vel armentis carens, vt peccat, & 3.*
4 *Rex legem pœnalem ferens, vel vias, & lites negligens, vt peccat.*
5 *Rex diſponens circa legem naturalem, vel ſuam, vt peccat.*
6 *Rex tollens ſubditis bona ſua, & libertates, vt peccat.*
6 *Rex bellans iniuſtè, vel malo fine, vt peccat.*
6 *Rex iura noua indicens, & viſitantes impediens, vt peccat.*
7 *Rex cogens operari ſubditos, & eorum delicta non puniens, vt peccat. & 8.*
8 *Res officia ſua vendens, & indignis conferens & 8.*
8 *Res matrimonium contrahere cogens, vt peccat.*
8 *Rex beneficia indignis conferens, & malam conſuetudinem ſeruans, vt peccat & 9.*
10 *Rex damnans inauditum, vel auditum male, vt peccat & 11.*

1 Peccat mortaliter, primò Rex, vel monarcha, aliena regna, & dominia iniuſtè quærens, iniuſtéve quęſita, non reſtituens, nulla iuſta cauſa excuſante. [b] Venialiter autem periculosè, qui ea, etiam iuſtè quęſita gubernat principaliter ob voluptates, diuitias, gloriam, & honorem. [c] Nam vt ſanctè reſoluit S. Thom. [d] finis primarius laborum eius vix tolerabilium, debet eſſe ipſe Deus (cuius vices in terris gerit) & vera beatitudo. [e]
11 Peccat, iuſtè poſſeſſa iniuſtè gubernans, non reddendo ſuum cuique ius, vel excitando factiones, ſeu non ſedando eas, non prouidendo annonæ, vel aliarum rerum caritati, præficiendo rectores indignos,

[b] *c. quid culpatur, 23. q. 1. c. ſi res. 14. q. 9. cap. ſæpe, de reſtit. ſpol.*
[c] *per ſupra dicta c. 23 n. 73.*
[d] *de regim. principũ lib. 1. c. 7. & 8.*
[e] *de qua ſupra prælud. 4.*

non ferendo leges neceſſarias, vel ſancitas non exequendo, aut non communiendo armis, artibus, & exercitiis in ſuam ſuorùmque tutelã neceſſariis, adeo vt iudicio prudentis, ea vel partem eorum, probabili amiſſionis periculo ſubiiciat [a]

III. Peccat per incuriam non habens propria armenta boum, & greges ouium, arietum, porcorum, mareſque ſelectos, quò habeat carnes in obſonium ſuum, & ſuorum: aut non colens agros proprios, quò triticũ, hordeum, aliàque frumenta ſibi ſuiſque neceſſaria colligat, aut non habẽs equitia procreandis equis ad bella neceſſariis Hæc enim ſunt mortalia, aut certè venialia periculoſa. [b] Dixi, *Per incuriam*, quia iudicio noſtro non ſunt peccata, omiſſa quò vitentur ſumptus, & quæratur plus ex prędiis locatis, quàm per ſe cultis, & de ſuis herbis locatis, quàm per armenta ſua, ac greges depaſtis, aut quò melioribus curis inſumat tempus quod his impendendum foret. [c]

IIII. Peccat adeo negligens coaceruare diuitias artificiales, auri, argenti, pecuniarum, aliorumue ſimilium vt ſe, ſuumque regnum exponat probabili periculo pereundi fame, bello, & aliis malis, quæ probabiliter rei numariæ penuria & defectu euenire poſſunt. E quibus eſt mutuari à ſubditis cum pudore, & periculo poſt habendi iuſtitiam in eorum fauorem, vel à nummulariis ſub vſuris, aut intereſſe, quibus poſtea ſoluendis nimiũ ſit ſubditos grauaturus, tributa intolerabilia imperaturus, nihilque non ad ſuum compẽdium miſerique populi nundinationem traducturus, ac nullum genus pecuniæ cogendæ præteriturus. [d]

V. Peccat, pecunias congerens grauando notabiliter ſubditos ob auaritiam, nullo iuſto fine propoſito, [e] id enim eſt contrauenire præcepto de dando ſuperflua pauperibus. [f]

VI. Peccat, prodigis largitionibus ita indulgens, vt ſe exponat probabili periculo vſurpandi aliena, vel tributa maiora, quàm par eſt, exigendi, debitave ſtatis diebus non ſoluendi, aut onere grauiſſimo intereſſe, ac cambiorum, ſe, ſuùmque regnum in maximam paupertatem inducendi. [g]

VII. Peccat, adeo negligens munire ſuas arces, vt occaſionem

[a] *iuxta mentem 2. eiuſdem S Tho vbi ſupra c.15. & probatur per c. adminiſtratores, 25. q 5. & c. alius 15. q. 6.*

[b] *iuxta S. Tho vbi ſup lib.2.c.5. & 6.*

[c] *c non mediocriter, de conſec. diſt. 5.*

[d] *ex mente eiuſdẽ vbi ſup. c.7.*

[e] *iuxta S. Anto. 2 par. tit. 1 c.2.*

[f] *iuxta dicta, ſup. c.23. n.73.*

[g] *per rationes Ariſt. in epiſtol. ad Alexand, & per leg. part. Caſtellæ, 141. 2 part. tit. 5. & mentem S. Tho. vbi ſup.*

occaſionem populo præbeat irreuerentiæ, vel rebellionis, aut inimicis occupandi regnum, illiúſve partem.[a]

4 VIII. Peccat, negligens per incuriam imperare refectionem, & cuſtodiam viarum publicarum ſui regni: adeo vt viatores notabilia ob id damna incurrant, aut de ſuis publicis reditibus, pauperibus extremè egentibus, à ſe petentibus, non ſubueniens.[b] Dixi, *Negligens*, ſecus enim ſi ignorantiâ, aut impotentiâ id omittat.[c]

IX. Peccat, habens cum alio Rege Chriſtiano ſuper aliquo regno, vel dominio dubiam aliquam & inueteratam controuerſiam, quæ iure extingui non poteſt (quia non agnoſcunt ſuperiorem) neque bello, quippe quorum potentia adeo creuit, vt neuter ab altero ſuperari poſſit, niſi facta per ſtrages copia Turcis inuadendi quod reliquum eſt Chriſtiani orbis, bonámve partem eius, nolénſque in arbitros ab omni ſuſpicione alienos, conſentire, conditionéſve honeſtas petere, vel accipere, quibus pax firma ineatur, & coaleſcat.[d]

X. Peccat, legem pœnalem conſtituens principaliter ob ſuam vtilitatem priuatam, quò eius tranſgreſſione, aut laxamento, magnam vim pecuniarum cōtradat[e] & cogat.

5 XI. Peccat, diſpenſans in legibus diuinis, aut naturalibus, citra iuſtam cauſam: & in propriis, cum notabili damno, aut ſcandalo publico vel priuato: quíque delicta diuina lege aut naturali damnata, citra iuſtam cauſam condonat, animaduertens, vel animaduertere debens, ſe ad alia ſimilia anſam præbere: aut lites, vel ſolutiones debitorum citra iuſtam cauſam ſuſpendens:[f] omnis namque, iniuſtitia rei notabilis, eſt mortalis.[g] Dixi, (*citra iuſtam cauſam*) nam ſubſiſtente cauſa, ſine ſcandalo notabili, illi illicita fieri poſſunt.[h]

XII. Peccat, non permittens populo ſuo, tueri libertates, ſibi iure diuino, aut humano iurato debitas: bonáve illius vſurpans: & reſtituere tenetur.[i]

XIII. Peccat, minis, aut precibus importunis adigens aliquem vt donet ſibi ſua bona, citra iuſtam in id cauſam, cum obligatione reſtituendi.[k]

[a] *iuxta mentem eiuſdem S. Tho. vbi ſup. lib. 2. c.* 11.

[b] *iuxta eundem S. Tho. vbi ſup. c.* 12. *&* 15.

[c] *arg. l. impoßibiliũ. ff. de reg. iur. & c. ignorātia, eod. titu. lib.* 6.

[d] *vt probauimus in repet. c. quando, de conſecr. diſt.* 1. *c.* 9 *nu.* 90.

[e] *c. erit autē lex,* 4. *diſt. & communis in c.* 1. *de conſtit.*

[f] *per gloſſ. ſing. c. non eſt, de vot. c. ex parte, de cōſuet. cap. ex iure de iureiur. C. ſi eccleſia,* 23. *q.* 4. *c. regnũ,* 23. *q.* 5.

[g] *iuxta S. Tho.* 2. 2. *qu.* 54. *art.* 4.

[h] *l.* 1. *C. de leg.*

[i] *ar. c. reges. & c. principes,* 23. *qu.* 5. *l.* 1. *C. ſi quacũque præb. pot. & c. ſi res,* 14. *qu.* 6.

[k] *arg. c. cōuenior,* 23. *qu.* 8. *&* 2. *Reg. c.* 21. *& totius tit. ff. & C. quot met. cauſ. & Bart. in tract. de Tyran. nu.* 20.

6 XIIII. Peccat gerens bellum iniuſtum, defectu authoritatis, aut iuſtæ cauſæ cum obligatione reſtituendi, aut iuſtum ex ſe, ſed animo finéque prauo, citra obligationem reſtituendi. [a]

XV. Peccat, impediens viſitationem monialium iuridicam, [b] & eſt excommunicatus, ſi monitus non deſiſtat. [c]

XVI. Peccat exigens à ſuis ſubditis tributa noua citra neceſſitatem publicam, cum obligatione reſtituendi: quàmuis ſine bono exigat.[d] Et multò magis, ſi ad ſuperfluum vſum, aut veſtitum, pompas, conuiuia, aut prodigentiam (quam vulgus liberalitatem appellat[e]) Dixi (*Noua*) nam ſi inueterata bene ſtatuta, ita prodigit, non tenetur reſtituere, nec mortaliter peccat, niſi circunſtantia finis, formæ, materiæ, aliáve mortalis interueniat. [f]Dixi (*citra neceſſitatem publicam*) hac namque ſubſiſtente, exigere, & accipere poſſet, ſi ad eam ſui reditus non ſufficerent. [g]

7 XVII. Peccat, adigens ſubditos ſuos, ad id non obligatos ſibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere, ant putare, aliáve ſimilia facere, citra integram ſui laboris compenſationem, S. Ant, aſſertore [h] ſubdente, biſ eum peccare, qui diebus feſtis eos ad hoc adigit.

XVIII. Peccat, officia ſui regni vendens adeo carè, eiuſmodique perſonis, vt probabiliter credat, aut credere debeat, eas malè illis vſuras, ſubditóſve oppreſſuras, [i] alias ſecus, [k] quàmuis ſatius foret non vendere. Quo fit, vt Dictum Panor. communiter recepti, [l] quod nimirum, domini pro officijs ſecularibus ſuæ iuriſdictionis, accipiunt, lucrum ſordidum eſſe, adeóque accipiendo, mortaliter peccare reſtringendum ſit ad perſonam, quæ ſuperiorem agnoſcit, & locum, vbi vetitum eſt lege obligante ad mortale, cui conſuetudo præſcripta non derogauit, citra licentiam eius, qui eam indulgere poteſt, ad vendendum honeſto pretio perſonis idoneis. Et proinde non ſunt damnandi reges, & principes, ea dantes loco pecuniæ, in dotem, vel mercedem obſequiorum, neque etiam officiarij illa vendentes, adeo honeſto pretio talibus perſonis, vt probabiliter credatur eas illis non malè vſuras, quo pretium malè datum, peius extorqueant. Quocirca, ijs, quæ in curijs

[a] *iuxta vtrũque Tho. 2. 2. q. 40. art. 1.*

[b] *Clem. attendentes, de ſtat. mon.*

[c] *eadem Clem. § fin.*

[d] *c. militare, ſub fin. 23. q. 1.*

[e] *ſum. confeſſ lib. 2. tit. 5. q. 35. in 31.*

[f] *per ſup. dicta c. 23. n. 75.*

[g] *arg. c. cũ ſecũdum, de præb. & c. 1. 13. q. 2. & eorum, quæ ibi citantur.*

[h] *part. 3. tit. 3. c. 4. §. 4.*

[i] *per rationes auth. vt iudic. ſine quo. & auth. de mand. prin. § 2.*

[k] *iuxta S. Tho. ad Ducißã Brabãtiæ, in opuſc. 21. q. 1.*

[l] *in c. 1. & 2. ne præb. vic. ſu.*

monarcharum fieri vidimus adducti, eorum confeſſarios, conſiliarios, & regni procuratores monemus, videri è republica, & animarum ſalute fore, lege aliqua, circumſpecta ſtatuere vnicuique officio, vel muneri certum pretium, vltra quod nil dari, vel accipi poſſit, declarando, qui plus acciperet, plus iuſto pretio accipere, & ne remiſſioni locus ſit, adeóque, tempore quo titulus confertur, cogerentur iurare non plus dare, vel accipere: cùm indies eorum pretia adeo excreſcant, vt ementes honeſtè viuere nequeãt, niſi magno reip. malo, quæ fortè mutuo & ſub vſuris, vel intereſſe acceperunt, iure vel iniuriâ reſarciant.

Neque verò abs re, fe rec. Pius V. legem anno 1571. menſe Decembri, contra ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationem habentia, in hæc verba tulit. *Nemini de cætero liceat, mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, & per interpoſitas perſonas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia exercîtium & adminiſtrationem iuriſdictionis habentia, procurare, aſſequi, vel obtinere, ac ſi quis his præſentibus contraueniſſe quoquomodo dici, aut cenſeri potuerit, ipſum cõtrauenientem eo ipſo confiſcationis omnium honorum, degradationis, & amiſſionis, tam priuilegij doctoratus, quàm quorumcumque per eum obtentorum officiorum, tam ſecularium, quàm eccleſiaſticorum, ac demum vltimi ſupplicij pœnam irremiſſibiliter incurrere volumus*, & infra. *Et quòd vbicunque, & quandocunque compertum fuerit per interpoſitam perſonam, aliquas pecunias, ſeu alias res traditas ſeu promiſſas fuiſſe alicui curiali, familiari, vel cuicunque alteri perſonæ pro officiis, & dignitatibus iuriſdictionis adminiſtrationem habentibus, is qui officium huiuſmodi obtinuerit, ſe à præmiſſis attenta interpoſitione perſonæ huiuſmodi, nullatenus excuſare queat quinimo, nulla admiſſa ignorantiæ excuſatione, ipſo iure præſumatur ſolutionem, & promiſſionem huiuſmodi de eorum, qui officia & dignitates ſimilia obtinuerunt conſenſu & mandato penitus eſſe facta, eiſdémque propterea pœnis ſubiacere omnino intelligatur.*

8 XIX. Peccat mortaliter, cogens quem ad certum matrimonium contrahendum, eumve à contrahendo impediens: S. Anto. aſſertore,[a] quod Conc. Trid.[b] confirmauit.

XX. Peccat, præficiens officiarios indignos, imperi-

[a] *3. part. tit. 5. c. 4. §. 5.*

[b] *ſeſſ. 24. c. 9. de reform. matr.*

tos, aut conſcientiæ cauteriatæ, credens, aut credere debens, eos tales eſſe, aut iuſtâ ignorātiâ præfectos, poſtquam id reſcîerit, non deponens, cùm citra ſuæ vitæ periculum, & damnum reipub. poſſit, cum obligatione reſtituendi damna, quæ intulerunt.[a]

XXI. Peccat, ad ſacerdotia, vel beneficia eccleſiaſtica, quorū eſt patronus, præſentans perſonas inidoneas, ætate, ſcientiâ, vel moribus: aut inducens legatos, epiſcopos, alióſve prælatos, vt conferant talibus, aut patronos, vt tales præſentent.[b]

Non peccat autem, poſſidens virtute bullæ Iulij Secundi, aliqua bona tanquam profana, quibus pater eius impoſuit onus nonnullarum miſſarum, conſtituens eū patronum eorū, & earum: nam & abſque tali bulla poterat ea iuſtè poſſidere, vt talia, quippe, quæ nullius ſpeciei ſacrorum ſunt, [c] non enim ſunt bona eccleſiaſtica, licèt oneri eccleſiaſtico ſint ſubiecta.[d]

XXII. Peccat, non cohibens ſuos ſubditos ab vſurpando alieno, per furtum, rapinas, munera, aliumve quemuis modum illicitum, cum obligatione reſtituendi, Richard. aſſertore.[e]

XXIII. Peccat, negligens abolere prauas ſuæ Ditionis conſuetudines, veluti vſurarum, ludorum periculoſorū animæ & corpori, cùm citra ſcandalum id poſſit: aut permittit falſas menſuras, ſeu pretia iniuſta rerum venalium, cùm obligatione reſtituendi, Rich. finitore.[f]

XXIIII. Peccat, per ſe, vel alium condemnans quempiam, (præſertim ob crimen) indictâ cauſâ, aut non conceſſa ſe defendendi facultate, vel citra ſcientiam publicam, publicâ probatione habitam, ductus ſcientiâ priuatâ, priuatâ probatione quæſita.[g] Tum, quia ſententia (qui actus publicus eſt) auctoritate & ſcientiâ publicâ, nō priuatâ ferenda eſt. Tum, quia iuris naturalis eſt, ne quis inauditus, & indefenſus damnetur.[h] Quo fit ſecundum eos, vt grauiſſimè peccēt reges, & principes, ſintque homicidę, qui aliquem etiam ſubditum, inauditum & indefenſum veneno, alióve mortis genere è medio tolli iubēt, beneficiiſve, officijs, honoribus, aut aliis bonis ad nutum non amouibilibus, priuant, ſolâ ſciētiâ priuatâ ducti. Quod eadem ratione producendū eſt ad exequutores eiuſmodi mandatorū, qui non excuſantur

[a] *Scotus in 4. ſent. diſt 15 qu. 2. art. 4. per fusè a nobis tradita in prælect. c. ſi quando, de reſcrip. except. 16. n. 3. & 4.*

[b] *contra c. cum in cunctis, de elect. & c graue, de præb. aliaque latè dicta, except. 6.*

[c] *vt colligitur ex S. Tho. 2. 2. q. 99. art. 9.*

[d] *arg. c. ex parte de cenſib.*

[e] *in 4. ſent diſt. 15 art. 5 q 5.*

[f] *vbi ſup. arg c. error, 83. diſt. 9*

[g] *ex mente S. Tho. 2. 2. q. 67. art. 2. & clarius Caiet. ibidē, & in ſum verbo homicidium.*

[h] *Clem. paſtoralis, §. cæterùm, de re iud. gloſſ. memor. in extrauag. 1. de dol. & contu.*

obedientiã, quam ſuis regibus id præcipientibus debẽt: [4] nam contra ius naturale, vel diuinum, eis non eſt obediendum. [a] Contrà verò non peccat, ſecundum allegata, & probata iudicans, quàmuis vti priuatus, oppoſitum iuſtum eſſe ſciat: adeo vt eum, quem priuatè ſcit innocentem, iuſtè condemnare poſſit, probatum nocentem, ſaltem quando quoad eius fieri potuit, nil non tentauit, vt veritas ſibi innoteſceret, & ne de illo caſu iudicaret, [b] Cui ſuffragantur pleraque iura. [c]

10 Dixi (*Ad nutum non amouibilibus*) in alijs enim ſecus eſt, [d] cuiuſcemodi ſunt officia Caſtellæ regia. [e] Idemq; cenſendum, quum res notoria eſt, vel ex natura rei, ſeu actis conſtat, nullam condemnando defenſionem competere: [f] quia ſcientia reipublicæ notoria, publica eſt, non priuata. [g] Idem quoque, quum aliqua magna, & iuſta de cauſa non recognoſcens ſuperiorem, omittit audire, ac vocare reum, [h] modò curet allegari, & probari in fauorem abſentis, quæcunque poſſunt. Per quod excuſauimus magnum quendam Monarcham, qui virtute proceſſus Reo abſente facti, & ſcientiæ nulla præuia citatione latæ, iuſſit capite plecti quendam ſuorum militum ducem, ſibi regno in alio militantem: quia nec capi, nec citra metum rebellionis illius, & magnæ partis exercitus, audiri poterat.

11 Non tamen mihi vſquequaque placet conſilium Raymũdi probati à S. Ant. [i] quòd rex, aut dominus, qui ſuis ſubditis aliqua de ſupra memoratis cauſis, quippiam reſtituere tenetur, nec poteſt (aut certè difficilè) id facere, condonet eis aliquas operas, vel iura ſibi debita, in perpetuum, eiſve annuam penſionem perpetuam, aut temporariam in id ſufficientem, ſuper bonis regni conſtituat: vel Xenodochium, aliúdve opus pium illorũ accedente conſenſu, ſi obtineri poſſit, inſtituat: non, in quã, omnino placet. Tum, quia impotentia eũ excuſat. [k] Tũ, quia non poteſt iura regni diminuere, eiúſve onera augere. [l] Tũ, quia non ſufficit elargiri pijs, quod debetur alijs. [m] Tum, quia conſenſus ſubditorum, in eiuſmodi,

[4] *c. ſi Dominus, c. qui reſiſtit, 11. q. 3. & Caieta. in d. verbo homicidium.* [b] *iuxta S. Tho. in d. qu. 67. art. 2. & alios per Caiet. ibi citat.* [c] *text. in l. illicitas § veritas ff. de offic. præſid. & in l. Paſtoralis, §. quia verò, de offic. deleg. & vtrobiq; com.* [d] *arg. l. qui poteſt inuitus, ff. de reg. iur.* [e] *Lib. 1. ordinat. tit. 76.* [f] *cap. bonæ 1. de elect. vbi Panor. iuncto c. cum olim, de re iud. vbi poſt alios Fel. col. 5.* [g] *vt ſentit S. Th. in 2. 2. qu. 67 art. 2. facit, c. ad noſtrã, de iureiur.* [h] *vt probauimus in c. 1. de cauſ. poſſ. per gl. ſing. in l. antep. ff. in quib. cauſ. mai. laudatã per Rauen. in d. c. 1. & Dec. in c. ex parte 2. de offic. delega. col. 2. & c. quæ in eccleſiarum, de conſt. col. 9.* [i] *2. part. tit. 2. c. 7. §. 3.* [k] *per dicta ſup. c. 17. n. 60.* [l] *c. intellecto, cum ei adnot. de iureiur.* [m] *arg. c. ea te de iureiur. & c. cum tu, de vſur.*



upna

raró eſt ſpóntaneus, iuxta illud, ( *Preces Principis iuſſa ſunt.* [a] Itaque ſecurius cõſilium foret, vt ſuperflua ſui ſtatus reſecando, parciúſque viuendo, & à donis gratuitis abſtinendo, quantum poſſet de reditu ſuo reſidui quippiam faceret quo debita perſolueret, & reſtitueret. [b]

XXV. Peccat mortaliter Rex, qui vt iudex, facit quippiam quod iudici non licere, mortaléque eſſe, § ſeq. dicetur.

[a] *gloſſ. in l. 1. ff. quod iuſſu.*

[b] *ex mẽte Ariſt. 4. Moral. & S. Tho. 2.2.q.118. art. 1. & meliùs q.58. art. 1. ad 1.*

## De peccatis Iudicis ſuperiorem agnoſcentis.

Summæ.

12 *Iudex vt peccat mortaliter ſuſcipiendo officium, cui eſt impar.*

12 *Iudex iudicans iniuſtè, aut accipiens pretium vt ferat ſententiam etiam iuſtam, vt peccat.*

13 *Exemptus hodie multò plus ſubiacet ordinario, quàm olim.*

13 *Iudex vſurpans iuriſdictionem, non ſeruans ordinem iudiciarium, vt peccat.*

13 *Iudex malè capiens, & victum non condemnans in expenſis peccat.*

13 *Iudex non ſatis ſtudens, nec conſulens, affectu condemnans, & miſeris non deferens, vt peccat.*

14 *Iudex appellationi non deferens, vel eam non admittens, vt peccat.*

14 *Iudex pœnam legis augens vel diminuens, vt peccat.*

15 *Appellatio ab interlocutoria, in quibus cauſis criminalibus hodie ſublata.*

15 *Iudex ſententiam nullam ſuperioris exequens, vt peccat.*

16 *Iudex non obediens eccleſiæ, non ſeruans interdicta, prehendens iudicem eccleſiaſticum, qui eum excommunicauit cogens abſoluere, libertatem eccleſiæ minuens, res intra eccleſiam capiens, vt peccat.*

17 *Eccleſiæ immunitate qui gaudent, & ſeq.*

17 *Iudex extrahens quem ab eccleſia, approbans falſitatem officiariĩ, negans damnato confeſſionem, vt peccat, & ſeq.*

19 *Eccleſiæ immunitate gaudet regulariter omnis Chriſtianus [illegible]enſum, & non alij, & 4. ſeq.*

24 *Iudex partibus æquales aduocatos non aſsignans, non viſitans carcerem, excommunicatum admittens, clericum ſuo iudici non reddens, iudicans die feſto, iura nimia exigens, fingens quò fœminam adeat, procedens ſine accuſatore, vt peccat. & ſeq.*
25 *Iudex non inquirens, generaliter interrogans, & inquirens ſpecialiter vt peccat. & 16.*
27 *Domini terrarum cultarum à Sarracenis eis decimantibus, hoc agant.*

12 Peccat mortaliter primò Iudex petens, aut ſuſcipiens munus gubernandi, vel iudicãdi, quo ita eſt indignus, vt ſit veriſimile inde non leue damnum proximo euenturum. [a]

II. Peccat, qui ſciens, aut ſcire debens, ſententiam iniuſtam fert, aut iuſtam ferre negligit, amore, odio, precibus, metu, aliáve ſimili de cauſa, [b] cum obligatione reſtituendi, non ſolùm principale, ſed omnes impenſas, damnum, & intereſſe, quæ inde orientur [c] niſi cõſentiat in ſentẽtiam, animo remittendi debitum, de quo intelligi poteſt Medin. [d] Et ſi eſt eccleſiaſticus, tulítq; eã etiam repugnante conſcientiâ, ipſo facto eſt ſuſpenſus, & irregularis: ſi antequam abſoluatur ab ea, celebret. [e]

III. Peccat, pecuniam accipiens vt bene, vel malè iudicet, aut iudicare omittat, [f] cum eadem obligatione reſtituendi [g] ea, quorum meminimus in §. præcedenti: & etiam quod accepit, ſi vt bene iudicaret, accepit. [h]

13 IIII. Peccat, iudicans quippiam eſſe iuſtũ, vel iniuſtum, etiam ſi re vera ſit tale, non habet tamen in id iuriſdictionem, eò quòd reus eſt exemptus, licèt interdum aduerſus eum quippiam decernatur & concedatur per *c. 1. de priuil. lib. 6.* quod Concil. Trid. [i] innouauit & ampliauit Concilij verba qui requirit fontem adeat.

V. Peccat, iudicans etiam rectè, ſine tamen probatione ſufficienti: ſiue quia teſtes ſunt ſuſpecti, vel iniuſtè torti, aut non perluſtrauit (ſaltem mediocriter) proceſſum, probationémve legitimam non admiſit,

*[a] per cap. non eſt putanda, 1. qu. 1. Et ea quæ latè adduximus in prælect. c. ſi quãdo excepti, 12. cum trib. ſeq. & in c. inter verba concl. 2. ponendo exemplum de eo, qui noſcens ſe contra petentes ſententiam ferre non auſurum, iudex efficitur, cõtra cap. 7. Eccleſiaſt.*
*[b] c. ſi quis dixeritz, c. quatuor, 11. q. 3.*
*[c] c. fin. de iniur. ſiue appellat, ſiue non, gloſſ. c. paſtoralis, §. quia verò, de offic. deleg.*
*[d] in C. de reſtit. queſt. 3. cauſ. 7. in fin.*
*[e] c. 1. de re iud. lib. 6.*
*[f] cap. iubemus, cum 4. ſeq. 1. quæſt. 1.*
*[g] vt dictum eſt ſup. c 17. nu. 28. cum ſeq.* *[h] iuxta diſt. poſitam ſup. c. 17. nu. 33. & extraua. Ab ipſo Greg. XIII. quæ innouat. extraua. 1. de ſent. excom. in quam latè commentati ſumus.* *[i] ſeſſ. 7. c. 14. de reform.*

vt tradit S. Thom.[a] addens peccare quoque eum, qui probationem maiorem neceſſariã exigit. Quibus omnibus ſuffragantur plæraque iura.[b]

Inſuper, ordinem iuris non ſeruans, procedendo ſine libello: aut conteſtatione litis, vbi requiruntur: aut ſine dilationibus neceſſariis, vel ſuperfluas concedendo, nec admittendo iuſtas exceptiones: iniuſtáſve admittẽdo,[c] & interrogando ea, ad quæ pars reſpondere non tenetur.[d] In ſententia inſuper aliquâ clauſulâ ſub obſcurâ vtens, qua condemnatus aliquo tempore ſe contra iuſtitiam defendere poſſit. Et appellationem, aut recuſationem, quam non debet, admittens, vel contrà quam debet, non admittens, præſertim ob preces, aut munera, quod eſt peccatum in oculos noſtros in dies inuolans, S. Ant. aſſertore,[e] aut differens ſine iuſta cauſa expeditiones iudiciorum petitorum. Et ob pietatis famam, pœnam citra facultatem id faciendi, remittens totam, aut partem, eandémve augens, vt ſeuerum ſe oſtendat,[f] non faciendo ea in ipſa ſententia, aut faciendo quidem in ea, ſed citra iuſtam cauſam[g]

14 Et quàmuis ſuperiorem non agnoſcens, totam pœnam, illiúſve partem remittere poſſit, aut mutare corporalem in pecuniariam, ſi animaduertit id in honorem Dei, vel vtilitatem reip. ceſſurum: vt cùm reus vtilis eſt populo,[h] quin & ſi videt nullũ inde damnum publicum emergere, de conſenſu partis aduerſæ: ſi tamen præuidet, vel præuidere debet, occaſionem delinquendi eo præberi (quæ perſæpe præbetur ignoſcendo homicidiis, latronibus, iniquis iudicibus, & id genus aliis) grauiter peccat: tametſi pars aduerſa in id conſentiat.[i] Sententiam denique ſuperioris exequens, ſciens eam nullam eſſe, & irritam, ſiue quia errorem continet intolerabilem, ſiue manifeſtam iniuſtitiam.[k] Dixi (*ſciens nullam eſſe*) validam namque (licèt iniuſta ſit) exequi poteſt, poſtquam procurauerit ne exequutioni mãdetur.[l] Iubẽs etiam quempiam ſine iuſta cauſa comprehẽdi.[m] Et ſine iuſta cauſa omittens condemnare victum in impenſis à victore petitis.[n] Et qui ignorans quæ iudicis officio probè exercendo ſunt neceſſaria, non conſulit

a *2.2.q.60.art. 2. & 6.*

b *ca. ita corporis. 11.qu.3. & ca. 2. de probat. & ca. ad noſtram, 3. iuncta gloſ. antep. de iureiur.*

c *clem. ſæpe, de verb. ſign.*

d *gloſſ. magna c. 2. de confeſ. li. 6.*

e *3. part. tit. 9. c. 14. §. 2.*

f *iuxta S. Th. 2. 2. qu. 67. art. 4. & Alex. 3. part. deleg. iud quantum ad perſonã iudicis qu. 4. art. 4. S. Anton. 3. part tit. 29. c. 1. § 7.*

g *probatur per l. reſpiciendum. ff. de pæ & l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de iis qui not. infa. Deci. poſt alios in c. atſi §. de adulteriis de iudic. vbi latius diximus.*

h *l. ad beſtias. ff. de pæ. & Alex. vbi ſup.*

i *Caiet. in ſum. verbo iudicis peccata.*

k *gl. recept. cap. paſtoralis, §. quia verò, de offi. deleg. Alex. Alen. 3. part. tract. de 5. prab. membr. 1. art. 4. circa fi.* l *per dictũ §. quia verò, & ſupradicta.* m *vt dict. eſt ſup. c. 15. n. 14.* n *c. calumniã, de pœ. l. properandũ, § ſin autẽ, C. de iudic.*

quem debet. Qui autem aſſeſſorem habet: & quem debet conſulit, eiúſque conſilium ſequutus malè iudicat, non peccat, aſſeſſor autem & conſultor ſecus, cum obligatione reſtituendi. [a] Et mortali odio, malóve animo, aut fine (licet alioqui iuſtè) aliquem damnans morte, mutilatione, vel aliâ pœnâ. [b]

15. Concil. porrò Trid. [c] ita circa hæc ſtatuit. *In cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualibus vicario generali ante definitiuam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine non apelletur.* Quibus aduoto primò, conſonare illud iuri antiquo, quoad cauſas viſitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis. [d]

II. Diſcrepare, quoad cauſas criminales: viderique duntaxat eſſe locum ei in criminalibus agitatis coram epiſcopo, & vicario generali eius, non in eis, quæ coram inferioribus, vel delegatis à Papa, Legato, ſeu epiſcopo. Tum quia prœmium illius, habet id ſtatui in auctoritatem epiſcoporum, quò libentius reſideant in ſuis epiſcopatibus. Tum, quia verba ſæpius repetita ſolùm loquuntur de epiſcopis, & vicarijs eorum, nec quibuſcũque: ſed tantùm generalibus. Tum quia eſt ius correctorium, & nouum, per quod non recedimus ab antiquo, niſi quatenus in eo exprimitur. [e]

III. Iura remouentia appellationem in aliquot caſibus, & admittẽtia regulariter in omnibus, [f] ſolùm procedere in foro exteriori, in interiori namque, iudex grauans, peccat non admittendo appellationem, vel aliâ viâ grauamen non reparando: ſiue ſit caſus, quo liceat appellare, ſiue non. [g] Qua in re, quàmplurimi litigantes, aduocati, ac procuratores eorum, paſſim grauiſſimè peccant, cum obligatione reſtituendi.

IIII. Vt iudex peccet, non admittendo appellationem, & pars appellando, non requiri vt ſententia ſit iniuſta, ſecundùm acta: ſed ſufficere quòd credatur eſſe re ipſa iniuſta, & peragenda de nouo poſſit monſtrari eſſe talis. [h]

VI. Peccat mortaliter, peregrinos, viduas, pupillos & alias miſeras perſonas negligens notabiliter præferre alijs in iure ſibi reddendo. [i] Et iudex ſecularis man-

[a] *c. ſtatutum, §. aſſeſſorem. de reſcript. li. 6. Pan. & Anto in cap. tua nos, de homi. & Dei. poſt & ante alios, in lib. conſilij, ff. de reg. iur.*

[b] *per capit cùm miniſter, 21. qu. 5. & multa ibi per nos nuper adducta: quàmuis non tenentur reſtituere ſecundum mentem vtriuſque Tho. 2. 2. q. 40. art. 1.*

[c] *ſeſſ. 12. c. 1. de refor.*

[d] *per ca. licet, de offic. ordin. c. reprehenſibilis, de appell. cum eis adnot.*

[e] *l. præcipimus, C. de appell.*

[f] *iuxta gl. ſing. in l. qui reſtituere, ff. de rei vẽd.*

[g] *argu. l. 3. ff. de appell. & ca. ad noſtram, eod. tit.*

[h] *arg. c. per tuas, de ſent. excom. & ca. ſolet, eod. tit. lib 6.*

[i] *c. regum, 23. q. 5. Richard in 4. diſt. 15. art. 5. q. 4.*

datis Papæ, aliorúmve prælatorum non parens, eorúmve excommunicationes, aut interdicta, vt debet, non ſeruans.[a]

16 VII. Peccat cogens, aut præcipiens tempore interdicti celebrare, aut ne denunciati excommunicati, à diuinis officiis egrediantur: & eſt excommunicatus.[b] Inſuper, vi, metúve abſolutionem extorquens: aut excommunicationem, vel interdictum reuocari,[c] facultatemque comprehendendi, aut vexandi iudices eccleſiaſticos in perſonis, aut bonis, (quòd aduerſus eum cenſuras tulerint, vel ſuo iuſſui non paruerint)[d] faciens.

VIII. Peccat, prohibens ſubiectis ne vendant, vel emant ab eccleſiaſticis: & eſt ipſo facto excommunicatus.[e] Et compellens, vt bona immobilia, aut iura eccleſiæ ſubiiciantur laicis: ſeu ad eoſdem transferantur,[f] iubens denique, capi cruces, ornamenta, libros, aliáve eccleſiæ bona.[g]

17 IX. Peccat, extrahens, aut volens vel iubens extrahi vi è loco ſacro eos, qui ad illum confugerunt.[h] Pro cuius rei notitia ſubiicio ſequentia.

Primum, quod per locum ſacrum, hoc in loco, intelligitur quælibet eccleſia, baſilica eremitorium, ac quodlibet aliud ſacellum, miſſæ dicendæ, epiſcopali authoritate conſtructum: ſine qua deſtrui non poteſt.[i] Cæmeterium item, quod eſt locus per epiſcopum ſepeliendis mortuis ſacratus: ſiue ſit continuum, ſiue contiguum eccleſiæ, ſiue ab ea ſeparatum.[k] Dormitorium inſuper commune clericorum, & religioſorum[l] Et ianua, ac portic⁹ eccleſiæ aut cœmeterio adnexa[m] Clauſtrum quoque, & pauimentum, licèt ſpatium pluſquam 30. paſſuum cõtineat.[n] Domus item epiſcopalis, quamuis ab eccleſia ſeiuncta ſit.[o] Domus etiam eccleſiæ ad habitationem clericorum intra 40. aut 30. paſſus conſtructæ, aliàs non, niſi alicui ſacello adnexæ forent.[p] 18. Spatium item 40. paſſuum in circuitu eccleſiæ maioris, & 30. in circuitu eccleſiarum minorum.[q] Quàm-

*[a] ca. 2. de maio. & obed. c. 11 q. 3. [b] clem. grauis, de ſent. excom. [c] c. 1. de his quæ vi met. lib. 6. [d] ca. quicunque de ſent. excom. lib. 6. de qua infra c. 27. n. 98. [e] c. eos, de immu. eccleſ. lib. 6. [f] ca. 2. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. [g] c. indignè, 12. q. 1. [h] per c. definiuit, ca. ſi quis contumax. & c. reum, 17. q. 4. & multas leges regias citatas à Don. Remigio à Gogni Pampilon. lib. de immu. eccleſ. & per leges Luſitaniæ. [i] iuxta mentem Card. conſil. 11. & d. Remig. vbi ſup. ampliat. 1. 2. & 3. [k] c. quiſquis, 17. q. 4. [l] arg. c. cùm pro cauſa, de ſent. excom.*

*[m] d. cap. ſi qui contumax, Pan. in c. pen. de immu. eccleſ. [n] ex Remig. vbi ſup. ab ampliat. 5. vſque ad 15. [o] c. id conſtituimus, 17 q. 4. Inn. & commu. in d. c. inter alia, de immun. eccleſ. [p] d. c. quiſquis. [q] c. ſicut antiquitus, & d. c. quiſquis 7. qu. 4. aſſertore Oldrad. conſil. 35. & Feli. in d. c. cum pro cauſa.*

uis, nullo in loco id ſeruetur, niſi quoad fines cœmeterij, forium, clauſtrorum ac graduum: videmúſque vſu[b] magis receptam opinionem, quam ridet Oldrad.[a] quàm ſuam. Adhæc, hoſpitale epiſcopali authoritate conſtitutum.[b] Et presbyter deferens ſanctum ſacramentum extra eccleſiã.[c] Quin & Cardinales hoc priuilegio vtũtur: quod tamen nullo iure ſcripto probatur, quàmuis fortaſſis non ſcripto conſuetudinis, ſecus,[d] & proinde à fortiori, eo vtentur Imperatores, Reges, ipſorúmque Regiæ: quàmuis non eorundem ſtatuæ, aut domus aliorum magnatum, niſi priuilegio donatorum.[e] In vrbe tamen nulla eccleſia gaudet hac immunitate, aduerſus iudices etiam ſeculares Papæ: licèt dominus Cardinalium, cum certo ambitu, & legatorum Regum ac Rerum publicarum, ea gaudere videamus.

19 Secundum, quòd hac immunitate gaudent omnes, & ſoli Chriſtiani liberi, qui ad prædictum locum ſacrum, ſiue ob delicta, ſiue ob debita confugiunt.[f] Quin & ſerui ob delicta, quæ grauiſſimè à iure puniri poſſunt, confugientes: aut ob ſæuitiam dominorum, aliàs non: & ſuis dominis reddi debent, præſtita tamen cautione ſaltem iuratoria, non ſæuiendi in eos.[k]

Tertium, his conſequens eſſe, hac immunitate gaudere excommunicatos, interdictos, & ſuſpẽſos,[h] quum non excipiantur à regula prędicta. Eademque ratione, qui de licentia cuſtodis carceris, vel ſine illa etiam violato iuramento, de non egrediendo carcerem, confugit: licèt enim teneamus[i] iuſtè in carcerem coniectum, è carcere exeuntem, præſtito iuramento de redeundo, teneri redire: vi tamen educi non poteſt, imò & qui[k] violato carcere, confugit. Et qui comprehenſus, per locum ſacrum ducitur,[l] etiam ſi iam damnatus ad ſupplicium ducatur: quum iam intra eam ſit receptus: & à fortiori, qui è manibus adminiſtrorum iuſtitiæ elapſus, in eam fugiens eſt ingreſſus.[m] Gaudet etiam percutiẽs clericũ, eũmve occidens, & conſequẽter omnis ſacrilegus, qui in loco ſacro facinus non committit, quicquid relati per Remig.[n] dicant ſine textu, & iuſta ratione: cùm à regula prædicta non inueniantur excepti. Exules

[a] ibi.
[b] iuxta Pan. in c. pen. col. 2. de immu. eccleſ.
[c] iuxta Oſtienſ. & commun. in c. ſane, de celeb. miſſ. & Remig. vbi ſupra ampliat 18.
[d] Andr. Sicul. de præſt. Card. q. 9. part. 1.
[e] Remig. vbi ſu. ampliat 21.
[f] d. c. inter alia, vbi Panor. n. 4. & Remig. vbi ſup.
[g] iuxta Pan. & commun. in d. c. inter alia
[k] iuxta Imol. Boniſ. & commun. in clem. 1. de pœ. & remiſ.
[i] cum gloſſ. ſing. clem. paſtoralis, verbo per violentiam, de re iud.
[k] Steph. deciſ. capel. Tol. 422.
[l] Nicol. Boerius, deciſ. 100. col. 2. & commu. contra Archid. in c. ſicut, 1. 17. q. 4.
[m] Remig. vbi ſup. fall. 31.
[n] fall. 32. & 34.

item, ſiue banniti, etiam, ita, vt impunè occidi poſſint. Adhæc, obligatus reddere rationes: & mercator, qui decoxit, aut fidem fefellit: & qui transfugit ad hoſtes, quicquid dicant relati à Remigio,[a] modò non delinquant in eccleſia, nec alia delicta excepta perpetrent: non enim eſt textus, aut vlla ratio firma, quæ eos à prædicta regula excludat.

20 Quartum, quòd non gaudent hac immunitate Iudæi, Mauri, Pagani, hæretici aliíque infideles: niſi quando confugiunt, vt verè fideles fiant.[b] neque blaſphemus. Nicol Boërio aſſertore.[c] Quod (noſtro iudicio) non probatur, per rationes dicti Nicolai malè digeſtas: cùm (quicquid ille dicat) certum ſit, blaſphemum, quatenus tantùm talis eſt, non eſſe hæreticum,[d] at ſi vnâ cum blaſphemia hæreſi infectus ſit, non quidem qua parte eſt blaſphemus: ſed qua hæreticus, & infidelis, deſinit gaudere hac immunitate. Non item gaudet viarum publicus graſſator, aut nocturnus ſegetum aliarúmque frugum vaſtator.[e] Neque qui occidit, mutilat, aliúdve graue crimen in loco ſacro admittit,[f] quia à prędicta regula excluduntur.[g]

21 Nec refert, an delinquant ſpe immunitatis, an citra illam.[h] Quòd quàmuis ſit contra communem in theorica: eſt tamẽ in praxi receptum,[i] quod iſta Luſitania non ſeruat, cuius leges ita diſtinguere videntur.[k] Neque qui inſidioſè occidit, animóve occidendi percutit,[l] quàmuis ſecus, ſi abſque tali animo percutit, ſecundùm ius commune. Sed iuxta leges Luſitaniæ vſu receptas, nemo alium de induſtria vel in duello occidens, aut percutiens, hac immunitate gaudet.[m] Nemo item ea gaudet, qui ex eccleſia alterũ extra eam exiſtentem percutit, neque viceuerſa,[n] quum in eccleſia cẽſetur delinquere. Neque qui exiſtens intra eccleſiã iuſſit extra illam delictum fieri, quoad delictũ, quod iubẽdo committit: quia in eccleſia patratum fuit quàmuis ſecus quoad delictũ patratũ iuſſu ſuo.[o] Neque qui in eccleſia exiſtentem, vi extraxit, ſaltem veſtibus trahendo: quia in eccleſia delinquit. Neque qui extrahi eum iuſſit, quoad delictum, quod in hoc commiſit: quàmuis quoad delictum, quod interficiendo, aut percutiendo eo

[a] fall. 37. & duabus ſeq.
[b] l. 1. cum gl. C. de his qui ad eccleſ. confug. Nicol Boer. deciſ. 100.
[c] in d. deciſ 100 & aliis quos refert, & ſequitur Remig. vbi ſup. fall. 21.
[d] iuxta vtrũque Tho. recept. 2. 2. q. 13. art. 1.
[e] c. inter alia, de immu. eccleſ.
[f] c. fin de immu. eccl. iuxta communẽ quã copioſè tractat dictus Remig.
[g] per dicta iura.
[h] ſecundum Pan. in d. c. fin.
[i] ſecũdum Steph. in deciſ. 422. Capell. Tholoſ.
[k] li 2. ord. tit. 4
[l] iuxta commu. in d. ca. 1. de homic contra Pan. quam d. Remig. copioſe refert vbi ſup. fall 11. & 2. ſeq.
[m] lib. 2. ordin. tit. 4 § 3.
[n] iuxta Pan. & communem in d. c. fin.
[o] Remig vbi ſup. fall. 5.

extracto committere ſecus, [a] hoc enim extra illud verò, intra cõmiſſum eſt. Nec qui ſponte egreditur.[b] Neq; is, qué Papa educi iubet. [c] Neq; perſonę eccleſiaſticæ [d]

22 Quod videtur limitandum quoad iudicem eccleſiaſticum, non autem quoad iudicem ſæcularem, quem arbitror non poſſe extrahere ab eccleſia clericum in minoribus conſtitutum, etiam ob delictum: licèt quoad illud poſt Conc. Trid. [e] habeat in eum iuriſdictionem. Neque qui ex eccleſia iniuſtè defendens, pugnat: quia intra eccleſiã delinquit. Neque qui prope eccleſiam delinquit, animo ad eam confugiendi. [f] Quàmuis quoad Luſitaniam, nihil referat, prope eccleſiam, an verò longè delinquat: ſed an caſu, aut data opera id faciat. [g] Neque etiam ſecundùm ius commune, noſtro iudicio. Tum, quia non eſt textus, id diſcriminis ſtatuens. Tum, quia, ſupra proximè ſequuti ſumus opinionem Panor. dicentis nil referre, an, qui in eccleſia deliquit, id faciat ſpe immunitatis eius, an citra illam. Neque etiam gaudet, qui ab eccleſia ſponte egreditur, licèt ſubdolis nonnullorum machinationibus & verbis deceptus: quàmuis promittens reddere eccleſiæ, eiuſmodi ve dolis vtens (ſiue ſit iudex, ſiue alia perſona particularis) fidem ſeruare teneatur. [h] Neque igne delens, diruénſve eccleſiam, quum in ea delinquat. [i]

23. X. Peccat mortaliter, conſentiens ſuis officiarijs aliquo dolo vel falſitate in non leue partium damnum vtentibus: quia *facientes, & conſentientes,*[k] *&c.* aut nõ ſeruans conſuetudines, & ſtatuta quæ ſe ſeruaturum iurauit: ſi ſint licita, poſſibilia, nec derogata ſaltem conſuetudine contraria. [l]

XI. Peccat, damnato ad mortem non permittens locum ſuſcipiendi ſacramentum pœnitentiæ ab eo petitum: nec contraria eum conſuetudo excuſat [m] Idémque eſſe de ſacra communione tenet [n] gl. communiter recep. quam latè Rauennas defendit: [o] quæ tamen in Gallia nõ eſt vſu recepta, ſecundũ Steph.[p] & Robert. Gaguinum [q] dicentes negatam fuiſſe Comeſtabili Galliæ Ludouico Lucemburgenſi, quando anno 1475. iugulatus fuit Neque etiam in Hiſpania: & quidem non malè (noſtro iudicio) quàmuis prædictus Rauen cum

[a] *Remig. vbi ſup. à fall. 4. vſque ad 11.*

[b] *iuxta Oſtien. & Communem in d. c. fin.*

[c] *c. vxor Felicis, 16. q. 4.*

[d] *iuxta Pan in d. c. fin. vſu receptum.*

[e] *ſeſſ. 23. c. 6.*

[f] *iuxta Oſtien in ſum. de immun. §. Inquantum. n. 8. & alios, quos refert & ſequitur Remig. vbi ſup. fall. 2.*

[g] *lib. 2. ordin. tit. 4 §. 3.*

[h] *iuxta relata à d. Remig. vbi ſup. fall 25.*

[i] *c. fin. de immun. eccleſ. quicquid aſſerant relati à* Remig. *vbi ſup.*

[k] *c. 1. ad Rom. c. 1. de off. deleg. & Clem. 2. §. Notarij, de hæret.*

[l] *c. 1. de iureiur. lib. 6.*

[m] *Clem 1. de pœnit. & remiſſ.*

[n] *ibi.*

[o] *in Tract. incipiente valete, in*

*§. alphabeti aurei* [p] *de poteſt. eccl. caſ. 118.* [q] *in vita Ludouici xj.*

communi oppoſitum teneat, vt in d. *cle.* defendimus; quòd ita fieri expedit variis de cauſis, ne exequutio ſententiæ criminalis plus ęquo differatur, ſi ea condemnato indulgeretur. Tum, quia irreuerentiæ eſſet ſumere ſupplicium de aliquo, eo ipſo die, quo communicauit: cùm non conſtet ſpecies ſacramenti digeſtas eſſe. Tum quia non eſt tanta ratio concedendi hoc ſacramentum, quanta pœnitentiæ, cui ſuſcipiendæ prædicta *Clement.* præcipit dari locum. Inualuit nihilominus in vrbe conſuetudo,[a] digna maxima ſummorũ Pont. prudẽtiâ (quã totum imperium Chriſt. imitari deberet) vt damnato ad mortem, denuncietur ſententia, poſt mediam noctem, quò liceat ei confiteri, & communicare quatuor horas, priuſquàm ducatur ad ſupplicium, & (ſi libuerit) etiam teſtari: vt iam corrupta tanto temporis ſpatio panis ſpecie, citra vllam irreuerentiam Sacramẽti, magno eius fructu, moriatur in æuum victurus.

24 XII. Peccat, qui coram ſe litigãtibus æquales aduocatos & procuratores ex eis, qui coram ſe aduocati, aut procuratoris munere fungũtur, nõ concedit, dãmno notabili alterius partis.[b] Pręſertim perſonis miſerabilibus: quibus interdum etiam non patentibus proſpicere debet.[c] Imò & interdum ſine ſtipendio, quando nimirũ ſoluendo non ſunt, & aduocati citra eiuſmodi ſtipendium, illis patrocinari poſſunt, Silu. aſſertore.[d]

XIII. Peccat mortaliter, non viſitans carceres, aut non procurans, vt in carcerem cõiectis neceſſaria vitæ ſuppeditentur, cum illorum damno notabili,[e] aut in ſuo Tribunali excommunicatum denunciatum admittẽs in actorem, aduocatum, aut teſtem, contra ſuperioris iuſſum, iuſtámve partis aduerſæ poſtulationem.[f] Dixi, *Contra, &c.* ſecus enim non videretur nobis pluſquam veniale, ſi inde damnum notabile alteri non obueniat.

XIIII. Peccat iudex laicus, non reſtituẽs ſtatim eccleſiaſtico captum, aſſerentem ſe eſſe clericum, ſi eum in habitu clericali inuenit, aut manifeſtò conſtat eum clericum eſſe, eſtque excommunicatus.[g]

Dixi, *In habitu clericali*, alioqui enim non tenetur reddere eccleſiaſtico, donec ei de clericatu conſtet.[h] nec tunc quidem, eſt clericus coniugatus: niſi probet, ſe vnam ſolam, & virginem vxorem duxiſſe, habitúmque

[a] *vt in Enchir. de orat. c. 21. n. 11. prodidimus.*

[b] *l. Prouidẽdum, C. de poſtul.*

[c] *l. Nec quicquã §. fin. ff. de offic. Proconſul.*

[d] *verb. Aduocatus, q. 18*

[e] *arg. l. iudices, C. de Epiſc. aud. & c. Paſce, 86. diſt.*

[f] *c. Decernimus, de ſent. excom. lib. 6. & Innoc. in c. 1. de offic. ordin.*

[g] *c. ſi iudex, de ſent. excom. li. 6.*

[h] *d. c. ſi iudex, & ibi omnes.*

& tonſuram clericalem geſtaſſe.[a] Atqui, peccat iudex laicus capiens clericũ, qui vi abſtulit ab eo proceſſum, & retinens tantiſper dum illum reſtituat, ſi facto delicto vel in flagranti eum capiat, nec remittat ad iudicem eccleſiaſticum infra tempus debitum.[b]

25 XV. Peccat, qui die in Dei honorem feriato teſtem iurare facit, aliumve actum iuriſdictionis qui non eſſet meræ exequutionis exercet,[c] niſi neceſſitate excuſetur.[d] Inſuper, qui accipit pluſquam valet cera & labor ſigilli ſignandi,[e] quod vſu receptum non eſt, nec eſt verum, vbi viget lex, aut conſuetudo, quæ contrariũ induxit, quicquid ille ſentiat.[f]

XVI. Peccat, fingens quippiam fraudulenter, quò (mulierem viſitaturus) eat, vel mittat ad excipiendum eius teſtimonium: & eſt excommunicatus.[g] Aut ex officio ſuo procedens citra petitionem partis, ad vtilitatem priuatam, aut etiam publicam, in delictis ſine accuſatore; exceptis caſibus quibus ius id permittit, qui ſunt multi, ſecundùm multos, quos quaſi ad vnum alibi[h] reduximus cùm nimirũ primariè intenditur cohibitio malorum futurorum, & materiæ illorum, generaliter.

26. XVII. Peccat, qui ceſſante iuſto impedimento, omittit viſitare, aut inquirere quò pernoſcat delinquẽtes, & delicta ſui territorij: illúdque eis expurget.[i] Et qui in huiuſmodi viſitatione, ac inquiſitione generali, interrogat quempiam ſpeciatim an hic, vel ille, hoc, aut illud delictum patrârit. Et qui generaliter edicit, aut ſpeciatim adiurat quempiam, vt manifeſtet ſibi quicquid ſcit, ſiue occultum, ſiue publicum ſit: non enim debet velle, vt quicquid ſcitur, ſibi dicatur, ſed ſolùm quod eſt notorium, vel famoſum.[k] Inſuper, qui procedit viâ inquiſitionis, contra aliquem particulariter: vel interrogat de ſocijs criminis.[l] Aut facit, vel conſulit quippiam eorum in quibus ſupra[m] reges, & monarchas mortaliter peccare dictum eſt.

27 Domini porrò ditionum in quibus prognati à Saracenis degunt, omnéſque reditus eccleſiaſticos capiunt, tenẽtur ſuppeditare congruã ſuſtẽtationẽ parochis eccleſiarũ,[n] & denũciare ſacroſanctæ Inquiſitionis officio eos, quos nouerint cæremonijs, mahometicis addictos iuxta mãdata Inquiſitorũ, quæ circa id nõ raro ferũtur.

[a] c. 1. de cler. coniug. lib. 6.

[b] per not. in c. Cùm non ab homine, de iudic. à Panor. Aret. Felin. & Dec. qui à n. 10. lucidiùs alijs, id reſoluit.

[c] c. 1. & fin. de fer.

[d] per ead cap. & ibi adnotata

[e] iuxta Gabr. in 4. diſt. 15. qu. 6. art. 5. dub 5. litera R. S.

[f] arg. c fin. de cõſuet. & c. Ad Apoſtolicã de Reg.

[g] c. Mulieres, de iudic. lib. 6. & ibi gloſſ. verb. Non fingatur.

[h] in d. c. inter verba, concluſ. 6.

[i] arg. l. Cõgruit, ff. de offic. Præſid. & c. 1. de offic ordin. cũ adnot.

[k] per dicta ſup. c. 18. n. 59.

[l] contra ſupradicta c. 18, n. 58.

[m] §. proximo.

[n] arg. c. De monachis, de Præbend.

# De peccatis Aduocatorum, & Procuratorum.

## Summæ.

28 *Aduocatus, vt peccat, neceſſaria ignorans, fouens litem iniuſtam. Aut eſt in cauſa, cur aduerſarius ſuâ iuſta cauſa cadat, vel ob nimias dilationes, & illicitas ſubornationes teſtium, illi officit, &c. aut aduerſario ſecreta ſuæ partis pandit: pauperi non ſubuenit, plus æquo exigit, aut de ſuo ſtipendio ita: conuenit. &c. & n. 29.*

30 *Præuaricator eſt aduocatus, parti aduerſæ fauens.*

30 *Stipendium aduocati, quod iuſtum, vt in pactum deduci poteſt.*

28 Mortaliter peccat primò, aduocatus qui patrocinatur, cùm ad id inhabilis ſit [a] & proinde peccat, qui iuris ignarus id facit: niſi defectu iuriſperitorum, id faciat ad tribunal, in quo patrocinatur, mediocriter inſtructus ex libris ſermone vulgari ſcriptis. [b]

II. Peccat, defendens cauſam, quam ſcit eſſe iniuſtam, cum obligatione reſtituendi damna parti aduerſæ: imò & ſuæ, ſi eam id non admonuit. [c] Et qui licèt neſciat eam omnino eſſe iniuſtam: magis tamen reputat eſſe iniuſtam, quàm iuſtam. [d] Quíque à principio credit iuſtam: nec eâ ſuperſedet, poſtquam nouit non eſſe talem: quàmuis enim aduerſario id indicare, aut ſecretum detegere non debeat: à patrocinio tamen ſuę partis, deſiſtere debet, ſuámque ſententiam declarare, imò & inducere ad concordiam honeſtam. [e] Quãuis, ſi cauſa dubia & obſcuritatis inuolucro contecta ſit, ob varietatem opinionum eruditorum virorum, diuerſóſve intellectus legis, qua eſt decidenda, poterit ad finem vſque citra peccatum proſequi, ſi pars ſua admonita, id voluerit. [f]

29 III. Peccatis cuius notabili negligentiâ, aut ignorantiâ, pars ſua iuſtâ cauſâ cadit: cum obligatione ad damna, & intereſſe, [g] ſi pro Doctore ſe gerit, & cliens eius ignorantiæ conſcius non eſt: aliàs ſecus, niſi ſit in dolo, vel lata culpa. [h]

[a] *l. Nemini. C. de Aduo. diuer. iud. Pan. in rub. de poſtul. Baro. in l. 1. ff. eod. S. Tho. 2. 2. qu. 71. art. 2.*

[b] *arg. l. Certi, C. de iudic. & gloſ. c. Ad audientiã, de conſuet.*

[c] *arg. c. 1. ad Rom. & c. 1. de offic. deleg.*

[d] *Anton. Butr. in c. Breui, de iureiur.*

[e] *iuxta S. Tho. 2. 2. q. 71. art. 3.*

[f] *Silu. verbo Aduocatus, qu. 10.*

[g] *l. Idem iuris, 1. ff. ad l. Aquil. & Oſtien. in c. Calumniam, de pœn.*

[h] *iuxta mentem Innoc. in c. ſicut dignũ, de homic. & Silueſt. verb. aduocatus, q. 24*

IIII.

IIII. Peccat, faciens quippiam, quò causâ iuſtâ aduerſarius cadat: aut inferens ei damnum notabile, poſtulando, vel dando ſuperfluas dilationes, aut ſubornãdo partem, vel teſtes, ne verum fateantur, aut id genus aliis modis, cum obligatione reſtituendi damna, & intereſſe.[a] Denique, faciens exhiberi inſtrumentum, aut teſtes falſos, vel allegans iura falſa, aſſerénſve quæ non obſcurè ſcit eſſe falſa,[b] quàmuis poſſit prudenter occultare & tacere quod ius ſuæ partis conuellere poſſet,[c] honeſtéque ſimulando, ſuum aduerſarium fallere,[d] citra tamen mendacium.[e]

V. Peccat aduerſario reuelans ſecreta non leuis momenti ſuæ partis,[f] cum obligatione reſtituendi damna. Et non ſubueniens pauperi, in extrema neceſſitate ſui auxilij conſtituto, quòd ex defenſione illius cauſæ, vita ipſius aut ſuorum pendeat,[g] aliàs ſecus:[h] non enim tenetur magis largiri eleemoſynam de ſua arte, quâm diues de ſuis bonis, quicquid dicat Oſtien.[i]

30 VI. Peccat, ſtipendium indebitum, vel notabiliter maius debito, pro patrocinio exigẽs,[k] & parti aduerſæ publicè: aut ſecretò fauens, quod eſt præuaricatorem agere.[l] Stipendium verò ſiue honorarium moderandũ eſt, iuxta exigentiam cauſæ, laboris, ſcientiæ, & conſuetudinis regionis.[m] Conuentio autem non eſt in medio litis, ſed in principio, vel fine, cum eo quem in ſuam fidem recepit, ineunda.[n] Quàmvis verè iuſta, citra vim & ſcandalum facta, non videatur peccatum, ſaltem in foro conſcientiæ: quia in eo ceſſat præſumptio, qua hoc caſu nititur forum exterius.[o]

VII Peccat, conueniens de quota parte litis, putà, dimidiâ, tertiâ, quintâ, aut decimâ, contra iura[p] quibus id vetatur, ne præbeatur occaſio volendi per fas & nefas cauſam obtinere ſeu vincere. Idémque cẽſendum ſi paciſcatur, vt obtenta ea, tantum ſibi ſoluatur.[q] Quàmuis citra peccatum conuenire poſſit, vt ſibi certa quantitas iuſta pro ſuo labore ſoluatur, ſiue in cauſa obtineat, ſiue non.[r] Imò & de certo aliquo palmario ſibi dando, præter ſtipendium, ſi victor euaſerit,[s] modò ſit moderatũ.[t]

[a] iuxta Oſtien. d. c. calumniam communiter recept.
[b] iuxta ſum. Cõfeſſ. lib. 2. tit. 5.
[c] gloſ. c. Nequis, 22. q. 2.
[d] gloſſ. c. Dominus, 23 q. 2.
[e] arg. d. c. Nequis.
[f] l. 1. §. ſi is qui, ff. ad l. Cornel. de falſ.
[g] c. Paſce, 86. diſt.
[h] per dicta ſup. præced & ſentit. D. Tho. declarátque Caie. 2.2. q, 71. art. 1.
[i] De pœnit. & remiſ. §. quibus verſ. quid de aduocatis, Ang. Roſel. Silu. verb. aduocatus, q. 16 in ſuis ſummis.
[k] c. Non ſanè, 14. qu. 5.
[l] l. 1. ff. de præuaric. adiuncta doctrina Bart. ibid.
[m] l 1. §. In honorariis, ff. de var. & extraord. gl. c. Nõ liceat, 11. q. 3. [n] c. Infames, § Præterea, 3 q. 7. [o] ar. not. in c. Is qui, & c. Tua, de ſponſ. [p] l. Sũptus, ff. de pact. l. Litem, C. de Procur. & §. Arcẽtur, 3 q. 7. [q] d. l. ſumptus [r] iuxta commu. in dd. ll. [s] iuxta in Alex. in d. & extraord. l. 1. ff. de var. [t] & extraord. iuxta Sali. in d. l. Litem.

# De peccatis Accuſatoris, Denunciatoris, & Cuſtodis.

Summæ.

31 *Actor, vel accuſator, vt peccat mortaliter, mouẽs, aut proſequẽs litem iniuſtam, aut malo fine: ſententiâ iniuſta vtens, diſcedẽs à lite, aut falſo iurans, mentiens etiam pro iuſta lite, non accuſans, iurans non accuſare, nu. 32.*

33 *Denunciator, vt mortaliter peccat denunciando, quod, aut quo fine, vel modo non debet, aut non denunciando, quod debet.*

33 *Denunciator ſeuum, & cum alio teſte probat.*

34 *Cuſtos & apparitor, vt mortaliter peccant, non accuſando inuentum, aut damnum non intimando, vel non reſtituendo.*

31 Peccat mortaliter primò, accuſans quempiam in iudicio criminis falſi: vel ſcienter debitum falſum exigens, cum obligatione reſtituendi omnia damna inde ſequuta: [a] aut ignoranter, ſed ſimul ac innotuit eſſe falſum, non ſuperſedet, [b] & qui etiam poſt definitiuam ſententiam in fauorem eius latam, nouit ſuam cauſam iniuſtam fuiſſe, nec reſtituit, quod eius virtute accepit, Inno. aſſertore.[c]

II. Peccat accuſans quempiam veri criminis aut exigẽs verum debitum, animo tamẽ, vel fine malo mortaliter: licèt non obligetur reſtituere. [d] Dixi (*Mortaliter*) ſecus enim, tantùm venialiter peccaret.[e]

III. Peccat, qui citatâ parte, non renunciatâ lite, procurat eam ſuſpendi contra voluntatem aduerſarij. [f] Aut deſerit cauſam ſpiritualem contra ius. [g]

32 IIII. Peccat, qui paſcitur, aut tranſigit in cauſa criminali adulterij, vel alius criminis, in qua pœna ſanguinis non eſt infligenda. [h] Quàmuis (noſtro iudicio) ſi ex eo damnum Reipub. aut proximi non ſequeretur, in foro cõſcientiæ, non foret mortale: cauſa namquę principalis, quare id vetatur, videtur eſſe damnum, vel ſcandalum publicum, quod inde naſcitur: & ita eâ ceſ-

[a] *c. Calũniator, 2. q. 3. c. Calumniam, de pœn. c. fin. de Dol. & contum.*
[b] *arg. c. ſi quem, 2. q. 3.*
[c] *in c. Quia plerique, de immu. eccleſ.*
[d] *c. Cùm miniſter, 23 qu. 5. cum ibi à nobis latè not.*
[e] *Ang. verb. accuſatio, 4.*
[f] *arg. c. Prout, de Dol. & contum. Aut. Qui ſemel. C. quomodo, & quando.*
[g] *arg. c. ſuper eo, cum gloſſ. de cog. ſpir.*
[h] *l. Tranſigere, C. de tranſact. iuxta communẽ intellectum.*

ſante, videtur ceſſare prohibitio.[a] Omnibus autem caſibus eſſet mortale, ſi tranſactio fieret interueniēte periuriò, vel mendacio pernicioſo, S. Tho. aſſertore[b] & etiam ſi, vt ſuper ſedeat lite iniuſtâ quicquam, accepit, cum obligatione reſtituendi.[c]

V. Peccat, qui vt obtineat in cauſâ iuſtâ, iuramentis, inſtrumentis, vel teſtimonis falſis, vtitur, ſine obligatione reſtituendi, S. Tho. autore.[d]

VI. Peccat, qui omittit accuſare aliquem, cuius delictũ in magnum damnum ſpirituale, aut temporarium rei pub. redundat: alitérque id impediri nõ poteſt[e] Idém que cẽſendũ de eo, qui iurat, aut promittit nõ accuſare de peccato mortali nondum patrato, eúmve iniuſtè accuſare.[f] Dixi [ *Nondum patrato* ] quia ſecus de patrato.[g]

33. VII. Peccat, denuncians, quod non debet, notabiliter nocendo, vel quando debet, intentione mortali,[h] aut omittens denunciare machinationem criminis cõmittendi in damnum ſpirituale, aut corporale, publicum, vel priuatum, veluti proditionis, coniurationis, hæreſis, aliorumve ſimilium: quàmuis ſecretus foret, & iuraſſet ſe non denunciaturum.[i] Idem quoque cenſendum, ſi non denunciat alia delicta pernicioſa ſoli auctori, à quibus correctione fraternâ non reſipiſcit, modò ea probare poſſit.[k] Dicitur autẽ poſſe probare, ſi habet vnum teſtem integrum: denunciator enim in hoc iudicio, alterius teſtis locum ſibi vendicat.[l]

34 VIII. Peccat, præfectus cuſtodiæ vrbis, qui iurans ſe accuſaturum, quos poſt campani æris ſonitum inuenerit, non accuſat: quum violet iuramentum iuſtum.[m] Quàmuis ſine obligatione reſtituendi pœnas, quas accuſati incurriſſent, iuxta S. Bernardinum, quẽ citauit Silu.[n]

Quinimo ex dictis ſupra,[o] deduci poteſt, neque etiam quod recepit, ne accuſaret, teneri neceſſariò reſtituere, iuxta opinionem, quam ſequuti ſumus ſupra.[p] Quàmuis ſi videt quempiam damnum facientem, eique qui damno affectus eſt non indicat, contra ſuũ iuramentum aut promiſſum, ratione ſui officij, non ſolum peccet mortaliter, ſed etiam reparare damnum teneatur.[q] Quod ipſum producendum videtur in

[a] *c. Cũ ceſſante, de Appell.*
[b] *vbi ſup. qu. 68. art. 3.*
[c] *iuxta not. in c. Dilectus, 1. de ſimon.*
[d] *2.2. q. 71. art. 3. ad 3.*
[e] *iuxta S. Tho. 2.2. qu. 61. art. 1. quod plurimum commendat ibidem Catet.*
[f] *l. ſi vnus, §. Pacta, & § illud. ff. de pact.*
[g] *d. §. Pacta gloſſ. c. Quemadmodum, de iureiur. Silu. verbo accuſatio, q. 6.*
[h] *S Tho. 2.2. qu. 23 art. 2.*
[i] *Innoc. in c. qualiter, 1. de accuſ. & Pan. in c. Dilectus, de exceſ. præl. par addicta in d. c. Inter verba, concluſ. 6.*
[k] *vt in ead. conc.*
[l] *l in omni, de teſtib.*
[m] *c ſi verò, de iureiur.*
[n] *verb. reſtitutio 3. q. 5. verſ. 7.*
[o] *in c. 23. n. 40. & 62.*
[p] *c. 17. n. 32. & ſeq.* [q] *Sil. vbi ſup.*

cuſtodibus & præfectis circa importandas, & exportandas merces in confinibus regnorum, prouinciarum, & ciuitatum: permittentibus exportari, vel importari vetitas, peccare nimirum mortaliter, & eſſe periuros, nec abſolui poſſe, citra firmum propoſitum nunquam id ampliùs permittendi: non tamen tenentur reſtituere pœnas, quas ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denunciati fuiſſent: aut bona, quibus ob id priuarentur: quàmuis tenerentur reſtituere vectigalia, quæ importatores, vel exportatores deberent: id enim, non eſt pœna, ſed intereſſe. Cui ſuffragantur infra dicenda, de teſte falſo.[a]

[a] *n.* 40.

# De peccatis Rei accuſati, & inquiſiti.

Summæ.

35 *Reus carceratus iniuſtâ cauſâ ſe defendens, vt peccat.*
35 *Reus iuridicè interrogatus veritatem, eam negans, vt peccat num.* 36.
36 *Confeſſarij caueant ne reos vitam, aut animam perdere faciant.*
37 *Reus non detegens ſocios, aut non parens excommunicanti vt peccat nu* 38.
38 *Confiteri an debeat, qui negauit, & nihilominus damnatur.*
39 *Reus defendens ſe mendacijs, aut à iuſta ſententia appellans, vt peccat.*

35 Peccat mortaliter primò Reus, ſcienter defendẽdam litem iniuſtam ſuſcipiens, aut non deſiſtens ab eius patrocinio, poſtquam ſciuerit eſſe iniuſtam, cum damno notabili aduerſarij.[b]

II. Peccat mortaliter, qui interrogatus à ſuo iudice ſeruato iuris ordine, non fatetur verum, etiam ſi ſit crimen morte plectendum.[c]

36 Dixi, *Seruato iuris ordine*: ſecundùm quem tria in hoc requiruntur, Primum, vt delictum ſit notorium, famoſum, aut ſemiprobatum, quod contingit, quando eſt vnus teſtis oculatus & omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura illi æquipollentia.[d] Secundum, vt probatio ſit exhibita apud Acta.

[b] *arg. c. ſæpe, de reſtit. ſpol. ad iuncto c. Pœnale,* 14 *q.* 5.

[c] *ſecũdũ S. Tho. recept.* 2.2.*q.*69. *ar.*1. *Gab. in* 4. *ſent. diſt.*15 *q.*6. *art.* 2. *vt latius tradimus in ca. inter verba conciuſ.* 6.

[d] *vt ſentit Bart. in l. fi. n.* 7. *ff. de quæſt.*

Tertium, vt ſit reo notificata, quò videat ſe teneri obedire mandato iudicis,[a] tunc autem adeo obligatur, vt à confeſſario non ſit abſoluendus, ni ſtatuat illud confiteri. Nam (vt rectè ait Sot.[b]) eiuſmodi reus non confitendo peccat, neque eum peccati pœnitet, ſed perſeuerat: & proinde, nec veniam, nec abſolutionem meretur,[c] quæ eſt ſingularis & indies obuia concluſio.

37 Sedulò itaque confeſſarius conſideret, ne præcipiendo confiteri, inducat reum in iacturam corporis, non præcipiendo autem, in iacturam animæ.[d]

38 Cæterùm, qui rite interrogatus, negauit delictum, quod cõfiteri tenebatur, & nihilominus, damnatus ducitur ad ſupplicium, non tenetur confiteri illud: niſi notabile aliquod damnũ inde alioqui probabiliter ſequeretur: nullo namque iure contrarium euinci poteſt, quũ ad eius animæ ſalutem, ſufficiat iuſta confeſſio cum abſolutione ſacramentali.[e]

39 II. Peccat, qui ſciens ſe iuſtè condẽmnatum, quò protrahat exequutionem, apellat,[f] cum obligatione reſtituendi omnia damna, & intereſſe, ſancto Thoma aſſertore.[g]

*[a] iuxta vtrũque Tho. 2. 2. q. 69. art. 1. & 2.*

*[b] lib. de rat. tegen. mẽb. 2. q. 7.*

*[c] cap. peccatiuenia, de reg. iur. lib. 6.*

*[d] vt vbi ſup. & c. 18. n. 58. monuimus varia, iſthuc pertinẽtia addentes & de fugiente extra carcerem c. 12. n. 18.*

*[e] c. quẽ pœnitet, de pœnit. diſt. 1.*

*[f] arg. l. 1 ff. de appell. & c. ad noſtram, eod. tit.*

*[g] vbi ſup. art. 4. c. omnino, &c. quicunque, 2. q. 8.*

## De peccatis teſtium.

Summæ.

40 *Teſtis vt mortaliter peccat aſſerens falſum verum.*

40 *Teſtis dubitans, nec reuocans ſuum dictum verum, quod putat falſum. & 41.*

41 *Teſtis iurans ſe teſtem non fore, excuſans ſe illicitè, abſentans ſe vt peccat.*

42 *Teſtis detegens, quod non debet, mercedem accipiens. n. 44. non parens edicto iubenti teſtari, vt peccat. nu. 45. & 46.*

43 *Teſtis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet.*

47 *Teſtis, quis tenetur ſe offerre, & quis non, & quis poteſt, & nõ tenetur nu. 48. & 50.*

49 *Teſtes quando dicuntur deeſſe, vt admittantur inhabiles, & cogantur priuilegiati.*

51 *Teſtis falſe teſtans, vt non reſtituit fiſco bona quærenda ei, ſi verum teſtatus fuiſſet.*

40 Peccat mortaliter primò, teſtis qui iuratus, aut iniuratus, verum eſſe in Iudicio affirmat, quod ſcit eſſe falſum, aut dubitat eſſe verum, vel ſupprimit verum in notabile alterius partis damnùm,[a] cum obligatione reſtituendi.[b] Deum namque Iudicem, & proximum offendit,[c] & quàmuis timor iuſtus à non teſtificando excuſare poſſit, non tamen à teſtificando falsè.[d] Dixi, (*Quod ſcit*) nam ſi mediocri diligentiâ in reuocanda ad memoriam veritate adhibita, erat, non peccat ſaltem mortaliter[e] At ſi nouerit ſe erraſſe, debet ſuũ effatũ reuocare, ſi palinodia prodeſſe poſſit, vt ſi ſtatim poſt atteſtationem, ſe corrigat,[f] & ex interuallo, antequam ſententia feratur, ſaltem quò extenuetur prius eius Dictum,[g] adeo vt deſinet eſſe teſtis integer, ideſt, omni exceptione maior.[h] Imo, interdum ſecundo teſtimonio, non priori credetur, quum nimirum, expenſis circunſtantijs perſonarum, cauſę, & temporis, iudici videbitur non reuocare ſuum pronunciatum ſubornatione, ſed ſtimulo conſcientiæ,[i] vt quum[k] epiſcopus probus, & diues, quippiam proferret in alicuius plebeij lite, & temporis ſpatio interiecto, iuratus diceret ſe errore, vel obliuione id aſſeruiſſe. At ſi magnâ negligentiâ, vel defecta, ſaltem mediocris conſiderationis, dicat falſum, mortaliter peccat, cum obligatione reſtituendi.[l]

41 II Peccat mortaliter, qui teſtatur verum, quod credit eſſe falſum, vel ſolo timore periurij teſtatur.[m] at citra obligationem reſtituendi: nam quàmuis nocere velit, non tamen nocet. Inſuper, qui iurat non teſtificari, etiam iubente ſuperiore, caſu, quo tenetur.

III. Peccat qui caſu, quo teſtificari tenetur, vt ſe ab eo excuſet, falsò aſſeruit partem aduerſam ſibi inimicam eſſe, ſciens, aut ſcire debens, ſuum teſtimonium adminiſtrandę iuſtitiæ neceſſarium eſse, cum obligatione reſtituendi.[n] Idémque cenſendum, de latente, vel abſentante ſe, ne teſtificetur,[o] aut ſe non offerente in teſtem, cùm ſciat id eſse neceſsarium quo impediatur notabile damnum publicum, vel etiam priua-

[a] *Prouerb. 12. & c. 1. de crimin. falſ.*
[b] *iuxta mentem D. Tho recept. 2. 2. q 70 art. 4.*
[c] *c. 1. de crimin falſ.*
[d] *arg. c. ne quis, 22. q. 2.*
[e] *iuxta mentem eiuſdem neruose per Caiet. confirmatã in d. ar. 4.*
[f] *c. præterea, de cog. teſt.*
[g] *iuxta Innocẽ. recept. ab omnibus in d. c. præterea.*
[h] *iuxta Card. in c. veniens, 2. de teſtib.*
[i] *iuxta Oſt. recept. per Anton & Panor in d. cap. præterea, argum. l. 3 ff. de teſtib. c ſi teſtes. § teſtium, & ſæpe 4. quæſt 3.*
[k] *quod eſt exemplum Panor. in d c. præterea.*
[l] *iuxta D. Tho. vbi ſup. & D. Anton. 2. part. tit 1. c. 19 § 7.*
[m] *per dicta in dicto c. inter verba, 11. q 3 concl. 6. n. 700.*
[n] *And. verb. teſtis § 17.*
[o] *vt poſt Sotum, lib. de rat. teg. memb. 2. q. 7. diximus, vbi ſup. n. 74.*

tum, [a] etiam ſi promiſiſſet, vel iuraſſet ſeruare ſecretum.

42. IIII. Qui alienum peccatum ſecretum detegit, cuius cognitio non eſt neceſſaria malis, & damnis impediendis, quàmuis ſpeciatim de eo interrogetur, [b] maximè, ſi id ſolâ confeſſione ſacramentali, vel conſultatione didicit. [c]

43 Quibus eſt conſequens, aduocatos, confeſſarios, medicos, aliósque id genus, quibus deteguntur ſecreta litium, dubiorum, & morborum, peccare teſtificando de ſecretis communicatis ſecretò cum eis: niſi alia ratione illa nouerint, vel talia ſint quæ non detecta, in aliorum damnum redundarent: & ne tunc quidem quicquam eſt detegendum vltra neceſſarium: neque quantum eſt neceſſarium, ſi maius inde damnum famę, in eum, qui detegitur, quàm bonorum in damnum paſſo redundat, [d] donec concurrant tria ſupradicta.

Qui porrò non tenetur teſtificari, debet dicere iudici ſe reſpondere interrogatis non teneri, quàmuis ſciret: qui ſi illum cogere velit, appellare debet, niſi formidet iudicem in eum ſæuiturum: ſi verò formidet, reſpondere poteſt, ſe nihil ſcire, mente intelligendo: *quod dicere teneatur.* [e]

44 V. Peccat mortaliter, qui ſciens alium premi extrema ſui teſtimonij neceſſitate: vt qui citra illud vitam amiſſurus ſit, vel ea, ſine quibus vita eius, vel ſuorum probabiliter peribit, niſi ſe ad id teſtem offerat, nec ſe offert. [f] Dixi, *in extrema neceſſitate*, ob aliam namque quàmuis magna ſit, ſub pœna mortalis non tenetur, niſi modo, quo offendens bouem proximi errantem reducere tenetur. [g] Non tamen tenetur reſtituere, eò quòd iniuſſus non ſe offert: lex enim charitatis, quâ ſe tenetur offerre, non obligat reſtituere. [h] Secus autem, ſi iuſſus non teſtificetur, ob ídque quiſpiam ſuum ius amittat, niſi timor periculi, in quod incurrere poſſet, eum excuſaret, vt ſuprà tactum eſt: lex enim iuſtitiæ, qua iuſtè iuſſus tenetur teſtificari, arctat ad reſtitutionem, vt ſæpe dictum eſt.

45 VI. Peccat, mercedem accipiens vt verum teſtetur, cum obligatione reſtituendi ei qui dedit, [i] & capiens, vt falſum teſtetur, ſine tamen neceſſitate reſtituendi,

[a] *per dicta vbi ſup. num. 702. poſt. D. Thom. 2.2. q 70. ar 1.*

[b] *iuxta eundem S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 1.*

[c] *iuxta dicta c. 18. n. 51.*

[d] *per tradita vbi ſup. n. 9. & breuiùs ſup. c. 18. n. 60.*

[e] *vt dictum eſt ſup. c. 18, n. 61. & c. 2 de confeſ. & c. humanæ, 22 q. 5.*

[f] *per dicta in d. c. inter verba, concl. 6.*

[g] *vt ſup. c. 24. n. 22. dictum eſt*

[h] *vt dictum eſt ſup c. 17. n. 25. & in Apolog. lib. de redit. qu. 2. mon. 2. & locis ibi citatis.*

[i] *c. non ſanè, 14. q. 5.*

niſi de conſilio pauperibus. [a] Quicquid tamen, ſuo falſo teſtimonio alterutra partium amiſerit, reſtituere debet. [b] Licèt capere poſſit impenſas itineris faciendi, quò ferat teſtimonium, & mercedem operariam dierum, quibus ea in re occupatus fuit, vnà cum intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis. [c]

46 VII Peccat, citra cauſam non parens iudici præcipienti, vt denuntiet nonnulla crimina, vel debita: & eſt excommunicatus, ſi mandatum fuit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, tenetúrque damna reſtituere, Dixi, *citra cauſam*: multa namque excuſare poſſunt, vt alibi [d] prodidimus, agendo de non leui prudentia qua opus eſt vt rectè pareatur eiuſmodi mandatis. Primò quidem, vt ſit peccatum occultum, & peccator iam emẽdatus aut ſola fraterna correctione probabiliter emendari poſſit: tunc enim non eſt parendum ante fraternam correctionem, etiam ſi præciperet fieri denunciationem non habità ratione fraternæ correctionis. [e] Secundò, ſi deficiat probatio peccati denunciandi. [f] Tertiò, quòd à talibus, & taliter audiuit, vt ob id moueri non debeat, præſertim ſi denunciaturus talis foret, qui leuitatis ob illam denunciationem notaretur, aut cuius teſtimonium iudicem magis, quàm par eſſet moueret. [g] Quârtò, denunciatio eius, à quo audiuit. Quintò, noſſe eum, qui furatus eſt, vel tenet illud, retinere in compenſationem alterius tanti, vel pluris, quod ſibi debetur. Sextò, quòd ſolâ ſacramentali confeſſione nouit. Septimô, quod ſolâ conſultatione ſecretâ, pro conſilio habendo, nouit.

At, qui non denunciauit delicta intra tempus edicto contentum, tenetur denunciare illo lapſo, quàm citiſſimè commodè poteſt. [h]

47 VIII. Peccat non ſe ſiſtens vel offerens in teſtem, cùm ad id tenetur, aut ſe offerens, cùm non debet. Eſt enim qui ſe tenetur offerre, eſt qui tenetur ſe non offerre, & qui poteſt ſe offerre, nec tenetur. [i] Offerre autem ſe tenetur, ſciẽs præparari non leuia mala, quæ ſine ſuo teſtimonio probabiliter euenirent: ſciens item crimen cuius quis accuſauit, aut denunciauit alium, ob ſolam conſcientiæ obligationem. [k]

48 At regulariter non debent ſe offerre, nec oblati

[a] *per dicta ſup. c. 17. nu. 32. & ſeq.*
[b] *d. c. non ſanè.*
[c] *c. ſi teſtes, § . věturis, 4. q. 3.*
[d] *in d. c. inter verba, cõcluſ. 6.*
[e] *iuxta D. Tho. 2. 2. q. 33. arg. 7. ad 3. & E. Anton. 2. part. tit. 9. c. 6. §. 5.*
[f] *vt dictum eſt ſup. c. 8. n. 61.*
[g] *vt ibidem dictum eſt.*
[h] *argu. c. cũ dilectus de dol. & contu. cũ citatis gloſſ. & doct. ibi*
[i] *vt copioſe tractamus vbi ſup. & in Manuali Hiſp. in hoc loco.*
[k] *iuxta Caiet. à nobis relatum in d. c. inter verba, concl. 6.*

admitti aſcendentes contra deſcendentes, nec viceuerſa idemque ferè de vxore pro, vel contra maritum, & è contrario: & de liberto contra patronum.[a] Regulariter autem nemo tenetur ſe offerre in teſtem.[b] Quilibet verò, iuſſus teſtificari, tenetur id facere, exceptis priuilegiatis.

49 Inſuper, regulariter priuilegiati poſſunt cogi teſtificari, in defectum aliorum teſtium, etiam maritus contra vxorem & è contrario,[c] nam iura ſtatuentia, vt aliqui non admittantur, quia ſunt inhabiles: & ne alij cogantur teſtificari, quia ſunt honorati, aut coniuncti, intelliguntur, quum alij non deſunt.[d]

50 Denique excuſatur, qui probabiliter timet ſibi ſuo teſtimonio magnum damnum ſpirituale, aut temporarium, perſonæ, honoris, aut bonorum euenturum: ſecundum Bald.[e] & eundem, ac Fel.[f] ac nos,[g] veluti, ſi ex eo ſcandalum oritur, vt ait Silueſt.[h] quamuis vt admittantur teſtes inhabiles ob defectum aliorum, non ſufficiat non eſſe alios idoneos: quia opus eſt, vt neque ſint, nec ſoleant, nec poſſint interuenire communiter in eiuſmodi factis niſi tales perſonæ priuilegiatæ, aut inidoneæ,[i] quò tamen compellantur priuilegiati, ſatis foret iuramentum partis aſſerentis, non adfuiſſe alios, quàm priuilegiatos, eos verò adfuiſſe nulla interueniente in contrarium coniectura,[k] niſi ex eo aliquod damnum timeatur.[l] Quàmuis autem filius teneatur denũciare hęreſim patris, & teſtificari de illa, ſi alij deſint, niſi ſciat, eum iam pœnituiſſe, aut certò credat, quòd monitus à ſe, vel alio, verè reſipiſcet: Inquiſitor tamen debet ei prouidere, adhibendo magnum ſecretum, ne id reſciſcat pater, néve illi: magnum damnum ex eo eueniat. Inhabilitas demum,[m] non excuſat à parendo eiuſmodi mandatis: licèt interdum excuſet priuilegium.

51 Cæterùm, teſtis qui in iudicio legitimè interrogatus ſuper crimine, ob quod bona publicantur, negat veritatem, adeo vt illius ergô reus abſoluatur, nõ tenetur reſtituere fiſco, quod ad eum perueniret, ſi damnaretur.

a *iuxta deciſ. 3. Capell. Tholloſ.*
b *arg. eorũ quae de operibus miſericordiæ ſup. c. præcedenti diximus.*
c *iuxta decis. 4. Capell. Tholos.*
d *iuxta gloſſ. c. quanquam, 14. q. 2. per illud c. & glo. receptam ab Archid. & Alex. ibi, & cõmuniter alibi in c ſtatuendum, 2. q. 6 & alia vbi ſupra adducta per Fel. in rub. & c. delictorum de teſt. cog.*
e *in c. cum nuntius, de teſtib.*
f *in d. c delictorum.*
g *vbi ſup.*
h *verb. denunciatio, qu. 1. & verbo correctio, q 7. ſub fin.*
i *vt ſenſit gloſſ. 2. cõmuniter recep. c. tertio loco, de probat. vt ibi ſup. diximus.*
k *arg. c. 2. §. fin. d. iuram. calũ. lib. 6. & per ea quæ ibi & alijs in locis doctores docent.*
l *vt vbi ſup. dictum eſt.*
m *vt vbi ſup. probauimus.*

*a verbo reſtitutio, 5. verſ. 7.* *b eod n. 34.* *c gloſſ. c. fraternitas, 12. q. 2.* *d l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, ff. de action. empt.* *e vt traditur ſup c. 23. à nu. 49. & ſeq.*

Tuum, per dictum S. Bernard. relatum à Sil.[a] quem ſequimur ſup.[b] Tum, quia pœna nō debetur in foro animæ, ante cōdemnationem.[c] Tum, quia etiam intereſſe remotum, & extra rem non debetur.[d] Tum, quia leges humanæ, præſertim pœnales, non ligāt, potiſſimum in foro animæ, niſi qua parte ſunt receptæ,[e] nullibi autem vlla lex damnari iubens aliquem publicatione bonorum, eſt ita recepta, vt ante damnationem, bona ad fiſcum deuoluantur, Tum denique, quòd alioqui ſequeretur, omnes cuſtodes confinium regnorum, deputatos cuſtodiæ ne quis aliqua exportet ex illis, vel importet in illa, aut nō niſi ſaltem ſoluto vectigali, vel portorio, ſiue gabella, ſub pœna priuationis bonorū, teneri reſtituere, nedum iura, ſiue vectigalia debita, ſed etiam bona, quæ ob id fiſco ſunt applicanda: quod nemo omniū (vt arbitror) hactenus aſſeruit.

## De peccatis Notariorum, & Tabellionum.

Summæ.

52 *Notarius cùm ſit, quæ, & quot capitula iurat.*

53 *Notarius vt peccat faciens inſtrumentum falſum, & reſcindens, vel delens verum, ac malè componens, & non tradens illud.*

53 *Notarius non informans ſatis renunciantem, aut tranſcribens die feſto, peccat.*

53 *Notarius non ſeruiens pauperi, vt debet, peccat.*

54 *Notarius conficiens inſtrumentum de re illicita, & ſcribens ſtatuta vſuraria, peccat.*

54 *Notarius non retinens prothocollum, & faciens teſtamentum à mente alienati, &c. peccat.*

54 *Notarius ſtipendium nimium capiens, &c. vt peccat.*

*f Oſt. in c. ſicut nec cle. vel monachi, recep. per Ioā. And. Pan. & comm. ibidem & S. Anto 3. part. tit. 6. cap. 3. § 2.*

52 Peccat mortaliter primò, notarius, non ſeruans aliquod capitulorum à ſe iuratorum, cùm creatus fuit notarius.[f] Quorum primum eſt, quòd conficiet inſtrumenta, de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, aut falſitatis admiſcendo. Secundò, quòd nō reuelabit,

ſecretò ipſi commiſſum, niſi iuſta de cauſa.[a] Tertium, quòd non conficiet inſtrumentum ſcienter de contractu vſurario, nec de alio quouis illicito.[b] Quartum, quòd retinebit de omnibus inſtrumentis quæ dederit, prothocollum, aut regeſtum. Quintum, quòd erit fidelis ei, à quo eſt creatus notarius: admonebitque eum quæ ſciuerit in eius damnum vergere. Sextum, quod nullo amore, odio, ſpe, vel timore, officio ſuo abutetur.

53 II. Peccat, falſum inſtrumentum conficiens: aut verum vtile, & parti neceſſarium occultans, aut rumpens, vel delens. Et malitiâ, aut ignorantiâ notabili aliquod teſtamentum, vel inſtrumentum conficiens addendo clauſulas obſcuras, neceſſariáſve omittendo, ob quod quiſpiam ſuum legatum, aut creditum perdit. Solemnitates inſuper neceſſarias dolo aut latâ culpâ omittens: putâ, ſuum nomen, ſignũ, teſtes, diẽ, menſem, vel annũ.

III. Peccat, qui rogatus ab aliquo, vt ſibi det inſtrumentum quod dare tenetur, dare detrectat, ne aduerſario, aut amicis eius diſpliceat. Non informans denique partem ignorantem, quæ renunciatura eſt alicui iuri, quale eſt illud.[c] Quique die feſto citra neceſſitatẽ auaritiâ ductus inſtrumenta conficit, cùm in alium diem commodè differe poſſit. Qui demũ rogatus à pauperibus non valentibus ſoluere iura, non vult ipſorum inſtrumenta deſcribere, aut iam ſcripta, in publicâ formâ tradere,[d] quę tamen non tenetur dare gratis.[e]

54 IIII. Peccat, excipiens, aut in publica forma ſcribẽs ſtatutũ, vt ſoluantur vſuræ, aut non repetãtur ſolutæ, & eſt excõmunicatus[f] Necnon exarans, vel in publicam formam ſtatuta contra libertatem eccleſiæ redigens.[g]

V. Peccat, conficiens teſtamentum orbati, carentíſque iudicio, aut ratione non vtentis, cum obligatione reſtituendi ei, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat. Quique ſtipẽdium notabiliter maius debito accipit, etiam ſponte datum, ſi publicum ſtipendium illi conſtitutum erat. Necnon demum, qui aliquid accipit pro literis ordinatorum,[k] quàmuis, ſi illius ergò publicum ei non eſt cõſtitutum, ſtipendium, licitè poſſet aliquid pro mercede ſui laboris, conſiderata illius qualitate, & non ordinis, accipere, non accipiendo plus, eò quòd de maiori ordine fidem faciat.[l]

a ſecũdum Pan. in d. c. ſicut, nu. 19.
b Panorm. vbi ſu.
c iuxta D. Anto. 3. part. tit. 6. c. 3. §. 6.
d ſecundùm eundem vbi ſup.
e per dicta ſup. eod. c. nu. 29. & 44. & c. 24. nu. 3 & 4.
f clem. 1. de vſur.
g c. graue, de ſẽt. excom.
h arg. eorum quæ ait Bald in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. n. 17.
i Bald. in auth. i ſed hodie, C. de epiſc. & cler.
k iuxta Anton. Butr. in c. 1. not. 3. de ſimon.
l per ſup. dicta. c. 23. n. 111.

# De peccatis magiſtrorum, & Doctorum.

Summæ.

55 *Doctor vel magiſter, vt peccat mortaliter lauream immeritam, vel ob honorem primariè ſuſcipiens.*

55. *Doctor docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos, vel malos ſcolaſticos, &c. n. 56.*

57 *Doctor approbans ad lauream indignum, falſa docens, vel inutilia, ſubornans auditores, &c.*

57 *Doctor legens die feſto, & ſeruans nouum feſtum, vt peccat.*

58 *Doctor vt peccat ſtipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, caſtigans diſcipulos. &c.*

55 Peccat mortaliter primò, errans aliquo è quindecim modis relatis ab Aluar. Pelag.[a] quorum vnus eſt petere, vel accipere lauream theologiæ, aut canonum, quam non meretur, S. Anton. aſſertore.[b] Quod ipſum producendum in accipiẽte lauream aliarũ facultatum.[c] & in eo qui (licèt ſit idoneus) principaliter tamen petit illam ob honorem, & vtilitatem propriam.[d] Quod non eſſe tenendum, probamus poſt Silu.[e] Necnon, qui prælegit in ſcholis peccato mortali notorio infectus,[f] quod reſtringendum eſt, ad prælegẽtem ſacram ſcripturam,[g] licèt id non aduerterit S. Anto. Ratio autem cur magis peccet legens prædictam ſcripturam redditur à S. Tho.[h] Peccat inſuper, qui ad ſcholas ſuas admittit excommunicatos, aut prauis moribus imbutos,[i] quod non videtur verum, quoad excommunicatos, niſi excommunicati forent cum participantibus expreſſo Doctore,[k] nec quoad praua exercentes: ſi Doctor non habet iuriſdictionem eijciẽdi eos è ſcholis, quam communiter hodie Doctores in magnis vniuerſitatibus non habent, quicquid in auth. *habita C. ne fil. pro pat.* ſtatuatur, licèt præcepto correctionis id procurare magis quàm alij, teneri poſſet[l]

56 II. Peccat profeſſor legum, aut medicinæ, ad ſuam prelectionem religioſum, presbyterum aut clericum

[a] *de planctu eccleſ. lib. 2.*

[b] *3. part tit, c. 5. 2 § 10. & 2. part. tit. 3. ca. 5. § 6.*

[c] *per dicta in d. c. inter verba, n. 97. poſt gl. ſing. clem. 2. de Magiſt. & per rationem S. Anto. in d § 6.*

[d] *iuxta S. Ant. vbi ſup. § 6.*

[e] *verb. Doctor, q. 4. vbi ſu. à n. 35. & in ſpecie, n. 353.*

[f] *iuxta S. Anto. vbi ſup. d. § 10.*

[g] *vt ait S. Tho. in 4. diſt. 19. q 2. art. 2. ad 4.*

[h] *vbi ſup.*

[i] *iuxta mentẽ S. Ant. in d. § 10.*

[k] *iuxta c. ſtatuimus, c. conſtitutionem, ca. præſenti, de ſent excom. lib. 6.*

[l] *iuxta dicta in c præcedenti.*

aliqua dignitate eccleſiaſtica ornatum, vt eam audiat, admittens, & eſt excommunicatus.[a] Quin & profeſſor cuiuſuis facultatis etiam theologicæ, admittens religioſum in ſuo habitu ſine licentia ſuperioris, aut præuiâ licentiâ, ſed ſine habitu: & eſt excommunicatus ratione participationis in crimine.[b] Prælegens inſuper, aut docens principaliter ad humanam gloriam, quod principaliter ad gloriam diuinam inſtitutum eſt,[c] cuius oppoſitum, non eſſe nimirum pluſquam veniale, per multa, & firma[d] alibi confirmauimus.

57 III. Peccat, ſtatuta à ſe iurata non ſeruans, S. Anto. aſſertore.[e] Et examinator, indignũ laureâ, ad eam probans: vel contrà dignum reprobãs,[f] alióve modo illicito quempiam à conſequenda laurea impediens, cum obligatione reſtituendi.

IIII. Peccat, qui ſciens aut ſcire debens, falſa in alicuius notabile damnum ſpirituale, vel temporale docet: vel ſubtilia magis,quàm vtilia docendo, auditorio ſuo notabiliter nocet. Et qui docet malo fine mortali, vel ſtatuendo vltimum finem in docendo: quia fruitur vtendis, contra doctrinam B. Aug. relatam à Magiſt.[g]

V. Peccat, per ſe, alióſve inducens auditores alterius Doctoris, vt eum non audiãt,cum notabili damno profectus eorum, vel honoris Doctoris, cum obligatione reſtituẽdi.[h] Et per factiones, aut ſubornationes, aliáſve prauas artes procurans, vt quis indignus creetur rector, aut prælector alicuius cathedræ iuxta mentem Aluari,[i] & S. Ant.[k] tenentium idem de procurantibus, vt creetur notabiliter minus dignus. Quod verum eſt ſaltem, quando, & vbi electores, aut prouiſores iuramento, ſtatuto alióve mandato, digniſſimum eligere ſub pœna peccati mortalis tenentur: quin & in aliis, exceptis ad ſummum ſex caſibus, quos nuper ſcripſimus in miſcellaneis de orat.[l] Denique, qui prælegit die feſto, illis horis, aut tamdiu, vt probabiliter credat auditores ob id omiſſuros miſſam. Quíque facit ſeruari feſtum non ſeruandum,cum damno notabili auditorij non conſentientis.[m] Dixi (*Non conſentientis*) aliàs enim ſecus.[n]

58 VI. Peccat mortaliter, qui habens ſtipendium publicum, vel beneficium in id ei collatum, exigit aliquid ab auditoribus.[o] Dixi (*Habens*) alias enim, etiam à pau-

[a] *cap. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. adiuncta gl. c. nõ magnopere, &c. ſuper ſpecula, eod. tit.*
[b] *iuxta S. Ant. 3. part. ti. 24. & 38. vt infra ca. 27. n. 134. dicetur.*
[c] *iuxta Ang. verbo honor, §. 7.*
[d] *in d. cap. inter verba, concl. 6. & ſu. c. 23 n. 13.*
[e] *3. part. tit. 5. c. 2. §. 11.*
[f] *iuxta D. Ant. vbi ſup. §. 10.*
[g] *lib. 1. ſent. theologicarũ, diſt. 1.*
[h] *S. Ant. 2. part. tit. 1. c. 2. §. 1.*
[i] *vbi ſup.*
[k] *d. 3. part. tit. 5. c. 2. §. 11.*
[l] *nu. 76. miſcellan. 43.*
[m] *arg. ca. fin. de iniur. & l. 1. ff. de furt.*
[n] *c. ſcienti, de reg. iur. lib. 6.*
[o] *arg. c. pœnale, 14. q. 5.*

peribus non egentibus, exigere poteſt,[a] quicquid dicant Oſt. Raim.& alij.[b] Et qui canonicatum, aut præbendam, aliúdve beneficium pacto docendi in ſcholis ſuſcipit, & eſt ſimoniacus.[c] Dixi (*pacto*) ſecus enim, ſi cum onere tali beneficio vacanti impoſito.[d]

VII. Peccat mortaliter, ſcholaſticum atrociter caſtigans, nam ſolùm leuis caſtigatio eſt ei permiſſa.[e] Et ſi caſtigatus fuerit clericus, eſt excommunicatus, niſi excuſetur per infra dicenda,[f] ſimiliter & ſimpliciores contemnens,[g] quod videtur reſtringendum ad contemptũ quo notabile damnum honoris, aut bonorum illis ex iuſtitia legali, debitorum, infertur.[h]

Qua quidem in re, Concil. Trident.[i] ſtatuit primò, quòd habens beneficium, cui eſt annexum onus prælegendi ſacram ſcripturam, cogatur prælegere per ſe, ſi eſt idoneus, ſin minus, per alium eligendum.[k] Quodque poſthac non conferatur, niſi idoneo, quò per ſe id oneris ſubeat.

II. Quòd in omnibus eccleſiis cathedralibus, & collegiatis, exiſtentibus in aliquo inſigni oppido: in monaſterijs quoque monachorum, & conuentibus mendicantium ſacræ ſcripturæ lectio habeatur: in eccleſiis verò tenuioris prouentus, ſit ſaltem magiſter, qui gratis grammaticam doceat.

III. Quod docentes ſacram theologiam, dum publicè in ſcholis docuerint, & in ſcholis eam dicentes, priuilegijs omnibus de quinquennali perceptione fructuum in abſentia, à iure communi conceſſis, gaudeant. Quod ipſum dicendum de diſcente, aut prælegente canones, aſſertore Felin.[l] Cuius rationi hanc vnam adde, quod nulli ſcientiæ capeſſendæ, tãto tempore eſt opus, ac cononicæ: vt enim quis perfectus Canoniſta euadat: opus eſt, vt canonicæ prudentiæ non mediocrem legum, ac theologiæ adiungat eruditionem. Rara itaque auis eſt perfectus canoniſta, etſi vtrique foro perneceſſarius.[m]

IIII. Quòd nemo ad huiuſmodi lectionis officium admittatur, qui non priùs ab epiſcopo loci de vita, moribus, & ſcientia examinatus, approbatuſque fuerit.

[a] *l.* 2. *§. fin. ff. de cri. iur. iuxta d. ſup. eod. nu.* 29. *& ca. præced. n.* 3. & 4.
[b] *ibi citati.*
[c] *per dicta c.* 23. *n.* 100.
[d] *c. ſignificatum, de præb. & not. in ca.* 1. *vt eccleſ. benefic.*
[e] *c. presbyterum, de homic. & l. præceptoris, ff. ad l. Aquil.*
[f] *c.* 27. *à nu.* 80. *& ſeq.*
[g] *iuxta S. Anton. d §.* 10.
[h] *per dicta ſup. c.* 23.
[i] *ſeſſ.* 5. *ca.* 11. *de reform.*
[k] *à nominatis ibi.*
[l] *c. ſi. de magiſt.*
[m] *arg. c. ponderet,* 50. *diſt.*

# De peccatis Scholaſticorum.

Summa.

56 *Scholaſticus, vt peccat ob finem mortalem ſtudens, non ſeruans præcepta ſtudij, diſcens vetita, auocans auditores, negligenter ſtudens, malè inſumens viaticum, non ſoluens ſalarium, arrogans ſibi gradum, quem non habet.*

59 Peccat mortaliter primò, ſcholaſticus, ob finem mortalem ſtudens, [a] ac ſtatuta præcepta academiæ iuſta, & ad mortale obligantia, non ſeruans, [b] niſi iuſta de cauſa id fecerit, quam quoad mortalis excuſationem, iuxta pręſens inſtitutum, opinamur eſſe illam, quæ pro tali communiter in academia reputatur. [c]

II. Peccat, qui ſuffragatur, aut curat alium ſuffragari alicui indigno, vt fiat prælector, rector, vel beneficiari⁹: imò quàmuis ſit dignus, competitor verò eſſet dignior, præſertim ſi iurauit ſuffragari digniori, iuxta proximè dicta in ſimili.

III. Peccat, ſcientias vetitas, aut ſuperſtitioſas diſcens. [d] Et alicui lectori adimens, vel adijciens ſcholaſticos: vt proximè de Doctoribus dictum eſt. Et qui in ſtudendo notabiliter negligens eſt, quod reſtringendum videtur, ad eum qui impenſis alienis vel redituum ſuorum eccleſiaſticorum, non proprijs ſtudet, [f] & longè magis, ſi prædicta bona in compotationibus venereis, vel luſibus, & id genus alijs impendit: imò fratribus partem ſibi à patre datam, reſtituere tenetur. [g]

IIII. Peccat, qui contra veritatem ſibi notam altercatur. [h] Et qui ſtipendium debitum præceptori, cùm poſſit, non ſoluit. [i] At qui ſe gradu inſignitum aſſerit, cùm non ſit. [k]

*[a] arg. c. cũm miniſter. 23. q. 5. cũ ei adnot. à nobis*

*[b] iuxta mentem S. Ant. in d. §. II.*

*[c] arg. eorum quæ de cauſa non ieiunandi diximus ſup. c. 21. n. 14.*

*[d] arg. c. non magnopere, & cap. ſuper ſpecula, ne cler. vel mon.*

*[e] iuxta mentem S. Anto. in d. §. II. & aliorum.*

*[f] per ſupradicta de prodigalitate, c. 23. n. 71.*

*[g] iuxta communem, quam rectè Iaſ. defendit in auth. quod, locum, col. 2. C. de collat.*

*[h] modo prædicto ſup c. 23. n. 4.*

*[i] arg. ca. ſæpe, de reſtit ſpol. tradit S. Ant. vbi ſup.*

*[k] l. reddatur, C. de profeſſ. & medic. lib. 10.*

# De peccatis Medici, & Chirurgi

Summæ.

60 *Medicus, & Chirurgus vt ob ignorantiam peccant.*

60 *Medicus non curans iuxta præcepta, & negligens viſitare, vel ſtudere peccat.*

60 *Medicus præbens medicinam dubiam, & deſerens ægrotum. vt peccat.*

61 *Medicus abſcindens membrum, minuens ſanguinem, & non admonens ægrotum vt confiteatur, quomodo peccat.*

61 *Medicus pharmaca non eligens, aut curationem differens, vt peccat.*

62 *Medicus conſulens, vel concedens animæ noxia, pro ſalute corporis, vt peccat.*

63 *Medicus non admonens mortem vicinam, & tali caſu nimium ſtipendium petens.*

64 *Medicus nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti nolenti ſoluere, vt peccat.*

64 *Medicus detrahens aliis medicis, vt peccat.*

60 Peccat primò medicus, vel chirurgus, qui nõ præuiâ ſufficiente ſciẽtia, medicatur, etiam ſi ſit laureâ donatus. Et qui artem quidem ſat ſupérque callet, ſed eius præcepta non ſequitur. Quique notabiliter negligit ſtudere, aut infirmos viſitare, [a] quàmuis ægrotus ſanetur, [b] cum obligatione reſtituendi. [c]

Et qui adhibet medicamenta morbo, antequam eum exploratum habeat, [d] licèt qui diuturna experientiâ didicit curare aliquos morbos, putà ſcabiem, oſſium fracturam, nubeculam ocularem, fiſtulas, dolorem dentiũ, aurium, & aliorum id genus: poſſit licitè curare: etiamſi regulas medicinæ ignoret, modò, citra vllum incantamentum, aut faſcinationem id faciat, [e] & modò ſuperueniente febri, infirmo medicum adhibeat peritum: nec quicquam ſibi ignotum attentet. [f]

II. Peccat, qui dubitans de aliquo medicamento, an eſſet notabiliter noxium, præbuit illud vt experiretur, quò lucrifaceret, aut non haberetur ignarus, &c. [g] & magis qui præbet rem quam ſcit notabiliter nociuam: etiam ſi miſericordiâ ductus, vel vt ægroto placeret, præbeat. [h] Ægrotum inſuper ante tempus deſerẽs, ob quod mors, aut prolongatio morbi euenit, cum obligatione reſtituendi damnum. [i]

61 Adhæc, qui cùm membrum aliquod neceſſariò eſt reſecandum, non quærit quem credebat bene abciſſurum:

[a] *c. tua de homi. & ibi Innoc. & omnes.*
[b] *iuxta S. Ant. 3. part. tit. 7. ca. 2. §. 1.*
[c] *ex mente Pan. & omnium in d. c. tua.*
[d] *Caiet. in ſum. verbo medicus.*
[d] *l. 1. § medicus, ff. de var. & extraord.*
[e] *arg. ca. non eſt ſine culpa, de reg. iur. lib. 6.*
[g] *iuxta Anton. & But. in d. ca. tua nos, n. 14.*
[h] *Pan. in d. cap. tua.*
[i] *iuxta Aſten. lib. 6. tit. 14. ar. 8. q. 14.*

ſurum: aut dubitans de neceſſitate abſcindendi, iuſſit abſcindi. Et qui neſciens minuere ſanguine, vel membrum reſecare, alterum eorum, vel vtrumque facit. [a] Et qui ſciens pharmacopolam medicamentis vitioſis vſum, non elegit ſyncera. [b] Et qui quô plus ſtipendij accipiat, morbi curationem protrahit. [c]

III. Peccat, non perſuadens infirmo confeſſionem, antequam medicinam ei applicet, [d] cui locus non eſt, quando manifeſtum eſt morbum nō eſſe periculoſum, iuxta Ang, [e] & Roſel. [f] quicquid dicat Sil. [g] & ne quidem dum credit eſſe periculoſum, & lethiferum, ſi iuxta conſuetudinem bonorum, & honoratorum medicorum, monet eius parochum, aut qui eius curam gerunt, vt illi ſacramenta præbeant. Ipſe verò id valetudinario non annuntiat, nō quia nolit id facere: ſed quia putat id infirmo nociturum, iuxta Caiet [h] Nam vt ipſe ait, & nos alibi [i] illa conſtitutio hoc modo vſu recepta eſt. Quàmuis autem infirmus confiteri nolit, non tamen ideo à medico deſerendus eſt, iuxta omnes. Et qui propter ſalutem corporalem, contra ſalutem animæ conſulit, vt illicitè coëat, aut ſe inebriet, vel abortiat, [k] etiamſi ignorantiâ id conſulat: imò ſi non conſulat, ſed dicit. *Non tibi conſulo, ſed ſi tale quippiam faceres, ſanareris.* [l]

62 IIII Peccat, qui prægnanti præbet aliquid, quò abortiat, etiamſi præbeat, vt eam à morte ſeruet: ſi credit, vel dubitat fœtum eſſe animatum. [m] At ſi probabiliter credit, non eſſe anima rationali imbutum, cui rei perueſtigandę perdecet diligentiam maximam adhibere, licitè poterit illud præbere, quò vitam matris ſeruet, cùm non ſit culpa mortis alienæ nec corporalis, nec ſpiritualis, iuxta eoſdem.

63 V. Peccat, qui citra iuſtam cauſam concedit debilibus facultatem infringendi ieiunium, aut veſcendi carnibus diebus vetitis, quíque aſſeuerat ieiunia præcepta corporibus pernicioſa eſſe, [n] cum obligatione contrarium perſuadendi, ſi poteſt: quàmuis infirmus vtens facultate, quam putat ſibi iuſtè datam, non peccet. [o] Et qui credens infirmum moriturum, ſuamque monitionem multum illi profuturam, exeundo peccato mortali, & vt teſtetur, quò rixæ grādes inter hæredes cōſopiantur, neque per ſe, nec per alium admonet, vt peccatum

[a] *idem in c. tua, n. 20. & Aſten. vbi ſup.*
[b] *Innoc. in d. ca. tua.*
[c] *Anto. vbi ſup.*
[d] *c. cùm infirmitas, de pæn. & remiſſ.*
[e] *verbo medicus, §. 6.*
[f] *ibidem, §. 1.*
[g] *verbo medicus, q 3.*
[h] *verbo medicus.*
[i] *in d. c cùm infirmitas.*
[k] *d. c. cùm infirmitas.*
[l] *Io. And. in d. ca. cū infirmitas.*
[m] *Io. de Neap. in 10. quod l. probatur à S. Ant. 3. part. tit. 7. ca. 2. §. 2. & à Silu. verbo medicus, q 4.*
[n] *arg cap. fin. de iure iur. & c. cōſilium, de obſeru. ieiun.*
[o] *iuxta S. Anto. vbi ſup. § 1.*

exuat, & teſtetur. [a] Dixi (*Credens*) ſecus enim, ſi iuſtè putat ſuam admonitionem parum profuturam: quia credit eum in bono eſſe ſtatu, deque ſuis bonis teſtatũ fuiſſe. [b]

VI. Peccat, petens ſtipendium notabiliter nimium, publico carens: aut accipiens mediocre, habens publicum, cum pacto nihil præter id accipiendi vltra præſcriptum, etiam ſi vltro ſibi datum, cum obligatione reſtituendi: niſi aliis obſequiis & viſitationibus tempore valetudinis, id compenſet. [c]

64 Exigens denique ſtipendium, quod ægrotus mortis metu promittit, ſi aliunde ſuppetant ei vitæ neceſſaria. [d] Et qui facit, vt infirmus plura, quàm opus eſt medicamenta emat. ob conuentionem quam iniuit cum pharmacopola, aliámve cauſam iniuſtam, cum obligatione reſtituendi. [e]

VII. Peccat, nolens gratis mederi pauperi ægroto. [f] Quod, noſtra ſententia, reſtringendum eſt ad eum, qui credit illum probabiliter moriturum, niſi ei medeatur, nec eſt alius, qui id faciat, aut ſoluat ſalarium, nec vult mederi credito: nam neque conſtituto in extrema neceſſitate, tenetur quis ſubuenire gratis: modò eum eximat ab ea, mutuando, commodando, vel operas credendo. [g] Adhæc, qui non vult mederi diuiti ſoluere nolenti, [h] quod intelligendum eſt de eo, qui vellet quidem ab eo curari: ſed auaritiâ victus, non quærit medicum, exiſtens in magna eius neceſſitate, & ſi medeatur illi, eo mortuo, vel ſanitati reſtituto, exigere poteſt ſuum ſtipendium. [i] Et qui detrahit aliis medicis idoneis, ne ad curationes, ſe præterito, accerſantur. [k]

## De peccatis Exequutoris teſtamẽti, Tutoris, Curatoris, & Hoſpitalarij.

Summæ.

65 *Exequutor teſtamenti, vt peccat mortaliter non ſoluens legata ac debita, & quando excommunicatus.*

65 *Viduus aut vidua, cui aliquid relinquitur donec caſtè vixerit, &c.*

66 *Rem pupilli non ſeruans, eius pecuniam lucro iniuſto deputans, vt peccat.*

67 *Vxor tranſiens ad ſecunda vota, peccat tutela fungens.*

67 *Hoſpitalarius, vt mortaliter peccat.*

[a] *Ioan. Neap. quodl 11. & B. Anto. vbi ſup. §. 7.*

[b] *iuxta eoſdem, vbi ſup.*

[c] *iuxta Sil. Ant. vbi ſup. §. 3. probatum ab Ang. verbo medicus, §. 6. Sil. eod. q 5.*

[d] *l. medicus, ff de var. & extraord. cogn.*

[e] *Aſten lib. 6. tit. 4.*

[f] *iuxta gl. celeb. & recept. in ſum. 83. diſt & S. Anto. vbi ſup. ac alios verbo medicus.*

[g] *per ſu. dicta c. 17 n 18. & ca. præced. n 17. & ſup. eod. c. n. 29.*

[h] *iuxta d. glo. in §. 1. 83. diſt. & c. paſce, 86. diſt.*

[i] *iuxta d. gloſſ. & mentem omnium.*

[k] *d. c. 18.*

67 Peccat primò exequutor, non ſoluens debita, aut legata præſertim pia defuncti, qui reliquit bona ad vtraque ſufficientia. Et qui, vt ſoluat legata, non ſoluit debita, credens bona non ſufficere vtriſque ſoluendis.[a] Debita autem, ſunt etiam vota realia defuncti.[b]

II. Vidua cui maritus reliquit vſumfructum ſuorũ bonorum quoad caſtè viueret, ſtuprum cõmittens: & non ſecus bonis vtẽs, ac ſi id non commiſiſſet, cum obligatione reſtituendi,[c] ſecus tamẽ (noſtro iudicio) ſi vſum fructũ reliquit quoad nuberet. Idémque eadẽ ratione videtur de marito, qui inſtituitur ab vxore vſufructuarius.

III Soluẽs quidẽ, ſed poſt moram notabilẽ,[d] & eſt excõmunicatus, ſi qua cõſtitutio ſynodalis excommunicãs non exequentẽ intra certum tẽpus, eum cõprehendat.[e]

66 IIII. Peccat, tutor, aut curator non conſeruans, nec defendens bona pupilli vel minoris: & citra vtilitatem, vel neceſſitatẽ alienans: quique eſt in culpa, vt actionẽ, vel aliud ius perdat: & qui non vendit res mobiles, vſu & tẽpore perituras, earúmq; pretiũ non cõuertit in bona immobilia, quę vtilitatem parerent, ſi inuenitur emptor, cũ obligatione damna reſtituendi.[f] Tutor autẽ dicitur, qui pręficitur pupillo, hoc eſt minori 12. annorũ, ſi eſt fœmina aut 14. ſi eſt maſculus, ad protegendũ perſonam, & bona eius.[g] Curator verò qui maiori 12. vel 14. & minori 25. aut furioſo, vel prodigo, adminiſtrãdis eius bonis:[h] & vterq; iurat, ſe officio probè functurum.[i]

V Qui tutor notabiliter eſt negligens in pupilo bonis moribus inſtituẽdo, & à vitijs, ac peccatis præſeruãdo.[k]

VI. Qui dedit ad lucrũ pupilli, vel minoris pecuniam ſalua ſorte: aliter quàm per tres contractus, ſupra [l] memoratos: & tenetur reſtituere, niſi pupillus, vel minor reſtituat: poteſt tamen ſecretò de rebus eius accipere, quod huic rei ſatisfuerit: ſiue eorum adminiſtrationem habeat, ſiue non, ſeruatis ſupradictis.[m]

67 VII. Peccat mulier, officio tutelæ poſt ſecundas nuptias, fungens,[n] vel ſtupro commiſſo.[o]

VIII. Hoſpitalari⁹, qui reditus hòſpitalis nõ inſumit in deſtinata. Et qui ſinit eos deperdi: aut in alia diſpendit.[p]

[a] *argu. l. ſcim* §. *& ſi præfatã, adiũcta gl. C. de iur. delib. l. 1.* §. *pen. ff. ad Treb. S. Anto. 3. part. tit. 10. c. 3.* §. *11.*

[b] *per ſup. dicta. ca. 12. n. 56. & 57.*

[c] *iuxta Caiet. in ſum. verbo pœna, & ea quæ diximus in ca. 23. n. 61.*

[d] *arg. c, nos quidem, c. tua, & c. Ioannes, de teſt.*

[e] *arg. ca. præterea, 2. de appell.*

[f] *l. tutor qui repertorium,* §. *1. 2. & 3. ff. de admin. tut. Bart. ibi & alij.*

[g] *inſt. de tut.* §. *1.*

[h] *inſti. de curat. in princ.*

[i] *glo celeb. clem. quia cõtingit,* §. *vt autẽ, de reli. domib. quæ gloſ. omnia hæc ponit poſt Spec tit. de tuto & tit. de curat. & ante Pan. in c. ex parte, de appellat.*

[k] *arg. c. 112. q. 2. & c. duo iſta, 23. q. 4.*

[l] *c. 17. n. 112.*

[m] *c 17. d. 112. cum ſeq.*

[n] *l. fi. C. quando mul offic. tut. fungi poteſt.*

[o] *per eandem l. quam in hoc ponderat Salic. & gloſſ. memor. auth. ſacramenta, eod tit.*

[p] *clem. quia contingit, de relig. domib. ex mente S. Anto 3. part. tit. 11. c. 1.* §. *1.*

Denique, qui nimis tardè recuperat bona eius alienata.[a] Et qui adeo negligit reſtaurare ædificia, vt ob id ad ruinam tendant, cum obligatione reſtituendi.[b]

*[a] c. quicunque, 12. q. 1.*
*[b] gloſſ. d. clem. quia contingit.*
*[c] ſeſſ. 25. c. 8. de reform.*

Porrò, Concil. Trident.[c] commendatâ plurimùm clericis hoſpitalitate, ſtatuit, vt hoſpitalarij hoſpitalium onera compleant: quę ſi commodè non poſſint, fructus illorum in alium pium vſum conuertant: prout ordinario adhibitis duobus peritioribus capituli, videbitur. Quòdque omnes hoſpitalarij etiamſi ſint laici, non tamen regularibus ſubiecti vbi viget regularis obſeruantia, ad prædicta ab Epiſcopis compelli poſſint: & præterea in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem fructuum, quos contra hoſpitalium inſtitutionem perceperint, nullâ eis condonatione profuturâ. Quodque adminiſtratio huiuſmodi, vni, & eidem perſonæ vltra triennium non committatur, non obſtantibus priuilegijs, & immemorabili conſuetudine. &c.

# De peccatis Clericorum quoad ordines.

Summæ.

68. *Ordinandos & ordines ſacros varia concernentia, remiſſiuè.*

68 *Ordinem ſumens vt peccat, ſi eſt indignus, ſi per ſimoniam, ſi ab epiſcopo excommunicato, ſi exiſtens illegitimus etiam occultus, ſi extra tempora legitima, ſi ante iuſtam ætatem, ſi ſine iuſta licentia, ſi furtim, aut per ſaltum, ſi non ſupplet ſupplenda, ſi eodem die multos ordines ſumit, ſi deformis, ſi energumenus, epilepticus, aut inſanus, excommunicatus, aut mortali infectus. & 4. ſeq.*

69 *Ordines ad omnes cum religioſo illegitimo ius commune diſpenſat, & quis diſpenſet cum non religioſis illegitimis.*

71 *Clericus, vt peccat ſacramenta in mortali miniſtrans, ſacra tangens, aut poſt notorium peccatum etiam actâ pœnitentiâ ſacrificans. num. 74.*

73 *Ordinem, & eius vſum, quod peccatum notorium impedit.*

73 *Notorium quid vocetur.*

74 *Diſpenſat Papa aliter quàm inferior, etiam in quo vterque poteſt.*

75 *Interdictus ingreſſu eccleſia, rebaptizans, chriſmate veteri vngens, poſt cibum celebrans, non confeſſus, concubinarius notorius. n. 76.*

77 *Diſpenſat vt epiſcopus in irregularitate peccati notorij.*

77 *Concubinarius clericus & fornicarius vagus pares, non humantur in ſacro. & 78.*

78 *Miſſam concubinarij audire vt mortale, & cur melior boni, quàm mali, n. 79.*

80 *Concubinarius notorius qui euitandus.*

81 *Miſſam extra locum ſacrum celebrandi facultas non datur, & vt peccat ſi celebrat intra illum, & vt ſi in eccleſia interdicta, ſi ſuper aram fractam, ſi ante preces matutinas, ſi ſine aliis neceſſariis, etiam timore mortis, ſi ſine lumine, aut aqua, ſi in pane, & vino corruptis, ſi in omphacio, ſi noctu, ſi poſt meridiē, ſi pluries quàm ſemel eodem die, niſi his ſeptē caſibus, ſi non his, aut ter in anno; ſi effundit ſanguinem, ſi reliquias corporis poſt ablbtionem ſumit. & 8. ſeq.*

87 *Benedicat quis veſtes ſacras.*

87 *Miſſæ triplici facienda die Natiuitatis, quis optimus modus.*

87 *Miſſam quotidie audiat Epiſcopus, nemo eā niſi ſemel in die faciat, niſi ſeptem caſibus, nec in his vnquam ter, nec ſemel die Paraſceues, & Sabbatho ſancto, & 88.*

90 *Miſſam celebrans, ita ſumat reliquias calicis, & ſuppleat defectum vini. 91.*

91 *Miſſæ triplex valor, cui applicandus, & quid de vna, dicta pro multis.*

92 *Miſſa cui, & quomodo applicanda, non dicenda à ligato cenſuris, n. 93. nec coram interdictis, n. 94.*

94 *Clericus vt peccat alios clericos ad diuina officia admittens.*

95 *Interdicta non ſeruans, excommunicatos ſepeliens, abſoluens indebitè confeſſum, & non monens eum.*

96 *Vota male commutans, omittens aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, malè eas recitans, non attendens ad eas, &c. & 4. ſeq.*

101 *Author ob nullas occupationes, vel morbos, omiſit horas, niſi his, 70 annis quibus recitat.*

101 *Horariæ preces ob quas cauſas iuſtè omittuntur. & 3. ſeq.*

105 *Attentio ad horas ſufficiens triplex, & ſufficit virtualis, & ſeq.*

106 *Horas ad quas tenentur clerici ſacri, & ad quas minores nu.* 107.

108 *Clericus vt peccat ducẽs vxorem, cohabitans fœminæ, eam inuiſens, num.* 109. *Monaſteria frequentans, habitum & tonſuram non deferens, arma geſtans, ludens mendicans, lanius, tabernarius, mercator, menſam non benedicẽs, cum alijs multis, & num.* 110. *&* 111.

68 Peccat mortaliter primò, qui ſe procurat ordine inſigniri contra canones ſacroſancti Conc. Trid. Quod quia plæraque notatu digniſſima, varijs locis,[a] hac de re ſtatuit, & dulciùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ, ad ipſam ſcaturiginem te remitto.

II. Peccat mortaliter, ſuſcipiens aliquem ordinem etiam minorem, per ſimoniam propriam realem ante ordinationem commiſſam, quamuis occultam, quæ eſt cauſa ordinationis: éſtque excommunicatus.[b] Etiam ſi committatur dando tertio, non ordinatori.[c] Dixi, *ante ordinationem*: datio namque poſt eam, nõ inducit ſimoniam,[d] vel certè non talem, quæ excommunicet. Dixi *Propriam*, quia ſi alius dat, aut promittit quippiam Epiſcopo, vel alteri, vt eum ordinet ipſo inſcio, vel conſcio quidem, ſed contradicente, non peccat: accipítque non ſolùm characterem, ſed etiam eius exequutionem: iuxta Bellam: quem ſequitur Cardinalis Alex.[e] quicquid gloſſ. in *cap. ſi quis* & alij dicant, maximè poſt extrauag. *ad euitandum*, Martini V. de qua infra,[f] nec poſtea ſoluendo, quòd ſe inſcio datum fuit, ſuſpenſionem, aut excommunicationem incurrit, Sil. aſſertore,[g] nec peccat ſaltem in foro conſcientiæ, quicquid ille ſentiat: niſi habeat ratam, aut gratam eiuſmodi dationem: quia nulla id lex vetat, quoad illud forum. Dixi, *quæ eſt cauſa ordinationis*, alias enim, ſecus, per dicenda infra.[h]

69 III. peccat mortaliter, qui ſcienter ab epiſcopo excommunicato denunciato ordinatur: imò & poſtea vtens ordine illo citra diſpenſationem Papæ: quia licèt characterem ſuſcipiat, non tamen illius exequutionem, quoad quam ſolus Papa diſpenſat.[i]

IIII. Qui non exiſtens legitimus, diſpenſatione non

[a] *ſeſſ.* 23 *c.* 4. *de reform. & ſeſſ.* 7. *c.* 10 *ac ſeſſ.* 23. *c.* 8. *de reform ſeſſ. item* 7. *c.* 11. *necnon ſeſſ.* 23. *c.* 8. 11. 12. 14. 16. *&* 17. *ſeßione demum* 22. *Decret, de obſeruand. & euitan. in celeb. miſſ*

[b] *Extrauag.* 2. *de ſimo. de qua infra c.* 27. *n.* 106.

[c] *iuxta Innoc. in c Tanta, de ſimo. n.* 2.

[d] *arg. gloſſ. c. Emendari,* 1. *q.* 1.

[e] *in. c ſtatuimus, & c. ſi quis,* 1. *q.* 1.

[f] *c* 27. *n.* 35.

[g] *verbo ſimonia, q.* 8. *§* 5.

[h] *n* 113. *& dicta ſu. c.* 23. *an.* 100.

[i] *c. ſi quis à ſimonia* 1. *qu.* 1.

præuiâ ordinatur.[a] Ad minores autem epiſcopus diſpenſat.[b] Ad ſacros verò ordines, ſolus Papa, & cum intrante religionem, ius commune ad omnes ordines, etiam ſacros, diſpenſat.[c] Nihílque refert quo ad forum conſciẽtiæ, an illegitimitas (ut ita dicam) ſit ſecreta, an publica: quicquid nonnulli exiſtimauerint, abſque textu, & iuſta ratione. Idémque cenſendum, de qualibet alia irregularitate, quoad peccatum, licèt non quoad diſpenſationem, de qua cum aliis pertinentibus ad irregularitatem, infra[d] pertractabimus.

70 V. Peccat mortaliter, qui ordinatur ordine ſacro extra tempora à iure ſtatuta, vel ante legitimam ætatem, aut abſque literis dimiſſoriis: éſtque ipſo iure ſuſpenſus adeóque ordine illo vtens, fit irregularis, in quo ſolus Papa diſpenſat.[e]

Dixi, *Ordine ſacro*, quia licèt ſic minores capiẽdo peccet: non tamen eſt ipſo iure ſuſpenſus: nam iuxta ius commune defectu ætatis, ſuſpenſio ipſo facto non incurritur[f] Per quod quidem ius plerique[g] contrarium aſſeruerunt, putantes non ſuſpendi quem ipſo iure: quòd ante legitimam ætatem ordinem ſacrum, etiam presbyterij ſuſcipiat, in quibus ſunt Anton. & Maior[i] nec videtur prodeſſe ea in parte fratribus obſeruantiæ ſuum priuilegium.[k]

VI. Peccat mortaliter, qui furtim contra prohibitionem ordinantis, ordinatur: & ſi prohibitio fiat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, eſt excommunicatus, & irregularis, in quo ſolus Papa diſpenſat.[l]

71 VII. Peccat mortaliter, qui ſcienter per ſaltum, id eſt ordine maiore, minore omiſſo, ordinatur: & eſt ſuſpenſus. Super facultate autem diſpenſandi ſuper hoc, ſequuti fuimus hîc opinionem Oſt.[m] quam videtur etiam elegiſſe Cõc. Tri.[n] quod nimirum epiſcopus poteſt diſpenſare antequam miniſtret, quod tamen eſt intelligendum, modò antequã vtatur diſpenſatione, omiſſum ordinẽ ſuſcipiat, quod hîc poſt Oſt. addidimus.[o]

VIII. Peccat mortaliter, qui ordinatur omiſſo aliquo neceſſario, neceſſitate præcepti· licèt non de neceſſitate ſacramenti, & nõ ſuppleto defectu, eo vtitur: non tamẽ fit irregularis.[p] Quique eodẽ die duos ordines ſacros ſuſcipit, nõ ſolùm peccat: ſed eſt etiã à poſteriore ſuſpẽ-

[a] *c. 1. de fil preſbyt in Antiq. & lib. 6,*
[b] *c. 2. eod. tit. lib. 6.*
[c] *d. c. 1. de fil. preſbyt. lib. 6.*
[d] *c. 27. n. 191. vſque ad 256.*
[e] *per extrauag. Pij 1. Cum ex ſacrorum, de quo meminit Villad. de irregul. col. 9. quam nos declaramus in repet. cap. accepto oppoſ 8. nu. 34. de reſt. ſpol.*
[f] *c. vel non eſt compos, de tempor. ordinat.*
[g] *quibus dicta Extrauag. non innotuerit.*
[h] *3. part. tit* 14. c. 16.
[i] *in 4. diſt. 24. q. 5.*
[k] *per ſup. dicta n. 68.*
[l] *c. Innotuit, de eo qui furt. ord. ſuſcep.*
[m] *in ſum. de cler. per ſalt. promot. §. 1.*
[n] *de quo ſup. n. 68. remiſſiue.*
[o] *per c. vltimum de cler. non ord. miniſt.*
[p] *Silue, verb. irregularitas, q. 12.*

ſus, in quo ſolus Papa diſpẽſat.[a] Et qui eodem die ordines minores, & ſubdiaconatum ſuſcipit,[b] & magis qui duos ordines ſacros eodem die, etiam ſi ſit religioſus,[c] non tamen, qui quatuor minores eodem die ſuſcipit.[d] Quod etiam poſt Concilium prædictum procedere poteſt in eo, cum quo epiſcopus diſpenſaret, vt non ſeruatis temporum interſtitiis, poſſet initiari. Quin videtur poſſe ſuſcipere illos, & ſubdiaconatum eodem die, vbi eſt talis conſuetudo quæ valet.[e] Concilium enim eiuſmodi conſuetudinem non tollit.

72 IX. Peccat mortaliter, qui ordinatur habens faciem, vel manus notabiliter deformes: vt ſi oculo caret, vel habet naſum & digitos abſciſſos, compactos, vel ſuperfluos.[f] Non tamen fit irregularis: licèt promotus celebret.[g] Idémque cenſendum de eo, qui ſemel à dæmone obſeſſus, aut morbo caduco in terram eliſus, ordinatur.[h] Et qui antequam in hos morbos incideret, ordinatus, poſtea frequenter eis correptus celebrat.[i]

Quàmuis autem in Manuali Hiſpano nihil dixerim de verſo ad inſaniam, vel furorem, licèt dictum *c. maritum*, etiam de illo agat: ne iniicerem ſcrupulos iis, qui ante, vel poſt ordinationẽ alienantur à mente per ebrietatem, phreneſim, lethargum: aliosve morbos, quibus eximendis non occurrebat tunc ratio ſufficiens: quæ poſtea in caſu cuiuſdam nobiliſſimi viri occurrit, putà, illud cap reſtringendum eſſe ad eos ſolos, qui alienantur mente directè, & immediatè, per inordinationẽ organi ſenſuum, non autem, qui mediatè, & indirectè vi morbi, vulneris, iræ, vel alicuius paſſionis breuis.

X. Peccat motaliter, qui excommunicatus ordines, etiam minores ſuſcipit,[k] fitque irregularis, ſi excommunicatio erat maior: cum quo ſolus Papa diſpenſat, iuxta Pan.[l] nec Siueſt[m] contrariũ ſentit: quàmuis nonnullis ita viſum ſit. Et qui in peccato mortali exiſtens, ordines ſuſcipit, aut aliquod ſacramẽtum miniſtrat.[n] Et etiam ſi res ſacras tangit, vel aliquid tanquam miniſter eccleſiæ facit ſuo officio fungens,[o] ſed non ſi eas tangit, vti laicus non ordinatus poſſet, veluti ſi tempore neceſſitatis baptizat, è terra ſacramentum ſubleuat, aut epiſtolam ſine manipulo cantat.

[a] *c. literas c. Dilectus, adiuncta gloſ. de tempo. ord. & d. c. Innotuit.*
[b] *c. 2. de eo qui furt. ord.*
[c] *per Concil. Trid. de quo ſup. n. 68. remiſsiuè.*
[d] *iuxta gloſſ. c. De eo, de temp. ord. & c. 2. de eo qui furt ord.*
[e] *iuxta D. Ant. 3 part. tit. 14. c. 16. §. 16.*
[f] *c. ſi Euangelia, 55. diſt.*
[g] *Pan in c. ſi celebrat, de cler. excom. min.*
[h] *c. Maritum, & c. ſ. q. 33. diſt. iuncta gloſ.*
[i] *gloſ. & Commun ibid.*
[k] *c. ſi celebrat, de cler. excom. miniſt.*
[l] *& commun. in c. Cum illorum, de ſent. excom.*
[m] *verbo diſpenſatio, qu. 10. §. 10.*
[n] *c. Illud, 95. diſt. Rich. in 4. diſt. 24. art. 4. q. 1.*
[o] *ex mẽte S. Th. in 4. diſt. 5. & 24. & 3. par. q. 64 art. 6 & Sil. verb. ordo, 4. q. 2.*
[p] *iuxta S. Tho. 3. par. q. 64. art. 6. per Sil. verbo Baptiſmus, 3 q. 4. bene defenſũ.*

73 XI. Peccat mortaliter, qui notatus aliquo peccato notorio depoſitione digno, ſuſcipit ordines antè diſpenſationem, etiam actâ pœnitentiâ. [a] Dixi *Notorium*: ad hunc ſiquidem effectum, non ſufficit eſſe famoſum, nec teſtibus probabile. Notorium autem, dicitur quoad hoc, quod eſt confeſſum à parte in iudicio: vel ſuper quo eſt lata ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam: aut eſt adeo manifeſtum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit: cuiuſmodi eſt peccatum eius, qui ita publicam habet concubinam, vt maritus vxorem, & publicè filios alit. [b] Illud denique quòd ſcit euidẽter maior pars populi, vicinorum, aut collegij: modò in eo ſaltem ſint decem. Itaque, ſcientia pauciorũ quàm ſex, nõ facit rem notoriam, neque ſex, cùm illi non ſunt maior pars illius congregationis, cuius reſpectu illud dicitur notorium, quicquid dicat Silu. [c] & alij per ipſum citati, cõtra communem Ant. [d] quem Panor. [e] & communis [f] ſequuntur.

Nec obſtat id, quo nititur Silu. quòd ex hoc nimirum ſequeretur, nihil poſſe dici notorium in magna aliqua ciuitate, cum ferè nihil agatur, quòd maior pars videat. Tum, quia multa fiunt totâ ciuitate euidenter vidente, vt obſeruatio feſti, tormentorum exploſio in ouatione publica, & id genus alia. Tũ, quia multa ſunt in magna vrbe, quæ licèt non ſint ei toti notoria, ſunt tamen talia regioni, viciniæ, aut collegio, quòd ſatis eſt, vt quippiã notoriũ dicatur. Dixi. *Depoſitione digno*: ex aliis nãq; hic effectus non oritur. [g] Dixi *acta pœnitentia* ad excuſandũ namque à peccato, non ſufficit illa citra diſpenſationem.

74 Dubiũ autem eſt, An epiſcopus, qui cũ eo poteſt diſpẽſare, cenſeatur ipſo facto ordinando eum, diſpenſare: Ad quòd reſpõdet Sil. [h] affirmatiuè, ſi eiuſmodi ſit eius intentio: licèt nullis verbis vtatur. Idémq; cenſendũ de prælato, ſuũ ſubditum ad ſuſcipiẽdos ordines ablegãte. Quòd quãuis, fortaſſis, locũ habeat in foro conſcientiæ interiori: nõ tamẽ in exteriori, iuxta communẽ, & verã opinionẽ. Quę cõciliãs Inn. *in c. veniẽs de fil. presb.* ſibi ipſi *in c. diuerſis fallacijs, de cleric. cõiug.* aſſerit inter papã, & Epiſcopũ hoc intereſſe, quod Papa indulgẽs quippiã ei quẽ ſcit iure humano ad id inhabilẽ ipſo facto, citra diſpenſationis expreſſionẽ, cẽſetur habilẽ facere: nõ autẽ Epi-

[a] *c. fin. de tempor. ordin.*

[b] *c. veſtra, de cohab. cler. & mul. & c fin. de tẽpor. ordin.*

[c] *verb. notorium, qu. 4. §. 4.*

[d] *in d. c. veſtra, n. 31.*

[e] *ibidem n. 6.*

[f] *ibi. & alijs locis.*

[g] *iuxta Card. in d. c. fin. per exempla illius textus, quæ ſunt, Adulteriũ, periurium, homicidium, & falsũ teſtimoniũ.*

[h] *verbo irregularitas, q. 28. in c. ſi quando, de Reſcrip. & in Comment. c. Nõ liceat, 21. q. 1. §. 3.*

ſcopus. Cuius diuerſitatis ratio eſt, quod epiſcopus non poteſt citra cauſá diſpéſare; Papa verò ſecus, vt copioſè alibi ſcripſimus multos referédo. [a] Quibus addimus, ex prædicta ratione ſequi, limitandũ eſſe dictũ de epiſcopo, vt procedat, quãdo diſpenſat circa ius cõmune: non autem cùm id facit circa ſuã conſtitutioné ſynodalem, cùm diſpenſatio eius, circa eam ſine cauſa facta, valeat.

75 XII. Peccat mortaliter, qui interdictus ingreſſu eccleſiæ, diuinis officijs intereſt: & ſi celebrat, eſt irregularis, [b] non tamen eſt irregularis, nec peccat celebrando extra eccleſiam, [c] nec intrans etiam vt oret, tempore, quo diuina officia non peraguntur. [d]

XIII. Peccat mortaliter, baptizans, quem certo ſcit eſſe baptizatũ: eſt quæ irregularis. [e] Et in baptiſmate vngens chriſmate veteri non conſtitutum in mortis periculo. [f] Et qui celebrat aduertens, ſumpto aliquo cibo, vel potu poſt mediam noctem [g] etiam pharmaci gratiâ [h] Dixi, *Aduertens*, ſecus enim, ſi non aduerteret ante miſſam inchoatam: licèt aduerteret eâ cœpta, etiam ante conſecrationem, eámque citra ſcandalum non poſſet imperfectam relinquere: iuxta Angelum, [i] & Silueſt. [k] aſſerentes idem eſſe de illo, qui poſt inchoatam miſſam, meminit ſe ſuſpentum, excommunicatum, vel irregularem eſſe: nec ob id nouam irregularitatem incurrit.

76 XIIII. Peccat mortaliter, qui aduertens ante miſſam inchoatam, ſe eſſe in peccato mortali, eo non priùs confeſſo, celebrat. [l] Dixi, *Aduertens ante miſſam, &c.* quia aduertens eâ inchoatâ, non debet à miſſa ſuperſedere, etiam ſi citra ſcandalum poſſet: debet tamen illud ante Secretam confiteri, ſi ſine ſcandalo poteſt: ſin minùs, contritus, miſſam perficiat, Silu. reſolutore. [m]

XV. Peccat mortaliter, notorius concubinarius, aut fornicarius, ante pœnitentiam celebrans, fitque irregularis: quia eſt ſuſpenſus ipſo iure, [n] ſaltem donec pœnitentiam agat, [o] & qui ſuſpenſus celebrat, eſt irregularis. [p] Idémque eſt de diaconis & ſubdiaconis, [q] ac de initiatis ſolis minoribus ordinibus, ſi aliquem actum ſui ordinis proprium exerceant. [r] Circa quam irregula-

[a] *in c. ſi quando, de reſcript. & in Comment. c. non liceat, 12. q. 1. § 3.*
[b] *c. is cui de ſent. excom. lib. 6. cum adnot. eſ per Domin.*
[c] *iuxta gloſſ. 2. d. c. is cui.*
[d] *iuxta Archid. & commun. in d. c. is cui.*
[e] *vt traditur infra c. 27. n 146.*
[f] *c. ſi quis de oleo, de cõſecra. diſt. 4.*
[g] *c. liquidò, de confec. diſt. 2.*
[h] *iuxta S. Tho. recept. 3 part. qu. 80. art. 8.*
[i] *verb. Euchariſtia, 2 § 6.*
[k] *verbo Eucharistia, 2. q. 7.*
[l] *per dicta ſup. c. 21. 49.*
[m] *in d. q. 7.*
[n] *c. præter, 31. diſt.*
[o] *c. ſi qui ſunt, 81. diſt.*
[p] *c. 1. de ſent. & re iud. lib. 6.*
[q] *c ſi quis, 81. di. & d. c. præter.*
[r] *iuxta Archid. in d. c. præter. §. hæc de malis, & Card. Turrecr. in d. §. verum.*

titatem ſolus Papa diſpenſat.[a] Dixi, *Notorius*, non enim ſufficit his pœnis incurrendis, quòd ſit infamatus, vel probari poſſit eſſe talis, quàmuis mortaliter, iuxta omnes, peccet.

77 Dixi, *Ante pœnitentiam*, nam illà actâ celebrans, aut ſui ordinis actum exercens, quàmuis peccet mortaliter celebrando, citra diſpenſationem,[b] vt alij peccatores notorij peccatis depoſitione dignis notati: nouam tamen irregularitatem non incurrit, quàm nõ actâ pœnitentiâ celebrando, incurreret, ſuper qua ſolus Papa diſpenſat, licet remaneat in antiqua, quam peccatum notorium inducit, ſuper qua Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt expreſſiùs aliis reſoluit Ioan. Imo.[c] Dixi, *Concubinarius, aut fornicarius*, quia quoad effectum incurrendi ſuſpenſionem à ſacramentis, & excludendi ab officijs diuinis, idem cenſendum de fornicario vago, qui multis ſe permiſcet, quod de vnam concubinam habente.[d]

78 Arduum tamen dubium inter recentiores oboritur, An qui audiunt miſſam publici concubinarij, mortaliter peccent? Pro cuius reſolutione, tria ſubijcio. Primum, peccare eos, quorum auditio eſt cauſa, vt eam dicat, ſi ſine iuſta cauſa eam audiunt: nam mortale peccatum eſt, præbere anſam mortaliter peccandi, citra iuſtam cauſam, vt dictum eſt ſupra.[e]

79 Quò fit, vt prudentię ſit potiùs commendare miſſam ſacerdoti bono, quàm malo. Tum, quia commendare huic, eſt aliquale peccandi periculum: commendare autem illi, nullum, Tum, quia licèt quoad eſſentialia miſſæ, putà, pręſentiam realem corporis, & ſanguinis Domini, & quoad effectum operis operati, pares ſint, miſſa boni ſacerdotis, & mali,[f] nihilominus tamẽ quoad preces, & effectum operis operantis, longè melior & efficacior eſt miſſa boni, quàm mali, ſecundùm omnes.[g]

Secundùm, probabiliter ignorantem legem prohibentem, ne quis miſſam concubinarij notorij, aut fornicarij audiat, non peccare: quia ignorantiâ probabili iuris poſitiui excuſatur.[h]

80 Neque confeſſarium teneri docere eam pœnitentem: cùm potiùs imprudentiæ foret id facere, aſſertoribus Gabr.[i] & Roſ.[k] quod (noſtra ſententia) intel-

[a] *ſecundùm eoſdem.*
[b] *c. fin. de tẽpor. ordin.*
[c] *in c. 1. col. 4. de iudic.*
[d] *iuxta Silu. verbo concubinarius, q. 1.*
[e] *c. præced n. 13.*
[f] *c. intra, 1. q. 1.*
[g] *vt diximus in Enchir. de orat. & hor. can ſuper c. quando, de conſec. diſt. 1. c. 19. du 59. &c. 20. n 67.*
[h] *c. 2. de conſtit.*
[i] *in 4. diſt. 13. qu. 1. dub. 4.*
[k] *verbo clericus, 3. §. 2.*

ligendum eſt, quando conſideratâ qualitate pœnitentis & clerici, eiuſmodi admonitio, nihil prodeſſe crederetur.

Tertium, ſcientes, aut ſcire debentes prædictam legem peccare mortaliter audiendo eam. Tum, per varia iura.[a] Tum, quia S. Thom[b]. cum omnibus ferè veteribus, id amplectitur, & Card. Turrecrem. multis locis,[c] addens ſe digniſſimam ſententiam,[d] mortuos nimirum in eiuſmodi peccato, non eſſe in loco ſacro ſepeliendos. Quod notandum eſt, contra eos, quibus morientibus candelam manu tenendam tradunt concubinę. Tum, quia idem aſſerit Panorm. cum communi,[e] & cōmunis Theologorum,[f] quicquid dicant Gabr.[g] Maior,[h] & Adrian.[i] cum alijs quibuſdam Nam Concil. Trid. canones antiquos ea de relatos. pœnis grauioribus communiendo, approbat.[k]

81 XVI. Peccat mortaliter, ſacrificans extra locum ſacrum.[l] & quàmuis ante Conc. Trid de licentia epiſcopi, celebrari poterat extra illum, ſuper arâ ſacrâ portatili, alijs neceſſarijs interuenientibus,[m] poſt illud tamen, non licet epiſcopis id indulgere. Nec ipſe Papa indulget, ſaltem non epiſcopis, etiam in vrbe morātibus, nec alijs quàm Cardinalibus: licèt nobis ſingulari beneficio, ea conceſſa fuerit.

82. Credimus autem, quòd vti præuiâ licentiâ,[n] poterat ante dictum Concil. celebrari, ob neceſſitatem, citra licētiam epiſcopi: ita poſſe etiam hodie: non enim videtur quoad hoc, eſſe illi derogatum per concilium: & conſequenter ei eſt inſiſtendum.[o] Quod notandum eſt pro Ditionibus, in quibus frequentiſſimæ ſupplicationes fiunt, ad aliqua parua eremitoria, præ quorum foribus, ſolet dici miſſa, vt ab omnibus audiatur: & pro primitijs ſeu primis miſſis ſacerdotum, ad quas maxima multitudo ) quam eccleſia capere nequit) ſolet gregatim confluere. Lōgè verò minus, poſſet indulgeri licentia celebrandi in mari, vel flumine, vbi effuſio ſanguinis timeri poſſet, etiam vrgente quauis neceſſitate,[p] per quod ipſum decretum, videtur ſublatum priuilegium Prædicatorum, & Minorum, quouis loco honeſto celebrandi, allegatum per Ang.[q]

83 XVII. Peccat mortaliter, in eccleſia interdicta ce-

[a] c. præter, c. nullus 32. di c. ſi qui ſunt, cū multis alijs, 41. diſt. & c. veſtra, de cohab. cler. & alia pleraque.
[b] in quodl. 11. art. 8.
[c] præſertim in d. c. præterea, & c. nullus. & c. ſi qui ſunt.
[d] in d. c. præter
[e] in d. c. veſtra, & alibi ſæpe.
[f] in 4. diſt. 9.
[g] vbi ſupra.
[h] in d. diſt. 9.
[i] in 4. de ſacrament. Euchariſt. col. 3.
[k] c. 14. de refor. ſeſſ. 25.
[l] c. miſſarum de conſecr. diſt. 1.
[m] c. concedimus, de conſec. diſt. 1.
[n] d. c. concedimus.
[o] arg. l. præcipimus, C. de app.
[p] iuxta D. Anton. 3. part. tit. 13. c. 6. §. 4.
[q] verbo miſſa, §. 59.

lebrans,fitque irregularis,& in polluta ſanguine,vel ſemine,non tamen fit irregularis.[a] Et ſcienter, aut ignorantiâ craſſâ celebrans ſuper arâ enormiter fractâ, vel non conſecratâ, aut in conſecratâ, hoſtiam & calicem, quo celebrat, non capiente.[b]. Dixi *Enormiter*, per cap. *Quod in dubijs*, eod. tit.

XVIII. Peccat, qui ante recitationem horarum matutinarum celebrat: cum aduerſetur conſuetudini generali Eccleſiæ: niſi incidente repentinâ neceſſitate quò vitetur graue damnum aut ſcandalum id faciat.[c] Cæterùm, ante recitationem primæ, celebrari poteſt, niſi inualuiſſet conſuetudo, vel conſtitutio contraria, quæ intelligenda foret de miſſa maiore, & recitatione in choro, non de alia.[d]

Nec quicquam obeſt cibus, & potus ſumptus poſt matutinas preces recitatas ante mediam noctem: modò poſt eam nihil ſumatur, iuxta Adria.[e] & alios, quos alibi retulimus.[f]

84 Inſuper, ſine omnibus veſtibus ſacris, aut corporalibus, vel libro, ſaltem continente canonem, *Te igitur*, vſque ad communionem, celebrans[g] etiam ſi feſtum vrgeret,[h] & aliter mortem vitare nequiret[i] (quod nobis ſatis durum videtur) licèt ſi celebret, non fiat irregularis. Potéſtque loco cinguli, ſtolam lõgam adhibere, & loco ſtolæ manipulum oblongum.[k] Quinet, cingulum non benedictum adhibere poteſt, iuxta Richar.[l] & Scot.[m] nam cingulum, & calcei, ſecundùm ipſos benedici non ſolent. Quibus aduerſatur, quòd etiam pro eis benedictio in Pontificali noſtro reperitur. Hæc autem benedictio, ad epiſcopum ſpectat iure communi: priuilegio autẽ Papæ, miniſtri, & prouinciales fratrum Minorum, poſſunt benedicere corporalia: & ijdem, ac cuſtodes, & guardiani, alia ornamenta pro ſuo ordine, & monialibus ſanctæ Claræ, ac tertij ordinis, non pro alijs.[n].

85 XIX Peccat mortaliter, ſine aqua, aut lumine celebrans.[o] Et conſequenter in pane fermentato, aut corrupto: ita vt ſubſtantiam panis perdat.[p]. Aut in omphacio, ſeu vino adeo acido, vel lymphato, vt ſubſtantiam vini deperdat, & conſecratio nulla eſt. Dixi, *Subſtantiam deperdat*, aliàs enim ſecus.[q] Et ſolum vinum ſine aqua

[a] *c. is qui, in princ. & §. 1. de ſent excom. lib. 6.*

[b] *c, 1. cum ei adnot. de conſec. eccleſ.*

[c] *iuxta Silu. verbo Miſſa, q. 6.*

[d] *ſecundũ Ang. vbi ſup. & Silu. vbi ſup.*

[e] *in 4. de Euchariſt. col. 27.*

[f] *in c. liquido, de conſec. diſt. 2*

[g] *iuxta S. Anton. 3. part. tit. 13. c. 6. §. 6. & directl. lib. 1. tit. 7. § 55.*

[h] *iuxta eundem, ibidem.*

[i] *ſecundùm Caiet. 1 2. qu. 96. art. 4.*

[k] *iuxta Palud. in 4. diſtinct. 13 q. 2. col. 5.*

[l] *in 4. diſt. 13.*

[m] *ibid q. 2.*

[n] *compend. priuilegiorum verbo benedicere.*

[o] *c. fin. de celeb. miſſ.*

[p] *Richard. in 4. diſt. 11. art. 2. q. 2 ad 1. & qu. 5.*

[q] Richard. in 4 *diſt. 10.*

conſecrans, licèt valeat conſecratio. [a] Noctu inſuper ante lucem celebrans, iuxta omnes, excepto epiſcopo. [b] Quæ licèt nullâ ratione firmâ videatur niti, vt aliàs [c] dixi, quia tamẽ (vt audio) vſu recepta eſt, defendi poſſe videtur, ob epiſcopi prærogatiuas, [d] & quia etiam (vt vidimus Tholoſæ ab hinc ſexaginta circiter annos) in Gallia Aquitanica vbi omnes ferè quotidiè audiebant miſſam, quò operarij filij & famuli eam audirent, dubia adhuc luce, imò longè ante lucem incipiebant fieri miſſæ. Quod ipſum & in Gallia Belgica etiam nunc fieri audio. Quẽ vſum, difficilè puto relictum iri, etiã poſt receptũ Conc. Trid. iubens horis tantũ debitis celebrari: nam & de epiſcopi, aut alterius ſuperioris licẽtiâ ob neceſſitatem communicandi infirmũ, morti proximũ, & defectum Euchariſtiæ, eam ante lucẽ dici poſſe, prodidit S. Ant. [e] quem Ang. Silu. & poſteriores ſequuntur: imò, & noſtra ſentẽtiâ, tali caſu, etiam ſine licentiâ epiſcopi abſentis. [f]

Eſt etiam communiter illicitum, celebrare præteritâ notabiliter horâ ſextâ, ſecundùm Ioan. Andr. [g] communiter receptum: at (noſtro iudicio) minùs bene. Tum, quia non eſt textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, vbi ſine ſcandalo poteſt, ſacrificare ante nonam. Tum, quia eſt oblatio, & ſacrificium incruentum, à ſacerdote in perſona Chriſti oblatum, idémque, quod eã horâ ab ipſomet Chriſto fuit oblatum cruentum, quod veluti quædam prima miſſa fuit, [h] adeóque non raro id feci, præſertim diebus feſtis: vt ego & mei iter facientes, ac poſt meridiem peruenientes ad loca intentæ, ſatisfaceremus præcepto. Cui conſequens eſt priuilegia de dicenda miſſa, circa, vel poſt meridiem, continere ius cõmune, tantùmque prodeſſe ſedandis animis ſcrupuloſorum, qualia eſſe etiam alia multa alibi diximus. [i]

86 Nec videtur obſtare prædictum decretum *ſeſſ.* 22. quatenus prohibet, ne ſacerdotes alijs horis, quàm debitis celebrent: id enim intelligendum eſt de horis antelucanis, vel poſt nonam, quâ prædicta oblatio Chriſti, conſummata fuit: nam & in Quadrageſima dici debet poſt nonam, quam conſtat eſſe poſt meridiẽ, & horam cœnandi, die ieiunij, vt docet S. Tho. [k] ac conſequenter, vidẽtur ſublata priuilegia Sixti IIII. Inno. V. & Leonis X. de dicenda miſſa ante horam legitimam. [l]

[a] *c. 1. & 2. cum gloſſ. Archid. Card. & commun. de conſec. diſt. 2.*

[b] *iuxta Palud. in 4. diſt. 13. qu. 2. concil. 2. art. 2. poſt gloſſ. c. fi. de priuileg. lib. 6.*

[c] *hîc, & in c. nocte ſanctâ, de conſec. diſt. 1.*

[d] *quaſi d. gloſſ. refert.*

[e] *3. part. tit. 13. c. 6. §. 4.*

[f] *arg. c. quod nõ eſt, de reg. iur.*

[g] *in c. 1. de celeb. miſſ.*

[h] *vt fusè probaui in c. ſolent, de conſec. diſt. 1. & breuiùs, in d. Enchirid. de orat. c. 3. n. 44.*

[i] *in d. c. quando, c. 3. n. 57. & c. 3. n. 84.*

[k] *2. 2. qu. 147. art. 7.*

[l] *quorum tenor hoc in loco Manuali Hiſpano attexitur.*

At verò, ſi presbyter non poteſt finire miſſam cœptam, poterit relinqui imperfecta, niſi fuerit facta conſecratio: quia *cap. nihil*, 16. q. 1. quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectum, intelligitur ſine iuſta in id cauſa. Nam infra [a] dicetur miſſam cœptā relinquendā non eſſe, ſi cœptus ſit canon, etiam ſuperueniente excommunicato, recuſante abſcedere. Atqui, ſi facta ſit conſecratio perficienda eſt per alium ieiunum, qui proſequetur eam, à loco, quo alter ſubſtitit, [b] vel per non ieiunū, ſi deeſt ieiunus: maioris namque momenti eſt præceptum de miſſa poſt conſecrationem per alium presbyterum perficienda, quod eſt diuinum, aut diuino proximum, [c] quàm de communicando ieiunè, quod eſt humanum. [d] Et quàmuis nec dictum *cap. nihil*, nec ei concordantia præcipiant, quòd alius presbyter eiuſmodi caſui præſens, teneatur illam perficere: arbitror tamen teneri, etiam ſi ieiunus non foret; deberéque ſe veſtire ſacras veſtes, & concipere contritionem, ac confiteri (ſi opus foret) & copia id faciendi ſeſe offerret: tum vt euitetur ſcandalum, quod ex ea imperfecta oriri poſſet: tum, vt conſeruetur tanti ſacramēti honos, ad quod longè magis tenemur, quàm ad ſeruandas fortunas proximi: quas tamen (ſi ſunt notabiles) præcipimur ſeruare, ſaltem dum commodè poſſumus. [e] Non tamen eſt finienda à laico, nec à clerico presbytero minore: quum iure non poſſit. [f]

87 XX Peccat mortaliter, pluries quàm ſemel eâdem die celebrans, [g] ſeptem caſibus exceptis, iuxta Palud. [h] & S. Anton. [i] Primus, die Natiuitatis Dominicæ: quo tres dici poſſunt, [k] quarum dicendarum, optimus modus videtur, vt prima, mediâ nocte: ſecundâ: diluculo: tertia, horâ tertiâ dicatur: quàmuis etiam interdiu omnes tres; ſine intercapedine, aut cum ea, dici poſſint, ante lucem tamen non poteſt dici rectè, niſi vna. [l] Secundus caſus eſt, quum ſuperuenit dictâ iam miſſâ perſona aliqua eximia, veluti Epiſcopus, quem ſingulis diebus decet eam audire, vel dicere. [m]

Eadémque vel maiori ratione, cùm ſuperueniunt peregrini, etiam ſi non ſint tanti ſtatus, ſi præcepto illo die audire miſſam teneantur. Tertius, cùm repentè dictâ miſſâ, corpus defuncti occurrit ſepeliendum,

[a] *c.27.n. 34.*

[b] *d. c. nihil.*

[c] *c. comperimus, & c. relatum, de conſec. diſt. 2.*

[d] *c. liquido, ead. diſt.*

[e] *per citata in cōment. c. nō in inferenda, 23. q. 3. & in ſummam redacta in c. præterea, à nu. 15.*

[f] *arg. c. 1. §. fin. de ſum. Trini.*

[g] *c. conſuluiſti, de celebr. miſſar. & c. ſufficit, de conſec. diſt. 1.*

[h] *in 4. diſt. 15. q. 2.*

[i] *3. part. tit. 13. c. 6. §. 4.*

[k] *d. c. nocte ſancta.*

[l] *vt poſt Ang. verbo Miſſa. §. 40. & Silu. verbo Miſſa, 1 q 6. & 7. diximus in d. c. nocte.*

[m] *d. c. fin. de priuileg. l. 6.*

& conſuetudine receptum eſt, ne ſepeliatur citra miſſam quando ea celebrari poteſt. Quartus, cùm quis ità ægrotat, vt communicare neceſſariò debeat, nec eſt Euchariſtia. Quintus, cùm quis præeſt duabus eccleſiis vnitis, duabus miſſis indigẽtibus, nec eſt alius, qui aliam celebret. Sextus, ob nuptiarum benedictionem. Septimus, cùm occurrit cauſa, quæ ad id arbitrio viri boni iuſta videatur: per d. *c. conſuluiſti*, quo ſtatuitur licitum eſſe celebrare pluries, quàm ſemel, vrgente neceſſitate.

88 Neque tamen, prædictis etiam caſibus, eſt licitum, ſi ſacerdos, qui ſemel celebrauit, non eſt ieiunus: etiam ſi nihil præter ſolitam calicis purificationem ſumpſerit: aut ſi iam eodem die duas celebrauit, excepto die Natiuitatis: vel adſit alius ſacerdos, qui poſſit, & velit illam miſſam neceſſariam dicere.[a] Cæterùm, omnibus diebus miſſa celebrari poteſt,[b] exceptis feria ſexta, & ſabbatho hebdomadæ ſanctæ.[c] Nec obſtat conſuetudo, quam contrariam ſabbato ſancto videmus: miſſa namque quæ nunc illo dicitur, non eſt eiuſdem diei, ſed noctis reſurrectionis: quàmuis eam paulatim imbecillitas humana tanti ieiunij impatiens, ad horam reliquarum retraxerit[d] Sexta verò feria ſancta, nec dicitur, nec dici debet, nec publicè, nec ſecretò: ſed ſolùm ſuſcipitur hoſtia, quæ præcedenti die conſecrata remanſit. At die Iouis ſancto, aut feria quinta eiuſdem hebdomadæ, & publicè & ſecretò dici poteſt: quum id nullo iure prohibeatur: imò dictum *c. ſabbatho*, bene põderatum, permittit: licèt illo die ferè omnes à celebrando abſtineant: nonnulli defectu commoditatis, quia illo die, Sacriſtæ altaria denudant: Plærique quia falsò putant, non licere, alij quia confeſſionibus excipiendis occupantur.

XXI. Peccat presbyter, non celebrans citra iuſtam cauſam, ſaltem ter aut quater principalibus feſtis anni quibus laici religioſiores communicare ſolent,[e] etiam ſi non habeat curam animarum, nec alia ratione, quàm presbyterij ſit obligatus. Quin Concilium prædictum,[f] iubet Epiſcopis, curare, vt presbyteri ſaltem dominicis, & feſtis ſolemnibus, ſacrificent: quibus verò cura incumbit animarum, tam crebrò, vt muneri ſuo ſatisfaciant. Quo tamen, ante præceptum epiſcoporum, non

videtur

[a] *iuxta communem prædictorũ*

[b] *c. viſum, de cõſec. diſt. 1.*

[c] *c. ſabbatho, de conſecr. diſt. 3.*

[d] *vt ſignificat collecta incipiẽs, Deus qui hanc ſacratiſsimã noctem, & in d. Enchir. de orat. c. nu. 43. probauimus.*

[e] *S. Tho. 3. part. q. 82. art. 10. & Rich. in 4. diſt. 13. art. 2. vt latius tradimus, in d. Ench. de orat. arg. c. dolẽtes, de celeb. miſſ.*

[f] *ſeſſ. 23. c. 14.*

videtur presbyter teneri pluries ſacrificare quàm ante Concilium, quum id non præcipiat, ſed tantùm curam ad idcognoſcendi, epiſcopis committat.

89 XXII. Peccat is, cuius negligentia ſanguis in terrã, vel altare effunditur. Quid autem tunc ſit faciendum, ſtatuitur in *cap. ſi per negligentiam, de conſecratione, diſtinctione* 2.

XXIII. Peccat mortaliter, reliquias ſacramenti, quæ in calice, aut in platena remanent, quàmlibet exiguas, poſt ablutionem ſumens, iuxta mẽtem Palud.[a] & Roſ.[b] quod eſt verum, ſi ex interuallo id faciat, ſecus, ſi è veſtigio & ſine mora, vt neruoſe probat Caiet.[c] quæ námque in continenti fiunt, ineſſe videntur.[d] itaque quas ex interuallo inuenerit, cuſtodire debet in alterũ diem ſumendas: aut certè miniſtrare eas alicui ad communicandum diſpoſito, iuxta eoſdem: Porrò humor in calice remanens, poſt ſumptionem ſanguinis, quoad omnino exſiccetur, magnâ reuerentia tractandus eſt: quia ibi eſt ſanguis D. N. Ieſus Chriſti: ideóque prima ablutio, facienda eſt vino, & ſumma cum reuerentia ſumenda.[e]

90. Et quàmuis poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis, aliqua particula hoſtiæ in ore remanſerit, licitè poteſt ſumi ablutio: licèt ea prius deglutiatur Quin et toties poteſt ſumi, quoties opus fuerit hoſtiæ degluciendæ: quod decentius videtur, quàm ad id, digitum ori inferre: ſecundum Roſel.[f] & Silueſt.[g] Et ſi ſumpto ſanguine, aliquid hoſtiæ in calice manſerit, debet eam digito ori calicis ad mouere, & ante miſtionem vini ſumere, iuxta Scot.[h] Decentius tamen videtur, quod Ang. dicit,[i] & Silueſt.[k] quódque ego ſoleo facere, ſcilicet, vt vinum infundatur, & ſimul cum particula hoſtiæ ſumatur.[l]

91. At cúm hoſtiâ ſumptâ, volens ſumere ſanguinem aduerterit, nihil, vel ſolam aquam eſſe in calice, debet ſecundum Scotum[m] accedere cornu altaris, quaſi ablutionem accepturus, ſumptóque vino & aqua, vel ſolo vino cum aqua, quę remanſit in calice, redire ad medium altaris, & ibi conſecrare, incipiens ab illis verbis: *Simili modo &c.* & proſequens vſque ad illa: *Vnde & memores, &c.* aliis prætermiſſis (ne populus ob moram,

[a] *in 4. diſt. 9. qu. 1. in fin.*
[b] *verbo Eucharistia. 3. §. 13.*
[c] *3. tom de celeb. miſſ. q. 1.*
[d] *l. electa, ff. de reb. cred.*
[e] *c. ex parte, de celeb. miſſ*
[f] *verbo Eucharistia. 3. §. 22.*
[g] *eod. verb. q. 8.*
[h] *in 4. diſt. 8. q. 3.*
[i] *verbo Miſſa, § 20.*
[k] *verbo Eucharistia, 2. q. 9. & Euchariſtiæ, 3. q. 8.*
[l] *arg. d. l. lecta ff ſi cert. pet. l. continuus, ff. de verb. oblig.*
[m] *in 4. diſt. 8.*

errorem intelligat (ſanguinem Domini cum reuerentia percipere, & mox purificatione acceptâ, reliqua proſequi. Quæ praxis videtur præſtare praxi S. Thomæ, qui [a] cenſuit, debere alteram hoſtiam non conſecratam, cum nouo vino aqua mixto ſumere, & incipiendo à verſ. *Qui pridie*, conſecrare ſub vtraque ſpecie, miſſámque in finem vſque proſequi, perinde, ac ſi alteram hoſtiam non conſecraſſet, nec ſumpſiſſet, aquamve calicis deguſtaſſet. At ſi is, cui hoc contingit, ignorat præceptum eccleſiæ: quo qui celebrat, tenetur ſub vtraque ſpecie conſecrare, & ſumere, [b] aut inopinato caſu perturbatus, non ſuſcipit, nec conſecrat vinum, non peccat ob id mortaliter, iuxta Adr.[c] Cæterùm, qui multas hoſtias conſecrandas accipit, memôrque tãtùm illius, quã manibus tenet, verba conſecratoria profert, omnes cõſecrat. Quàmuis enim non intendat actu eas conſecrare, intendit tamen virtute manante ex actuali intentione quam habuit conſecrandi, quum illas accepit conſecrandas Scot.[d] Ang.[e] & Pano. cum com.[f] aſſertoribus.

XXIIII. Peccat mortaliter, pecuniam accipiens vt per ſe, vel alium miſſas celebret, facítque eas ab aliis dici, aliquid ſibi retinendo de pithantiis pro eis dandis, ſecundùm Maior.[g] Contrarium tamen ſentit Sot.[h] Nobis verò videtur, opinio Maioris procedere, quando pecuniam accipiens nullum habet officiũ, ob quod lex aut conſuetudo aliquod illi ſtipendiũ pro eiuſmodi cura, ex quáque pithantia miſſæ conſtituit, impenſis eorũ, qui eas celebrare debent: licèt enim omnes ſibi cõmiſſas dicere faciat: non tamen quantum debet ſacrificantibus perſoluit, & proinde, iniuſtitiam committit. Soti verò, quando eſt perſona id officij exercens, & dãs pecuniam, dat pluſquam ſalario ordinario ſufficiat, voluntate ſaltem tacita: vt quod ſupereſt retineat ſibi pro cura, & induſtria, quam eiuſmodi negotio impendit [i] Cuiuſmodi videntur eſſe aliquot parochi, & Sacriſtæ, quibus conſueuerunt commendari miſſæ dicendæ, & eleemoſynæ pro celebraturorum pithantijs, tradi.

92 Peccat mortaliter, quod obligatus ſacrificare alicuius nomine, non applicat ei totam illam, eius partem, quam tenetur ei applicare. Tum quia, vt alibi [k] diximus, vna miſſa pro multis dicta, non tantum valet cuilibet

[a] in 3. part q. 83. art. 6.
[b] c. relatum, de conſec. diſt. 2.
[c] in 4. de ſacram. Euchariſt. col. 23.
[d] in 4. diſt. 12.
[e] verbo Euchariſtia, 1. § 27.
[f] in c. ſacerdos, de offic. ordin.
[g] in 4. diſt. 45. q. 3.
[h] lib. 5. ar. 1. de iuſt. & iur.
[i] arg. c. ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, de reg. iur. lib. 6.
[k] in Enchir. de orat. c. 20. num. 77. & in c. viſum, de conſecr. diſt. 1. & c. non mediocriter, de conſec. diſt. 5. & infra, eod. n. 111.

eorum, quantum valeret dicta pro eo ſolo Tum, quia ſecundùm Scot. pulchre [a] hac de re differentem, triplex eſt valor miſſæ, putà, generalis, qui debetur toti eccleſiæ, iuxta intentionem illius, medius, qui ei pro quo dicitur, & ſpecialis, qui dicenti. Itáque, qui totum valorem generalem non aplicat toti eccleſiæ, ſecundùm ordinationem eius, & qui non applicat totũ medium ei pro quo ſacrificat, peccat: quia iniuſtitiã committit: quàmuis valorem ſpecialem ſibi debitum, iuſtè ſibi applicare poſſit, vel alteri, cui voluerit, ſiue addat plures collectas, quàm debeat, ſiue non iuxta Maio. [b] cui conſentit [c] Vuendelin. licèt repugnare videatur in hoc vltimo Scoto. [d] Quæ tota eſt doctrina ſingularis, vſu eccleſiæ meritò recepta: licèt S. Thom. [e] & poſt ipſum Silueſt. [f] Caietan [g] & nonnulli alij, aliud amplexi ſint. Tum, quia qui tenetur celebrare vnam miſſam, alicui, ſiue quia vltro eam illi addixit, ſiue quia pro ea dicenda pithantiam accepit, non ſatisfacit illi, eam etiam alterius nomine dicendo: niſi tacitè, aut expreſſè conſentiat [h] Tum quia paupertas celebrantis, non ſufficit, vt pro vna miſſa, duæ pithantiæ capiantur quàmuis Sot. [i] contrà minus bene teneat. Tum, quòd nullo ad id textu, ratione, vel authoritate fulcitur. Tum, quòd ipſemet ait, [k] habentem vnde ſuſtentetur, duas pithantias pro vna miſſa, accipere non poſſe, nec paupertas dicentis, tollit iuſtitiam, aut debitum alteri. [l] Tum, quòd eccleſia non inſtituit miſſas alendis pauperibus clericis: Quinimo: ſanxit, vt nullus pauper ordinetur. [m] Qui verò ordinatus, in paupertatem inciderit, arte, ſiue agricultura ſibi victum quærat. [n] Tum, quòd non obſtat illud Apoſt. [o] *Qui altari ſeruit, de altari viuat*, per ea, quæ ad intelligentiam illius alibi [p] diximus, & quia quilibet ſacerdos plus in aliis, quàm in dicenda miſſa, eccleſiæ ſeruit. ſiquidem, vt minimùm, horas canonicas recitat, [q] ideóque non tenetur ei victum præbere ſolus ille cuius nomine celebrat: & quia quælibet pithantia dari ſolita: communiter ſufficit pani, & vino emendis, quibus ſolis, imò paucioribus multi laici etiam coniugati, ſuſtentantur: tota die laborantes.

[a] *quod. 20.*

[b] *in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4.*

[c] *ibidem, in addit. ad 4.*

[d] *vbi ſup.*

[e] *3. part. q. 76. art. 5.*

[f] *verbo Miſſa, 1. q. 9.*

[g] *in opuſc. tom. 2. tract. 3. de celeb. miſſ.*

[h] *vt ibi ſup. cum communi diximus.*

[i] *lib 9. qu. 3. art. 1. de iuſt. & iur.*

[k] *in eod art.*

[l] *arg. c. ex tenore, de for. compet. & c. denique, 14. q. 5.*

[m] *c. non liceat, c. Epiſcopus, c. tuus, & c. cùm ſecundùm, de præb.*

[n] *c. clericus victum, 61. diſt.*

[o] *1. ad Corinth. 9.*

[p] *in d. c. cùm ſecundùm.*

[q] *c. 1. cũ ei adnot: de celeb. Miſſ.*

93 Itaque neque parochus, neque alius quiuis, alicuius nomine ſacrificare aſtrictus, ſatisfacit dicendo pro illo, & alio: niſi de cõſenſu eius, cui aſtringitur, expreſſo, vel tacito: cuiuſmodi colligitur ex conſuetudine ſeruata in parochia, vt parochus dicat miſſam publicam de defunctis, pro parochiano defuncto ſepeliẽdo Scot finitore.[a]

XXVI. Peccat mortaliter excommunicatus, interdictus, aut ſuſpenſus ſuſpenſione maiore, aliquem actum particularem, & propriè ſiue ſpecialiter ad ſuum ordinem pertinentem, exercens, & ſit irregularis, in quo ſolus Papa diſpenſat,[b] cum moderatione adhibenda infra.[c]

94 Inſuper miſſam, aliáve diuina officia celebrans in loco non interdicto, coram perſonis interdictis: eſtque ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpẽſus,[d] & ſi ſubſiſtente eiuſmodi ſuſpenſione, celebrat, ſit irregularis.[e] Quod (quantum ad ſuſpenſionem, & irregularitatem) intelligendum eſt de exempto à iuriſdictione ordinariâ non de non exẽpto, quia *c. epiſcoporum*, quod illius meminit, non comprehendit non exemptos, iuxta opinionem Archid.[f] receptam per Domin. Petrus. Ioann. Golon & Villadiegos[g] ac Cald.[h] quo nonnullos conſolati ſumus: quamuis S. Anton. & aliqui Summiſtæ, ſequantur glo. eiuſdem cap. oppoſitum aſſerentem, non perpendentes Ioan And. eius authorem, ſuper eadem gloſſ. poſtea variis rationibus pronunciatum hoc noſtrum amplexum fuiſſe.

95 XXVII. Peccat mortaliter clericus vnius eccleſię, alterius eccleſiæ clericos ad diuina officia tempore interdicti generalis admittens, iuxta opinionem Arch.[k] quam obſeruari in Gallia vidimus. Cuius tamen contrarium Ioan. And (quæ in tota Hiſpania obſeruatur) veriorem iudicamus.

XXVIII. Peccat mortaliter, interdicta generalia, aut particularia[l] prout debet, non obſeruans: excommunicatúmque, vel nominatim interdictũ, aut manifeſtũ vſurarium ſepeliens: eſtque excommunicatus.[m]

96 XXIX. Peccat mortaliter, qui non habens ad id facultatem ſcienter, aut per ignorantiam craſſam, confeſſum à caſibus, & cenſuris, à quibus non poterat,

a *in d. quodl. ar. 2.*
b *c. is cui de ſent. excom. lib. 6.*
c *c. 27 n. 244. & ſeq.*
d *capit. Epiſcoporum, de priuil. lib. 6.*
e *d. is cui.*
f *ibidem.*
g *de irregular. col. 7.*
h *conſil. 4. de ſent. excom.*
i *3. part. tit. 15 c. 1.*
k *in c. alma mater, de ſent. excom. lib. 6.*
l *de quibus c. 27. infra.*
m *Clem. 1. de ſepul. de quo c. 27. nu. 168. & ſeq.*

excepto mortis articulo, abſoluit: ſed irregularitatem, aliámve cenſuram non incurrit: tenetur tamen monere ſic abſolutum, ſi commodè & citra ſcãdalum poteſt.[a] Deniq;ue, commutans vota, aut in eis citra authoritatem diſpenſans.[b]

97 XXX. Peccat mortaliter clericus ordine ſacro inſignitus, aut beneficiarius, monacha vel monachus, qui deputatus ad chorum, omittit, aut vult omittere toto die horas canonicas, earúmve partem notabilem: aut notabiliter malè eas recitat, ſine propoſito iterum recitandi, abſque iuſta cauſa, vel attentione neceſſaria: hæc namque[c] tria hominum genera, tenentur legitimè recitare omnes horas canonicas ſingulis diebus.[d]

Dixi, *ad chorum*, qui enim profitetur ad alia obſequia, extra chorum, putà, bellica, vel in alia opera ſeruilia, non aſtringitur illis, ſed aliis illarum loco eis ab ordine ſtatutis. Dixi, *omittit, aut vult omittere*, toties enim peccat mortaliter, quoties id facit vel ſtatuit facere[e] Dixi, *toto die*, nam licèt peccet quia eas non recitat, etiam priuatim, extra aut intra eccleſiam horis debitis nullà preuià causâ,[f] non tamen peccat mortaliter, ſi ante mediam noctem eas dicat, vt poſt S. Ant.[g] probamus,[h] addentes, melius eſſe anticipare illas, quàm poſtponere, quando per occupationem debitis horis dici nequeunt: illud enim prouidentiæ, hoc negligentiæ videri poteſt Neque verò peccatum, imò meritum eſt, ob honeſtas occupationes, matutinas horas veſpere præcedente recitare, ac mane vſque ad nonam incluſiuè, & à meridie, reliquas ſimul,[i] nam vt ait S. Thom.[k] melius eſt anticipare laudes Dei: & poſtea alium actũ ſtudioſum agere, quàm vnum per alterum impedire: quàmuis anticipãs, vt voluptuoſiùs mane dormiat, venialiter peccet.[l]

98 Dixi, *partem notabilem*, nam omittere paruam, putâ, dictionem vnam, aut partem verſus, etiam ſine voluntate repetendi, non eſt ampliùs quâm veniale: modò contemptim, aut cum notabili ſcandalo non omittatur,[m] quicquid ſentiat ſanctus Anton.[n] Dixi, *Sine propoſito ſupplendi*, quia cum eo, ne veniale quidem

[a] *iuxta Silueſt. verb. confeſſor, 3. in princ.*
[b] *vt dictum eſt, ſup. c. 1[illegible] n. 72.*
[c] *vt probamus in Enchirid. de orat. c. 7. nu. 2. & 5.*
[d] *arg. c. 1. de celeb. miſſ. & cap. fin. 92. diſt. cuncta ratione neruoſa D. Anton. qui probat monachos ad id aſtringi.*
[e] *arg. ſup. dictorum, c. 11.*
[f] *vt probamus in d. Enchirid. c. 3. num. 45. per Clement. 1. de celeb. miſſ. & per cap. 1. eodem tit. vbi Io. And. idſentit.*
[g] *2. part. tit 9. c. 12. § 3. & 5.*
[h] *in d. Encherid. n. 57.*
[i] *arg. c. 1. de celeb. miſſ.*
[k] *quodl. 5. art. 28.*
[l] *arg. c. clericus, 1 91 diſt.*
[m] *per dicta in d. Enchir. c. 10 n. 18. fin n. & nu. 13. & ſup c. 11. à n. 11.*
[n] *2. part. tit. 9. c. 12. § 3.*

eſt, aliquam partem notabilem, ſubſiſtente cauſa omittere, veluti ob tuſſim, colloquutionem, aut reſponſionem ad rem neceſſariam, recitãdo cum aliis non expectantibus. Dixi, *aut notabiliter malè recitat*, propter eos, qui toties contrahunt ſyllabas, dictiones deglutiunt, & ſuos verſus incipiunt, antequam ij quibuſcum recitant, ſuos abſoluant? quod eſt graue peccatum, ac omnium, quæ in horis recitandis, & cantandis admitti vidi frequentiſſimum, & propter eos, qui recitant cum ijs, qui toties hoc faciunt, vt iudicio boni viri, fiat notabilis confuſio: ij enim mortaliter peccant: quamuis qui parum, non niſi venialiter.[a]

99. Dixi, *ſine propoſito eas iterum recitandi*, nam qui cum eo recitat, poſteáque iterũ eas repetit, non peccat mortaliter: vt faciebant nonnulli amici noſtri, qui moniti à nobis, non ſat ſfacere recitando cum prælatis, & aliis balbutientibus, verſúſque notabiliter anticipantibus, verentes eos monere, ne ſuos verſus anticiparẽt, excuſabant ſe, dicẽtes ſe ſic recitare animo iterum bene recitandi. Non etiam peccat mortaliter, qui obliuione, aut inaduertentiâ horam, eiúſve partem notabilem omittẽs: ſeu horam, quam priùs recitare debet, poſteriùs recitans: veluti, qui priùs tertiam, quàm primam, aut priùs aliquem pſalmum, hymnum vel lectioné poſteriús dicẽdam: imò nec tenetur ea iteratò recitare, neq; parte omiſſa ſuppleta, proſequi omnia, quæ poſtea dixit: ſatis enim eſt ſupplere obliuione, aut inaduertentiâ omiſſum, Palud.[b] aſſertore.

100 Dixi, *ſine cauſa iuſta*. ſunt enim aliquot cauſæ excuſantes. Prima infirmitas eiuſmodi, ob quam directè, vel obliquè precum recitatio infirmo noceret,[c] quod videtur intelligendum de non leui nocumento, quod ſequeretur non ſolùm recitando horis debitis, ſed etiã ante vel poſt illas, vſque ad mediam noctẽ, quin et recitando cum ſocio, ſi eũ haberet, aliàs non, vt diximus[d] inferentes febrim ſtatis horis recurrentem, non excuſare illum, ante, vel poſt illas commodè recitare valentem, nec conſequenter febrim quartanam, aut aliam leuem[e] nec aliam non impedientem colloquia grauia, & negotiorum, rerúmque grauium ordinationem[f] Quò fit, vt arbitrer multos nimis facilè ſe excuſare. Equidem

a per dicta in d. Enchir. c. 10. n. 11. per clem 1. de celeb. miſſ. & c dolentes, eod. tit. & in ſtatutis Eccleſiæ Gallican. tit. Qualiter horæ.

b in 4. diſt. 15. q. 5. art. 2.

c iuxta Innoc. & Oſtien. in c. 1. de celebr. miſſ.

d vbi ſup. c. 11. n. 1.

e Oſti. in d. c. 1. de celeb. miſſ.

f vt dixi in d. c. 11. n. 4. & 5.

non fui auſus excuſare me ob ægritudinem, ab horis pronunciandis, niſi vno alteróve die, ſpatio 70. circiter annorũ, quibus recito: licèt quinquies conclamatus fuerim. Porrò, vt non eſt opus repetere, poſt ægritudinẽ horas illa durãte omiſſas,[a] ita nõ eſt opus eas ab alio recitante audire, ægritudinis tempore. Palud.[b] aſſertore, nec aliud ſentiunt Inno. & Oſtienſ.[c] quidquid dicat Gerard.[d] Neque eſt neceſſe loco horarum, mente Deum precari quicquid dicat Maior.[e] ſine textu, aut ratione concludente.

101 Secunda cauſa à recitãdo excuſans[f] eſt occupatio repentina, aut quæ citra ſcandalum, vel peccatũ omitti non poſſet,[g] vt ſi neceſſe foret horas omittere ad ſedãdos populi tumultus, qui excitantur, aut vt ad concionẽ (quæ ſine ſcandalo, aut magno damno omitti non poteſt) neceſſaria parentur. Idémque cenſendum, quando occurrit neceſſitas habendi prælectionem in concurſu publico, vel concluſionum defenſione, quę rectè facere, plurimùm reipublicæ, vel priuatæ intereſſet, nec eorum ſtudium ac precum recitatio, ſe compaterentur.[h].

Tertia cauſa, eſt defectus breuiarij, ſiue id ſua culpa, ſiue citra eam contingat: quàmuis namque peccet breuiarium ſibi non comparando: non tamen peccat non recitando, quum id præſtare nequeat: modò iuſtè pœniteat illud non comparâſſe[i]

102 Quarta cauſa, eſt diſpenſatio Papæ, iuxta Card. Turrecr.[k] neque aliud ſentit Card. Flor.[l] quàmuis illi ita viſum fuerit. vt[m] diximus: monentes, quòd quàmuis Papa in hoc diſpenſare poſſit, rariſſimè tamen ſolet, nec illa cuiquam (mea ſentẽtia) expedit: expertum enim eſt benignitate Dei fieri, vt nihilominùs quis proficiat in ſui muneris functione, recitando eas horis animi cauſà conſumendis, quàm omittendo. Vbi etiam probamus neminẽ à recitãdo excuſari, quòd ſtudeat, inſeruiat, vel peregrinetur, quicquid dicat Ger[n] & Ab. antiquus,[o] & ꝙ neq; excõmunicatio etiã denũciata, à recitãdo ſeorſim excuſat,[p] neq;[q] tenuitas beneficij,[r] quicquid Sot.[ſ]

[a] iuxta Inno. & Oſtien. receptos, in d. c. 1.
[b] in 4. diſt. 2. q. 5 art. 2. concl. 1.
[c] in d. c. 1.
[d] de aſsiduit. orand. col. 4. vt monſtramus vbi ſup. c. 11. n. 3.
[e] in 4. diſtinct. 12. q. 6. poſt. arg. 10.
[f] vt vbi ſup. diximus.
[g] iuxta Henr. de Gandauo, quodl. 15. qu. 12. cui ſatis conſentit Mai. in 4. diſt. 12. q. 6. col. 4. & ſuper Matt. c. 6. col. 12. & Silu. verbo hora, q. fin.
[h] vt præfati ſentiunt.
[i] arg. l. impoſsibilium, ff. de reg. iur. &c. nemo ad impoſsibile, eod. tit. lib. 6.
[k] in c. Eleutherius, 91. diſt.
[l] in clem. 2. de celeb. miſſ.
[m] vbi ſup. n. 9.
[n] de aſsiduit. orand. q. 9.
[o] in c. 1. de celeb. miſſ. vt diximus in d. Ench. c. 7. n. 8.
[p] c. presbiterum, 28. diſt. & c. 2. & c. illud, de cler. excomm. miniſt.
[q] n. 27.
[r] per gloſſ. ſing. in c. clericus victum, 91. diſt.
[ſ] lib. 10. de iuſt. & iur. q. 6. art. 3.

dicat: tum, quia ſolo ſuo arbitrio nititur, tum, quia tituli beneficiarij acceptatio, non quantitas reditus, ad id obligat: tum, quia ſibi debet imputare, quòd accepit illud, præſertim ſi permittitur dimittere, nec deſit, qui velit illud accipere.

104. Quinta eſt, quòd non teneatur ad id, niſi ratione beneficij: quódque eius nullos fructus, per ſe, aut per alium capiat, aut capere poſſit, nec in poſterum capturus ſit, ob eiuſmodi tempus.[a] Addo, *Nec per alium*, propter multos pueros, alióſq; familiares, vel amicos, quorum nomine patres, hæri, vel amici eos capiunt: nec minus quàm ſi ipſi caperent, tenētur[b] Addo, *Nullus*, quàmuis namque non niſi diſtributiones quotidianas caperet, ad id teneretur[c] Addo, *Neque capere poſsit*, propter eos per quos ſtat, quò minùs capiant, non accipiendo poſſeſſionem, vel non reſidendo.

104. Addo, *Neque in poſterum capturus ſit &c.* quia ſi litigaret, habitáque ſententia, fructus ſequeſtratos, aut ab aduerſario perceptos, obtinere deberet, teneretur ſecũdùm omnes: quàmuis poſſeſſionem non accepiſſet, nec accipere poſſet, quicquid Cardin. S. Xiſti, & Palud. tanquam magis Theologi quàm canoniſtæ, in hoc ſenſeriot: fructus enim percepti, ſaltem poſt litem conteſtatam debentur vero beneficiario, ſi vicerit: quàmuis cõtra poſſeſſorem de proprietate litiget, tam in rebus ſpiritualibus, quàm profanis.[d] Cui conſequens eſt, non excuſari eum, qui in penſionem omnium fructuum cõſenſit ei, qui in ſuum fauorem beneficium renunciauit, quia vere beneficiarius eſt, habétque poſſeſſionem beneficij, aut per ipſum ſtat, quò minus eam habeat: adeóque ſi vult, poteſt aliquos fructus capere: poteſt enim ſeruire, & ad mercedem ſui ſeruitij, cogere eũ, cui omnes fructus reſeruati ſunt: fructus enim illi ſolùm intelliguntur, qui reliqui ſunt deductis oneribus.[e]

105 Oppoſitum tamen nobis[f] viſum fuit, & videtur de eo, qui conſenſit vt renuncianti omnes fructus, & omne ſeruitium, ac adminiſtratio beneficij reſeruarentur: is enim, nihil poteſt percipere, neque ſeruire, nolente penſionario. Quę eſt cõcluſio quotidiana, & ſingularis. Dixi in principali concluſione, *Sine neceſſaria attentione.* quia eius defectus eſt mortalis.[g]

[a] *vt dixi in d. not. 7. n. 28.*
[b] *reg. qui per alium, lib. 6.*
[c] *iuxta eoſdem.*
[d] *deciſ. Rot. 24, in nouis, per notata in c. grauis, & per Innoc. in cap. in literis, de reſt. ſpol. l. certũ, C. de rei vend. & l. & ex diuerſo, ff. eod.*
[e] *l. fructus, ff. ſolut. matr. cum not. ibi. & per Fel. in ca. ad noſtram, de iureiu.*
[f] *ibi.*
[g] *vt probauimus in d. c. 13. per illud ca. Et per c. dolentes, de celebr. miſſ. aliáque multa.*

Porrò, attẽtio neceſſaria conſiſtit in habendo à principio horarum, propoſito actuali, aut virtuali ad eas attendendi: & poſtea actualiter aut virtualiter: attendendo aliqua attentione ſufficienti, quæ eſt triplex. Prima, verborum: ne alia pro aliis, aut confusè, vel irreuerenter dicantur. Secunda, rerum ſignificatarum per ea. Tertia, perſonarum ad quas diriguntur, putà Sanctiſſimæ Trinitatis, Angelorum, ac ſanctorum eius, rerúmq; petitarum ab eis, putà, beatitudinis, gratiæ, charitatis, fidei, ſpei, & aliarum virtutum: vt clarius aliis, [a] diximus: addentes, harum trium attentionum ſecundã eſſe meliorẽ primâ, & tertiam ſecundâ. Tertiam inſuper, omnibus eſſe communẽ, quin & primam ferè omnibus: at ſecundam ſolùm callentibus idioma, quo horæ ſoluuntur.

[a] *in ca. charitas,* 2.*n.* 13.

106. Non abs re autem addidi, *virtuali*, quia vt [b] diximus ſufficit virtuale, quale habet, petens, vel accipiens breuiarium, animo huic obligationi ſatisfaciendi, ſeu eundi ob id ad eccleſiam, & alia ſimilia: adeo vt interrogatus quare petat, aut faciat hæc? verè reſponderet, vt recitandi obligationi ſatisfaciam, [c] quod tamen propoſitum actuale, aut virtuale tollitur per propoſitũ actuale, aut virtuale non attẽdendi: quale habet expreſſe, qui non vult attendere, & tacitè, qui aduertit ſe euagari, cogitãdo res à ſua precatione alienas, & ad nullam dictarũ attentionũ animũ reuocare cõtendit, iuxta cõmunem: imò etiam qui deliberatè ſe occupat rebus exterioribus omnibus tribus prædictis attentionibus impatibilibus, attentâ ſaltem induſtriâ recitantis, & ita ſe occupantis.

[b] *in d. ca. charitas,* 2.*n.*13.

[c] *iuxta ea quæ post alios, præſertim Maio. ſcripſimus in d. not.* 13. *& in c.inter verba.*, 11.*q.* 3. *n.* 309.

107. Vnde [d] intulimus, eum qui ſcribit, aut legit aliena ab iis, quæ recitat, communiter peccare, etiam mortaliter, ſi deliberatè id faciat, recitando partem notabilem precum debitarũ ſaltem citra animũ iterandi: quia ſcribere, aut legere aliena ab eis, quæ recitãtur, eſt opus exterius, quod omnibus tribus modis attẽtionis repugnare videtur. Addidi (*Communiter*) quia neceſſitas, vel vrbanitas reſpondendi alicui, vel ſubſcribendi epiſtolę, aliúdve non abſimile faciendi, excuſaret eum, qui cum aliis recitaret, & proponeret ſupplere poſtea, quæ ſocij, dum ſcribit, recitant. Addidi (*Deliberatè & recitando partem notabilem*) quia faciens illud non aduertendo eſſe ita contrarium recitationi, aut ſolùm dum quid paruum

[d] *in d. not.* 13.

recitatur, non peccat ſaltem mortaliter, per ſuprad. Licitum autem eſt, officium matutinum diei ſequentis recitare, etiam ante ſolis occaſum, ſicut poſt illum, toto horarum diei penſo perſoluto.[a]

Cæterùm, non ſatisfacit recitãs per breuiarium nouũ trium lectionum citra diſpenſationem: nam illâ non præuià iuſtus nõ eſt modus recitandi horas canonicas.[b]

Nec ſatisfacit quis recitando per breuiarium cuiuſcunque diœc. niſi ordinatus foret ad ſolum titulum patrimonij, & beneficio careret.[c]

108 Porrò, ſupradictus locus non eſt in clericis minorum ordinum tãtum, niſi ſint beneficiarij monachi, vel penſionarij. Iure namque communi, nihil determinati recitare tenentur: niſi cùm ordinantur, promittant, vel ordinatori præcipienti conſentiant quippiam recitare, ut fieri ſolebat ab hinc circiter ſeptuaginta duobus annis in Celtiberia, cùm primum primam tonſuram accepi: promittebat enim, vel ordinatori præcipiẽti conſentiebat initiatus primâ tonſurâ, recitare quotidie *Miſerere mei*, initiatus verò aliis minoribus, *Canticum graduum*, ſiue quindecim *Pſalmos graduales*, quod tamen iampridem non fieri audio. Dixi (*Vel penſionarij*) quia licèt ante extrauag. Pij V. infra relatam, ad nullas preces obligarentur poſt eam tamen obligantur officium minus B. Mariæ, quotidie recitare.

Licet autem etiam hodie inſigniri primâ tonſurâ: citra animum progrediendi vlterius. Tum, quia id nullo iure diuino, aut humano prohibetur. Tum, quò illegitimus epiſcopi diſpenſatione promouetur ad minores, & ſimplex beneficium qui tamen poſtea vlterius aſcendere nequit. Tum, quia Concil. Trid.[d] ſolùm requirit quatuor è quibus iſtud non eſt. Idémque eâdem ratione dicendum videtur de quatuor minoribus.

109 XXXI. Peccat mortaliter, qui ordine ſacro inſignitus cõtrahit matrimonium: & matrimoniũ non valet, éſtque excõmunicatus.[e] Et qui cohabitat fœminæ, qualiſcunque ſit illa, cognata, vel extranea formoſa vel turpis: ſerua vel libera: iuuenis vel ſenes: credens aut credere debẽs, ſe voluntate, opere, vel vtroq; modo peccaturũ, iuxta illud.[f] *Qui amat periculum, peribit in illo.* Nec obſtant quædam iura,[g] quatenus habent, licere clerico

[a] *vt poſt Caiet. dixi, in c. c. quãdo*

[b] *vt ex eius procemio patet, & dixi vbi ſup. d. c. charitas.*

[c] *ſecundùm Direct. lib. 1. c. 8.*

[d] *ſeſſ. 23. c. 4.*

[e] *vt dictum eſt ſu. c. 22. n. 29.*

[f] *Eccleſ. 3. & per dicta in c. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 1. & per ca. 1. de cohab. cler. & mul. & per adducta à Raphaele Volater. lib. 21. Anthrop.*

[g] *ca. interdixit, 32. diſt. c. volumus, & ca. cum omnibus, 81. diſt.*

cohabitare filiæ, matri, ſorori, amitæ, aut fratriæ, vel extraneæ ſeni: quia procedunt quoad forũ exterius: & cũ alias ſuſpectæ non ſunt, nec habent famulas iuuenes, & clericus eſt bonæ famæ, iuxta mentẽ iuris diuini & humani: quod ſatis ſentiunt Io. And. Pan. & cõmunis,[a] nõ autẽ quoad forũ conſcientię, quãdo verè corã Deo imminet huiuſmodi periculum: licèt à multis hæc nõ ſatis intelligantur. Inſuper, qui ſolus accedit domũ ſolius de fornicatione ſuſpectæ,[b] aut ita ſibi periculoſæ, vt credere debeat ſe in conſenſum fornicationis mẽtalis, vel operis, inductũ iri: etiã ſi foret religioſa, vel cõmater.[c] Porrò, Cõc. Tri.[d] vetat clericis, ne cõcubinas domi, vel foris habeãt: alioquin pœnis à ſacris canonibus cõſtitutis puniãtur: & ſi a ſuperioribus moniti, non reſipuerint, ipſo facto ſint priuati tertià parte fructuũ, beneficiorũ, ac penſionum, fabricę eccleſiæ, alteríve loco pio, arbitrio epiſcopi applicãda. Si verò, nec ſecũdò moniti reſipuerint, non ſolũ, eo ipſo perdãt omnes fructus, & penſiones: ſed etiã à beneficiorũ adminiſtratione, arbitrio epiſcopi, tanquã Sed. Apoſtolicæ delegati, ſuſpendãtur: & ſi ita ſuſpenſi, perſeuerent, beneficiis portionibus, officiis, & pẽſionibus quibuſlibet perpetuò priuẽtur, ad illáq; inhabiles reddantur, donec iuſtis de cauſis cum eis fuerit diſpenſatũ. Si verò ad eas ſemel dimiſſas redierint, aliáſve mulieres ſcandaloſas ſibi adiunxerint, præter dictas pœnas, omni appellatione remotâ, excõmunicẽtur. Horum autẽ cognitio, non ad Archidiaconos aut Decanos, ſed ad Epiſcopos pertineat, qui valde ſummariè procedãt. Clerici verò beneficia eccleſiaſtica nõ habẽtes, pro delicti modò, caſtigẽtur pœnis carceris ſuſpenſionis ordinis, ac inhabilitatis ad beneficia, &c.

XXXII. Peccat mortaliter, monaſteria monialiũ ſine iuſta & manifeſta cauſa poſt prohibitionẽ ſibi factum, frequentans.[e] Dixi (*Qui ſine iuſta cauſa, &c.*) ſola namq; frequentatio, ſine monitione, & mala mortaliter intentione præbendi mali mortalis occaſionem, vel ſcandalum, non videtur peccatum, ſaltem mortale.[f]

XXXIII. Peccat mortaliter clericus ſacro ordine initiatus, beneficiarius, vel monachus, habitũ nõ geſtãs: & tõſurã, aut comã vel barbã nutriẽs: aut coronã nõ radẽs, veſtésve ſibi indecẽtes veſtiẽs, ſeu arma offẽſiua geſtãs

[a] *in c. 1 de coha. cler. & mul.*

[b] *c. clericus, 81. diſt.*

[c] *arg. proximè citator. m.*

[d] *ſeſſ. 23 ca. 14. de reform.*

[e] *c. monaſteria, de vit. & ho. cle.*

[f] *ſecundùm iura cõmuniter recep. c. ſi quis &c. clerici. 1. de vit. & ho. cler. Et cle. 2. eod. tit.*

Dixi (*ſacro ordine initiatus*) alius namque licitè poteſt tonſuram, & habitum omnino exuere, arma portare, aliáq; omnia, quæ laicus poteſt facere in ciuilibus,[a] imò & in criminalibus eadem ratione. Nec obſtat, quod irregularitatem contrahēdi, periculum ſubit: nam etiam illud ſubit laicus. Cúmque non teneatur ſacrum ordinem, vel beneficium ſuſcipere, non videtur teneri dictum periculum vitare: licèt opiner non licere id facere, raſuram in capite deferendo: ſicut non licet cum ea veſtem partitam deferre. Alioquin enim nulli iudices ſeculares aduocati, vel procuratores, coram eis cauſas criminales agentes, prima tonſura inſigniti, poſſent abſolui, niſi firmè proponerent nunquam id facere: vt etiam tradimus, alibi.[b] Dixi (*omnino exuere*) non enim licet tonſuram & coronam deferre vnà cum veſte virgata ſeu varia, vel partita &c. Dixi (*ſecundum iura communiter recepta*) nam ſecundùm ius Concilij Carthagin.[d] prohibetur radi barba, & conſuetudo Vrbis, adeóque magnæ partis orbis eam permittit, modò labium ſuperius radatur.

[a] *ſecundùm Pan. vſu recept in c 1. & 2. de poſtul & in dictis, c. ſi quis cleric, 1 de vit. & honeſt. cler. & cap. 1. ne cler. vel mon. quod nullibi æquè bene probatur, ac in c. 6 de reform. ſeſſ. 14. Cōc. Trid. quod etiam ad hoc notauimus in comment. ca. ſtatuimus, 14. qu 13. n. 27.*

[b] *in comment c. nō d. catis, 12. q 1. n 66.*

110 XXXIII. Peccat quidem clericus non ſeruans infra ſcripta decreta: ſed non mortiferè niſi iuxta reſolutionem ſubiectam in fine huiusmodi peccandi, nempe, qui non ſeruat, *c nullus*, vetans ingreſſum tabernæ, &c. *conuiuia*, vetās cōuiuia ſine certis legibus, & *c. quando*, vetans pluries quàm ter bibere. & *c. non liceat, 44. diſt.* iubēs benedicere mēſam à principio, & in fine gratias agere, & *c. clerici, 2. de vit & honeſt cleric* ſic ſtatuēs. *Clerici officia vel commercia ſecularia non exerceant, maximè inhoneſta. Mimis, Ioculatoribus, & Hiſtrionibus nō intēdāt, & tabernas prorſus euitēt, niſi forte cauſa neceſſitatis, in itinere cōſtituti, Ad aleas & taxillos non ludāt, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam & tonſurā habeant congruentē: & ſe in in officiis eccleſiaſticis, & alijs, bonis ſtudijs exerceāt diligenter. Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda. Pannis rubris, aut viridibus, nec non manicis, aut ſotularibus conſutitiis, frenis, ſellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatē gerētibus non vtātur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra eccleſiā nō gerāt, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio, & perſonatibus cōſtituti, niſi iuſta cauſa timoris exegerit habitū transformari. Fibulas omnino non ferāt, neque corrigias auri vel*

[c] *per d. clem. 2. de vit. & honeſt. cler.*

[d] *vnde d. c. clerici. deſumptū fuit.*

*argenti ornatum habentes, ſed neque annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico, & in eccleſia ſuperindumentis lineis omnes vtãtur, niſi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Pallijs diſſibulatis non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hinc inde connexis.*

Clericus verò tabernarius, & lanio, ſiue macellarius, vltra peccatum incurrit pœnam *cle.1.de vit. & honeſt cler.* & qui virgatâ aut partitâ veſte, vel epithogio ſeu tabardo, aut caligis ſcacatis, viridibus, vel rubeis vtitur, aliam grauem pœnam *cle. 2. eo. tit.* quam innouando Concil. Trid.[a] addidit, vt beneficiarius, etiam exemptus, ab epiſcopo ſuo monitus, habitum clericalem nõ geſtans, ab ordinibus & beneficiis ſuſpendatur: & ſi id non ſuffecerit, iis priuetur. Et ſeſſ. 22.[b] ſic ſtatuit. *Obſeruentur, quæ de clericorum vita, honeſtate, cultis, luxu, commeſſationibus, choreis, luſibus, necnon ſecularibus negotiis fugiendis ſancita ſunt ſub pœnis ſtatutis, vel maioribus, arbitrio epiſcopi imponendis: & ſi qua in deſuetudinem abierint, epiſcopi ea in vſum renocari iubeant.* Ex quo, & ſupra dictis iuribus[c] collige omnia ſecularia officia eſſe prohibita clericis: limitando per ſupradictam limitationem Panor. ad beneficiarios, ac ordine ſacro inſignitos: & à fortiori, monachos: & conſequenter artem chirurgicam, ac medicam, & proinde, licèt nullo iure ſpeciatim prohibeatur eis exercitium harum duarum artium, niſi cum aduſtione, vel inciſione,[d] quia tamen ſunt ſecularia officia, non poſſunt iuſtè exerceri ab eis, niſi cauſâ pietatis erga miſerabiles, & cognatas perſonas: arg. *c.1. & 2. de poſtul.* quibus fit eis facultas poſtulandi pro eiuſmodi perſonis. Poſſunt etiam cauſâ neceſſitatis, vel recreationis animi, operari aliqua honeſta: putâ (vt ait B. Hier.[e]) ſcribere libros, fiſcellam iunco texere, olera & plantas in areolis ſerere, & inſerere, &c. illáque vendere. Non autem exercere mercaturam, & viliùs emere, vt cariús vendant: licèt quod ſibi ſupereſt de eo, quod ad ſuam & ſuorum ſuſtentationem emunt, vendere poſſint pretio iuſto tunc currente, quámuis ſit carius. Poſſunt etiam negotiari aliquod modo honeſto ad ſuam, ſuorumque neceſſariam ſubſtẽtationem, prçſertim per alium.[f]

[a] *ſeſſ 14. c. 6. de reform.*

[b] *c. 1. de reform*

[c] *c.1. Ne clerici vel mõ. & c. clerici, 2. de vit. & hon. cler.*

[d] *iuxta c ſententiam, ne cler. vel mon.*

[e] *relatus in c. Nunquam, de conſecr. diſt. 15.*

[f] *vt ſentit gloſ in c. peruenit, 86. diſt. c. negotiatorem, 88. diſt. & Pan. in cap. 1. ne cle. vel mona. & S. Anto. 3. part. tit. 1. cap. 2. §. 2.*

Quibus adnoto, Caiet. [a] aſſerere clericos non peccare mortaliter transgrediendo leges humanas, neque alias, niſi conſequatur graue ſcandalum, aut peccatum quod iure diuino ſit mortale, vel magna occaſio eius: aut niſi irregularitas, vel excommunicatio maior incurratur. Imò, neque ob illa quéquam excommunicãdum eſſe, ante iuſtam monitionem iudicis. licèt tranſgreſſiones huiuſmodi multa peccata venialia etiã grauia contineant: quæ tamen doctrina nimis laxa videtur, tum per reſolutionem ſupra poſitam, [b] canones nimirum, & conſtitutiones eccleſiæ, vtentes verbo, *Præcipio*, vel ei æquipollente, ad mortale obligare (etiã citra cõtemptum, & ſcandalũ) tranſgredientes. Quod ipſum Caiet. fatetur. [c] Videtur tamẽ ei locus eſſe poſſe, quoad tranſgreſſiones earum legum, quę non vtuntur verbo præceptiuo, & quæ communiter nec à prælatis, nec à ſubditis inter magna peccata referuntur, qualis videtur omiſſio benedictionis menſæ, aliæq́ue eiuſmodi: ſiue quòd conſuetudo leges illas à principio obligantes ad mortale temperauerit, ne obligẽt pluſquam ad veniale, ſiue, quòd iam inde à principio ita receptæ ſint. [d]

XXXV. Peccat mortaliter, qui obligatus ſacrificare pro aliquo, non applicat valorem eius cui, & vt debet, vt dictum eſt ſupra. [e] Pro cuius comprobatione adnotandum, quòd miſſa eſt actio, qua ex inſtitutione Chriſti in memoriam eius paſſionis, panis, & vinum in eiuſdem corpus, & ſanguinem tranſſubſtantiantur, illáque ſub eorundem ſpecie Deo Patri offeruntur. Nec dictio (*Miſſa*) nouè eſt (vt nonulli contendunt) ficta: ſed deducta olim à patribus ex Hebræo, & Chaldæo מסח *Miſſach* [f] quòd oblationem ſpontaneam ſignificat: vt piè, ac eruditè Demochares [g] prodidit: itaq; non impropriè dixit Fel. [h] & Gregorius, [i] ac Concil. Toleta. [k] facere miſſam pro dicere, vel legere miſſam: nam & eius pars pręcipua, etiam in ordinario miſſæ, actio, & apud Inno. [l] miniſterium miſſę nuncupatur. Cui etiam ſuffragantur, quæ ſubtiliter Caiet. tradit de illo Chriſti. [*Hoc facite,*] *&c.* [m] licèt ipſe Inno. [n] immemor dicti loci *Deut.* 16. originem verbi *Miſſa* à mittendo deducat.

Miſſa porrò, qua parte eſt bonus actus ex opere ope-

[a] *in ſumma verbo clerici peccata.*
[b] *c. 23. n. 51.*
[c] *2. 2. q. 189. art. 5.*
[d] *arg. c. 1. & ibi fuſe adductorum per Felin. de Treug. & pac. & Domin. §. Leges 4. diſt.*
[e] *eod. n. 92.*
[f] *Deuteron. 16.*
[g] *c. 1. de ſacrif. miſſæ.*
[h] *in c. ſufficit, de conſecr. diſt. 1.*
[i] *in c. Salonitanæ, 6. 3. diſt.*
[k] *c. Nihil. 7. q. 1.*
[l] *lib. 3. c. 4.*
[m] *in tract, de ſacrific. miſſa.*
[n] *lib. 6. c. 12.*

rantis habet vim merendi, & ſatisfaciendi ſicut omnes alij actus boni, non ſolùm quatenus eſt actus ſacrificãtis, ſed etiam quatenus eſt actus eccleſiæ, per illum eius nomine factus: qua parte verò continet orationem, habet vim impetrandi, non ſecus quàm cæteræ orationes bonæ, tam quatenus ſub nomine eccleſiæ per eius miniſtrum, quàm quatenus fit à ſacrificante. Qua parte vero cõtinet ſacramẽtũ, operatur ex opere operato gratiã ſoli ſacrifico communicanti, & aliis circunſtantibus cõmunicantibus. Qua parte verò, eſt oblatio, ac ſacrificium incruentũ corporis & ſanguinis Domini, non ſolùm repræſentãs illud cruentũ eorundem, factũ in cruce, ſed exiſtens omnino idem, prodeſt ex opere operato, quo ad remiſſionem pœnæ offerenti, & facientibus offerri, iiſque pro quibus offertur: Quod ſatis ſentit S.
Tho.[a] Quatenus ait, miſſam etiam ſacerdotis mali, eſ- *[a] in 4. diſt. 45 q*
ſe ſatisfactoriã pœnę eius, pro quo fit: quod etiam exer- *2.*
tè affirmat Sot.[b] & implicitè Scot.[c] eiúſq; conterraneus *[b] lib. 9. de iuſt. &*
Maior.[d] & Vvendel.[e] Et conſequenter, quòd vt gra- *iur. q. 2. art. 1.*
dus gratiæ, qui per ſacramentum confertur, eſt limita- *[c] quodl. 20.*
tus, certus, ſolique Deo notus, nobis autem ignotus, ita *[d] diſt. 45. q. 4.*
& gradus remiſſionis pœnæ, quem operatur miſſa, qua- *[e] ad 4. Gabr.*
tenus eſt ſacrificiũ, eſt limitatus, certus ſolíq; Deo not⁹: nobis autẽ ignotus: qui diſtribuitur offerẽti, & facienti offerri, iiſque pro quibus offertur, nec mirũ, licèt enim quod offertur, putà Chriſtus totus, ſit illimitatus & infinitus, paſſióq; ac virtus eius illimitata, & infinita, limitato tamen, & finito modo applicatur, & ita limitatũ & finitũ effectum operatur: ſicut & in aliis ſacramẽtis eadẽ virtus infinita: quia limitatè, & finitè applicatur, per ea finitũ, & limitatũ effectum gratiæ operatur, vt pulchrè
B. Tho quoad hoc ab omnibus recep prodidit.[f] Quãta *[f] in 3. part. q. 79.*
verò pars eius tribuatur offerenti, ac facientibus offer- *art. 5*
ri: & quanta circunſtantibus offerentem: quantáque iis, pro quibus offertur, ſoli Deo notum eſt.

Arbitror tamen, non præſtitui à Domino Deo quantitatem diuidendam æqualiter inter omnes, qui participãt de hoc fructu ſatisfactionis miſſæ: ſed pro ſua inexhauſta benignitate, cuilibet orthodoxo eo ſòlo nomine, quò eſt orthodoxus, deputare certã particulam, quę nec creſcit, ꝙ ſint pauciores orthodoxi: nec decreſcit

quòd plures. Et præter hanc aliam cuilibet circũſtantiæ quæ nec creſcit, nec decreſcit ob maiorem, vel minorem numerum circunſtantium: aliam denique, toti eccleſiæ, & ſpeciatim iuſſis nominari ab ea, putà, Papæ, Antiſtiti, & Regi, quę etiam eſt ſtabilis: aliam inſuper facienti miſſam & nominatis ab eo priuatim, quæ creſcit, aut decreſcit pro numero maiore, vel minore à ſe voluntariè nominatorum: aliam demum, porrigenti pithanſiam, vel facienti eam fieri: & ei, vel eis pro quo, vel quibus fit, quæ etiam creſcit, vel decreſcit pro numero iubentium eam fieri, vel, eorum pro quibus fieri faciunt. Rationem autem diuerſitatis, inter tres primos & duos poſtremos eſſe, quòd in illis datur pluribus, vt ſingulis, in his autem, pluribus vt vniuerſis. Cuius rationis ratio deſumitur ex quadam vnitate: quam habét ſacrificans, ac voluntariè nominati ab eo: & ex alia quadam vnitate, quam habent facientes eam fieri, cum his pro quibus eam fieri iubent. Quibus conſequens eſt, poſſe quem quadruplicem partem quærere, vnam: quia orthodoxus, alteram: quia circunſtans, tertiam: quia nominatus ab eccleſia, quartam: quia facit eam fieri: ſacrificantem autem, ſemper duas, vnam: quia orthodoxus, alteram: quia oblator, & interdum tres, quum ſcilicet citra vllam obligationem ſacrificat, tunc enim, gerit perſonam facientis eam fieri: alios verò, ſemper vnam, & interdum duas, vel tres, vt combinanti patet. Quæ omnia confirmantur ea ratione, quòd vinculum
[a] c.1 de reg. & tas. multiplex, plus operatur, quam ſimplex.[a] Credimus autem partes facienti fieri, & ſacrificãti deſignatas, eſſe maiores aliis tribus, cùm plus impendant eam faciendo: ſecundùm quid tamen minores, qua parte poſſunt per communicationem cum alijs decreſcere, vt prædictum eſt. Atqui, ſacerdos tenetur applicare valorem miſſę ſatisfactorium iis, & eo modo quo dictum eſt, & ad hæc,
[b] vbi ſup. reducendum eſt, quod dicunt Scot. Mai. & Vvend.[b]
[c] vbi ſup. quatenus loquuntur de applicatione valoris miſſæ ge-
[d] contra rationẽ, l. Quod fauore, C. de leg. & c. Quod ob gratiã, de reg. iur. lib 6. nerali, ſpeciali, & medio modo: quódque totam partem ſibi obuenientem eiúſve partem, poteſt applicare cui, vel quibus voluerit, ſecundùm Mai. & Vvend.[c] quod ipſe frequenter ſoleo facere: licèt Scot. aliter nulla iuſta ratione ductus, ſentiat.[d] Quò fit, vt eò ſibi

minus

minus de ſua parte obueniet, quò plures ad illius communionem nominârit.

Qui porrò, obligatur celebrare vnam miſſam pro aliquo, lege ſtatuto, aut promiſſione, vel poculento, ſiue pithantia (quod verbum videtur deductum per maiores noſtros à Græco verbo πῖθι, quod Latinis ſignificat bibe, iuxta illud vulgatum, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι id eſt, aut bibe, aut abi) nequaquam ſatisfacere, dicendo illam pro illo & alia citra illius conſenſum. Tum, quia iniuſtè partem ſatisfactionis vni debitam, alteri applicat.[a] Tũ, quia, vt dictum eſt, miſſa non solùm prodeſt ex opere operato, ſed etiam ex opere operantis, & ſecũdùm omnes ſatisfactio, facta ex opere operantis, tantò minùs prodeſt vni, quantò pro pluribus fit, vt patet de ieiunio, & eleemoſyna aliiſque non abſimilibus operibus, factis pro multis.

[a] *contra c. Ea te, de Iureiur.*

III Neque verò paupertas ſacrificantis ſufficit, vt pro vna miſſa, duæ pithantiæ capiantur quamuis Sot.[b] cõtrà minus bene ſentiat[c]

Cæterùm, ſacrificus tenetur orare nominatim pro Papa, & antiſtite,[d] ac pro rege ſuo. Tum, quòd Paul.[e] quem in hoc allegat Innoc. III.[f] id ſatis iubet. Tum, quòd in omnibus ferè miſſalibus, ante hoc nouum, id iubetur. Tum, quia licèt in hoc non iubeatur expreſſè de rege: iubetur tamẽ tacitè, quatenus iubetur fieri pro Papa, qui Romanis eſt rex. Sacerdos autem Romanus, nominando Papam, nullo alio epiſcopo, vel rege nominato, ſatisfacit, ipſe namque ſolus Romanis eſt rex, & antiſtes: modò extra eius imperium temporale, & epiſcopatum Romanum particulare non habeat domicilium, vel beneficium: ſaltem reſidentiam perſonalem requirens. Qui verò ſubditur diuerſis, ratione domicilij, originis, vel beneficij,[g] videtur teneri orare pro epiſcopo, & rege domicilij: ſubiectio namque[h] ratione illius, maior eſt, quàm originis, & beneficij. Quod non ſatis aduertit, qui natus in vno regno, habenſque domicilium in alio regem originis nominat: quàmuis ſcholaſticus, peregrinus, & alius conſtitutum domicilium non habens, contrà facere debeat: niſi beneficiũ requirat reſidentiã perſonalem, quod ſatis confert domicilium,[i] origo enim præſtat ſimplici habi-

[b] *lib. 9. q. 3. art. 1. de iuſt. & iur.*
[c] *per fundamẽta ſupra eod. cap. n. 92. formata.*
[d] *vt Miſſale nouum Pij V. ex edicto Concil. Trid. editum iubet.*
[e] *1. ad Timot. 2.*
[f] *vbi ſup.*
[g] *iuxta c. Cùm nullus, de tempor. ordin. lib. 6.*
[h] *iuxta gloſſ. magnã recept. in c. ſtatutum, §. verò, de Reſcript. lib. 6.*
[i] *iuxta doctrinã Bar. in l. 1. ff ad municip. n. 13. & ſeq.*

[a] *arg. l. ciuem, C. de incol. li.11*

tationi.[a] Licèt autem iuſtè poſſit, non tenetur tamen orare nominatim pro alio à prædictis, & illo, vel illis, pro quibus miſsā ſpecialiter facit; vel pro illis, qui eam fieri iubent: nam nec *canon miſſæ, nec c. viſum*, & ſequen. *de conſ. diſt.1.* nec alia, id præcipiunt: ſed facultatem tantùm faciunt nominandi alios, vt ſupra inſinuaui, quoad partem ſuam, quæ ex opere operato ei obuenire debet. Securus porrò, breuiſque modus applicandi miſſam

[b] *in d. ꝗ godl.2.*

aliis à prædictis, ex mente Scot.[b] eſt hic.

*Memento Domine mei, et eorum viuorum, quibus poſſum ſine præiudicio prædictorum, valorem huius miſſæ applicare: & humillimè ſupplico tibi omnia ſcienti, vt ita eum mihi, & illis, eóque ordine feras applicatum, quo poſſem tuo conſilio, quàm optimè applicare.* Cæterùm, ſacrifico volenti meminiſſe illorum, quos in 2. parte canonis, ſiue primo *Memento*, (vbi licèt ei nominare viuos) & decima canonis parte, ſiue 2. *Memento* (qui eſt locus nominandi mortuos) non parum expedit vti pro locis imaginum, ſex caſibus grammaticalibus, vt poſt, & ante alios, conſuluit pius,

[c] *in Can. miſſæ.*

& eruditus Gab.[c] cuius cōſilio iam inde à prima miſsâ, quam feci, vti cœpi: licèt nec ipſe, nec alius quem legerim, ſatis aperiat, an expediat ſpeciatim nominare multos: nam à parte negatiuâ ſtat, quòd id mentem vagam facit, partémque ſatisfactoriam ſibi debitam, communicando multis, minuit: & neſcit, cui quem præponere debeat. Parti verò affirmatiuæ ſuffragatur, quòd plærique pij, & eruditi id rogant, & rogantur: quódque eccleſia iubet prima parte canonis nominari Papam, Epiſcopum & Regem. Equidem, mihi iampridem perſuaſi non eſſe concipienda nimia propria nomina ſiue imagines indiuiduas, ne mentem (quæ tota deberet verſari in actione illa diuina) nimium diſtrahant; vtile nihilominus eſſe concipere nonnulla, quæ affectum magis excitent: nec nocebit concipere quàm plurimos generatim, & breuiter: id enim auget reuerentiam erga Deum, amorémque erga proximum. Itaque, vt arbitror vtendum non eſſe prolixis memoriis compoſitis à pio, & erudito P. Ioan. Iuſto Lanſpergio Carthuſiano, & ab aliis poſtea auctis: ita credo, vti nos poſſe vna mediocri, qua frequentiſſimè vtor, collocando in *nominatiuo* me, & eos qui ſunt cauſa meæ

miſſæ: in *genitiuo* genitores, & genitos: in *datiuo* datores: in *accuſatiuo* accuſatos: in *vocatiuo* vocatos ſiue inſeruientes: & in *ablatiuo* eos quibus obtuli preces meas, vel qui ſuas mihi obtulerunt. Interdum, concipiendo propriam imaginem vnius, vel alterius, per ſingulos caſus, interdum per aliquos tantùm, interdum, per nullos, ſubiectâ hac clauſulâ iuſtificatiuâ. *Memento Domine horum famulorum, famularúmque tuarum, in primis mei miſerrimi peccatoris, & N. qui eſt, vel qui ſunt cauſa impulſiua principalis huius miſſæ, & eorum qui me genuerunt ſpiritualiter ſacramento, vel doctrinâ & in his N. & N. & eorum qui mihi benefecerunt, ac in his N. aut N. & eorum, quos offendi, & in his N. aut N. & eorum qui mihi inſeruiunt, & in his N. aut N. & eorum, quibus preces meas obtuli, quíque ſuas mihi obtulerunt, & in his N. aut N. quibus tamen hanc miſſam, eo modo, & ordine volo applicatam, quo quàm optimo te Domine (qui omnia noſti) conſultore, applicare deberem.* Qui autem ſacrificat citra obligationem extraneam, tollat illa verba (*& N. qui &c.*) & loco eorum ſubſtituat hæc (*etiam quatenus ſunt cauſa impulſiua ſacrificij.*) Cui autem ſunt parentes corporales viui, addat in ſecundo caſu verbum (*corporaliter*) verbo (*genuerunt*) ibi poſito In ſecundo verò *memento* tollat in primo caſu verbum (*mei*) quum in eo ſolùm mortui nominentur: vel concipiantur, proſequendo reliqua, vt in primo.

## De peccatis clericorum, quò ad beneficia,

### Summæ.

- 112 *Beneficiarius clericus vt mortaliter peccat per ſimoniam, &c.*
- 113 *Simoniacus an ſit conſtituens certum ſalarium alicui, donec conferat ei aliquod beneficium.*
- 113 *Beneficiarius vt peccat per ſimoniam in beneficio alienam.*
- 114 *Beneficium ſine iuſto titulo habens, vexationémque vel penſionem malè redimens, vt peccat.*
- 115 *Beneficiarius, vt peccat per ſimoniam acceptũ non reſtituẽs. nec relinquens incompatibile,*

116 *Beneficium curatum capiens aut dignitatem ante 25. annum, non ſuſcipiens presbyterium intra annum poſt beneficium curatum obtentum, aut ſine animo initiandi ſe presbyterio, & quid de dubitante & accipiente non curatum, nu. 118.*

117 *Illegitimus capiens beneficium ſine diſpenſatione, vel penſionem*

118 *Pœna iure ipſo incurſa, quando ſoluenda in foro conſcientiæ.*

118 *Epiſcopus intra quot menſes ſub duplici pœna cõſecrandus.*

118 *Penſio à Papa ob paupertatem conceſſa laico licita, & quare. & 119.*

120 *Beneficiarius vt peccat vxore ductâ beneficium retinens non reſidens, horas non recitans. & n 121. & 122.*

121 *Reſidentia epiſcopo, & curato iuris diuini, & quæ excuſant ab ea.*

121 *Reſidentiam beneficium requirit & quæ ab ea excuſant.*

121 *Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter, niſi quum eſt excommunicatus, vel non recitat: & tunc cui reſtituet, & an ſibi pauperi retineri poßit*

122 *Extrauagans Pij V. de horis canonicis recitandis & fructibus earum omißione deperditis.*

123 *Beneficiorum fructus malè percepti, vt reſtituendi.*

124 *Beneficij bona damnificans, vel illa vltra triennium locans, vt peccat, & n. 130.*

125 *Beneficium vnicum ſufficiens habendum, & qua ex cauſa plura. & ſeq.*

128 *Beneficium ad retinendum, tam prodeſt conſuetudo, quàm diſpenſatio. & ſeq.*

131 *Parochus non miniſtrans ſacramento ſubdito &c. remißiuè.*

132 *Sepeliens excommunicatum, vel notoriè malum, vel ad ſepulturam adigens, vt peccat. &c.*

133 *Beneficiarius vt peccat neſciens neceſſaria, & quæ ſunt illa.*

134 *Beneficium capiens in excommunicatione, & irregularitate, & mortali, non ſacrificans quotidie, vbi & quomodo tenetur.*

135 *Beneficij habendi ætas, curatus prædicet, & profiteatur fidẽ, quod requirit gradum & ordinem ſacrum nu. 136.*

137 *Penſio quanta poni poßit ſuper epiſcopatu, & parochiali.*

138 *Miſſas ſtatutas epiſcopus, generali & abbas minuere poßũt.*

138 *Beneficium ad nullum detur acceſſus, regreſſus, mandatum, coadiutoria. &c.*

139 *Parochialis eccleſia, per concurſum conferatur.*
140 *Religioſus, vt peccat contra votum paupertatis.*

112 Primò peccat mortaliter clericus quoad beneficia,
illa adipiſci volens per ſimoniam, mentalem, conuen-
tionalem, vel realem: citra tamẽ excommunicationem,
& obligationem reſtituendi, ſi non conſequitur, imò
etiam, ſi conſequatur niſi ſimonia ſit realis.[a]
113 Non admittit tamen ſimoniam epiſcopus acci-
piens aliquem in familiarem ſuum, conſtitutâ certâ
mercede annua, donec ei beneficium conferat,[b] modò
nullum pactum illo collato, de gratis ſeruiẽdo interce-
dat, aſſertore Mai.[c] cui conſentit Oſtien. exiſtimans ſe
contradicere illi.
II. Peccat mortaliter, qui per ſimoniam ab alio com-
miſſam, in fauorem eius, ipſo ignorante, nec contradi-
cente, adipiſcitur beneficium, in quo, vel ad quod, nul-
lum antea ius habebat: & reſciens, conſentit, vel illico
à ſe non abdicat.[d] Dixi, *in fauorem eius, nec contradicente,*
ſecus enim, ſi vt noceat, vel commodet ei, ſed eo con-
tradicente, committeretur.[e] Dixi, *in quo, vel ad quod nul-
lum antea ius habebat:* aliàs enim ſecus, ſi ipſe in eam non
conſentit,[f] imò, & ſi illa ſimonia aliena, non fuit cauſa
adipiſcendi illud: ſiue quia commiſſa fuit cum vno ex
multis electoribus, præſentatoribus, aut collatoribus,
quorum maior pars, ea non interueniente, illum ele-
giſſet, præſentaſſet, aut ei contuliſſet, ſiue quia, is cum
quo admiſſa fuit, non fuit ob eam primariè motus:
quàmuis ob id datum fuiſſet, vt reſoluimus in *d.c.nobis,*
ſequuti primam opinionem glo. in ver. *interueniente,* per
*§.fin.* 1. *q.* 6. quæ quàmuis limitetur ab Oſtienſi, & à Pa-
norm. licèt minùs quàm ab ipſo, & rectè quidem, quo-
ad forum exterius, per rationem Ioan. Andr. quod fo-
rum conſcientiæ tamẽ (quod ſolâ veritate nititur) *c. tua
de ſponſ.* non nocet coram Deo ſimonia, quæ verè non
fuit cauſa quærendi beneficium, quod citra illam non
ſecus quàm cum illa quæreretur.
114 III. Peccat mortaliter, qui ſine titulo canonico,
ſcienter accipit, vel poſſidet beneficium, cum obliga-
tione relinquendi, fructuſque perceptos reſtituendi. Et
quia à principio putat titulum eſſe canonicum: ſciens,

[a] *Quid autem ſit ſimonia, quotuplex, & quæ excommunicet, dictũ eſt latè ſup. c.* 23. *à nu.* 100.
[b] *iuxta Oſtien. in c. cũ eſſent, de ſimo. recept. per Ioan. And. & Commun.*
[c] *in* 4. *diſt.* 23.
[d] 1. *q.* 5. *per tota, & c. nobis, de ſimo.*
[e] *d. c. nobis, & c. ſicut, eod. tit.*
[f] *d. c. ſicut,* 2. *eod. tit.*

nihilominus poſtea non eſſe talem, retinet illud.[a]

IIII. Peccat mortaliter vexationem, vel penſionem redimens, aliter quam debet,[b] precibúſque ſuis, vel alienis, malè quærens beneficium: quod quando fiat, dictum eſt ſupra.[c] Permutans inſuper, ius ad rem, cum iure in re.[d]

V. Peccat mortaliter, quæſitum per ſimoniam commiſſam in beneficio, non reſtituens Eccleſiæ, cuius eſt illud,[e] debet tamen ita illi reſtitui, ne quicquam cedat delinquēti quod ſi ſic fieri non poteſt, reſtituet authoritate ſuperioris accedente, alteri Eccleſiæ, vel pauperibus,[f] quam tamen authoritatem in foro conſcientiæ neceſſariam non exiſtimo.

VI. Peccat mortaliter, qui obtento ſecundo beneficio curato, dignitate, aut perſonatu, habitáque illius poſſeſſione, vel poſtquam per eum, quo minùs eam habeat, ſtat, non abdicat à ſe prius, vt debet, cùm ipſo iure perdat illud,[g] imò & poſterius, ſi præſumat retinere vtrumque, ſitque incapax ad quodlibet aliud, imò & ad ordines[h]

115 VII. Peccat mortaliter, beneficium curatum capiens citra diſpenſationem Papæ ante 25. annum cœptum, adeóque collatio eſt nulla[i] tenetúrq; relinquere illud cum fructibus: niſi remediū opportunum à Papa impetret. Idémque cenſendum, de accipiente dignitatem, aut perſonatum non curatum, quàmuis hoc diſpenſatione Epiſcopi præuia, viginti annis completis, obtinere poſſit,[k] quos tamen Concil. Trid. ad 22 produxit.[l]

116 In Epiſcopatu porrò Palentino, in quo per concurſum dantur beneficia poteſt eſſe cōpetitor ad preſbyterale, etiam poſt Concil. Trid. licèt nondum compleuerit 25. annos, & ſtet conſtitutio ſynodalis iubens, vt obtinens beneficium presbyterale, intra annum fiat presbyter. Tum, quia iure antiquo, ſufficit attingere 25. annum ad obtinendum illud, & quodlibet curatum.[m] eíque nulla parte derogat Conc. Trid. Nam, qua parte habet, neminem ante 25. annum ordinandum presbyterio, intelligendum eſt, de anno cœpto: licèt enim regulariter tempus poſitum in accuſatiuo, intelligatur de perfecto, ſecūdùm communem, quam Bal. Alex. & Iaſ.

[a] c.1. de reg. iur. lib. 6. & cap. eum qui, de præb. & cap. 1. de eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſeruā. eod. lib. & cap. dilectus, 2. cum ei ad not. de præb.
[b] iuxta dicta ſupra cap. 23. num. 102.
[c] eod. c. 23. num. 101.
[d] vt ibid. num. 104.
[e] c. de hoc, de ſimo.
[f] arg. d. c. de hoc, & S. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad 4.
[g] c. de multa, de præb.
[h] per extrauag. execrabilis, §. qui verò, eod. tit.
[i] c. cùm in cunctis. §. inferiora, de elect.
[k] c. 1. de ætat. & qual. lib. 6.
[l] ſeſſ. 24. c. 12. de reform. vt diximus in cap. ſi quando, de reſcript. except. 9.
[m] c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.

ſequuntur,[a] contrà tamen tenet[b] Bar. cuius opinio ſequenda eſt ſecundùm eoſdem, quando concurrit alia qua alia coniectura intelligẽdi de cœpto, putà, fauoris, qualis ſubeſt in propoſito, imò & alia fortior, quòd ius antiquũ, ſolùm requirebat cœptum,[c] cui conciliandum eſt nouum, quum fieri poteſt,[d] & alia vtraque fortior, quòd idem Conc.[e] habet poſſe cõferri beneficium curatum ei, qui attigit 25. annum, eadémque ætas ad illud, & presbyterium ſufficit, iuxta omnes. Tum, quia mens Concilij non fuit mutare annum cœptum in completum, ſed numerum. Adeo quidẽ, vt ſicut antea ſufficiebat, & requirebatur ad ſubdiaconatũ 18 annus, ad diaconatum 20. & ad presbyterium 25. ita nunc requiratur ad ſubdiaconatum 22. ad diaconatum 23. & ad presbyterium ſicut olim, 2. annus. Itáque poteſt hodie quis fieri ſubdiaconus in 22. & diaconus in 23. ac prebyter in 25. cœptis. Tum, quia non obſtat dicta conſtitutio ſynodalis, cùm etiam hodie poſſit quis intra annum à ſuſceptis minoribus, fieri presbyter, ſi epiſcopo videatur id expedire[f] Videri autem debet, vt qui per concurſum obtinuit beneficium presbyterale, ordinetur intra annum: & ſi epiſcopus aſſentiri noluerit, excuſatur à pœna, qui obtinuit illud, quum iuſto impedimento citra ſuam culpam impediatur.[g]

117 VIII. Peccat mortaliter illegitimus, citra diſpenſationem Papæ, beneficium curatum accipiens, aut ſimplex citra eiuſdem vel epiſcopi lax amẽtum,[h] adeóque eius acceptio eſt nulla, & tenetur relinquere, niſi diſpenſationem obtineat.

Quibus adnoto, Conc. Trid.[i] ſtatuiſſe, ne filij illegitimi clericorum, habeant penſiones ſuper beneficiis, quæ parentes eorum obtinuerunt: aut vlla beneficia in eccleſiis vbi patres beneficium aliquod habent, vel habuerunt. Quódque reciprocæ reſignationes, quæ poſthac à parentibus clericis, in fauorem filiorum, aut aliàs fraudulẽter fient, ipſius nequaquã ſuffragẽtur. Quin & peccat mortaliter, quiſquis accipit beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud iuxta fundationis ſuę vel alia ſtatuta, requirit.[k]

118 IX. Peccat mortaliter, qui obtentâ eccleſia parochiali, habitáque illius pacificâ poſſeſſione, non pro-

a *in l. cui ff. de leg. 1.*
b *ibid.*
c *Clem. generalem, de ætat. & qual.*
d *c. cũ expediat, de elect. lib. 6.*
e *ſeſſ. 24. c. 12. de reform.*
f *ſeſſ. 23. c. 11. de reform.*
g *arg. c. licet canon, & c. cõmiſſa, de elect. lib. 6. vncta gloſſ. memorab. verbo iuſto.*
h *c. 1. & 2. de fil. presb. lib. 6.*
i *ſeſſ. 25. c. 15.*
k *ſeſſ. 21. c 5. de reform.*

mouetur ad presbyterium intra annum, eôque lapſo, illam retinet, nec à ſe abdicat, vel fructus poſt annum perceptos, non reſtituit: quum eam ipſo facto perdat.[a] Nec obſtat, quòd continenter ſoleam tenere, & ſæpenumero tenui,[b] pœnam temporalem etiã ipſo iure incurſam, non deberi in foro conſcientiæ: id enim non procedit, dum contrarium conſtat de mente legiſlatoris, vel cùm nõ imponitur propriè vt pœna, ſed vt quædam conditio, vel modus rei traditę: vt cùm teſtator relinquit alicui quippiam, vt aliquid faciat, aliàs perdat, legatum,[c] in propoſito autem conſtat ex ſtylo, mentem Pontificum ſtatuentium, vt hoc vel illo caſu, vacet beneficium ipſo iure, eſſe vt peccet, qui illud ita perditum retinuerit, fructúſque nõ reſtituerit. Quódque beneficia conferantur veluti ſub illo modo, vel conditione, tacitè vel expreſſè.[d] Poteſt auté epiſcopus ratione ſtudij diſpenſare, ne intra ſeptem annos presbyterio initiari quis teneatur, modò intra annum, quo presbyter fieri debebat, ſubdiaconus fiat,[e] quæ tamen diſpenſatio nil prodeſt ei, qui ad ſtudium non proficiſcitur.[f] Concilium porrò Trident.[g] iuſſit, vt promotus in Epiſcopũ, intra tres menſes teneatur conſecrari, ſub pœna perdẽdi fructus ipſo iure, & intra alios tres, ſub pœna ipſo iure perdendi epiſcopatum.

X. Peccat mortaliter, qui eccleſiam parochialem accipit citra animum presbyterium ſuſcipiendi, vt eius fructus intra annum percipiat, eôque lapſo, illam dimittat, cum obligatione reſtituendi fructus: niſi eiuſmodi voluntate mutata, presbyterium eo durante ſuſcipiat, *c. cõmiſſa, § . cæterum, de elect. lib. 6.* quod habet, nil minùs peccare qui eam illi ſcienter confert, tenerique ſeruare indemnem eccleſiam. Quod ipſum etiam producendum eſſe in illa, qui citra animum ſuſcipendi presbyterium quoduis aliud beneficium accipit ſenſit *gl. in c. relatum, de cler. non reſid.* & clarius ibi Panorm. Quod & ſi prima facie æquum videri poſſet, contrarium tamen iure verius eſt, quum *d. c. commiſſa* pœnale, extra ſuum caſum non debeat extendi, præſertim ſine rationis (vt ita dicam) identitate, vel maioritate, cuiuſcemodi hic non eſt,[h] & quàmuis aliàs idem viſum ſit de eo, qui à principio quidem voluntatem habuit initiandi ſe presby-

*[a] c. licet canõ, de elect. lib. 6.*

*[b] in comment. c. fraternitas, 12. q. 2. & in rubr. de pœn. aliiſque locis.*

*[c] iuxta Pan. cõmuniter receptũ, ſuper gloſſa verbo aducies, in c. Raynaldus, de teſtam.*

*[d] vt tetigi in c. non liceat 12. q. 2. & latius in c. fraternitas, 12. q. 2.*

*[e] c. cùm ex eo, de elect. lib. 6.*

*[f] Sil. verb. beneficium, 3. quæ 2. iuxta mentem textus, verb. insiſtentes, & quæ in eo dicunt Archid. & Ioan. And.*

*[g] ſeſſ. 23. c. 2. de reform.*

*[h] l. præſes, ff. de pœn. & c. pœnæ, de pœniten. diſt. 1.*

terio,ſed poſtea,ea mutatâ,beneficium retinuit,contra tamen videtur iure ſummo dicẽdum,quum longè magis peccet,qui ab initio eiuſmodi contrariam intentionem habẽs, accipit,quàm qui bonã accipiẽs, poſtea cũ mala commutauit,vt patet ex ſe:textus autem ſolũ agit de accipiente malo animo. Quod ipſum,maiore ratione videtur de eo,qui non mutauit, ſed de mutanda ea dubitare cœpit:& de eo,qui beneficium accipit animo illud relinquendi,ſi aliud pinguius ſibi conferatur,modò ſuæ functioni ſatisfaciat, quandiu primum obtinuerit,quicquid dicãt Pan.[a] Silu.[b] & Gab.[c] ſine textu,& ratione iuſta,obligantes homines ad inſolita,nullóque iure pręcepta,[d] imò,& de illo,qui accipit beneficium, cui non eſt annexus ſacer ordo,animo firmo ſatisfaciẽdi quidem eius oneribus: non tamen aſcendendi ad presbyterium,aliúmve ordinem ſacrum id enim nullo iure prohibetur. Qui etiam puto ( quod & conſului ) poſſe quem iuſtè accipere beneficium,animo (vt dictũ eſt)ſatisfaciendi,& cũ propoſito,quòd ſi frater eius primogenitus obierit mortem ſine liberis,aut ad componendam pacem,vel extinguendas lites,ſeu ad augendũ decus ſuum,ſuæ familiæ,vel patriæ, expediret ducere vxorem,id faceret. Videtur autem rationi conſonum, quod ait Sotus,[e] putà,peccare mortaliter beneficiarios, etiam ſimplicium beneficiorum,qui citra animũ ſe initiandi ſacris,incedunt ſine habitu clericali,non quidem quod eiuſmodi ſint animo, ſed quia non deferunt habitum clericalem:quos tamen puto non obligari reſtituere fructus,per prædicta.

119 Nec tamen probo,quod ait, peccare coniugatos accipiendo auctoritate Apoſtolicâ penſiones ſuper beneficiis:modò eas accipiant in ſuſtẽtationem ſuo ſtatui neceſſariam:tum quia id non eſt contra ius diuinum: tũ, quia Papa poteſt applicare fructus beneficij de cõſenſu beneficiarij,illis piis operibus,quibus poteſt ipſe beneficiarius:palam autẽ eſt, eum poſſe applicare illos coniugatis egentibus:quod tamẽ Papa raro,& nunquã citra magnam cauſam videtur facere debere, ob ſcãdalum,quod inde oriretur[f] Cui eſt conſequẽs,poſſe quẽ iuſtè gaudere penſione à Papa ſibi conſtituta, non ſeruiendo eccleſiæ, licèt contrà tenuerit Sot.[g]

[a] *in d. c. relatũ*
[b] *verbo beneficium,3. q. 5.*
[c] *in 4. diſt.15. q. 8, art.*
[d] *contra c. conſuluiſti.2.q.4.*
[e] *lib. 10.q.5.art, 6. de iuſt. & iur.*
[f] *arg. c. nihil,de præſcrip.*
[g] *vbi ſup.*

120 XI. Peccat mortaliter beneficiarius minorum ordinum tantùm, matrimonio contracto verbis de præſenti, retinens beneficium, [a] quum ipſo iure illud amittat, adeo vt non recuperet illud: quàmuis vxor ante conſummatum matrimoniũ, religionem ingrediatur, ſecundùm omnes, quod eſt verum, etiam ſi matrimonium ob aliquod obſtaculum extrinſecum veluti conſanguinitatis vel affinitatis, non valeat, modò cõſenſus interueniat. [b] Non tamen idẽ eſt de contrahente ſponſalia de futuro, ſecundùm omnes. Nec de conſtituto in ſacris contrahente matrimonium, etiam per verba de præſenti: is enim non perdit beneficium ipſo facto: quamuis eo priuari poſſit. [c]

121 XII. Peccat mortaliter, in ſuo beneficio non reſidens, nullà ipſum ab eo causà excuſante: omne namq; beneficium, quàmlibet tenue, iure communi requirit reſidentiam, [d] multiplex tamen cauſa excuſat.

Prima, auditio Theologiæ ad quinquennium: prælectio einſdem donec durauerit, etiam citra licentiam Prælati: eam ſiquidem ius indulget. [e] Idémque cenſendum de auditione, & prælectione iuris Pontificij [f] Ad alias autem ſcientias, licentia epiſcopi requiritur, niſi vbi contraria conſuetudo viget [g]

Secunda cauſa, eſt obſequium epiſcopi, quoad duos canonicos, ac etiam alios, ſi occupentur ab eo, in vtilitatem eccleſiæ ſuæ, vel cathedralis: non autem, ſi ſolum occupentur in ſeruitio ſuo perſonali, niſi ſubſiſtente vrgente causâ, & eccleſiâ non indigente ſeruitio. [h]

Tertia cauſa, eadem vel maiori ratione, eſt obſequiũ Papæ, [i] modò id fiat principaliter ob ſeruitium, nõ quò procurentur beneficia [k] Dixi, *principaliter*, nam minùs principalis intentio non nocet. [l]

Quarta, licentia legitima [m] Voco autem legitimam eam, quam indulgetis, ad quem ea res pertinet, & ex cauſa boni viri arbitrio probabili, ac in ſcriptis quando id ius requirit, de quo infra.

Quinta, conſuetudo honeſta, [n] quàmuis conſuetudo

*[a] iuxta mentem gloſſ. & cõmun in c. 1. de cler. cõiug.*
*[b] vt declarat Pan. d. c. 3.*
*[c] vt gloſſ. in d. c. 1. communiter recepta contra Panor. determinat.*
*[d] c. conquerente, de cler. non reſid. vbi communis ſententia.*
*[e] c. fin. de magiſt.*
*[f] iuxta Archid. in cap. 2. de priuil. lib. 5. & Panor. in d. cap. fin. quod per nouas rationes defendimus in cap. licet, de præb.*
*[g] per not. in ca. tua, de cler. non reſid.*
*[h] c. ad audientiã de cler. non reſid. iũctis quæ ſcribit ibi Pan. n. 8. ad quod reducenda ſunt, c. de cætero, & c. cum dilectus eod. tit.*
*[i] per eadẽ iura.*
*[k] iuxta Angel. verb. clericus, 7.*

§. 2. [l] *per dicta ſup. c. 25. n. 100.* [m] *gloſſ. recepta, c. inter quatuor, de cler. non reſid.* [n] *iuxta Innoc. in c. ex tuæ, de cler. non reſid. recept. à Pan. in d. c. inter quatuor, & aliis communiter.*

abſentandi ſe ſine cauſa, nihil valeat, [a] neque cum ea, fraudando eccleſiam obſequio debito. Omni tamen caſu obſeruãdum, vt beneficium debito non fraudetur obſequio, ſubditíque gubernentur. Quàmuis autem abſens ſine cauſa probabili, cum licentia, aut ſine illa, peccet: non tamen videtur teneri reſtituere fructus tantiſper dum condẽnetur,[b] quàmuis Angel. refragetur,[c] niſi quum iure exprimitur. Quæ omnia, & complura alia clericos, viróſque ſacratos concernentia, variis locis [d] ſanctè ac prouidè ſtatuit Concil Trid. cuius verba, quoniam in omnium Catholicorum potiſſimùm verò in ſortem Domini adlectorum, mentibus aureis literis inſculpenda forent, iſthîc non ſubiicio.

Cæterùm, quàmuis verba Concilij Trid.[e] agentis de abſentia curatorum inferiorũ & aliorum quorumcũq; in ſcriptis danda, in vtramque partem flecti poſſint, arbitror tamen parochum poſſe abeſſe duos mẽſes, citra licentiam ſcriptam cum cauſa, quæ videatur ei iuſta, Tum, quia ante concilium id licebat, & à iure antiquo non eſt recedendum, citra iuris noui expreſſionem.[f] Tum, quia epiſcopo (qui magis tenetur reſidere) permittitur. Tum, quia verba concilij habẽt eadem omnino ſeruanda quoad hoc, in curatis inferioribus, quæ in epiſcopis. Tum, quia eſt pars benignior.

At verò, Sacellani Regum, non ſecus poſſunt capere fructus in abſentia, quã Sacellani Papæ, ſi vtriſque eiuſdem generis priuilegia ſunt conceſſa: imò & magis, ſi fortè plus ſit eis fauore Regũ conceſſum.[g] Nec Caiet. diſſentit ab his, quæ ante Concil. Trid. quod poſt eum habitum eſt, ſeruanda fuiſſe ſupra diximus.

122 XIII. Peccat mortaliter beneficiarius, horas canonicas non recitans, fructúſque perceptos non reſtituens, iuxta Concil. Later. ſub Leone X.[h] cuius tenor eſt, *Statuimus, vt nemo beneficium curatum, aut ſimplex habẽs, qui elapſis ſex menſibus ab eius conſequutione ſine legitimo impedimento officium diuinum recitare omiſerit, pro tempore, quo non recitauit, fructus ſuos faciat: imò eos impendere tanquam rem iniuſtè captam, in fabricam beneficij, aut eleemoſynas pauperum, teneatur.* Cui addo, fel. rec. Pium V. (cui noſtra hac de re opinio placuit) declaraſſe hunc §. per extrauag. ſeq.

[a] *iuxta eundem ibidẽ, & omnes.*

[b] *iuxta mentem Pan. in c. 1. de celebr. miſſ.*

[c] *verbo clericus, 7. §. 5.*

[d] *ſeſſ. 6. c. 1. & 2. de refor. & ſeſſ. 23. c. 1. de reform.*

[e] *d. ſeſſ. 6.*

[f] *l. præcipimus, C. de appell. etiã per argumenta à contrario ſenſu, c. à nobis, 2. de ſent. n. excom.*

[g] *arg. c. indultũ, de reg. iur. lib. 6.*

[h] *ſeſſ. 6 §. ſtatuimus.*

*Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex primo Lateranẽſi Concilio, pia, & ſalubris ſanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes quàm illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſsionis officij, & temporis, ſuos non faciat, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habenda. Nos huic rei euidentius, atque expreſsius prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi vel illis diebus reſponderẽt, ſi quotidie diuiderentur, qui verò matutinum tantum dimidiã, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat: tametſi aliquis choro addictus, non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præſens adſit, fructúſque, & diſtributiones fortè aliter aſsignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, cõſuetudinem fundationem, vel aliàs ſibi lucrifeciſſe prætendat, is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſsionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariæ Virginis, decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerúmque ipſarum amiſsioni obnoxium.*

123 Quibus adnoto, primò reprobari opinionem Soti, & nonnullorum dicentium non obligare prædictum §. *ſtatuimus*, verumque eſſe, quod dixi,[a] videlicet, prędictam reſtitutionem non eſſe neceſſariò faciendam fabricis eccleſiarum, vbi ſunt beneficia, at ſat eſſe, fructus eiuſmodi, pauperibus erogare.

Et quidem ſatisfaceret ita reſtituere obligatus, capiendo, ſaltem de conſilio confeſſarij eos ſibi tanquam vni pauperum, nam qui largiri quippiam pauperibus tenetur, poteſt illud ſibi accipere, tanquam vnus ex eis, ſi verè talis eſt, ſaltem de conſilio confeſſarij, & quò ad forum conſcientiæ.[b]

[a] *declarando d. §. in d. c. quãdo,* in Enchir. de orat c. 7. n. 32.

[b] *per tradita à Bald. in l. id quod pauperibus q. 22. C. de epiſ. & cleric. Cald conſi. 39. de teſt. Ang. in conſi. 84. Domina Apollonia, per ea, quæ latius ſcribimus in d. c. 7. n. 25.*

Nec ſufficit reſtitutionem prædictam facere fabricæ, vel pauperibus, quando reſtituenda ſunt lucrifacta per diſtributiones quotidianas, quæ debentur iis, qui horis illis diebus, quibus illi non recitarūt (cùm illis accreſcant) interfuerunt, [a] non ſufficit autem dare pauperibus, quod debetur alteri [c] [b] niſi quando ignoratur quis ſit. [c]

Quod ipſum, producendum eàdem ratione videtur in fructibus eccleſiarum, vbi ſtatutū eſt, vt fructus malè percepti, reſtituantur certis operibus piis: illis enim deberet fieri reſtitutio, & in parte, quam corpus ſeu groſſam canonicatuum vocant, quam canonici ita lucrantur ratione ſuorum canonicatuum, vt pars non lucrifacta ab vno, accreſcat aliis, nec obueniens tempore vacationis, reſeruatur ſucceſſori (qualem regulariter non habet canonicus [d]) ſed diuiditur inter ſuperſtites, [e] necnon in eo, quod canonicus perdit ob excommunicationem, ſuſpenſionem, aliámve quancūque cauſam, ſicut per hanc non recitandi: quum de ſimilibus idem ſit iudicium. [f] Non tamen tenetur reſtituere fructus beneficii, quòd in peccato mortali occulto, aut notorio fuerit. Tum, quia id nullo iure cauetur. Tum, quia licèt Ang. teneat quòd ſic, [g] Roſel tamen, & Silueſt. [h] in noſtram tranſeunt ſententiam. Tum, per prædictum §. *ſtatuimus*, quo id probatur irrefragabiliter, quatenus habet, beneficiarium, qui ſuas horas recitare omittit, non teneri reſtituere, quod primis ſex menſibus à cōſequutione beneficij, accepit: manifeſtum autem eſt illum in peccato mortali notorio fuiſſe, ſi notoriè omiſit, ſi verò occultè, in occulto.

124 XIIII. Peccat mortaliter, qui beneficij ſui ædes, vineas, prædia, aliáque bona dolo, vel negligentiâ deſtituit, vel damnificat, cum obligatione reſtaurandi & reſtituendi. [i]

XV. Peccat mortaliter, qui ſupenſus à beneficio, aut excommunicatus à canone, vel ab homine, recipit fructus, eóſque non ſecus impendit, quàm ſi nō ita foret ligatus: ſuſpenſus namque à beneficio, nō poteſt de fructibus beneficij diſpendere, niſi ad ſe ſuóſque modeſtè ſuſtentandos: & hoc, ſi bona non habet, quibus viuat, [h] ſed excommunicatus nihil poteſt accipere. [l] At

[a] *per c.1. de cler. non reſid. lib. 6. cum ei adnot.*

[b] *arg. c. ea te, de iureiur.*

[c] *c. cùm tu, de vſur. vbi gloſſ. cū communi.*

[d] *ſecundū glo. in ca. quod ſicut, de elect. verbo conſentire.*

[e] *iuxta not. in c. relatū, 2. de teſt.*

[f] *cap. dudum, 2. de elect.*

[g] *verbo clericus, 8. § 5.*

[h] *verbo clericus, 4. q. 24.*

[i] *Oſtien. in ſum. de pœn. & remiſ. §. quibus verſ. 1.*

[k] *ſecundū gl. ca. cùm Vintoniēſis, verb. amiſerat, de elect. cle. vt hi qui, de ætat. & quali. c. paſtoralis, §. fin. de appellat. receptas per Pan. & communē in locis ordinariis, & in c. apoſtolicæ, de except.*

[l] *iuxta gl. recep. in d. c. paſtoralis in fin.*

quia hoc intelligendū eſt de excōmunicato, per quem ſtat, quo minùs abſoluatur, illúdque de ſuſpenſo in pœnam, qui non poteſt facere vt abſoluatur, videtur nihil differre in hoc excommunicationem à ſuſpenſione, ob contumaciam, quæ non minus facilè quàm excommunicatio tollitur. [a] Qualiter autem peccetur per diſpenſationem ſeu applicationem fructuum beneficiorū inter viuos, vel per vltimas voluntates, dictum eſt ſupra. [b] Quibus addo, Conc. Trid. [c] omnino interdicere, nedū Epiſcopis, ſed & cæteris beneficiariis, etiam Cardinalibus, ne conſanguineos, familiaréſve ſuos, reditibus eccleſiaſticis augeant, illóſve iis (niſi pauperes ſint) diſtribuant: eóſque commonefacere, vt omnem humanum erga conſanguineos, & propinquos affectum (ceu malorum ſeminarium) penitus exuant. De celebrante autem, & recitāte horas principaliter ob pecuniam (quod ſimonia eſt) dictum eſt ſupra. [d]

125 XVI. Peccat mortaliter, habens multa beneficia diuiſa in titulum, quorum vnum ſuo ſtatui decenti ſufficit, circa diſpenſationem, vel conſuetudinem iuſtam [e] Dixi (*diuiſa*) quia ſecus ſi legitimè vnita, vel annexa. [f]

126 Dixi (*in titulum*) licet enim habere vnū in titulum, aliud autē, ad tempus cōmendatum, ad ſex menſes tantùm, ſi eſt eccleſia parochialis. [g] Dixi (*ad tempus*) nam de commēdato in perpetuum, idem cenſendum, quod de dato in titulum, [h] excepto quòd vacans per mortem Commendatarij, cenſetur vacare modo, quo vacabat tempore, quo fuit ei commendatum, quod ſtylus Rom. Cur. hodiernus palam ſeruat.

127 Dixi (*quorum vnum ſufficit*) alioqui ſecus: nam quàmuis Conc. Trid. [i] quod approbat tacitè dictā gloſſam ſtatuerit, vt vnum tantùm conferatur vni, qualis & quantuſcunque ſit ille: adiicit tamen, ſi illud ei non ſufficerit, licere ipſi aliud ſimplex ſufficiens (dummodo vtrunque perſonalem reſidentiam non requirat) habere. Ex quo, duo colige, poſſe quē iuſtè tenere duo beneficia ſimplicia, non requirentia reſidentiam perſonalem quorum alterum non ſufficiat, citra vllam diſpenſationem: quæ ante hoc Concilium fuit cōmunis opinio [k] Et Concilium non prohibere retentionem plu-

[a] *vt rectè ſenſit Dec. ind. §. fin.* [b] *c. 17. n. 94.* [c] *ſeſſ. 25. c. 1. de reform.* [d] *c. 23. n. 101.* [e] *iuxta gl. ſing. in c. dudum, 2. de elect. receptā à Pan. & cōmuniter ibidem, & ab aliis quos cito in repe. cap. ad hæc de præb. & probatur per c. conquerente, de cler. non reſid. & ſentit S. Th. quodl. 8. arti. 13. & quodl. 9. art. 15.* [f] *ca. vnico. 10 q. 3. ca. cum veniſſent, de reſtit. ſpol. c. eam te, de ætat. & qual. & c. extirpandæ, §. qui verò, de præbend.* [g] *cap. nemo, de elect. lib. 6.* [h] *iuxta Cardin. Alex. in c. cū autem, 44. diſtinct. & Comeſ. in reg. de infirmis reſig. q. 13. & citatos per eum Maio in 4. diſt. 2. qu. 13 quod probatiſſimus in cap. de multa, de præb.* [i] *ſeſſ. 24. c. 17. de refor.* [k] *in c. cū iamdudū, & c. extirpādæ, §. qui verò, de præb.*

rium, etiam requirentium reſidentiam perſonalem, iuſtâ diſpenſatione.

128 Dixi (*citra diſpenſationem*) non enim ſufficit habere iuſtam cauſam eam obtinẽdi, attento ſolo iure naturæ, & diuino citra diſpenſationẽ iuris poſitiui id prohibentis. [a] Dixi (*vel conſuetudinem iuſtam*) tantũdem ſiquidem, tametſi non plus valeret illa, quantum diſpenſatio, [b] quum vtraque poſſit iuri humano derogare, neutra autem naturali, vel diuino. [c]

Iuſta porrò cauſa tenendi plura, attento iure naturali, & conſequenter diſpenſandi, conſuetudinémque circa id inducendi, eſt [d] circunſtantia eiuſmodi, quæ ſufficiat tollẽdæ deformitati, quam multitudo beneficiorũ prę-ſefert. Plura ſiquidem beneficia tenere, [e] nec adeo ſuapte natura eſt malum, vt nullâ circunſtantiâ iuſtificari poſſit, veluti fornicatio, & alia id genus vitia: neq; adeo indifferens, vt ſine vlla circunſtantia iuſtificante liceat, vti habere duo prædia, vel domos, [f] eiuſmodi eſt circunſtantia, cui attentâ ſuæ perſonæ qualitate, non ſufficit vnum beneficium quò honeſtè, decentérque viuat, eiuſmodi inſuper, tanta prudẽtia, ſagacitas, & induſtria alicuius, vt ſperetur plus eis quibus præeſt, profuturus, etiam abſens, quàm cõmuniter alius præſens, & potiùs accipit, ob vtilitatem beneficiorum, aut ſubditorum, quàm propriam, [g] & defectus aliorũ idoneorum. [h] Inſuper præcellens animi virtus, nobilitas, & ſcientia, [i] quàmuis hęc cauſa, videatur includi in prima, ideo nãque cum nobili, & graduato diſpenſari poſſe videtur, [k] quia eius honeſta ſuſtentatio, pluribus quàm alterius indiget, [l] eiuſmodi quoque viſa fuit Cardi. [m] intentio tenẽtis plura beneficia: non ad ſplendidiorem victum, veſtitum, & famulatum, & id genus alia, ſed ad largius erogandum in pauperes, & opera pia, retento ſibi tantùm ad vitam decentem neceſſario, veráque huius intentionis exequutione.

129 Itaque, confeſſarius non debet abſoluere habentem plura beneficia, niſi ſaltem concurrat aliqua prædictarum, aliáve ſimilis circunſtantia. [n] Dico, *Saltem*, tum, quia non ſufficit quælibet illarum citra diſpenſationem iuris humani. Tum, quia licet vltima Cardinalis, ante prædictum concilium ſuſtentari poſſet,

[a] *iuxta D. Tho. in quodl. 9. art. 15.*
[b] *iuxta eundem ibidem.*
[c] *ca. fin. cum ibi fusè not. de conſuet.*
[d] *iuxta eundem.*
[e] *(vt ille ait.)*
[f] *vt ſup. c. 23. n. 1. diximus.*
[g] *iuxta Inno. in c. cùm iamdudũ, n. 4. de præb. recept.*
[h] *iuxta Oſtienſ. c. graue, col. 2. eod. tit.*
[i] *d. c. de multa.*
[k] *per d. cap. de multa.*
[l] *vt vbi diximus.*
[m] *in clem. gratiæ, de reſcript.*
[n] *Maior vbi ſit. arg. 6.*

poſt illud tamen non licet, cùm abſolutè prohibeat habere plura beneficia, etiam cõpatibilia, vltra id, vel ea, quæ ſufficiant honeſtæ atque decenti ſuſtentationi.[a] Quoniam tamen cõcilium non prohibet tenere beneficia, quæ antè fuerunt collata: ſed ne de cætero conferantur plura vni, reſpondimus, eum, qui ante illud plura obtinuit, poſſe nunc retinere, limitando ſe, iuxta d. opinionem Card. quam (licèt aduerſetur Pan. & communi) ſemper putauimus veram, ante illud. Quo fit, vt iure quis miretur, etiam poſt prædictum Conc. à Pontificibus Max conferri multa, quorum vnũ ſufficit vni, ac plæroſq; ſibi collata, retinere, quæ profectò iure nequeunt retinere, etiã præuiâ diſpẽſatione, niſi iuſtificetur intẽtione à Cardinale requiſitâ. Idẽ verò Conciliũ[b] ſtatuit, vt plures parochiales eccleſias, aut vnam parochialem, & vnam cathedralem obtinentes, cogantur alteram infra ſex mẽſes abdicare. In quo librandum verbum, *cogantur*, &c. per quod reſpondimus neutrã ipſo iure vacaſſe. Inſuper, id habere locum, etiam in his, qui iuſtâ diſpenſatione tenebãt plures parochiales, quàmuis audiam nonnullos contradicere.[c] Quorum opinio licèt diſputãdo fortè defendi poſſet: conſuli tamẽ non debet. Tum, quia aduerſatur menti Concilij (vt ex eius contextu patet.) Tum, quia ſic interpretatur Curia, cogens dimittere alteram eccleſiarum omnes, qui antè, etiam legitimâ diſpenſatione, tenebant duas. Tum, quia licèt principium, *d. c. ordinarij* innouetur vſque ad §. *cæterum*, ille nihilominus tacetur. Hoc tamẽ ius nouũ, non extenditur ad alia incompatibilia legitimè obtenta. Ideõque, habens alia beneficia incompatibilia, putà, plures perſonatus, vel vnam parochialem, & aliam dignitatem, vel perſonatum, quæ non ſunt eccleſiæ parochiales, non eſt cogendus relinquere vllum.

[a] *iuxta d. gl. d. c. dudum, de elect.*

[b] *ſeſſ. 24. c. 17. de reform.*

[c] *arg. c. ordinarij, §. cæterum, de offi. ordin. lib. 6. quod aiunt eſſe innouatum per idem Concil. ſeſ. 6. c. 1. de reform.*

130 XVII. Peccat mortaliter, fructus ſui beneficij in plures: quàm tres annos locans, aut in emphyteoſim dans,[d] & eſt excommunicatus in Ditionibus, vbi eſt recepta extrauagans Pauli II. de qua infra.[e]

131 XVIII. Peccat, parochiano petenti ſacramente non miniſtrãs: vel non dans licentiã alteri cõfitendi: vel qui intereſt matrimonio clandeſtino,[f] aut benedicit ſecundas nuptias,[g] aut primas tempore indebito.[h]

[d] *clem. 1. de reb eccleſ. non alien.*

[e] *c. 27. n. 149.*

[f] *vt ſup. c. 22. n. 68.*

[g] *n. 83.*

[h] *ibidem.*

132 XIX.

132 X I X. Peccat, iuducens quempiam, vt promittat, aut iuret ſe accepturum ſepulturam in ſua eccleſia, aut quam iam accepit, non mutaturum, [a] eſtque excommunicatus excommunicatione Papæ reſeruata. [b] Et in peccato mortali notorio mortuum, in loco ſacro ſepeliens. [c]

133 XX. Peccat mortaliter, non diſcens, quæ neceſſariò ſcire tenetur, ratione beneficij, vel officij: nolénſque illud renunciare. [d] Porrò, ſacerdos, quatenus eſt ſolùm ſacrificus, tenetur ſcire legere, cantare, & conſtruere. [e] Quatenus verò ſacramenti miniſter, callere debet cuiuſcunque ſacramenti formam, materiam, & modum debitum adminiſtrandi. Et vti confeſſarius, ac iudex fori conſcientię, ſcire debet quod ſupra [f] dictum eſt. Quò fit, vt religioſis, & quibus non incumbit onus curæ animarum, vel audiendi confeſſiones, ſatis ſit noſſe, quæ ſunt neceſſaria presbytero. [g] Is verò cui incumbit eiuſmodi onus ſi ignoret ad id neceſſaria tenetur diſcere illa, aut relinquere onus, vt dictum eſt. Qui itaque idoneus eſt ad aliquod beneficium, ſi non eſt idoneus ad id, quod obtinet ratione loci, aut perſonarum ſubditarum, nec vult diſcere, vt idoneus euadat, non debet abſolui. [h]

X X I. Peccat ſacerdos, negligens vel metu omittens communicare proximum iam morientem, eiúſve confeſſionem audire: quàmuis vrentis peſtilentiæ contagio laboret, ſi eſt in extrema neceſſitate ſpirituali conſtitutus. [i]

XXII. Peccat mortaliter, qui beneficium eccleſiaſticum accipit, ſciens, aut ſcire debens, ſe irregularem, ſuſpenſum, excommunicatum, aut interdictum eſſe: adeoq́; titulus eius, eſt nullus. [k] Quíque in ſolo peccato mortali id facit, [l] quod verum non eſt. [m]

134 X X I I I. Peccat mortaliter, non faciens tot, & tales miſſas, quot & quales, & quo in loco tenetur, citra iuſtum impedimentum: aut quas omiſit, vt debet, non complens. [n] Quot autem teneatur dicere paro-

*[a] c. 1. de ſepult. lib. 6.*
*[b] clem. cupientes, §. ſanè, de pœn. de quibus infra, ca 27. nu. 137.*
*[c] ca. quibus, 13. q. 2.*
*[d] ca. non eſt putanda, 1. q. 1. & l. idem iuris, §. 2. ff. ad l. Aquil.*
*[e] gloſ. clem. 1. de conceſſ. præbend. verb. reputamus quã Card. Pan. & Imol. probãt ibidẽ, vt in præl. c. ſi quando, except. 11. & 12. de reſcript. diximꝰ.*
*[f] cap. 4.*
*[g] iuxta mentem Inno. recept. in c. cùm in cunctis, de elect.*
*[h] arg. d. c. cùm in cũctis, ac eorum quæ ibi Inno. recep. ait, & Pan. in c. venerabilis, de præb.*
*[i] iuxta dicta c. 24. n. 10.*
*[k] c. cùm inter, de elect. c. poſtulaſtis, & ca. ſi celebrat, de cler. excom. min.* *[l] iuxta Pan. in d. c. ſi celebret.* *[m] vt probauimus ibidem poſt Feli. in c. dilecto, de excep. col. 3. Ioan. Maior. in 2. diſt. 44. q. fi. & in 4. diſt. 18. q. 4.* *[n] arg. c. 1. de pact. & proœ. Greg. & c. ſignificatũ, de præbend.*

chus, inquantum parochus, non videtur iure determinatum, nec ſufficienti ratione probari, quum nulla ratio concludat omnibus diebus eum miſſam dicere, neque omnibus, quibus commodè poteſt: licèt ſecus omnibus feſtis de præcepto colēdis: quū eis populus eā teneatur audire.[a] Primò itaque, inſtitutio vel cōſtitutio particularis, ſeruanda eſt. Secundò, conſuetudo, quæ lege deficiente, pro lege habetur, [b] & proinde, vbi inualuit conſuetudo dicendæ miſſæ omnibus diebus per ſe, aut per alium, non ſatisfacit, dicendo diebus, quibus commodè poteſt: tenetur enim per ſe vel per alium, quolibet die dicere: vbi verò conſuetudine receptum eſt, vt ſolis dominicis, & feſtis, vel certis hebdomadæ diebus, tenetur illis per ſe vel alium ſacrificate: quàmuis Sot. [c] non ſatis cautè, iudicet parochum teneri, & ſatisfacere celebrando quoties decēter poteſt: ſacellani autem, tenentur dicere quas, vbi, & quomodo inſtitutio ſacellorum, vel eorum promiſſio expoſcit. [d] Onus porrò annexum beneficio, vt illud obtinens, quotidie celebret de ſancta Maria, non obligat ſacrificare omnibus diebus, neque vt celebretur de illa omnibus, quibus ſacrificare tenetur: ſed ſolùm quibus frequentiùs ſalua honeſtate & deuotione debita, poteſt. [e] Onus autem celebrandi per ſe, vel per alium omnibus diebus, de omnibus diebus intelligendum eſt. [f]

[a] *cap. miſſas, de conſec. diſt. 1.*
[b] *ca. conſuetudo, 1. diſt.*
[c] *de iuſt. & iur. lib. 9. q. 3. art. 1.*
[d] *arg. d. c. cùm dilectus, de conſuet. ca. 1. & c. qualiter, de pact.*
[e] *d. c. ſignificatum, de præb.*
[f] *vt ibidem diximus.*

135 XXIIII, Peccat mortaliter, qui contrauenit alicui ſequentium præceptorum Cōc. Trid. quod [g] ita ſancit. *Habens beneficium cum onere legendi, legat per ſe, ſi eſt idoneus: ſin minùs, per alium, & in poſterum, non valenti legere per ſe, non conferatur eiuſmodi beneficium:* decernens collationē ei factā eſſe nullam. Cui conſequens eſt illud acceptantem, peccare. [h] Inſuper, [i] quòd habens beneficium curatum, prædicet verbum Dei ſuo populo, vt minimùm dominicis, & feſtis ſolemnioribus, doceàtque ad ſalutem neceſſaria. Quódque [k] nullus obtineat beneficium ante 14. annum. Et in minoribus conſtitutus, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut in ſeminario, vel aliqua ſchola, quaſi via ad maiores ſuſcipiendos verſetur, non gaudeat priuilegio fori. [l] Denique, quòd archidiaconi ſint magiſtri, aut licentiati in theologia, ſeu canonibus, ex quo elicitur, non ſufficere quoad hoc Doctoratum, vel licentiam iuris ciuilis, medicinæ vel artium,

[g] *ſeſſ. 25. c. 1. de reform.*
[h] *arg. c. eum qui, de præb. lib. 6.*
[i] *ſeſſ. 5. ca. 2. de reform.*
[k] *ſeſſ. 23. c. 3. de reform.*
[l] *ſeſſ. 24. c. 12. de reform.*

quod curia ſeruat. Per archidiaconum autem, intelligitur ſolùm is, de quo loquitur rubrica *de off. archid.* qualẽ in Hiſpania neminem ſcio: nam prædicta rubrica ſolùm videtur loqui de illo, qui eſt capituli caput, & primus poſt pontificem, quos Hiſpania in ſecularibus eccleſiis, vocat Decanos, in regularibus autem, Priores, & Gallia, vt plurimùm, Præpoſitos, cui alludit *c. Quamuis de verb. ſign.* Reliquæ verò dignitates, nõ conferantur, niſi conſtitutis in anno 22. Quo, corrigitur *c.3 de ætat. & qualit. lib.6.* quod præſcripſit in hoc annum 20. Et prouiſi de beneficijs curatis, teneantur infra duos menſes à die poſſeſſionis, coram epiſcopo, aut eius vicario profiteri fidem Catholicam, ſpondentes ſe in Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros.

136. Quod ipſum de canonicatibus, & dignitatibus prouiſi faciant, non ſolùm corã epiſcopo, ſed etiam in capitulo: alioqui non faciant fructus ſuos, nec illis ſuffragetur poſſeſſio. Quod valde nouum eſt, quatenus multum addit *cap. ego N. & c. nullus, de iureiu.* Nemo etiam obtineat dignitatem, canonicatum, aut portionem, qui non ſit ordine ſacro (quem illa requirunt) initiatus, in eáve ętate conſtitutus, vt infra tempus ſtatutum, initiari valeat. In omnibus verò eccleſijs cathedralibus, omnes canonicatus habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus vel ſubdiaconatus. Hortatur etiam concilium, vt ſaltem dimidia pars canonicatuum, conferatur tantùm magiſtris vel Doctoribus aut etiã Licentiatis in Theologia, vel iure canonico. Vbi librandum, poſtremum non eſſe præceptum, ſed tantùm exhortationem, quæ non obligat.[a]

[a] *§. fin. 4. diſt.*

137 Quódque nullius ſtatuti, aut conſuetudinis vigore, liceat, ab eccleſiis, vltra tres menſes, quolibet anno abeſſe. Vbi videtur permitti maior abſentia dignitates, & canonicatus obtinentibus, quàm parochis, per *c.1. ſeſſ.23. de reform. & c.13.* Quod ſuper fructibus epiſcopatus, non excedentibus ſummam ducatorum mille, aut fructibus parochialium, non excedentibus centum ducatorum, penſiones, aut fructùum reſeruationes, non aſſignentur.

138 Quod videtur afficere Papam, qui licèt ligari[b] non poſſit;[b] ſeruat tamen hactenus inuiolabiliter

[b] *c. propoſuit, de conceſſ. præb.*

Et vbi parochiales non ſunt diuiſę diuidantùr,vbi verò non ſunt,erigantur:non obſtãtibus,&c. Inſuper,[a]quòd epiſcopi in ſynodis, abbatéſque & generales ordinum in capitulis ſuis generalibus, pro ſua conſcientia diſponant de miſſis, ſi earum fuerit exorbitans numerus, vel eleemoſynæ ijs dicendis impares. Quod quidem, videtur ius nouum quoad Abbates,& Generales,non tamen quoad epiſcopos, qui id præſtare poſſunt [b] etiam ſine ſynodo, iure antiquo, quod non videtur per hoc ſublatum,cùm fuerit additum ad augendum. [c]

139 Adhæc, quòd quarta funeralium,ſolita iam ante annos, 40. perſolui,eccleſiæ parochiali ſoluatur, etiam ſi poſtea conceſſa fuerit alicui monaſterio, non obſtantibus,&c. [d] Quòdque in poſterum [e] acceſſus,regreſſus, aut coadiutoriæ cùm futura ſucceſſione, non concedãtur, niſi quò ad epiſcopatum & abbatiam, certis ad id cauſis concurrentibus. Nec [f] mandata de prouidendo, gratię expectatiuę, etiam ſub nomine indulti, nec alię quæcunque gratiæ ad vacatura, aut indulta ad alienas eccleſias cuiquam concedantur, & hactenus conceſſa, abrogata cẽſeantur. [g]Nulla demum eccleſia parochialis(etiamſi reſeruata fuerit, & vacet in Curia) aliter quã per concurſum, & oppoſitionem, præuio examine [h] conferatur.

140 Qualiter autem religioſus peccet contra votum paupertatis, altiùs quàm hactenus,alibi [i] prodidimus.

*[a] ſeſſ 25. cap. 4. de reform.*
*[b] arg. c. cõm. ac. ceßiſſent. & ca. ex parte, de conſtit. cũ eis adnot.*
*[c] arg. cap. fin de verb ſign.*
*[d] c. 13.*
*[e] ſeſſ. 25. c. 7. de reform.*
*[f] ſeſſ. 24. ca. 19. de reform.*
*[g] c. 8.*
*[h] de quo ibi*
*[i] in c. non dicatis: 12. q. 1.*

## De peccatis Prædicatorum, ſiue Concionatorum.

### Summæ.

141 *Prædicans ſine facultate, aduertens ſe in mortali eſſe, vel mentiens, miſcens ridicula, detrahens prælatis, decimare diſſuadens, ſi religioſus ſine conſenſu epiſcopi, vt peccat. & n. 142. & 143.*

143 *Prædicandum quid, quoties, quibus & à quibus.*

141 Peccat mortaliter primò, concionator, qui publicè concionatur citra facultatem legitimam, [k] qualem habet epiſcopus per totum orbem, & parochus in ſua

*[k] c. excommunicamus, §. quia verò, de hæretic.*

parochia: qui poteſt dare illam alteri noto, & aliàs probato, quoad ſuam parochiam, non ſecus quàm epiſcopus, quò ad ſuam diœceſim, Papa verò quò ad omnes,[a] quia ſunt ordinarij, ordinarius autem poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, delegare iure canonico.[b]

II. Peccat mortaliter, qui aduertens ſe conſtitutum in peccato mortali, ante iuſtam contritionem concionatur, ſecundùm Caiet.[c] qui retractauit, quod dixerat in ſumma,[d] vbi oppoſitum tenuit: quia actus prędicandi, ſaltem per legem humanam, eſt actus peculiaris ordini Euangelij. Quíque aduertens mentitur, concionādo circa doctrinam fidei, bonorū morum, hiſtoriarum ſanctorum miraculorum, aut prophetiarum, vt cohortetur, inducat, aut moueat auditores, iuxta eundē Caie.[c] Dixi (*circa doctrinam fidei, &c.*) mentiri nāque circa alia, non eſt peccatum mortale, niſi notabiliter ſcandalizaret, vt de mentiente in iudicio, & confeſſione dictū eſt ſupra.[f] Inſuper, qui principaliter ob laudem, honorem, aut pecuniam prædicat.

242 Qui verò concioni fabulam, facetias, ſeu ridiculi quippiam admiſcet, peccat quidem,[g] ſed communiter non pluſquam venialiter,[h] imò, nec ſemper venialiter, vt cùm recreationis honeſtæ ergô, ſtrictim tale quid refertur.[i]

III. Peccat mortaliter religioſus concionando Prælatis eccleſiæ, & ſacerdotibus detrahens, præſertim[g] quô laicis placeat.[k] Quod intelligendum eſt,[l] de detractione nominatim, expreſsè, vel æquipollenter factâ: licet enim generaliter Pręlatorum vitia reprehendere, modò, id prudenter, & citra ſcandalum fiat. Quod ipſum,[m] producendum eſt, ad ſeculares, quò ad peccatum: quàmuis non, quò ad pœnas iure ſtatutas.[n] Quę confirmantur per Concil. Lateranenſe, quod ſub Leone X.[o] vetuit concionatoribus populo prædicare miracula falſa, incerta, aut prophetias per ſacram ſcripturam non approbatas: Prælatíſq; eccleſiæ detrahere, addens aliis pœnis, excommunicationem latæ ſententiæ

[a] *vt colligitur ex Pan. & communi in c. inter cætera, de offic. ordin. & dicto §. Quia verò, de hæret. & ex Cardinali in clem. dudum, de ſepult.*

[b] *iuxta gloſſ. receptam c. peruenit, 95. diſt.*

[c] *in 3. part qu. 64. art. 6. & 2. 2. q. 187. art. 2.*

[d] *verbo prædicatorum peccata, in princ. & tom. 2. ve vſu ſpiri. q. 1.*

[c] *in ſum. verbo prædicatorum peccata.*

[f] *c. 18. n. 3.*

[g] *iuxta S. Ant. part. 3 tit. 18. c. 4 & Caiet. 2. 2. q. 164. art. 2.*

[h] *iuxta eundem, in d. verbo prædicatorum peccata.*

[i] *vt prodidit Auguſt. Triumph. in ſum. de poteſt. eccleſ. qu. 107. art. 1.*

[k] *clem. 1. §. quibus, de priuileg.*

[l] *iuxta gloſſ. ibidem, verbo detrahendo.*

[m] *licet d. clem. ſolum loquatur de religioſis quòd ſæpius in eo peccent.*

[n] *in d. clem. arg. gloſſæ clem. 1. de reſcript. verbo Præſidentes, adiuncto textu in l. interpretatione, ff. de pæn.*

[o] *ſeſſ. 1.*

[a] *in ſum. verbo excomſmunicatio c.18. ub fin.*

[b] *Clem.* Cupientes*, de pœn. qua de re infra c.27*

[c] *ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 4. & 7 de reform. nec nō ſeſſ. 22. c. 8.*

reſeruatæ Papæ, quod non latuit Caiet.[a] Religioſus autem, concionando diſſuadens populo decimarum ſolutionem, eſt excommunicatus.[b]

143 Quartò, qui contrauenit præceptis Conc. Trid. quod variis locis[c] (quę ſubindicaſſe ſufficere duximus) varia huc ſpectantia, ſanxit.

# De peccatis coniugatorum.

Summæ.

144 *Sponſalia clandeſtina poſt Concil. Trid. complens, & vtens matrimonio præſumpto, &c. vt peccat.*

144 *Matrimonium præſumptum ceſſat, coram quo parocho contrahendum, ſine cuius præſentia contractum nullum.*

[d] *c. 22. à n. 32*

[e] *per c.* Is qui, *de ſponſal.*

144 Peccat primò coniunx modis ſupra[d] recenſitis, & non complens ſponſalia clandeſtinè contracta, etiā poſt Conc. Trid. quod duntaxat matrimonium, non illa annullat. Et qui vtitur matrimonio præſumpto, per copulam carnalem habitam poſt prędictum Cōc. poſt illud namque, ceſſant matrimonia præſumpta.[e] Quíq; diſcedit à matrimonio contracto coram parocho habitationis fœminæ, etiam ſi parochus habitationis viri, non aſſiſtat. Inſuper, qui vtitur contracto publicè, etiam coram toto populo, ſine pręſentia parochi, vel alterius presbyteri, cum licentia illius, aut ordinarij: Congregatio namque Conc. Trid. ſub Pio V. interpretata fuit ſufficere parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in parochia mulieris, ſicut eadem ſub Gregor. XIII. cenſuit, ſufficere Parochum viri, quando in eius parochia contrahitur, vt dictum eſt ſupra.

[f] *c. 22.*

# Confeſſarius erga confeſſum vt ſe geret.

## CAPVT XXVI.

Summæ.

1 *Confeſſarius hæc doceat confeſſum.*

1 *Confeſſarius alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nil dicat.*

2 *Confeſſarius hoc præſtari faciat quinque caſibus.*

3 *Confeſſarius facile non iudicet eſſe mortale, quod eſt controuerſum, & quid tunc faciet.*

3 *Confeſſarius non abſoluat nolentem facere neceſſaria.*

4 *Confeſſarius quid faciet, quando pœnitens contrariam ſuæ opinionem habet, & quid quando vterque dubitat.*

5 *Confeſſarius quid dicet ei, qui reſtituere debet, & quid ei qui reſtituturum ſe promiſit, nec præſtitit.*

6 *Confeſſarius quid faciet in abſolutione reſeruatorum, cum breui reſolutione.*

6 *Peccatum reſeruatum cui, & quomodo confitendum, & abſoluendum.*

7 *Abſolutio excommunicationis præcedat peccatorum abſolutionem, ante illam faciat hoc & hoc nu. 8. & 9.*

10 *Abſoluatur pœnitens ab omni excommunicatione maiore, & minore ſic.*

11 *Abſolutio peccatorum detur in hac forma, quâmuis ad ſubſtantiam eius minus ſufficiat.*

12 *Abſolutio conditionalis non detur: & data à peccatis, cenſuris, & irregularitatibus ab eo, qui pœnitentem poterat abſoluere ab omnibus, quas incurriſſet, etiam oblita includit, &c. num. 13. & cùm datur ab eo, qui non poterat, quid fiet, & an abſenti dari poſſit nu. 14.*

1 Confeſſarius [a] doceat, ea in quibus pœnitentẽ errare animaduertit: putando peccatum eſſe, quod non eſt: aut contrà: vel eſſe mortale, quod eſt veniale: aut viceuerſa, ſaltem in his, quæ ſcire tenetur: idemque faciet de cenſuris, quas falsò credit eſſe, vel non eſſe. [b]

Cæterùm: pro varietate pœnitentium, alium arguat, alium ſoletur, alium de diligentia, ac ordine memorandi & accuſandi peccata modeſtè laudet, necnon ad gratias ob id agendum incitet: aliis alias virtutes magis commendet, aliis alia vitia acriùs increpet. Pœnitenti verò, docto, diligenti, & ſæpe confitenti ac celebranti, nil dicat, aut ſolùm, vt faciat, quæ nouit facienda: cùmque ſit lux, & ſal aliorum, caueat, ne ſit eis offendiculo. [c]

[a] *vt diximus in princ. c. 1. de pœnit. diſt. 6. c. 50.*

[b] *per princ. d. c. 1. de pœn. diſt. 6. & quæ ibi tradimus, & arg. ca. Omnis, § ſacerdos, de pœnit. & remiſſ.*

[c] *vt copioſiùs diximus in d. c. 1. n. 52. & ſeq.*

2 Deinde præmiſſis ante vel poſt prædicta, interrogationibus opportunis, faciat concludi confeſſionem, dicendo ſe commiſiſſe illa omnia peccata, aliáque multa, quæ non ſatis meminit, cogitatione, verbo, opere, & omiſſione: perſuadeátque proponere nunquam ampliùs Deo conatus ſuos iuuante, ea, vel alia ſaltem mortalia, ob eius amorem patraturum: [a] non tamen aſtringat eum ad id voto, iuramento, vel alia promiſſione, quę nouum vinculum adiiciat: niſi quum ius id præcipit, vt in excommunicato notorio abſoluendo, [b] & in incendiario, [c] & mutilatore, [d] ac manifeſto raptore, aut eccleſiæ violatore, [e] & vſurario publico, [f] & in publicè iniuriante perſonis eccleſiaſticis. [g]

3 Caueant porrò facilè negare abſolutioné pœnitenti, dicendo eſſe mortale id, de quo ſunt contrariæ opiniones, ne eum in futurum propter conſcientiam illaqueet: ſed potiùs conſulat libros vel doctos, aut certè perſuadeat ei propoſitum faciendi, quod iure facere debet conſilio N. vel N. quibus confidit, vel aliorum quorum iudicio fidendum eſt: tale enim pœnitentis propoſitum, ſufficit vt abſoluatur. [h] Nulla autem ratione abſoluat pœnitentem nolentem abſtinere ab eo, quod certum eſt eſſe mortale. [i]

4 Si verò ſint pugnantes Doctorum opiniones, quarum alteram confeſſarius, alteram pœnitens ſequitur, & confeſſarius credit euidenti ſe textu, vel ratione niti pœnitentem autem dubiâ, non debet eum abſoluere. At, ſi confeſſarius non adeo validâ ratione nititur, vel pœnitens nititur pari, aut ferè pari, habétque aliquem ſibi ſuffragantem Doctorem clarum, poterit eum abſoluere, vt poſt Adrian. [k] tenemus [l] non diſtinguentes inter proprium parochum ad audiendum obligatum, & alium, qui poteſt audire, nec tenetur, vt nec Adr. diſtinxit, quicquid Gofred relatus à S. Ant. [m] dicat.

5 Quibus adnoto, quòd ſicut cùm dubitatur, an aliquid ſit mortale, nécne: ſecuriorem partem confeſſarius & pœnitens eligere debent: ita quum dubitatur, an pœnitens hoc facere, dare, aut pati debeat, digniorem opinionem confeſſarius eligere debet, Ang. & Sil. aſſertoribus. [n] Dixi. [*Quum dubitatur*] nam confeſſarius, vel pœnitens credent ſuam ſententiam eſſe veram

[a] *iuxta dicta ſup. c. 1. n. 12.*
[b] *c. Ex parte, de verb. ſign. &c. ſolet de ſent. excom. lib. 6.*
[c] *c. peßimam, 23. qu. 8.*
[d] *c. ſi quis membrum, ead. cauſ. & quæſt.*
[e] *c. Super eo, de Raptor.*
[f] *c. quanquam, verb. Nullus, de vſur. lib. 6.*
[g] *c. quiſquis inuentus fuerit, 17. q. 4.*
[h] *Ang. verb. confeßio, 4. §. 3. & Silu. ver. cõfeßio q. 20. adiunctis, quæ diximus ſup. ca. 23. nu. 11.*
[i] *per dicta ſup. c. 10. n. 4.*
[k] *in 4. de confeſſ. q. 5. dub. 7.*
[l] *in c. ſi quis autem de pœnit. diſt. 7. n. 66.*
[m] *3. part. tit. 17. c. 20. §. 2.*
[n] *vbi ſup.*

non dubitat. [a] Atqui pœnitentem ad aliquam reſtitutionem obligatum, inducere debet ad propoſitum eam faciendi, quam primùm commodè poterit, [b] admonendo eum, ſi nimis differat, in peccatum mortale recaſurum, & gratiam, quam per confeſſionem & abſolutionem adeptus eſt, amiſſurum. Quin & eum, qui confeſſione præteritâ reſtitutionem promiſit, nec reſtituit, non debet abſoluere, quoad reſtituat, niſi rarò. [c]

6 At verò, pœnitentem habentem peccatum reſeruatum, non debet abſoluere ab eo citra priuilegium, bullam, vel aliam licentiam eius, qui illa poteſt indulgere: ſed [d] debet abſoluere à quibus poteſt, próque abſolutione reſeruati, mittere ad eum, cui reſeruatum eſt: cui ſolum reſeruatum confiteatur, vt ab illo abſoluatur, vel abſoluendus ad priorem confeſſarium remittatur. Itaque, non debet dicere abſolutè, *Abſoluo te ab omnibus peccatis mihi confeſſis*, ſed cum limitatione *exceptis tali & tali*. Poſſet item pœnitens per ſe, vel alium ante vel poſt ſuam confeſſionem, impetrare facultatem ſecretam, verbo, aut ſcripto, ab eo, cui reſeruatum eſt, abſoluendi à proprio confeſſario: ſed quia is modus periculoſus eſt, quòd peccatum extra confeſſionem detegatur, tutius eſſet, vt confeſſarius per ſe, vel alium impetraret ſibi facultatem abſoluendi ab hoc vel illo peccato ei reſeruato. Superior autem, cui eſt reſeruatum peccatum, non poteſt abſoluere ab illo, antequam ipſi, vel alteri omnia fuerit confeſſus.

7 Adhæc, pœnitentem excommunicatum, priùs debet abſoluere ab excommunicatione, quàm à peccatis: aliàs mortale ſacrilegium committeret. [e]

Licèt abſolutio peccatorum, ſi concederetur, valeret, modo quo ſupradictum eſt. [f] Si verò facultatem abſoluendi ab excommunicatione non habet, nullatenus à peccatis abſoluat, donec abſolutus ab ea, redeat: aut deferat mandatum abſoluendi eum. Cæterùm, in abſoluendo ab excõmunicatione, ſeruare debet formam iuris, quæ [g] præſcribit primùm, vt iuret parêre ſuper eo, mandatis eccleſiæ. [h]

Secũdò, quòd parti ſatisfaciet, ſi offenſa aut debitum eſt notorium, [i] vel impenſas, ſi contumacia eſt notoria [k] & hoc, ſi poteſt, ſin minùs, pręſtet ſufficientẽ cautionẽ

[a] *vt diximus in d. c. ſi quis antẽ, n. 9. & ſeq.*
[b] *iuxta dicta c. 17. n. 54.*
[c] *vt in d. c. 17. n. 59. inſinuatũ eſt,*
[d] *vt dixi in c. Conſideret, §. Cautus, n. 10. de pœnit. diſt. 5.*
[e] *vt diximus in d. c. conſideret, § cautus nu. 24. poſt* Palud. *in 4 diſt. 17. qu. 1 col 4. arg. c. ſi celebrat, de cler. ex com. miniſt. c. ſacris, de his quæ vi, contra Ang verb. confeſſio 5. § 10. ſequentem Monald. pro ſ[...] incautè citantem Rich. qui contrarium tenet.*
[f] *c. 9. n. 5.*
[g] *vt diximus in c. 1. in princ. de pœ. diſt. 6. n. §4.*
[h] *c. Ex tenore, c. De cætero, de ſẽt. excom.*
[i] *c. Ex parte, de verb. ſing. & c. ſolet, de ſent. excom. lib. 6.*
[k] *c. venerabilibus, §. Porrò, eod. tit. & lib.*

dando pignora, vel fideiuſſores: & ſi neque hāc poteſt, det iuratoriam. Quàmuis autem diſtinctio debiti, offenſæ, aut contumaciæ notoriæ, & dubiæ, locum habeat in foro exteriori: ſecus tamen in interiori: ſed ſolùm ſi ſcit, aut neſcit ſe debere, vel offendiſſe, ſeu quantum, aut quomodo, vel cui ſoluere debeat in hoc namque foro, ceſſant præſumptiones: confeſſum autem à pœnitente pro certo, notorium habetur, communi omnium accedente calculo, [a] quod eſt vſu frequens, & in theoricâ rarum.

[a] *arg. c. tua, & c. is qui, de ſponſal.*

8 Tertiò, quod humeros nudatum cum pſalmo (*Miſerere mei Deus,*) aut alio pœnitentiali, virgâ, fune, aut flagello cædat, & poſt (*Gloria patri, &c.* (*Kyrie eleiſon,* &c. *Pater noſter,* &c. cum verſiculis. *Saluum fac,* &c. Oremus. *Deus cui proprium eſt miſereri, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum, quem excommunicationis ſententia ligatum, tenet, miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per Chriſtum D. N. Amen.* [b] Deinde, abſoluat in hæc verba, *Authoritate qua fungor, abſoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurriſti ob hanc vel illam cauſam, & reſtituo te ſacramentis eccleſiæ ac communioni fidelium, In nomine patris,* &c. Amen. Si verò eſt excommunicatus ob multas cauſas, exprimat eas in abſolutione: ſecus enim, à ſolis expreſſis eſſet abſolutus, iuxta omnes. Quàmuis, mea ſententiâ, ſatis foret, habere intentionem eum ab omnibus abſoluendi, & comprehendendi omnes ſuis verbis. Si autem, ob vnam tantùm cauſam ſæpe incurrit, ſufficit dicere. *Toties, quoties eam incurriſti.* Et quia ſtatim dicemus expedire, vt generaliter abſoluat, quemlibet pœnitentem ab omni excommunicatione, ſub conditione. *Si & quatenus eſt opus & poteſt*: quàmuis non animaduertat eū aliqua teneri, à fortiori expediet, vt eum ſic abſoluat, quando eum abſoluit ab aliqua particulari, qua deprehendit eum teneri.

[b] *c. à nobis 2. de ſent. excom. tradit D. Anton, 3. par tit. 24. c. 77. §. 1. quem ſequuntur alij.*

9 Quanquam autem modus prædictus regulariter ſeruandus ſit, quando commodè poteſt in abſoluendo excommunicato: abſolutio tamen aliter facta, valet, etiam duntaxat dicendo, (*Ego te abſoluo ab excommunicatione,* vel *Rebenedico te*) aut aliud æquipollens, cum intentione abſoluendi, Silueſt. autore [c] vt diximus alibi [d] addentes, [e] ne faciat fœminam nudare humeros: quum

[c] *verb. abſolutio, 5. q. 2.*
[d] *in d. c. 1.*
[e] *ibi. n. 55.*

nullo iure id caueatur, & [a] quatuor prædicta non eſſe ſeruanda, quando excommunicatio non eſt certa, & ad cautelam impéditur. Et Leonē PP. X. fratribus ordinis Minorũ cõceſſiſſe, ne, quãdo excõmunicatos in foro cõ ſcientiæ abſoluũt, teneãtur eos flagellare, dicendo Pſal. *Miſerere mei.* [b]) Quæ omnia procedunt etiam in abſolutione à delegato factâ ſimpliciter, vel additis illis ſolitis, ſeruata in eis forma, vel ſimilibus, ſi aliud quippiã delegans mandauerit obſeruari: priori nãq; caſu, ſolũ continneret monitionē, poſteriore verò, etiã nouã formam.

10. Atqui, confeſſarius imponet pœnitentiam ante abſolutionem, [d] quod tamen non eſt neceſſe: tanti ſiquidem valet, & tam ſacramentalis eſt quæ poſt, quàm quæ antè imponitur. [c] Nihilominus abſoluet eum ad cautelam ab excommunicatione maiore vel minore, ſuſpenſione, vel interdicto, in hanc ſententiam. (*Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris, ſuſpenſionis, vel interdicti, à quibus te poſſum abſoluere, abſoluo te, ſi & quatenus poſſum & expedit,* non tamen eſt neceſſe adiungere (*Reſtituo te ſacramentis eccleſiæ, & communioni fidelium*) [f] eo namque ipſo quòd abſoluitur, eis reſtituitur.

11 Inſuper, abſoluat à peccatis præmittendo, *Miſereatur tui, &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat. Et ego auctoritate ipſius qua fungor, te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Paßio D. N. Ieſu Chriſti, & merita B. Mariæ ſemper Virginis, omniumque Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali patieris, ſint tibi in remißionem peccatorum, augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ.* Non ſunt tamen hæc omnia neceſſaria: eſſentialia enim, & neceſſaria ſunt illa ſola. (*Abſoluo te.* [g]) Quæ namque abſolutionem præcedunt, ſunt preces: quæ verò ſequuntur, ſunt iniunctio pœnitentiæ generalis. [k] Licèt autem plærique alia multa verba adiungant, non ſolùm tamen ſunt ſuperflua, ſed etiam periculoſa: è quibus ſunt illa. *De quibus contritus, &c.* Tum, quia abſolutio nedum comprehendit peccata contrita: ſed etiam, quæ apparent contrita, ad effectum, ne iterum ea pœnitens confiteri teneatur: Quin etiam, attrita certæ ſpeciei comprehendit quoad effectum remittendi, vt ſupradictum eſt. [i] Tum, quia ſcrupulos gignere poſſet, vt alibi [k] dixi, vbi [l] etiã dixi, qualiter intelligenda ſit determinatio quædã Io. Gerſ. quò vera ſit.

[a] *n. 60.*
[b] *compend. priuileg. verb. abſolutio quoad ſeculares, num. 14.*
[c] *arg. gloſſ. celebr. in clem. 1. de offic. deleg.*
[d] *gloſſ. fin. in Clem. dudum, § ſtatuimus verbo audire, de ſepult.*
[e] *vt dixi in princip. dicti cap. 1. num 33. poſt Gerſon. in tract. de excom 2. part. arg. l. lecta, ff. de reb. cred.*
[f] *iuxta Gerſon. vbi ſup. & omnium mentem.*
[g] *vt diximus in d princ. nu. 9. & colligitur ex vtroque Thom. 3. part. q. 74. art. 3. & ex Concil. Florent in Decret. Euge § 4.*
[h] *vt diximus in c. 3. nu. 4. & in d. c. 1. nu. 36. & 52. poſt. S. Tho quodlib. 3.*
[i] *c, 1. nu. 40.*
[k] *in d. c. in prin n. 31.*
[l] *nu. 27*

12 Nec debet abſoluere ab excommunicatione de futuro, minúſque à peccatis, dicendo: *Ego te abſoluo ab excõmunicatione, aut à tuis peccatis, ſub conditione, ſi illud, aut illud feceris, vel ſi ſatisfeceris.* Tum, quia abſolutio non debet eſſe in ſuſpenſo.[a] Tum, quia licèt ſortiretur effectum impletâ conditione, peccaret tamen, qui eam ſic faceret.[b] Quàmuis poſſet ferre ſub conditione de præterito, quæ actum non ſuſpendit,[c] veluti dicendo: *Si feciſti aut præſtitiſti talem rem, ego te abſoluo*, vt dicitur quum de baptiſmo dubitatur, *ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo.*[d] At ſi ſuperior abſens inferiori facultatem dederit, vt à caſibus ſibi reſeruatis abſoluat eo modo, vt iterum illi confiteatur, quando præſens fuerit, confeſſarius tenetur eiuſmodi modum pœnitenti declarare: quem (ſi eum non acceptauerit) non debet audire, ſi ante confeſſionem id ſciuerit: nec à reſeruatis abſoluere, ſi poſt confeſſionem ſciuit: ſi tamen conſenſerit abſolutioni, adeo valet abſolutio, vt quàmuis poſtea pœnitens ſuperiori non confiteatur, valere illa non deſinat: peccatum tamen mortale nouum committet. Qui porrò cõfitetur alicui habenti facultatem abſoluendi ab aliqua excommunicatione, vel peccato reſeruato, quibus ipſe tenetur, & oblitus eorum abſoluitur ab omni excommunicatione, & peccato, ſi & quatenus potuit confeſſarius, vt ſupra eſt dictum, abſoluitur etiam ab eis: adeo vt quàmuis poſtea recordans eorum, confiteatur illa, vt tenetur, alteri, eiuſmodi facultatem non habẽti, ab illis poſſit abſolui ab eo: quia deſierunt eſſe reſeruata, & habere excommunicationem adiunctam, quippe quę per priorem abſolutionem ſublata fuerunt, & peccata remanſerunt ſolubilia à quouis proprio ſacerdote.

13 Ideòque, qui confitentur habenti, authoritatem abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris via confeſſionalis, bullę, iubilei, vel alia, prudenter facit, curando, vt modo ſupradicto generaliter ab omnibus excommunicationibus, & peccatis abſoluatur: imò & vt ſecum in irregularitatibus diſpenſetur, ſi etiam ad eas ſe extendit facultas: ſi namque poſtea in mentem venerint, ſatisfaciet confitendo peccata, nulla obtenta abſolutione à cenſuris, aut diſpenſatione ab irregularitate.

[a] *arg. c. ad hæc quoniam, de appell.*

[b] *vt dixi ibidẽ, n. 65.*

[c] *l. cùm ad præſens, ff. ſi cert. petat.*

[d] *c. 2. de baptiſm.*

[e] *vt dixi in c. 1. §. cautus, de pœn. diſt. 5. & in c. 1. in prin. num. 70. eadem diſt. allegando locum ſpecialem, vbi id dixit* Palud. *in 4. diſt. 18. qu. 5. col. pen. quẽ nemo allegat: quãuis generaliter allegando eum ſequãtur* S. *Ant. Ang. Silu. Gab. & Adr. in locis quos in d. §. cautus citamus.*

Quod religioſi ponderare debent,qui in viſitationibus ab irregularitate, & alijs cenſuris generaliter abſoluuntur à ſuperioribus : nam licèt tunc non meminerint, ſublatæ cenſentur, nec tenentur aliam abſolutionem quærere ab eis, ſatisfaciúntque confitendo ſimpliciter peccata ob quæ illas incurrerunt.[a] Porrò, nihil iſthîc dicitur de irregularitabus, vt viſum fuit Reuerendiſſimo Epiſcopo Vulturarienſi.[b] An autem idem ſit de illis dicendum, quod hîc dicitur de cenſuris, quæſtionis eſt. Vt etiam dubitari poteſt, an confeſſarius electus virtute *c. fin. de pœn. & remiſſ.* poſſit diſpenſare, vt tradit Silueſt.[c]

14 At verò, ſi abſoluit quempiam ab excommunicatione, aut caſu reſeruato, à quibus non poterat, debet procurare facultatem abſoluendi eum ab illis, eaque habitâ, abſoluet eum præſentem, ſi præſentia eius haberi poteſt, ſin minùs, abſentem, ab excommunicatione, quando voluerit, & à peccato reſeruato, quum in gratia eſſe videbitur, ſecundùm Anton. aſſerentem plæroſque inſignes theologos congregatos ſuper hoc in quodam Concilio[d] concluſiſſe, huiuſmodi pœnitentem poſſe abſolui in abſentia, etiam ſi præſentia eius haberi poſſet: ſed ſcandalum immineret, monendo eum nequaquam eſſe abſolutum, & propterea oportere ipſum iterum confiteri. Quod equidem refellere minimè audeo, licèt nonnullis ſecus videatur. Si verò dictam facultatem obtinere nequit, admonere debet eum ſi poteſt, vt ſe abſolui faciat ab eiuſmodi caſu, aut peccato, à quibus ille non potuit.[e] Non enim ſatis placet illud Directorij,[f] vt obtenta nimirum abſoluendi facultate, iterum pœnitentem accerſat, & cautè fingat, ſe eum de aliquo peccato iã confeſſo interrogare velle, quò melius eum erudiat de nonnullis alijs, ſi poſtea cõmiſit, & ab omnibus abſoluere. Tum, quia raró id citra ſcandalum fiet. Tum, quia non poteſt eum ab illo peccato, & alijs abſoluere, niſi omnia peccata integre ex propoſito citra eiuſmodi fictionem confiteatur.[g]

[a] *iuxta Angel. verbo confeſſio, 1. §. 12. Roſſell. verbo confeſſio, 2. §. 9. & Silu. verbo confeſſio, 1. q. 4.*

[b] *lib. de irregul. lib. 6. c. 25. nu. 6.*

[c] *verbo confeſſor. 1. verſ. nonò quæritur, n. 9.*

[d] *quod citat ibi, & nu. 13.*

[e] *vt dixi in c. 1. in princ. de pœnit. diſt. 5. n. 60.*

[f] *lib. 1. tit. 15. §. 143.*

[g] *c. omnis de pœnit. & remiſſ.*

# De pœnitentiæ iniunctione.

Summæ.

15 *Pœnitentia iuſta eſt imponenda: alia omnis cur falſa dicta: omnibus leuis neceſſaria & quæ alia voluntaria, grauis indiſcretè iniungitur.*

16 *Pœnitentia iuſta quid, eam Deus ſolus nouit. Septennis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori, & num. 17.*

18 *Pœnitentia arbitrio confeſſarij relinquitur, non ad hunc effectum, ſed ad iſtum: & quæ imponenda, ſitque conueniẽs, cuiuſmodi non ſunt hæ.*

19 *Confeſſarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc.*

20 *Pœnitentia ſatisfactoria alia à neceſſaria culpæ delendæ, & quæ earum acceptanda.*

21 *Pœnitentia ex cauſa diminui, & mutari poteſt nu 22.*

23 *Pœnitentia per opera aliàs debita, fieri poteſt.*

24 *Pœnitens quod officium relinquet.*

25 *Confeſſarius pœnitenti abſoluto, hæc conſultat.*

15 Sæpe numero rogati ſuper quantitate pœnitentiæ iniungendæ, tandem concluſimus axiomata octo. Primùm, quòd confeſſarius debet conari imponere pœnitentiam iuſtam pœnitenti. Tum, quia eâ minorem Greg. falſam appellat,[a] non eò quòd nil proſit, vel abſolutionem irritam faciat: ſed quia pœnitentem fallere poteſt, præbendo occaſionem credendi, ſe illâ plenè ſatisfacere. Tum, quia Abulens.[b] dixit confeſſarium imponentem pœnitentiam pro ſuo libito, citra aliam circunſpectionem, peccare: quàmuis nõ declaret, an mortaliter, an venialiter, niſi quando nullam ſcienter iniungit, cui ſatis concordat Conc. Colon.[c] multa hac de re tangens, & Adria.[d] ſacerdotem non debere condonare offenſas contra Deum factas ſine multa prudentia, & pœnitentia:[e] non eſt autem veri amici imponere paruã pœnitentiã, neque prudentiæ, eius paruitate lætari. Tũ, quia Concilium Trid[f] hiſce ſcriptis, declarauit, conuenientes pœnitentias eſſe à confeſſarijs imponendas nec leues pro grauibus iniungendas, ne participes eorum fiant. Quò fit, vt conſtanter affirmemus, non rectè

[a] *in c. falſas, de pœnit. diſt. 5.*
[b] *ſuper 18. Matth. qu. 49. circa fin.*
[c] *de ſatisfactione, §. ex prædictis.*
[d] *in 4. de clauib. q. 2. col 6.*
[e] *arg. c. ſi is qui prelatus, 23. qu. 4. & Maior in 4. diſt. 20. col. 3.*
[f] *ſeſſ. 14. c. 7.*

fungi officio ſuo confeſſarios, omnibus vnam, & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, aliámque grauiorem voluntariam iniungentes.

16 Secundum, illam eſſe pœnitentiam iuſtam, quæ neq; eſt maior, neque minor meritâ, quæque exæquat, nec ſuperat pœnam peccatis confeſſis in purgatorio luendam [a]

Tertium, hanc ſoli Deo eſſe cognitam: ſolus enim ille nouit quãta pœna debeatur in purgatorio peccato mortali per contritionem, & confeſſionem cõdonato: vt qui ſolus nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, partémque quam abſolutio ſacramentalis tollit, meritum inſuper operis ſatisfactorij, cùm ſacramentalis, tum cuiuſlibet alius, quod pro magnitudine, vel paruitate gratiæ & deuotionis, magis vel minùs (ſaltem ex opere operantes) ſatisfacit.

17 Quartum, vulgatum eſſe, vnicuique peccato mortali iuxta canones, pœnitentiam ſeptem annorum iniungendã eſſe, in quod allegatur Gratiam *in c. hoc ipſum*, §. 1. 33. q. 2. In cuius corroborationem nunquam textum reperire potuimus,[b] quàmuis ſic multas gloſſas receptas,[c] cui conſonare videtur ſtylus concedendi indulgẽtias 40. vel aliùs numeri annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum. Itáque contrarium opinamur. Tum, quòd id tenet S. Thom.[d] ante quem idem ſenſit Hier. Tum, quia nec Gratianus dicit eccleſiam ſeptennem pœnitentiam in ſingula peccata ſtatuiſſe, ſed tantũ pro grauiſſimis peccatis iniungi ſolitam fuiſſe. *in d. c. hoc ipſum*, §. 1. Tum, quia dici poteſt, illam pœnitentiam nõ fuiſſe taxatam pro foro interiori: ſed exteriori.[f] Tum, quia[g] oſtendimus illos 46. canones pœnitentiales, quos Oſt.[h] colligit, ad forum exterius pertinere. Tum, quia ineptè imponeretur pœnitentia ſeptẽnis, pro vno quoque peccato, ei qui mille confitetur.

Quintum, quantitatem, & qualitatem iuſtæ pœnitentiæ nunc ſemper relinqui, relictáque fuiſſe prudentis confeſſarij arbitrio, [i] non quidem[k] ad effectum vt pœnitens factâ pœnitentiâ iniunctâ magnâ vel paruâ, omni pœnâ purgatorij liberetur: id enim falſum eſt, [l]

[a] *arg. l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur. & proœm. Greg.*
[b] *vt dixi in d. c. falſas, num. 14.*
[c] *vt dixi in d. c. admonere, 33. q. 2. & in cap. prædicandũ, 22. q. 1. & cap. ſunt plures de pænit. diſt. 3 quæ id dicunt. & communis cũ Oſt. in ſumma de pænit. & remiſſ. §. quæ pæna, & Palud. in 4. diſt. 10. qu. 2. S. Anto. 3. part. tit. 17. capit. 10.*
[d] *in 4. ſent. theologicarum diſt. 20. q. 2.*
[e] *in c. menſurã, de pænit. diſt. 1.*
[f] *vt probamus in d. c. falſas n. 14.*
[g] *ibi.*
[h] *in d. § qua pæna.*
[i] *d. c. menſurã, c. Deus qui, de pæ. & remiſſ. & c. tẽpora, 26. q. 7.*
[k] *vt ſenſit gloſſ. d. c menſuram, & Pan. in d. c. Deus qui, nu. 4. & Anton. in c. 2. de empt.*
[l] *iuxta Mag. & cõmunem in 4. diſt. 2. & probamus in d. c. menſurã, & c. Deus qui, & in repet. § in Leuitico, de pænit. diſt. 1.*

nec etiam ad effectum, vt pœnitens pœnitentiam impoſitam acceptare teneatur, ſecundùm aliquos, vt dicemus infra,[a] ſed vt animæ negotia, quoad hoc & alterum ſeculum mediocriter gerantur.

[a] *n. 20.*

Sextum, confeſſarium circunſpicere debere in æſtimanda pœnitentia, magnitudinem, & paruitatem peccati, ac contritionis, qualitatémque perſonæ pœnitentis, an ſit robuſtus, an debilis, iuuenis, an ſenex, aſſuefactus, an non. An item videatur magnam recuſaturus: aut quàmuis acceptet, eam non impleturus: an ſit pauper, an diues, magnoperéque prouidere debere, ne pœnitentiam ineptam imponat: cuiuſmodi foret eleemoſyna pauperi, ieiunium perpetuò laboranti, auſteritas magna delicato, & in altiori loco poſito: qualis iniuncta vxori, filio, ſeruo, aut famulo, in nō lene obſequiorum debitorum impedimentum, vel periculum lapſus ſpiritualis, aut detectionis peccati occulti, iuxta mentem S. Anton.[b] qualis peregrinatio mulieribus, iuxta Oſt.[c] maximè, ſine ſuis maritis, vel cum illis, in longinquum, cùm domi manentes, ſanctos inuiſere ſpiritu poſſint, Maior. autore:[d] qualis panis & aquæ, ac ſolitudinis melancholico, & ſcrupuloſo: qualis multa recitatio prælectori, & ad preces prolixas aſtricto,[e] aliæque non abſimiles.

[b] *3. part. tit. 17. c. 10. §. 10.*
[c] *in c. mulier, de ſent. excom.*
[d] *in 4. diſt. 17. q. 2.*
[e] *vt diximus in d. c. cōſideret, §. ponat, n. 4. & 8. de pœnit. diſt. 5.*

Septimum, confeſſarium pœnitenti dicere debere, iuſtam pœnitentiam, quæ ſibi imponenda erat, ſolum Deum Optimum maximum nôſſe, timentéſque Deū, ac cupientes vitare pœnas alterius ſeculi, antiquitus ſeptem annorum pœnitentiam pro vnoquoque maximo peccato mortali facere ſolitos fuiſſe, iudicantes tam diuturnam pœnam tam magnæ offenſæ expiandæ adhiberi oportere: non tamen ſtatuiſſe imponere, niſi ſponte velit eam ſuſcipere. Et ſi reſponderit ſe velle, iudicátque impoſitam impleturum, iniungat eam, quæ iuſta videbitur, habito reſpectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur. Nam (vt habet Concil. Colon.[f] licèt ſperandum non ſit, vt communiter ab hominibus iterum ſuſcipiantur pœnitentiæ antiquæ, bonum tamen foret nonnullos ad illas reuocari, in quod mouere poteſt etiam formula antiqua concedēdi indulgentias per relaxationem annorum: & dierum

[f] *vbi ſup.*

dierum in pœnitentiam iniunctorum.[a]

20 Octauum, quod pœnitenti nolenti acceptare tam mægnam pœnitentiam ſatisfactoriam, diminuat quantum ei placuerit, declarando ei pœnam alterius ſeculi.[b] Dixi, *ſatisfactoriam,* quia reſtitutoria vel ad eximendum ſe peccato neceſſaria: qualis eſt alieni reſtitutio, odij mortalis depoſitio, dimiſſio concubinæ, atque officij, quod ſine peccato exerceri nequit, & conuerſationis, qua ſe credit in mortale peccatum lapſurum, neceſſariò imponenda eſt, quam ſi nolit acceptare, nullatenus eſt abſoluendus, vt alibi dixi.[c] Rectè autem fecerit, concedendo, vt quod non recitauerit, aut non ieiunauerit die præſcripto, recuperare poſſit alio, vel eleemoſyna redimere.

Ex quibus ſatis poteſt elici deciſio quæſtionis ſup.[d] tactæ, & huc remiſſæ. An pœnitens de præcepto teneatur acceptare pœnitentiam iuſtam à confeſſario præſcriptam? in qua placet ſententia ſubtilis Doctoris Scoti,[e] quem ſequitur Gabr.[f] & Med.[g] neruoſè tractans eam ſufficere nimirum pœnitenti habere propoſitum ſatisfaciendi Deo hîc, vel in purgatorio: quibus ſuffragatur Oſtienſ.[h] niſi quatenus aiunt, teneri acceptare aliquantulam, ſaltem vnam orationem dominicam, quibus nullus Canoniſta (quod ſciam) contradixit. At, de veritate huius limitationis, inutile prorſus duco diſputare, cùm nemo ſit tam ſaxeus pœnitens, qui bona fide confiteatur, nolítque vel tantillam pœnitentiam ſubire. Pro qua quidem Scoti ſententia, & contra quam multa hoc in loco in Manuali Hiſpano adduxi, prudẽs omitto, quòd videam in Vrbe, ac in orbe receptum, ne cuiquam denegetur abſolutio, eo ſolo quòd nolit acceptare pœnitentiam ſibi iniunctam: modò habeat propoſitum verum planè ſatisfaciendi Deo viuens per bona opera, & indulgentias, vel mortuus in purgatorio cruciatu horrendo: quàmuis contra teneat Palud.[i] cum nonnullis aliis. Pro quibus vrget *cap. omnes, de pœn. & remiſſ.* habens, pœnitentiam à confeſſario iniunctam, à pœnitente acceptari debere, & Conc. Flor. agens de ſacramento pœnitentiæ habet, confeſſariũ pœnitentiam arbitrari debere: & quòd omnes catholici confitentur, confeſſarium ſicut poteſtatem habet abſoluendi, ita &

[a] *de quarũ modo intelligendi paucula quæ iſthic ſcripſimus remittimus ad repet. §. in Leuitico, de pœnit. diſt. 1. not. 11. à n. 12.*

[b] *iuxta Mai. in 4. diſt. 20. q. 1. col. 3.*

[c] *in c. ſatisfactio de pœnit. diſt. 3. & d. §. ponatſe, & latiùs ſup. c. 3. à n. 1. & c. 14. à nu 31.*

[d] *c. 3. à nu. 2.*

[e] *in 4. diſt. 17.*

[f] *diſt. 16. q. 2.*

[g] *in C. de confeſſ. fol. 75.*

[h] *in ſum. de pœn. §. Et an ſit, verſ. quid de operibus & Pan. in cap. ſignificauit, nu. 2. eod. tit.*

[i] *in 4. diſt. 17. q. 2. art. 1.*

obligandi habere, cuius oppoſitum eſſe hæreticum declarauit Conc. Trid.[a] & Concil. Later quod ſub Leone X.[b] præcepit cõfeſſarijs, ne blaſphemos Dei, & ſuæ matris, citra grauẽ pœnitentiam ad arbitrium ſeueri confeſſarij, abſoluant. Sed his reſponderi poteſt: ſolùm per ea probari confeſſarium citra iuſtam cauſam nõ debere imponere minorem eâ quam arbitratur iuſtam, cum illa autem ſecus.[c] Etiam nullam imponendo: vt cùm iam animam exhalantem nec pœnitentiã facere potentem citra vllius pœnitentię impoſitionẽ expreſſam abſoluit.

21 Multæ autem ſunt iuſtæ cauſæ minuendæ pœnitentiæ putà, impotentia eam implendi, vt proximè dictum eſt, magnitudo, contritionis, quę ſola interdum totam pœnã remittit,[d] ſenectus, debilitas, ægritudo, timor probabilis, quod iuſtam non implebit,[e] tempus iubilei, vel aliarum indulgentiarũ,[f] iniunctio, & acceptatio, ac directio omnium bonorum operum totius vitæ in ſatisfactionem pœnæ peccatis ſuis debitæ.[g]

22. Cæterùm, ſi valde diminuit iuſtam, moneat pœnitentem eius rei ignarum, quàm grandis foret imponenda: quantò plus prodeſt exigua præſentis vitæ, quàm magna futuræ collimet, & dirigat omnes curas & labores in præſenti perferendos, mortémque ipſam etiam neceſſariò ſubeundam, in ſatisfactionẽ pœnitentialem: quæ omnia hac ratione ſuſcepta, leuiùs feret. Atqui, iniuncta, & acceptata mutari poteſt, & diminui iuſta de cauſa: quia nimirum, bona fide arbitratur pœnitens, ſe eam implere non poſſe, aut non niſi cum difficultate, vel periculo ſalutis animæ, aut corporis: tunc enim non ſolùm confeſſarius, qui eam iniunxit, ſed etiã alius ſi ipſe facilè adiri nequeat, etiam eo inferior, mutare poteſt, putà, epiſcopus impoſitam à Papa, & parochus ab epiſcopo,[h] etiam non iterata confeſſione eorũdem peccatorum, ob quæ impoſita fuit, modò iniuncta fuiſſet ob peccata eiuſmodi à quibus, qui eã mutat, abſoluere potuiſſet,[i] quàmuis ſtricto iuri conſonantius ageret, qui eius implementum differret, tantiſperdum poſſet eum, qui illam impoſuit, adire, ſi ſpes breui adeundi foret.

23 Quibus ſuffragatur, quòd (gratia Deo miſericor-

[a] ſeſſ. 14. c. 8. & can. 25.
[b] ſeſſ. 9. §. ad aboiendum.
[c] arg. l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de his qui not. infa. & adductorum per Dec. in c. at ſi, §. de adulterijs, de iudic.
[d] iuxta gloſſ. ſolẽ, d. c. menſurã.
[e] arg. c. ſicut dignum, de homic. ⁊ c. aut facta, de pœnit. diſt. 1.
[f] arg. c. cũ ex eo, de pœn. ⁊ remiſ ⁊ extrauag. 1. & 2. eod. tit.
[g] arg. c. 1. & 2. 26 q 7.
[h] iuxta gloſſ. ſing & recep. in c. pœnitudinis, 26. qu. 7. vt latius poſt Deci. ſcribimus in d. c. at ſ. §. 1.
[i] iuxta Monal. in ſum. de pœni. § An poſſit imponi à non proprio ſacerdote. Silueſt. verb cõfeſſio, q 22. Roſel. verb. confeſſio ſacramenta, in. §. 11.

diſſimo) poſſumus ei ſatisfacere operibus bonis, etiam alia ratione debitis, & de neceſſitate etiam naturæ, ſubeundis,[a] poſt quæ declarauit Conc. Trid. [b] nos pœnis, & flagellis à Deo inflictis, patientérque toleratis, ſatisfacere poſſe & conſequenter tollerandis infirmitatibus, adeóque ipſa morte naturali, aut violenta ineuitabili. Quò fit vtiliſſimam eſſe illam clauſulam, *Quicquid boni feceris, &c.* quam ſup. [c] dicimus formæ abſolutionis vtiliter addi, declarato præſertim ſupradicto modo eius valore.

24 Confeſſarius tamen pœnitentiam ieiunij aliquorum dierum, au precum imponens, in dubio cenſetur iniungere eorum ad quæ pœnitens non tenetur: & conſequenter, is cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non ſatisfaceret dies quatuor temporum, aut vigilias, ad quas tenetur ieiunando, ſecundùm omnes.

Cæterùm, ceſſatio à peccato, & emendatio vitæ, in pœnitentiam iniungi poteſt: Tum, quia licèt pura ceſſatio à peccato non ſit opus, velle tamen ceſſare ab eo, verum opus eſt. & ita non obſtat, quod aduerſarij obijciunt, ſola opera eſſe in pœnitentiam imponenda [d] Tum, quia promittens non facere, dicitur promittere factũ.[e] Tum, quia licèt verius eſſe putemus, opera alias debita, poſſe in pœnitentiam imponi, contra Scot. Palud. & Mai. magis vrgentem, [f] cum S. Ant. [g] referente Ægid. & Richard id tenuiſſe, quod & S. Thom. ſentit [h] & Gab [i] pro quo vrget Concil. Trid. [k] determinando poſſe nos ſatisfacere Deo pro peccatis, per pœnas ab ipſomet inflictas, vel alias naturales, aut violẽtas, etiam neceſſariò ſufferendas, ſubeundo eas patienter in remiſſionem eorũ: quod antea tenuit [l] S. Tho. Tum, quia non conſequitur illud, quòd videretur ſtultè facere, vt Maior obiicit, qui clericis non iniungit in pœnitentiam omnes horas canonicas dicendas, aut aliis alia eis præcepta: prudenter ſi quidẽ ab eo abſtinet, ne confeſſi, ea poſtea omittentes, bis peccent, contra præceptũ eccleſię, & cõfeſſarij. Tum, quia licèt omnis virtutis actus vno reſpectu ſit delectabilis, eſt tamen alio pœnalis: vt poſt alios declarat rectè Sot.[m] & ita, qua parte eſt pœnalis, eſt ad pœnitẽtiam aptus. Tũ, quia omne opus bonũ, etiam purè mentale, eſt ſatisfactorium pœnæ peccati

[a] *vt poſt Caiet. de ſatisfact. q. 1. probamus in c. 1. de pœnitent. diſt. 6. n. 40.*
[b] *ſeſſ. 14. c. 9.*
[c] *eod. c. n. 10. & in princ. d. c. 1. de pœnit. diſt. 6. n. 36.*
[d] *iuxta c. 3. Lucæ.*
[e] *gloſſ. recepta in l. 2. ff. de verb. oblig. per §. ſi vxor, Inſtit. de nupt.*
[f] *in 4. diſt. 15.*
[g] 8. *part. tit. 4. c. 20.*
[h] *in ead. diſt. 15. q. 2. art. 3. & latiùs diſt. 19. q. 2. art 1.*
[i] *q. 2.*
[k] *c. 9 ſeſſ. 14.*
[l] *vbi ſup.*
[m] *in. 4. diſt. 19. q. 2. art. 1.*

remiſſi,ſecundùm Scot.[a] communiter receptum. Tum, quia ſicut dirigens vnum eundémque actum in multorum præceptorum implementum, omnia illa implet, ita pœnitens, dirigens vnum idémque opus in implementum pręcepti eccleſiæ, & confeſſarij, vtrumque implet. Per quæ facilè reſpondeas argumentis Maioris.[b] Non tamen prudenter faceret ſacerdos iniungendo in pœnitētiam ceſſationem ab omnibus peccatis, & emendationem vitæ, ſub pœna noui peccati: id enim eſſet prębere occaſionem bis peccãdi, vt prædictum eſt. Interdum tamen poteſt alicui præcipere ceſſationem ab aliquibus peccatis, quem meritò credit eam ſeruaturũ, ſempérque poteſt eam cõſultiuè imponere: ſicut & cætera bona opera, quæ facturus eſt, poteſt iniungere citra nouam obligationem ad illa, quam implendo, tanquam pœnitentiam conſultiuè iniunctam, plus ſatisfaciet, quàm citra vllam iniunctionem faceret.

Confeſſarius porrò, non debet conſulere pœnitenti, vt deſerat officium alioqui licitum, in quo multũ peccat, quum ſubeſt periculum prolabẽdi in alium ſtatũ in quo plus peccet, quod cõtingeret, ſi mercatori magnopere in decipiendo peccãti, conſuleret relinquere mercaturam, quod futurũ ſit ei magna occaſio adulterandi, furandi, peioráve patrandi, ſufficit enim eum firmiter proponere, nunquã ampliùs quenquam decipere, & illicitè quæſitũ reddere.[c] Dixi (*alioqui licitum*) ſecus enim de illicito, quod exerceri ſine mortali non poteſt: quia pręcipiendum ei eſt, vt illud deſerat: quàmuis ex eo occaſio magis peccandi præbeatur: neque abſoluendus eſt, niſi ſe id abdicaturum proponat.[d]

25 Adſolutione demũ impenſa, moneat eum, vt fugiat occaſiones peccandi, nõ ſolum, quas de præcepto tenetur fugere, ſed etiã alias, de quibus vtriſque latè dictum eſt ſupra.[e] Cõſulat inſuper, vt pluries, quã ſemel in anno confiteatur, audiat conciones, bonorũ precibus ſe commendet, eorúmq; conſuetudine vtatur, etiãſi credat pœnitẽtem ſua cõſilia nõ exequuturũ, vt contra tẽtationem vitij, quo maximè diſtinetur, diuinã opẽ imploret, per preces alicuius ſancti, qui virtute cõtraria plurimũ enituit, vt meditetur pœnas inferni incõprehẽſibiles, & perpetuas, vt obuiet inimico ſuggerẽti ſemper pœnitentiæ

[a] *in diſt.* 15. *n.* 1. *art.* 3.

[b] *vbi ſupra.*

[c] *vt diximus in ca. qualitas, de pœniten. diſt.* 5. *poſt Adrian. in* 4. *de ſacramen. confeſſ q.* 4. *col.* 23.

[d] *vt diximus in c. negotium, de pœnit. diſt.* 5.

[e] *de acceptis quidem, c.* 3. *à n.* 5 *de datis verò, c.*14. *à n.* 31.

locũ eſſe: memoria repetẽdo, quot paſſim mille modis ſubitò citra pœnitendi, & confitendi facultatem, moriantur. Aliquò vero maximo vitio illaqueato, perſuadeat, vt firmiter proponat, interdumque voueat, ſe hanc vel illam pœnitentiam ſubiturum, ſi recidat in illud: non autem vt iuret, vel voueat, ſe id non admiſſurum,[a] nec ſe, ſi reciderit, religionem ingreſſurum, quæ res frequens eſt, frequentérque ſacrum S.D.N. Pœnitentiariæ prætorium variè exercet & torquet.

[a] *arg. c. clericos, de cohab. cler. & mul.*

[b] *vt copioſe diximus in cap. 1. in princ. de pœn. diſt. 6. à nu. 72. per illum tex. & cap. quem pœnitet, de pœn. diſt. 1. c. quod ſuper is, de ſenten. excom. cap. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. & alia multa.*

[c] *ſeſſ. 14. de caſuum reſeruat.*

[d] *iuxta gloſſ. ſing. recept. in c. paſtoralis, §. præterea, de offic. ord. & probamus, & defendimus ibidem à nu. 83 cum dicta gloſſ. recepta ibi ab omnibus, & ab Imol. in l. 1. col. 3 ff. de public. iudic. contra glo. probatam ibi à Panor. & Fel. in cap. à nobis, 2. de ſent. excom. & cont. S. Ant. 3. part. titu. 17. cap. 4. caſ. 7.*

## Summæ.


26 *Abſoluere ab omnibus etiam reſeruatis, in articulo mortis, quilibet presbyter poteſt. &c.*

27 *Abſolui, vel communicari, an debeat proximus mortis, vel alius loquela priuatus. nu. 28.*

28 *Reſtitutio, pauperibus debita an eccleſiis fieri poßit.*

29 *Bullæ indulgentiarum incuria quibuſdam in morte non proſunt. & nu. 30.*

31 *Bulla quænam primo vſu expirat.*

31 *Articulus mortis quis dicitur.*

31 *Abſolutio per bullam, quam formam requirat: & an citra confeßionis ſacramentum impendatur.*

32 *Abſolutio à cenſuris, quid proſit mortuo.*

32 *Moriens qui non ſepeliendus, quid admonebitur, ad quid inducetur. nu. 33. 34. & 35.*


26 Quilibet presbyter catholicus, non præciſus ab eccleſia, abſoluere poteſt quemlibet in articulo mortis à quolibet peccato etiam reſeruato, & à qualibet cenſurâ, ſi copia ſuperioris deſit.[b] Et quidẽ nouiſſimè Cõc. Trid.[c] ſtatuit in hæc verba. (*In eccleſia Dei cuſtoditũ ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis & cenſuris abſoluere poſſunt*). Dixi, *Presbyter* alius enim, etiã deficiẽte presbytero, non poteſt à peccatis, neque ab excommunicatione, abſoluere.[d] Dixi, *Catholicus, & non præciſus*: hæreticus namq; ſchiſmaticus, & excõmunicatus excõmunicatione maiori ac interdictus, ſuſpenſus notorius, aut denunciatus, nõ poteſt, quãuis alius nõ reperiatur,[e]

[e] *vt ibidem probamus n. 87 poſt glo. in c. præterea, §. per manus 32. diſt. communiter ibi approbatam, & à Pan. & Præpos. in cap. non eſt, deſponſ. cum eius gloſſ.*

Quàmuis autem hæc fuerit opinio cõmunis ante Cõc. Trident. poſt illud tamen, videtur verius contrarium, quòd nimirum omnis ſacerdos catholicus, etiamſi ſit excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, etiam denunciatus, poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, & cenſurâ, vt dicimus infra. [a] Idémque credimus de ſchiſmatico, ſi non eſſet hæreticus, licèt non de hæretico, quod etiam voluit Sotus. [b]

An autem, qui abſoluitur à peccato reſeruato, vel excommunicatione reſeruata, in articulo mortis, ab eo, qui iure non poterat id facere, teneatur iterum confiteri, vel abſolui? quæſtio indies obuia eſt. Ad quam obiter reſpondeo negatiuè. Tum, quia peccata ſemel confeſſa, & abſoluta legitimè, non ſunt iterum confitenda. [c] Tum, quia omnis reſeruatio ceſſat in articulo mortis, iuxta præfatum Concilium. [d] Tum, quia licèt excommunicatus abſolutus in articulo mortis, teneatur parére mandatis excommunicatoris, [e] non tamen quærere abſolutionem. Nec obſtat, quòd excommunicatus relabitur in eandem excommunicationem, ſi non paruerit mandatis excommunicatoris, quamprimùm commodè potuerit. [f] Tum, quia non eſt idem de confeſſo peccata reſeruata. Tum, quia aliud eſt teneri abſolutionem quærere, aliud reincidere in excommunicationẽ, ſi non paruerit. Tum, quia non videtur teneri parêre iudici, ſi cum parte cõcordiam inierit: vel alijs ſatisfecerit, quantum debebat coram Deo: Illa namque præfati *c. eos*, videtur eſſe mens, quæ magis eſt attendenda, quàm verba, præſertim in foro conſcientiæ. [g]

27 Sacramentum porrò Euchariſtiæ, miniſtrari poteſt infirmo à iudicio mentis per phreneſim vel ſecus alienato, qui antea ſigna contritionis præ e tulit, tollendo manus, tundẽdo pectus, dicẽdo. (*Miſerere mei Deus: Deus propitius eſto mihi peccatori,*) aut id genus alia, etiamſi non petijſſet ſacramenta, multóque tẽpore peccato mortali inſorduiſſet, nec per multos annos confeſſus fuiſſet: nã cenſendus eſt contritus, ac in ſacramenta deuotus, [h] & longè magis ſacramentum extremæ vnctionis, & abſolutio à quibuſlibet cenſuris, ſi eas incurrerit. [i] Indulgentia inſuper iuxta gratias, quas habuerit, [k] ſed nullatenus abſolutio ſacramentalis à peccatis, illorũ namque con-

[a] *c. 27. n. 27. 2.*

[b] *in 4. diſt. 18. q. 4. art. 4.*

[c] *vt dictum eſt ſup. c. 9.*

[d] *vbi ſup. in fine.*

[e] *per c. eos de ſẽt. excom. lib. 6.*

[f] *per d. c. eos.*

[g] *c. pen. de reg. iur. lib. 6. & l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtr.*

[h] *c. is qui, 26. q. 6.*

[i] *c. à nobis 2. de ſent. excom.*

[k] *vt poſt alios dixi in tract. de indulgent. not. 30. n. 31.*

feſſio eſt pars quædam eſſentialis ſacramenti pœnitentiæ, ſine qua illud nec conſtare, nec ſubſiſtere poteſt, vt ſupra dictum eſt,[a] per definitionē ſacramenti pœnitentię, quā poſt Maior.[b] alibi tradidimus,[c] & ſingulariter determinauit Abul.[d] quâmuis dictum *c. is qui*,[e] contrarium inſinuet, quod non probat: non enim debet intelligi de abſolutione ſacramentali, ſed de abſolutione excōmunicationis, de qua illud intelligi ſentit gl. quatenus allegat *d. c. a nobis*. Loquelâ verò priuatus, qui ſignis confiteretur, abſolui poſſet, vt mutus, qui etiam matrimonium ſignis contrahit.[f] Vtentes itaque in articulo mortis, formulis abſoluendi Manualium vulgarium, caueant, ne intendant abſoluere ſacramētaliter eos, que ſibi nec nutu, nec ſigno, peccata ſunt confeſſi. Publicus autem vſurarius factus amens, ſicut non debuiſſet ad confeſſionem, & ſepulturam admitti, antequā ipſe, vel hæres eius præſtaret ea, quę iuberi[g] diximus ſupra, ita neque ad communionem, antequam hęres præſtet, quę ante confeſſionem eius præſtare debebat, ſi confiteri potuiſſet, admittendus videtur: quamuis ſigna contritionis præſeferat,[h]

28 Cæterùm, infirmum, qui nec ſermone, nec iudicio defectus eſt, inducere debet ad cōcipiendā remiſſionis ſuorum peccatorum ſpem, iuſtâ de illis contritione, & propoſito ea confitendi, exēplo Dauidis,[i] Magdalenę,[k] Latronis[l] & aliorū: moneréque diligenter, vt quicquid meminerit alicui ſe aſtringit ex delicto, aut quaſi delicto, ex contractu, aut quaſi contractu, vel ex teſtamēto, protinus, ſi cōmodè poteſt, reſtituat, ſin minùs, declaret ſe id debere, & quàm optimo iure poteſt, prouideat, vt quàm citiſſimè à morte ſuâ reſtituatur.[m] Caueátque ne aliena hæredibus, aut eccleſijs etiam pro calicibus, vel ornamentis relinquat, quin potiùs, reddat debita certa creditoribus certis, incerta verò pauperibus, qui ſunt eorum hæredes.[n] Quàmuis incerta reſtituenda pauperibus, poſſint reſtitui (mea ſententia) etiam eccleſijs, aut monaſteriis pauperibus, ſaltem quatenus talia ſunt,[o] & ſi id recuſarit facere, non eſt abſoluendus.

29 Cùm verò plæriq; habeant confeſſionalia,[p] aliáſve gratias, quibus Papa non cōcedit directè indulgentiā, ſed eam concedendi poteſtatem confeſſario largitur, &

[a] *c. 2. & in gloſ. ſum. de pœn. diſt.* 5. *n.* 14.
[b] *in* 4. *diſt.* 14.
[c] *in c. pœnitētia, de pœnit. diſt.* 3.
[d] *c.* 16. *ſuper Matth. qu.* 49. *col.* 8.
[e] *in verbo pœnitentia.*
[f] *c. cùm apud, de ſponſ.*
[g] *c.* 17. *n.* 79. *& c.* 1. *ſub fin. de vſur. lib.* 6.
[h] *arg. à maiori, c. cum in cūctis, de elect.*
[i] 2. *Reg* 12.
[k] *Luc* 7.
[l] *Luc* 23.
[m] *arg. c. peccatum, de reg. iur. lib.* 6. *& cap. ſi res,* 14. *q.* 6.
[n] *c. cùm tu, de vſur. iuxta S. Anto.* 3. *par. tit.* 10. *c.* 1. §. 2.
[o] *per citata à nobis, in Apolog. lib. de redit. eccleſ. q.* 1. *mon.* 28.
[p] *vt in d.* §. *Leuitico, not* 30. *n.* 16. *meminimus.*

ſæpe,quia hoc non aduertitur,contingit, vt quis confiteatur,aut moriatur bullis plenus, vacuus verò indulgẽtiis. Ideo confeſſarius perquirere debet, an confeſſus ſiue ſanus, ſiue infirmus, habeat eiuſmodi gratias: habenti verò illas (poſtquam eum à peccatis abſoluerit) dicat hæc vel ęquipollentia verba. *Authoritate qua fungor. concedo tibi omnem indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere poſſum virtute cuiuſcunque tuæ gratiæ, in nomine Patris,& Filij, & Spirituſſancti.* [a]

30 Quod autem vulgò dicitur, [b] neceſſarium eſſe ſeruare formam bullarum,ad veniam vel indulgẽtias conſequendas, intelligitur quò ad eleemoſynas, ieiunia, & alia,ob quæ conceduntur: non autem quoad verba abſolutoria exemplis impreſſis inſerta. Tum, per ea quæ prodidimus. [c] Tum, quia in originali ea non ponitur, ſolúmque inſeritur in dictis exemplis, vt doceantur indoctiores, quid facere debeant, vtendo illis, vel aliis verbis, iuxta mentem omnium.

31 Atqui,tutius videtur aſſerere, neminem virtute bullarum communiter extra confeſſionem abſolui poſſe Tum, quia communiter bullæ concedunt facultatem eligendi cõfeſſarium,qui abſoluere poſſit, &c. & proinde videtur requiri, vt confeſſio concurrat cum abſolutione. [d] Tum, quia hæc facultas abſoluendi à cenſuris, videtur tribui, vt quoddam præludium neceſſarium ad abſolutionem peccatorum, quam conſtat non poſſe impendi,niſi confeſſio,vt prædictum eſt.

Quoniam verò,iuxta præſens inſtitutum, per articulum mortis, non intelligitur ſolus ille, in quo quis moritur, ſed etiam omnis ille, in quo mori probabiliter timetur, [e] ideo infirmus, qui iam ſimili ſuperueniente infirmitate, vſus eſt bullâ concedente aliquam facultatem in articulo mortis, non poterit vti ea in alia: cùm priore vſu expirarit, [f] niſi exprimatur in ea,quòd, ſi non moriatur illâ infirmitate, in qua infirmus ea vtitur, reſeruetur ad aliam, qua morietur: vel vt poſſit ea vti quotieſcunque articulus mortis ei occurrerit, quod nonnullis inſertum vidimus, iuxta mentem omnium.

32 Infirmus autem qui cum ſignis contritionis moritur, citra abſolutionem ab excommunicatione, à

[a] *iuxta mentem S. Anto. 2 par tit.10.c.3. §.5. col. 3.*

[b] *& nos copioſè in d. §. in Leuitico,not. 15 proſequuti fuimus.*

[c] *in d. §. in Leuitico, not. 30. à n. 6.*

[d] *arg. l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de noxal.*

[e] *vt dictum eſt ſup. c. 2. n. 9.*

[f] *arg l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſign.*

morte, poteſt, & debet abſolui: ſed tantùm ab eo, qui eum ſanum in vita abſoluere poterat, nō autem à quouis ſacerdote qui in articulo mortis eum abſoluere potuiſſet, adeóque, ſi iam eſt in loco ſacro ſepultus, non eſt eximendus, vt flagellando abſoluatur: ſufficit enim flagellare ſepulchrum: licèt ſecus, ſi fuerit ſepultus in loco non ſacro, [a] valétque eiuſmodi abſolutio vt in loco ſacro ſepeliatur, vel ab eo non extrahatur, & vt pro eo publicè oretur [b]

33 At verò mortuus non confeſſus, totum vnum annum à confeſſione poſtrema: aut notorius peccator, ſubitò abſque ſignis contritionis moriens, non eſt in loco ſacro humandus. [c] Nec confitentibus in articulo mortis imponenda eſt magna pœnitentia exterior, ſaltem mox agenda: ſed monendi ſunt ad interiorem contritionem quàm maximam fieri poteſt, non tam proponendo pœnas inferni, quàm ſpem miſericordiæ Chriſti pro eo crucifixi, brachiáque ad eum benignè ſuſcipiendum tendentis, & gaudia paradiſi in memoriam reuocando. [d] Tunc enim, S. Gregorio teſte, deſperatione magis quàm præſumptione quis oppugnatur. Monendus inſuper eſt, vt ſtatuat ſatisfacere diuinæ iuſtitiæ, quoad eius poterit in hoc ſeculo, ſi conualuerit, offerréque ipſam mortem inſtantem in peccatorum ſuorum ſatisfactionem: & iubeat, vt de bonis ſuis ſibi celebrentur miſſæ, & eleemoſynæ rationabiles erogentur. Denique, vt roget amicos, ſi quos ad nutum præſto habet, vt precibus, ieiuniis, & diſciplinis eum iuuent ad pœnitentiam, peccatis eius debitam, agendam, mittendo eis xenia, & eleemoſynas pro conditione rogatorum, quò libentius id præſtent, [e] indubium enim eſt, alium pro alio pœnitentiam agere poſſe, qua ſatisfaciat pro eius pœna in purgatorio luenda. [f]

34 Tandem moneatur ad euchariſtiam, & extremam vnctionem magna cum deuotione petendam ac ſuſcipiendam: ſimul vt permaneat conſtans in fide catholica (contra quam acriùs quàm vnquam cunctiſque admotis machinis, in illo tranſitu oppugnabitur) & tentatus à Dæmone, vel à ſe quid credat? reſpondeat, quod Sancta mater Eccleſia credit; & retenta-

[a] *iuxta dicta ſu. eod. de viuis abſoluendis, & not. in ca. à nobis, 2. de ſent. excom.*
[b] *Roſſell. verbo abſolutio, 1 §, 31*
[c] *c. quibus, 13. q. 2. & c. omnis. de pœn. & remiſſ.*
[d] *deſcripta fusè ſup. prælud. 4.*
[e] *ex mente Oſti. in ſum. §. quando, de pœn. & remiſſ. & Palud. in 4. diſt. 20. q. 3. art. 2.*
[f] *vt dixi in d. §. in Leuitico, not. 13. n. 2. & 7.*

tusq́, quid illa credat: quod ego credo, nec ad vlterio- rem diſputationem deſcendat. Tentatus inſuper, quo- modo eſt poſſibilis talis, & talis articulus? reſpondeat id ad gubernatores eccleſiæ ſpectat, non ad me, hoc ſal- tem tempore, quo ſatis ſuperque mihi eſt credere ſim- pliciter, atque bona fide, quod tot Apoſtoli, tot mil- lia martyrum, confeſſorum, & virginum crediderunt, vitáſque ſuas pro illo profuderunt, quíque nunc me in cœlo (ſi in eâdem fide, amore Chriſti & eorum ornatâ, conſtanter diſceſſero) obuiis vlnis præſtolantur. Ten- tatus verò, quo auſu tantus peccator, quantus ipſe eſt, ſperet adire locum quem tam iuſti inhabitant? reſpon- deat, diffiſus mihi, & meritis meis, quatenus mea ſunt, confiſus autem meritis D. N. Ieſu Chriſti inexhauſtis, amplíſque ſuæ glorioſiſſimæ matris, omniúmque cœ- litum, qui ea mihi rectè ipſis confidenti multis modis communicant, & vſque in finem ſua bona gratia com- municabunt.

35 Curet demum confeſſarius, & qui ægrotum cir- cunſtant, vt quàm minimùm fieri poteſt, de cognatis, & amicis, rebúſq; temporariis, putà, de vxore, filiis, & opi- bus, &c. cogitet, néve nimia ſalutis corporalis ſpes ei fiat: ſæpe namque ob exiguam, & fallacem conſolatio- nem, incertámque illius ſpem, in damnationem certam corruit ægrotus. Ideóque opportunum fuerit, ſæpe colloqui de morte, etiam ſi id turbationem & triſtitiam quandam pariat: ſatius ſi quidem eſt, vt ſalutari triſtitia compunctus, ſaluetur, quàm vanâ ſpe lactatus damne- tur. Et quidem, improbandæ conſuetudinis eſt, pollice- ri certam ſalutem, mortis periculo probabili laboranti, cõtra exemplum, *Iſai* 38. qui ſalutari metu Regem Eze- chiam ad ſalutem animæ induxit, dicendo (*Diſpone do- mui tuæ, quia morieris, & non viues*) optimi enim amici eſt, admonere tunc eum, mortis periculum imminere, eſſé- que tempus opportunum ſtatuendi nunquam ſe am- pliùs ſaltem mortaliter, peccaturum, dolendíque ſuper omnia, quòd Dei clementiſſimi offenſam prouocârit, & ſua culpa inimicus effectus fuerit eius, qui ſe condi- dit, redemit, & pauit: ſibíque vitam, ſalutem, honorem & bona conſeruauit: quíque demùm iudicaturus eſt, & per ſuam ſanctiſsimam miſericordiam regna cœleſtia

daturus, vbi cum ſua ſanctiſſima matre, omnibus Angelis & ſanctis, ipſum videamus, ipſo perfruamur, ipſum glorificemus in æuum. Amen.

## Admonitio pro volente teſtari.

Summæ.

36 *Teſtamentum cur à ſano: vel initio morbi, & ſtatu gratiæ faciendum.*

36 *Teſtari impediens vt peccat, & quibus teſtandum.*

37 *Pater cur non tenetur præeligere filium digniorem, vt Gubernator publicus.*

38 *Lege Nauarrorum, & Aragonum, cur pater filium ſine cauſa exhæredare queat.*

39 *Pater minuere legitimam, vt poßit, vel non poßit.*

36 Teſtari volens, ſanus, vel initio morbi, id faciat: ne poſtea ſucceſſuri ab inteſtato, de more varijs modis, & in his notarios, & teſtes auertendo ab eo faciendo, impediant, quò minus alijs quippiam relinquat qui tamen grauiſſimè peccant, cum obligatione reſtituendi, & pœna perdendi hæreditatem, [a] quod intelligendum iuxta dicta ſupra. [b] Precari tamen per ſe aut per alios, vt ſibi potiùs quâm aliis relinquat, citra magnam importunitatem, non eſt peccatum. [c] Debet inſuper teſtator operam dare, vt in ſtatu gratiæ teſtamentum faciat: id enim faciens in ſtatu peccati mortalis, nullam gratiam aut gloriam meretur iubendo ſuffragia, aliáq; pro ſua anima fieri: quàmuis poſtea in ſtatum gratiæ redeat, inq; eo moriatur: ſicut nec ad illum effectum alia opera in peccato mortali facta, proſunt. [d] Imò nec ad ſatisfactionem pœnarum, quas in purgatorio luere debet. [e] Itaq; cōſulendum eſt teſtatori, vt quum veriſimiliùs exiſtimat ſe in ſtatu gratiæ (qui vt plurimùm videtur eſſe à confeſſione & cōmunione) teſtamentū antea factum, cum omnibus in eo contentis ratificet. Deóque offerat ad gratiam eius per remiſſionem peccatorū promerendam, iuxta mentem omnium. Quod verò nonnulli aſſerunt, teſtatorem, nec parentes, nec liberos (qui ſunt neceſſarij hæredes) habentem, teneri

[a] *l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. & S. Anton. 3. part. tit. 10. c. 1. § 2.*
[b] *c. 17. n. 72.*
[c] *iuxta Salic. in l. 3. C. eod.*
[d] *c. nihil de conſ. diſt. 5 gl. c. quod quidam, de pœn. & remiſſ. & diximus in c. 1. in princ. nu. 45. de pœn. diſt. 6. & in d. tractatu de Indulg. ſuper §. in Leuitico, no. 19. n. 9*
[e] *vt ſignificant graues authores in tractatu à Magiſtro in 4. diſt. 15. & aſſerunt S. Tho. Bonau. Richar. & comm. diſt. 16. licet cōtra teneat Scot. in d. diſt. 15. q. 1. approbatus per Gabr. & Maio, quos ſequuti ſumus in cap. 1. in princ. nu. 46. de pœn. diſt. 6. ad effectū magnificandi diuinam miſericordiā: aſſerentes tamen vtilius eſſe vti D. Tho. opinione ad animarum noſtrarum requiem.*

relinquere bona cognatis pauperibus ) niſi peruerſi, & indigni ſint ) limitandum eſt procedere tantùm in cognatis extremè egentibus, quibus nullus alius proximior cognatus eſt, qui eos alere poſſit, & velit: quum nulla lex naturalis, diuina, vel humana ad amplius de præcepto obliget.[a]

37 Cæterùm, pater relinquens in Caſtella filio minus digno tertiam partem bonorum, quam relinquere poteſt vni, vel pluribus filijs quem, vel quos elegerit, non peccat, quum nullam per hoc legem violet. Nec obſtat, quòd Ioan. Lup. contrarium tenuerit.[b] Tum, quia fundamenta eius, tantùm comprehendunt eos, qui poteſtate publicâ debent eligere ad honores, & munera publica eccleſiaſtica, vel ſecularia iuxta leges iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ dictant, vt optimi quique ad ea deligantur,[c] nos autem agimus de homine priuato, qui priuatâ poteſtate in ſuum priuatum compendium delegit, quem nulla lex obligat ad electionem optimi filiorum, ſed tantùm eius, quem voluerit. Tum quia prædictus Ioan. falſò imaginatus fuit, patrem diſtribuentem bona inter filios, teneri legibus iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ ſolùm ligant eos, qui publicâ poteſtate, publica & communia bona diſtribuunt particularibus: interdum ſecundùm merita eorum: veluti, quum diſtribuunt munera, & officia, interdum, ſecundùm fortunas eorum: vt quum diſtribuunt pecunias.[d]

33 Leges porrò regnorum Nauarræ, & Aragoniæ quibus permittitur patribus exhæredes filios facere, relictis ſingulis eorum quinis ſolidis, & ſingulis prædiolis, ea ratione iuſtificantur, quòd per eiuſmodi facultatem, filij continentur in officio & obedientia paterna, ne dicant quod in Caſtella frequenter audiuimus, filius vnicus ſum parentibus meis, velint, nolint, ſuccedam in omnibus eorum bonis excepta quinta parte: vel, & ſi habeam fratres, meam tamē legitimam mihi adimere nequeunt, &c Nec obſtat illud à multis aſſertum, legitimam nimirum partem bonorum parentum, deberi filijs iure naturali, quod humano illorum regnorum tolli nequit,[e] id enim ſolùm verū eſt quò ad filios pauperes debiles, infirmos & inhabiles, ſe ſua arte & labore honeſtè ſuſtentare nō valentes, in idque legitimà

[a] *argu. l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & dictum ſu. c. 24.*

[b] *in cap. per veſtras, §. 26. de don int. vir. & vxor.*

[c] *c. licèt, 8. q. 1. c. vnum, §. nunc, 25 diſt.*

[d] *iuxta Ariſt 3. & 4. Moral. & S. Tho. recep. 2. 2. q. 123. art. 3.*

[e] *c. quæ contra, 8. diſt.*

parte, vel maiore indigentes: non autem quoad alios.[a]

59 Licèt autem parentes nequeant iuſta conſcientia minuere filijs partes bonorum ſuorum eis iure debitas, per veras donationes, aut contractus ſimulatos, forma nimirum oneroſos, re autem ipſa gratuitos: poſſunt tamen per contractus verè oneroſos, donationéſque remuneratorias, per fundamenta Iaſonis[b] & Ioan. Lupi[c] quibus & omnibus citatis per eos, addo poſſe etiam donãdo aliquid amplius vltra merita donatarij: quũ perfecta gratitudo non ſolũ exigat, vt quantum accipitur, retribuatur, ſed aliquid amplíus,[d] quod alibi[e] applicuimus ad donationes remuneratorias beneficiariorum.

At verò pater poteſt dum viuit largiri de ſuis bonis in veras eleemoſynas, & opera pia, cultum Dei, ſalutem animæ ſuæ, & redemptionem pœnæ peccatorum ſpectantia: tum, quia dare eleemoſynam, non eſt donare,[f] id enim non eſt vera donatio, ſed donatio ob cauſam, & tantum, quę cunctis fortunis hominis antecellit.

[a] *vt probamus in c. ius naturale 1. diſt. efficaci ratione, & per l. ſi quis à liberis §. idem in liberis, ff. de liber. agnoſ.*

[b] *in l. Ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur.*

[c] *vbi ſup. §. 59.*

[d] *iuxta Ariſt. 5. Ethic. & S. Th. 2. 2. q. 160.*

[e] *in Apolog. prædicta q. 1. n. 91.*

[f] *iuxta Altheric. in Diction. verbo Donatio.*

# De cenſuris eccleſiæ, excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, de irregularitate, déque eccleſiæ pollutione, caſibus reſeruatis, & quibuſdam miſcellaneis ad confeſſarios pertinentibus.

## CAPVT XXVII.

### Summæ.

1 *Cenſura quid, & eſt triplex.*

1 *Excommunicatio quid, & quotuplex, in dubio ſignificatur maior. & n. 2.*

3 *Excommunicatio iniuſta, diuiditur in iniuſtam validam, & in iniuſtam nullam iniuſta valida in duas, quæ differunt ſic. Iniuſta nulla quid operatur.*

4 *Excommunicatio iniuſta, eſt nulla his quinque caſibus.*

1 Cenſura variæ ſignificationis eſt, & interdum dignitatem cenſoris, interdum correctionem alicuius ſig-

nificat, & quidem iuxta preſens inſtitutum in poſteriore ſignificatione ſumitur, non autem pro qualibet correctione, ſed eccleſiaſtica, quæ definiri poteſt, eſſe ſententia lata à capace ordinis, mediante iuriſdictione eccleſiaſtici fori exterioris, qua quis priuatur communione ſacramentorum, vel hominum, aut exercitio diuinorum ſpiritualium, ſeu prohibentur officia diuina, vel ſacramenta, aut ſepultura. Dixi, *ſententia*, pro genere, & *lata à capace ordinis*: ad excludendas omnes ſententias omnium Prælatorum, etiam habẽtium iuriſdictionem eccleſiaſticam.[a] Dixi, *mediante iuriſdictione eccleſiaſtica*: lata nãq; citra iuriſdictionẽ, vel cũ ea, ſed tẽporaria, nõ eſt cẽſura. Dixi, *fori exterioris*, quia lata mediãte iuriſdictione fori tantùm interioris, non eſt cenſura, cuiuſmodi eſt ſuſpenſio ab officio à cõfeſſario facta. [b] Dixi, *qua quis, &c.* ad denotandum triplicem eſſe cenſuram, putà, excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. [c] Excommunicatio autem definitur eſſe cenſura, quæ priuat communione ſacramentorum tantùm, aut ſacramentorum, & hominum: eſtque duplex minor, & maior. Minor, eſt cenſura priuans participatione paſſiua omnium ſacramentorum. [d] Maior verò, eſt cenſura priuans participatione tam actiua, quàm paſſiua ſacramentorũ & hominum. [e] Et quàmuis diſpoſitiones pœnales, in dubio intelligãtur de minori pœna. [f] Cùm tamen Iudex excommunicat quempiam ſimpliciter ſine expreſſione maioris, vel minoris excommunicationis, intelligitur de maiori. [g]

2 Duplex eſt rurſus excommunicatio, generalis, & ſpecialis. [h] Generalis inſuper eſt duplex, lata à iure, & lata ab homine Lata à iure, eſt qua generaliter canon, conſtitutio, aut ſtatutum excommunicat eum, qui hoc, aut illud fecerit, vel non fecerit. [i] Lata verò ab homine, eſt quam iudex generaliter fert in eũ, qui hoc illudve fecerit, vel non fecerit. Inter quas duas, vt infra [k] dicetur, multum eſt diſcriminis, nã lata ab homine, moritur mortuo, aut officio defuncto eo, qui eã tulit, [l] quo ad eos, qui eã nõ incurrerunt antequam moreretur, aut priuaretur. [m] At, lata à iure, minimè. [n] Ex quo elici poteſt, quid dicẽdum

[a] *vt ſingulariter declarauit Pan. per text. & gloſ. in c. Dilecta, n. 3. & 5 de maio. & obed.*
[b] *arg. gloſſ ſing. in c. Is qui, de ſent excom. lib. 6. verbo de iure.*
[c] *c. Quærenti, de verb. ſing.*
[d] *c. ſi celebrat, de cler. excõ. miniſt.*
[e] *ſecundum ſententiam Panor. & cõmunem noſtrorum in rubr. de ſent. excõ. & Theologorum in 4. diſt. 18.*
[f] *c. in pœnis, de regu. iur. lib. 6.*
[g] *c. pen. de ſent. exc.*
[h] *c. A nobis 1. de ſent. excom. c. ſtatuimus, & c. Cõſtitutionẽ, eo tit. lib. 6.*
[i] *c. 2, de conſtit. lib. 6 Clem. 1. § verùm. de hæret.*
[k] *n 40 & 41.*
[l] *iuxta gloſ. ſolẽ. in d. c. à nobis l. quam Oſt. Pan. Fel. & comm. ſequũtur, idemque tradit. S. Ant. 2. par tit. 23. cap. 74. pro quibus tex in l. ſi. ff. de pœn.*
[m] *ſecundum Pan. & communem ibid.*
[n] *c. ſi. de off. leg. iuxta eoſd. in d. locis.*

fit de excommunicationibus, aliíſque cenſuris latis in mandatis viſitationum, quæ non ſunt ſtatuta, ſed mandata generalia aut ſpecialia hominum. Diuiditur denique excommunicatio in iuſtam, & in iniuſtam. [a] Excommunicatio iuſta, eſt quam fert is, qui poteſt, propter quod, & quomodo debet, quæ nihil operatur quò ad eccleſiam triumphantem, & quò ad Deum: [b] præque tametſi non auferat communionem omnino interiorem, ſed duntaxat præſupponat ablatam, ob peccatum mortale, ratione cuius fertur: auffert tamen, vt [c] dicetur, auxilium ſuffragiorum generalium eccleſiæ, communionémque ſacramentorum, quibus via ſternitur ad eccleſiam triumphantem, iniuſta verò, eſt quam fert is, qui non poteſt, vel ſecus, & ob aliud quàm debet.
3 Diuiditurq; in iniuſtam validã, & in iniuſtam inualidam. Nam ſicut aliæ ſententiæ (licèt iniuſtæ) valent regulariter, quantum ad forum exterius, earumque virtute in eo tanta fit executio, quanta iuſtarum. [d] Aliquæ verò ſunt nullæ, & irritæ. [e] Sic etiam ſententia excommunicationis quàmuis iniuſta, valet regulariter: idcòque Greg. [f] aſſeruit timendam eſſe, ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, & aliqua nulla eſt. Iniuſta porrò valida, diuiditur in eam, quæ eſt iniuſta ob defectum rectitudinis animi iudicis, aut formę, quæ non eſt eſſentialis, & in iniuſtam ex defectu iuſtæ cauſæ excõmunicandi, quæ non parum differunt, quàmuis enim vtraque valeat, prima tamen non ſecus ligat quàm iuſta, in foro interiori, & exteriori: ſecunda verò, parum plus nihilo, niſi in foro exteriori: quum non adimat communionem, quæ omnino eſt interior, aut ſuffragia, generalia, quæ eccleſia, & eius miniſtri faciunt, quatenus ſunt tales: adeo vt Caiet [g] dixerit, eiuſmodi excommunicationem iniuſtam, nõ eſſe propriè excommunicationem, ſicut nec homo mortuus, eſt homo. Quod tamen ita ſe non habere probauimus multis rationibus alibi: [h] quarum à nonnullis deſideratarum, vna eſt, quòd tota definitio excommunicationis ei conuenit, cùm ea ſeparet à communione ſacramentorũ & hominum, quantum ad forũ exterius, imò & quò ad interius, vbi ſcitur eſſe excommunicatus, & ignoratur eius iniuſtitia, quantum ad effectum peccãdi, niſi euitetur, valet autem hæc ſequela,

*[a] iuxta gloſſ. in ſum. 11. q. 3.*

*[b] iuxta ſing. glo. cap. quodcunque 24. qu. 1. quam plus ſatis laudãt Panor. & Fel. in d. rub. de ſent. excom. vt dixi in cap. ita quorundam, in glo. fin. nu 8. de Iudæis, & declarauimus in c. pen. de ſent. excom.*

*[c] n. 18.*

*[d] c. Cũ inter, de re iud. & l. Res iudicata, ff. de reg. iur.*

*[e] l. Prolatam, C. de ſent. & Interlo. om. iud.*

*[f] in c. 1. 11. q. 3.*

*[g] in Tract. 10. qu. 2. de effectu excom.*

*[h] in d. c. pen. de ſent. excom.*

ſeparat quãtum ad forum exterius, ergo ſeparat: ſeparat quãtũ ad hoc, ergo ſeparat: arguẽdo à toto in modo, ad ſuam partem: vt eſt homo albus, ergo eſt homo.[a] Altera eſt, quòd non deſinit quis eſſe homo, eò quod nõ videat, non audiat, non loquatur, neque ideo, quòd non faciat omnia opera quæ alij faciunt, modò aliqua vitalia exerceat: ita, quàmuis hæc excommunicatio non efficiat omnia quæ iuſta: operatur tamen aliqua, ob quæ poteſt appellari verè excommunicatio: operatur enim id quod dictum eſt. Et quàmuis opinio Caiet. defendi poſſit, quia effectu non difert à communi, deſerẽda nihilominus videtur: quia differt à cõmuni more loquẽdi canonũ, c. 1. 11. q. 3. putà ſentẽtiam paſtoris, etiã iniuſtam timendam eſſe, vbi gloſſ. & Doctores non obſcurè aſſerunt valere ac ligare excommunicationem iniuſtam, differré que ab ea quæ eſt nulla. Iniuſta verò', inualida, ſeu nulla, nihil aliud operatur in foro interiori aut exteriori, quàm quòd obliget excommunicatum ſeruare eam, quò ad populus ſibi perſuadeat, aut debeat perſuadere cauſas nullitatis quò vitetur ſcandalum.[b]

4 Cæterùm excommunicatio, iniuſta, eſt nulla multis caſibus, quos recenſet gloſſ. quædam [c] celebr. qui omnes ad quinque redigi poſſunt Primus, quando qui excommunicat, non eſt iudex ſaltem excommunicati.[d] Aut non toleratus, qualis eſt excommunicatus, & ſuſpenſus à iuriſdictione, vel interdictus, & denunciatus talis. Secundus caſus, quando fertur contra tenorem priuilegiorum.[e] Tertius, quando legitimâ appellatione interpoſitâ fertur.[f] Quartus, quando excommunicatio continet intolerabilem errorem quo inficitur illa, quæ datur aduerſus quempiam, eò quòd rectè aliquid fecit: putâ, quia dedit eleemoſynam pauperi, aut quia nõ fecit aliquid illicitum, vel impoſſibile.[g] Quintus, quando excommunicator excommunicat eos, qui participant cum excommunicato à ſe, non nominando eos expreſſè præuiâ trinâ monitione, cum interuallo aliquot dierũ.[h] Dixi, *cũ excommunicato à ſe*, ſecus enim in excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis ab alio.[i]

Non obſtat, quòd de more non dentur litteræ contra partici-

[a] *iuxta doctrinã Ariſt in Topic. Bald, recept. inl. Conuẽticulã C. de Epiſc. & cler.*

[b] *vt diximus in c. Cùm contingat, de reſcrip remed. 2. & in d. c. pen. de ſent. excom.*

[c] *c. Præſenti, de ſent. excom. l. 6.*

[d] *c. Nullus, de Paroch.*

[e] *c. Quanto, de priuil. & c 1. de conceſſ præb. lib. 6. §. ex parte.*

[f] *c. Per tuas, de ſent. excõ. c. Ad præſentiam, de appell.*

[g] *c venerabilibus, §. fin. de sẽt. excõ. lib. 6. & c. Qui præeſt, 11. p. 3.*

[h] *c. Præſenti, & c. Conſtitutionẽ, de ſent. excom. lib 6.*

[i] *vt dixit Peruſ. in c. peruenit, 1. de appell reputãs eſſe in id ſingulare dictũ capit. præſenti, in verbo à ſe.*

participātes, nominatim. [a] Tū, quia in Luſitania paſſim ſit. Tum, quia in ditionibus in quibus id nō faciunt iudices, ſubditi etiam non ſeruant eorum præcepta: & vt illi ſunt in poſſeſſione ferendi literas contra participantes citra ſolemnitatem iurium proximè ad oram relegatorum, ita iſti ſunt in poſſeſſione non parendi illis, & non habendi ſe pro excommunicatis maiori excommunicatione, quò ſe abſtineant à diuinis, & impetrent abſolutionem. Et ita videtur non eſſe derogatum eiſdem iuribus. [b] Nec obſtat, quòd conſequeretur eiuſmodi literas eſſe ſuperuacaneas, poteſt enim dici, prodeſſe ad effectum perueniendi ad interdictum & brachium ſeculare. [c] Non obſtat etiam, quod in nonnullis regionibus inualuit conſuetudo dandi denunciationem contra eos qui non ſunt confeſſi ante Paſcha, excōmunicando vicinos participantes cum eis. Quódque eiuſmodi excommunicatio cenſetur valida, & ligare vicinos eis participantes, nam illa non conceditur aduerſus participantes cum excommunicatis ab ipſo denunciante: ſed cum excommunicatis à conſtitutione ſynodali: denuncians enim, non excommunicat, ſed duntaxat declarat. [d]

[a] *ac proinde conſuetudine videatur derogatum prædictis iuribus & cap.*

[b] *arg. eorum quæ notātur in c. fin. de conſuet.*

[c] *iuxta c. 1. cum ei adnot. de off. ordin.*

[d] *l. Hæredes palam, §. ſed ſi notam ff. de Teſtā.*

# Quis poteſt excommunicare.

Summæ.

5 *Excommunicare poteſt regulariter quiſquis habet iuriſdictionem eccleſiaſticam ordinariam, vel delegatam in foro exteriori.*

6 *Excommunicare nequit epiſcopus extra ſuum epiſcopatum, nec laici, nec mulieres, neque quis ſeipſum.*

7 *Excommunicare an poßit conſuetudo, aut excommunicatus, ſuſpenſus vel interdictus.*

8 *Excommunicans ſine facultate, cauſa, ordine, ſcriptura, vel monitione peccat.*

5 Cauſa efficiens excommunicationis poteſt eſſe Papa, & omnes alij prælati, etiam ſi ſint minores epiſcopis: cuiuſmodi ſunt Abbates, Præpoſiti, ac Priores ec-

cleſiarum collegiatarum regularium, & ſecularium; etiam ſi non ſint conſecrati aut benedicti: modò ſint confirmati, vel prouiſi: hi namque omnes poſſunt iure communi ſuos ſubditos excommunicare.[a] Quin & reliqui omnes, qui conſuetudine præſcripta ſibi compararunt iuriſdictionem, non alij[b] Dixi ſupra, [*collegiatarum*:] Alij namque qui vocantur Abbates, & Priores variis in regionibus, eo quòd ſint rectores eccleſiarum habentium multos beneficiarios non viuentes collegialiter, non poſſunt excommunicare iure communi: nullam namque iuxta illud habent iuriſdictionem fori exterioris.[c]

Quò fit, vt Capitulum ſede vacante poſſit excommunicare.[d] Archiepiſcopus inſuper, Epiſcopus, & delegatus ſummi pontificis[e] necnon eorundem delegati eos, in quos habent iuriſdictionem delegatam.[f] Et viceuerſa, Abbates, Rectores, aut parochi eccleſiarum ſimplicium parochialium, non poſſunt excommunicare ſuos parochianos iure communi, neque ſpecialiter, neque generaliter: facultas enim excommunicandi, non oritur ab ordine. Imò eſt pars iuriſdictionis fori exterioris,[g] quam ipſi non habent: eam tamen poſſent habere conſuetudine præſcriptâ,[h] tunc autem tantam habebunt, quantum conſuetudo dederit.

6 Fit inſuper, vt nec epiſcopus extra ſuũ epiſcopatum poſſit excommunicare, etiam ſuos ſubditos,[i] tametſi foret vi pulſus, niſi in loco viciniori epiſcopatui,[k] aut de conſenſu epiſcopi vbi manet, & habet domicilium,[l] ſiue in re adeo manifeſta, vt non requirat cognitionem cauſæ.[m] Videtur tamen, quòd qui extra ſuum epiſcopatum non reſidentiam conſummauerint, ligentur excommunicatione lata ab eo contra non reſidentes in beneficiis ſuis, eò quòd non reſidentiam incœperunt in epiſcopatu: vel quia res eſt ſita intra illum.[n] Fit denique vt non poſſint excommunicare mulieres,[o] neque laici ſiue priuilegio Apoſtolico.[p]

[a] *c. Tranſmiſſam, c. ſuffraganeis, de elect. &c. Cùm ab eccleſiarum, de offic. ordin.*

[b] *c. Duo ſimul, de offic. ord. &c. Cùm contingat, de form. comp.*

[c] *iuxta not. in c. Licet canon, & gloſ. Statutum, verbo Collegiatis, de elect. lib. 6. & Pan. in c. Nobis, de iur. patro.*

[d] *c. Cum olim, cum ei adnot. de maior.*

[e] *c. De ijs, 12. diſt.*

[f] *c. P. & G. de offic. deleg.*

[g] *iuxta gloſſ. recept. in d. c. Trãſmiſſam.*

[h] *arg. d. c. Duo ſimul, & d. c. Cùm contingat.*

[i] *c. Epiſcopum, 11. q. 3.*

[k] *iuxta Clem. 1. de for. compet.*

[l] *Rot 13. de conſuet. in Antiquis.*

[m] *arg. c. Cũ ſit, §. fin. de Appell.*

[n] *arg. eius quod ait Feder. conſil. 182. & Felinus in ca. Poſtulaſti, col. fin. de for. compet.*

[o] *arg. c. Noua, de pœn. & remiſſ.*

[p] *c. Præter, adiuncta gloſſ. verbo Ducibus, 32. diſt.*

7 Nec quiſquã ſeipſum [a] ob ídque epiſcopus, excommunicans generaliter quemcumque qui furatus eſt: aut furabitur, luſit, aut ludet, licèt ipſe id faciat, aut fecerit, non erit excommunicatus. [b] At ſi epiſcopus ſolùm eſſet denunciator excommunicationis ſummi Pontif. ſeu excommunicationis alterius epiſcopi, aut eius vicarij, aliúſve qui excommunicat, maneret excõmunicatus. [c] Nec conſuetudo ſola citra ſententiam, aut conſtitutionem, quempiam excommunicat, [d] niſi legitimè præſcripta ſit, vel à ſummo Põt. aut alio prelato approbata quantum ad ſuos ſubditos : tunc enim vim haberet ſtatuti. [e] Neque excommunicatus, quàmuis ſit occultus. [f] Cuius tamen oppoſitum eſt verius, ſi nimirum non ſit denunciatus, poſſe excommunicare, & valere excommunicationem latam ab eo. [g] Quàmuis eam ferat in fauorem eius qui ſcit eum excommunicatum. [h]

8 Quibus conſequens eſt, peccare mortaliter, qui ſciẽs, aut ſcire debens, ſe non poſſe excommunicare, excommunicat: quum vſurpet iuriſdictionem alienam, ciúſve vſũm, quod eſt peccatum mortale. [i] Et qui excommunicat aliquem iniuſtè: quàmuis id non faciat odio, inuidiâ, aut prauâ voluntate, ſed ignorantiâ craſſâ aut ſupinâ. [k] Excommunicans denique citra canonicam monitionem, [l] vel ſolo verbo, citra ſcripturam publicam, aut priuatam, niſi iuſta de cauſa id omittat: quàmuis excommunicatio liget, & excommunicans maneat ſuſpenſus per vnum menſem ab ingreſſu eccleſiæ, atque diuinis officiis, [m] intra quem, ſi celebrauerit aliquod officium diuinum alicui ordini periculiariter addictum, erit, irregularis, cum quo ſolus Papa diſpenſat [n] Quæ tamen pœna ſuſpenſionis, non afficit epiſcopos: quum non fiat eorum particularis mentio, quod eſt neceſſe, vt incurrant ſuſpenſiones: nec Prælatos religioſorum, quando periculum eſt in mora, vel con-

[a] *l. Qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. iudic.* [b] *ſecundum Oſt. in ſum. de ſent. exc. §. quis valeat, & §. Tho. in 4. diſt. 18. qu. 2. ad 2. & Ioan. Andr. in reg. cui licet, lib. 6. communiter receptos; vt probat Henr. lib. de ſynodo 2. part. art. 2. num. 26.* [c] *iuxta Bernar. de Buſto, part. 2. ſermo 17. pag. 3. & mente omni.* [d] *iuxta Roſel. ver. excom. 7. §. 10.* [e] *iuxta Ang. ver. excom. 1. §. 6.* [f] *ſecundum gloſſ. in ſum. & c. Audiuimus, 24. qu. 1.* [g] *ſecũdum Pan. in c. ab excommunicato, num. 5. de reſcrip. c. cũ dilecti, de dol. & contum. ſub fin. & Fel. in cap. ad probandum, col. 3. de re iud.* [h] *vt dixi in ca. dilectus, 2. de preben. in reſponſione ad contraria per extrauag. ad euitanda de qua infra nu. 35* [i] *iuxta D. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6.* [k] *iuxta Richar. in 4 diſt. 18. art. 4. qu. 4.* [l] *c. ſacro, de ſent. excom.* [m] *d. c. ſacro, & c. 1. eod. tit. lib. 6.* [n] *cap. 1. de ſent. & re iud. lib. 6.* [o] *c. Quia periculoſum, eod. tit. & lib.*

ſtitutiones ordinis præſcribunt aliam formam, ſiue ob ignorãtiam iuris ſecundùm Gabr.[a] qui non ſatis prouidè loquitur: nam quando periculum eſt in mora, etiam alij omittere poſſunt ſolemnitatem prædictam[b] & niſi conſtitutiones forent confirmatæ à ſummo Pont. nõ poſſent derogare iuri communi,[c] adeóque ignorantia niſi foret iuſta, eos nõ excuſaret.[d] Preſertim quia prelati religioſorum cautiùs excommunicare debẽt, quàm ſecularium, ob maiorem charitatem, qua debent eſſe erga fratres.[e]

[a] *in 4. diſt. 18. qu. 2. col. 9. can. 7.*
[b] *per. c. Conſtitutionẽ, ſub fin. de ſent. excom. li. 6*
[c] *c. Quod ſuper iis, de maior. & obed.*
[d] *c. Ignorantia, de reg. iur. lib. 6.*
[e] *arg. not. per Pã. in c. Cauſam. quæ, de Iudic.*

## De cauſa, & forma excommunicationis.

Summæ.

9 *Excommunicatio maior non fertur, niſi ob contumaciam mortalem, aut peccatum futurum. &c.*

10 *Excommunicatio, quæ ſine monitione, ſententia & clauſula iuſtificatiua, eſt nulla. nu 11.*

10 *Excommunicatio de rebus perditis à ſolo epiſcopo danda, & alia non niſi in ſubſidium.*

10 *Excommunicatio annalis ſuſpectum hæreſeos facit.*

11 *Excommunicatio quibus verbis fit, & conditionalis vel ſine intentione ligandi, an liget. nu. 12.*

9 At verò, nemo debet excommunicari maiori excommunicatione, niſi ob contumaciam mortalem, qua perſiſtit in peccato mortali præterito, aut in futura inobedientia non parendi iuſto præcepto facto, præcedente morâ, culpâ, aut offenſâ.[f] Et cõſequenter, nemo incurrit excommunicationem irrogatam à canone generali, vel particulari, niſi peccando mortaliter: quæ eſt regula conſolationis pleniſſima, tadita à Palu. quã alibi[g] applicuimus multis, & in his parua furantibus. Idémque eâdem ratione dicendum, quò ad hoc, de excommunicatione generali lata ab homine.

10 Excommunicatio autem quæ fertur à canone, vel ſtatuto, ita vt qui fecerit hoc, aut illud, ipſo facto ſit excõmunicatus: ſeu quòd hoc illudve nõ fiat ſub pœna

[f] *iuxta mentem, cap. nullus, c. nemo, 11. qu. 3. cap. 1. de iud. cap. à nobis, 1. cap. ſacro, de ſenten. excomm. & cap. Romana, §. caurant, eod. tit. li. 6.*
[g] *in 4. diſt. 8. q. 1. art. 2.*
[h] *in c. Inter verba, 11. q. 3. n. 480*

excommunicationis latæ ſententiæ, non requirit præcedentem canonicam monitionem,[a] imò, qui contra facit, ſtatim excommunicatur.[b] Concil. porrò Tridentin.[c] varia huc pertinentia ſanxit, quę ſi quis requirat, inde haurire poterit.

Circa ibidem nihilominus ſancita, ſequentia adnotamus. Primum, quòd ſolus epiſcopus poteſt ferre huiuſmodi excommunicationes generales. Secundum, quòd in cauſis ciuilibus nullus Iudex debet vti excommunicatione: niſi in ſubſidium aliorum iuris remediorum: nec etiam in criminalibus, niſi quum executio perſonalis, vel realis fuerit valde difficilis.

11\. Tertium, quòd inſordeſcens in ea per annum, habetur de hæreſi ſuſpectus. Quartum, quòd ob culpam præteritam, non debet ferri niſi canonica monitione præcedente, quæ eſt trina,[d] cum interuallo ſaltem duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem, aut vnã pro tribus indulgendo ſex dies pro illis: quum nullum eſt periculum in morą.[e] Cum verò eiuſmodi periculum interuenerit, diminuendum eſt tempus, quomodo, & quantum oportuerit, non plus, minúſve. Quod adeo verum eſt, vt excommunicatio omnino nulla foret, ſi ferret eam prælatus vel iudex in executionem ſententiæ, vel præcepti non præuiâ cognitione, & citra clauſulam iuſtificatiuam latæ circa præterita, id eſt, dato termino ad allegandas cauſas, ſi quas habuerit contra huiuſmodi mandatum,[f] quod à pragmaticis forenſibus. *Mandatum niſi cauſam*, nuncupari ſolet. Quintum, quòd qui excommunicat citra hanc monitionem, & ſine ſcripto, in quo declaretur cauſa, peccat mortaliter: licèt valeat.[g] Sextum, quòd excommunicatio lata ſub conditione, ante implementum eius, non ligat.[h] Septimum, quòd excommunicatio non ligat, ſi eam ferens, nõ habet intentionem ligandi: neque etiam ſi eam petens, non habet volũtatem, vt ligetur: quum omne ſuum robur accipiat excommunicatio à voluntate excommunicantis, qui quum excommunicat ad petitionem partis, non intẽdit magis excommunicare, quàm pars ipſa velit. Quocirca, ij quos excommunicans aut petens excommunicari eos, qui hoc, aut illud fecerint, vel non denunciarint, intendit eximere ab illa, verè eam non

[a] *per ea quæ diximus in prælect. c. cum contingat, de reſcrip. 5. cauſa nullit. poſt* Innoc. *in princ. cap. ſacro, de sẽt. exc.*

[b] *c. ſi quis ſuadẽte, 17. quæſtion. 4. cap. à nobis, 1. de ſentent. excõmunic. & c. 2. de conſt. lib. 6.*

[c] *ſeſſ. 25. c. 5. de reform.*

[d] *d. c. ſacro.*

[e] *c. conſtitutionẽ, de ſent. excom. lib. 6. iuncto d. c. ſacro.*

[f] *iuxta* Inno. *in cap. propoſuit, de conceſſ. præb. col. 2. & in c. 1. eod. titu. libr. 6.* Old. *conſ. 81. num. 2. & alios quos citaui in prælect. d. c. cum contingat, 5. cauſ. nullit. quod eſt maximi ponderis.*

[g] *vt tactum eſt ſup. n. 8.*

[h] *c. præterea, 2. de appell.*

incurrunt, licèt ſe putent incurrere.

12 Octauum, nulla eſſe certa verba præſcripta, pro forma ſubſtantiali excommunicationis. Quapropter, (vt rectè aſſeruit Oſtienſ.[a]) nihil refert, an iudex dicat. *Excommunico te*, aut *ſeparo te à communione*, aut ſimilia, quibus declaret voluntatem ſuam excommunicandi de præſenti: quæ tamen ipſe putat ad id ſufficere, ſcilicet, *Cognoſco*, aut *habeo te pro excommunicato*, dicta à iudice, nõ videntur nobis ſufficere, poſt Goffr. quem ille refert, quicquid ipſe dicat, niſi quando inſeruntur in excommunicatione canonis, aut decreti, ſiue in excommunicatione conditionali: cuiuſcemodi ſunt quæcunque dantur præuia monitione canonicâ, vel ob peccata futura,[b] quo hæ duæ opiniones, inter ſe conciliari poſſunt. Nonum, quòd non parẽs canoni, aut iudici quippiam iubenti ſub pœna excommunicationis, nõ ſtatim erit excommunicatus: nam verba illa, non ſignificant voluntatem excommunicandi ipſo facto, ſed comminationem excommunicandi eum, niſi paruerit.[c] Neque etiam hoc, *excommunicetur*, licèt ſecus de his, (*ſit excommunicatus*,[d]) niſi quum alia iura declarant oppoſitum, quo caſu intelligenda eſt, *gloſſ. cap ſi quis ex clericis, de vit. & honeſt. cler. & cap. 2. de for. comp.* Quæ reſolutio licèt communis videatur: iuri tamen conſonantius apparet, præfata verba (*ſit excommunicatus*) non denotare ſententiam latam, ſed ferendam: niſi cùm alia iura id declarant. Tum, quia plurimi canones *diſt.* 30. continent illa verba quę tamen[e] ferendam ſententiam ſignificãt. Tum, quia verbum *ſit*, eſt futuri temporis, per verba cuius non fertur excõmunicatio ipſo iure, niſi aliud quippiam adijciatur.[f] Tum, quia non obſtat dicere, verbum, *ſit*, eſſe etiam præſentis temporis imperatiui modi, ſicut & futuri optatiui. Tum, quia non eſt ita propriè illius, ac huius. Tum, quia in diſpoſitione dubiâ mitior pars eſt eligenda,[g] præfata autem verba, ſunt dubia: ergo interpretanda, vt ſignificent potius ſententiam ferẽdam, quàm latam. Tum, quia *gloſſ. c. ſi quis, 23. diſt.* cui conſonat *gloſſ. cap. ſi quis ex clericis, de vit. & honeſt. cleri.* verbum ſit, exponit per *fiat*, futuri temporis.

[a] *in ſum. de ſent. excom. §. qualiter, col. 1.*

[b] *arg. c. 2. de teſtib. cog. & d. c. præterea, de appel.*

[c] *iuxta gloſſ. celeb. in c. 1. de ſagit. cui ſimilis in c. 2. de matr. contra c.*

[b] *iuxta Felin. in c. Rodulph⁹, col 19. de reſcript. & quos ipſe citat.*

[e] *iuxta gloſſ. c. 2. de for. compet.*

[f] *iuxta gloſſ. recep. in reg. in pœnis, de reg. iur. l. 6.*

[g] *d. reg. in pœnis.*

# Quis poſſit excommunicari, & quis in excommunicatione non includatur.

Summæ.

13 *Excommunicari ſolùm poteſt homo baptizatus, & mortalis, habens ſuperiorem: proinde nec Diabolus, nec Papa, etiam ob hæreſim, nec infidelis, nec locuſta, licèt poßit adiurari.*

14 *Excommunicatio generalis non ligat impotentem parêre, &c. Nec etiam ſpecialis termino prorogato, &c. num. 15.*

16 *Excommunicatio non ligat ignorantem, etiam ſuper re licita.*

13 Nemo excommunicari poteſt, niſi homo baptizatus mortalis, habens ſuperiorem, [a] proinde, non poſſunt excommunicari Diabolus, anima ſeparata à corpore, collegium, aut vniuerſitas, quæ non ſunt homines, [b] neque Iudæus, vel ethnicus, qui non ſunt baptizati, etiamſi ſint cathecumeni, hoc eſt, conuerſi nondum baptizati, [c] quàmuis indulgentias conſequi poſſint. [d] Neque reſuſcitatus, denuo non moriturus. [e] Nec Papa, qui nulli homini, vel legi humanæ (qua ſola fertur excommunicatio) quoad pœnam ſubiicitur; [f] nam, neque propter hæreſim incidit in excommunicationem humanam cuius meminimus, ſed in diuinam, ſecundum rationes Caiet. [g] quicquid dicat S. Anton. [h] Nemo denique à ſe ipſo, ſuíſve ſtatutis excommunicari poteſt, [i] nec ab inferiori. [k] Quare, ſuperſtitionis eſt credere, poſſe excommunicari locuſtam, bruchum, aliúdve genus vermium, & animalium rationis expertium: quanquam religiosè vti poſſumus cõtra ea, aquâ benedictâ, precibus, & adiurationibus ſanctis, diuinâ bonitate, & miſericordiâ, ſuíſque ſanctiſſimis verbis, & inſtitutione eccleſiæ catholicæ nixis. Quibus ſolis vtinam vterentur, qui audacter promittunt ſe ciecturos ea ab hac vel illa regione, ſi pretij quippiam ſibi detur, quandoquidem, nihil quod ſuperat vires naturales,

[a] *c. Romana. §. in vniuerſitatẽ, de ſent. excõ. lib. 6. vbi Domin. id notat, & nos dilatamus in ca. ita quorundã, de Iudæ notab. 8. n. 7. & glo. vlt. nu. 2.*

[b] *c. in quadã, de celeb. miſſ.*

[c] *per dict. in Tract. de indulgent. ſuper §. in Leuitico, not. 3. & arg. c. veniẽs, de presbyt. non bapt.*

[d] *vt ibi dixi.*

[e] *arg. finis Symb. Athanaſ. & c. firmiter, de ſum. Trin.*

[f] *c. propoſuit, de conceſſ. præb. ca. cuncta per mundum, 9. qu. 3.*

[g] *de auth. Papæ, & Concil. c. 10. 19. & 20.*

[h] *3. part. tit. 24. c. 74. § 1.*

[i] *arg. l. pen. de recep. arb.*

[k] *arg. c. cùm inferior, de maior. & obed. & c. inferior, 24. diſt.*

& effectum ſacramentorum, inſtitutioníſque eccleſiæ, ac reuelationem particularem, poteſt promitti tam certò, atque ipſi promittunt, nec pretium peti, citra ſpeciem cuiuſdam ſimoniæ.

14 Atqui, in excommunicatione generali non includitur, quem proferens, vel petens illam, non intendit includere: neque qui non poteſt parêre, aut iuſta de cauſa ad id non tenetur, vt qui non poteſt reſtituere, vel denunciare furtum, aut iuſta cauſa ab eo excuſatur: modò adhibeatur remedium quod commodè adhiberi poteſt, vt ceſsãte neceſſitate, aut cauſa, ſatisfiat iis, quorum remedium dedimus *in c. inter verba, 15. quæſt. 3.*

15 Cæterùm, excommunicati ſub conditione, *ſi non ſoluat ad præſcriptum terminum*, non erit excommunicatus iudice prorogante illum, antequam incurratur, excommunicatio. [a] At ſi non ſoluat in termino prædicto, erit excommunicatus. [b] Quod intelligendum eſt, quando prorogatum fuit conſenſu iudicis, aliàs ſecus, vt rectè ait (meâ ſententiâ) Silu. [c] nam licèt excommunicatio lata ad petitionem partis, tolli poſſit, antequam incurratur de conſenſu eiuſdem: non tamen ſuſpendi, neque differri, neque ita mutari vt ſemel ſublata, iterum incurratur: id enim iuriſdictionis eſt, quam pars non poteſt tribuere. [d] Nec qui ſcit quod iudex iubet reuelari, ſed habet iuſtam cauſam non reuelandi. [e]

16 Ad hæc, ignorantia facti probabilis, excuſat ab excommunicatione, ſecundùm omnes: Quinet, illius iuris, quo fertur excommunicatio ob aliquod opus de ſe licitum, quod ipſe ignorabat, nec tenebatur ſcire eſſe prohibitum. Idémque cenſendum, de ignorantia eius, qui facit opus de ſe illicitum, cui adiuncta eſt excommunicatio per ſtatutum inferioris Papâ, quod ignorat: niſi craſſè, aut ſupinè, id faciat, [f] ſecus tamẽ (iuxta eundem & omnes citatos ab eo) ſi adnexa eſſet legi Papæ, vt eſt percuſſio clerici, [g] nobis tamen videtur verius cõtrarium cum Silu. [h] Tum, quia eadem ratio inuenitur in vtraque. Vtraque enim eſt ignorantia iuris humani, nihilque aliud eſt in hoc diſcriminis, quàm quòd ignorantia pœnarum legum Papæ, non præſumitur nec tam facilè poteſt probari quod forum exterius, quam pœnæ ſtatutorum ordinariorum. Tum, quia [i] ignorãs pœnam

[a] *iuxta communem Pan. & citatorum à Dec. in d. ca. præterea 2.*
[b] *iuxta Innoc. & commun. ibidem.*
[c] *verb. excõmunicatio, 2. not. 1. caſ. 13.*
[d] *l. priuatorum, C. de iuriſd. omn. iudic. quibus adde ſing. illas deciſiones ſupra citatas c. 23. nu. 104. ſoluentẽ nempe penſionem in termino, non eſſe excommunicatũ, donec penſionarius id declaret.*
[e] *iuxta dicta ſup. c. 25. nu. 46.*
[f] *ſecundùm eundem, & omnes, per c. 2. §. vlt. de conſtit. lib. 6.*
[g] *arg. d. c. 2. per locum à ſpeciali.*
[h] *verbo excommunicatio, 2. not. 3. & excom. vltimo, q. 3.*
[i] *per dicta c. 2. n. 41.*

legis, quoad alia ſibi notæ, non incurrit eam in foro conſcientiæ. Tum, per alia â nobis prolata, *in c. fraternitas, 12. q. 2.* vbi reſpondemus ad argumenta Adriani.

## De effectu excommunicationis maioris.

### Summæ.

17 *Excommunicatio, vt tollat communionem interiorem: exteriorem, & mixtam, & priuet ſacramentis, ac ſuffragiis. num. 18. diuinis officijs, nu. 19. & aliis pleriſque. nu. 20. & 3. ſeq.*

18 *Excommunicatus quaſi iumentum Diaboli, his exceptis num. 19.*

21 *Excommunicatus vt infamis, & perdat ſeruitia. num. 22. & 23.*

17 Triplex porrò [a] eſt communio. Prima, omnino interior, charitatis & gratiæ, qua efficimur membra eiuſdem corporis myſtici Chriſti à qua ſolum peccatum mortale nos ſeparat. [b] Secunda, omnino exterior, qua inter nos alij aliis reciprocè communicamus, comedendo, bibendo, colloquendo. &c. Tertia, media, ſeu mixta, ſacramentorum, & ſuffragiorum generaliũ, quæ facit, aut præcipit fieri eccleſia catholica. Excommunicatio autem, non tollit primam communionem, at ſupponit ſublatam eſſe: & ita operatur Primò, non quidem (vt nonnulli aiunt) excluſionem à gratia Dei, ſed declarationem excluſionis factæ per peccatum mortale, II. excludit à ſacramentis eccleſiæ, actiuè & paſſiuè, adeo vt nec poſſit accipere, nec dare. [c]

18 III. Priuat ſuffragiis generalibus eccleſiæ: adeo, vt nulla in re intendat ei ſubuenire per illa, quod maximũ damnum eſt, vt non abs re dici ſoleat excommunicatum poſſideri à Diabolo, [d] eóque vti, non ſecus quàm mulio ſuo iumento. [e] Quod tamen non intelligitur de excommunicato verè contrito, procurante pro ſua virili abſolutionem, [f] is enim coram Deo eſt in ſtatu gratiæ, fruitúrque communione prima, & tertia, nõ autem ſecunda. Idémque cenſendum, de excõmunicato citra

[a] *vt dixi poſt S. Tho. in expoſit. ſymb. in illa parte (ſanctorum communionem.)*
[b] *c. reſuſcitatus, de pœnit. diſt. 1. cum 2. ſeq.*
[c] *c. Engeltrudã, 3. q. 4.*
[d] *in c. audi, & c. omnis, 11. qu. 3.*
[e] *gloſſ. d. c. audi.*
[f] *arg. c. dixi, & c. magna, de pœnit. diſt. 1.*

iuſtam cauſam: & de non valente ſoluere ob præſtitutũ tempus, intra quod iuſſus fuit, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ſoluere: ij enim quoad Deum non ſunt excõmunicati: cùm non peccarint mortaliter, quãuis ſint quoad homines, vt dixi [a] poſt Caietan. [b] Idem quoque de excommunicato ob contumaciam præſumptam, at non veram coram Deo, Mai. aſſertore. [c]

19 IIII. Excludit à diuinis officijs, & aliis precibus cũ aliis ſimul faciendis, vel audiendis, [d] quanquam poſſit ſolus precari, etiam in eccleſia, licèt alij precentur ſeiuncti ab eo. [e]

20 V. Priuat omnibus contentis illo diſticho. [f]

*Si pro delictis anathema quis efficiatur,*
*Os orare, vale, communio, mensa negatur.*

Per, Os, intelligitur participatio alloquẽdo, oſculãdo, amplexando, recipiendo, mittendo, vel dando literas [g]. Per, *Orare*, autem, dicta participatio ſacramentorum, ac diuinorum officiorum, & quarumlibet aliarum precum intra eccleſiam, vel extra eam cum aliis dicendorum. [h] Per, *Vale* verò, includuntur mutuæ ſalutationes, quæ fiunt collocutione, aut literis, vel etiam aſſurgendo, nudando caput, mouendo labia, & alia ſimilia, quæ ſignificant ſalutationem citra loquelam, iuxta mentem Cardin. Imol. & Commun. [i] quicquid aſſerat Maior, [k] & Ang. [l] quorum opinio, teneri poſſet quoad forum conſcientiæ, quando eiuſmodi ſigna fierent citra animũ ſalutandi, mente dicendo. *Deus te conuertat*, vel aliud ſimile. [m] Per, *Communio*, participatio, quæ habetur operando, exercendo, aut faciendo quippiam cum eo, vel habitando in eadem domo, aliquave eiuſdem parte aut conuerſando cum eo aliis modis. Per, *menſa*, intelligitur comedendo in eadem menſa, vel decumbẽdo in eodem lecto: quàmuis domus ſit aliena, ſecundùm S. Anton. [n] iuxta quem, & Innoc. [o] non poteſt quis etiam in conuiuio alicuius tertij, comedere cum excommunicato: imò ſurgere debet è menſa, ſi excommunicatus accumberet, non tenetur tamen exire domo: ſed poteſt in alia domus parte edere, ſi vterque nõ erat inuitatus ad idem conuiuium: nam ſi erant ambo inuitati, licèt duabus menſis diuerſis comedant, videbuntur communicare

[a] *vbi ſup.*
[b] *in tract. 19. tom. 1.*
[c] *in 4. diſt. 18. q. 2. col. 8.*
[d] *c. quod in te, de pœn. & remiſ.*
[e] *iuxta Innoc. recep. in cap. nuper, de ſent. excõ.*
[f] *quo vti ſolebat Oſtienſ. relato per gloſſ. c. ſtatuimus, de ſent. excom. lib. 6. quod idem Oſtienſ. in ſum. de ſent. excom. §. exquiſita pœna, & omnes theologi in 4. diſtinct. 28. & canoniſtæ variis locis attigerunt.*
[g] *c. cum excommunicato, & ſeq. 11. q. 3.*
[h] *iuxta Innoc. in d. c. nuper, & dicenda infra, n. 36.*
[i] *in Clem fin. de ſent. excom.*
[k] *in 4. diſt. 18. q. 2.*
[l] *verb. excom. 9. §. 4.*
[m] *arg. l. non omnis ff. ſi cert. pet. l. in agris, ff. de acq. rer. domin.*
[n] *3 part. tit. 24. cap. 7.* [o] *in d. c. nuper.*

in eodem conuiuio, & ſimul edere, quod ad hunc effectũ, iuxta mentem illorum VI. facit irregularem vtentem aliquo actu ordini ſuo peculiari [a], vt dictum eſt ſupra.

21 VII. Infamat, ſi excommunicatio eſt manifeſta, quod Ludo. Roman. ad hoc ſingulare aſſeruit in *ſing.* 672. limitauit tamen *ſing.* 289. vt ſolùm procedat in excommunicato ob cauſam inducentem infamiam iuris, vel ob contumaciam in cauſa infamiam irrogante. VIII. reddit collationem beneficij eccleſiaſtici adeo nullã, vt non conualeſcat per abſolutionem, niſi reuocetur,[b] & cõſequẽter tenetur illud abdicare, fructúſque reſtituere, ad id vſque tempus preceptos IX. priuat facultate eligendi actiuâ & paſſiuâ.[c] X. ſuſpendit ob officio, & beneficio.[d] Quanquam, ſi habet officium publicum, valebit quod per illud faciet ratione eius, quandiu toleratur.[e] XI. eximit ſubditos ab onere ſeruiendi ratione fidelitatis, aut ſubiectionis iuriſdictionalis, quandiu is cui ſubijciuntur fuerit excommunicatus.

22 XII. Priuat facultate ducendi vxorem ſine peccato mortali, per ſupradicta de ſacramentis: quanquam hic ſecundo continetur. XIII. annullat reſcripta obtenta à ſum. Pont. præterquam ſuper articulo eiuſdem excommunicationis,[g] niſi (quod de more fit) detur abſolutio, ad effectum illorum conſequendum, nec inſorduerit per annum, vt alibi[h] diximus, vbi[i] attexuimus tenorem regulæ Cancellariæ, de inſordeſcentibus.

23 XIIII. priuat alios facultate pro eo orãdi publicè, & ſoléniter: licèt ſecus ſi priuatè,[k] XV. repellit à iudicio, vt non poſſit eſſe actor, aut procurator actoris, vel Rei: poteſt tamen eſſe reus quò ſe defendat,[l] necnon conſtitui procurator, vt abſolutus, procurare poſſit.[m] XVI. facit vt perſeuerans in excommunicatione vno anno, in cauſa criminali, videatur confiteri crimen *c. rurſus, & c. quinque, 11. quæſt. 3.* per quæ perperam intellecta gloſſ. *fin. in cap. 1. de iud.* cum alijs multis, tenuit eſſe etiam priuandum ſuis beneficijs: quod verum non eſt, vt copiosè ſcripſimus ſuper illam. XVII. priuat ſepultura loci ſacri.[n] XVIII. obligat manentem in ea per aliquod tempus, ſoluere (antequam abſoluatur)

[a] *per c. infames, 6. qu. 1.*

[b] *c. bonæ, de ætat. & qualit. & c. poſtulaſti cũ gl & ei adnot. de cle excõ. miniſt.*

[c] *c. conſtituit, 1. de appell.*

[d] *c paſtoralis, §. verum, eod. tit.*

[e] *c. approbandũ, de re iudic.*

[f] *c. pen. & vlt. 15. q. 6.*

[g] *c. 1. de reſcrip. lib.*

[h] *in repet. c. ita quorundam, de Iudæ.*

[i] *in gloſſ. vlt. n. 16.*

[k] *vt diximus in Enchir. de Orat. & hor. can. ſeu repet. c. quando, de conſec. diſt. 1. not. 19 n. 67.*

[l] *c. intelleximus, de iudic. vt habet cõmunis ibidem.*

[m] *vt diximus in c. poſt ceſſiõẽ, de prob. poſt. Deci. contra communem.*

[n] *c. ſacris, de ſepult.*

pœnam cōſtitutam aliquibus in epiſcopatibus.[a] Quin & conſtitutam per leges ſeculares Caſtellæ,[b] nec non per leges Luſitaniæ aliam, poſtea quàm captus fuerit.[c] XIX. Operatur & alia plæraque recenſita à Rebuffo,[d] licèt nonnulla non ſatis prouidè.

[a] *Ang. verbo excommunicatio, vlt.* §. 13.
[b] *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *ordin.*
[c] §. *item* ha de auer, *tit.* 53. *lib.* 1. *ordin.* & *tit.* 46. *lib.* 5. *ordi.*
[d] *in gloſſ. cōcordat. tit. de excom. non vlt.*

## De excommunicatione minore, & participatione cum excommunicato.

### Summæ.

24 *Excommunicatio minor ſolam participationem paßiuam ſacramentorum tollit, non miſſæ auditionem, & c. n.* 25. *ſic incurritur: non tranſit in tertiam perſonam: non æquatur mortali: tollitur à quouis presbytero n.* 26. *non incurritur his caſibus,* 26. & 27.

27 *Excommunicatus communicat cum vxore, filiis, & famulis: nec eſt vitandus, donec denuncietur.*

28 *Excommunicato participare, veniale. n.* 29. *niſi ſex caſibus n.* 30. 31. & 32.

28 *Communio Chriſtianorum triplex, quamnam tollit principaliter excommunicatio.*

33 *Excommunicato ſpecialiter non denunciato præſente, qua miſſa continuanda, &* 2. *ſeq.*

35 *Extrauagantis. Ad euitanda, tenor.*

36 *Excommunicato ob iuſtum timorem vt participari poßit.*

36 *Excommunicato pro denunciato orari poteſt oratione priuata, non publica, & c.*

36 *Excommunicatio lata à iudice in participantes excommunicato à ſe, ſine iſta monitione, nulla.*

24 Excommunicatio minor, vt dictum eſt ſupra[e] ſolùm ſeparat à participatione paſſiuâ ſacramentorum: ideóque illâ ligatus, poteſt eligere, & vti omni iuriſdictione, quanquam non poſſit eligi.[f] Poteſt & miniſtrare ſacramenta, ſi dando non recipiat: ſacrificans namque vt communicet alios, & epiſcopus ſacrificans vt

[e] *eod. n.* 1.
[f] *c. ſi celebrat, de cler. excom. min.*

conferat ordines non peccant, qua parte dant, ſed quia ſumunt.[a]

Atqui, præfata minor excommunicatio non facit, vt peccet audiendo miſſam, aut ſumendo pacem, quæ in ea offertur, ſecundùm Dom. & Fran. contra Archi.[b] ſiue abſoluendo ab excommunicatione maiore, vel minore,[c] nec abſoluendo à peccatis, id enim eſt dare, non recipere ſacramentum, neque eadem ratione dando ſacramentum infirmo, citra miſſæ celebrationem, quicquid ſupra memorati aſſerant.

25 Hæc porrò excommunicatio, quanquam ferri poſſit per ſententiam Iudicis, communiter tamen non fertur niſi per ius, octo caſibus, quos recenſet Innoc. Quos (quia ſolùm vnum videmus in vſu receptum, dicique ſolet in aliis non eſſe veram excommunicationem minorem) non recenſeo. Caſus autẽ vſu receptus eſt, participatio cum excommunicato maiore excommunicatione, in caſibus prohibitis. Dixi (*maiore*) illa nãque non incurritur ob participationem cum excommunicato minore, cùm excommunicatio non tranſeat in tertiam perſonam.[c]

At poſt eam incurſam, nullum ſacramentum poteſt recipere priuſquam abſoluatur ab ea: non quia æquetur peccato mortali (vt dixerunt Pan. & alij[f]) ſiquidem in multis excedit, & in multis exceditur ab illo.[g] Sicut autem quilibet ſacerdos ſimplex, etiam ſi non ſit parochus, poteſt abſoluere à peccatis venialibus non irretitum mortalibus ſecundùm Caietan. id conſtanter affirmantem: ita poteſt eundem abſoluere ab excommunicatione minore, vt efficaciter contra eundem alibi[h] probamus.

26 Porrò, regulariter participans cum excommunicato maiore excommunicatione, incurrit minorem.[i] Fallit tamen in multis diſticho ſubiecto,[k] comprehenſis.

*Hæc anathema quidem ſoluunt, ne poßit obeſſe,*
*Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.*

Per, *Vtile*, excluditur participans cum excommunicato ad vtilitatem animæ ipſius, prædicando, vel admo-

[a] *& quidem iſte eſt verus intellectus rationis d.c. ſi celebrat, quam pridem dedimus ibi ſequuti mentem Oſtienſ. ibidem, relicto Pan. quicquid dicant Maior in 4. diſt. 18. quæſt. 2. & Adria. in 4. de clauib. q 3 contra illum text. eius ratione non ſatis intellecta.*

[b] *in cap is cui, de ſent. excom. lib. 6.*

[c] *arg. c. duobus, de ſent. excom. & d. ca. ſi celebrat, & Mai. in 4. diſt. 18. qu. 2. colum. 2. Adri. in 4. de clauib. q. 3. col. 2.*

[d] *in c. 1. de ſent. excom.*

[e] *iuxta gl. recep. in c. excellentiſſimus, 11. q. 3.*

[f] *in d. ca. ſi celebrat.*

[g] *vt ibidem docemus.*

[h] *in c. placuit, de pæ. diſt. 6. n. 25.*

[i] *c. nuper, c. cùm voluntate, in princ. & § 1. de ſent. excom.*

[k] *relato à gloſſ. ca. cùm deſideras, de ſent. excom.*

nendo, quod animæ conducit, quàmuis admiſceat plæraque alia verba, vt commodiùs perſuadeat, [a] vel ad vtilitatem propriam temporalem, præſertim ſibi debitam, veluti exigendo ab eo debitum in iudicio, vel extra illud, [b] aut conſilium ſpirituale, pro ſe ſiue aliis, imò & temporale valde neceſſarium, quum non occurrit alius ſimilis, à quo petatur. Per *Lex*, vxor excõmunicati, quam lex coniugij ad excommunicandum ei obligat. Per *Humile*, filij quos ſecum habet, ſerui, famuli vrbani, & ruſticani, qui ante excommunicationem erant illi ſubiecti, ideóque tenentur inſeruire, [c] niſi eorum conſilio, fauore, & auxilio perſeueret in ſua contumacia. [d]

27 Dixi (*Ante*) nam qui poſt excommunicationem ſcientes cœperunt ei conuiuere, non excuſantur. Et quanquam iuxta quandam gloſſ. [e] communiter recept. maritus, pater, dominus, & herus, non poſſint communicare vxori, filiis, mancipiis, & famulis excommunicatis: nobis tamen oppoſitum iure receptius videtur vt ſentit Adrian. [f] quos rectiùs ait excludi per verbum, *Vtile*, quàm per verbum, *Lex*: per illud enim, excluditur creditor, qui poteſt ſuum debitum petere à debitore excommunicato, omnes autem iſtæ perſonæ ſubiectæ, ſunt debitores mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, vel ſtipendium. Per verbum, *res ignorata*: excipitur ignorans, [g] quando ignorantia eſt facti, ſecundùm omnes, imò & cùm eſt iuris dubij. [h] Nunc autem iuſta ignorantia cenſetur eius qui ignorat excommunicatum eſſe denunciatum. [i]

Licèt qui à fidedignis audiuit quempiam denunciatum, debeat illum euitare, [k] qui tamen dubitat, non tenetur vitare, præſertim, in præſentia aliorum: quia inferret illi iniuriam Maio. aſſertore [l] Per *neceſſe* demum, excipitur participans ob magnam neceſſitatem propriam, vel excommunicati: vt quia alter alterius eleemoſynâ indiget, quam ab aliis commodè accipere nequit. [m]

28 Participatio verò cum excommunicato maiore excommunicatione, non eſt communiter pluſquam venialis, etiam habita à non exceptis ſuperius, ſecun-

[a] *ea. reſponſo, & c. cùm volũtate, de ſent. excom.*
[b] *c. intelleximus, de iudic.*
[c] *cap. quoniam multos, 11. q. 3.*
[d] *d. c. quoniam, c. inter alia, & c. ſi verè, de ſent. excom.*
[e] *d. c. quoniam.*
[f] *in 4. de clauib. q. 3. col. 3.*
[g] *d. c. quoniam.*
[h] *per not. in ca. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. & §. notandum, 1. q. 4.*
[i] *per extraua. ad euitanda, relatã infra, num. 35.*
[k] *arg. c. illud, de cler. excom min.*
[l] *in 4. diſt. 18. q. 2. col. 8.*
[m] *d. c. quoniam.*

dùm opinionem Oſtienſ. [a] & communem Ioannis Andreæ ac aliorum [b] & S. Thomæ, ac aliorum [c] quàm uis dubitet Panormitan. [d] & nonnulli teneant oppoſitum.

29 Dixi( *Communiter* ) fallit enim in ſex participationibus. Prima, eſt participatio in ſacramentis, vel diuinis officiis. Secunda, nimis frequens. Tertia, in cõtemptum clauium. Quarta, contra ſpeciale præceptum iudicis. Quinta, cum excommunicato à Papa, cum participibus. Sexta, in peccato mortali.

30 Quarum ratio ſpecialitatis eſt, quòd quælibet illarum, eſt principaliter prohibita, vel coniuncta cum alia malitia mortali. Prima enim eſt mortalis, quia communio ſacramentorum, & diuinorum officiorum, eſt illi principaliter vetita, Secunda verò eſt mortalis, quia intelligitur de frequentia quæ habet coniunctam malitiam mortalem animandi ad delinquendum. [e]

31 Tertia, quia habet coniunctam malitiam mortalem inobedientiæ. [f] Quis autem dicatur contemnere, dictum eſt ſupra. [g] Quarta quia eſt duplex inobedientia iuris, & iudicis [h] quod limitatur infra. [i] Quinta, ea ratione, qua quarta: qualem tamen excommunicationem ſolus Papa poteſt ferre, per infra [k] dicenda. Sexta, quia miſeretur ei malitia mortalis ipſius peccati.

32 Quicquid porrò dicant Roſel. [l] Silu. [m] & priùs Anchar [n] Pan. [o] & Ioan. Tabien. [p] multum refert, an quis participet cum excommunicato in delicto habente annexam excommunicationem, antequam eam incurrat, an eâ incurſâ: nam qui communicat ante incurſam, vel cùm incurritur: non incurrit eam: communicans verò poſtea, ſecus: modò concurrant ea, de quibus infra. [q] Non obſtat, quòd non raro conſulens, mandans, iubẽs, & iuuans fieri quippiam, cui eſt annexa excommunicatio, excommunicantur: non enim excõmunicantur ratione prædictæ participationis: at quia lex non ſolùm excommunicat facientes, ſed etiam conſulentem, mandantem, &c. cuiuſmodi eſt lex excommunicans percutientem Cardinalem. Quod autem lex excommunicans ſimpliciter facientem, regulariter non comprehendat conſulentem, nec mandantem, probatur infra.

[a] *in ſum. de ſent. excom. §. fin.*
[b] *in c. ſacris, de his quæ vi.*
[c] *in 4. diſt. 18.*
[d] *in d. c. ſacris.*
[e] *contra l. conueniri, ff. de pact. dotal. & cap. ex parte, de conſuet.*
[f] *contra c. 13. ad Rom. & c. ſolitæ, de Maior.*
[g] *c. 23. n. 42.*
[h] *c. 2. de Maior.*
[i] *n. 36.*
[k] *d. n. 36.*
[l] *verbo excom. 1. caſ. 43 § fin.*
[m] *eo. verbo, dub. 1. & 3. & excom. 9. caſ. 41.*
[n] *in c. nuper de ſent. excom. n. 7.*
[o] *ibid. n. 8.*
[p] *verb. excom. 5. caſ. 1. §. 37. & 38.*
[q] *n. 112. per ca. nuper, & cap. ſi concubinæ, de ſent. excom. quorum verus intellectus eſt hic. num. 51.*

33 At verò, excommunicato ingrediente eccleſiam vt oret, debent exire qui ſunt in ea, vel rogatu, aut vi eum cogere egredi, alioqui, ceſſare ab officiis diuinis, etiam miſſæ cœptæ, ſi nondum inceptus eſt canon. *Te igitur, &c.* ſi namque cœptus foret, perficienda eſſet, ad finem vſque, cum vno tantum miniſtro, ſumendo etiam ſacramentum. [a] Non tamen exire tenentur, quòd excommunicatus tranſeat per eccleſiam, aut non orando maneat in ea ob alia negotia, [b] neque etiam, quòd flectat genua, & pronuntiet aliquam orationem priuatim.

34 Cæterùm textus, declarantes quando excommunicatus occultus debeat euitari occultè, & quando non; procedunt ſecundùm tempus antiquum, non præſens, quo ſeruari debet extrauagans *Ad euitanda*,[c] Martini V. cuius tenor eſt hic.

35 *Ad euitanda multa ſcandala, & multa pericula, & ſubueniendum conſcientiis timoratis, conſtituimus, vt nemo poſthac teneatur abſtinere, & ſeparare ſe, neque euitare communicationem alicuius in adminiſtrando, aut recipiendo ſacramenta, aut in aliis diuinis officiis, aut extra illa ratione alicuius ſententiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, aut ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ: neque ſeruare interdictum eccleſiaſticum, ſi illa talis ſententia, prohibitio, ſuſpenſio, aut cenſura, non fuerit promulgata, & denunciata ſpecialiter, & expreſſè à Iudice, contra certam aliquam perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam, aut locum certum, aut certam, neque manifeſtò conſtet incurriſſe in ſententiam excommunicationis, quod nullo modo poteſt occultari, aut per aliquod remedium iuris excuſari: qui à communione huius, vult quòd ſe ſeparent iuxta canonicas conſtitutiones. Per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare ſic excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, aut prohibitos.*

Quæ quidem extrauagans licèt in verbo *generaliter*, videatur ſignificare eam nihil prodeſſe quo ad excommunicatum ſpecialiter: contra tamen tenet gl. *in d. ſtatutis Gallicanis*, quam ſequimur. Tum, ob authoritatem eius. Tum, ob verbum, *Specialiter*, in ſecunda parte poſitum. Tum, per adducta in d. § *laboret*. Tum, quia vſus Vrbis, & orbis habet, non vitare excommunicatos ſpecialiter

[a] *iuxta Oſti. in ſum. de ſent. exc. §. & quæ ſit pœna, verſ. ſed nunquid, iuxta cle. grauis, iuncta glo. recep de ſent. excom. & Inno. in d. c. nuper* S. *Th. & commu. in* 4. *diſt.* 18.

[b] *per dicta eod. c. n.* 20.

[c] *relata malè à* F*el. in c.* R*odulphus, de reſcrip.* & *à* S. *Anto.* 3. *part. tit.* 24. *ca.* 3. & *bene a nobis in c.* 1. § *laboret, de pœ diſt.* 6. & *in ſtatutis* E*ccleſiæ* G*allicanæ, in tit. de excom. non vitand.* & *renouata à* C*ôc.* L*atera. ſub* L*eone* X. *ſeſſ.* 11. & *in concordatis inter eum, &* F*ranciſcum* I.

tialiter ob contumaciam non comparendi, vel non parendi, antequam declarentur, & denũcientur. Cæterùm, hęc extrauagans, nihil prodeſt excommunicato, & ſic perinde tenetur nunc, atque antea euitare alios, quàmuis ſit occultus.

Nil etiam prodeſt, quò ad excommunicatos manifeſtos, qui nullo modo poſſunt occultari. Quod conſequi videtur, peccare omnes catholicos Galliæ, & Germaniæ, qui Lutheranis manifeſtis, imò & palam confitentibus ſe tales, communicant. Tum, quia ſunt manifeſti excommunicati ob hæreſim notoriam, per bullã Cœnæ, de qua infra. Tum, quia non videtur prodeſſe, aſſerere, finem reſtringendum eſſe ad excommunicatum ob percuſſionem clerici, notoriè iniuſtam, vt habet tenor relatus à Feli. Antonin. & à nonnullis aliis, quia vel illa reſtrictio non fuit poſita, vel poſtea fuit ſublata in d. Concil. Lateranen. & dictis concordatis: ſed quia durum eſt damnare gẽtem, in qua ſunt tot viri eruditiſſimi, & academię celeberrimæ, præſertim Pariſienſis, Toloſana, & Louanienſis, probabiliter dici poteſt dictam extrauagantem eſſe vſu receptam, cum ſola illa limitatione de excommunicatione manifeſta percuſſionis clerici, iuxta tenorem antiquæ: vel multitudinem hæreticorum, & neceſſitatem communicandi ac negotiandi, reddere licitum, quod ſecus tale non foret.[a]

36 Inſuper, ſemel excommunicatus, & denunciatus, ſemper vitari debet, donec conſtet de eius abſolutione:[b] niſi perſona ſit eiuſmodi, cui affirmanti ſe abſolutã eſſe, probabiliter debeat credi.[c] Qui verò metu mortis alloquitur excõmunicatum, non peccat, nec vllam excommunicationem incurrit:[d] etiamſi colloqueretur, & participaret in diuinis officiis,[e] modò non participet peccato mortali, neque cum negatione, ſaltem tacita, fidei catholicæ, quæ reſultaret excomumnicatione in contemptum, ac vilipenſionem excommunicationis: oportet enim potius mortem oppetere, quàm ſic communicare: cùm magis teneatur defendere articulum fidei de authoritate, & poteſtate eccleſiæ ferendi excommunicationem, & illius valorem, quàm vitam corporalem,[f] hácque ratione limitandum eſt,

a *iuxta reg. quod non eſt licitum, de reg. iur.*

b *per glo. celebrẽ cap. propoſuit, de cler. exc. miniſt.*

c *Ang. verbo excom. 8. §. 16.*

d *iuxta Inno. in c. ſi verè, de ſent. excom. & Maio. in 4. diſt. 18. q. 4. col 2.*

e *iuxta Silueſt. verbo excommunicatio, 5. q. 4.*

f *ca. presbyteros, 50. diſt. & cap. ita ne, 22. q. 5*

*d.c.ſacris, de his quæ vi*, vt dixi *in c.ſicut, de conſ. diſt.* 1. & ſen-ſerunt Mai. & Silu.[a]

Atqui, illud S. Thom.[b] eſſe nimirum peccatum mortale, orare pro excommunicato, intelligendum eſt primò, de oratione publica, quæ nomine eccleſiæ fit, non de priuata: nam ipſemet,[c] aſſerit licitum eſſe orare pro excommunicato, & pro quouis infideli, oratione priuatâ. Secundò, vt dixi,[d] non procedit in excommunicato nulliter, ſeu inualidè: neque in excommunicato validè, ſed ex iniuſta cauſa: neque in excommunicato iuſtè, quem credimus verè pœnitere: modò non fiat expreſsè publicè eius nomine, iuxta mentem Oſtienſ.[e] Imò[f] omnibus qui ante nos ſcripſerunt addimus, poſſe quem celebrare miſſam, orando in ea, & applicando eius valorem quibus eccleſia mandat applicari eo fine, vt illud ſuum opus orandi, & applicandi ad quem, & pro quo debet, accipiat Deus pro oratione priuata, vt infidelis quiſpiam, vel excommunicatus conuertatur, aliud enim eſt applicare preces miſſæ, eiúſque valorem alicui, aliud applicare illud opus orandi, & applicandi.[g]

Adhæc, pro excommunicato non denunciato, aut notorio, poteſt orari publicè, per prædictam extrauag. quæ poſt S. Thom lata fuit, per quam nunc non negatur ſepultura iis, qui excommunicati moriuntur: niſi ſint denunciati.

Minorem verò excommunicationem incurrit, qui, vt miniſter eccleſiæ, aut nomine eius, orat pro excommunicato denunciato: ex dictis namque S. Tho.[h] colligitur, nō ſolùm eſſe vetitum, orare cum excommunicato, vt prædictum eſt, ſed etiam orare pro eo oratione publica, eccleſiæ nomine facta.

Participantes autem cum excommunicato, contra præceptum iuris,* & iudicis, non ſolùm peccant mortaliter, vt dictum eſt ſupra[i] ſed etiam incurrunt excommunicationem maiorem: niſi quum excommunicans dat literas contra participantes cum excommunicatis à ſe, citra monitionem, de qua ſupra[k] quia excommunicatio ſic lata, eſt nulla, vt ibi dictum eſt. Illud porro vulgatum cuius ſuperiùs meminimus, putà, peccare mortaliter, qui communicat cum excom-

[a] *vbi ſup.*
[b] *quodlib.* 11. *art.* 9.
[c] *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2 *art.* 1. *q.* 1.
[d] *in d.c. quando, not.* 19. *n.* 67. *& ſeq.*
[e] *in c. cum voluntate, de ſent. excom.*
[f] *ibidem.*
[g] *vt ibidem copioſiùs nu.* 70. *declaratur.*
[h] *art.* 9. *& in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art... q.* 1.
[i] *num.* 2.
[k] *num.* 4.

municato, in oratione, intelligendum eſt de oratione publica, quæ nomine eccleſiæ fit, quod genus ſunt miſſæ, horæ canonicæ quas decantant, vel dicunt ſui miniſtri, nomine ipſius, qualis eſt conſecratio eccleſiæ, altaris, & virginum, benedictio ſolemnis epiſcopi, & aquæ benedictæ, officia inſuper defunctorum, & ſepulturarum, non autem de oratione priuata, cuiuſmodi eſt ſalutatio Angelica matutina, meridiana, & veſpertina, benedictio ſimplex menſæ, aliæque eius generis, quę non ſunt prohibitæ tempore interdicti, vt dicetur infra,[a] imò videtur neque venialiter peccari in aliquibus earum. Tum, quia S. Thom.[b] ait orantem pro excommunicato participare cum illo, oratione priuatâ, vel priuatim dictâ. Tum, quia S. Anton. & omnes fatentur, licere dicere excommunicato, cùm me ſalutat, aut mitto ad eum literas, *Deus te conuertat*, quæ eſt præſtans oratio, & præſtantior illa, *Deus nos conuertat*, quod tamen ei dicere poſſumus. Tum, quia poſſumus affari excommunicatum, ſuper eis, quæ ad eius animam pertinent.[c] Tum, quia licet legere cum excommunicato aliquam partem Euangelij, vel alicuius pſalmi: ſiquidem illud eius animæ conuenit, & conſequenter, dicere, *Miſerere nobis*, & *Leuaui oculos meos*, quæ ſunt orationes. Tum, quia poſſumus audire cum eo concionem,[d] in cuius initio omnes frontem cruce conſignamus, dicentes. *Per ſignum crucis, &c.* quæ eſt eximia oratio, & ſalutamus Virginem Deiparam, ſalutatione Angelicâ, quæ eſt oratio præcellens, in cuius fine omnes facimus preculas à concionatore iuſſas, dum abſoluit, ſiue precatur dicens, *Miſereatur veſtri, &c.* Actus demum excommunicati, etiam denunciati, & iis agendis peccantis, etiam mortaliter, regulariter valent, vt alterius non excommunicati. Tum, quia excommunicatione non deſinit eſſe verus homo, imò, nec liber, nec perdit poteſtatem naturalem: & proinde, poteſt regulariter contrahere, vt quilibet alius, & facere quæcunque iure naturali, gentium & ciuili nituntur,[e] & conſequenter, teſtari ſecundùm communem, quam ſequitur Franc.[f] quod præſertim procedit in actibus, quos lex humana non poteſt annullare, cuiuſcemodi ſunt ſacramentales.

[a] *num.* 177.

[b] *in di. art.* 9.

[c] *ca. cum voluntate, de ſent. excom.*

[d] *ca. reſponſo, de ſent. excom.*

[e] *arg. ca. ius naturale, & ca. ius gentium, 1. diſt. & l. 1. §. ius naturale, & l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.*

[f] *in rubr. de teſt. contra gloſ. in c. decernimus, de ſent. excō. lib 6,*

Nam baptiſma, confirmatio, & ordo, collata excommunicato, vel ab excommunicato, valent, ſecundùm omnes, imò & matrimonium.[a] Exceptionem tamē patitur regulariter in actibus pertinentibus ad poteſtatē, & iuriſdictionem eccleſiaſticam humanam, quâ illi annullari poſſunt: quod genus ſunt, ab beneficia pręſentatio, electio, poſtulatio, confirmatio, inſtitutio, collatio, prouiſio, & nominatio.[b]

[a] *c. ſignificauit, de ea qui dux. in matr.*

[b] *c. ſi celebrat, circa. poſtulaſti, de cler. exc. min.*

## De abſolutione excommunicationis, & à quo ferri poſſit.

### Summæ.

37 *Excommunicatio, & abſolutio conueniunt & differunt, n. 38.*

38 *Excommunicatio ſine cauſa parum nocet, abſolutio multum prodeſt: an falſa vtramque annihilet.*

39 *Excommunicatione à minore, & maiore lata à iure, vel ab homine hic abſoluit. nu. 40. etiam ſola tonſura initiatus, & 3. ſeq.*

44 *Abſolutio excommunicationis à quo delegatur. nu. 45.*

46 *Abſolutus ob impedimentum, vel à Papa, cum onere preſentandi ſe faciat hoc.*

47 *Excommunicationis abſolutionem hæc ſatiſfactio, vel cautionis præſtatio præcedat. n. 48.*

37 Abſolutio porrò, & excommunicatio conueniunt in multis. Tùm, quia neutra requirit certa verba loco formæ ſubſtantialis, vt ſupra dictum eſt.[c] Tum, quia neutra valet quicquam, non ſeruatâ formâ aliâ quàm iuris, quâ data eſt poteſtas excommunicandi, vel abſoluendi, antea non habenti.[d] Itáque, licèt abſolutio facta ab habente poteſtatem iure ordinario, nō ſeruatâ formâ iuris, valeat, etiam ante ſatiſfactionem: nihil tamen valet facta à delegato, non ſeruatâ formâ abſoluendi ſibi data in delegatione[e] Et proinde, abſolutio facta extra mortis articulum, ab eo, cui per bullas, vel alia priuilegia fit facultas abſoluendi in eo, non valet: neque facta ante ſatiſfactionem ab eo, cui facta eſt

[c] *n. 9 & 12.*

[d] *cap. Piſanis, de reſti. ſpol. & quæ ibi Anto. not. 7. ac Deci. poſt alios, in l. tranſactionis, not. 1. C. de tranſact. tradunt.*

[e] *arg. gl. ſubtilis, & ſing. cle. 1. de iur. pat. verb. inhibemus & eorũ quæ ad eius declarationem refert Feli. in c. ex parte, col. 4. de conſt.*

facultas abſoluendi poſt eã. Dixi (*Alia quàm iuris*) quia, vt pridem reſpondimus, abſolutio data virtute mandati Papæ, ad abſoluendum iuxta formam iuris, valet, quàmuis ea non ſeruetur, vt valeret facta citra illam ab ordinario, authoritate ordinariâ: non enim fuit mens Papæ iis verbis inducere nouam formam, ſed admonere commiſſarium, quod ſecundùm ius facere debet, vt in ſimili dixit Innocent.[a] Tum, quia vt excommunicatio valet regulariter, quàmuis ſit iniuſta, ita & abſolutio.[b]

38 Diſcrepant tamen in multis: nam excommunicatio iniuſta ex cauſa, nihil nocet quò ad forum conſcientiæ,[c] abſolutio verò iniuſta, prodeſt: nam confeſſarius poſſet abſoluere à ſuis peccatis abſolutum iniuſtè ab excommunicatione, abſoluto autem iniuſtè, proſunt ſuffragia generalia eccleſiæ, quę non prodeſſent nullatenus abſoluto, quæ noua, ac firma declaratio eſt. Tum, quia excommunicatio lata metu iuſto, valet, etiam quò ad forum conſcientiæ, ſubſiſtente iuſtâ causâ excõmunicandi,[d] abſolutio verò, non.[e] Tum, quia excõmunicatio lata ex falſa cauſa, valet, non abſolutio,[f] quàmuis Card.[g] exæquet eas, aſſerens, neutrã valere, ſi neutram eſſet daturus iudex, ſciens cauſam eſſe falſam: vtramque verò valere, ſi iudex eſſet animo concedendi vtrãque, etiamſi ſciret vtriuſque cauſam eſſe falſam: & quãquam magis dubitent de valore abſolutionis, quam excommunicationis: ego tamen contra exiſtimo non eſſe dubium de valore abſolutionis: etiam quantum ad forum conſcientiæ: quum illa non excedat facultatem humanam, neque contineat errorem intolerabilem: non enim pertinet niſi ad iuſtitiam partium, in eo, quòd poteſt malè, aut bene: adeóque dubito de valore excõmunicationis datæ ex falſa causâ, vt opiner illam non valere: quum videatur continere errorẽ intolerabilem, & exceſſum facultatis humanæ, eò quòd vult quempiam excommunicare ſiue peccauerit mortaliter, ſiue non, ex dictis ſupra,[h] per illud Pan. & Feli.[i] quòd nimirum excommunicatio lata à iudice contra citatum non comparentem, ob iuſtum impedimentũ, nihil valet: nõ enim intendit, vt dèbuit excõmunicare, ſi iuſtum haberet impedimentum, ſi verò intendit excõmunicare, ſiue

[a] *in c. ſi de præſumpt. quem ſequitur glo. ſing. & receptiſſima quæ magna eſt clem. 1. de offic. delegat.*

[b] *ca. venerabilibus, §. vbi, de ſent. excom. li. 6. qui eſt in hoc ſingularis.*

[c] *vt ſup. n. 3. dictum eſt.*

[d] *iuxta gl. ſing. in c. 1. de his quæ vi, ſecundũ Pan. in c. Abbas eod. tit. col. 4. & Ranen. ibidem. & alios.*

[e] *per text. ſing. in d. c. 1.*

[f] *iuxta gl. ca. ex parte, de off. ord. & in c. quod ſuper iis, de fid. inſtrum.*

[g] *in c, ab excommunicato, de reſcript. in d. ca. ex parte, & d. cap. quod ſuper iis, col. 5.*

[h] *eod. c. n. 4.*

[i] *in ca. 2. de teſt. cogend.*

iuſtè impeditus foret, ſiue non, implicaret errorem intolerabilem, qui annullat excommunicationem.[a]

39 Excommunicatum autem minore excommunicatione, poteſt abſoluere quilibet ſacerdos, qui poteſt abſoluere à peccatis.[b] Quàmuis non ſit eius parochus, ſi non niſi venialia habet.[c]

Inſuper, excommunicatum maiori excommunicatione a iure non reſeruata alteri, poteſt abſoluere proprius prælatus.[d] Per proprium autem prælatum intelligo Papam, epiſcopum & capitulum ſede vacante, ac alium quemuis prælatum exemptum eccleſiæ regularis, aut ſecularis, qui dicuntur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem,[e] necnon quiuis alius non exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori: quinetiam parochus, aut ſacerdos ſimplex, qui poteſt abſoluere à peccatis mortalibus, ſecundùm Inn. & Oſt.[f] quæ eſt communis opinio. S. Thom. Bonauen. & aliorum Theologorum,[g] ac etiam Summiſtarum, quos laté citat. Silu.[h] Quàmuis oppoſitũ teneat. Pan.[i] Iuxta quam communem pridem conſuluimus, limitando illam nouè, vt ei locus ſit ſolùm quãtum ad forum conſcientiæ, alteri verò quantum ad forum exterius: limitãdo item illam cum S. Tho. ita vt prædictus ſacerdos ſimplex nõ poſſit id facere ſua authoritate, ſed vt commiſſarius deputatus à Papa,[k] quódque prælatus proprius poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa iure, extra ſuũ epiſcopatum, & parochiam.[l] Dixi. *Non reſeruata.* is enim cui reſeruatur, debet eam dare, iuxta omnium calculum.

40 At verò excommunicatum ab homine, ipſe ſolus poteſt abſoluere, eiúſve ſucceſſor, ſuperior, aut delegatus,[m] niſi quòd delegatus Papæ qui poteſt excommunicare intra vnum annum poſt ſentẽtiam diffinitiuam, eo tranſacto, non poteſt abſoluere. *c. quærẽtis, de offi. deleg.* quod eſt ſing. ſecundùm Panor. ibidem cum communi: idem aſſerentem de quolibet alio delegato habente facultatem exequendi ſuam ſententiam. Incendiarius denique excommunicatus ab epiſcopo, non poteſt abſolui ab eo, denunciatione factâ.[n]

Et excommunicans, qui poſt excommunicatur excommunicatione maiori, & denunciatur, non poteſt

[a] *c. per tuas de ſent. excom. c. venerabilibus, §. fin. eod. tit. lib 6.*
[b] *c. Nuper, de ſent. excom.*
[c] *vt ſup diximus c. 4. n. 1. & c. Placuit, de pœni diſt. 6. n. 25. & ſeq.*
[d] *d. c. Nuper.*
[e] *ſecundum gloſ. Clem. 1. de reb. eccleſ. non alien.*
[f] *in d. c. Nuper.*
[g] *in 4. diſt. 18.*
[h] *verbo Excommunicatio 1. not. 2.*
[i] *in d. c. Nuper. per gloſſ. ſing. c. ſi epiſcopus, de pœnit. & remiſſ. lib 6. quæ non dicit quod ille.*
[k] *d. c. Nuper, §. fin.*
[l] *iuxta Fede. cõſ. 16. & Pan. in c. Grane, col. 3. de præb. communiter recept.*
[m] *c. Paſtoralis, § Præterea, de offi. deleg.*
[n] *c. Tua de ſent. excom. quod eſt fin. ſecundùm Card. ibid.*

abſoluere.[a] licèt poſſit, ſi ſolùm ſit excommunicatus à minore:[b] & niſi excommunicatio ſit pronunciata ab inferiore, & confirmata à Papa ex certa ſcientia. Nam ab ea non poteſt abſoluere, qui eam tulit.[c]

41 Porrò ſi qui excõmunicauit non eſt ſacerdos, non poteſt abſoluere in foro conſcientiæ: licèt ſecus in exteriori, ſecundùm nonnullos, quos Sil. ſequutus eſt,[d] quod reſtringendum eſt ad abſolutionem cõiunctam peccatorum abſolutioni, nam ab excommunicatione ſola, poteſt abſoluere etiam quò ad cõſcientiæ forum, ſolâ primâ tonſurâ initiatus, vt affirmat S. Tho.[e] receptus à S. Ant.[f] & quamuis nemo id aſſereret, affirmandũ tamen foret ob multa, quæ in id adduci poſſent: commodius tamen videtur committere presbytero ſecundùm Mai. recep. Cui refragatur, quòd multi omittunt quærere abſolutionem à ſuis parochis, putantes commiſſiones illas iudicũ eſſe abſolutiones. pauci verò, qui poſſint probare ſuam abſolutionem factam per hanc commiſſionem, à parocho: ille namque abſoluit ſecretò ſine notario & teſtibus.

42 Per quæ opinamur vtilius fore, vt iudex, ſi ei vacaret, abſolueret, darétque literas abſolutorias: cùm verò de more committit, excommunicatus debet dare operam, vt coram notario, & teſtibus abſoluatur à parocho, vt cùm res tulerit, poſſit probare abſolutionem: ſemel enim excommunicatus, ſemper præſumitur talis.[g]

43 Quanquam aliquando auſi fuimus affirmare, quòd qui oſtenderet commiſſionem, vt abſolueretur, dicerétque ſe abſolutum, à ſuo parocho, præſumeretur abſolutus adhibito ſolo teſtimonio parochi, imò & ſine eo, ſaltem ſi vitæ inculpatæ timoratæque conſciẽtiæ habetur, ingrediebatúrque & admittebatur ad diuina officia, habita ratione conſuetudinis receptæ abſoluendi abſque notario & teſtibus, quod etiam verũ videtur: facítque ad intelligentiam clauſulæ cuiuſdam nouæ magni momenti, additæ à S. D. N. Greg. XIII. in Bulla Iobelei dati anno 1572. ſub finẽ ibi. *Declaramus.*

44 Cæterùm, executor mandati Papæ, quo iubetur excommunicare quempiam citra cognitionem cauſæ, non poteſt abſoluere, poſtquam excommunicauit.

a *c. Audiuimus. 24. q. 1.*
b *c. Duobus, de ſent. excom.*
c *iuxta Io. And. recep. in c. ex frequentibus, de inſtit.*
d *verbo Abſolutio. 1. not. 4.*
e *in 4. diſt. 18.*
f *3. part. tit. 24. c. 77. & Ioa. Tabien. verbo Abſolutio ab excõmunicatione.*
g *iuxta gloſſ. ſolẽ. c. Propoſuiſti, de cler. excõmun.*

Qui autem poteſt abſoluere ab excõmunicatione lata à iure, poteſt etiam abſoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine, iuxta deciſionem ſingularem Ioannis de Imola,[a] relatam per Fel.[b] dicentem, nunquam ſe alibi legiſſe: quanquã idem ante Io. Imol. aſſeruerint Ioan. And. & Card.[c] & reſumpſerint in *c. ex frequentibus, de inſtit.* per illum textum, quod alibi[d] defendimus.

45 At verò, qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione virtute iuriſdictionis delegatæ à Principe, aut cõceſſæ in priuigelium perpetuum ratione dignitatis, vel officij, aut virtute alterius ordinariæ poteſtatis, poſſunt committere alijs, iuxta glo. receptam *in c. fin. de offic. ord.* quæ conciliat illud, cum *c. fina* § *fin. de offic. deleg.* dicens, illud procedere in iis, quibus ſolùm ſimplex miniſterium abſolutionis, citra aliam iuriſdictionem conceditur. Quibus addimus, ſimplex miniſterium abſoluendi, poſſe delegari etiam à delegato ordinarij, & à ſubdelegato delegati Papæ: quàmuis nequeant delegare ſuas iuriſdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam vllum articulum iuriſdictionalem.[e]

46 Excommunicati denique à iure vel homine, qui ob grauem morbum, aliúdve iuſtum impedimentum curant ſe abſolui ab eo, qui ſine illo non poterat, debét ſe præſentare ceſſante impedimento, quamprimùm commodè poſſunt, ei qui eos iure poterat abſoluere: alioquin recidunt in eandem excommunicationem.[f] Quod ipſum, producendum in iis, quos abſoluunt Legati Sed. Apoſtolicæ, cum onere ſiſtendi ſe ſuis ordinariis, aliiſve quibuſlibet quò ſuſcipiant pœnitentiam, aut ſatisfaciant ei, quem iniuriâ affecerunt: non tamen tenentur regulariter ſe ſiſtere perſonaliter, at ſat eſt mittere procuratores ad id idoneos, ſecundùm Caietanũ,[g] aſſerentem abſolutum eſſe iudicem, quò ad forum cõſcientiæ quò determinetur tempus intra quod commodè potuit ſeſe ſiſtere.

47 Omnia demum iura iubentia ſatisfacere ante abſolutionem in articulo mortis, intelligenda ſunt, ſi excommunicatus poteſt ſatisfacere: ſi verò non poteſt, ſufficit cautionem dare, iuxta gloſſ. quandam.[h] Card.[i] & Felin.[k] quàmuis Imol. oppoſitum aſtruat.[l]

[a] *in c. Graue, de præb. col. 4.*
[b] *in c. Paſtoralis, §. Preterea, de offi. ordin.*
[c] *in d. c. Graue.*
[d] *in fin. d. c. Graue.*
[e] *per c. ſuper quæſtionum §. quem verò & ſequent: & ea quæ notat ibi Felin. n. 4. & 19. de offic. deleg.*
[f] *c. Eos, de ſent. excom. lib. 6.*
[g] *in ſum. verbo excõmunicatio, c. 69.*
[h] *quæ eſt pen. Cle. 1. §. verũ, de hæret.*
[i] *ibidem, qu. 4.*
[k] *c. Paſtoralis, §. Præterea, col. 3. de offic. ordin. & in c. Cùm contingit, de off. deleg col. 1.*
[l] *ſuper d. gloſſ.*

48 Noſtro verò iudicio cautio debet eſſe ſufficiens, id eſt, cum pignore, vel fideiuſſore, ſi eam poteſt præſtare, ſin minus, det quam poteſt, ſaltem iuratoriam, [a] ad impoſſibile ſiquidem nemo arctatur. [b] Quinimo, opinamur valentem ſatisfacere ante mortem, ſed non cómodè, id eſt, non niſi notabiliter viliùs vendendo bona ſua, ſi differri poſſit citra nõ leue damnum alienum, ad alium, ad aliud nõ aſtringi, quàm ad cautionem ſufficientem, quòd ſatisfaciet primò quoque tempore. [c] Et quidem, Sotus [d] aſſerit non ſufficere inopiã ad hoc, vt delegatus præuiâ ſatisfactione abſoluat.

*a per eaſdem rationes Card. in d. Clem. & Felin. in §. Præterea.*
*b l. Impoſsibiliũ, ff de reg. iur.*
*c per dicta c. 17. n. 56. & 57.*
*d in 4. ſent. diſt. 22. q. 2. ar. 3. co. 2*

# De excommunicationibus à iure latis, & primum de reſeruatis Papæ per Bullam Cœnæ, & alia iura.

Summæ.

42 *Excommunicationes iuris antiqui paucæ, noui multæ nouiſsimi, quàm plurimæ, nu. 50.*

51 *Excommunicatio vt interpretanda: & lata in facientem, non includit regulariter conſentientem.*

51 *Conſilium quis dicitur dare, & quod nocet danti.*

52 *Bulla Cœnæ Domini quæ, & iterata non multiplicat cenſuras, numer. 53. 54. & 55.*

55 *Excommunicatio prima bullæ Cœnæ in hæreticos, n. 55. & 56. Secunda, in ſchiſmaticos n. 57. Tertia, in appellantes ad futurũ Conc. n. 58. Quarta, in Piratas, n. 59 Quinta, in accipiẽtes naufragorũ bona, n. 60. Sexta, in imponentes noua pedagia, n. 61. Septima, in falſarios. n. 62. Octaua, in deferentes arma Turcis. n. 63. Nona, in impedientes neceſſaria Romam adducentes. n. 64. Decima, in malè tractantes Romipetas. n. 65. Vndecima, in vſurpantes ſibi iuriſdictionem in vrbe n. 66. Duodecima, in iniurios Cardinalibus. num. 67. Decima tertia, in impedientes curſum cauſarum Curiæ. nu. 68. Decima quarta, in vſurpantes fructus &c. n. 69. Decima quinta, in laicos cognoſcentes de criminibus clericorum, num. 69. Decima ſexta, in impedientes iudices eccleſiaſticos. numer. 69. Decima ſeptima, in occupantes bona Sed. Apoſtolicæ, n. 69.*

*Decima octaua, in imponentes decimas, tallias & alia onera, eccleſiaſticis. nu. 70. Decima nona. in iudices laicos, bannientes, capientes & iudicantes eccleſiaſticos, &c. nu. 71. Vigeſima, in inuadentes vrbem, &c. nu. 72. Vigeſima prima, in ſupellectilem Palatij Apoſtolici diripientes, &c. n. 72. & in malè abſoluentes à cenſuris bullæ: quæ tamen non eſt reſeruata. n 73. & 74.*

56 *Hæreticis credentes, fautores, & receptores, qui.*

57 *Schiſma quid, quo differt ab hæreſi.*

61 *Augmentum & auctum exæquantur.*

61 *Pedagia noua quis poteſt imponere, vel augere.*

62 *Literæ Apoſtolicæ an dicatur ſignatura: & aliud falſare, aliud falſis vti.*

63 *Arma bellica quæ, & ſunt offenſiua & defenſiua.*

65 *Roma, & Sedes Apoſtolica, vel eius Curia diuerſa.*

72 *Eccleſiæ Rom. iura, & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi.*

72 *Abſolutio cenſuræ bullæ Papæ reſeruata non continetur etiam in ſua generali.*

72 *Priuilegium remuneratorium per contractum iuſta de cauſa tollitur.*

74 *Abſolutio malè abſoluentis à cenſura bullæ; cur non reſeruata.*

49 Gloſſa magiſtra. *cle. 1. de ſent. excom.* colligit 50. excommunicationes latas ipſo facto, per ſolas *clementinas*, alia verò priùs *in c. eos, de ſent. excom. lib. 6.* 32. latas per ſolos textus *Sexti*, & priùs congeſſit Oſt. [a] 33. quas ſolas induxerunt omnia iura *Decreti*, & *Decretalium*, ad eius vſque tempora, cum vna *cap. 1. de homic. lib. 6.*

[a] *in ſum. de ſent. exc. §. 3. in prin.*

50 Ex quo facilè intelligas, quàm parci fuerint vetuſti patres in excommunicando, & quàm profuſi recentiores: quum ad annum vſque 1298. quo promulgatus fuit *Sextus Decretaliũ*, vix inuenirentur 33. caſus, qui in pauciores, quàm 26. redigi poſſunt. Per ſolum autem *Sextum* inducti fuerunt 32. & per ſolas *Clement.* 50. Poſtea, per bullas Cœnæ, per *Extrauagantes* impreſſas, & non impreſſas, per conſtitutiones ſynodales, & prouinciales, per viſitationes, & reſeruationes, ſecularium, ac religioſorum penè innumeræ.

Quoniam verò, alij alium ordinem ſeruarũt in caſibus recenſendis, eum ſequemur quem Angel. à Clauaſ.

ſeruauit[a] cui bona ex parte conſonat. Silueſt. conſtituens primò reſeruatas Papæ, ſecundò reſeruatas epiſcopo, tertiò, nulli. Quò verò quis faciliùs quam volet inueniat, imprimis ponentur antiquiores, prætérquam quòd inter reſeruatas Papæ per bullam Cœnæ primum (quia magis reſeruatæ) ſibi locum vendicabũt.

51 Cæterùm, ad iudicandum an quis ſit excommunicatus à iure vel ab homine, necne perpendenda ſunt ſedulò verba, quibus ius, vel iudex vtitur, & perſonæ, cõtra quas irrogantur: opera denique, ob quæ excommunicatio fertur, non enim vltra illa extenditur. Vnde lex excõmmunicans quippiam facientem, non comprehẽdit regulariter conſentientem, etiam mandando, conſulendo, fauendo, vel auxiliando, antequam fiat, niſi ex eius aliarúmve legum ſerie id expreſſè aut tacitè colligatur[b] Tum, quia ſecundùm omnes, excommunicatio non debet extendi de vno caſu ad alium,[c] quoniã pœnæ ſunt reſtringendæ.[d] Supra memorati autem nõ ſunt proprie, & verè facientes, nam mandatum, & conſilium præcedunt factum, nihílque præcedere poteſt id, quod verè ipſum eſt, hæc verò non rarò præcedunt menſe, & anno factum: imò & plærumque poſt vitam dantis ea, fiunt, interdum autem, eſt impoſſibile, vt per factũm accipientis ea, excommunicentur dantes illa, qui mortui antè, & fortè martyres, in cœlo iam ſunt beati. Tum, quia participans cum excommunicato ante commiſſum crimen, habens annexam excommunicationem, vel dum committitur, non incurrit eam,[e] conſtat autẽ omnes prędictos excõmunicare, in crimine ante crimẽ cõmiſſum, Tum, quia *c. Quod in dubijs, de ſent. excõ.* habet participantem cum excommunicato, eſſe excommunicandum, non excommunicatum, quod Ioan. relatus à glo. intellexit etiam de participãte in crimine, qui licèt meritò carpatur ibi à Pan. & cõmuni quoad participantẽ in crimine commiſſo, non tamẽ quoad participantẽ ante illud commiſſum: vti participant ij, quorũ meminimus. Tũ, quia *c. Felicis, de pœn. lib. 6. & cle. ſi quis ſuadente, eod. tit. & multa cc. bullæ Cœnæ. &l. ſi quis id quod ff. de iur, om. iudic* & alia plæraque, exprimunt conſulentes, mandantes, &c. quũ intendunt eos includere. Tum, quia *c. quicũque, de ſent. excomm. lib. 6.* probat excommunicationem

[a] *verbo excommunicatio, 5. 6. & 7.*

[b] *quod firmiter aſſeuerat Caiet. in ſum. verb. excommunicatio, c. 47. notab. 3. & Silueſt. ſibi contrarius in verb. excõicatio 10. dubio 4. & Ioã. Tabi. verb. excom. 5. caſ. 49. Bonif. cum communi in clem. 1. de conſang. quod & nos hic in Manu. Hiſpano tenuimus, & nunc tenemus.*

[c] *iuxta gloſſ. receptam in Clem. 1. de ſepul. & in Clem. 1. de conſang.*

[d] *l. pen. ff. de pœn. & c. pœnæ, de pœnit. diſt. 1.*

[e] *per reſolutionẽ ſup. nu. 32 poſtam.*

latam contra dantem licentiam malè faciendi, non extendi ad vtentem illa, niſi expreſſè id exprimatur, & *cle. 1. de canſang.* excommunicans contrahentes, non comprehendit conſulentes, mandantes, alitérve conſentiẽtes, neque lata per *cle. 1. de ſepult.* in ſepelientes excommunicatum, comprehendit conſulentes, iuuantes, & proſequentes funus ad ſepulturam, qui ſuis manibus non inferunt eum illi, ſecundùm gloſſ. ab omnibus ibi receptam. Tum, quia Bart. [a] communiter receptus, ſecundúm Iaſ. [b] ex profeſſo aſſerit, qui per alium facit, nõ verè, ſed fictè videri id facere, ni quando illud aliud eſt inſtrumentum motum ab eo, neceſſariò faciens, cuiuſmodi eſt baculus vel gladius: eliciens inde, mandantem non verè, ſed fictè facere quod mandatarius faciet, præſertim, quum mandatarius non obligetur ad id etiam ſuſcepto mandato: vt contingit in materia delictorum, de qua loquimur. Tum, quia *c. mulieres, de ſent. excom.* non habet quod Panorm. & nonnulli alij ei imponunt, putà, quòd mandans percuti clericum, verè percutit illum: ſed quòd verè committit, cui ſupplendum eſt, *in legem*, id eſt, verè delinquit: cùm mandare illud, ſit verum delictum, vt reſpondit Bart. [c] quem ſequuntur [d] Rom. & Iaſon, ac proinde, noſtra ratione defendi poteſt, verè & propriè eadem eſſe mandare, quippiam fieri, & factum vi mandati: quàmuis perſæpe fictè reputentur idem, ſicut hæres, & defunctus, pater & filius, Epiſcopus & Vicarius, &c. Itaque, Iaſon [e] immeritò recedit à Bart. cui dixit communem adſtipulari. Dixi, *niſi ex eius ſerie expreſſè, &c.* ob *d. l. ſi quis id quod*, & prædicta cc. *Felicis*, & *ſi quis ſuadente*, ac plæraque bullæ Cœnæ, & alia, quę pœnam impoſitam facienti, expreſſè producunt ad mandantem, ſignificando tacitè alioqui non extenſum iri: non quidem quòd mandare, ſit facere, ſed quia legiſlatori placuit vtrumque ad pœnam ibi ſtatutam exæquare. Dixi, *Vel ex ſerie aliarum*, vt ex aliis iuribus, & conſuetudine eccleſiæ cap. *ſi quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. loquẽs de iniiciẽte manus in clericum, extenditur ad mãdantem, conſulentem, & iuuantem, d. c. *mulieres, &c. quantæ, de ſent. excom. & cap. ſicut dignum, de hom.* Dixi, *Tacitè*, propter cap. *ſignificauit, de Iudæ.* quod habet mittentem arma Saracenis, non ſecus eſſe excommunicatum,

[a] *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap. à num* 50. *& melius in l. ſed ſi vnius*, §. 1. *ff. de iniur.*

[b] *in d. l. ſi is qui col.* 72.

[c] *in d.* § 1.

[d] *vbi ſup.*

[e] *vbi ſup.*

ac deferentem, per canonem latum contra facientem non quidem, quòd idem ſit deferre per ſe, & mittere per alium, ſed, quia lex pœnalis, extenditur de vno caſu, ad alium, quum alioqui eſſet fruſtratoria, vel quaſi, *c. ſi ciuitas, de ſent. excom.* quod habet, interdictum ciuitatis, extendi ad ſuburbia, ne fiat eluſorium, & gloſſ. *cap. 1. de vſur. lib. 6.* quæ cap. illud loquens de teſtamento, profert ad codicillum, ne ſit fruſtratorium. Quibus adnoto, canonem ſe extendentem ad conſulentem, nõ comprehendere ita ſimpliciter conſulentem, conſilio adeo ſimplici vt ſine illo tam certo, & iniquo animo patratum fuiſſet delictum ac cum illo.[a] Idémque eadem ratione dicendum de mandato, iuſſu, & fauore, ſine quibus perinde omnino peccatum admiſſum fuiſſet, ac cum illo[b] Refert autẽ, an diſponẽs loquatur principaliter de faciente, & ſecundariò de mandante, aut conſulente, an primariè de omnibus, priori namque caſu, nõ incurrit excommunicationem conſulens, aut mandans, antequam fiat opus: Quò fit, vt mandans cuipiam, etiã centies, percutere clericum, non excommunicetur, donec percuſſio ſequatur, & nunquam, ſi ea nũquam eueniat.[c] In poſteriore verò ſecus: nam qui mandat interfici aliquem per Sicarios, eſt ſtatim, quàmuis non ſequatur mors, excommunicatus,[d] quia æquè principaliter excommunicat mandantem quã occidentem: & religioſus, qui concionatur animo abalienandi auditores à ſolutione decimarum, eſt excommunicatus: quàmuis auditores nõ abalienet,[e] Conſulere autem dicitur quicunque monet, perſuadet, aut precatur, vt illud faciat, ſecundùm Bart.[f] imò & qui inſtruit, aut proponit vtilitatem inde ſequuturam, ſecundùm Innoc.[g]

52 Bulla porrò, quæ noſtra ætate appellatur Cœnæ domini, eſt bulla continens proceſſum Papæ, quo die Iouis Sancta excommunicat varium genus peccantium: ſic dicta, quòd illa dies appelletur Cœnæ Domini, propter Cœnam illam ter maximam Domini noſtri, quam vltimam fecit Hieroſolymis cum diſcipulis ſuis.

53 De cuius antiquiſſima origine, & varia ſerie, quã variis temporibus ſub variis Pontificibus Max. vſque S.D.N. Greg. XIII. habuit, breuitati ſtudentes, nihil

[a] *per c. Felicis, §. illud de pœn. lib. 6. iuncta gloſſ. celebri, verbo. ſimplici, cui ſimilis gloſſa magna, d. Clem. ſi quis ſuadente.*

[b] *per dicta ſup. c. 17 à num 17.*

[c] *arg. not. in d. cap. mulieres, de ſent. excom.*

[d] *c. 1. de homicid. lib. 6.*

[e] *Clem. cupientes, §. 1. de pœn.*

[f] *in l. non ſolùm, § ſi mandato, ff. de iureiur.*

[g] *in c. ad audientiam, de homicid.*

ſcribimus: quia *gloſſ.* quædam [a] *ſolem* & eius autho. Ioan. Andr. [b] aſſerunt ter in anno ſolere Papam facere proceſſus generales contra certos delinquentes, ſcilicet, die Iouis Sancta Aſcenſionis, & Dedicationis Sanctorum Petri, & Pauli. Cardin tamen [c] quem Ioan. de Anan. [d] & nos ſequimur, [e] dixit, ſuo tempore ſolum duntaxat fieri, prædicta die Iouis Sancta, quam S. Ant. [f] expoſuit iuxta ſeriem bullę Martini V. cui multa addiderunt, & detraxerunt poſteriores Papæ vſque ad Iulium III ſecundùm cuius bullæ tenorem in Manuali Hiſpanico declarauimus.

54 At, quia ſucceſſores eius, & etiam S.D.N. Gregorius XIII. nonnulla mutarunt, eam ſecundùm tenorem bullæ ipſius, me audiente promulgatæ, primo ſui pontificatus anno, expoſui in editione prima huius Manualis latinate donati: nunc autem declarabo eam ſecundùm tenorem, quo eam tulit hoc anno eiuſdem ſui pontificatus vndecimo, clauſularum eius ordinem ſequutus.

Cæterùm, annua bullæ iteratio, non multiplicat cenſuras per eam latas, vt diximus. [g] Excommunicationes verò per alia iura latæ, ac in prædicta bulla repetitę, ſunt in effectu eædem, præterquàm quòd bulla hæc addit reſeruationem abſolutionis Sedi Apoſt. Prima excommunicatio bullæ Cœnę fertur per primam clauſulam eius, in hæc verba:

55 *Excommunicamus quoſcũque Huſitas, Vuicleuitas. Lutheranos, Zuinglianos Caluiniſtas, Hugonottos, Anabaptiſtas, Trinitorios, ac omnes & ſingulos alios hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuſcunque Sectæ exiſtãt, credentes, receptatores, & fautores. & generaliter quoſlibet defenſores, ac eorundem libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & ſedis Apoſt. ſcienter legentes, aut tenentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa publicè vel occultè, quouis ingenio, vel calore.*

Quid ſit hæreſis, & quid hæreticus definitur ſupra, [h] & quidem excommunicatio in hæreticos, videtur omnium antiquiſſima [i] non tamen erat reſeruata ante bullam vt diximus. [k]

Hæc autem excommunicatio, non comprehendit magos, qui alias non ſunt hæretici, [l] quos tamen

[a] *Clem. 1. de iudic. verb. ſolemniter.*
[b] *in c quod olim, de Iudæ.*
[c] *in d. c. quod olim.*
[d] *ibid.*
[e] *in c. ita quorundam, not. 6. num. 7. de Iudæ.*
[f] *3. part. tit. 2. c. 72.*
[g] *in d. c. ita quorundam, not. 2. à n. 37.*
[h] *c. 11. n. 17.*
[i] *arg. c. Achatius & c. audiuimus, 24. qu. 1.*
[k] *in d. c. ita quorundam, not. 11. n. 41.*
[l] *arg. eorum quæ habentur, 26. q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 1. & 2.*

comprehendebat bulla Pij V. quod eſt valde notan-
dum. At verbum, *Credentes*, omiſſum in bulla Pij V. fuit
expreſſum in hac, potiùs ob declarationem, quàm ob
neceſſitatem: nam etiam eo non expreſſo, fuiſſent in-
cluſi, quippe qui verè ſunt hæretici, [a] quòd quàmuis
non credant explicitè hæreſes, credunt tamen implici
tè, credendo pertinaciter verum eſſe quod alius hære-
ticus credit, neſcientes quid credat in ſpecie, Palud. aſ-
ſertore.[b]

Atqui, fautores, receptatores, & defenſores, ſolùm
dicuntur ad effectum incurrendi hanc cenſuram, qui
hæc faciunt eis eo nomine, quo ſunt hæretici, vt rectè
notauit Caiet.[c] Tum, quia iuri[d] conſonat. Tum, quia
tenetur quis hæretico extremè egenti ſubuenire.[e] Tũ,
quia poteſt quis, licèt non teneatur, eidem etiam non
extremè egenti ſubuenire, quatenus eſt homo.[f] Tum,
quia alioqui omnes ferè catholici etiam religioſi, Ger-
maniæ, Angliæ, Scotiæ, & bonæ partis Galliarum, inci-
derent in has cenſuras, quippe, quibus eſt cõmercium
cum hæreticis, quatenus ſunt homines, quod ſine fauo-
re, vel auxilio eis præſtando, haberi nequit. Tum, quia
nullo canone cõtrarium probatur: licèt multis probari
poſſit, eum præſumi fauere hæretico, qui ſciens eum
eſſe talem fauet ei, citra vllam circunſtantiam, quæ ex-
cuſare poſſet eũ, etiam in foro exteriori, à tali præſum-
ptione: cuiuſmodi pleræque occurrere poſſunt funda
tæ in timore, neceſſitate, cognatione, vtilitate, pace, mi-
litia, & bellis, in quibus videmus, & legimus Carolũ V.
ac Philippum II. omnium Regum, quos ſua ętate terra
coluit, & colit, Catholiciſſimos, fauore ac donis proſe-
quutos Duces, & milites Lutheranos Maieſt. ſuæ mili-
tantes. Quoad forum autem interius, in quo ſola veri-
tas inſpicitur,[g] facilè eſt diſcernere fauoré impẽſum a-
licui eo nomine, quo malus, & hæreticus eſt, ab impẽſo
eidem, eò quòd proximus, & à Chriſto redemptus ſit.[h]

56 At verò, Caieta.[i] oblitus fuit ponere quod alibi[k]
aſſeruit, & alij aliis locis, quod quodã loco[l] allegamus:
ſcilicet hæreticos, mentales tantũ non incurrere hanc
cenſurã, neq; aliam à iure humano latam, quales tamẽ
nõ ſunt qui hæreſim prompſerunt verbo, ſcripto, nutu,
vel ſigno verbis æquipollenti, licet nemine id vidente,

a *c. excommunicamus, §. vlt. de hæret.*

b *in 4. diſt. 13. q. 3. concl. 2.*

c *d. c. 1.*

d *l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de noxal.*

e *arg. cap. paſce, 16. diſt.*

f *arg. c. duo iſta nomina, 23. qu. 4. ibi (quia peccator eſt, corripe, quia homo, miſerere) & ibi (nulli homini claudẽda eſt miſericordia, ſicut nulli peccatori impunitas relaxanda eſt.)*

g *c. tua, de ſponſal.*

h *d. c. duo iſta.*

i *in præd. cap.*

k *2. 2. q. 2. art. 3. & 4. & in ſum. verb. hæreſis.*

l *in c. cogitationis pœnam nemo meretur, de pœnit. diſt. 1.*

vel audiente, id fecerint: ſufficit enim, ſua natura eſſe probabile, licèt contingat probari non poſſe vt includatur ſub poteſtate; & iuriſdictione humana, ac pœnis eius, quod multis confirmaui.[a] In foro verò interiori, non ſufficit hæreſis exterior ſine mentali.[b]

At qui habet vel legit libros Catholicorum, referentium dicta hæreticorum, etiam deſumpta ad verbũ ex libris eorum, non incurrit hanc excommunicationem: quia non ſunt libri hæreticorum, etiam ſi principaliter legeret illos, vt ſciat dicta, & rationes eorũ, ſicut non incideret audiendo eadem relata verbo per alium. Neque eadem ratione legens libros Catholicorũ, elucidatos annotationibus hæreticorum, licèt incidere poſſet, in cenſuram indicis librorum Pij IIII. Secundà excommunicatio profertur vnà cum prima cõtra ſchiſmaticos, in hæc verba.

57 *Necnon ſchiſmaticos, & eos, qui in animarum ſuarum periculum, ſe à noſtra & Rom. Pont pro tempore exiſtentis obedientia, pertinaciter ſubtrahere, ſeu quomodo libet recedere præſumunt.*

Ex qua collige hæreſim differre à ſchiſmate, & hæreticum à ſchiſmatico, & rectè quidem, vt iure[c] & ex S. Thom.[d] in hęc verba colligitur *Hæreſis & ſchiſma diſtinguitur ſecundùm ea, quibus vtrumque per ſe, & directè opponitur. Nam, hæreſis per ſe opponitur fidei, ſchiſma autem per ſe opponitur vnitati eccleſiaſticæ charitatis. Et ideo ſicut fides & charitas ſunt diuerſa virtutes, quàmuis quicunque caret fide, careat charitate, ita etiam ſchiſma, & hæreſis ſunt diuerſa vitia: quàmuis quicunque eſt hæreticus, ſit etiam ſchiſmaticus, ſed non conuertitur.* Cui conſonat illud Hieron.[e] *Inter ſchiſma, & hæreſim hoc intereſſe arbitror, quòd hæreſis peruerſum dogmà habet, ſchiſma ab eccleſia ſeparat.* Ex quibus colligas, ſchiſma generatim ſumptum eſſe peccatum, quo quis ſe ab vnitate debita ſeparat: ſpecialiter verò ſumptum, peccatum, quo quis ſe ſeparat ab vnitate eccleſię, nolendo ſubeſſe ei, vel mẽbris eius, quatenus ſunt eius: licèt credat non eſſe niſi vnam eccleſiam, vnúmque Vicarium ſupremum. Tertia, fertur in hæc verba.

58 *Anathematizamus omnes & ſingulas perſonas cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, & interdicimis vniuerſitates, collegia, & capitula, quocunque nomine nuncupentur,* ab

[a] *in d. c. cogitationis.*

[b] *per dicta in c. 2. nu. 24. & 25.*

[c] *ex. c. ſchiſma, 24. q. 2.*

[d] *2. 2. q. 39. art. 1. ad 3.*

[e] *in Epiſt. ad Titum c. 3 refertur in c. inter hæreſim, 24. q. 3.*

*ab ordinationibus, ſententijs ſeu mandatis noſtris, ac Rom. Pont. pro tempore exiſtentium, ad vniuerſale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio appellatum fuerit.*

Hæc, excommunicatio nunc primum facta eſt bullæ Cœnæ: antea enim licèt lata, & reſeruata fuiſſet per Pium II. & Iulium II. vt tradit Sil. [a] non tamen fuit hactenus inſerta bullis Cœnæ. Et quidem huic excommunicationi, adiungitur interdictum, propter vniuerſitates, in quas non fertur excommunicatio, vt infra dicetur. Conſulens porrò & auxilians prædictis, non incurrunt donec appellatio ſubſequatur. Quarta, fertur in hęc verba.

59 *Anathematizamus omnes piratas, latrunculos marinos, & illos præcipue, qui in mari noſtro à monte Argentario vſque ad Terracynam diſcurrentes, eos qui in illo nauigant deprædantur, mutilant, interficiunt. rebúſve & bonis ſuis ſpoliant, omnéſque receptatores eorundem & eis auxilium ſcienter dantes, vel fauorem.*

Excommunicatio iſta noſtrâ ſententiâ, comprehendit omnes, & ſolos eos, qui principaliter verſantur in agendis prædis, percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus: hi namque ſunt Piratæ, & latrones marini, quicquid dicant Angel. [b] Silueſt. [c] & Caiet. [d] cuius temporis bulla ſpeciatim includébat conſulentē, quem quidem, licèt hęc ſpeciatim non includat, generatim tamen includere videtur: quum includat auxiliantes, ac fauentes, negaríque non poteſt, conſulentem, auxiliari, vel fauere. [e] Qui verò ſua negotia, aut mercaturā exercent cum amicis, aut bella iuſta, vel iniuſta cum inimicis gerunt, & fortuitò interdum prędam agunt, non includuntur hîc, iuxta omnium ſententiam. Non etiam includuntur in ſolis fluminibus id facientes, quicquid ſentiat Ang. adeóque ſufficit hoc facere alicui, vel aliquibus nationibus, nec eſt neceſſe, facere omnibus vel ferè omnibus: quia quum in id incumbentes principaliter, Piratæ, aut latrones maris dicantur, rectè in eis verificantur verba huius clauſulæ, quicquid dicat Silu. [f]

Quinta fertur in hæc verba.

60 *Anathematizamus omnes & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunque nauibus tempeſtate in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, naufragium paßis, aut etiam ſubmerſis, ſiue in ipſis,*

a *verb. excommunicatio, ſub fin.*

b *verb. excommunicatio, 5. caſu. 18*

c *verb. excommunicatio, caſ. 28.*

d *verb. excommunicatio, caſ. 18.*

e *arg. l. quod fauore, C. de leg. tradit Bart. in l. ſi vnius, §. 1. ff. de iniur.*

f *vbi ſupra.*

*nauibus, ſiue ex eis dilapſa, & in mari, vel litore inuenta, cuiuſcunque generis bona, tam in noſtri Tyrrheni, & Adriatici, quàm in quibuſcunque aliis cuiuſcunque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut ſcienter ſibi acceperint, aut ab aliis rapta, ſeu accepta, ſcienter receperint: ita vt nec etiam ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis temporis poſſeßionem, ſeu alium quemcumque prætextum excuſari poßint.*

Hæc excommunicatio nuper facta eſt bullæ Cœnæ: nam licèt antea fuiſſet lata, non tamen eius abſolutio erat reſeruata, vt videre eſt alibi, [a] qua de re infra, [b] vbi dicetur an ſufficiat acceptio, vel requiratur voluntas, mora, & monitio, & quàm iniqua ſit lex cõtraria. Sexta fertur per illa verba.

16 *Excommunicamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas ad id poteſtatem non habentes, imponunt, vel augẽt, aut imponi, vel augeri prohibita exigunt.*

Hìc ſtatuitur idem de augmentis gabellarum antiquarum, quod de nouis: quod ipſum dicendum foret, etiam ſi nihil fuiſſet expreſſum de augmentis, vt diximus in expoſitione alterius bullę, vbi hoc non erat expreſſum. [c]

Atqui, per pedagia, & gabellas intelligi poſſunt etiam portoria, de quibus in bulla Pij V. & alia vectigalia, ob identitatem mentis legiſlatoris, & rationis legis, latitudinémque vulgarem ſignificationis eorum. Qua de re latiùs alibi. [d]

Per illa autem verba (*Ad id poteſtatem non habentes*) includitur ſolus, & omnis, qui recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, ad quem ab eo appellari poteſt: nullus enim talis huiuſmodi poteſtatem habet, quilibet verò alius ſecus. [e]

At verò, per (*Exigentem*) intelligitur hæres illa imponentis, publicanus, conductor ſiue arrendator illorum iurium, & recipiens, etiam famulus, à non ſponte ſoluentibus, [f] quia exigere eſt extorquere à nolẽte ſoluere. [g] Dicitur autem inuitus & nolens ſoluere, etiam qui ſoluit, rogatus ſoluere, tanquam debitum. [h] Excuſare tamen, poſſet ab hac cenſura probabilis ignorantia iuris, aut facti. [i]

Per prohibita autem debent intelligi ſimpliciter pro-

[a] *in c. excommunicationi, de raptor.*
[b] *num. 117.*
[c] *arg. l. ſi ex toto, in princ. de leg. 1. & in l. peculium, ff. de leg. 2. tradit Angel. verb. Pedagiũ, & Silueſt. verb. excõmunicatio, 7. c. 19.*
[d] *in c. fraternitas, 12 q. 2.*
[e] *per c. 1 quæ ſunt regaliæ, in vſib. feud. & not. in cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſign.*
[f] *iuxta rubr. de exact. trib. lib. 11.*
[g] *gloſſ. iuncto text. in l. ſoluende, ff. de negot. geſt. gloſſ. & Card. Clem. fin. de cenſi.*
[h] *Caiet. vbi ſupra, c. 39.*
[i] *arg c. 2. de conſtit.*

hibita, quæ videlicet à nullis, neque laicis neque clericis, iuſtè poſſunt exigi: prohibita autem exigi à clericis, non à laicis, non ſunt ſimpliciter, ſed ſecundum quid prohibita: ideóque petens à clericis, incurrit quidem excommunicationem, [a] quæ non eſt reſeruata, non tamen hanc. Septimà fertur in hæc verba.

[a] c. quanquā, de cenſib. lib. 6.

*61 Excommunicamus omnes falſarios literarum Apoſtolicarum in forma Breuis, ac ſupplicationum, gratiam vel iuſtitiam concernentium per Rom. Pontif. vel S. R. E. Vicecancellarium, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato eiuſdem Rom. Pontif. ſignatarum, aut ſub nomine eiuſdem Rom. Pont. ſeu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem. Ac etiam falsò fabricantes literas Apoſtolicas, & in forma Breuis, ac ſupplicationes huiuſmodi. Extendentes conſtitutionem ferre. Innocentij Papæ III. quæ incipit: Ad falſariorum, cum omnibus pœnis in ea contentis ad eoſdem fabricantes, & etiam ad falſificantes: ſeu mutantes ſupplicationes per nos, ſeu de mandato noſtro ſignatas, & datas ſine noſtra, aut Datarij noſtri licentia.*

Per hanc clauſulam, iuncto *cap. ad falſariorum, de crim. falſ.* probatur appellatione literarum Apoſtolicarum in materia odioſa, nō includi ſupplicationes à Papa ſignatis, quas *ſignaturas* vocamus, alioquin, ſuperfluè extenderetur per hanc illud cap. puniens falſantes literas Apoſtolicas, ad falſantes ſignaturas.

Hæc porrò excommunicatio, non eſt reſeruata Papæ, niſi quoad incluſa in hac clauſula: nam quatenus continetur in illo cap. non eſt reſeruata, vt patet ex eo, & notatis à Caietan. [b]

[b] vbi ſup. c. 27.

Itaque videmur bene pridem reſpondiſſe, neque in hanc excommunicationem, neque in illam, [c] incidiſſe falſarium literarum epiſcopi, vel nuntij: hæ namq; propriè non ſunt literæ Apoſtolicæ: nec eadem ratione, falſarios literarum pœnitentiariæ: quum non ſint literæ Papæ, ſed eius commiſſarij conſtituti viuæ vocis oraculo. Secus tamen de falſario breuium Papæ, iuxta Gomeſ. [d]

[c] d. c. ad falſariorum.

[d] lib. de Breuib. pag. 3.

Inſuper, nō includit eos, qui ſurreptitiè, vel obreptitiè impetrant literas Apoſtolicas, vel vtuntur illis, vt diximus, [e] quū non ſint literæ falſæ. Neque eos qui vtuntur

[e] c. ad audientiam, 1. de reſcrip.

literis falſis: quia ſolùm loquitur, de falſantibus: aliud autem eſt falſare, aliud, vti falſis,[a] nam d.c. *Ad falſariorum* excommunicantur omnes falſarij, non autem omnes falſis vtentes, niſi ſoli laici.

Cæterùm, ille dicitur habere literas falſas, vel vti eis, qui ſciens, vel debens ſcire eſſe tales, vtitur eis iuxta Caietan.[b]

Neque verò ſatis eſt corrigere aliquam literam, aut punctum, non mutans ſubſtantiam, vt quis incidat in hanc excommunicationem, vt dictum eſt,[c] ſaltem quoad forum conſcientiæ: quum id facere bona fide, citra dolum & vllum alterius damnum, non videatur mortale nec conſequenter excommunicare, iuxta dicta ſup.[d] Octaua, fertur in hæc verba.

63 *Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrũ, filum ferri, ſtannum, chalybem, omnıáque alia metallorũ genera, atque bellica inſtrumenta, lignamina, canapẽ, funes, tam ex ipſo canape, quàm ex quacunque alia materia, & ipſam materiã, aliáque huiuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant, deferunt Saracenis, Turcis, & aliis Chriſti nominis inimicis: Necnon illos qui per ſe, vel alium ſeu alios, de rebus Chriſtianæ Reip. ſtatum concernentibus in Chriſtianorum perniciem, & damnum ipſos Turcas, & Chriſtianæ religionis inimicos certiores faciunt, illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem, quomodolibet præſtant. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, quibuſcunque principibus, & dominis, ſiue priuatis perſonis, per nos, & ſedem prædictam hactenus conceſsis, quæ illis nolumus in aliquo ſuffragari.*

Hanc excommunicationem aliæ præceſſerunt.[e] Hæc autem videtur omnibus illis amplior: nam licèt in *d. c. Quod olim*, excommunicentur exercentes mercaturã cũ Saracenis tempore belli, & *c. ſignificauit*, treugam magis bello quàm paci æquet: & licèt *d. extrauag.* victualia, ſiue commeatus ad eos deferri prohibeat, quod eſt intelligendum etiam per nuntios,[f] hæc tamen non ſolùm excommunicat ſpeciatim deferentes multa, ſed etiam prohibita, & ita videtur excommunicare omnes, quos ſingula eorum excommunicarent, etiamſi hæc non faceret.

Per equos autem, intelligẽdi ſunt etiam equi debiles, claudi vel morboſi, traditi à præfatis inimicis, operáq; & arte Chriſtianorum in eorum Ditionibus curati, ac

[a] *vt colligitur ex d. c. ad falſariorum.*

[b] *vbi ſup. arg. l. in delictis, §. ſi detracta, de ſponſ.*

[c] *c. 17. nu. 169. poſt Ioan. Gerſon. 2. part. alphab. 32. c. quidam fol. 118. cõtra Oſt. in ſumma, de crim. fal. § porrò, verſ. ſed hodie, & Caiet in ſum. verb. excommunicatio. ca. 25.*

[d] *n. 9. eod.*

[e] *in c. ita quorũdam, & c. quod olim. c. ſignificauit, & c. ad liberandam, de iudæ. & extrauag. 3. Ioan. 22. eod. tit. & extrauag. 1. eod. tit. inter communes.*

[f] *iuxta d. c. ſignificauit.*

feroces effecti: eſt enim verbum generale, eadem ratione includens eos, ac alios apud nos progenitos.

Per arma inſuper, [a] intelliguntur tantùm bellica, quæ nimirum ſunt vna ſpecies armorum generatim ſumptorum, [b] principaliter ad pugnam facta, vel deſtinatione animi ad eam deſignata, quorum poſterius addo, propter ligna trabes, ferrum, aliáque metalla, quæ non ſua forma artificiali, ſed praua deferentis mente deſtinantur ad pugnam, conficiendo ex eis naues, vel alia inſtrumenta pugnæ accommoda: & conſequenter, hac clauſula continentur non ſolùm offenſiua, vt lanceæ, enſes, pugiones, bombardulæ, ſeu ſclopi, cultri imò & cultelli: quia ſuapte natura ſunt ad pugnam apti, quàmuis ob paruitatem aliquando pro ſubiecta materia non dicantur arma, ſicut nec lapides nec alia defenſiua, vt poſt alios dixit eruditiſſ. Andr. Alciatus. [c] Non (inquam) ſolùm offenſiua, ſed etiam in ſui tutelam defenſiua, vt caſſides, loricæ, ſcuta, peltæ, clypei, & id genus alia. [d] Arma verò, quæ per ſe non ſunt bellica, quod genus ſunt lapides, fuſtes & baculi, non includuntur pluſquam aliæ merces, niſi cùm intentione deferentis deſtinantur mediatè, vel immediatè ad pugnam.

Per ferrum autem intelligendum videtur factum, & infectum, [e] non tamen vena ferri, vel auri, [f] quàmuis etiam illa includeretur, ſi deferretur eo animo, vt ex ea conflaretur ferrum, & ex ferro arma pugnæ accõmoda, per prædicta.

Denique per aurum, argentum, & alia metalla, etiam intelliguntur facta, & infecta. [g] Et quàmuis [h] in legatis eorum appellatione, non contineantur nummi, & pecunia ſignata: non tamen video iuſtam rationem, quare magis metalla pugnæ inepta vetentur deferri, quàm pecunia ſignata, quum hæc aptior ſit ad arma comparanda, quã illa, & cùm ſi ratione mercaturæ permitteretur, eadem ratione qua hæc etiam illa deberent permitti. Per bellica verò inſtrumẽta videntur intelligi, tympana, fiſtulæ, litui, cornua, & tubæ. Per lignamina, trabes, & alia ligna nauibus, triremibus & aliis inſtrumentis bellicis fabricandis opportuna: quàmuis [i] ſtrictius lignamina galearum prohibeantur. Per funes, vi-

*[a] vt ibi diximus.*
*[b] l. armorum, ff. de verb. ſign.*
*[c] in d. l. armorum.*
*[d] arg. l. 2. C. quæ res aſport. non deb.*
*[e] arg. d. l. 2. C. quæ res aſport. non deb.*
*[f] vt dixi in d. repet. cõtra Silu. verb. excõmunicatio, 7. caſu 21.*
*[g] l. cum aurum, & l. Quintus Mutius, § 1. ff. de aur. & arg. l.*
*[h] vt ibid. diximus.*
*[i] in d. c. ita quorundam.*

dentur intelligi non ſolùm linei, & canapei, ſed etiam lanei & ſpartei: dictum enim generaliter, eſt generaliter intelligendum.[a] Quod autem naues, & triremes contineantur, iure[b] probatur. Lignamina verò prohibentur, ne inde naues fiant: ligna verò igni fouendo, non vetãtur magis quam aliæ merces, vt[c] dixi. Per *Turcis, &c* nõ videntur includi hæretici, neque Iudæi, neque gentiles, quibuſcum non eſt bellum Chriſtianis, quia nec mens, neque ratio, neque verba clauſulæ, videntur eis conuenire, nec Turcæ, & Saraceni qui nos contra alios Turcas, vel Saracenos iuuarent: vt contigiſſe videtur, quando Carolus V. Regem Tuneti eiectum, reſtituit, & contingere poteſt, quoties populus aliquis Chriſtianus ad ſuam iuſtam & neceſſariam tutelã ac defenſionem, ſociaret ſibi infideles iux. Cld.[d] probatum à Ioan. And.[e] An autem excuſetur princeps, Dux, præfectus vrbis, vel caſtri donans vnum vel alterum equum, enſem, haſtam vel ſclopum in remunerationem aut gratiam cuiuſpiam beneficij accepti, vel ſpe accipiendi, dubitari poſſet, verba namque eum includũt, ſed credi poteſt excuſari defectu non quidem verborum, ſed mentis.[f] Per illa inſuper verba, *quibus Chriſtianos impugnẽt*, videtur ſignificari eſſe neceſſum, ad violandam clauſulam, vt deferentes hoc, malo animo deferant: quod eſt falſum, & ad hanc inductionem reſponderi poteſt, quòd hæc verba, potiùs ponuntur demonſtrãdo facto communiter ſolito, quàm ad ſignificandum neceſſitatem tam praui animi: nemo enim excuſaret mercatorem deferentem multas haſtas fraxineas, multas caſſides ferreas, & ſclopos Turcis, ſolo animo lucrandi, deſiderando, imò paciſcendo, ne vnquam eis contra Chriſtianos vterentur.

At verò, Chriſtiani metu mortis, aut verberum remigantes in triremibus Maurorum etiam contra Chriſtianos, non videntur excõmunicati,[g] quàmuis à mortali peccato nequeamus vllatenus excuſare, quod ægerrimo animo fero', quum hoc conſequatur non poſſe eos vnquam abſolui, neq; iuſtè communicare, antequã firmiter proponant ſe nunquam ita remigaturos etiam ſi ob id oporteat oppetere mortem.[h] Remigantes autẽ etiam ſponte, vel regentes eorum naues contra alios infideles, nec excommunicantur, nec peccant: quia

[a] *l. de pretio, ff. de publ. in rem act. & ca. ſolita, de maior.*
[b] *c. ad liberandam, de Iudæ. auth. multò magis C. de ſacr. eccl.*
[c] *vbi ſupra.*
[d] *conſil. 71.*
[e] *in rubr. de Iudæ.*
[f] *arg. l. adigere. §. quàmuis. ff. de iur. patron.*
[g] *vt in d. c. ita quorundam not. 2. probamus.*
[h] *per dicta ſup. c. 1.*

iura præfata, [a] de regentibus eorum naues contra Chriſtianos intelligenda videntur. [b] Nona, fertur in hæc ferè verba.

[a] *d.c.ad liberandam.*
[b] *arg. à ceſſatione rationis, & mētis legiſlatoris l. adigere, §. quā uis, ff. de iur. patro.*

64 *Excommunicamus omnes impedientes, ſiue inuadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt. Ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, impediunt ſeu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt, aut ſoluere faciunt, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alium, ſeu alios, cuiuſcunque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus: ac etiam ſi Pontificali, vel Regali, aut alia quauis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.*

Hæc clauſula includit omnes Chriſtianos, facientes quippiam in ea contentorum: non tamen comprehendit eos, qui ob vtilitatem ſuç Reipub. iuſtè prohibent victui neceſſaria, aut peſte graſſante in Curia, ſuis ad eam proficiſci, cum commeatu, & ſimilibus: non enim intendunt impedire: licèt ex eo per accidens id conſequatur, vt rectè dixit Caietan. [c] Decima, fertur in hæc verba.

[c] *vbi ſup. c. 19. verb. excommunicatio, facit l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. & ca. non dubium, de ſent. excom.*

65 *Excommunicamus omnes ex propoſito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad vrbem causâ deuotionis, ſeu peregrinationis, Et prorſus omnes alios, ad Sed. Apoſt. accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipſa, & illis dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.*

Hęc clauſula includit venientes ad vrbem, vel ab ea recedentes, deuotionis, vel peregrinationis ergô: quos non includebat Bulla eiuſdem D. N. quam expoſuimus in Man. Latino, niſi quando in ea maneret Sedes Apoſt. Includit etiam omnes venientes ad Sed. Apoſt. & recedentes ab ea, ſiue maneant Romę, ſiue foris: non tamen venientes Romam, alia de cauſa, quàm deuotionis, & peregrinationis, neque venientes ad vrbem, vbi extra illam fuerit Curia, ſi alio reſpectu quàm Sedis Apoſt. iuerint ad eam, vel receſſerint ab ea. [d]

Non includit inſuper eos, qui vadunt, degunt, aut redeunt à loco, vbi eſt Curia, ſi non proficiſcantur, verſentur, aut reuertantur ratione Curiæ, niſi illa ſit Romæ. [e]

[d] *arg. nes in ca. ego N. de iureiur. verb. limina, iuxta declarationem Ioan. And.* P*anor. &* F*el.*
[e] *Caiet. vbi ſup. c. 14.*

Ad hanc porrò incurrendam, non oportet, quòd id faciens, careat iuriſdictione, quod requirebat Bulla in alio Manu. expoſita, ſaltem quoad aliquos.

Denique, animus percutiendi ſeu interficiendi, qui ſufficit ad peccatum mortale, non ſufficit ad incurrendum hanc cenſuram, ob percuſſionem, vel interfectionem: imò, neceſſe eſt, concipi tempore animi pacati, vel tranquilli, [a] quanquam, noſtra ſententia, ſatis eſt concipi etiam tempore turbati & irati, modò concipiatur ante rixam, & tempus percuſſionis vel mortis: per hoc enim, ſeruatur proprietas ſeu ſpecialitas, quàm hęc clauſula ſignificat in hoc cap.

[a] *iuxta Caiet. vbi ſup.*

Vndecima, fertur in hæc verba.

66 *Excommunicamus omnes illos, qui non habentes in eadem Curia iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, eius prætextu capiunt, ſpoliant, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mandant.*

Duodecima, fertur in hæc verba.

67 *Excommunicamus interficientes, mutilantes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ legatos, vel Nuntios, aut eoſdem eijcientes à ſuis diæceſibus, territoriis, terris, ſeu dominijs, eáque mandantes, vel rata habentes, ſeu præſtantes eis auxilium, conſilium, vel fauorem.*

Ex hac clauſula, colligitur ob ſingula horum ſeptem admiſſa contra Cardinales, incurri hanc excommunicationem. Deinde, quod quoad *c. Felicis*, & pœnas in eo contentas, exequantur Cardinalibus Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Legati, ſeu Nuntij Sedis Apoſt. Et licèt hic expreſsè non dicatur facientes prædicta contra Patriarchas, Archiepiſcopos, &c. incurrere cenſuram bullæ, cùm cenſura dicti, *ca. Felicis*, non ſit de ſe cenſura bullæ: de mente tamen S. D. N. videtur fuiſſe, vt cenſeretur cenſura bullæ. Tum, quia intendit in hoc æquare illos Cardinalibus. Tum, quia, Pius V. in ſua bulla expreſsè excommunicauit iniuriantes eis, non ſecus quàm iniuriantes Cardinalibus.

Hæc porrò cenſura, includit etiam eiicientes à terris ſuis legatos, & Nuntios Sed. Apoſt. Patriarchas, Archiepiſcopos à ſuis diœceſibus, eáque mandantes,

conſulentes, & ad id auxiliantes. Adeo vt latiùs prouideatur ijs quò ad hoc, quàm Cardinalibus, quatenus ſunt Cardinales, & non legati, vel epiſcopi.

Inſuper, hîc videtur prouiſum contra iudices ſeculares, qui cùm epiſcopos non parentes ſuis iuſſis non poſſunt capere, aut punire, iubent eis, regno excedere, ob quod non ſolùm iubentes, ſed & lictores iuſſa exequentes, & opem in id ferentes, imò & conſulentes, ligantur: iubentes autem exire Curiam regis, vel alium locum, qui non eſſet eorum diœceſum, tametſi malè facerent, non tamen hac cenſurâ innodarentur: quia neque eius verba, nec eadem ratio eis aptantur.

Excuſatur verò ab hac cenſura, qui defendendo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliquid horum facit,[a] & qui probabiliter ignorans, faceret, aliquid in prædictos noctu, vel etiam interdiu habitu alieno repertos.[b]

His amplius adnoto, per hanc clauſulam ceſſare quò ad principalia vetita, quod in Hiſpano innueram, quòd nimirum, *clement. Si quis ſuadente, de pæn.* largiùs prouidebat epiſcopis, quàm bullæ præcedentium Pontificum, eò quòd illa prouidét contra bannientes, quod prædictæ bullæ non faciebant: ceſſare inquam: quia hæc prouidet etiam contra eiicientes, quod eſt generalius, quàm bannientes. Imò etiam videtur ceſſare quò ad acceſſoria: nam tria illa, *mandantes, ſeu conſilium vel auxilium præſtantes*, includere videntur omnia, quæ plura verba illius *clem.* continent. Nam per *mandantes*, comprehenduntur ratum habentes,[c] per *conſilium* verò & *auxilium*, cætera: nam & defenſare, & ſocium eſſe, comprehenduntur ſub auxilium præſtare.

Atqui, epiſcopus dicitur, qui eſt conſecratus, non qui ſolùm electus, præſentatus, confirmatus, inſtitutus, aut prouiſus, etiam ſi iam adeptus ſit poſſeſſionem.[d] Decima tertia, fertur in hæc verba.

68 *Excommunicamus illos, qui per ſe, vel alium ſeu alios, quoſcunque perſonas eccleſiaſticas, vel ſeculares ad dictam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, illáſque in ea*

a *l. vt vim, ff. de Iuſt. & iur. & l. 1. C. vnde vi.*

b *arg. cap. 2. de conſtat.*

c *c. ratihabitionem, de reg. iur. lib. 6.*

d *per glo. ſolem. in clem. dignum de celebr. miſſar. & alia multa citata per Felin. in cap. eam te, de reſcript.*

*dem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorum geſtores, aduocatos & agentes ipſorum, ſeu etiam auditores, vel iudices, ſuper dictis cauſis vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis ſpoliant: ſeu qui per alium, ſeu alios, directè vel indirectè, prædicta exequi, procurare, aut eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint. Ac etiam omnes tam eccleſiaſticos, quàm ſeculares cuiuſcunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura exequutione literarum Apoſtolicarum, & in forma breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum exequutorialium, & aliorum decretorum, à nobis, & à ſede prædicta ſeu legatis, Nuntiis, Preſidentibus, Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſariis, aliiſque iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad curias ſeculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam fiſci procuratore appellationis huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quive illa ſimpliciter, vel ſine illorum beneplacito, cōſenſu, vel examine executioni demandare, aut, ne tabelliones, & notarij ſuper huiſmodi literarum, & proceſſuum exequutione inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu earum agētes, notarios, exequutores, & ſubexequutores literarum, citationum, monitoriorum & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eiiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè vel occultè, ſeu capi, carcerari, detineri, vulnerari, miniſque agitari faciunt. Quíve aliàs quibuſcunque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel literas à dicta ſede impetrent ſeu impetratis vtantur, directè vel indirectè, prohibere, ſtatuere ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut notarios, ſeu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.*

Hæc clauſula includit primum impedientes curſum cauſarum ad Curiam, vel in Curia. II. impedientes executionem literarum curiæ Sedis Apoſt. III. tra-

ſtantes malè perſonas illas agentes, & impedientes dari inſtrumenta ſuper his petita.

IIII. Impedientes impetrationes literarum gratię, vel iuſtitiæ à Sede Apoſtolica.

Neque tamen eſt neceſſe ad incidendum in cenſuras huius clauſulæ, vt prædicta impedimenta fiant authoritate iudiciariâ laicâ: ſed ſufficit fieri priuatâ, vel eccleſiaſticâ. Tum, quia, id patet quò ad primam & ſecundam partem, & quò ad eos qui procurant, vt ſuperiores ponant impedimenta prædicta. Tum, quia, non ſubeſt cauſa cur excuſetur eccleſiaſticus, qui auctoritate eccleſiaſticâ intimantem, citantem, & alia iuſſa Sed. Apoſt. implentem, capit, coniicit in carcerem, aut vetat, ne inſtrumenta ſuper exequutis à ſe, tradat. Tum quia, nulla verba eius id indicant, neque vlla ratio concludit, & ita, vt generalis eſt, generaliter intelligi debet.[a] Tum, quia id, quod contra ſentit Caiet. poteſt intelligi de contentis in §. ſequent. Hæc demum excommunicatio includit multos alios, quos non includebat Bulla prædicta in Manu latino expoſita, vt patet legenti. Decimaquarta fertur in hæc verba.

[a] *c. ſi Romanorũ, 19. diſt. l. de præ tio, ff. de publ. in rem.*

69 *Excommunicamus omnes, & ſingulos cancellarios, vicecancellarios, & conſiliarios ordinarios, & extraordinarios quorumcunque Regum, & Principum, ac præſidentes cancellariarum, conciliorum, & parlamentorum, necnon procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum ſecularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, quocunque nomine nuncupentur, alióſque iudices tam ordinarios, quàm delegatos, necnon Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Commendatarios, vicarios, & officiales, qui per ſe, vel aliũ, ſeu alios, auctoritate propriâ, & de facto, quarumcunq; exēptionum, vel aliarum gratiarũ, & literarũ Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales annexas, ab auditoribus & commiſſariis noſtris, aliiſque iudicibus eccleſiaſticis auocant, illarúmve curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conuentus, collegia, cauſaſq; ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt, quíque partes actrices quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendũ citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à*

*cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui per ſtatutum, vel aliàs compellunt, vel exequutionem literarum Apoſtolicarum, ſeu exequutorialium proceſſuum, aut decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibēdæ vel aliarum prætentionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos (vt dicunt) ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint: niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica, legitimè proſequantur.*

Decimaquinta, fertur in hæc verba.

*Et qui ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis aut aliorum quorumque, perſonas eccleſiaſticas, capitula, Conuentus, collegia eccleſiarum quarumcunque, coram ſe ad ſuum tribunal, audientiam conciliariam, concilium vel parlamentum, præter iuris canonici diſpoſitionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè quouis quæſito colore. Necnon, qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, ſeu quæuis alia decreta in genere, vel in ſpecie, ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu litterarum Apoſtolicarum vſu non receptarum, ſeu reuocatarum, vel cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint: vnde libertas eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ ſedis, ac quarumcunque eccleſiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſſè præiudicatur.*

Decimaſexta, fertur in hæc verba.

*Nec non qui Archiepiſcopos, epiſcopos, aliòſque ſuperiores, vel inferiores prælatos, & omnes alios quoſcunque iudices eccleſiaſticos ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſua iuriſdictione eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur, ſecundùm quod canones, & ſacræ conſtitutiones eccleſiaſticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuūt. Ac etiam eos, qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcunque ſententias & decreta, aut alias fori eccleſiaſtici iudicium eludentes ad cancellarios, & alias curias ſeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia ordinariis, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos, exequi procurant. Eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem.*

Decimaſeptima, fertur in hæc verba.

*Et qui iuriſdictiones ſeu fructus, reditus, & prouentus ad nos & Sed. Apoſt. & quaſcunque eccleſiaſticas perſonas ratione ec- cleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſtico- rum pertinentes, vſurpant, vel etiam quauis occaſione vel cauſa ſine Ro. Pont. vel eorum, ad quos de iure pertinent, expreſſa licentia ſequeſtrant.*

Decimaoctaua, fertur in hæc verba.

70 *Et qui collectas decimas, tallias, præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ac eorum, & eccle- ſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſtico- rum bonis, illorúmque fructibus, reditibus, & prouentibus hu- iuſmodi, abſque ſimili Romani Pont. ſpeciali & expreſſa li- centia, imponunt, & diuerſis, etiam exquiſitis, modis exigunt, aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus re- cipiunt: necnon qui per ſe, vel alium, ſeu alios directè, vel indi- rectè, prædicta facere exequi, vel procurare: aut eiſdem, auxi- lium, conſilium, vel fauorem, aut votum: ſeu ſuffragium, pa- lam, vel occultè præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præemi- nentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Impe- riali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, Reſpublicæ, & alij potentatus quicunque, etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, & terris quoquomodo præſi- dentes, aut quauis etiam pontificali dignitate inſigniti: inno- cantes decreta ſuper his per ſacros Canones tam in Lateran. no- uiſsimè celebrato, quàm aliis conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.*

In hanc cenſuram non incidunt, niſi qui auctoritate iudiciali & laicâ, hîc vetita faciunt, vt ſub finem primæ partis huius clauſulæ exprimitur.

Cæterùm, per [*Prætextu violentiæ,*] includit impedien- tes exequutionem literarum Apoſtolicarum, iuſtitiæ, vel gratiæ, ſpecie tollendæ violentiæ, quales an ſint ſemper vel quando impedientes eam poſt appellatio- nem, vel ſupplicationem in tempore, & forma interpo- ſitam, quæſtionis eſt, vt quotidianæ, ita arduæ ac dignę, quam ſumma eccleſiæ poteſtas, ſummâ ſeculari auditâ, determinet: quanquam ſatis videtur hîc determinari, quò ad eos, qui ob ilias nullatenus ad tribunal eius, ad quem ſupplicatur, vel appellatur, adductas, vel addu- cendas impediunt. Quod etiam video pro re indubita- ta haberi in Hiſpaniis & Galliis poſſe regulariter Reges

defendere poſſidentes colorato titulo beneficia eccleſiaſtica, ne abſque iuſta cauſæ cognitione, deturbentur, vel ſpolientur, virtute illarum literarum etiam Apoſtolicarum. Quod vt vbique feré iis in regnis ſeruatur, ita multi iure munire conantur: an verò ſatis muniant, necne, S.D.N. diffinitioni remitto, licèt videatur non poſſe iure probari conſuetudinem illam, quorundam recentiorum, qui decernunt bene, vel malè eſſe appellatum ab interloquutoriis ob actus, quos iudices à quibus, facient vel deſinent facere poſt appellationes ab eis interpoſitas: cùm omnis ſententia interloquutoria, ex ſolis ante illam actis, ſit approbanda, vel reprobanda,[a] quo facto, appellationum perſequutio perinde negligitur, ac ſi à iudicibus ad quos appellatum eſt, tertia ſententia lata foret, quanquam ,,proſequutionem appellationis, nil innouato, minimè impediant. Atqui per verba illa, [*Præter iuris canonici &c.*] nouè addita, excluduntur ab hac cenſura iudices ſeculares, qui caſibus à iure permiſſis, vocant ad ſua tribunalia eccleſiaſticos.

Quartà verò pars huius clauſulæ, videtur nouè inſerta, in fauorem iudicum ordinariorum, & meritò, cum ordinaria iuriſdictio ſit fouenda, & fauorabilis.[b] Per eandem quoque partem innouatur Concilium Trid.[c] quod grauiter hortatur Imperatores, Reges, & quoſcũque alios regulos, ac dominos, vt maiores ſuos imitati, eccleſiam ſanctam, & cultum Dei, miniſtroſque illius, obſeruent: quò Deus eorum pios conatus proſperet, ac ſecundet. Denique per illa verba quintæ partis, [*Quive iuriſdictiones*] prouidet indemnitati fructuum eccleſiaſticorum, cui vt ſit locus, debẽt cõcurrere quinque. Primum, quòd ſint reditus eccleſiaſtici, non profani, etiam ſi ad eccleſiaſticum pertineant, iuxta Caiet.[d] quod intelligendum de bonis non pertinentibus ad eum, quatenus eſt eccleſiaſticus, aut ratione beneficij.[e] Secundum vt capiantur tanquam reditus eccleſiaſtici. Tertium, vt pertineant ad aliquem. Quartum, vt capiãtur citra licentiam Papæ. Quintum, vt capiantur auctoritate, & poteſtate vſurpatâ, iuxta Caietanum.[f] Quare, latrones & milites, rapientes eos, vt quælibet alia bona, non incurrunt hanc cenſuram: nec qui mi-

[a] *vt notat gloſſ. fin. recept. in c. Cùm appellationibus, §. Si verò, de appell. lib. 6. per l. Per hanc, C. de tẽp. appell.*

[b] *iuxta gloſſ. ſolem. & recep. Clem. 2. de offic. ordinar. per quã videtur reduci, ad bullam excõmunicatio, c. Quoniã, de immun. eccleſ. vt ſuper ea infra dicetur.*

[c] *ſeſſ. 25. cap. 20.*

[d] *vbi ſup. c. 27.*

[e] *ar. c. Nouerint, 10. q. 1. & c. Cùm dilectus, de iur. patr.*

[f] *vbi ſup.*

upna

nota portoria ſiue pedagia exigunt à clericis, ſicut à laicis, nullâ habita ratione fructuum, aut bonorum eccleſiaſticorum: neque qui capiunt eos tempore vacationis, quia nullius ſunt perſonæ veræ, ſecundùm Caiet. cui non aſſentior. Tum, quia, nemo dixerit, quòd capientes fructus Sedis Apoſt. vacantis, non contineantur, ob contenta in 16. excommunicatione: neque eadem ratione capientes bona conuentuum, monaſteriorum, aut communia conuentui & prælato, quæ tamen ad nullam perſonam pertinent. Tum, quia, fructus vacationis tempore obuenientes, pertinent ad ſucceſſorem, durante verò vacatione ad commendatarium, vel œconomum.[a]

Tum, denique, quia dici poteſt verbo *perſonas*, hîc poſito, ſignificari etiam fictas ob paritatem æquitatis, & rationis.[b]

Decima nona, fertur in hæc verba.

71 *Excommunicamus omnes, & quoſcunque magiſtratus, ſenatores, præſidentes, auditores, & alios iudices quocunque nomine vocentur, ac cancellarios vicecancellarios, notarios, ſcribas, ac exequutores, & ſubexequutores, & alios quoquomodo ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas eccleſiaſticas, illas banniendo, capiendo, proceſſando, ſeu ſententias contra illas proferēdo vel exequendo, etiam prætextu quorū cumque priuilegiorum à ſede Apoſt. ex quibuſuis cauſis, ac ſub quibuſcunque tenoribus, & formis in genere & ſpecie conceſſorum quibuſcunque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebus publicis, Monarchis, Ciuitatibus, & alijs quibuſcunq; potentatibus quocunque nomine cenſeantur, quæ nolumus illis in aliquo ſuffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.*

Hæc excommunicatio fertur ad tuendum iuriſdictionem eccleſiaſticam, in cauſis criminalibus, vti ſuperior ad tuendam in ciuilibus. Atque adeo, tollit priuilegia data etiam Regibus: per quod dubitari poſſet, de iudicibus Galliarum, qui iudicant clericos pro portu, ſiue delatione armorum, & alijs caſibus, quos vocant priuilegiatos: equidem arbitror difficilè eos ab illis abſcenturos, ſiue quòd præſupponant priuilegia illa eſſe remuneratoria obſequiorum à ſe magis impenſi ſanguinis, & fortunarum præſtitorū: ſiue quòd ſint immemorialia, & ſuper criminibus leuibus conceſſa,[c]

[a] *vt latè diximus in comment. c. Non liceat, 12. q. 2.*

[b] *arg. gloſſ. ſolem. in c. Si poſtquam de elect. lib. 6.*

[c] *arg. eorum, quæ notat Innoc. in c. Nouit, de iudic. cum latè additus, ibi a Pan. Felin. & Dec.*

ſiue alia: quæ an audiri debeant, iudicio S. D.N. relinq quo.

Vigeſima, fertur in hæc verba.

72 *Excommunicamus omnes illos, qui per ſe vel alium ſeu alios directè, vel indirectè, ſub quocunque titulo, vel colore, de facto occupant vel detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel deſtruere, aut inuadere hoſtiliter; præſumpſerint, in totum vel in partem, Almam Vrbem, regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, terras citra Pharum, patrimonium B. Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaiſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ Romandiolæ, Campani, & maritimas Prouincias illarúmque terras, & loca, ac terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, ciuitatéſque noſtras, Bonaniam, Ceſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auinionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca vel iura ad ipſam Rom. Eccleſ. pertinentia, dictaque Romanæ eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta: quive ſupremam iuriſdictionem in illis nobis, & eidem Rom. Eccl. competentem, de facto vſurpare perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium vel fauorem quomodolibet præſtantes.*

Vigeſimaprima, fertur in hęc verba.

*Item omnes & ſingulos ſupellectilium, librorum, ſcripturarum, & bonorum Cameræ, & palatij Apoſtolici, ex eodem palatio infirmitatis Rom. Pont ac Sedis Apoſt. vacationis tempore, ablatores, & illorum detentores, ac quoſcunque alios, ad quorum manus bona prædicta quocunque titulo, & quauis cauſa ſcienter peruenerint.*

Sequitur §. *Volentes*, in quo ſtatuitur, vt hęc bulla non expiret lapſo anno, nec alio modo, donec edatur noua, in hęc verba.

*Volentes præſentes, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut Rom. Pontif. pro tempore exiſtente, fiant aut publicentur durare, ſuóſque effectus omnino ſortiri.*

Sequitur §. *Cæterum*, continens reſeruationem harum cenſurarum.

*Cæterum à prædictis ſententiis, nullus per alium, quàm per Rom. Pont. niſi in mortis articulo conſtitutus, neque etiam tunc, niſi de ſtando eccleſiæ mandatis & ſatisfaciendo cautione præſtita,*

*præſtita, abſolui poßit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis ſecularibus & quorumuis ordinum etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam epiſcopali, vel alia maiore dignitate præditis, ipſiſque ordinibus, & eorum monaſteriis, conuentibus, & domibus, ac collegiis, confraternitatibus, congregationibus, hoſpitalibus, & locis piis, necnon laicis. etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fungentibus, per nos & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque ſcriptura, in genere & in ſpecie cõceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum.*

Hæ cenſuræ includunt omnes, etiam Imperatores, Reges, & vniuerſitates, quibus illæ ſunt aptæ, & nulla conſuetudo etiam immemorialis, aut præſcriptio quælibet longiſſima, vel priuilegium, etiam per viam, contractus, vel remunerationis conceſſum, contra eas prodeſſet. Satisfactio verò ſufficiens, cuius meminit, eſt intelligenda ex limitatione de qua ſupra [a] & priuilegium in remunerationem, vel contractum conceſſum, ex cauſa reuocari poteſt: quæ communis opinio eſt. [b] An autem derogetur Conc. Trid. dicetur infra. [c]

Sequitur §. *quod ſi fortè*, contra abſoluentes ab his cenſuris.

73. *Quod ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis, pœnã innodamus: grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, proceſſuri,*

Non comprehenditur hac cenſura confeſſarius, obliuione, incogitantia, aut ignorantia non craſſã abſoluens, fertur enim contrà præſumentem abſoluere, de quorum numero non eſt qui ſic abſoluit.[d]

At verò, abſolutio huius excommunicationis, non eſt reſeruata Papæ, vt ex litera patet, ſicut ea bulla Martini V. quâm deſcribit S. Anto.[e] quamuis contrarium viſum fuerit Felin. [f]

Cæterum ab ea poteſt abſoluere ordinarius, ſiue illa & aliæ latæ in bulla putentur latæ à iure, ſiue ab homine: cum ſint generales. [g] Equidem latas in bulla Iulij III. quàm in Manuali Hiſpano expoſui, iudi-

[a] eod. c. in. 43.
[b] in c. Nouit, de iudic. & in c. 1. de prob. .
[c] eod. c. n. 254.
[d] per ea quæ diximus in repet. c. Accepta, de reſtit. ſpol. oppoſit. 8. n. 32 poſt. card. in Clem. 1. de priuileg. q. 39. & per dicta Caiet. in ſum. verbo excommunicatio, c. 58. & 81.
[e] 3. part. tit. 24. c. 70.
[f] in c. Paſtoralis, §. præterea, col. 3. de offi. ordin. & Caiet. vbi ſup. c. 77.
[g] per dicta ſup. eod. n. 43.

caui eſſe latas ab homine: quia bulla illa non habebat vim legis, quæ perpetuat,[a] ſed præcepti, quod cum præcipiente finitur, [b] has autem latas per S.D.N. potiùs putarem dicendas latas à iure: quum voluerit eas non finiri ſua morte.

[a] *c. fin. de offi. deleg.*
[b] *vt. in d. n. 43. dictum eſt.*

Sequitur §. *Declarantes*, in quo abſolutio reſtringitur, & proteſtatio magna adiicitur.

74 *Declarantes, ac proteſtantes quamcunque abſolutionem, etiam ſolemniter per nos faciendam prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos: niſi prius à præmiſſis, cum verò propoſito vlterius ſimilia non committendi deſtiterint: ac quoad eos, qui contra libertatem, vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint ex archiuijs ſeu capitularibus locis, aut libris in quibus annotata reperiuntur dèleri, caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere nec eis aliter ſuffragari. Quinetiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcunque alios actus contrarios tacitos vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocunque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcunque iuribus Sed. Apoſtol. ac S. R. E. vndecunque & quomodocunque quæſitis vel quærendis, nullatenus præiudicari poſſe ſeu debere.*

*Non obſtantibus priuilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, &c.*

*Vt verò præſentes noſtri proceſſus ad communem notitiam faciliùs deducantur, chartas ſeu membranas proceſſus ipſos continentes valuis eccleſiæ S. Ioannis Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe appendi faciemus, &c.*

*Volentes earundem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, notarij publici manuſcriptis, &c.*

*Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excõmunicationis, anathematizationis interdicti, declarationes, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1583 pridie Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri an. vndecimo.*

## De excommunicationibus reſeruatis Papæ, non contentis in bulla Cœnæ.

Summæ.

75 *Excommunicatio prima reſeruata Papæ, extra bullam Cœnæ*

*in canonum tranſgreſſores II. in percuſſorem clerici. n. 76.*

77 *Clerici percuſſio quæ excommunicat, & quæ non. vſque ad nũ. 80. & quis clericus quoad hoc, num 79.*

88 *Abſolui qui poſſunt ab epiſcopo à canone ſi quis ſuadẽte, 17. quæ 4. ob enormem percuſſionem, & qui ob mediocrem, & quòd omnes poſſunt ob leuem, vſque ad num. 94.*

91 *Percuſſio enormis, mediocris, & leuis, quæ dicantur. n. 92.*

75 Excommunicationum reſeruatarum Papæ, non contentarum in bulla Cœnæ prima fertur in cap. *nulli fas*, 19. *diſt.* in tranſgreſſores Canonum: ſed quia reſtringitur ad eos, qui tranſgrediuntur negando Papæ poteſtatem ad condendos eos, hæc reducitur ad primam bullæ Cœnæ.

76 Secunda, in cap. *ſi quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. in hæc ferè verba. *Si quis ſuadẽte diabolo iniecerit manus violentas in clericum, vel monachum, ſubiaceat excommunicationi: & à nullo epiſcopo abſoluatur: & conſpectui Apoſtolico repræſentetur, niſi in articulo mortis.*

Vbi particula illa. *Si quis*, comprehendit viros, & fœminas, [a] iuuenes, & ſenes cuiuſcunque ætatis vtentes iudicio ad peccandum mortaliter, [b] necnõ clericos, laicos, & religioſos [c] Ex illis porrò verbis, *Suadẽte diabolo*, colligitur, quòd iniectio man⁹, deberet eſſe illicita adeo quidem, vt ſit peccatum mortale: nemo namque incurrit excommunicationem maiorem per canonem, vel hominem generaliter latam: niſi peccet mortaliter. [d] Nec ſufficit, quòd iniectio ſit mortalis: niſi fiat ſuadente diabolo, vt ait Card. [e] Licèt id raró contingat, aliquando tamen contingit. [f] Noſtro enim iudicio raró contingit caſus, quo iniectio ſit lethale peccatum nec ſatis animi mali ad inferendum iniuriam, per quam incurratur hæc cenſura, niſi quando percuſſor ignorat percuſſum eſſe clericum. Nec ſufficit conatus percutiendi, ſed requiritur percuſſio. [g] Non etiam requiritur, quòd iniuria ſit immerita: ſed ſufficit quòd immerito, vel iniuſto modo, vel per quem non debet, irrogetur.

77 Per *manus*, verò, intelliguntur etiam pugni, brachia, pedes, genua, & alia quælibet pars corporis: non enim exprimuntur manus, vt excludantur reliqua membra, [h] ſed quia eſt inſtrumentum aptius ad percutiendum, &

[a] *iuxta gloſſ. eius approbatũ.*
[b] *c. 1 c. mulieres. & c. Pueris de, ſent. excom. iuncta gloſſ.*
[c] *c. De monialibus, & c. Cùm illorum, eod tit.*
[d] *iuxta dicta ſup. eod. c. n. 9. per c. Nemo, & c. nullus, 11. q. 3.*
[e] *in d. c. Si quis ſuadente, q. 3. art. 1.*
[f] *vt dicitur infra nu 80 quicquid dicat Cardin. ibi. art. 1.*
[g] *iuxta gloſſ. c. Si quis pulſatus, de pœnit. diſt. 1. vbi & in c. Si quis non dicam, ead. diſt idem diximus.*
[h] *c. vniuerſitatis, de ſent. excom.*

ita comprehenduntur omnes partes corporis.[a]

Dicitur autem manus violentas iniicere clerico, qui immediatè aut mediante inſtrumento, iniicit ei, aut rei eum tangenti, & per conſequens, qui eum percutit enſe, baculo, vel aſpergit puluere vel aqua, ſaliua, aut alia re ſimili,[b] quinetiam qui eripit è manibus, aut corpore aliquid vi, & qui capit, in carcerem coniicit, vel includit aliquo loco, vnde egredi non niſi cum pudore poteſt, aut ad frænos equi manus admouet, vel abſcindit cingulum ephippij, cúmve adeo furioſè perſequitur, vt cogat ſe dare præcipitem in flumen, vel aliud diſcrimen, quò ſe liberet,[c] non tamen ſi alias fugiens cadit, & vulneretur.[d]

78 Sufficit tamen mandare hanc iniectionem, ſi ea conſequatur,[e] vel conſilium, auxilium, aut fauorem ad id præbere,[f] per locum à fortiori: aut ratificare eam, ſi eius nomine facta fuit, aliàs non[g] quàmuis enim prædictus canon de ſolo iniiciente loquatur, extenditur tamen ad prædictos ratione tacta ſupra[h] Idem, ſi non iuſſit: ſed dixit ſuis ſe vindictam eius expetere, credens vel credere debens, quòd ex hoc inducerentur ad percuſſionem, licèt enim non dicat eo animo, præuidere tamen debebat, illos eo animo dictum putaturos:.[i] Denique, qui ex officio poſſunt, & tenentur propulſare percuſſionem, nec propulſant.[k] Imò, quò ad forum exterius, quilibet alius, videns facinus eſſe manifeſtum, ſéque poſſe cõmodè obuiare nec obuiat.[l]

Et etiam miniſtri iuſtitiæ laicæ, qui inquantum tales, percutiunt eos, nam etiam ſi leuiter percuſſerint, ad Papam ſunt remittendi.[m] Imò & ipſemet clericus qui ſe iratus percutit.[n] At conſentiens vt ab alio percutiatur, nõ eſt excõmunicatus: quanquã poteſt excõmunicari.[o]

79 Inſuper, per *Clericum*, intelligitur non ſolùm qui ſacro ordine, ſed etiã qui primâ tonſurâ eſt inſignitus.[p]

*[a] arg. gloſſ. ſing. Clem. 1. de Reſcrip. verb. præſidentes.*

*[b] iuxta gloſſ. ſing. d. c. ſi quis*

*[c] iuxta mentem textus & Innoc. & communis in c. nuper, de ſent. ex gloſſ. & aliorũ in d. c. ſi quis Palud. in d. diſt. 18. & omniũ aliorum ibid. ac S. Anton. 3. part. tit. 24.*

*[d] iuxta S. Anto. in d. c. 1. §. 1. col. fin. quem ſequitur Silu. verb. excommunicatio 6, not. 3 caſ. 7. quamquam Angel. verb. excommunicatio, 5 caſ. 1. §. 10. cõtra teneat.*

*[e] per d. c. Mulieres, de ſent. exco.*

*[f] arg. c. Quantæ, de ſent. excom.*

*[g] c. cum quis, de ſent. exc. lib. 6. cum ei adnot.*

*[h] eod. c. n. 11. [i] arg. c. pen. de homic. lib. 6. [k] d. c. Quantæ, & communis ibid. Caiet. verb. excommunicatio, c. 10. [l] per d. c. Quantæ, nouè declaratum à nobis in c. Non in inferenda. 23 q. 3. & ſup. eo. c. 24. n. 17. [m] iuxta Pan. in c. ſi verò, 1. de ſent. excom. & Steph in repet. Cle. 1. de off. or. reg. 3. fall. 3. [n] c. ſi non licet, 23 q. 5. cum limit. poſita ſupra c. 15. n. 11. [o] per c. Contingit, 1. de ſent. excom. quod probat conſentientes in ſui percuſsionem, excommunicandos eſſe. [p] c. clericos, 21 diſt. c. Perlectis, 25. diſt. & c. Cùm contingat, de ætat. & qual.*

quàmuis ſit coniugatus, modò cum vnica, & virgine, & geſtet habitum ac tonſuram clericalem,[a] & quàmuis ſit excommunicatus, ſuſpenſus, irregularis, & etiam depoſitus verbo, niſi ſit degradatus realiter, iuxta Pan. & Cõmun.[b] vel incorrigibilis.[c]

Per, *Monachum* verò, intelligitur quilibet religioſus religionis approbatæ.[d] & quælibet religioſa[e] Quilibet etiam conuerſus, aut nouitius alicuius religionis approbatæ.[f] Quinetiã ij, quos appellãt Beeguinos, & fratres tertij ordinis S. Dominici, vel S. Franciſci, qui viuunt gregatim, & geſtant habitum religionis, vt ſentit Rota,[g] & dixit Fel.[h] quanquam aliud dicat Cai.[i] quod verum eſſe poſſet iuxta ius commune, non autem iuxta priuilegia, cõſuetudinem, & ſtylum Eccleſiæ Romanæ: & etiam Eremita, iuxta quandam gloſſ.[k] quæ vera eſt, ſi ita ſubiectus eſt alicui ſuperiori, vt gaudeat hoc priuilegio.[l]

Atqui, in articulo mortis, non ſolùm Epiſcopus, vt hic textus habet, ſed etiam quilibet alius ſacerdos ſimplex, ſi epiſcopus adiri nequit, poteſt abſoluere ab hac excommunicatione, & à quauis alia.[m] Quid autem ſit articulus mortis, definitur ſupra.[n]

## Quæ manus iniectiones non excommunicant.

80 Multæ porrò ſunt manuum iniectiones in clericum ab hac cenſura exemptæ. I. iocoſa & ludicra,[o] etiam grauis, intra tamen fines ludi, vel extra, modò non ſit doloſa, & ſubita turbati animi, iuxta mentem Richard[p] id enim non facit ſuadente Diabolo, quod requirit dictus canon.[q] II. probabili ignorantiâ clericatus,[r] aut quia noctu percutit: quãuis rebus illicitis daret operã, quicquid dicat Sil.[ſ] abſq; textu, & ratione ad id idonea. Dixi, *Probabili*, ſecus enim nõ excuſaret, vt ſi vidit tonſurã, nec credidit eſſe clericũ[t] III. percuſſio eius, qui ter monitus, habitum clericalem non defert[u] IIII. & V.

[a] *c. 1. de cler. coniug. lib. 6.*
[b] *c. ex parte, de cler. coniug.*
[c] *c. cùm non ab homine, de iudic.*
[d] *c. cùm illorum, de ſent. excom.*
[e] *c. de monialibus, eod. tit.*
[f] *c. non dubium, de ſent. exc. c. religioſus, eod. titu. lib. 6.*
[g] *deciſ. 32. in antiq.*
[h] *in c. 2. de form. comp. & in lib. quando literæ, Apoſt. &c. limit. 4.*
[i] *in d. c. 10.*
[k] *c. qui verò, 16. q. 1.*
[l] *Silu. verb. eccleſia, q. 5. & verb. eremita, q. 1.*
[m] *per ſupradicta, c. 26. n. 26.*
[n] *c. 2. n. 9.*
[o] *c. 1. de ſentent. excom.*
[p] *in 4. diſt. 18. art. 12. q. 5.*
[q] *vt dictum eſt, n. 76.*
[r] *c. ſi verò 2. de ſent. excom.*

[ſ] *verb. excommunicatio, 6. not. 4. caſ. 2.* [t] *iuxta gloſſ. d. c. ſi verò, 2.* [u] *c. contingit. 2. de ſent. excomm.*

eius, qui ſe immiſcens militaribus vel ſecularibus geſtis, ter monitus non abſtinet, etiam ſi geſtet habitum, & tonſuram clericalem. [a] Quæ tamen trina monitio facienda eſt cum interuallo aliquorum dierum, nec ſufficeret vna pro tribus. [b] VI. eius, qui relictis habitu, & tonſura, turpibus, & enormibus ſe miſcet, licèt non admonitus. [c]

81 VII. bigami. [d] VIII. coniugati etiam cum vnica, & virgine, ſed non geſtantis veſtem & tonſuram clericales. [e] IX degradati realiter. X. depoſiti verbaliter, & incorrigibilis. XI. eius, qui priuilegium clericalé quoquomodo amiſit. [g] XII. circulatoris ſiue ioculatoris, & ſcurræ per annum, vel ſi ter monitus, antè non abſtinet. [h] XIII exercentis per ſe ipſum tabernam, vel lanienam publicè, ſi ter monitus non deſiſtit. [i] XIIII. qua percutit principaliter, vt corrigat tanquam magiſter pater, heres, propinquus, ſenex, aut ſuperior in eccleſia. [k]

82 Modò principaliter non fiat odio, malitiâ, vel irâ: & percuſſio ſit moderata, ſaltem iuxta ſuum propoſitum, nec caſtigatus, ordine ſacro inſignitus ſit, [l] niſi ſit magiſter, [m] vel pater, iuxta communem [n] quam ſequitur Silueſt. [o] & ſtricto iure idem poſſet dici de alijs, cùm *d. cap. cũ voluntate*, non diſtinguat, nec vlla ratio ad id cogat XV. inuadentis in ſuam neceſſariam defenſionem, [p] aut ſui honoris, quum fuga ei foret ignominioſa. [q] XVI. quæ eſt neceſſaria iuſtè recuperandis bonis, quæ iniuſtè capta clericus aſportat, aut vi occupat, [r] vbique detinetur clericus debitor fugiens aut fugam præmeditans, ad ſiſtendum ſuo prælato. [ſ]

83 XVII. qua miniſter iuſtitiæ ſæcularis, capit clericum in delicto flagranti, vt illum ſiſtat ſuo præ-

*a ca. in audientia, eod. tit. & c. fin de vit. & hon. cler.*

*b iuxta gl. ſing. clem. 1. eod. tit. & Pan. in cap. fin. eod. tit. & Lud. Rom. ſing. 719. quicquid dicat Boniſ. in cle. 1. de immun. eccle. pag. 8.*

*c iuxta commun. quam Stephan. Aufr. tenet in clem. 1. de offic. ordin. notab. 3 & reg. 1. fal. 19. dixit ſe hus vidiſſe vſitari Toloſæ, etſi Panor. & Card. teneãt oppoſitum, in c. perpendimus, de ſent. excom.*

*d c. 1. de bigam. lib. 6.*

*e c. 1. de cler. cõiug. lib. 6.*

*f c. cùm non ab homine. de iudic.*

*g Stepha. Aufr. vbi ſ p. reg. 3. fall. 6. h c. 1 de vit. & hon. cler lib. 6 i c. clem. 1. de vit. & hon. cler. k c. 1. c. cùm voluntate de ſent. excom. cum gloſſ. opt l. 1 Cod. de emend. propinq. l iuxta Pan. in d. c. cum voluntate m iuxta Ang. verb excommunicatio, 5. §. 10 n in d. c. cum voluntate o verb. excommunicatio, 6. not. 1. part. 18. p c ſi verò 1. & c. ex tenore, de ſent. excom. q iuxta Pan. in c. olim, de reſtit. ſpol. & Caiet. in ſum. verbo excommunicatio, c. 10. not. 6. r d. c. olim, de reſtit. ſpol. ſ iuxta Pan. & commun. in c. cùm non ab homine, de iudic.*

lato,[a] aut inuentum noctu, modò præſumat probabiliter illum aliquod ſcelus machinari, aliàs ſecus, vt quia geſtat lumen, aut ſocium ſibi iungit, vel eſt perſona à tali ſuſpicione omnino aliena, & modò iuſtum modum in capiendo non excedat, putà, ſi permittenti ſe ſponte cadi, & duci quietè, de induſtria pugnos impingit, aut calicem,[b] aut mancipat carcere eum, qui offert fideiuſſionem ſiſtendi ſe: quod non poteſt facere etiam iudex eccleſiaſticus, niſi grauitas delicti, vel alia iuſta cauſa id exigat.[c] XVIII. quia volens delinquere arcetur, vel liberatur ab inimicis, alióve incommodo.[d]

84 XIX. qua in ſui neceſſariam defenſionem ei enſem aufert, aut cogit equo deſilire, quo illi incidendo fugiat.[e] XX. inuenti inhoneſtè cum ſua coniuge, matre, ſorore, aut filia legitima, vel naturali,[f] etiam ſi mutilet eum, aut occidat,[g] licèt Fortunius contradicat,[h] modò id ſubitaneè & paſſione ſubita faciat.[i]

Dixi, *Cum vxore, matre, vel ſorore*, ſecus enim, in coniunctis remotiori gradu, vel cum filia adoptata, ſecundùm communem: ſufficit autem inuenire amplexantem, oſculantem, aut in loco ſuſpecto, quàmuis non in opere venereo, iuxta communem, modò fraus abſit, quæ non abeſt, quum maritus & vxor paciſcuntur, vt dolo clericus accerſatur ad voluptatem, quò afficiatur iniuriâ.[k]

85 XXI. qua detinetur clericus domi inuentus honeſtè colloquendo vxori, monitione facta vt ab eo abſtineret, modò nihil aliud mali ei faciat, quàm detinere ſpatio 20. horarum continuarum ad ſiſtendum ſuo iudici.[l] Nam ſi percuteret, excommunicatus foret.[m] XXII. qua mulier percutit clericum de ſtupro tentantem, defendendæ ſuæ caſtitatis cauſâ, modò tentatio fiat facto, non ſolo verbo: tunc enim non liceret ei niſi defenſio verbalis,[n] ob quod pridem reſpondi, excommunicationem incurriſſe quandam monacham nobilem, quæ impegit alapam clerico cuidam nobili, quod eam ex amore formoſam appellaſſet.

[a] *iuata Pan. & communē in d. c. cùm non abhomine, vbi latè poſt Decium nu. 10. diximus.*

[b] *gloſſ. iuncto text. c. ſi clericus de ſent. excom. lib 6.*

[c] *d. c. ſi clericus, & ibi omnes.*

[d] *c. ipſa pietas, 23. q. 4. & cap. cùm beatus, 45. diſt.*

[e] *iuxta S. Ant. 3. part. tit. 24. c. 1. col. 4.*

[f] *cap. ſi verò, de ſent. excom.*

[g] *iuxta communem ibidem.*

[h] *in lib. de vlt. fin. illat, 11.*

[i] *Silueſt. verb. excommunicatio, 6. not. 4. caſ. 16.*

[k] *argu. auth. ſi quis. Cod. de adult.*

[l] *iuxta gloſſ. d. cap. cum non ab homine, & l. capite quinto, ff. ad l. Iul. de adult.*

[m] *iuxta Angel. verbo excōmunicatio, 5. §. 19. quod aptius videtur textui, d. c. ſi verò, quàm eius oppoſitū, quod ſentit Silu. verb. excom. 6. caſ. 10.* [n] *Ang. vbi ſup. §. 21. & Steph. in d. reg. 3. fall. 6.*

XXIII. tam ſubita vel tam parua, vt laico illata non eſſet mortalis, iuxta ſententiam omnium, quam optimè explicat Caiet.[a] XXIIII. qua prælatus capit ſuum clericum, per ſe vel alium, etiam laicum, aut verberat per ſe, vel alium clericum in pœnam probabili ſuo iudicio iuſtam.

86 Dixi, *ſuum*, ſecus enim, ſi alienum [b] Dixi, *alium clericum*, quia licèt poſſit capere per laicum,[c] non tamen verberare, niſi per clericum vel monachum, neque etiã per alios, ſi per ſe commodè facere poteſt,[d] excepto Epiſcopo, qui non debet verberare ſuis manibus, [e] niſi quum non eſſet alius qui id præſtaret. [f] Vnde ſequitur, incurrere excommunicationem laicos, per quos iudex eccleſiaſticus torquet clericos, niſi deeſſent clerici ad id idonei,[g] quanquam, vt dixi alias, [h] eccleſiaſticus, qui conſuetudine nixus, torquet, aut cædit clericum per laicum, non ſit excõmunicatus, licèt peccet, [i] nã etſi conſuetudo non excuſet à culpa, excuſat tamen à pœna, [k] ſaltem ordinariâ, licèt fortè non extraordinariâ.[l]

87 XXV qua iuſtè eiicit ab eccleſia excommunicatũ, aliúmve diuina officia turbantem.[m] XXVI. qua eiicit è Sede Apoſt. eum, qui citra canonicam electionem Cardinalium, eam occupat.[n] XXVII. qua pro munere ſibi iniuncto includit, & continet Cardinales conclaui, vt eligant Papam.[o] XXVIII. qua vult & tentat ferire etiã iaculando, & non ferit: quia errat,

## Quos excommunicatos, ab hoc canone, abſoluit Epiſcopus.

88 Multi porrò poſſunt ab Epiſcopo ab hac excommunicatione abſolui, putâ, morti propinquus, [p] mulier cuiuſcunque conditionis ſit, [q] membra ſui captus, claudus, cæcus, &c [r] Ægrotus perpetuâ, vel diuturna ægritudine, putâ tertianâ, quartâ, vel podagrâ [s] nequiés

[a] *vbi ſup. cap. 10.*
[b] *arg. l. fin. de iuriſd. om. iud. & c.2. de cõſtit. lib. 9.*
[c] *c. vt famæ, de ſent. excom. lib. 6. & ca. ſi clericus, eod. tit. lib. 6.*
[d] *d. c. vniuerſitatis, de ſentent. excom.*
[e] *c. nõ liceat, 86. diſt.*
[f] *gloſſ. ibidem.*
[g] *iuxta Pan. in c. vt fama, & c. vniuerſitatis, & Silu. verbo excom. caſ. 11.*
[h] *in d. c. fama.*
[i] *vt dixit Auſt. in d. Reg. 3. fall. 2.*
[k] *iuxta gloſſ. in c. cùm venerabilis, de conſuet.*
[l] *vt poſt Dec. in d. c. 1. de conſtit. diximus.*
[m] *cap. veniens, de ſent. excom. & clem. grauis, iuncta gloſſ. eod. tit.*
[n] *c. ſi quis pecunia, 79. diſt.*
[o] *c. vbi periculum. §. præterea, de elect. lib. 6.*
[p] *per idem c. ſi quis ſuadente*
[q] *ca. mulieres, de ſent. excom.*
[r] *iuxta communem ibid.*
[s] *per not. in d. c. ea naſcitur, Roſell. verb. abſolutio, 2. §. 12.*

iter facere, qui ante pubertatem eam incurrit, licèt poſt eam ſolutionem petat.[a] Senex[b] qui iudicio Epiſcopi, videtur non poſſe ad Sedem Apoſt. proficiſci[c] Adoleſcens, cui iter eſſet diſcrimini.[d] Pauper, arte (qua iter agendo vti non poteſt) viuens[e] non enim tenetur mendicare, ſi aliàs non eſt mendicus, alioqui ſecus, niſi mendicando ſoleat ſibi, & coniugi proſpicere, & victum quæritare, itérque faciendo id præſtare nequeat.[f] Qui ob inimicitias, aliáve iuſta impedimenta boni viri iudicio Sedem Apoſt. citra periculum vitæ adire nequit,[g] etiam ſi ſuâ culpâ inciderit in ea.[h] Filiusfamilias, id eſt qui eſt in poteſtate patris, non valens ire ad Papam ſine præiudicio eius,[i] niſi pater conſentiat, vel emancipetur: ſeruus, niſi dominus conſentiat eius ad Apoſt. Sed. profectioni, vel manumittatur.[k]

89 Dixi, *Seruus*, quia ſecus eſt in famulo libero, percuſſore. Impotens, aut tam delicatus, vt non poſſet ſufferre iter ad vrbem, quod arbitrio Epiſcopi relinquitur.[l] Tales enim non ſunt mittendi Romam, ſed priùs conſulendus Papa, obediendúmque eius imperio,[m] niſi fuerit periculum probabile mortis in mora: tunc enim abſoluendi ſunt vt alij qui fuerint in eodem periculo: ij tamen, & quilibet alij (quibus iuſtum ſubeſt impedimentum, iudicio probi viri, quo minus adeãt Sed. Apoſt. vel nuntium àlatere, qui etiam poteſt abſoluere[n]) poſſunt abſolui ab Epiſcopis quantumuis negent Innoc. Anch. & Card.[o] vt probant Fel.[p] nemo ſè, & Silueſt.[q] modò pro viribus ſatisfaciant, iuréntque ſublato impedimento, quòd ſe ſiſtent coram Sede Apoſtol.[r] qui poſtea niſi ſe ſiſtant quàm citiùs commodè poterunt, recidunt in eandem excommunicationem.[s]

Cęterũ, non ſolũ excõmunicatus ob percuſſionẽ clerici, ſed etiã ob aliã quamlibet cauſam, cuius abſolutio.

[a] *cap. 1. & fin. eod. tit.* [b] *ca. ea noſcitur, & ca. quàmuis. cum eis adnot. de ſent. excom.* [c] *iuxta mentem Innoc. in d. cap. quàmuis.* [d] *Angel. verb. excom. 5. caſ. 1. § 56 quod tamen nullo iure probat, nec Pan. quem citat in d. c. ea noſcitur, id ait.* [e] *ca. quod de iis, & c. quàmuis, de ſent. excom.* [f] *iuxta Ioann. Andr. & Pan. in d. c. ea naſcitur.* [g] *cap. de cætero, eod. tit.* [h] *argu. not. per Bart. in l. 1. ff. de iis quib. vt indig. & Felin. in cap. cùm oporteat, de accuſ. col. 4. poſt Pan. ibid.* [i] *cap. mulieres, de ſent exc. & Pan. ibi.* [k] *c. relatum, de ſent. excõ. quicquid dicat ibid. Panorm. vt probat Silu. verb. abſolutio, 4. in fin. dub. 6.* [l] *iuxta gloſſ eiuſdem c.* [m] *quicquid dicat gloſſ. iuxta Panorm. & Felin. in eod. c. mulieres.* [n] *cap. ad eminentiam, de ſent. excom. & c. pen. de off. deleg.* [o] *in d. c. quàmuis.* [p] *ibidem.* [q] *verb. abſolutio, 4. dub. 4.* [r] *iuxta c. quàmuis, & cap. quod de his, de ſent. excom.* [s] *cap. eos qui, de ſent. excom. lib. 6.*

eſt reſeruata Sed. Apoſt. poteſt abſolui ab Epiſcopo, ſi ob iuſtum impedimentum nequeat eam adire, in omnibus namque generaliter loquuntur Felin. & Silu. ſupra citati, adeòque in omnibus eadē ratio idem ius ſuadet.

90 Si porrò quæras, quanti temporis debeat eſſe impedimentum, vnius an plurium menſium, vel annorum? Reſpōdeo: videri primò, non eſſe habendā rationē appulſus, ſed diſceſſus: alioqui enim, omnes penè Hiſpani haberent impedimentum duorum, triúmve menſium. Secundò, ſufficere impedimētum tanti temporis, quātum eſt neceſſarium à diſceſſu ad appulſum. Tum, quia Eccleſia optat, ne agens quod in ſe eſt ob impedimētum in excommunicatione moriatur.[a] Tum quia non videtur poſſe determinari tempus aptius cunctis caſibus, cōformiúſque canonibus. Tum, quia falſo exiſtente impedimento, nulla erit abſolutio, ſi verò ceſſante impedimento non arripuit iter, recidit in eādem excommunicationem:[b] per quæ duo, ceſſat occaſio fingendi falſa impedimenta, matriſque eccleſiæ intentio ſeruatur. Iuſtum verò impedimētum eſt, habere curam animarum, & iuſtè timere eas ob ſuam abſentiam graue damnum accepturas: niſi conſtitui poſſet idoneus Vicarius: Non tamen poteſt abſolui ab Epiſcopo, qui licèt ad Sed. Apoſt. ire nequeat, poteſt nihilominus adire legatum, vel alium eius ad id priuilegio munitum.

Iuſtum autem habet impedimentum, qui ire non poteſt, licèt pro abſolutione mittere poſſit: non enim ad id ius eum obligat, ſed vult, vt ſi poſſit, vadat. Eiúſmod porrò impedimentum habet, non valens ire, niſi relinquendo in neceſſitate extrema, aut valde magna, vxorem & filios.[c] Non poteſt tamen qui ita impeditus eſt, abſolui à ſimplici ſacerdote, etiam ſi eum Nuntius, vel Epiſcopus abſoluere recuſent: non enim ad id poteſtatem habet, niſi in articulo mortis, in quo ſimplex ſacerdos ſit quoad hoc, ſummus Pontifex.[d]

91 At verò, abſolui poſſunt per Epiſcopum à percuſſione mediocri, non tamen enormi, clerici ſimul viuentes in collegio[e] & religioſi,[f] ſed hi poſſunt abſolui à ſuis prælatis, clerici verò non niſi à ſuo Epiſcopo.[g]

Ianitor inſuper ſeu exequutor, merinus, aut alius

[a] *c. qua fronte, de appell.*

[b] *d. c. eos.*

[c] *arg. ca. cæterū, & ca. paſce, 86. diſt.*

[d] *arg. d. c. ſi quis ſuadēte, & ſentè in Concil. Trid. dicitur, nullum caſum eſſe reſeruatum in mortis articulo. ſeſſ. 14. cap. 7.*

[e] *c. quoniam, de vit. & hon. cle.*

[f] *c. Monachi, de ſentent. excom.*

[g] *iuxta Pan. recep. in d. c. quoniam, col. 2.*

miniſter, qui vt cuſtodiat fores, aut cohibeat homines, manus infert clericis citra intentionem lædendi (etſi nõ ſine culpa) & læſio eſt leuis, aut mediocris,[a] quanquam ſi eſt enormis, ſolus Papa abſoluat: ab incurſâ verò paruam, vel leuem, Epiſcopus.[b]

Cæterùm, in hac materia per leuem percuſſionem, non intelligitur ea, quæ non peruenit ad peccatum mortale (ſiquidem ob eam, quæ non eſt mortifera, non incurritur excommunicatio maior[c]) ſed ea quæ eſt quidem mortifera: at collatione aliarum magis mortiferarum eſt leuis, non enormis, neque mediocris. Quæ verò ſit leuis, declaratur per extrau. quæ incipit *Perlectis*, adſcriptam Papæ Ioan. 22. licèt perperam: quoniam ante eius tempus eam allegauit Oſtien.[d] aſſerens tamẽ reſpondiſſe ſibi Inno. IIII. ſe non feciſſe eam. Inſulſiùs autem quidam eam tribuunt Pio II. cuius exemplum iamdiu Româ adferendum curauimus, eiúſque præcipua verba ſunt hæc: *Perlectis &c. reſpondemus percuſſionem leuem eſſe pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, neque ſuggillationem carnium relinquit, neque abſcindit membrum, ſine effractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Nolumus tamen dicere, quòd huiuſmodi leuis percuſſio, vt pugni, aut vnguis fiat atrox ob multi ſanguinis effuſionem. Ad iudicandum tamen quæ læſio ſit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non ſolùm factum ſed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi cum omnibus ſuis circunſtãtijs loci, perſonæ, & alijs: perſonæ, ſi eſt magiſter, iudex, prælatus, pater, patronus, aut dignitas, percuſſus iniuſtè à ſubdito, aut ab alio ſe viliori: quia ex hoc interdum cenſentur graues iniuriæ, quæ ex ſe ſunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ ſit leuis, & quæ enormis iniuria; admonentes, vt potius declares in dubio eſſe percuſſionem grauem, & ab ea non poſſe abſoluere, quàm declarando leuem eſſe, occaſionem præbeas lædendi ſtatum eccleſiaſticum.*

[a] *c. ſi verò, §. officialis, de ſent. excom.*

[b] *c. peruenit, de ſent. excom. vbi text. ſing.*

[c] *vt ſup. dictum eſt eod. c. n. 9.*

[d] *in c. peruenit, de ſent. excom. ſub ſin.*

92 Cui extrauag. addimus primò, enormem eſſe percuſſionẽ, qua quis interficitur, vel ſcinditur mẽbrũ, aut inutile, vel quaſi ad ſuum manus efficitur, illam quoque, ob quam factam in alia parte, quàm in naribus,

vel aliâ vnde ſanguis facilè erumpere ſolet, defluit multum ſanguinis: & quæ fit in proprium Epiſcopum, vel Abbatem, quæque magno ſcandalo eſt populo, vt declarat, & ſentit. Inn. III. Et quanquam idem dicat *gloſſ. eiuſdem c. verb. mutilationem,* de quolibet exceſſu notorio idémque aſſerat Silueſt.[a] de ea quæ infertur in foro, vel audientia publica coram iudice, aut in oculo, vel in facie, ſecundùm glo. aut in eccleſia, ſiue dormitorio: non tamen credimus id eſſe verum, niſi quando percuſſio eſt in ſe notabilis, & gignit magnum ſcandalum. Lap. enim & Cardin. in locis proximè citandis, declarant harum aliquas non eſſe etiam mediocres, ſed leues. Secũdò, quòd iniuria mediocris, eſt quæ eſt media inter leuem & enormem, quoniam verò ea de re certa regula tradi non poteſt, relinquitur arbitrio Epiſcopi, & confeſſarij, habentis facultatem Epiſcopi,[b] vt iudicent habita ratione circunſtantiarum, perſonarum locorum, & temporum cauendo ne iudicent leuem eam quæ enormis eſt.[c] Tertiò, quòd Lap.[d] concluſit eſſe percuſſionem leuem, à qua poſſet abſoluere Epiſcopus, alapam, quam impegit Sacellanus quidam perpetuus Aretinæ eccleſiæ, cuidam Canonico in eadem eccleſia citra ſanguinis emiſſionem: quódque Cardin.[e] concluſit percuſſiones duorum clericorum, qui pugnis & calcibus, ſeſe verberarunt in itinere, eſſe leues, à quibus poſſet abſoluere Epiſcopus.

[a] *verbo abſolutio, 4. in princ.*

[b] *iuxta Oſtienſ. recept. in d. cap. peruenit.*

[c] *iuxta Pan. ibidem.*

[d] *in alleg. 67.*

[e] *in conſil. 42.*

Summæ.

*Excommunicatio III. reſeruata Papæ extra bullam Cœnæ, eſt lata à delegato, lapſo anno. IIII. in falſarios. V. lata ab Epiſcopo in habentes bullas falſas, &c. VI. in clericos admittentes excommunicatos à Papa. num. 93 VII. in incendiarios poſt denunciationem, &c. VIII. in ſacrilegos infringentes eccleſias. numero. 94. IX. in malè eligentes ſenatorem Roman. X I in clericos ſoluetes tallias: ſed reuocata fuit num. 95. X I in inſequentes Cardinales. numero, 96 & 97. XII. in vexantes excommunicantium cognatos, &c. numero. 98. & ſequent XIII. in inquiſitores malè procedentes numero, 100. XIIII. in religioſos abſque facultate adminiſtran-*

*tes certa ſacramenta, numero. 101. XV. continetur in bulla Cœnæ, numero 102. XVI. in facientes eligere ſepulturas, numero 103. XVII. in eos, qui cogunt celebrare in locis interdictis, numero. 104. XVIII. in abſoluentes per confeſſionalia Sixti IIII. XIX. in exeterantes mortuos, numero. 105. XX. in dantes, aut accipientes ob ingreſſum monaſterij. XXI in committentes ſimoniam in ordine vel beneficio XXII. in eos, qui ab ordine mendicãtium ad alium tranſeunt, XXIII. in accipientes, dantes vel promittẽtes in Curia Rom. pro iuſtitia, vel vt promereantur gratiam, numero. 106. XXIIII. in eos, qui aſſerunt hoc de conceptione Virginis matris, numero. 107. XXV. in delegatos, qui malè auctorant alienationes eccleſiaſticas, n. 108. XXVI in ſeptem genera perſonarum violantium monaſtica, numero. 109. XXVII. in peregrinantes in Ieruſalem abſque facultate Papæ. XXVIII. in appellantes ad futurum Concil. XXIX. in Cardinales, qui ſecreta manifeſtant, numero. 110. XXX. in prædicantes miracula falſa. XXXI. in Cardinales ſede vacante ſimoniam committentes numerò. 111.*

*Conſuetudo excuſat à pœna, licet non excuſet à culpa, numero. 106.*

93 III *excommunicatio reſeruata Papæ extra bullam Cœnæ ponitur in cap. quærenti, de offic. deleg. quod habet, delegatum Papæ lapſo iam anno ad exequendam ſuam ſententiam definitiuam ei conceſſo, non poſſe abſoluere ab excommunicatione a ſe lata, ob finitam eius iuriſdictionem, & ita abſoluit eius ſuperior, qui eſt ſolus Papa.*[a]

IIII. *eſt in cap. ad falſariorum, de crimine falſ quod excommunicat falſarios,*[b] *quæ quoad aliquos caſus, non continetur in bulla Cœnæ.*

*V. eſt in cap. dura, de crimin falſ quod reſeruat Papæ excommunicationem latam ab epiſcopo, in habentes literas falſas Papæ, niſi eas intra viginti dies deſtruant, vel reſignent.*

*VI. in cap. ſignificauit, de ſent. excom. quod reſeruat Papæ abſolutionem excommunicationis quam incurrunt clerici, qui ſcientes, & ſponte communicant cum excommunicatis à Papa, admittendo eos ad diuina officia.*

Cui adnoto, quòd ad hanc incurrendam, requiruntur ſex.[c] Primum, quòd ſit clericus. Secundum, quòd cõmunicatio fiat cum excõmunicato à Papa. Tertium, quòd ad diuina officia admittat. Quartum, quòd ſciẽter

*[a] cà. ſtuduiſti, de offi. leg. & c. ſanè. de offi. deleg.*
*[b] de quibus dictum eſt ſup. ex c. n. 62.*
*[c] iuxta Caiet. vbi ſup. c. 38.*

id faciat. Quintum, quòd id faciat citra vllum timorem, etiam iniuſtum, qui licèt non excuſaret à peccato mortali, excuſaret tamen ab excommunicatione, iuxta eundem. Cui aduertatur, quòd verbum *ſponte* in quo ſe fundat, non probat, quod ipſe ait, arg. *ca. ſuper hoc, de renuntiat. & c. ad audientiam, de ijs, quæ vi* quibus probatur ſatis ſponte fieri, quod ſine metu iuſto fit, etiam ſi interueniat metus leuis, & non iuſtus: quo quidem eius noua opinio tolliter efficaciter quoad forũ exterius: quàmuis in exteriori ſeruari poſſet in tali metu, qui eſt cauſa ſine qua non fuiſſet communicatum: talis enim metus, quoad illud forum exæquatur iuſto, vt dixi ſup. Sextũ, quòd ſit excommunicatus à Papa iudicialiter, aut nominatim, ſecundùm omnes, vltra quod, hodie requiritur denunciatio.[a]

94 VII. *in c. tua, de ſent. excom. quod reſeruat excommunicationem latam, & denunciatam in incendiarios.*

Hoc porrò, *c. tua*, non excommunicat, neque iubet denunciari, *vt cap. conqueſtus*, de quo in octaua: ſed ſolùm quòd denunciati non abſoluãtur niſi à Papa, ideóque, non probat quòd eſſet excommunicatus à iure. Atqui, Caiet.[b] quem pridem ſequuti fuimus,[c] & nunc etiam ſequimur, rectè dixit nullum eſſe canonem, excommunicantem incendiarios etiam eccleſiarum, licèt *gloſ. d. c. tua*, ac communis, Panormitan & aliorum ibidem. S. Antonin.[d] & Steph.[e] contrarium teneant in incendiario eccleſię, ſed ſine textu & ratione ſufficienti, quæ defendi non poteſt, niſi id conſuetudine receptum foret, & teneatur quòd illa tolerata, & approbata à prælatis vim habeat legis; vel ſtatuti excommunicantis.[f]

VIII. *in cap. conqueſtus, de ſent. excom. quod habet excommunicatos eſſe ſacrilegos, effringentes ac ſpoliantes eccleſias.*

Quod quidem *cap.* non excommunicat, ſed præſupponit eſſe excommunicatos ſi, quidem iubet denunciari eos vt tales.[g] Duo verò requiruntur ad eam incurendam, putà, perfringere, & rapere ſiue furati,[h] ideóque qui effringit crucem, ſacrarium, aliáve id genus nefaria ſcelera perpetrat, nec furatur, non incurrit eam. Nec ſufficit quæcunque fractio, putà ſeræ, vel arcæ, ſed requiritur eccleſiæ, vel oſtium eius. Per eccle-

[a] per extrauag. ad euitanda, relatam, ſup. eod. n. 35.

[b] vbi ſup. c. 22.

[c] in d. c. tua.

[d] 3. part. tit. 24. c. 11.

[e] clem. 1. de offi. ord. & de poteſt. eccleſ. n. 68.

[f] per dicta ſup. eod. c. n. 5.

[g] arg. c. paſtoralis, §. verùm, de appell.

[h] iuxta Pan. in c. ſi. de furt. S. Anton. vbi ſup. cap. 12. & Caiet. vbi ſup. c. 21.

ſiam autem, intelliguntur monaſteria, hoſpitalia, & reliqua ædificia pia,[a] auctoritate Epiſcopi ad id ſacrata, nõ alia.[b] Is verò dicitur effringere eccleſiam, qui effringit vel effodit parietem, an fores, conuellit ſeras, & qui impellendo, vel quouis alio modo violento ingreſſum ſibi parat,[c] non autem, reſerans eas claue, ſiue eam ſurripuerit vel extorſerit, ſiue non, iuxta ſentẽtiam omnium Nec ſufficit denunciatio generalis.[d]

95 IX. *& prima libri ſexti in cap. fundamenta, de elect. lib. 6. excommunicat cum reſeruatione eligentes in Senatorem Rom. aliquem Imperatorem, Regem, &c. Comitem, procerem aliquem potentem, aut alium dignitate præcellentem, aut fratrem, aut filium eius, &c. & huiuſmodi electos, qui ſine conſenſu Papæ ſe intruſerunt in illud, quique obtemperarint, & auxilium præbuerint, &c.*

X. *in cap. clericis, de immunit. eccleſ. lib. 6. excommunicat clericos, qui pendunt veſtigalia, decimas, vel tallias ſecularibus*: ſed reuocata fuit à Clement. V. *clem. 1. de immun. eccleſ.*

96 XI. *in c. Felicis de pœn. lib. 6. excommunicat cum reſeruatione eum, qui inſectatus fuerit, percuſſerit, aut ceperit tanquam inimicus, Cardinalem, aut comitatus fuerit eum, qui hoc patrauerit, mandauerit, idve ratum habuerit, aut conſilium, vel fauorem dederit, ſciénſve receperit, aut defenderit, etiamſi ob ea non eſſet antiquiore iure excommunicatus. Principem item, dominum, & gubernatorem quemlibet, ac ſuos miniſtros, qui contra prædictos non obſeruauerint ſuam conſtitutionem intra menſem à die notitiæ.*

97 Quæ extenditur nunc ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos per bullam Cœnæ Domini. Neque verò inſectantes, domini, Iudices, & officiales negligentes, &c. non percutientes, etiam ſi id maximè velint, incidunt in excommunicationem *d. c. ſi quis ſuadente*, ſed huius *cap.* Quicquid autem dicat Sil. & quos ille refert,[e] qui iubet alicui vt inſectetur Cardinalem, tanquam inimicum, non incurrit niſi conſequuta inſectatione, ſequutâ verò ſecus: quàmuis nullã conſequatur percuſſio: licèt qui iubet percutere, non incurrat non ſequuta percuſſione, non quidem per rationes Sil. ſed per dicta ſuprà,[f] putà, quia iuſſio percuſſionis, prohibetur vt acceſſorum illi; & ita non ſequutâ illâ, iuſſio non ſer-

[a] *iuxta Pan. in d. c. tua.*
[b] *ſecundũ eundẽ d. c. conqueſtus, arg. ca. ad hæc, de relig. domib.*
[c] *iuxta Sil. verbo excommunicatio, 7. caſ. 8.*
[d] *iuxta d. extrauag. ad euitãda.*
[e] *verbo excõmunicatio. 7. caſ. 11.*
[f] *eod. c. n. 12.*

titur effectum: ſed iuſſio inſectationis, eſt acceſſoria illi, & ita illa inſequuta, etiam ſi non ſequatur percuſſio, impleta eſt iuſſio eius. Excuſantur autem principes, domini, & iudices, ſi incipiant procedere intra menſem poſtquam ſciuerint, quàmuis non fiant proceſſus, neque puniant.

98 XII *in cap. quicunque, de ſent. excommun. lib. 6. excommunicat cum reſeruatione omnes, qui facultatem tribuerint alicui interficiendi, capiendi aut vexandi perſonas aliquorum, eorúmve facultates, aut ſuorum, eò quòd tulerint ſententiam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, contra Regis, &c. aut contra quoſcunque alios eorum miniſtros, vel contra alios quoſlibet, aut illos, quorum ratione eiuſmodi ſententiæ promulgatæ fuerint, eóſve qui obſeruant, aut nolunt communicare, cum ſit excommunicatus, niſi antequam dicta facultas exequutioni mãdetur, fuerit reuocatâ ab eis: aut ſi eius occaſione iam ſunt occupata bona, & intra ſeptem dies non reſtituant, aut ſatisfaciant. Excommunicat etiam eos qui vſi fuerint eiuſmodi facultate, aut proprio motu fecerint aliquid prædictorum. Et ſi duobus menſibus perſeuerarint in dicta excommunicatione, non poſſunt abſolui niſi à Papa.*

99 At verò ex ſola datione facultatis, non incurritur in eam, neque etiam ex illius exequutione, ſi ante exordium reuocetur: neque ſi poſt exequutionem, ſi ſolum fiat in bonis, illáque intra ſeptem dies reſtituãtur. [a] Cæterùm, ex Silu. [b] colligitur, ſuo libro defuiſſe illa verba. *Et quoſlibet alios*, nam reſtringit textum ad excommunicationes latas contra ſolos prædictos dominos, & eorum miniſtros, contra verum tenorem huius textus. Iuſtè porrò vexando non incurritur iſta excommunicatio [c] quod (noſtro iudicio) locum habet etiam quando ob vindictam, & odium vexat, ſed non ampliùs, alióve modo quàm iuſtitia poſtulet. [d] Omnes verò filij, famuli, aut cognati excommunicantis, cenſentur ſui hoc in caſu. [e] Quin etiam, noſtra ſententia, eius intimi amici, ac omnes illi, quorum grauamen videtur grauanti eſſe grauamen excommunicantis, eáque de cauſa facit: ſiquidem negari non poteſt eſſe ſuum grauamen quoad hanc conſtitutionem, & eius rationem, quę eos omnes comprehendit. [f]

[a] *vt rectè adnotauit. Caiet. vbi ſup. caſ. 36.*
[b] *verbo excõmunicatio, 7. caſ. 12.*
[c] *l. 1. ff. de appel. & ca. vt debitus honor, eod. tit. iuxta Caiet.*
[d] *arg. c. cùm miniſter, 23. q. 5*
[e] *iuxta Ioan. Andr. & cõmunem, in d. c. quicunque.*
[f] *arg. l. illud, ff. ad l. Aqui. & cap. 2. de tranſl. præl.*

100 XIII. *in. cle.* 1. *in* §. *verum de hæret. cum reſeruatione, excommunicat Inquiſitores, & alios deputatos officio inquiſitionis ab epiſcopo, qui odio, amore, aut lucri, vel commodi temporalis gratiâ contra iuſtitiam, & ſuas conſcientias, omittunt procedere aduerſus aliquem vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut ob eaſdem cauſas, & eodem modo obiectando hæreſim, aut impedimentum officij præfati, præſumunt quempiam vexare.*

Quò hæc incurratur, neceſſe eſt, vt ſit Inquiſitor, aut deputatus ad id officij ab Epiſcopo: Epiſcopus enim ſoſum incurrit ſuſpenſionem officij in tres annos, per eũdem §. *verum*: quódque non procedat quando, & quomodo debet, aut procedat vt non debet (idque contra iuſtitiam & ſuam conſcientiam ſciens illud eſſe iniuſtum) odio, amore, fauore aut lucro, [a] non enim ſatis eſſet facere ignorantia, timore, aut vitandi ſcandali cauſa. [b]

101 XIIII. *in cle.* 1. *de priuileg. excommunicat cum reſeruatione religioſos, qui ſine licentia expreſſa presbiteri parochialis, præſumunt adminiſtrare clericis, vel laicis ſacramentum vnctionis, vel Euchariſtiæ: aut benedicere nuptias, ſeu abſoluere excommunicatos à canone, præterquam caſibus à iure aut priuilegiis Apoſtolicis ſibi conceßis, vel à ſententiis promulgatis à ſtatutis prouincialibus, aut ſynodalibus, vel à peccatis, à pœna, & culpa.*

Ad hanc incurrendam, neceſſe eſt, vt ſit religioſus: quamuis non ſit exemptus aut profeſſus, [e] quòdque non ſit Rector, ſeu curatus eccleſiæ parochialis. [d]

102 Cæterùm, ſatis eſt in licentia exprimi ſacramentum cuius causâ petitur: etiam ſi non exprimatur nomina perſonarum. [e] Neceſſe tamen eſt fieri aliquid ex quinque hîc expreſſis per præſumptionem: nec ſufficit facere id per ignorantiam vel credulitatem, quòd parochus id æquo animo feret, ſaltem quò ad forum conſcientiæ. [f] Non etiam ſufficit, vt vnus religioſus adminiſtret Euchariſtiam alteri religioſo exempto. Tum, quia non eſt ſubiectus presbytero parochię, quam ſubiectionem videtur præſupponere textus eſſe in hoc neceſſariam [g] Tum, quia is non eſt clericus neque laicus, cuius textus meminit, ſecundum Card. [h] quàmuis oppoſitum (at non iuſtè) teneat Silu. [i] Per presbyterum parochialem verò intelligitur rector, quàmuis non ſit

[a] *iuxta Cardin. in* §. *verum, ſub clem.* 1. *de heret. vbi textus & Caiet. vbi ſup. caſ.* 3.
[b] *iuxta gl. in de.* §. *verùm.*
[c] *iuxta Card. in d. clem.* 1. *q.* 3. *&* 4.
[d] *iuxta mentem Felin. & eorum quos citat in ca. cum quidam, col.* 2. *de iureiur. quàmuis glo. dubitet, in ead. cle.* 1. *vti pridem ſu. per ea diximus, quicquid ibid.* Card. & Imol. *dicant.*
[e] *iuxta gloſſ. d. cle.* 1. *receptam.*
[f] *ſecundũ Card. in d cle.* 1. *q.* 38. *& ea quæ nos diximus ſu. eod. c. nu.* 74. *& latius in repet. ca. accepta, oppoſ.* 8. *de reſt. ſpol. nu.* 31.
[g] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ.* 64.
[h] *in d cle.* 1. *q.* 7.
[i] *verbo excommunicatio* 7. *caſ.* 14.

initiatus [a] ſacerdotio, aut eius vicarius & epiſcopus. [b] Eius item vicarius generalis. [c] Incurritur etiam ob adminiſtrationem factam in articulo mortis, [d] etiam ſi faciat ob defectum parochi, [e] non autem ex eo, quòd adminiſtret parochiano, aſſerẽti ſe habere facultatem, cũ non habeat, [f] neque quòd adminiſtret ſacramentum pœnitentiæ aut baptiſmi, [g] aut quòd abſoluat ab excommunicatione lata ab homine.[h] Fratres verò minores, & alij, participes priuilegiorum ipſorum, poſſunt miniſtrare ſecularibus quolibet die, excepto Paſchatis. [i]

*XV. in clem. ſi quis ſuadente. de pœn.* quæ nunc facta eſt bullæ Cœnæ, per S.D.N.

103 XVI. *in clem. cupientes, de pœn. §. fin. excõmunicat clericos, & religioſos, violantes conſtitutionem illis prohibentem quenquam inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere ſepulturam in ſua eccleſia, aut quòd non mutabit electam.*

Vt hæc incurratur, neceſſe eſt eſſe clericum, aut religioſum: quodque inducat ad iurandum, vouendum, aut promittendum eligere ſepulturam, aut non mutare electam, & quòd perſuaſus, horum quippiam faciat: quodque ſepultura pertineat ad eccleſiam eius qui perſuadet, iuxta communem in d. §. *fi.* & quòd temere faciat, non exiſtimando probabiliter id facere poſſe. [k] Neque verò ſufficit precari, aut inducere ad eligendam ſepulturam, niſi promittat, iuret, aut voueat.[l]

104 XVII. *in clem graue de ſent. excomm. excõmunicat, cum reſeruatione, nobiles, & dominos temporales, cogentes aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis, ſiue compulſio fiat perſonæ clericorum, ſiue eorum conſanguineis. Et qui voce præconis, aut ſonitu campanæ, vel ad clangorem tubicinis, aut buccinæ, conuocant populum ad audiendum miſſam tali loco, præcipuè excommunicatos, aut interdictos. Quique prohibent ne excommunicati ſeu interdicti ab eccleſia eijciantur, quum peraguntur diuina officia, qui moniti nominatim à ſacerdote, recuſant.*

Per tria horum prima, ſoli & omnes domini temporales incurrunt hanc, quàmuis ſint prælati, ſi habẽt temporalem iuriſdictionem [m]: per quartum autem omnes. Conuocatio verò fieri debet aliquo prædictorum modorum, non clam per nuntios, adeóque excommunicati debent eſſe nominatim admoniti.[n]

[a] *arg. c. ſuffraganeis, de elect.*
[b] *iuxta gloſſ. eiuſ. Clem. verbo parrochialib.*
[c] *arg. c. 2. de Conſtit. lib. 6.*
[d] *iuxta Card. in d. Clement. q. 11.*
[e] *iuxta Silu. vbi ſupr.*
[f] *Gloſſ. & Cõmu. in d. Clem. verbo, non habita.*
[g] *ſecundum omnes ibid.*
[h] *iuxta gloſſ. & commu. ibidem, verbo Canonicè*
[i] *vt dictum eſt ſupr. c. 23. n. 52.*
[k] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 49.*
[l] *iuxta. S. Anton. 3 part. tit. 24. c. 51.*
[m] *iuxta gloſſ. Card. & Imol. in Clem. Graue de ſent. excom.*
[n] *Aſſertore Silu. Verbo excom. 7. caſ. 16. §. 7.*

105 XVIII. *in extrauag. Etſi dominici, de pœnit. & remiſſ. excõmunicat cũ reſeruatione, eos, qui priuilegio Papæ Sixti IIII. abſoluunt ab aliquo horum quinque votorum, peregrinationis in Ieruſalem, Romam, Compoſtellam, religionis & caſtitatis, niſi in dictis confeſsionalibus eorum fiat mentio de certa ſcientia, cum derogatione illius extrauagantis.*

Hæc *extrauag.* hunc nihil, vel parum prodeſt quò ad contentum in ea principaliter: confeſſionalia ſiquidem illa nunc euanuerunt. Sed eſt ideo notãda, quòd diſpenſatio quinque votorum in ea contentorum, reſeruetur Papæ, ad quod nullus textus ante hunc in libris iuris Pontificij habebatur.

XIX. *in extrauag. 2. de ſepult. inter commun. excommunicat cum reſeruatione eos, qui exenterant mortuos ad eos conſeruandos, eóſve concidunt in fruſta, & ea coquunt, vt oſſa carnibus denundata deferant, & ſepeliant alio in loco, quique id fieri iubent.*

Cui locus non eſt in his, qui moriuntur in terris infidelium, vbi non eſt ſacer locus ſepulturæ deputatus: nec in eo qui id facit, viuo, aut etiã mortuo, alio fine, quàm ſepeliendi alio in loco, quàmuis in vindictam, & ad veſcendum id faceret. [a] Non etiam incurrit, id faciens cadaueri, ne fœteat, aut in anatomiam, vel cadaueri regio, vt ab eius populis iuſtus honos [b] illi exhibeatur, quod in Gallia vſu receptum eſt.

106 XX. *in extrauag 1. de ſimo. excommunicat cum reſeruatione eos, qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingreſſum in aliquod monaſterium.*

Quæ non incurritur per acceptionem, vel largitionem citra pactum vel ob conſuetudinem, aut antiqua iura, vel ſine præſumptione, bono animo: bis enim repetit illa verba. *Eos qui præſumunt.* Neque per acceptionem cum pacto, in victum eius qui ingreditur ob neceſſitatem. [c] Innocentius porrò VIII. declarauit moniales non incurrere hanc, niſi ob receptionem cum pacto, aut alicuius inidoneæ, ob largitionem. S. Anton. autem [d] (quem referũt Silueſt. [e] & Feli. [f] (ait Martinum V. dixiſſe ſe nolle hac teneri moniales. Adeóque conſuetudo contraria excuſaret à prædicto mortali. [g] At verò, Clemens VII. conceſſit, vt moniales nullam ſimoniæ pœnam incurrerent propter pacta, & conuentio-

[a] *aſſertore Silu. vbi ſup. c. 41. & colligitur ex textu.*
[b] *iuxta Caiet. vbi ſup caſ. 70.*
[c] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 71.*
[d] *3. part. tit. 24. c. 70.*
[e] *vbi ſup. caſ. 44.*
[f] *in c. Quoniam, de ſim.*
[g] *vt diximus in d. c. quoniam, argu. gloſſ. ſing. in c. cum venerabilis, de cõſuet. c. deniq. 4. diſt. & eorũ quæ Aufrer. in repet. cle. 1. de offic. ord. in reg. 3. fall. 2. ait.*

nes, quas contraherent in dotibus monialium, in earum commodum victum.[a]

XXI. *in extrauag. Pauli II de ſimon excommunicat cum reſeruatione, committentes ſimoniam in ordine, vel beneficio eiúſque mediatores.*

Hæc non intelligitur niſi de ſimonia, quæ committitur in ordine, & beneficio, ſecũdùm omnes: de ea namque tantùm agit, quod ipſum aſſeruit Caietan.[b] nec locum habet in ſimonia mentali, aut ſolâ conuentionali, ſed in reali.[c] Mandatum verò illi additum, vt denuncient eam ſcientes, non obligat alios quàm Curiales Rom.[d] neque nunc eos, neque alios, non enim eſt quò ad hoc recepta, Silueſt.[f] & Caiet[g] aſſertoribus.

XXII. *in extrauag. Martin V de Regul. excommunicat cum reſeruatione, fratres ordinum mendicantium ſine ſpeciali facultate Papæ migrantes ad non mendicantes, excepto ordine Carthuſianorum, eóſque admittentes.* Quæ ſuffragatur illi Io. Maioris.[h] *Charthuſia religionum optima.*

XXIII. *in extrauag. 1. de ſent. excommu.*[i] *excommunicat cum reſeruatione, omnes eos, qui largiuntur, vel accipiunt quippiam, aut promittũt in Curia Romana quò obtineant iuſtitiam aut promereantur gratiam alicuius rei.* Sed Paul.[k] Ang.[l] Silueſt.[m] & Caiet.[n] aſſerunt fuiſſe reuocatam per Clementem V. Fuit autem innouata, & maioribus pœnis aucta à S. D. N. Gregorio XIII. per extrauagantem, quæ incipit. *Ab ipſo*[o]

107 XXIIII. *in extrau. graue. de reliq. & vener. ſanct. excommunicat aſſerentem peccare mortaliter eum, qui crediderit Virginem matrem fuiſſe conceptam in peccato originali: & vice verſa eum, qui dixerit peccare mortaliter oppoſitum tenentem.*

Hanc non incurrit qui ſyncero animo citra temeritatem, vel præſumptionem id dixerit,[p] ait enim, *auſu temerario*, & paulò antè, *præſumerent*, & ita dolum aut certè latam culpam requirit.[q] Quanquam in Concil. Baſilien.[r] fuit declaratum, conceptam ſine peccato originali,[s] renouata eſt tamen præfata extrauag. per Concil. Trident.[t]

[a] vt habetur in cõp. priuil. verb. Moniales, n. vlt.
[b] vbi ſup. caſ. 72.
[c] per prædicta c. 23. n. 160. & c. 25. nu. 112. & latiùs in Comment. c. fin. de ſimo.
[d] ſecundũ Silu. vbi ſup. caſ. 43.
[e] iuxta S. Anto vbi ſup. c. 66.
[f] vbi ſup.
[g] poſt caſ. 81.
[h] in 4. diſt. 38. q. 11.
[i] quam refert Io. Andr. in c. Nemo, de ſimo.
[k] in 4. diſt. 18. q. 3. col. pen.
[l] verb. excommunicatio 5. caſ. 25.
[m] vbi ſup. caſ. 46.
[n] poſt caſ. 81.
[o] promulgatam die 8. Nouembr. an. 1574. quam Cõmentario veſtiuimus.
[p] iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 88.
[q] per ſup. dicta. eod. c. n. 74.[r] ſeſſ. 36.[s] aſſertore D. Barthol. à Caranza Archiepiſc. Tolet. in ſumma eiuſdem Concilij.
[t] ſeſſ. 4. ſub fin.

1008 XXV. *relata apud Silueſt. verb. excommunicatio 7. caſ-*
47 *excommunicat cum reſeruatione, commiſſarios, & delegatos ad cognoſcendum, an hæc vel illa alienatio bonorũ eccleſiaſticorũ, ſit in vtilitatem euidentẽ eccleſiæ, vel non, qui amore, timore aut pecuniâ eam auctorant.* Quanquam Caieta hanc non poſuit, ſiue quòd non haberet pro authentica, ſiue quòd non eſſet vſu recepta, quod ipſum de alijs multis ſignificat.[a]

109 XXVI. *in priuilegiis ordinum*[b] *excommunicat cum reſeruatione ingredientes monaſteria monialiũ, minorum, & prædicatorum, ſine licentia præfecti ordinis, aut generalis, eiúſve qui ab ipſis ad id habet facultatem. Et qui præſumunt proferre in lucem libellos famoſos, linguâ vulgari, vel aliâ, aut componunt, vel habẽt aut in vulgus emittunt verſus, aut cantilenas in infamiam & detractionem ſtatus ordinis prædicatorum, vel minorum. Eos inſuper, qui præſumunt prædicare, docere aut defendere prædictos religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere ex eleemoſynis, neque prædicare, ſeu audire confeßiones cum licentia ſummi* Pontific. *aliorúmve prælatorum inferiorũ citra licentiam* Rectorum *eccleſiarum, vel presbyteri* Cardinalis. *Eos denique, qui preſumunt inferre aliquam, quæ incommoda ſit, violentiam locis prædictorum prædicatorum, & minorum Et qui in ſuis monaſteriis vel eccleſiis detinent Apoſtatas prædictorum ordinum niſi eiecerint, poſtquam à monachis eorundem ordinum fuerit eis denunciatum, ne eos retineant. Et monachos minores, qui præſumunt recipere ordinis prædicatorum profeſſos, abſque licentia ſummi Pontificis, quæ faciat expreſſam mentionem huius indulti, aut niſi prius petant, & impetrant facultatem ſuorum Priorum & qui palam, vel clam conantur expellere ex vniuerſitate* Pariſiorum, *prædicatores, vel minores.*

[a] *poſt caſ. 81.*
[b] *relata apud S. Anton. 3. p. tit. 24. c. 70. & Caiet. vbi ſupr. caſ. 81.*

Septem excommunicationes diuerſorum Pontificum in hac continentur.[c] Primam non incurrit, ingrediens dicta monaſteria ignorantiâ iuſtâ, vel quaſi iuſtâ ductus,[d] neque qui ingreditur ſciẽs, ſed perſuaſus iuſtã eſſe cauſam ob quam ingreditur.[e] Secunda verò, non habet locum contra componentes prædictos libellos in ignominiam ipſorum religioſorum, non autem eorum ſtatus.[f] Septimo porrò loco, pro *Pariſiorum*, eſt apud Silu.[g] *Peruſini*, per errorem. Atqui, mulieres, quæ prauâ intentione ingrediũtur monaſteria monialium prædictarum, poſſunt abſolui à confeſſariis ſui ordinis per-

[c] *relata à S. Anto vbi ſup.*
[d] *iuxta eundem, & Caiet. vbi ſu.*
[e] *ſecundum eundem.*
[f] *per dicta ſup. c. 18. n. 35.*
[g] *vbi ſup. caſ. 54.*

priuilegium Sixti IIII. [a] Cęterùm, pręlati pręd ictorum ordinum, & eorum qui gaudent priuilegijs Carmelitarum, poſſunt excommunicare omnes clericos & laicos, retinentes Apoſtatas ſui ordinis. [b] Facientes autem eiuſmodi damnoſam violētiam, poſſunt abſolui à conſeruatore, & prælato ordinis, in foro conſcientiæ, per priuilegium Leonis X. [c]

110 XXVII. [d] *excommunicat eos qui peregrinantur in Ieruſalem, abſque licentia Papæ.*

XXVIII. in *extrauag.* Iulij II. [e] *excommunicat eos qui appellant à Papa ad futurum* Concilium, &c. Sed hoc anno facta eſt tertia bullę Cœnæ per S. D. N. Gregorium. XIII.

Conſulens verò vt appellet, non incurrit, ſi non appellet, ſecus, de conſulēte licitum eſſe appellare. [f] Quia priore caſu, prohibetur cōſilium ſecundariò poſteriore verò principaliter.

XXIX in Concil. *Later. ſub* Leone X. [g] *excommunicat cum reſeruatione*, *Cardinales reuelantes aliquid de ſecretò actis in conſiſtorio Papæ præceptum ſpeciatim & expreſſè, vt id celaretur.*

111 XXX. in *eo* Conc. *excommunicat eos, qui prædicant miracula falſa, vel incerta aut prophetias non contentas in ſacra ſcriptura.*

Sed. Caiet ait, [h] cenſuras huius Concilium non fuiſſe receptas.

XXXI. in *extrau.* Iulij II. *approbata in* Concilio *Later* [i] *excōmunicat* Cardinales, *qui Sed. Apoſt. vacante contrauenerint, ordinauerint, diſpoſuerint, aut aliquo modo præſumpſerint facere vel attentare cōtra ordinata ab eodem Iulio* II. *vt citra ſimoniam eligatur* Papa.

## De excommunicationibus reſeruatis Epiſcopis, vel partim Papæ, partim illis, partim neutris.

112 *Excommunicationes reſeruatæ Epiſcopis, ſunt tres, & interdum aliæ duæ, n. 113.*

*Prima, in cap. peruenit, de ſent. excom. incurſa ob leuem percuſſionem clerici, vel monachi.* [k]

[a] *vt habetur in. compend. verbo Abſolutio.* n. 8.
[b] *vt habeatur in d. compend. verbo Apoſtat. n.* 7.
[c] *vt dicitur in d. compend. verbo Abſolutio* 2. *ad ſeculares.* §. *fin.*
[d] *relata apud S. Anto. & Silu. vbi ſup.*
[e] *relata à S. Ant. vbi ſu. c.* 10.
[f] *iuxta* Caie. *vbi ſup.*
[g] *ſeſſ.* 9.
[h] *verb. excom. in fin quem ſequitur F. Bartholomæus Caren̄za Archiep Tolet. in fine ſum. Concilij Laterā. ſub. Leone* X.
[i] *ſeſſ.* 5.
[k] *de qua ſup. eod. c. n.* 94. *& ſeq.*

*Secunda, quam fert Epiſcopus per ſuum ſtatutum, reſeruando ſibi abſolutionem.* [a]

*Tertia, eſt excommunicatio Papalis, cuius abſolutio ob aliquod iuſtum impedimentum, conceditur inferiori: illam namque dare debet Epiſcopus, non alius inferior.* [b] diſpenſatio, vel abſolutio quæ reſeruata Papæ, priuilegio iuris, conceditur inferiori, videtur concedi Epiſcopo, non alteri eo inferiori. [c] Qua eâdem ratione, excommunicatio prima harum quinque, cenſetur reſeruata Epiſcopo.

[a] *iuxta omnes, arg. c. nuper, de ſent. excom.*

[b] *iuxta Innoc. communiter recept. in c. 1. & c. Monachi, de ſen. excom.*

*Quarta, partim epiſcopalis, partim non, in cap. nuper, &c. ſi concubinæ de ſent. exc. excõmunicat eum, qui ſcienter participat excommunicato in crimine, ob quod eſt excommunicatus, cum reſeruatione abſolutionis ei, cui eſſet reſeruata abſolutio excommunicationis, ob crimen in quo participando eam incurrit alius.*

Ad incurrendam porrò hanc excommunicationem, oportet fieri participationem in crimine poſt illud cõmiſſum, & ob id incurſam excommunicationem ab eo, cum quo participat [d] Inſuper, quòd participet cum eos ſciẽs illum eſſe excommunicatum. Sicut autem ante extrauagantem prefatam. *Ad euitanda* [e] ſufficiebat & requirebatur ſcientia excõmunicationis, ita poſt eã, requiritur & ſufficit ſcientia denunciationis illius. [f] Inſuper ſicut qui percutit pluries clericum, ita vt appellentur diuerſæ percuſſiones, [g] ſingulis vicibus incurrit excommunicationem: ſic participans in crimine multoties cũ excommunicato, ita vt dicãtur iteratæ participationes, ſingulis vicibus incurrit excommunicationem. At verò, ab hac excommunicatione abſoluere debet idem qui ab altera [h]: ideóque, cui reſeruata fuit prior, eidem & hæc erit, ſi verò illa nemini fuerit, neque hæc vlli erit.

[c] *iuxta eundem Innoc. in c. 2. de eo qui furt. ord. ſuſcep. probatum à Pan. ibi, & in d. c. Monachi, aliiſque locis ibi per Felin. citatis.*

[d] *vt dictum eſt ſupr. eod. n. 33.*

[e] *relata ſupr. eod. c. n. 35.*

[f] *per ibi dicta.*

[g] *iuxta dicta ſu. eod. c. 6. n. 16. & ſeq.*

[h] *d. c. Nuper.*

113 *Quinta, etiam partim epiſcopalis, partim non, in cap. eos, de ſentent. excom. lib. 6. excommunicat eum, qui ob articulum mortis. aliúdve iuſtum impedimentum abſolutus ab eo, qui aliter non potuiſſet, recuperatâ valetudine, vel ſublato impedimento quàm primùm commodè poteſt, non repreſentat ſe ſuperiori, à quo debet abſolui, quò obediat eius mandatis. Et qui abſolutus à Sed. Apoſt. eiúſve Nuntijs præcipientibus, vt ſe ſiſtat coram ordinarijs, aut alijs iudicibus, quò exequatur iuſſa, vel quò ſatisfaciat læſis, iiſve ob quos fuit excommunicatus, non facit quàm citò commodè poteſt.*

Prior pars huius excommunicationis habet locum

in abſolutis à quibuſcũque, vt ex illius ſerie palam colligitur. Secũda verò non niſi in abſolutis à Sede Apoſt. aut eius Nũtijs, de quibus ſolùm loquitur. Itaque, non habet locum in abſoluto ab Epiſcopo, vel alio delegato,[a] quàmuis ſecus, noſtro iudicio, in abſoluto à ſummo Pœnitentiario. Tempus verò intra quod quàm primùm commode poteſt, tenetur præſentari, quò ad forum exterius, arbitrio boni viri, relinquitur[b]: quò ad interius autem, conſcientiæ abſoluti,[c] & quidem hæc eſt Papalis, vel Epiſcopalis, ſi prior talis erat: neutrius verò, ſi prior non erat reſeruata: textus enim habet, eandem eſſe.

[a] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 6. 9.*
[b] *arg. l. 1. ff. de iur. delib. c. de cauſis, de offi. deleg.*
[c] *arg. gloſſ. c. ſignificaſti, 2. de homic.*

## De excommunicationibus nemini reſeruatis.

### Summæ.

114 *Excommunicatio. I. nemini reſeruata, in ſeculares non reddentes ius eccleſiaſticis. II. in conſentientem electioni de ſi in Papam malè factæ.* III. *in eum qui ſic ſuſcipit munus, adminiſtrandi partem talis epiſcopatus. IIII. in ſcholaſticos Bononiæ, qui ſic conducunt V. in imponentes tributa, &c. eccleſiaſticis num.* 115. *VI. in certos clericos qui audiunt leges, aut medicinam num..* 116. *VII. in clericos ſuſcipientes præfecturas ſeculares. V*III. *in ſchiſmaticos n.* 117. IX. *in capientes bona naufragorum. num.* 118. *X. in ſeruantes ſtatuta contra libertatem eccleſiæ. num.* 119.

118 *Naufragorum bona huic vel illi diſtribuenda, lex ſtatuens, iniquiſſima.*

119 *Libertas eccleſiaſtica quæ, quis eam violat. num.* 120.

120 *Statutum contra libertatem eccleſiaſticam factum, quando cenſeatur.*

114 *Prima,* in *cap. adminiſtratores. 23. quæſt. 5. excommunicat. Gubernatores, & Iudices qui admoniti ad Epiſcopis, aliiſque Eccleſiaſticis, omittunt ius illis reddere, negligentiâ, vel iniquo animo.*

II. in *cap. licet, de electio. excommunicat eum, qui non electus, ſaltem à duabus partibus Cardinalium in Papam, conſentit ſuæ electioni, & recipientes eum in Papam.* Hæc non eſt reſerua-

ta Papæ, niſi permixtam habeat hæreſim credendi duas eſſe eccleſias, aut ſchiſma abſque illa, túncque reſeruatur per bullam Cœnæ in clauſula prima & ſecunda [a]

III. in *cap. quoniam, de off. ord. excommunicat Epiſcopum, qui in ciuitate diuerſarum linguarum, ſuſcipit gubernationem eorum, qui ſunt ſuæ, priuſquam ſuſcipiatur à proprio Epiſcopo, in coadiutorem ſuum.*

Hanc Caiet. [b] hodie eſſe parum vtilem ſignificauit: quia Papa communiter confert omnes Epiſcopatus in ſimilibus locis, qui ſi luſtraſſet epiſcopatus Caſtellæ, Nauarræ, & Galliæ, in quibus alij vaſconicè, alij hiſpanicè, nonnulli, gallicè, alij teutonicè loquuntur, id non aſſeruiſſet.

IIII in *c. 1. de locat. excommunicat Doctorem, & ſcholaſticum vniuerſitatis Bononiæ, conducentem domos alterius Doctoris, aut ſcholaſtici, eius conſenſu non præuio ante finem termini.* Hæc non habet locum extra vniuerſitatem Bononiæ: ideóquæ plura non commentabimur.

115 *V.* in *c. non minus, de immun. eccleſ. excommunicat conſules, rectores & poteſtates, imponentes eccleſiis, vel perſonis eccleſiaſticis tallias, aut veſtigalia, ſi admoniti, non deſiſtunt omnéſque conſilium, fauorem vel auxilium præbentes, ac eorumdem ſucceſſores.*

Per poteſtatem hîc intelligitur ſecularis, [d] ſufficítque vna admonitio, [e] eam verò non incurrit Gubernator, qui vt debuit, contradixit, etiam ſi non abdicet officium, [f] ſiquidem, non peccauit, ſi contradixit, quantum, & quemadmodum debebat, [g] ſine peccato mortali autem, non incurritur excommunicatio maior.[h] Inſuper, hæc excommunicatio non incurritur ob tributa omnino realia, quæ clerici debent ob ſua bona, vel ob realia extraordinaria, immediatè ſpectantia ad eorum bona, veluti ad reſtaurandũ iter, vel callem, ante prædium, vel domũ ſuam, ſed incurritur propter onera merè perſonalia, & mixta, quæ imponuntur perſonis & bonis.[i]

116 VI. in *cap. non magnopere. & cap. ſuper ſpecula ne cle. vel monach. & c. 1 eod. tit. lib. 6. excommunicat religioſos, ſua monaſteria exeuntes vt leges audiant, vel medicinã, audiũntque & non redeunt intra duos menſes ad illa. Clericos denique habentes dignitatem vel perſonatum, quàmuis non ſint presbyteri. Et*

*[a] ſupr. eod. c. n. 56. & 57.*

*[b] vbi ſup. caſ. 68.*

*[c] iuxta Innoc. & cõmunem in eod. c. contra Oſtienſ.*

*[d] iuxta Ioan. And. in c.* Non *minus, de immun. eccleſ.*

*[e] iuxta Oſtien. ibid.*

*[f] iuxta Pano. in c. Aduerſus, eod. tit. & melius Ang. & Silu. verb. excomm. 9. caſ. 5. & Io. Tabiẽ caſ. 18. quãquàm Io. And. oppoſitum teneat ibi, & Inno. dubitet in c.* Nouerint, *de ſent. excom.*

*[g] arg. c. Epheſi 43. diſt.*

*[h] c. Nemo, & c. Nullus 11 q. 3. vt dictum eſt ſup. eod c. n. 9.*

*[i] iuxta Pan. in de c.* Non *minus.*

*presbyteros, quàmuis omnino nullam habeant dignitatem, aut eccleſiam parochialem, qui audiunt dictis duobus menſibus.*

Hanc non incurrit religioſus, audiens intra monaſterium vel extra in eadem ciuitate, ibidem degens, aut egrediẽs vt audiat aliquod exordium, vel prælectionẽ, honoríſve aut informationis cauſâ, vel rediens ante prædictos duos menſes ad clauſtrum. [a] Inſuper, clerici ſeculares, quàmuis obtineant beneficia, & ſint ſubdiaconi, modò non habeant dignitatem vel perſonatum, non etiam incurrũnt in eam: quum non loquatur de illis. [b] Cæterum, Preſbyteri etiam beneficium non habentes, & habentes dignitatem vel perſonatum: quàmuis non niſi minoribus ordinibus ſint initiati, eam incũrrunt, ſi audiant duos menſes: tametſi non egrediãtur è ſuis terris, aut domicibus. [c] Nemo tamen horũ, eam incurrit, quòd doceat eas etiam extra domum ſuam. [d]

117 VII. in *cap. clerici ne. cle. vel monach. excommunicat ſacerdotem qui eſt Vicarius Vicecomitis, aut alterius præfecti ſecularis, niſi monitus abdicet perfecturam.*

Non incurrit hanc clericus minorum ordinum. [e] Incurrunt tamen eam prælati, qui ſunt gubernatores vel præſidentes cancellariarum. [f] At non incurrit prælatus, habens eiuſmodi procurationem annexam ſuæ dignitati, vel patrimonio, iuxta omnium ſententiam.

*VIII.* in *cap. nulli fas*, 19. *diſt.* & *cap.* 1. *de ſchiſma.* Sed hodie continetur in bulla Cœnę ſupra relata.

118 IX. in *cap. excommunicationi, de raptor. excommunicat capientes bona Chriſtianorum naufragio perdita, nec reſtituentes eis.*

Hæc facta eſt bullæ Cœnæ per S. D. N. Greg. XIII. [g] quæ tamen etiam tantùm accipientes ſcienter excommunicat, quàmuis non videatur cõprehendere eos, qui bono animo, aut ſaltem non maligno accipiunt, donec ſint id mora reſtituendi. Neutra verò incurritur ſolâ acceptione bonorum ſine mora, & voluntate reſtituendi, ſecundùm omnes. Quod eſt verum, attenta decretali, & bulla, niſi acceptio fuerit ſcienter patefacta: tunc enim illa ſufficit, licèt abſque monitione, ſecùndum Pan. [h] & Caiet [i] quos ſequor ob rationem firmã Caiet. contra Ioan. And. [k] licèt eum ſequatur Silu. [l] Quibus conſequens eſt, legem ſtatuentem bona naufragorum

[a] *iuxta mentem Pan. cui Caiet. vbi ſup. & alij recentiores conſentiunt.*
[b] *iuxta glo. ſing. c. Cum exeo, verbo literarum, de elect. lib. 6.*
[c] *iuxta Commune mdd. tribus c.*
[d] *iuxta Innoc. & Pan. vbi ſu. quicquid dicat Silu. verbo excommunicat. 9. caſ. 6.*
[e] *iuxta Pan. in d. c. clerici, quicquid aſſerat Sil. vbi ſup. caſ. 7.*
[f] *iuxta* Caiet. *caſ. 76.*
[g] *vt patet ſup. n. 60.*
[h] *in d. c. excommunicam, de Raptor.*
[i] *vbi ſup. caſ. 23.*
[k] *in d. c. excommunicationi.*
[l] *verb. excõmunicat. 7. caſ. 20.*

eſſe tribuenda illi, vel illi, eſſe iniquiſſimam, quippe quæ afflicto addit afflictionem.[a]

119 X. in *cap nouerit. de ſentent. excommun. excommunicat eos, qui obſeruari faciunt ſtatuta facta, & conſuetudines inductas aduerſus libertatem eccleſiaſticam, niſi ex libris radant: eâque facientes. & ſcribentes, ac Poteſtates Cõſules, Gubernatores & Canſiliarios quorumlibet locorum vbi eiuſmodi ſtatuta ſeruantur: nec non iudicantes ſecundum illa aut ea publica in forma ſcribentes.*

Non incurrunt hanc omnes violantes libertatẽ eccleſiaſticam, vt nonnuli cenſuerũt, ſed solùm, qui eam violant viâ ſtatutorum, & conſuetudinis contrariæ.[b] Nec ſatis eſt facere obſeruari, ſi obliteratur & eraditur ẽ libris intra duos menſes, neque non eradere, niſi quis obſeruari fâciat.[c] Quicquid verò aſſerat Caiet.[d] Poteſtates, Conſules, Gubernatores & conſiliarij incurrũt eam, quàmuis non obſeruat, neque obſeruari præcipiant, ſciant, nec impediant eorum obſeruantiam:[d] hæc enim eſt aperta ſententia textus *d. cap. nouerit* Nec obſtat eius ratio, putá ex omiſſione non videri incurri excommunicationem: id enim falſum eſt[e] & ipſemet Silu. aduerſatur.[f] Qui verò faciunt obſeruari, vel ſcribi eiuſmodi ſtatuta ſyncero animo credẽtes eſſe ſalutaria, eã non incurrũt,[g] maximè ſi credunt de cõſilio viri eruditi, & timorati.[h] Libertas porrò eccleſiaſtica eſt, quam habet Eccleſia vniuerſalis quatenus eſt talis inſpiritualibus, temporàlibus conceſſam à Deo, Papa vel Imperatore.[i] Qui verò ordinat contra hanc, vel illam eccleſiam particularem, non incurrit hanc excommunicationem, niſi illa etiam pertineat ad eccleſiam vniuerſalem. Nec ſufficit aliquid eſſe cõntra ſocietatem humanam, vt dicatur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam, vnde in *ca. fin de immun. eccleſ. lib. 6.* non dicitur, ſtatuere ne laici coquant, molant, aut vendant clericis panem &c. eſſe cõtra libertatem eccleſiæ, ſed præſumi eſſe: cùm per ſe non tangat eccleſiam quatenus eſt eccleſia, ſed quatenus eſt congregatio hominum, inſtar aliarum[k]

120 Vt porrò aliquod ſtatutum dicatur contra libertatem eccleſiaſticam, debet eſſe factum intentione derogandi ei, aut alicui rei eiuſmodi quæ ſuapte naturâ aduerſetur eidem: quale eſt ſtatuere, ne eccleſiis vel ec-

[a] *cotra c. Cùm percuſſio, 7. q. 1. & l. Dinus ff. de off. præſid.*

[b] *vt rectè aſſeruit Caiet. vbi ſup. caſ. 31.*

[c] *iuxta gloſſ. d. cap. grauem, de ſenten. excommun. & Cõmu. in dict. cap. noueret, quanpnam Silu. verb. excõmunicat. 9. caſ. 10. contradicit, & Caietan dubitat vbi ſupr.*

[d] *d. caſ. 31.*

[e] *per Clem. 1. § verum, de hæret.*

[f] *in c. 72.*

[g] *iuxta Innoc. in d. c. Nouerit in fin.*

[h] *argu notato in c. 1. de conſtit. & glo. ſing quæ eſt tertia, ex quæ Panor. commun. recept. hoc ebid. colligit c. eapellanus de feriis.*

[i] *iuxta Innoc. in d.c. Nouerit, col. 2.*

[k] *Quod eſt ſing. dictũ Caiet. in d caſ. 31 & 37. quod alias d.c. vlt. addidimus.*

cleſiaſticis erogentur eleemoſynæ, vel decimæ. ſeu vt vectigal gabellam vel indicta ſoluant dehis, quæ emunt ſibi, non vt negotientur, ſeu cauſa lucri iteratò vendãt. Nec eſt huius generis, ſtatuere ne in funeralibus, primis miſſis, vel nuptijs, extra modũ offeratur, néve fiant immoderata conuiuia, aut ſumptus ceræ, luſus & reliquæ pompæ, iuxta Caiet.[a] licèt Tabien.[b] contradicat, cui per prædicta reſpõdeas. Quãuis enim id fiat eccleſiæ & eccleſiaſtici minus lucrentur, hoc tamen factũ ſuapte naturâ eò non refertur, ſed per accidens, quod non cõſideratur.[c] Atqui *cap. vlt. de reb. eccleſ* quatenus ait laicos non poſſe ſtatuere de funeralibus, intelligẽdum eſt de his, quæ ſuâ naturâ diriguntur ad eccleſiam, vel ſalutem animæ mortui, ſeu ad cultum diuinum,[d] non autem de alijs. Et quidem hæc excommunicatio hodie eſt reſeruata Papæ.

[a] *in d. caſ.31.*
[b] *caſ.20.*
[c] *arg. l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. & late trad. per Ariſt de phyſico auditu, declaratum per B. Tho. ibi lect.9.*
[d] *vt ſentit.* Felin. *in c. eccleſia, col.38. de cõſtit. & expreſſit* Caiet. *vbi ſup.*
[e] *vt patet ſup. n.61.*

## Excommunicationes lib. Sexti Decretalium, nulli reſeruatæ.

Summæ.

121 *Excommunicatio. XI. nulli reſeruata, & prima Sexti, in eos, qui ſecretò mittunt, &c. Cardinalibus, quando ſunt in conclaui ad eligẽdum.* XII. *in dominos, &c. qui in electione Papæ non faciunt obſeruari quod eo tempore faciendum ſtatuitur.* XIII. *in eos, qui moleſtiâ afficiunt electores, quod non elegerint optatum ab eis, n. 122.* XIIII. *in nouè vſurpantes in cuſtodiendi aliquam eccleſiã, ſede vacante, &c. num.123.* XV. *in directorem electionis monialium, qui hoc vel illud facit. num. 124.* XVI. *in eum, qui procurat ſuum conſeruatorem, &c.* XVII. *in facientes ſe metu abſolui à cenſuris.* XVIII. *in fingentem aliquid quò iudex vadat ad mulierem. num.125.* XIX. *in compellentes ſubmittere bona eccleſiaſtica. num.126.* XX. *in inuentores nouarum religionum. num. 127.* XXI. *in exigentes ab eccleſiaſticis portoria. num. 128.* XXII. *in ſic impedientes iuriſdictionem eccleſiaſticam, num. 129.* XXIII. *in dominos, qui prohibent ſubditis ne vendant, néve emant à clericis, &c. num.130.* XXIIII. *in religioſos temere habitum deſerentes. num 131.* XXV. *in religioſos ad ſtudia ſine licentia euntes, &c. num.*

133 XXVI. *in Doctores docentes leges religioſos num.* 134. XXVII. *in ſepelientes hæreticos num.* 134. XXVIII. *in iudices non auxiliantes contra hæreticos, &c. num.* 135. XXIX. *in interficientes per aſſaßinos num.* 136. XXX. *in permittentes fœneratores nu.* 136. XXXI. *in dantes repreſalias contra eccleſiaſticos num.* 136. XXXII. *in negligentes perſequi iniurias* Cardinalibus *illatas num.* 136.

123 *Vſurpare nouè cenſetur, qui nondum poſſedit.* 40. *annos.*

124 *Electio canonica monaſterio apprime neceſſaria, factu autem difficillima.*

126 *Tempus decem annorum, eſt longum tempus, eo verò minus breue & n.* 150.

126 Monitio *extra iudicialis, non debet eſſe neceſſario trina.*

128 *Mercator quis, qualis non eſt monaſterium aſportans terrã, &c.*

130 Lex, *vt nemo vendat prædium niſi tributario, valida.*

132 *Religionis habitum quis cenſeatur relinquere: quando peccet mortaliter, eſtque excommunicatus.*

132 *Regularis metu ingreſſus religionem, vel ante ætatem debitam profeſſus, &c. non audiatur, niſi intra quinquennium à die profeßionis.*

132 *Regularis nullus transferatur ad laxiorem ordinem.*

132 *Regulari nulli facultas occultè ferendi habitum ſuæ religionis, detur.*

134 Religioſi *Doctor qui excommunicatus.*

135 *Iudex non auxilians contra hæreticos, vt excommunicatus.*

136 *Aſſaſinus quis ſit propriè, & quis impropriè.*

136 *Alienigena quis cenſeatur.*

136 *Repreſalias quis concedat contra clericos, &c.*

121 XI. in *cap. vbi periculum. de elect. eod. lib.* §. *nulli, excommunicat omnes, qui mittunt literas aut nuntium, vel clam loquuntur* Cardinalibus *incluſis cõclaui vt eligant Papam* Non obligat Cardinales in conclaui exiſtentes. Quanqam autem Archid.[a] (quem ſequuntur Io. Andr. Domic. & Peruſ. cum alijs) dicat, vnum quodque horum trium ſecretò faciendum eſſe, vt incurratur: contextus tamen eius id de ſolo tertio ſignificat, vt ante nos Caiet. prodidit.

[a] *in d.* §. *Nulli.*

XII. in d. *c. vbi periculum* §. *Præterea, excommunicat* Dominos *Gubernatores, & quoſlibet alios magiſtratus, ſeu officia-*

*les ciuitatis. vbi creandus eſt Papa, qui diligenter obſeruari non fecerint quicquid eo tempore faciendum eſſe ſtatuitur, in illo cap.*

122 XIII. *in cap. ſciant cuncti de elect. lib. 6. excommunicat omnes, qui per ſe vel alios præſumpſerint vexare aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel loca pia ſeu eorum cõſanguineos: eo quod rogati ſeu aliàs inducti, eum pro quo rogabantur, ſeu inducebantur eligere noluerint.*

Quò hec incurratur, neceſſe eſt, vt interueniat grauamen ſpolii, vel iniuſta proſequutio: quòdque idfiat, quia noluit eligere eum, pro quo fuit rogatus, vel ſuaſus, & quòd perſona eligenda, ſit eccleſiaſtica: & grauamen ſeu moleſtia fiat rogato, vel eius conſanguineo, aut eccleſiæ monaſterio, vel pio loco.[a] Cui conſequẽs eſt, non bene reſpondiſſe cuidam Domino, eum non incurriſſe hanc excommunicationem, quòd prætermiſiſſet largiri eleemoſynas conſuetas cuidam eccleſiæ: quia non fuiſſet electus in ea, is quem optabat. Per ſpolium autem intelligitur quæcunque acceptio quorumlibet bonorum mobilium vel immobilum, occulta, aut violenta.[b] Idipſum autem quod dicitur de electione, dicendum quoque de præſentatione ſpectante ad perſonam eccleſiaſticam, non autẽ ad laicam[c]: idemque de confirmatione, inſtitutione & poſtulatione.[d]

123 XIIII. *in c. generali, de elect. lib. 6. excõmunicat eos, qui vſurpare conantes noue ius cuſtodiendæ, & ſeruandæ alicuius eccleſiæ vacantis, præſumunt caprere aliqua eiuſdem bona.*

Duo requiruntur ad incurrendam hanc excommunicationem, ſcilicet, vt velint vſurpare eiuſmodi ius, & bona capiant, ita, vt alterum ſine altero non ſufficiat.[e] Qui verò id facit, eò quòd ad eum pertinet ex fundatione vel antiqua conſuetudine, aut præſcriptione, non incurrit.[f] Nouè porrò vſurpare dicitur, qui nondum poſſedit 40 annos.[g]

124 XV. *in cap. indemnitatibus. §. poſtremo, de elect. lib. 6. excommunicat accerſitum in directionem electionis monialium, non temperantem à rebus è quibus naſci, vel ali poteſt diſcordia.*

Nec refert an is ſit religioſus, aduocatus, prudens, vir, an fœmina.[h] Vnde colligitur quantum errant, qui exiſtimant moniales S. Claræ & cuiuſcunque alius re-

[a] *iuxta Caiet vbi ſup. caſ. 34.*
[b] *iuxta Archid. in c. ſciant cũcti, de elect. lib. 6.*
[c] *iuxta gloſſ. fin. in d. c ſciant.*
[d] *iuxta Domin. recept.*
[e] *iuxta Caiet. in caſ. 38. & ante eum Dom. in c. conqueſtus, de for. compet.*
[f] *per finẽ eiuſdẽ cap.*
[g] *iuxta gloſſ. eiuſdẽ cap. verb. de nouo.*
[h] *iuxta gloſſ. recept in §. Poſtremo, ſub c. indemnitatibus, de elect. lib. 6.*

ligionis, non poſſe accerſire aliquam perſonam extraneam ſcientiâ, & conſcientiâ ad id idoneâ præditam, cui fidant vt faciant ſanctam, & canonicam electionem ſuæ Abbatiſſę, cùm poſſint vocare medicos, chirurgos, latomos, fabros lignarios, alioſque id genus miniſtros ad res neceſſarias: & canonica electio ſit maximè neceſſaria monaſterio, rectè autẽ factu difficillima, in qua tanta ſeſe offerunt dubia, vt pauci, quàmuis conſummatâ cononum peritiâ imbuti, eam ſic dirigant, quin alicubi ceſpitent, & errant. Cæteris tamen paribus, ſatius foret, vocari in directorem eiuſdem ordinis virum, quàm extraneum. Cæterùm, (vt rectè Dominic. [a] ait) non incurrit hanc, qui intereſt electioni, non accerſitus in directorem, nec excitans, ſeu alens diſcordiam, factâ iam electione. [b]

125 XVI. *in cap. fin de offi. deleg. lib. 6. excommunicat partem incitantem conſeruatorem ad procedendum in eis, quæ non continent apertam violentiam vel iniuriam, quæque requirunt altiorem indaginem.* Hanc non incurrit, qui non eſt pars in iudicio, nec etiamſi ſit & procurauit, iudex tamen non proceſſit, [c] Neque dum conſeruator datur cum clauſula, *vt poßit cognoſcere etiam de eo, quod requirit altiorem indaginem,* vt cõmuniter hodie conceditur. Circa quæ nouè Conc. Trident. nonnullis ſanxit.

XVII. *in cap. 1. de his quæ vi lib. 5. excommunicat eos, qui vi, aut metu conſequuntur abſolutionem, vel reuocationem ſententiæ excommunicationis, interdicti, aut ſuſpenſionis.*

Non tamen ſat eſt inijcere metum, ſi abſolutio non fuit impetrata. [e] Nec refert an. ſententia ſit iuſta vel iniuſta: [f] neque an ſit lata à iure, an ab homine, [g] neque an ipſe excommunicatus id faciat, an verò alius. [h] Sed requiritur, vt timor ſit iuſtus, vt ſentit quædam gl. [i] & communis: [k] quãquam oppoſitum afferat Caiet. [l] quod videtur tenendum quò ad forum conſcientiæ. [m]

XVIII. *in cap. 2. de iud. c. lib. 6. excommunicat eum, qui fingit caſum, aut fraudem aliquam committit, quo iudex ipſe vadat capturus teſtimoniũ alicuius fœminæ.* Sed nil referat an qui fingit ſit ipſemet iudex, neque an iudex ſic clericus, an laicus, modò profectio perſonalis iudicis perficiatur: non tamen erit excommunicatus ſi ipſe non procurauit fingi. [n]

[a] *ibi.*
[b] *iuxta* Caiet. *vbi ſup. caſ.* 80.
[c] *per dicta ſup. eod. c. n.* 51.
[d] *ſeſſ. 14. c. 5. de reform.*
[e] *iuxta Archid. ibid.*
[f] *iuxta gloſſ. ibid.*
[g] *Caieta vbi ſup caſ.*
[h] *iuxta gloſſ. & commun. ibid.*
[i] *quæ eſt pen. c. 1. de his quæ vi, verbo, vim.*
[k] *ibidem.*
[l] *in d. caſ.* 41.
[m] *per deducta c. 17. n. 4. & 29. & melius c. 23. n. 51.*
[n] *iuxta communem in d. c. & Caiet. vbi ſupr. caſ. 59.*

126 XIX. in *cap.2. de reb. eccl. lib. 6. excommunicat omnes, qui compellunt prælatos aliáſque perſonas eccleſiaſticas ſubmittere perpetuo, vel in longum tempus, eccleſias, bona immobilia, aut iura earum laicis, caſibus iure prohibitis, & accepta referentes illis tanquam ſuperioribus patronis vel defenſoribus. Quique horum aliquid habentes per aliquem contractum licitè factum, vſurpant plus quam per illum eis eſt permiſſum, nec admoniti eo ſuperſedent.*

Quò hæc incurratur, neceſſe eſt interuenire omnes qualitates in ea tactas. Ideóque,[a] eam non incurrit, quiſquis id facit ad breue tempus, quod nimirũ, iuxta communẽ, eſt minus decem annis,[b] & Deci.[c] quidquid aſſerat gloſ. quædam.[d] Admonitio verò ſecundæ excommunicationis, debet eſſe trina.[e] Quanquam, noſtra ſententia, vna ſufficiat per quandam gloſſ. celeb.[f] ac reſolutionem Pan. & Deci.[g] quæ habet, monitionem extra iudicialem, quam non facit iudex ad excõmunicandum, ſufficere vnicam, & etiam eam quæ fit in iudicio alteri quam partibus litigantibus, & hæc eſt extraiudicialis, quæ non fit partibus litigantibus, neque ad ferẽdam excommunicationem, quod gloſſam decepit, ſed incurrendum à iure ſtatutam. Hic verò modus ſubmiſſionis, appellatur in Caſtella commenda, quibus autem fit, Commendatarij.[h]

127 XX. in *cap. 1. de relig. domib. lib.6. excommunicat eos, qui inſtituunt nouum ordinem religionis, vel accipiunt nouum habitũ illius, necnon mendicantes, exceptis quatuor ordinibus, qui citra facultatem ſpecialem Papæ, recipiunt aliquem in ſuum ordinem, quique acquirunt nouam aliquam domum, vel locum, ſeu ex acquiſitis vendunt.*

Quę non incurritur quòd aliquis vel aliqua accipiat nouum habitum, vt per ſe ſolitarius degat in ſua domo, alióve in loco,[i] modò non inſtituat ordinem viuendi in ſocietate. Noſtra verò ſententiá, Caiet.[k] hanc prætermiſit: quia viſum illi fuit, eam collectam fuiſſe à Doctoribus ex quadam extrauag.[l] vbi hoc ſignificat, quæ ad tot non extenditur.

128 XXI in *cap. quanquã. de cenſ. lib.6. excommunicat eos, qui per ſe, alióſve ſuo, vel alieno nomine, exigunt ab eccleſiis, vel eccleſiaſticis perſonis portoriũ, ſiue pedagium, & ducatũ per ſe, vel alios, pro ſuis perſonis, vel rebus, quas non deferũt vt negotientur.*

Hæc re-

[a] *iuxta gloſſ. c.2, de reb. eccl. lib.6.*
[b] *l.fin.ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. & gloſſ. Clemẽ.1. de reb. eccleſ.*
[c] *con.ſi.1. par.*
[d] *in c.2 de reb. eccleſ. lib.6.*
[e] *iuxta gloſſ. & Silueſt. verb. excom.9. caſ.19.*
[f] *Clem.1. §.1. verbo requiſierit de hæret.*
[g] *in c. Cũ cauſa, de off. deleg.*
[h] *vt apparet ex l.1. tit.3 lib.1. ordin. Caſtellæ quæ ſub aliis pœnis id prohibet.*
[i] *iuxta gloſſ ſing. in eod. c. verbo habitum, quam commendat Pan. conſ.5. lib.1.*
[k] *cap.5.*
[l] *relata per eum ibidem.*

Hæc relata eſt hodie in bullam Cœnæ, iuxta Silu.[a] ſed quia (vt rectè declarauit noſtro iudicio Caiet.) per illa verba. *Portoria prohibita*, ibi non includũtur portoria, quæ licitè exigũtur à laicis, ſed quæ illicitè petũtur tam à laicis, quàm clericis, dictum Sil. limitandum eſt, vt non procedat quò ad ea, quæ licitè exiguntur à laicis non priuilegiatis, quàmuis illicitè exigantur à clericis & laicis immunibus. Neque videtur poſſe fulciri dictũ Silu. ad intelligendum illud generaliter, vt loquitur ſexta clauſula [b] eiuſdem bullæ, quatenus excommunicat eos, qui exegerint aliqua onera ab eccleſiaſticis, etiam ſponte concedentibus: noſtra namque ſententia, illa clauſula loquitur de oneribus impoſitis, petitis, & rogatis, ſaltem indirectè, ratione prouentuum eccleſiaſticorum: non de iis, quæ petuntur vt ab alijs quibuſlibet laicis, prout ſignificatur in eadẽ clauſula, & eius explanatione. Quò fit, vt portorij exactores, ſeu publicani,[c] exigentes à clericis portorium, ſeu vectigal, ſiue gabellam, caſibus prohibitis, non incurrant excommunicationem Cœnæ, vti hanc. Is autem ſolus dicitur exercere mercaturam, qui emit, vt vẽdat citra mutationem eius: non autem qui emit in ſuos vſus, & poſtea per accidens vendit non mutando: nec qui emit vt vendat mutatam in aliam formam.[c] At verò monaſterium, vel clericus, habẽs venam ferrariam ſuam, & exportans eam in alias terras, vt inde ferrum conficiat, & vendat, immunis eſt à vectura,[d] vt etiam à ſuorum prouentuum eccleſiaſticorum, vel ſui patrimonij, ſi deueheret,[e] licet ſecus, ſi emeret ſolam venam, aliorúmque miniſtrorũ manibus cõficeret.[f] Cæterum, locatores, & agricolæ partiarij prædiorum eccleſiaſticorum, debent ſoluere pro ſua parte. Qui porrò accipiũt guidagia, ſeu ducatus, aut mercedem vt ducatũ præſtent, ſeu deducant, & portoria à clericis & eccleſiis perſoluentibus ſua ſponte, eam non incurrũt iuxta omnes, pauci tamen ſunt, qui ſic ſoluãt,[h] Qui verò recipiunt fictas talias, aut vectigalia illis impoſita, quàmuis ſpõte ſoluant, incurrunt eam, quæ continetur bulla Cœnæ.[i]

129 XXII. *in cap. Quoniam, de immun. eccleſ. lib. 6. excommunicat impedientes iuriſdictionem, & iudices eccleſiaſticos.*

130 XXIII. *in cap. fin. de immun. eccleſ. lib. 6. excommunicat*

*[a] verbo excommun. 9. caſ. 21.*

*[b] poſita ſup. eodem c. num. 67.*

*[c] iuxta Archidiac. & communem in d. c. 1. cũ ſuffragatur cap. eiiciens 88. diſt.*

*[d] iuxta Feder. conſ. 207. quem ſequitur Anch. in d. c. quanquã.*

*[e] iuxta Cynum recep. in l. omnes C. de Epiſcop. & cler. per illam l. in §. priuilegia,*

*[f] iuxta Ancha. in d. c. Quãquam, n. 5. contra Feder. in hoc vlt.*

*[g] iuxta Dom. & Peruſin, in d. c. Quanquam*

*[h] iuxta Caiet. caſ. 39.*

*[i] de qua ſupr. eod. c. n. 61.*

*habentes dominium temporarium qui prohibent ſubditis, ne vendant vel emant quicquam perſonis eccleſiaſticis, neque molant frumenta, panes coquant, aliáve eis officia preſtent.*

Per dominium intelligitur temporarium, ſecùndum omnes. Nec eſt neceſſe vt de hoc ſtatuto caueant, ſed ſufficit vt imperent ſubditis.[a] Idq́ue de ſe non aduerſatur libertati eccleſiaſticæ, ſed ſocietati vitæ humanæ: præſumitur tamen fieri contra eam, vt ait ſingulariter textus, præſumitur enim, quòd intentio eſt vexare eã.[c] Atqui, ſtatuere, vt nemo vendat ſua prædia ei, qui non confert in communia vectigalia, non eſt ex ſe contra libertatem eccleſiaſticam[d]: id namque intelligendum eſt, ita vt non comprehendat clericos, quanquam ſecus eſſe poſſet ob prauam intẽtionem, iniuſtamqueextenſionem.

[a] *iuxta Domini. ibidem.*
[b] *vt ſup. eod. c. n.* 120 *dictũ eſt.*
[c] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ.* 31. *&* 37.
[d] *iuxta Domin. ibid.*

131 XXIIII. *in cap. 2 ne clerici vel monach. lib. 6 excommunicat religioſos, temere abdicantes habitum ſui ordinis.*

Quæ non incurritur ob honeſtam dimiſſionem, factam nimirum iuſta de cauſa[e], nec etiam ob quamlibet dimiſſionem temerariam: nam quælibet dimiſſio citra iuſtam cauſam eſt eiuſmodi, cùm religioſus ſuo habitu omni in loco neceſſariò vti debeat,[f] ſaltem de honeſtate.[g] Quælibet autem talis, non eſt peccatum mortale, cùm dimiſſio ad currendum, vel iaculandum lapidem, non ſit eiuſmodi.[h] Non incurritur etiam ob quamlibet dimiſſionem temerariam mortiferam: non enim incurritur ob dimiſſionem quò expeditius fornicationi indulgeat, aſſertore Silu.[i] credente rectè quod Palud.[k] prima facie huic contrarium dicit intelligi de eo, qui reliquit vt diſſimulato habitu ad fornicandum vadat. Inſuper, incurritur ob dimiſſionem quæ fit ad vtendum alio ad ſcelus aliquod mortiferum, aut in tantum tempus, ſeu ob eiuſmodi cauſam & rationem, vt iudicio boni viri dicatur dimiſiſſe habitum.[l] Cui conſequẽs eſt, non incurri ob dimiſſionem, ſi non aſſumatur alius, neque etiã ob acceptionẽ alterius, adeo exiguo ſpatio, vt iudicio boni viri nõ ſit tam notabile, vt dicatur reliquiſſe, ſiue relinquat illum intra monaſteriũ, ſiue extra, in hoſpitio, vel extra: vt qui reliquit hilari aliqua leuitate, vel ob lætũ feſtũ primę miſſæ nuptiarũ, aut doctoratus, alteriuſve rei ſimilis.[m] Incurrit autem non dimittens

[e] *iuxta gloſſ. c. ſi quis ex clericis de vit. & ho. cler.*
[f] *c. vidua,* 20. *q.* 1. *c ſanctimoniales,* 23. *diſt.*
[g] *iuxta B. Ant,* 2. *part.* 24. *c.* 53.
[h] *iuxta palu. in* 4. *diſt.* 18. *qu.* 3 *col* 10.
[i] *verbo, excõ.* 9. *caſ.* 2. *not.* 2.
[k] *vbi ſup.*
[l] *vt prob. Silu.*
[m] *iuxta ſententiam. Card. in Clem.* 2. *de vit & ho. cler. q.* 3.

omnino ſed geſtans occultum. iuxta gl. quãdam ſing.[a] etſi oppoſitum teneat Panor.[b] cuius opinio videtur vera, cùm non adeo occultat, quin familiares cognoſcant eum eſſe religioſum: gloſſæ verò, cùm ita abſcondit, vt talis non appareat familiaribus,[c] vti eſt conſuetudo canonicis ſimplicibus regularibus in Hiſpania, qui communiter geſtant paruum habitum ſuper ſagulis veſte talari obtectis Ordinum verò militarium, quales ſunt Diui Iacobi, & Chriſti, deferunt alia inſignia in veſtimentis exterioribus, quibus internoſcuntur pro religioſis. Eam denique incurrit, dimittens etiã vt accipiat alium alterius religionis, iuxta communem, quàmuis immediatè ſumat illum, iuxta Silu.[d] & Caiet.[e] licèt Lapus,[f] & Dominic.[g] oppoſitum teneant, detorquentes textum à ſuo genuino ſenſu.

[a] *in d. clem. 2. verbo extrinſecus.*
[b] *in c. Deus qui, de vit. & hom. cler.*
[c] *vt optimè innuit. Caiet. caſ. 61.*
[d] *verbò excom. 9. caſ. 25. q. 6.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *alleg. 34.*
[g] *in d. c. 2.*

132 *Cõcil. porrò Trid.*[h] *ſtatuit, quòd nullus regularis prætendẽs ſe vi, aut metu ingreſſum religionem, vel ante ætatẽ debitã profeſſum, aut quid ſimile, volenſque habitum quacumque de cauſa dimittere, aut etiam cum illo, ſine licentia ſuperiorum diſcedere, audiatur, niſi intra quinquennium tantum, à die profeſſionis, ac tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram ſuperiore ſuo, & ordinario. Quòd ſi antè habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegãdum quamcunque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, nullóque priuilegio ſuæ religionis gaudeat. Nullus etiã regularis cuiuſuis facultatis vigore, transferatur ad laxiorem ordinem, neque detur cuiquam regulari facultas occultè ferendi habitum ſuæ religionis.*

[h] *ſeſſ. 25. c. 19. de Regul.*

133 XXV. *ind. cap. 2. ne cler. vel monach. lib. 6. excommunicat religioſos, qui vadunt ad aliqua ſtudia, etiam theologica, ſine licentia ſui prælati, aut cum ea, citra conſilium maioris partis conuentus.*

Solemniori licentia indiget religioſus vt adeat ſtudia, quàm alia negotia: ad hæc enim ſatis eſt licentia ſui prælati, ad illam verò etiam requiritur ſui conuentus. Non tamen incurrit hanc qui proficiſcitur ad alium locum vbi eſt cõuentus ſui ordinis, ſtudiúmque literarum ad ſtudendum, magis enim dicitur mutare conuentum, quàm ire ad ſtudium literarum.[i] Non etiam incurrit, qui proficiſcitur præuiâ ſolâ licentiâ ſuperioris prælati, à quo pendet licentia habitandi extra monaſterium, vti in ordinibus mendicantium. Neque etiam abbas, vel

[i] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 61.*

Prior ſuperior, quòd ad literarum ſtudia proficiſcatur citra licentiam ſui ſuperioris, & conuentus, iuxta Anch. quem ſequuntur ibi Ioan. And. Domin. Ang. [a] & communis: quàmuis Peruſ. [b] dubitet, & Silu. [c] teneat oppoſitum, quo, per locum à ſpeciali, probatur hîc non eſſe quem excommunicatum eo ſolo, quòd exeat monaſterium citra licentiam Prælati non dimiſſo habitu, licèt contrarium aſſerat Rebuff ſine text. [d] Quin & videtur expreſſum in *extrauag. Viam, de Regula.* monitionem prærequiri, vt eiuſmodi exiens ſine licentia excommunicetur, quæ opinio Archid. obſeruata fuit Toloſæ erga Illuſtriſſ. D. Franc. â Nauarra.

[a] *verb. excomm. caſ. 27.*
[b] *ibidem.*
[c] *verbo excom. 9 caſ. 25*
[d] *in praxi benef. de diſpenſat. cum regul. n. 17.*

134. XXVI. *in d. cap. 2. excommunicat Doctores, docentes leges, aut medicinam religioſos, qui reliquerunt ſuum habitum, eóſue arroganter in ſuis ſcholis detinent.*

Quatuor faciunt hanc incurrere, ſ. quòd auditor ſit religioſus, & audiat leges, vel medicinam, & id fiat relicto habitu: & quòd Doctor id ſciat, eúmque doceat, vel arroganter detineat in ſcholis, iuxt. Caiet. [e] quâmuis Archid. [f] Ioan. And. & Silu. [g] teneant non eſſe neceſſe, vt relinquat habitum: licèt enim auditio, non relicto habitu, ſufficiat, vt Doctor incurrat aliam excommunicationem latam per *ca. nuper, & c. ſi concubinæ, de ſent. excõ.* contra participantes cum excommunicato in crimine, ob quod eſt excommunicatus, vt participat doctor, qui prælegit leges, vel medicinam religioſo, poſtquam ob auditionem incurrit excommunicationem: non tamen ſufficit huic (quæ requirit habitus dimiſſionem) incurrendæ.

[e] *in d. caſu 61.*
[f] *in d. c. 2.*
[g] *verbo excom. 9 caſ. 26.*

*XXVII. in cap. 2. de hæret. lib. 6. excõmunicat eos, qui ſcienter præſumunt ſepelire in loco ſacro hæreticos, credentes & eorum receptatores defenſores aut fautores, prohibétque abſolui, donec ſuis propriis manibus è ſepultura extrahant, & exponant.*

Qui ſint hi credentes, quíque ſint ſimplicitè, & non explicitè hæretici, dictum eſt ſupra. [h] Et quidem, tam laicus quam clericus hanc incurrit: Ioan. And. aſſertore, [i] quem ſequitur Peruſ. cum communi.

[h] *n. 56.*
[i] *in c. 2. de heret. lib. 6.*

135 XXVIII. *in cap. inquiſitionis, de hæret. lib. 6. octo excommunicationes complexa, excommunicat omnes habentes iuriſdictionem temporariam non obedientes epiſcopis, & inquiſitoribus in requirendis, præhendendis, & cuſtodiendis hæreticis, creden*

*ſibus defenſoribus, & fautoribus: Et qui non produxerint illos ad Curiam, & loca ad quæ requiruntur, quique non comprehenderint prædictos, poſtquam eorũ brachio ſeculari fuerint traditi, ad puniendum illos ſine mora: Et eos qui poſtquam præhenderũt, dimittũt citra licentiam epiſcopi, vel inquiſitoris eos denique, qui aliquo modo cognoſcunt, vel iudicant de crimine hæreſis & directè, vel indirectè impediunt Epiſcopos, aut inquiſitores in illorum proceſsibus: eos demum, qui ad aliquid prædictorum præbuerint auxilium, conſilium, vel fauorem.*

Hæc non eſt reſeruata, ſed ij, cõtra quos datur, toties incidunt in eam, quæ eſt bullæ Cœnę, quoties ſe faciũt fautores huius peſtiferæ gẽtis. Caiet. aſſertore [a]: & probatur per clauſulam primam bullę poſitam ſupra. [b] Si verò epiſcopus iuberet quippiam, inquiſitor autem ei contrarium, debet ſuperſedere. [c]

XXIX. *in cap. 1. de homicid. lib. 6. excommunicat omnes eos, qui per aſſaſsinos interficiunt iubẽtve interfici quempiam Chriſtianum, quàmuis non ſequatur mors, aut receperint, deſenderint vel celauerint.*

Non incurrunt hanc, iubẽtes interfici ob pecuniam, quàmuis huiuſmodi interfectores vulgus Italicum appellet aſſaſſinos: quum non ſint propriè tales: illi. n. propriè aſſaſſini dicuntur, certi quidam pagani ditionis cuiuſdam Domini, ita perſuaſi, vt putent pręcellens opus eſſe interficere quem ſuus Dominus iubeat: nec eſſe id omittendum, quàmuis ob id occumbere oporteat, vt gloſſ. Ioan. And. Archid. [d] & Aret. [e] ſentiunt.

136 XXX. *in cap. 1. de vſur. lib. 6. excommunicat clericos, qui non ſunt epiſcopi, ob vnumquodque ex quatuor, ſcilicet, quòd permittunt verſari in ſuis terris fœneratores publicos alienigenas, vel non expellunt eos ex illis, aut locant illis, vel alio prætextu concedunt domos vſuris exercendis.*

In excommunicationem duorum primorum caſuum incurrunt ſolùm clerici, qui ſunt Domini, in poſteriores verò quilibet. [f] Atqui, per alienigenam intelligitur qui non eſt natus in illa terra, neque eſt filius orti in ea: dicit enim textus, [g] *alienigenas, & alios non oriundos*, iuxta cõmunem. Nec refert an fœnerator ſit Iudæus an Chriſtianus, quò ad hoc. [h] Neque verò ſat eſt, dare domum, in habitationem vel hoſpitium, niſi concedatur ad fœnerandum actu, vel virtute. [i]

[a] *vbi ſup. caſ 2.*
[b] *eo l. c n 55. & 56.*
[c] *Definitore Ioan. Andr. in d. c. Inquiſitionis.*
[d] *in c. 1. de ho. lib 6.*
[e] *in conſil. antep. col. 16. vbi contrariam opinionem tueri auſus non fuit.*
[f] *vt adnotauit Caiet. vbi ſup. caſ. 52.*
[g] *in c. 1. de vſur lib. 6.*
[h] *iuxta Domin. & Pruſi. in d. c. 1.*
[i] *iuxta ſententiam communem ibidem.*

XXXI. *In cap.1.de iniur. libr. 6 excommunicat eos qui concedunt, vel extendunt repreſalias ad eccleſiaſticos, vel eorum bona, niſi intra menſem à conceſſione, vel extenſione reuocauerint.*

Quæ locum habet tam in repreſalijs iuſtè conceſſis contra gentem, vel ciuitatem, vnde eſt clericus vel eccleſia, quàm quæ iniuſtè: textus enim generaliter edicit, eadémque quò ad hoc ratio ſubeſt. At verò, concedere pertinet ad ſuperiorem, qui cõcedit, extẽdere autem, ad inferiorem cui conceduntur.[a] Hanc porrò non incurreret, qui concederet repreſalias contra bona alicuius clerici propter ſibi debita, iudicãs hoc expedire:[b] Cæterùm, propter debita clerici vnius epiſcopatus, non poſſunt concedi repreſaliæ contra bona alterius clerici, eiuſdem epiſcopatus.[c]

XXXII. *in cap.felicis.de pœn.lib.6. §. Qua propter, excommunicat omnes Principes, alióſque dominos, & iudices non obſeruantes tenorem illius ſtatuti contra percutientes, vel inſequentes hoſtiliter aliquem Cardinalem.* Quæ hodie videtur facta bullæ Cœnæ.[d]

[a] *iuxta gloſſ. d.c.1. verbo extendit.*
[b] *iuxta Arch. quem Io. Andr. Domini & Petruſ. probãt, quod validis rationibus. confirmat Caiet. vbi ſupr. caſ.31.*
[c] *iuxta gloſſ. eiuſdẽ cap. verbo concedi.*
[d] *vt ſupr. eod. c.n.96.*

# Excommunicationes clementinarum, nulli reſeruatæ.

Summæ.

137 *Excommunicatio* XXXIII. *non reſeruata, & prima clementinarum, in violantes ſequeſtrum, vel impedientes, &c.* XXXIIII. *in ſepelientes in loco interdicto, num.*137. XXXV. *in religioſos qui ſibi appropriant decimas, num.*138. XXXVI. *in religioſos adeuntes aulas ad nocendum, num.* 138. XXXVII. *in monachos habentes arma in monaſterio, nu* 139. XXXVIII. *in impedientes viſitationem monialium, num.* 140. XXXIX. *in imitantes ſtatum beguinarium num.* 140. XL. *in contrahentes matrimonium ſex caſibus, num.* 141. XLI. *in inquiſitores pecuniam accipientes, &c. num.*142. XLII. *in facientes ſtatuta ad ſoluendum vſuras, num.* 143. XLIII. *in medicantes accipientes domos, num* 144 XLIIII. *in religioſos ſuadentes decimas non ſoluendas, num* 145. XLV. *in negligentes diſſuadere decimas, &c. num.* 146. XLVI. *in religioſos non ſeruantes interdi-*

*ſtum,num.* 146. XLVII. *in impugnantes literas Papæ electi.n.* 147. XLVIII. *interpretantem Clem. Exiui n.* 147. XLIX. *in bizochos aut beguinos, num.* 148. *L. in imprimentes libros ſine examine, num.* 148. LI. *in impedientes nuntiorum receptionem, num.* 149. LII. *in alienantes vel locantes bona eccleſiaſtica, num.* 149. LIII. *in mulierum raptores, &c.* LIIII. *in cogentes ad matrimonia minus libera. LV. in cogentes virginem, &c. ingredi monaſterium, &c. LVI. in impedientes Virginum ſanctam veli accipiendi voluntatem, &c.* LVII. *in concedentes locum ad duellum, &c.* LVIII. *in comittentes duellum, &c. LIX. in dantes conſilium in cauſa duelli, & illius ſpectatores.* LX. *in non habentes pro authenticis libros ſacrorum bibliorum, &c. LXI. in mulieres ingredientes clauſtra monaſteriorum. LXII. in male tractantes miniſtros inquiſitionis. LXIII. in ſcientes, & non reuelantes iniurios* Cardinalibus. *LXIIII. in capientes fructus beneficiorum primi anni, &c. LXV. in moniales exeuntes monaſteria, &c. LXVI. in capientes* Chriſtianos in ſeruos. *LXVII. in non parentes inquiſitioni generali, num.*150.


137 *Sequeſtra infringens cur hodie excommunicatus.*

138 *Decimas ob retentas qui religioſus incurrat excommunicationem.*

138 R*eligioſus adiens Regiam vt noceat prælato, vel monaſterio.*

139 *Canonicus regularis arma geſtans, an excommunicatus?*

139 *Clauſtrum quid.*

140 *Viſitationem monialium impediens, eſt excommunicatus.*

141 *Lex puniens facientem quippiam ſcienter, requirit dolum.*

141 *Ignorantia qualibet etiam craſſa, à dolo excuſat.*

144 *Inquiſitores ob acceptam pecuniam, quomodo excommunicati.*

144 R*eligioſus quis loca ad habitandum accipiens, excommunicatus.*

145 R*eligioſus quis diſſuadens, vel non diſſuadens decimas, eſt excommunicatus.*

146 *Religioſi non ſeruantes interdictum eccleſiæ matricis, excommunicati.*

147 *Papa ſimul ac electus, eſt confirmatus à Deo.*

147 *Gloſſare clementinam Exiui, de verb ſign. an prohibitum?*

148 *Impreſſio, & editio librorum, vt prohibita.*

149 *Legati qui impedit receptionem, eſt excommunicatus.*

149 *Locat qui bona eccleſiaſtica vltra tres annos, an excommunicatus? & n. ſeq.*

137. *XXXIII in cle 1 de ſequeſt poſſeſſio. & fruct. excommunicat eos, qui capientes fructus beneficij impediunt, vel infringũt ſequeſtrum inductum ſuper beneficio ab ordinario ob latam in curia Romana vnam ſententiam definitiuam ſuper poſſeſſione, vel proprietate eiuſdem.*

Viſum fuit Caiet.[a] hunc caſum rarò contingere: quod aliquando mirum nobis fuit, cernentibus quotidie ſequeſtra interponi, infringi, & impediri, donec aduertimus ſequeſtra huius temporis non poni ab ordinarijs, quorum meminit hic textus, ſed ab ipſis auditoribus Rotæ, auctoritate Papæ: Itaque, hodie non incurritur hæc lata à iure, ſed alia, quam fert iudex, qui decreuit ſententiam.

XXXIIII. *in cle. 1. de ſepult. excommunicat ſepelientes quempiam in loco ſacrato interdicto caſib. non permiſſis, aut interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, vel vſurarios manifeſtos.*

Hanc incurrunt clerici exempti, & non exempti, laici & fœminæ.[b] etiam ſi iuſſu prælati hoc faciant Card. aſſertore.[c] Incurrunt etiam ſepelientes in eccleſia eod. Card. determinatore[d] quàmuis textus duntaxat de ſepelientibus in cœmeterio, non autẽ de ſepultis in agris, & locis profanis, etiam ſi ſint coniuncta ſacratis, loquatur.[e] Omnes porrò & ſoli illi videntur hodie quò ad hunc effectum publici excommunicati, vel nominatim interdicti, qui pro talibus ſunt denunciati, per *extrauag. Ad euitanda*, relatam ſupra.[f] Atqui, vſurarius manifeſtus dicitur quò ad hoc, qui notoriè citra palliationem, ſiue ſimulationem intereſſe, vel aliorum contractuum, fœnerat.[g] At verò, ſepelientes duntaxat, & corpus ſepulturæ inferentes, hanc incurrunt, non efferẽtes, vel proſequentes, aut diuina officia peragentes,[h] quàmuis ſolus baiulus ſepeliret, iuxta Caietanũ, quod videtur defendi poſſe per adducta ſupra: licet glo. quædam ſing. cum communi refragetur,[i] eo quòd conſtitutio eluſoria foret.[k] Cæterum, quis audeat aſſeuerare mille proſequentes funus, excommunicari vno ſolo baiulo ſepulturæ inferente? quod conſequeretur ex gl. Sepelien-

[a] *vbi ſupr. caſ.* 43.
[b] *iuxta gloſſ. 1. Clem. 1. de ſepult.*
[c] *q. 3. ibid.*
[d] *q. 7. ibidem.*
[e] *iuxta gloſſ. 3. ibidem.*
[f] *eod. num. 35. Quanquã gloſſ. 7. eiuſd. Clem. & Doct. ſuper illa, Pano. inſuper, Feli. & alij in c. exceptionẽ, de except. aliud aſſerant.*
[g] *ſecundũ mentem communem, quam exprimit, Caiet. caſ. 46.*
[h] *iuxta gloſſ. eiuſd. Clem. verbo ſepelire.*
[i] *in ead. Clem.*
[k] *contra cap. Commiſſa, de elect. lib. 6. cui ſuffragatur limitatio quædam ibi tacta, & ſan. data in c. ſignificauit, de Iudæ.*

tes verò hanc non incurrunt, niſi ſcienter, & præſumptiuè id faciant: & ita qui crederẽt eos fuiſſe abſolutos, aut dediſſe cautionem iuſtam, eam non incurrerent.[a] Horum porrò abſolutio debitâ ſatisfactione non præuiâ, eſt iniuſta & nulla, nam præfata *cle.* ſtatuit, vt niſi illâ præuiâ, nullatenus abſoluãtur: quæ dictio nullitatem ipſo iure inducit.[b]

138. XXXV. *in cle. 1 de decim. excommunicat religioſos quoſcunque, qui noualium aut alias decimas eccleſiis debitas ad ſe aliquâ causâ legitimâ non ſpectantes appropriare ſibi præſumunt: eáſve exquiſitis coloribus, & dolis vſurpant: eos inſuper, qui non permittunt vel prohibent ſolui decimas eccleſiis, animalium ſuorum familiarium, aut paſtorum, vel aliorum quæ ſuis commiſcent: aut animalium, quæ in fraudem eccleſiarum in multis locis emũt, & tradunt venditoribus, aliiſve tenenda, aut terrarum, quas colendas aliis tribuunt, ſi requiſiti ab iis, quorum intereſt, non deſiſtant intra menſem: aut ſi quod contra prædicta præſumpſerint vſurpare, non reſtituerint competenter intra duos menſes eccleſiis læſis.*

Hanc incurrunt quilibet religioſi quàmuis ſint ordinum mendicantium, at non laici, aut clerici ſeculares:[c] neque religioſus tranſlatus ad eccleſiã ſecularem: quum non ſit ſimplex religioſus.[d] Imò, neque, noſtro iudicio, incurreret ſuſpenſionem quam incurrunt alij religioſi habentes beneficia regularia.[e] At nemo eam incurrit eo ſolo, quòd non ſoluat, niſi appropriet, vſurpet, aut prohibeat, vel nõ permittat.[f] Non etiam incurrunt qui hoc faciunt credentes eas pertinere ad ſua beneficia priuilegio, vel præſcriptione: textus enim habet *præſumpſerunt*, & ita requiritur dolus.[g] Sufficit autem vna requiſitio.[h]

139. *XXXVI. in cle. ne in agro § quia vero, de ſtat. monacho. excommunicat religioſos ſimplices, qui petunt aulas principum, animo nocendi ſuis prælatis, aut monaſterijs.*

Hæc incurritur à prædicta faciente, quàmuis proficiſcatur in aulam præuiâ facultate, ſiue licentia.[i]

*XXXVII. in ead. clem. & eod. § excommunicat monachos, facultate abbatis non præuiâ habentes arma inter clauſtra monaſteriorum.*

Non incurrunt hanc canonici regulares, neque habentes lapides, & baculos, non quia non ſint pro-

[a] *iuxta Caiet. vbi ſupra.*
[b] *iuxta gloſſ. ſing. Clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ.*
[c] *iuxta gloſſ. 1. Clem. 1. de Dec.*
[d] *iuxta Silu. verbo excomm. 9. caſ. 36.*
[e] *per dicta ſup. eod. c. nu. 101. in excõmun. Clem. 1. de priuileg. per quãdam deciſi. Felin. in c. Tua 1. de Iureiur.*
[f] *iuxta gloſſ. recept. ibid. verbo prohibuerunt.*
[g] *per dicta in repet. c. Accepta de reſtit. ſpol. oppoſ. 8. n. 32. & ſeq.*
[h] *gloſſ. verb. facta, eiuſdẽ Clem.*
[i] *iuxta goſſ. in verbo ipſo facto, receptam cõmuniter in Clem. Ne in agro, §. Quia verò, de ſtat. mon*
[k] *iuxta gloſſ. 3. recept. eiuſdem. Clem. quicquid dicat Pan in d. Clem.*

priè arma, ſed quia non fuit legis intentio intelligere de illis, & quia per ſe non ſunt bellica, quàmuis intentione fieri poſſint talia: [a] Incurrunt tamen habentes caſſides, thoraces, aliáque arma defenſiua, quæ ex ſe ſunt talia, ſecundùm communem. Atqui clauſtrum eſt locus vnde exire non licet citra facultatem, Cardin. aſſertore. [b] At verò, eam non incurrit qui per negligentiam, ignorantiã iuris, vel obliuionem, citra prauam intentionem offendendi habet eiuſmodi arma, etiam in cubiculo, [c] neque habens vt reſiſtat ſuo abbati, quam probabiliter timet ſe inuaſurum, [d] neque habens in alio monaſterio: neque qui foris venit illis accinctus in monaſterium, niſi illa in eodem ſeruarit [e]

*[a] per fuſè à nobis dicta, in repet. c. Ita quorũdam, not. 11 nu. 13. de Iudæ. & tactum eſt ſupr. n 63.*
*[b] ibid.*
*[c] iuxta Caiet. caſ. 63.*
*[d] iuxta Card. ibid.*
*[e] iuxta gloſſ. eiuſd Clem. verbo tenentes.*

140 XXVIII. *in Cle. attendentes §. fin. de ſta mon. excõmunicat eos qui præſumunt impedire viſitatores monialium in eo, quod ſtatuitur à cõcil in d. cl. ſi à viſitatorib. admoniti, non ceſſit.*

Hæc admonitio fieri debet poſito iam impedimento, nec ſat eſt ea, quam antè nonnulli viſitatores faciũt: quanquam ſufficit eſſe generalem. [f]

*[f] iuxta gloſſ. rece. tab. l.*

XXXIX *in cle. 1. de relig domib. excommunicat fœminas, quæ ſequuntur ſtatum beguinarum, eúmve de nouo inſtituunt, & religioſos eas iuuantes conſilio, auxilio, vel fauore.*

Qua non includuntur moniales tertij ordinis S. Dominici, neque S. Franciſci, neque fœminæ, citra vllam regulam degentes in ſuis ſuorumve patrum, cognatorum, vel aliorum domibus cælibes inſeruientes Deo, prout ab ipſo afflatæ fuerint. [g]

*[g] iuxta Caiet. vbi ſup. caſ 6. & Communem in Clem 1. de Relig. domib.*

141 XL. *in cle 1. de conſang excommunicat eos, qui ſcienter in gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis conſtitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religioſos, moniales, ac clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, matrimonia contrahentes & inter eos ſcienter eadem celebrantes.*

Hæc ligat ſeptem genera hominum, quàmuis *gl. eiuſdem cle.* recepta, ſex duntaxat cõſtituat, omittit enim clericũ qui ſciẽs eiuſmodi celebrat contractũ. Interpretatio porrò Caiet principalis, [h] huius *cle.* eſt obſcurior ipſa. Neque incurritur ob matrimonium contractum cum Iudæa, Saracena, Pagana, affine ſpirituali, vel cum qua intercedit publicę honeſtatis, aliùdve quolibet impedimentum, quàmuis ſit tale, vt impediat valorem

*[h] vbi ſupr. caſ. 47.*

matrimonij, exceptis ſolis predictis ſeptem caſibus: nec in iſtis quidem, niſi quando ſine iuſta diſpenſatione contrahitur, iuxta dictam *glo.* 1. & citra conditionem, *ſi Papa diſpēſauerit.*[a] Illud porrò aduerbiū (*ſciēter*) tres primos caſus tātùm reſpicit, in ſeptimo verò, loco eius ponitur, *ſciens*: in alijs namq; nō eſt cōmuniter locus ignorantiæ: ſi tamen eſſet, idem iuris foret.[b] Atqui à pœna iſtius *cle.* ſola ignorantia facti probabilis excuſat, ſecundùm gloſſ. verb. *ſcienter*, quam dixi ſingularem. Præpoſitus[c], contra quam tenui prælegendo illam Salmanticæ, & nuper conſulendo in ſacro pœnitētiariȩ prætorio, cum Ioan. Imo. & Bonifac ſuper eadem. Tum, quia dicta *clem.* non loquitur ſimpliciter de contrahente, ſed de contrahente ſcienter: lex autem puniens facientem quippiam ſcienter, requirit dolum,[d] à quo quælibet ignorantia etiam craſſa excuſat. Tum quia alioqui nil referret, an lex diceret ſimpliciter *qui contrahit* an *qui ſcienter cōtrahit*, quod eſt contra mentem omnium. Tū, quia certum eſt, quacunque ignorantia quis aliquid faciat, verè non facere ſcienter: & ita verè non contineri lege latâ contra facientem ſcienter: quàmuis quò ad forum exterius, aliud interdum præſumi poſſet, hìc autem de foro conſcientiæ agimus. Tum, quia quælibet ignorantia, quæ non eſt tantùm comes, ſed etiam cauſa ſine qua non fieret actus, diminuit de culpa illius.[f] Inſuper, eam non incurrunt contrahentes ſponſalia, ſiue matrimonium per verba de futuro, neque ob id quòd rem habeāt ante illa.[g] iuxta gloſſ. quandam ſing. neque poſtea, ſi eam habuerunt citra voluntatē maritalē, ſecus tamen, ſi cum ea habuerunt, quo caſu intelligenda eſt *d. gloſſ.* quæ vera eſt ſecūdum antiqua iura, non poſt Concil. Trid. vbi legitimè publicatum eſt, iuxta quod hodie nulla ſpōſalia poſſunt tranſire in matrimonium per copulam: nullum enim eſt validum, niſi fiat ſaltem coram parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, vt dictum eſt ſupra[h] per præfatum Concil. explicatum cap. 12. numer. 28. cui hoc addendum erat, ſicut & huic loco addendum eſt, quod habetur in cap. 22. numer. 43. Porrò, ad incurrendam hanc, non ſufficicit, ſcientiam ſupradictorum impedimentorum ſuperuenire poſt contractum, licet ſufficiat ad peccatum, ſi non ſeparentur.[i]

[a] *iuxta Couarraui in epit c. 3. n. 7.*

[b] *vt ſentit gloſ. eiuſd. Clem. recept. ſub fin. verbo contrahentes.*

[c] *in c. ex parte 1. col pen. de appell.*

[d] *l. ſed ſi lege §. ſire, ff. de petit. hæred.*

[e] *l. igitur ff. de liberal. cauſ. & l. plagij, C. ad l. Flau. de Plag. vbi hoc gloſſ. dicit citans in id alias ll. in verbo luſtra.*

[f] *S. Tho. aſſertore 1. 2. q. 74. art. 1.*

[g] *d. Clem. verbo contrahere.*

[h] *c. 24. n. vlt.*

[i] *ſecundum gloſ. communiter recept. in d. verbo ſcienter.*

Qui verò præbent conſilium, auxilium, vel fauorem ad id, vel mandant, non incurrunt hanc, quæ contra ſolos contrahentes matrimonium, & clericum celebrantem fertur, vt pater ex verbis: quanquam per conſtitutiones ſynodales ſoleat extendit etiam ad teſtes. Cęterùm, cõtrahens matrimonium ob timorem, qui in alijs contractibus foret iuſtus, non incurreret per ſupra dicta [a] licèt peccaret mortiferè, etiam ducendo conſanguineam in tertio, vel quarto gradu: eiuſmodi namque tranſgreſſionem iuſtus timor non excuſat à mortali. [b]

142. XLI. in *cle. 2. de hæret. excommunicat omnes inquiſitores & commiſſarios ſuos, aut epiſcopi, vel capituli Sede vacante, qui prætextu ſui officij illicite ſumunt pecuniã aliquam, qui que ſcientes conficiant bona eccleſiaſtica.*

Vbi per Commiſſarium intelligi poteſt vicarius epiſcopi. [c] Per pecuniam verò, quælibet res quæ illá æſtimari poteſt. [d] Hic porrò caſus eſt epiſcopalis, ſed præcedere debet ſatisfactio, aliàs non valeret: adimit enim poteſtatem dicẽdo, non poſſe abſolui ſine ea, quod eſt verum, quando ſatisfacere poteſt [e] articulo mortis excepto. Quò autem valeat abſolutio, non eſt ſoluenda pœna, vltra id quod fuit acceptum. [f]

143 XLII. in *clem. 1. de vſur. excommunicat omnes officiales ciuitatum, vt cunque appellẽtur, qui faciunt. ſcribunt, vel dictant ſtatuta, vt ſoluantur vſuræ, vel ſolutæ non poſſint repeti. Eos inſuper, qui indicant vſuras ſoluẽdas, aut non repetendas ſolutas: quique ad id poteſtatem habentes non credũt è libris eiuſcemodi ſtatuta, vel conſuetudinem vim eorum habentem.*

Vt hęc incurratur, duo requiruntur, quòd nimirum ſint officiales ciuitatum, & faciant aliquid ſex prædictorum in ea prohibitorum, [g] ideòque ſententiam ſcribẽs, eam non incurrit, [h] quàmuis in caſu *cap, nouerit. de ſentent. excom.* de quo ſupra [i], incurrat Non incurritur autem ſtatuendo, vt nemo accipiat pro vſura, niſi certi quippiam pro viginti in menſe, putà, duos denarios pro libra. [k]

144 XLIII. in *clem. cupientes de pœn. excommunicat omnes religioſos mendicantes, accipientes nouas domos, vel noua loca in habitationem, aut commutantes, vel alienantes acquiſita ante Concilium Lugdunen. aliquo titulo.*

Hanc non incurrit, niſi qui eſt mendicans, & præſu-

[a] *c. 22. n. 50.*
[b] *iuxta Caiet. 1. 2. q. 96. art. 4.*
[c] *iuxta Caiet. in ſum. verbo excõmunicatio caſ. 4.*
[d] *c. Totũ 1. q. 3. & gloſ. in Clem. 2. de hæret.*
[e] *ſecundum gloſſ. verb. ſatisfecerit in d. Clem. 2.*
[f] *iuxt. gloſ. ibid. verbo officij, que probat concluſionem quandam ſing. ſup c. 23 n. 65. poſitam.*
[g] *iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 51.*
[h] *iuxta glo. recept. in Clem. vnica, de vſur. verbo iudex.*
[i] *eod. c. n. 119. in princ.*
[k] *iuxta gloſſ ſing. d. Clem. vnicæ, verbo facere, per quã iampridem defendimus quãdam legem Luſitaniæ.*

ſnit facere quippiam horum trium: [a] ideóque non incurrunt, qui relinquunt, vel mutãt accepta poſt Concilium: [b] illud namque relinquere, & mutare ad hos ſolùm refertur. [c] Non etiam incurrit, qui vt ſit eremita, accipit, vel conſtruit ſibi domum remotam à populis, [d] vel ob aliam cauſam quam habitationem antiquam, [e] Atqui, Papa Iulius II. [f] conceſſit Minimis, vt non obſtante hac prohibitione, poſſint recipere quaſlibet domos, ædificare baſilicas, ſiue eremitoria & loca, in ſuam habitationem, citra aliam facultatem Apoſtolicam, & per conſequens, omnibus qui eiſdem priuilegijs gaudebunt, vt gaudent fratres minores obſeruãtię per participationẽ. Miniſtri denique prouinciales obſeruantiæ priuilegio Leonis X. [g] occurrente neceſſaria cauſa, poſſunt transferre, vel mutare eccleſias, tam fratrum, quàm monialium, ab vno loco, in alium, & conuertere priora loca ad vſus humanos, vt melius videbitur conducere eiuſmodi locis, & monaſterijs, ſic vt ædificiorum materia alteri eccleſiæ aptetur.

*[a] per Cle. Cupiẽtes, de pœn. iunctam d. c. 1.*
*[b] de quo c. 1.*
*[c] iuxta Anch. & Dom. ibid.*
*[d] vt probatur ibid ſub fin.*
*[e] iuxta Domi. & Communem in d. c. 1.*
*[f] de quo in ſupplemento fol. 8. conceſſ. 27.*
*[g] in d. ſupplemento fol. 92. conceſſ. 277.*

145 XLIIII. in *cle. cupientes, excommunicat religioſos, qui concionantur, vel aliàs quippiam aiunt, vt ab alienent audientes à ſoluendis decimis eccleſiis debitis.*

Ad hanc incurrendam, tria requiruntur [h], putà quòd ſit religioſus, quòd habeat intentionem abalienandi, & decimę debeantur eccleſiæ. Quibus quartum addimus, vt audientes, eas debeãt, vt palam colligitur ex eodem textu. Nullus autem religioſus excluditur ab hac, ſiue ſit, ſiue non ſit mendicãs. [i] At nulla religioſa, nullúſque laicus, aut clericus ſecularis comprehenduntur. [k]

*[h] iuxta Caiet. vbi ſup. caſ. 65.*
*[i] iuxta gloſ. recept in d. Clem. Cupiẽtes, verbo Religioſi.*
*[k] iuxta Guiliel. recept. communiter ibi & prædictam gloſſ.*

XLV. in *d. cle. cupientes, excommunicat religioſos, qui de induſtria nullum conſcientiæ ſcrupulum incutiunt in confeſſionibus pœnitentibus circa ſolutionem decimarum, poſtea verò non expiatâ eiuſmodi negligentiâ, cùm poſſent commode, præſumunt concionari.*

Quinque requiruntur ad huius incurſionem, Primũ, quòd ſit religioſus Secundum, quòd fuerit negligens in onerando ſcrupulo conſcientiam pœnitentis in confeſſione, vt decimas ſolueret. Tertium, facere hoc ſciẽter, nec purgare illam negligentiam, cùm poſſet cõmodè. Quartum, concionari non præuiâ purgatione illius. Quintum, quòd non ſit religioſus monaſterij accipien-

tis decimas. Neque eſt neceſſe pręcedere requiſitionem: id enim non colligitur ex littera.[a]

146 XLVI. in *clem* I. *de ſent excom. excommunicat religioſos, non ſeruantes interdictum vel ceſſationem à diuinis, quam ſeruat eccleſia cathedralis, vel matrix, aut parochialis oppidi.*

In hanc non incidunt laici, aut clerici, ſed ſolùm religioſi ſiue ſint mẽdicantes, ſiue non,[b] ſi eis innotuit obſeruatio interdicti.[c] Cæterùm, non habet locum in interdicto vel ceſſatione ſpeciali, ſed duntaxat generali. Habet nihilominus locum etiam in interdicto, vel ceſſatione inualida, ſiue nulla, ratione præcedentis appellationis, vel alia,[d] non tamen ſatis eſt, illud obſeruari à nonnullis canonicis, ſi portionarij, vel alij ſacellani non ſeruent illud, & publice celebrent. Cùm verò non eſt in oppido eccleſia cathedralis, aut matrix, ſuntque multæ parochiales diuiſę, neceſſe eſt, ab omnibus eam obſeruari vt hæc incurratur[e], quàmuis parochialis, intra cuius fines ſitum eſt monaſterium, obſeruet.[f] Licet autem religioſi teneantur obſeruare quod matrix obſeruat, etiamſi nullum ſit: non tamen ſunt immunes ab obſeruatione validi, licèt à matrice non ſeruetur.[g] Imò incurrerent, niſi ſeruarent pœnas alijs iuribus ſtatutas.[h] Illi verò locus eſt in omnibus interdictis, & ceſſationibus generalibus à iure, vel ab homine, quacunque auctoritate poſitis[i] Concil. porrò Trident[k] ſtatuit cenſuras, & interdicta nedum à ſede Apoſt. manantia, ſed etiam ab ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo, à regularibus in eorum eccleſijs publicari, atque ſeruari debere.

147 XLVII. in *extrauag. fin. de ſen. excom. inter communes, quæ ibi tribuitur Clem. V. & à B. Anto.*[l] *necnon à Felin.*[m] *Bened.* III. *excommunicat impugnantes literas Papæ electi antequam coronetur.*

Huius extrauagantis ratio eſt: quia eodem momento, quo canonicè Papa eligitur, confirmatur à Deo immediatè, eandémque habet poteſtatem, quam poſt coronationẽ,[n] non habet tamen locũ in eo, qui ob iuſtũ

[a] vt not. Caiet. caſ. 96. quanquam Silu. verbo excommunicatio 9. caſ. 46. oppoſitum ſentiat.
[b] iuxta gloſ. recept. in Clem. I. de ſent excomm. verbo, Religioſi.
[c] iuxta glo ibid. verbo ſciuerit.
[d] iuxta gloſſ. d. Clem probatam communiter & ſingulariter ſecundum Rauennatem ibid.
[e] iuxta gloſſ. eiuſd. Cle. verb. matricem, cum communi.
[f] iuxt. Car. Pa. & Imol. contra Steph. in d. Cle.
[g] iuxta gloſ. celebr. & recept. in verbo obſeruare, & verbo obijcere, d. Clem. I.
[h] c. fin. de exceſ. præl. c. Authoritate, c. Epiſcoporum, de priuileg. lib. 6.
[i] vt rite determinat Bonif. in d. Cle. col. 10. contra nonnullas limitationes Card. & Imol.
[k] ſeſſ. 25. c. 12. de regul.
[l] 3 part. tit. 24 c. 68.
[m] in c. Eam te, col. 5. de reſcript.
[n] c. In nomine, 23. diſt.

timorem fuit electus [a] iuxta Panor.[b] aſſerentem id procedere, quando iniectus fuit timor in electione illius, vel illius, non autem quando vnius ex his, vel illis: idem tamen cenſendum hoc caſu prodidit Fortun [c]

XLVIII. in *extrauag. Nicolai relata per S. Anto.*[d] *excommunicat commentantes clem. exiui, de verb. ſign. quæ declarat regulam S. Franciſci.*

148 Hæc ſuſpenſa fuit per quandam extrauag. Io. 22. quam S. Ant.[e] quem ſequitur Sil. & Tabien. aſſerit ſe vidiſſe: & quòd Card. eam refert[f], licèt Card. id non affirmet, ſed quòd Papa Nicolaus III. excommunicat omnes, qui quādam ſuam declarationem *ca. exijt: de verb. ſignif. lib. 6.* interpretati fuerint, niſi certo modo.[g] Cuius ſanè rei neſcio cur nullus alius meminerit, neque glo. *cap. eos. de ſent. excom.* quæ colligit omnes caſus *lib. 6.* & quòd illam excommunicationem ſuſpendit Ioan. 22. & nemo vetuit interpretationem *d. cle* Quò fit, vt arbitremur ſuſpenſionem quam vidit S. Ant. fuiſſe excommunicationis *d. c. exijt*, non autem eius quę data fuit contra interpretantes. *d. clem.*

XLIX. *relata à Caiet. videtur eſſe eadem, quæ poſita eſt pro 39. ideóque eam prætermitto.*

*L. in Conc. Lat ſub. Leon. X. ſeſſ. 10. excommunicat eos, qui librum, vel quamlibet aliam ſcripturam imprimant, vel imprimi facient, citra approbationem certarum perſonarum.*

Caiet & Fratri Bartholomæo Carrancæ videtur, nequehanc, neque reliquas cenſuras in Conc. Latera. poſtremo relatas obſtringere: quum non ſint receptæ, vt dictum fuit ſupra, [h] quàmuis pars ſolénitatis huius ſeruetur in Hiſpania, & Concil. Trid. [i] decreuerit ſub iiſdem pœnis d. Concilij. Lateranenſ. quòd nemo imprimat, imprimíve faciat librū de ſacris rebus abſque nomine authoris, neque vendat, aut habeat niſi approbatum per ordinarium, aut citra facultatem ſui ſuperioris ſi fuerit religioſus: idémque ſtatuit de eo, qui euulgat aliquem librum manuſcriptum: & ampliùs, quòd qui habuerit, cenſebitur author illius, niſi prodat alium, approbatio verò tradetur in ſcriptis, ídque gratis, quæ attexatur principio libri, quod neſcimus an ſit receptum, vel recipietur: quum videamus libros impreſſos citra illius obſeruationis ſolennitatem, inſignium virorum,

[a] *per textū ſing. in d. c. in nomine*
[b] *in d. c. Licet. col. 7. & in c. Cū terra, col. 3. de elect.*
[c] *lib de vlt fin. illat. 21. col. 11. n. 310.*
[d] *3. part. tit. 24. c. 69.*
[e] *vbi ſupr.*
[f] *in princ. d. Clem.*
[g] *vt patet in fin. d. c. exijt.*
[h] *eod. c. n. 110.*
[i] *ſeſſ. 4. decret. de edit. & vſu ſacror. lib.*

Do. Soti, Bartholomęi Carrancæ, Ambroſij Catharini, qui eidem Concilio interfuerunt. Quanquam nũc in recentibus editionibus viſuntur impreſſi cum dicta ſolemnitate. In regno tamẽ Caſtellæ, lege regia vſu recepta requiritur, & ſufficit licentia Concilij ſupremi Regis, cuius authoritate, examinatur priùs ab aliquo viro in id deſignato, quod etiam vſu receptum eſſe audio in regno Francię, cum magno reipub. fructu. In vrbe autẽ vicarius, aut eius vices gerẽs remittit examinandũ ſacri Palatij Magiſtro, quo decernente poſſe imprimi, Typographus imprimit, præfixa principio libri ſola clauſula, *De licentia ſuperiorum*, aut æquipollente.

149 *LI.* in *extraua. ſuper gentes. Io. xxij. de conſuet. excommunicat omnes qui impediunt, ne Legati, & Nuntij Papæ recipiantur néve exequantur mandata ob quæ mittuntur, non obſtante quacunque conſuetudine, de non mittendo Legato, niſi eo qui petitur, &c.*

Hæc quanquam virtute huius *extrauag.* non ſit reſeruata: eſt tamen quatenus includitur in bulla Cœnæ, de qua ſupra.

*LII.* in *extrauag. Pauli II. quæ eſt prima, de rebus eccleſ. non alien. excommunicat omnes alienantes vel locantes in plures quàm tres annos, bona immobilia, vel mobilia pretioſa eccleſiarum, extra caſus iure permiſſos: necnon eiuſmodi bona percipientes.*

Hæc extrauag. non vetat alienationem caſibus permiſſis à iure: & in nihilo fuit recept. *iux. Silu.* [a] adóque conſuetudo valet contra illam, iuxt. Roch. de Curt. [b] Porrò Caiet. dicit aliquibus in locis ad nihil, aliquibus verò ad aliquid eſſe receptam: Et in hac re confeſſariũ inquirere debere de conſuetudine ad internoſcẽdum quem, & quanti debeat condemnare.

[a] *verbo alienatio, q. 13.*
[b] *in repet. c. fin. de conſuetu. fol. 23.*
[c] *vbi ſupr. caſ. 55.*

150 Idémque eâdem ratione debet perpendere iudex fori exterioris. Cæterùm, credimus nullibi eſſe omnino receptam: nullibi namque eſt vſu recepta priuatio beneficiorum, quam incurri iubet ipſo iure ab ijs, qui fuerunt minores epiſcopis vel abbatibus intra ſex menſes, ſi perſeuerant in dicta alienatione. In Luſitania verò non videtur recepta, quò ad locationem in ſolos tres annos: quum paſſim videamus fieri locationes in quatuor. Et quidem Salmanticæ iampridem tulimus ſen-

mus ſententiam, qua iudicauimus ex probatis coram nobis, irritam & nullam fuiſſe quandã locationem in plures, quàm tres annos factã. clericum autem qui eã fecit, nec debuiſſe iudicari excommunicatũ, iuxta antiquum ius cap. 1. *ne prel. vic ſuas*, neque per conſequens irregularem, eo quòd celebraſſet poſt illam locationem abſolutione non obtentâ. itaque arbitramur paucis in locis eſſe receptam quò ad pœnas extrinſecas: quanquam in multis ſit recepta quò ad diſpoſitionem principalem, & pœnam intrinſecam nullitatis alienationis atque locationis factæ in plures quàm tres annos. Atqui Concil. Trid.[a] ſtatuit, nullas, locationes beneficiorum anticipatis ſolutionibus factas, valere in præiudicium ſucceſſorum, quocunque indulto vel priuilegio non obſtante: huiuſmodique locationes in Romana Curia, vel extra confirmandas non eſſe. Non licere etiam iuriſdictiones eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi aut deputandi vicarios in ſpiritualibus locare, aut conductoribus per ſe, aut alios eas exercere. Locationes verò rerum eccleſiaſticarum etiam authoritate apoſtolica confirmatas S. Synodus irritas decernit, quas à 30. annis citra ad longum tempus factas Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, in damnum eccleſiæ, & contra canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt. Per longum autem tempus, intelligitur decem annorum, etſi varient gloſſ. *l. codicillis. §. inſtituto ff. de leg. 2.*

*LIII. in mulierum raptores, illiſque conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, qui etiam ſint perpetuò infames, & dignitatum incapaces. Et ſi fuerint clerici, de proprio gradu decidant,*[b] *& teneatur raptor mulierem raptam, ſiue eam duxerit, ſiue non, decenter, iudicis arbitrio dotare.*[c]

*LIIII. in eos, qui quouis modo ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogunt minus libere matrimonia contrahere.*[d]

*LV. in eos qui quomodocunque coëgerint virginem, vel viduã, aut aliam quamcunque mulierem, præterquam caſibus iure expreſſis, ingredi monaſterium, vel ſuſcipere habitum, aut profiteri: quique conſilium, auxilium, vel fauorem, in id dederint, vel præſentes eiuſmodi actui ſcienter fuerint.*[d]

*LVI. in eos, qui ſanctam virginum, aliarúmve mulierum voluntatem veli accipiendi, vel profitendi, quoquomodo citra iuſtam cauſam impedierint.*[f]

[a] *ſeſſ. 25. c. 11. de reform.*

[b] *iuxta Concil. Trid ſeſſ. 24. c. 26. de reform. matrim.*

[c] *ibidem.*

[d] *iuxta Concil. Trid. vbi ſupr. cap. 9.*

[e] *ſecundum idem Concil. ſeſſ. 25. c. 18. de Regul.*

[f] *ibidem.*

*LVII. in concedentes locum ad monomachiam, vel duellum interris ſuis inter Chriſtianos: & iuriſdictione ac dominio ciuitatis, atque loci, in quo, vel apud quem fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinuerint, priuantur. & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquiruntur.* [a]

*LVIII. in eos qui duellum commiſerint, & eorum Patrinos, cùm bonorum proſcriptione, ac perpetuæ infamiæ, & homicidij pœna. Si verò in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuò careãt eccleſiaſtica ſepultura.* [b]

*LIX. in eos, qui conſilium in cauſa duelli dederint, vel illius ſpectatores fuerint, nonobſtante, quocunque priuilegio, &c.* [c]

Poſt hæc anno proximè præterito 1582. nonis Decembr. S D N. Gregorius XIII. addidit præfato Concil. Trid. ſequentia. *Statuimus omnes illos, qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiſerint, etiamſi nulli patrini, ſociiue ad id vocati fuerint nec loci ſecuritas habita, nullæve prouocatoriæ literæ, aut denunciationis chartulæ præceſſerint, cenſuris, & pœnis omnibus à dicto Concilio propoſitis, teneri, perinde, ac ſi publico, & conſueto abuſu, ſingulare certamen iniuiſſent. Volentes etiam locorum dominos, ſi certamen ex condicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit, non prohibuerint, omnéſque illud fieri mandantes instigantes, auxilium, conſiliũ, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores vel ſocios quouis modo ſeſe præbentes, eiſdem cenſuris, & pœnis ſubiacere, etiamſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti, pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſteterit, quò minus illa committatur.* Hactenus verba eius. Ex quorum illo *Statuimus*, colligitur hanc additionem continere ius nouum, [d] & conſequenter non includere præterita. [e]

*LX in non habentes pro authenticis omnes libros ſacrorũ Bibliorum, iuxta vulgatam editionem, exceptis 3. & 4. libris Eſdræ: aut etiam conſtitutiones apoſtolicas ſcienter contemnentes.* [f]

*LXI. à Pio V. lata excõmunicat cũ reſeruatione, omnes mulieres etiam Duciſſas, ingredientes clauſtra monaſteriorum, etiam monialium, virtute facultatum Apoſtolicarum, quas reuocat: & concedentes licentiam, comitantes, recipientes, prælatos, ac monachos eas introducentes, vel admittentes, ſuſpendit.* [g]

Quibus aduoto, quod alibi [h] ſcripſimus, ſcilicet per prædictam *extrauag.* ſolùm excommunicari ingredien-

[a] iuxta Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de reform.
[b] ibidem.
[c] ibidem.
[d] arg. gloſſ. recept. in c. vt litigantes verbo ſtatuimus, de offic. ord. lib. 6.
[e] c. fin. de Conſtit.
[f] iuxta Concil. Trid. ſeſſ. 4. Decret. de Canonic. ſcript.
[g] lib. ſuarũ conſtitutionũ f. 41.
[h] in Comment. c. ſtatuimus nu. 60. 19. q. 3.

tes monaſteria monialium, virtute licentiæ Apoſtolicæ ſed Pium V. declarâſſe mentem ſuam fuiſſe includendi: etiam ingredientes citra licentiam.

Porrò, S. D. N. Gregorius XIII. ann. 1575. idibus Iunij, reuocauit omnes facultates ingrediendi monaſteria, conceſſas quibuſcunque perſonis, etiam contemplatione Imperatoris, &c. cum omnium derogatione ampliſſima: nulla tamen ingredientium citra eiuſmodi facultatem, mentione facta. Credendum nihilominus, eandem mentem ei fuiſſe, quæ Pio V. & ita ſeruare ſacram Pœnitentiariam. Idem ſanctiſſimus [a] auxit eam ad intrantes cum licentia Epiſcopi, vel aliorum prælatorum, quam poſſunt dare per Concil. Trid. [b] exceptis neceſſitatibus vrgentibus. Inſuper, anno 1581. 23. Decemb. extendit eam ad epiſcopos, & alios prælatos, quibus tributa eſt facultas ingrediendi monaſteria, ne vtantur ea, niſi in caſibus neceſſarijs, & à paucis, ijſdémque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati.

[a] *vbi ſup.*

[b] *c. 5. ſeſſ. 25. de Regul.*

*LXII. eiuſdem Pij excommunicat, & punit perinde ac hæreticos quoſcunque qui ex Inquiſitoribus, aduocatis, procuratoribus, notariis, aliiſque miniſtris prædicti officij, vel epiſcoporum, id muneris in ſua diœceſi, aut prouincia obeuntium, ſeu accuſatorem, denunciatorem, aut teſtem in cauſa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit ſeu perterrefecerit: quive eccleſias, ædes, aliáſve res, ſiue publicas, ſiue priuatas officij, aut miniſtrorum expugnauerit, inuaſerit, incenderit, expilauerit, aut libros, literas, auctoritates, exemplaria, regeſta, protocolla, exempla, ſcripturas, aliáve inſtrumenta, ſiue publica, ſiue priuata, vbicunque locorũ ſita cõbuſſerit, diripuerit, vel interuerterit, ſeu ex incendio, direptione, aut alio quocunque modo, illa exportauerit, ſeu qui in conflagratione, expugnatione, aut direptione etiam inermis, ſiue capiendi, ſiue comburendi ſiue ſupprimendi cauſa fuerit, ſiue res, aut perſonas ſeruari, defendive prohibuerit: quive carcerem, aut aliam cuſtodiam, ſeu publicam, ſeu priuatam effregerit, vinctum extraxerit, ſeu emiſerit, capiendum prohibuerit, captúmve eripuerit, receperit, occuluerit, ſeu facultatem fugiendi dederit, ſeu iuſſerit id fieri. Qui cœtum, concurſúmve fecerit ſiue vt aliquid prædictorum fieret, homines accommodauerit, ſiue aliàs conſilium, auxilium, aut fauorem publicè, vel occultè in quolibet prædictorum ſcienter præſtiterit, licet nemo occiſus, verberatus, extractus emiſſus, vel ereptus, ni-*

*hil expugnatum, effractum, ſucceſum, direptúmve, nullum deni-*
a eod.lib.f.128. *que damnum reipſa ſit ſecutum.*[a]

*LXIII. Eiuſdem Pij, extendit excommunicationem ca. felicis. de pœn. lib. 6. ad ſcientes quomodocunque crimen in Cardinales commiſſum, vel committendum, nec reuelantes illud opportune*
b eod.lib.f.150. *Papæ, vel ordinario, &c.*[b]

*LXIIII. excommunicat cum reſeruatione perſonæ accipientes priuilegio, vel conſuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni, beneficij vacantis, & interdicit capitula, & ſuſpẽ-*
c eod.li.f.184. *dit epiſcopum idem facientes, non tamen includit loca pia.*[c]

*LXV. eiuſdem Pij, excommunicat omnes abbatiſſas, & moniales exeuntes à monaſterijs, quacũque de cauſa, etiam infirmitatis, excepta magni incendij vel ægritudinis lepræ, aut epidimiæ*
d eod.lib.f.192. *probatæ literis ſuperioris, & epiſcopi.*[d]

*LXVI. Eiuſdem excommunicat eos, qui Chriſtianos habitantes*
e eod.lib.f.232. *in terris occupatis à Turcis, capiunt in ſeruos, nolúntque eos liberè cum bonis ſuis ablegare.*[e]

*LXVII. eiuſdem, excommunicat omnes dominos totius orbis, nullis exceptis, non parentes Illuſtriſsimis Cardinalibus, Inquiſitoribus generalibus Romæ, in pertinentibus ad officiũ ſanctæ in-*
f eod.lib.f.236. *quiſitionis,*[f] *quã, vt à viris fide dignis audio, ſuo imperatorio, & regio exemplo confirmârunt ante paucos dies Imperator Rodulphus & Rex Catholicus Philippus II. mittendo ad vrbem ad prædictæ inquiſitionis requiſitionem, duos de crimine hæreſis impetitos. Quod equidem vtrique Monarchæ magnæ gloriæ fuit.*

## De ſuſpenſione, quid, & quotuplex.
ſummæ.

151 *Suſpenſio quid, an peccatum, excommunicatio, irregularitas, vel depoſitio? nu. 152.*

152 *Peccatum non eſt cenſura.*

153 *Suſpenſio vera non tollitur ſolâ pœnitentiâ, & eſt triplex, nu. 154.*

155 *Suſpenditur ipſo iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in epiſcopum, ordinatus ſine licentia, extra tempora, vel ſine legitima ætate. num. 156. An in duello pugnans, excommunicans ſine monitione, vel ſine ſcripto, capiens fructus vacantis eccleſiæ, numer. 15. Conſeruator excedens. Iudex eccleſiaſticus malè iudicans con-*

*currentibus 4. admittens ad ſacramenta tempore interdicti, mendicantium prælatus admittens ad profeßionem ante annum. Clericus veſtem verſicolorem deferens. Religioſus ſic alienans, nu. 157. ordinatus cum pacto non petendi alimenta num. 158.*

156 *Præſumptio dolum præſupponit.*

151 Suſpenſio generaliter accepta, iuxta mẽtem iurium citatorum à *gloſſ.* & aliis, [a] necnon Doctorum præſertim Cal. [b] eſt prohibitio vſus officij, vel facultatis alicuius: nam & appellatio dicitur ſuſpendi, [c] & petitorium per poſſeſſorium. [d] Hic tamen accipitur ſpecialiter pro tertia ſpecie cenſuræ eccleſiaſticæ, quæ definitur eſſe cenſura, qua alicui perſonæ Eccleſiaſticæ prohibetur exercitium ſui officij, vel beneficij eccleſiaſtici, in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum, quò ad partem ob ſuam culpam à iudice, vel a lege. Dixi *cenſura*, pro genere: omnis enim ſuſpenſio eſt cenſura, non viceuerſa: [e] & vt ſignificetur non poſſe ferri niſi ab habente ordinem, & iuriſdictionem eccleſiaſticam exteriorem, ad quam pertinet ferre cenſuras (vt ſupra dixi.[f]) Dixi, *qua prohibetur perſonæ eccleſiaſticæ*, ad excludendas prohibitiones aliorum exercitiorum, vel ab illis factas aliis perſonis profanis, aut eccleſiaſticis alio nomine quàm quia ſunt eccleſiaſticæ. Dixi, *vel in perpetuum quò ad partem*: prohibitio namque totius exercitij, officij, vel beneficij in perpetuum, eſt diſpoſitio, vel priuatio, non ſuſpenſio.[g] Dixi, *Ob ſuam culpam*: Nam licèt ſuſpenſio ob qualemcunque culpam mortalem ferri poſſit, [h] imò etiam ob venialem, [i] non poteſt tamen citra vllam propriã, cuius ſit pœna, [k] nam quæ ob ſenectutem, lepram, debilitatem, aliámve cauſam fit, [l] licèt poſſit dici generaliter ſuſpenſio: non tamen eſt ſtrictè cenſura, de qua loquimur. Quibus conſequens eſt primò prohibitionem ſiue ſuſpenſionem confeſſarij à celebrando, non eſſe propriè ſuſpenſionem: quum non ſit facta ab habente iuriſdictionem, quæ eſt vera ratio, cur contraueniens illi, non fiat irregularis. [m]

*[a] in Clem. Cupiẽtes, & in rubr. de ſent. excom. & c ſi aduerſus, de hæret.*

*[b] de Eccleſ. interd. membr 1.*

*[c] c. venientes, de iureiur.*

*[d] c Paſtoralis. 1. de cauſ. poſſeſſion.*

*[e] c. Quærenti, de verb. ſign.*

*[f] eodem c nu. 1. arg. c. Dudum 2. de elect.*

*[g] iuxta Card. in Clem. 1. §. Cæterùm. nu. 6. de priuileg. & ſentit Pan. in c. Atſi, n. 7. de Iudic. & Bonif. in Clem. Cupientes, de pœn n 43.*

*[h] ſecundum Aretin. in c. Cum non ab homine, de Iudic.*

*[i] ſecundũ Caiet. in ſum. verb. ſuſpenſio.*

*[k] argu. c. 2. de conſtit.*

*[l] iuxta c. tua nos &c. De rectori. &c. fin. de cler. ægrot. & c. 1. eodem tit. lib. 6.*

*[m] ſecundum gloſſ. in c. Is cui, de ſent. excommu. lib. 6. poſt Specul. de diſpenſ. §. iuxta num. 32.*

152 Secundò, quòd quicquid ferè omnes incogitanter aſſerant, licèt prohibitio, qua mortali peccato infectus prohibetur celebrare, vocetur generaliter ſuſpenſio[a], ſtrictè tamē capta, eiuſmodi non eſt. Tum, quia ſuſpenſio non eſt peccatum, ſed eius pœna, iuxta omnes. Tum, quia peccatum mortale antiquius eſt iuribus canonicis, quorum inuētum eſt ſuſpenſio. Tum, quia non eſt cenſura, qualis eſt ſuſpenſio.

[a] *in c. fin. de cohab. cler. & c. fin. de cler. excō.*

Tertiò, quòd neque excommunicatio maior, neque minor eſt ſuſpenſio. Tum, quia eſt ſpecies diuerſa cenſuræ. Tum, quia non vetat exercitium eccleſiaſticum, quatenus eſt tale ſed quatenus eſt ſpecies communicationis humanæ chriſtianæ.

Quartò, quòd quàmuis quodlibet peccatum mortale, & excommunicatio minor ſuſpendant à perceptione ſacramentorum eo ſenſu, quòd percipiendo peccetur mortaliter, non tamen incurritur irregularitas: quum non contraueniatur ſuſpenſioni, prout eſt ſpecies cenſuræ, ſed ſolum vt eſt prohibitio reſultans ex natura illorum.

Quintò, quòd neque irregularitas, neque depoſitio verbalis, neque degradatio realis eſt ſuſpenſio, licèt Innoc.[b] & plerique alij appellent eas ſuſpenſionem, quod verum eſt capiendo verbum *ſuſpenſio* generaliter, non ſtrictè, vt hîc capitur. Tū, quia non ſunt cenſuræ.[c] Tum, quia ſunt priuationes, vel inhabilitationes, quæ priuant officio, vel inhabilem faciunt omnino ordini ſuſcipiendo, vel exercendo. At ſuſpenſiones ſolùm ſunt impedimenta exercitij, iuxta mentem Pan.[d] & Commun.

[b] *in c. fin. de exceſſ. prælat.*
[c] *c. Quærenti, de verb. ſign.*
[d] *in d.c. At ſi. n. 7. de iudic.*

153 Sextò, quòd illa diuiſio ſuſpenſorum Pan.[e] & aliorum, putà, quod quidam ſunt quò ad ſe ſolùm, alij quò ad alios ſolum, alij quò ad ſe, & quò ad alios, licèt communis ſit & vera, accipiendo vocabulum *ſuſpenſum* generaliter: non tamen ſumendo, vt hîc, pro impedito per ſuſpenſionem ſpeciem cenſuræ eccleſiaſticæ, per proximè dicta de peccato mortali, & de excommunicatione minore. Quoniam verò exemplum tertij membri, quod afferunt de ſacerdote peregrino, qui deuotionis ergò poteſt celebrare in occulto, nō autem in publico,[f] non eſt idoneum: ſiquidem peregrinus non peccans, non incurrit ſuſpenſionem quæ ſine peccato à iure non im-

[e] *in c. ſi celebrat. de cler. excom. num. 4.*
[f] *c. Tuæ, de cler. peregr.*

ponitur, vt rectè aſſeruit Caiet.[a]

Septimò, quòd neque vlla ſuſpenſio laici, eſt ſuſpenſio de qua hic agimus, & per conſequens, neque ſuſpēſio officij aduocandi, etiam in foro eccleſiaſtico: quum non ſit propriè eccleſiaſticum, neque ſuſpenſio facultatis dandi gradus cōceſſæ à Rege, vel Imperatore, quicquid ſentiat gloſſ. quædam ſolemnis.[b]

154. Octauò, quòd ſuſpenſio eſt triplex, officij & beneficij ſimul,[c] officij tantùm vel partis eius, & beneficij, vel rei pertinentis ad illud tantùm,[d] eſtque rurſus duplex, lata à iure, & lata ab homine. A iure ipſo facto feruntur multæ.[e]

155 *Quarum* (omiſſis rarò contingentibus) *prima in cap. nullus cap. præter. 32. diſt. & cap ſciſcitantibus, 15. quæſt. 8. & alijs pleriſque capitulis, ſuſpendit, presbyterum, diaconum fornicarium notorium, donec pœniteat c. ſi qui ſunt. 81. diſt.* ita quòd ſicut ipſo iure tollitur per pœnitentiam, iuxt. *glo. receb. in d. cap*[f] vbi dicitur, quòd huiuſmodi fornicarius vtens ordine ſuo ante pœnitentiam, fit irregularis: quia infringit cenſuram ſuſpenſionis. Longè autem differt prohibitio, qua huiuſmodi fornicarius vtitur ordinis ſui vſu, à prohibitione, qua infectus crimine magno, depoſitione digno, & notorio prohibetur: hæc eſt enim irregularitas delebilis ab epiſcopo, cui contrauenìens peccat, non tamē incurrit aliam irregularitatem, de qua ſup.[g] illa verò eſt ſuſpenſio, & vera cenſura, cui contraueniens incurrit irregularitatem à ſolo Papa delebilem, diſtinctam à ſuſpenſione ſic violata.[h]

156 II. *in cap. cùm in cunctis. §. fin. de elect. ſuſpendit triennio à beneficiis clericos eligentes in Epiſcopum, eum qui non eſt legitimus, legitimáve ætate, ſcientiâ, & moribus præditus.*

Quæ comprehendit etiam eos, qui eligunt tanquam compromiſſarij,[i] non autem eos, qui eligunt ad aliam dignitatem, neque laicos, veluti, reges, & imperatores qui præſentant in Epiſcopos, neque Cardinales qui eligunt Papam,[k] ſolùm enim loquitur de clericis eligentibus epiſcopum.

III. *in extrauag. cùm ex ſacrorum Pij II. ſuſpendit eos, qui citra legitimam facultatem vel ætatem, aut extra tempus legitimum, ordinem ſacrum accipere præſumpſerint, facitque irregularem ordine vtentem.*

[a] *verbo ſuſpenſio.*

[b] *gloſſ. Clem. Cupientes col. 2. & Tabiē. verb. ſuſpēſio in princ.*

[c] *c. Tuarum, de Priuileg.*

[d] *vt colligitur ex exemplis poſitis à glo. magna, & fin. Clem. cupientes, de pœn.*

[e] *Quas tangit prædicta gloſ. & ante omnes Angel verb. ſuſpenſio, à n. 2. in ordinem redigit.*

[f] *de qua. ſup. c. 25. n. 77. plura.*

[g] *c. 25. n. 73.*

[h] *qua de in d. c. 25 nu. 77.*

[i] *c. ſi compromiſſarius, eod. tit lib. 6.*

[k] *arg. l. interpretatione, ff. de pœn. c. Pœnæ 2. de pœnit, diſt. 1.*

Ob ignorantiã huius *extrau* & per *c. vel non eſt compos,* [a] *de temp. or di.* quod nõ ſuſpẽdit, ſed iubet ſuſpẽdi, oppoſitũ aſſeruerunt ferè omnes cũ gloſſ. *cle. generalẽ, de æta. & qualit.* & in *d. cap. vel non eſt cõpos* Hæc tamen non comprehendit eum (ſaltem quò ad forum conſcientiæ) cui bona fide, & ſimplicitate exiſtimans ſe legitimum, ordinatus eſt [b] textus enim habet, *præſumpſerint*, quòd ſignificat dolum, ſecundum doctrinam Card. [c] quod idẽ auſi fuimus dicere [d] de eo, qui temerariè quidem ordinatus eſt, poſtea tamen bona fide, & candida ſimplicitate, per pœnitentiam expiato peccato, exercuit ordinem, exiſtimans ſibi licitum eſſe, quanquam ad illud vſque temporis non fuerimus auſi affirmare.

[a] S. Anton. in 3. part. tit. 14. c. 16. Maior. in 4. d. 24. q. 1.
[b] *vt latè prodidimus in repet. c. Accepta de reſtit. ſpol. oppoſ. 8. à nu. 32.*
[c] *in Clem. 1. q. 38. de priuileg.*
[d] *ibi.*

IIII. *in cap. 1. de cler. pug. in duel. ſuſpendit clericum qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem, & in arenam deſcẽdit*, iuxta Sil. [e] & Tabien [f] ſed non eſt verum: nam textus in d. cap. 1. ſolùm ait, deponendum fore.

[e] *verb. ſuſpenſio, verſ. 11.*
[f] *ibid.*

*V. in cap. ſacro. de ſentent. excommu ſuſpendit vno menſe ab ingreſſu eccleſiæ eum, qui excommunicat citra monitionem, quæ debet eſſe talis, qualem ſupra diximus.* [g]

[g] eod. c. n. 10. & 11.

*VI. in cap. 1. de ſentent. excommu. lib. 6 ſuſpendit ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis officiis, eum qui excommunicat, interdicit aut ſuſpendit aliquem ſolo verbo ſine ſcripto, aut expreſſa cauſa illius, vel non dat copiam requiſitus.*

*VII in c. Quia ſæpe, de elect. lib 6. ſuſpendit à quolibet officio, & beneficio Capitula, & ſingulares perſonas, quæ vacãte Sede epiſc. vel collegiata, vſurpant ſibi aliqua bona, quæ reliquit vitâ functus, aut collecta fuerũt tẽpore vacationis* Quod locũ habet etiã in reditib⁹ ſigilli, & quolibet alio emolumẽto. [h]

[h] Clem. ſtatutum de elect.

157. *VIII. in c. Præſenti, de offici ordi. lib 6. ſuſpendit epiſcopos, & ſuperiores eorum ab ingreſſu eccleſiæ, & inferiores ab officiis & beneficiis, vſurpantes quippiam ex reditibus dignitatum, eccleſiarúmque vacantium, & illis ſubditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, niſi muniti ſint in id ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine præſcripta.*

*IX in c. fin. de offi. delega. lib. 6. ſuſpendit vno anno ab officio conſeruatorem Sedis Apoſtolicæ, qui ſcienter cognoſcit cauſas quæ non ſunt notoriæ.* Quod intelligendum de his, quæ conceduntur ſine clauſula, *quod poßit cognoſcere etiam de aliis*, cum qua ante Concil. Trident. concedebantur: per illud tamen [i] longè ſtrictior vſus introductus fuit,

[i] ſeſſ. 14. c. 5.

*X. in c.1. de re iud. lib. 6. ſuſpendit vno anno à ſuo officio, iudicem eccleſiaſticum, qui contra ius, & ſuam conſcientiam aggrauat partem gratia, vel ſordibus.* Debent tamen concurrere quinque, vt hæc incurratur. Primum, quòd non ſit epiſcopus.[a] Secundum, quòd aggrauet cõtra iuſtitiam. Tertium, quòd faciat contra conſcientiam. Quartum, quòd ſit iudex: non enim ſatis eſt, merum eſſe executorem vel arbitrum. Quintum, quòd faciat pretio, amore, timore, vel odio.[b]

*XI. in cap. epiſcoporum de priui. lib. 6. ſuſpendit ab ingreſſu eccleſiæ (tantiſperdum ſatisfaciant) eos qui admittunt ad diuina officia, aut ſacramenta, eccleſiaſticámve ſepulturam, excommunicatos, aut interdictos publicos.* Quæ tamen, vt dictum eſt ſuprà[c] locum non habet, niſi contra exemptos.[d]

*XII. in cap. non ſolum, & cap. conſtitutione, de regul. lib. 6. ſuſpendit eos, qui admittunt aliquem ad profeſſionem ante lapſum anni probationis, in aliquo ordine mendicantium.*

*XIII. in clem. 2. de vita & honeſt. cler. ſuſpendit in ſex menſes, clericos beneficiarios geſtantes veſtes partitas, vel coloribus diſtinctas, & ſacro ordine initiatos, qui non ſunt beneficiarij, ac minoribus inſignitos, qui cum prima tonſura geſtant eiuſmodi veſtes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tẽpus.* Non autem incurrit illam qui ob celebrationem nuptiarum, aut Doctoratus, vel alicuius alterius ſimilis feſti aliámue ob iuſtam cauſam, geſtat.[e]

*XIIII. in clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. ſuſpendit quoſlibet religioſos habentes aliquam adminiſtrationem, & alienantes rem quampiam ad eam pertinentem, etiam ſolum præbendo alicui ad vitam citra neceſſitatem, aut facultatem ſui capituli, ſi habet, vel ſui prælati, ſi non habet capitulum.* Quam non incurrunt qui in modicum tempus locant fructus, per finem illius *clem.* licèt incurrant aliam excommunicationem *extrauag. 2. de reb. eccl. non alie.*[f]

158 *XV. in cap. pen. de ſimo. ſuſpendit papaliter, qui ſacris initiatur ſine patrimonio, pacto non petendi ab epiſcopo victum quique ordinatur ad præſentationem alicuius beneficiarij: præmio pacto nihil petendi ab eo.*

Eadem ratione (noſtra ſententia) ſuſpenditur, qui ordinatur cum matrimonio, vel alimentis promiſſis, aut donatis ab aliquo, pactus antequam ordinaretur, ſe non

---

[a] *iuxta gloſ. ibi, verbo ordinari, argum. c. Quàm periculoſum, de ſent. excõ. lib. 6.*

[b] *vt ex gloſſ. recepta colligitur.*

[c] *c. 25. nu. 94.*

[d] *iuxta Communem contra gloſſ. eiuſd. cap.*

[e] *iuxta Card. in d. Clem. q. 1.*

[f] *vt ſup. dictum eſt eod. c. n. 143.*

petiturum, poſtquam ordinatus fuerit, qui caſus eſt penè in dies obuius. Qui verò ordinatione factâ remittit, vel retro donat ius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promiſſum nullo pacto ante ordinationem facto eam non incurrit. [a] Qui porrò ordinatur cum facultate ſui epiſcopi, impetrata ad titulum patrimonij donati, & ante ordinationem renunciati, non cenſetur (noſtrâ ſententiâ) ordinari citra facultatem, quò ad effectum incurrendi aliam ſuſpenſionem ſuprapoſitam [b] eiuſmodi namque renunciatio facta antequam ordinetur, non videtur valida [c] etiamſi foret iurata. Felin. & Anan. contra Pan. aſſertoribus hanc tamen incurrit.

[a] *arg. gloſ. ſing. c. Tuis, de præb. & gloſſ. memorabilis, c. ſi epiſcopus, eod. tit. lib. 6.*
[b] *nu. 15.*
[c] *per prodita ab omnibus in d. c. pen.*

XVI. *in conſtitutionibus Pij V.* [d] *ſuſpendit Epiſcopum ordinantem abſque titulo, clericum religioſum ordinis, in quo ſolùm ſit votum temporale religionis is enim quo ad hoc reputatur ſecularis.*

[d] *fol. 407.*

Gemina rurſus eſt ſuſpenſio, altera à diuinis, ab aliis altera [e] Quantum autem differat harum altera quò ad irregularitatem tranſgreſſorum infra dicetur.

[e] *vt colligitur ex c. 1. §. fin. de ſent. excom. li. 6. & c. 1. de re iud. eod. libr. cum eis adnotatis.*

## Quis, cur, & quomodo poteſt ſuſpendere, ac ſuſpendi, & abſolui, quæ denique pœna contrauenientis.

Summæ.

159 *Suſpendere, & ſuſpendi quis poteſt: requiritur monitio ſcripta, & peccatum, non certa verba.*

159 *Excommunicari poteſt Chriſtianus, at ſolæ perſonæ eccleſiaſticæ ſuſpendi.*

160 *Suſpenſus ab officio tantùm non perdit fructus beneficij.*

160 *Suſpenſio ab vno, non eſt ab alio: & ſic à iuriſdictione, non eſt ab ordine: nec contrà, & à beneficio, non eſt ab ordinibus, vel iuriſdictione: nec quæ ab officio, eſt à beneficio, num. 161.*

162 *Suſpenſionis tranſgreſſor quis irregularis, & vt peccet participans, num. 161.*

163 *Abſoluere quis poteſt à ſuſpenſione lata à iure, vel ab homine.*

159 Omnes & ſoli qui poſſunt excommunicare, poſſunt etiam communiter ſuſpendere. Quamuis autem

omnis Chriſtianus poſſit excommunicari, ſolæ tamen perſonæ eccleſiaſticę ſuſpendi poſſunt.[a] Suſpenſio verò ſcripto ferēda eſt, non ſecus quàm excommunicatio: [b] Monitio nihilominus præcedere debet ſuſpenſionem, cùm irrogatur ob contumaciam, quàmuis non ſi in pœnam,[c] & quidem ob quodlibet peccatum mortale, imó & veniale, poteſt quis ſuſpendi, vt dictum eſt.

Vt autem excommunicatio lata poſt legitimam appellationem, eſt nulla, & inualida, ita & ſuſpenſio: & vt appellatio non ſuſpendit excommunicationem præcedentem, ſic nec ſuſpenſionem.[d]

160 Cæterùm, ſuſpenſus à quibuſdam actibus, non eſt ſuſpenſus ab aliis eis non annexis. Cui conſequens eſt, ſuſpenſum à iuriſdictione, non eſſe ſuſpenſum ab ordine, qui eſt diuerſus ab ea,[e] neque viceuerſa, ſuſpenſum ab ordine, eſſe ſuſpenſum à iuriſdictione, neque ſuſpenſum à beneficio, eſſe ſuſpenſum ab ordine, aut iuriſdictione, ei competente alia ratione, quàm beneficij, à quo eſt ſuſpenſus. Neque ſuſpenſum ſimpliciter ab officio, cenſeri eſſe à beneficio quò ad ea, quæ dantur non intereſſenti diuinis officijs, modò ſuſpenſio non ſit tam diuturna, vt tacitè, vel expreſsè habeat vim priuationis.[f] Complura ſiquidem ad beneficium pertinentia facere poteſt ſuſpenſus ab officio clericali quod genus ſunt regere & gubernare ea quæ ad ſe attinent, alia denique, quæ non ſunt diuina officia.

Per quæ, nuper reſpondi beneficiarium ſuſpenſum, quòd preſbyter factus fuit ante annum 25. cœptum, non perdidiſſe fructus beneficij: quia per eiuſmodi tranſgreſſionem ſuſpenditur tantùm ab officio.

161 At verò, ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ tantùm, poteſt excommunicare, & abſoluere quum retineat iuriſdictionis vſum.[g] Quod verò ſit ſuſpenſus à beneficio non eſt ab officio, neque ſuſpenſus ab officio, tātùm, eſt à beneficio: & vt ſuſpenſus ab officio, & beneficio ſimul eſt ab vtroque: iuxta omnes, ſic ſuſpenſus ab officio, vel beneficio diuiſim, à nullo illorum eſt.[h] Atqui, hanc cenſuram latam generaliter à iure epiſcopi non incurrunt, niſi illorum fiat mentio ſpecialis, licèt ſecus de excommunicatione.[i]

[a] *per definitionem ſuſpenſionis ſup. eod. c. nu. 151. poſitam.*

[b] *c. 1. de ſent. excomm. lib. 6.*

[c] *iuxta Innoc. in l. fin. de exceſ. prel. recept. per Pan. & Cōmun. in c. Reprehenſibilis, de appell.*

[d] *Domi. cum commun. in cap. 1. §. & hæc de ſentent. excom. lib. 6. per c. ad hæc quoniam de appell. & cap. is cui §. fin de ſent. excom. lib. 6.*

[e] *c. Aqua, de cōſecr. eccleſ. vel altar. & c. Tranſmiſſum, de elect. cum eis adnot.*

[f] *iuxta Bonif. in d. Clem. Cupientes, à nu. 31. vbi hoc latiſſimè probat, quicquid dicant* Card. & *Imol. poſt Gaſp.*

[g] *c. ſacro, de ſent. excomm.*

[h] *iuxta Pan. recept. contra gloſ. c. Latores, de cl. excom. miniſtr.*

[i] *c. Quam periculoſum, de ſent. excomm. lib. 6. cum gloſſ. & ei annot.*

Ad hæc, ſuſpenſio ferri & tolli poteſt quibuſlibet verbis id ſignificantibus: quum nulla ſint præſcripta in formam ſubſtãtialem ſuæ lationis, vel ſolutionis: quamquam in abſolutione neceſſarium ſit iuſiurandum, vt in excommunicationis abſolutione, [a] licèt communiter quum eſt certa ſuſpenſio, docti hac forma vtantur. *Abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti ob talem, vel talem cauſam, & reſtituo te priſtinæ executioni*: ſi verò eſt dubia, hâc, *Si teneris aliquo vinculo ſuſpenſionis, quo te poſſum abſoluere, abſoluo te.*[b]

Porrò, ſuſpenſio tam lata ab homine: quàm à iure, quæ certo tempore, facto, aut omiſſione facti alicuius terminatur, tollitur lapſo tempore, vel adueniente termino, ipſo facto, citra vllam abſolutionem.[c]

162 Inſuper, à ſuſpenſione lata ob contumaciam, non autem, in pœnam delicti abſolutè ſine termino & reſeruatione, ſiue iure communi, ſiue particulari, confirmata, vel non confirmata per papam, poteſt abſoluere epiſcopus, eiúſque vices gerens, [d] à lata verò in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, non poteſt abſoluere epiſcopus, ſiue ſit temporaria, ſiue perpetua, quicquid dicant gloſſæ quædam [e] licèt communiter recipiantur in ſuis locis, vt probat efficaciter Panorm [f] quem [g] ſequitur Aret. & Felin. Poteſt tamen in ea diſpenſare, ſi lata fuit ob adulterium, aliáue minora delicta. [h] Dixi, *A iure*: à ſuſpenſione namque abſolutè lata ab homine regulariter non poteſt abſoluere, niſi qui eam tulit, eiúſque ſuperior, aut ſucceſſor. [i] Malè autem exceperunt à regula prædicta, quæ habet ſuſpenſos à iure ob contumaciam poſſe abſolui ab epiſcopo, clericos, & religioſos adminiſtrantes ſacramenta hæreticis, eóſve monumento ſepulturæ inferentes, ſeu accipiẽtes eleemoſynas ab illis: quia textus *cap. excommunicamus. 2. §. fin. de hæret.*

*[a] c. ſuper eo, cap. venerabili, de ſent. excom. [b] iuxta ſententiam Silu. verb. abſolutio 6. dub. 2. aliquantulum reformatam. [c] ſecundum glo. in clem. 1. verb. donec de decim receptam cõmuniter & putatã ſing à Pan. in c. 1. de iudic. not. 6. quæ tamẽ habet alias ſimiles. [d] arg. ca. nuper, de ſent. excõ. & melius c. ex literis, de cõſtit. tradit Innoc. communiter quò ad hoc recept in ca. 2. de ſolut. [e] clem. 1. de hæret. § pen verb. excommunicationis, & ca. cupiẽtes, §. cæterũ, verbo ſuſpenſus, de elect. lib. 6. [f] in c. 2 de ſolut. & c. tam literis, de teſtib. [g] ibi, altiùs perpendendo, quàm in d. c. nuper, & in c. paſtoralis, § præterea de offic. ord. vbi aliud aſſerit, quòd non ſat perpenderat dicta Pan. ab omnibus qui illa maturè expenderunt, recepti, quod non fecerunt nonnulli in quibus eſt Silu verbo ſuſpenſio qu. 8. & alij ſibi ipſis contradicentes, dum ſequuntur Pan. contrarium eius quod ipſi aſſerentem. [h] iuxta eundem Pan. in d. c. tam literis, & c. 2. de ſolut. iuxta not. in c. at ſi, §. de adulteris, de iudic. [i] arg. cap. paſtoralis, §. præterea, vbi Felin. de offic. iud. deleg.*

quo nituntur, non loquitur de ſuſpenſis ab officio, ſed de priuatis, ac de ſuſpenſione irrogata in pœnam, non autem ob contumaciam, & de pœna reſeruata. Malè etiam excipiũt exauthoratum, ſiue degradatum, aut depoſitum realiter, cum neque hic, neque depoſitus verbaliter, ſint ſuſpenſi.[a] Perperam inſuper excipiunt ſuſpenſum ob collationem beneficij indignis factam,[b] illa namque ſuſpenſio irrogatur in pœnam, non autem ob contumaciam.

[a] *per dicta ſup. eod. c. num. 152.*

[b] *iuxta c. graue de præbend.*

163 Quicunque verò violat ſuſpenſionem ſtrictè acceptam pro vna ſpecie trium cenſurarum eccleſiaſticarum, peccat mortaliter,[c] & incurrit irregularitatem, ſi violat eam exercendo aliquem actum peculiarem alicui ordini, ſiue maiori, ſiue minori, *per c.1 de ſent. excõ. lib.6. & c.1 de re iudic. eod lib.* & vtrobique Innoc. receptus cõmuniter, ait illa duo *cap.* non ſolùm habere quò ad hoc locum caſibus in quibus loquuntur, ſed etiam in omnibus aliis violantibus ſuſpenſionem: non enim fuit mens eorum conditoris, qui fuit ipſemet Innoc IIII. quicquam nouè inducere in illis, ſed declarare ſecundùm antiquas ſanctiones canonicas (quarum meminit textus) eam incurri. Dixi, *aliquem actum peculiarem ordini*: ſecus enim ſi exerceret alium etiam eccleſiaſticum, & ad officia diuina pertinentem, qualis eſt pſallere etiam in choro cum aliis, canere reſponſa defunctorum, vel lætanias, baptizare ſine ſolennitate, vt laicus, aliáque id genus, quæ non ſunt peculiariter alicui ordini deputata. Illa autem dicuntur deputata alicui ordini, quorum faciendorum ſpecialis poteſtas traditur in ordinatione, vt in preſbyterio poteſtas conſecrandi, baptizandi, ſolenniter dicendi collectas in choro: in diaconatu, poteſtas canendi ſolemniter euangelium: in hypodiaconatu, canendi ſolemniter epiſtolam: in acolitatu ferendi cereos, &c. Dixi, *etiam minori*: quia violans exercendo ſolemniter actum deputatum ordini minori, non ſecus incurrit ac exercens deputatum maiori.[d] Repetij ſæpe, *ſolemniter*: faciens enim aliter horum aliquod, vt cantans epiſtolam, ferens cereos, vel vrceolos, tanquam laicus, eam non incurrit, ſecundùm omnes.

[c] *argu. cap. 2. de maior.*

[d] *iuxta Inno. & commun. ca. fi. de exceſſ. præl.*

Quod conſequitur primò, verius eſſe epiſcopum ce-

lebrantem in apparatu pontificali, incurrere irregularitatem: quum id ſit actus peculiaris ordini epiſcopatus, quem eſſe verum ordinem diſtinctum ab alijs ſignificaſſe Conc. Trid. dictum eſt ſupra.[a]

[a] cap. 22.

Secundò pſallere in choro non inducere irregularitatem, non enim eſt peculiare vlli ordini vero: nam licet videatur peculiaris Pſalmiſtatui, ſiue primæ tonſuræ; illa tamen non eſt verus ordo.[b]

[b] per ibidem dicta.

Tertiò ſuſpenſum à perceptione ſacramentorum (tametſi peccet mortaliter) percipiẽdo ea, non tamen eſſe irregularem,[c] perceptio ſiquidem eiuſmodi non eſt officium diuinum, nec opus peculiariter ordini alicui addictum.

[c] c. ſi celebrat, de cler. excõ. miniſt.

Quartò ſuſpenſum ab eorum collatione, dando illa non tanquam ad ſuum ordinẽ pertinentia, ſed vt quemlibet laicum, non incurrere eam.[d]

[d] iuxta Oſtienſ. in cap. 1. de ſent. excom.

Quintò ſacerdotem ſuſpenſum ab officiis ſacerdotalibus, adminiſtrando in ordine inferiori, non peccare, neque irregularem eſſe.

[e] ca. cùm in cunctis, §. fin. de elect.

Sextò ſuſpenſum à beneficio non peccare eligendo, ſi ius eligendi ei non competat ratione illius.[e]

[f] c. cùm dilectus, de conſuet. iuncta gloſſ.

Septimò ſuſpenſum ab officio, peccare ſed non incurrere irregularitatem eligendo, & acceptando electionem de ſe factam,[f] aut excommunicando, & conferendo beneficia.[g]

[g] c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.

Octauò licet ſuſpenſus ab officio concionandi, celebrando non peccet, nec fiat irregularis,[h] concionando tamen peccat, eſtque irregularis ſecundùm opinionem, quam ſequimur ſupra,[i] eò quòd actus prædicandi, eſt lege diuina, vel humana, aut conſuetudine peculiariter diaconatui deputatus: licèt namque inſtitutione diuina ſit ſoli ſacerdotio peculiaris,[k] lege nihilominus, & conſuetudine humana videtur deputatus diaconatui, vt tandem Caiet.[l] concludit: quando ſaltem ſolemniter vti ex officio ſuo tanquam ſacerdos prędicat.

[h] iuxta Pan. & commun. in d. clem. cupientes.

[i] c. 25. nu. 141.

[k] iuxta c. adijcimus, 16. q. 1.

[l] vbi ſup.

Nonò ſicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus, per ſupra dicta[m] ita ſuſpenſum in eo, à quo eſt ſuſpenſus, adeóque non vitando in diuinis officiis, & in actibus deputatis ſuis ordinibus peccare nos mortaliter, ſi eſt denunciatus, aliàs ſecus.[n]

[m] eod. c. nu. 26. & ſeq.

[n] per extrauag. ad euitanda relatam ſup. n. 35. & per latius dicta ca. 1. §. labo-ret, de pœnit. diſt. 6.

# Interdictum quid, & quotuplex.

## Summæ.

164 *Interdictum hîc non generaliter, ſed ſpecialiter ſumitur, quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & ſuſpenſione, num. 165.*

164 *Interdictum vt differt à ceſſatione à diuinis.*

166 *Interdictum triplex, & quid vnumquodque includat, num. 167.*

167 *Ciuitate ſacris interdictâ, ſuburbia quoque comprehenduntur.*

167 *Sepeliri in ſacris cœmeteriis fœneratores lex prohibens non inhumatores modò afficit, ſed & honoris cauſa funus proſequentes.*

167 *Interdictâ eccleſiâ, nõn cenſentur interdicti clerici illius, nec viceuerſa.*

164 Vt porrò interdicere ſignificat prohibere, [a] ſic interdictum generaliter dicitur quælibet prohibitio: ſed hîc accipitur ſpeciatim pro vna trium cenſurarum eccleſiaſticarum, quòd vt alibi [b] dixi, cautiùs definiri poteſt quàm à Calderino, [c] eſſe cenſura eccleſiaſtica, qua prohibentur diuina officia, ſacramenta, & ſepultura actiuè, & paſſiuè aliquibus exceptis. Dixi, *Cenſura eccleſiaſtica*, pro genere, quo diſtinguitur à ceſſatione à diuinis, [d] quæ non eſt à cẽſura eccleſiaſtica: nõ enim eſt niſi ipſa omiſſio officiorum diuinorum. [e] Reliqua adduntur ad differentiam interdicti ex vna parte, & excommunicationis, ac ſuſpenſionis ex altera, quæ tres conueniunt in nouem, [f] primò quidem, quòd quælibet earum eſt cenſura eccleſiaſtica. [g] Secundò, quòd quælibet in ſcriptis debet ferri, & cauſa in eis exprimi. [h] Tertiò, quòd nullam earũ ſuſpendit appellatio ſubſequuta, & quàmlibet annullat præcedens. [i] Quartò, quòd quamlibet debet præcedere monitio, [k] cùm fertur ob contumaciam, non autem cùm in pœnam. [l] Quintò, quòd quælibet eſt nulla, cùm fertur ſine canonica monitione ab excommunicatore contra participãtes excommunicatis à ſe. [m] Sextò, quòd quælibet impedit à diuinis, excepta ſuſpen-

[a] *Inſtit. de interdict. in princ.*
[b] *in repet. c. Dilectis, de appell.*
[c] *in tract. de eccl. interd. memb. 1. col. 1.*
[d] *de qua in c. irrefragabilis, de off. ordin. &c. Quàmuis, eod. tit. lib. 6.*
[e] *aſſertore Pan. in d. c. Dilectis. nu. 18.*
[f] *iuxta Cald. vbi ſup. col 2. receptum per cõmunem. Domin. & Peruſ. in d. c. 1. §. ſuperior de ſentent. excom. lib. 6. Silu. & Tabienſ. verbo Interdictum, & complures alios alibi.*
[g] *c. Querenti, de verb. ſign.*
[h] *in c. 1. de ſent. excom. lib. 6.*
[i] *c. Is cui, §. fin. eod. tit. lib. 6. & c. Ad hæc quoniam, de appell.*
[k] *c. Reprehenſibilis, de appell.*
[l] *c. 2. de conſtit. lib. 6. & c. Quàquam, de cenſib. eod. lib.*
[m] *c. ſtatuimus, iuncto c. ſtatutum, de ſent. excomm. lib. 6.*

ſione quæ non fit ab eis.[a] Septimò, quòd in abſolutione omnium iuratur.[b] Octauò, quòd nulla earum contra receptos in filios ſpeciales Papæ, ab ordinario ferri poteſt.[c] Nonò, quòd quælibet eſt à ſuperiore ſeruãda,[d] imò & à ferẽte quouſq; eã tollat.[e] Differũt autẽ primò, ꝙ excõmunicatio directè priuat cõmunicatione, quatenus eſt communicatio humana. Suſpẽſio priuat directè vſu facultatis eccleſiaſticæ. Interdictũ verò priuat directè ſacramẽtis & diuinis officiis. Dixi, *Directe*: quia indirectè, & per conſequentiã, priuant etiã conſequentibus directè prohibita. Secundò, quòd excõmunicatio non poteſt ſuſpendi, aliæ cenſuræ ſecus,[f] quanquã idem eſſe de excommunicatione dixerit Decius,[g] quem per multa fundamenta ſequimur.[h] Tertiò, quòd epiſcopus non incurrit ſuſpenſionem, neque interdictum latum à iure, niſi exprimatur in eo, excommunicationem verò ſic.[i] Quartò, quòd vniuerſitas non poteſt excommunicari:[k] ſuſpendi autem & interdici poteſt.[l] Quintò, quòd excommunicati nunquam admittuntur ad diuina officia, alij verò ſecus interdum.[m] Sextò, quòd excommunicatio, & ſuſpenſio non feruntur niſi ob culpam propriam, & maior ob mortalem, minor verò & ſuſpenſio etiam ob venialem: interdictum autem etiam ob alienam,[n] Septimò, quòd abſolutio excommunicationis, ſemper aliqua verba requirit ſuſpenſionis verò, & interdicti non, quando feruntur tantiſperdum certum quid fiat: ſufficit enim illud fieri.[o]

166 Interdictum porrò eſt triplex, locale tantùm, perſonale tantùm, locale & perſonale ſimul: locale tantùm eſt, quo ſolus locus interdicitur, quod rurſus eſt duplex, generale, quo interdicitur locus vniuerſalis, vt regnum, prouincia, epiſcopatus, ciuitas oppidum, pagus, aut parochia: & ſpeciale, quo interdicitur aliquis locus particularis, veluti eccleſia, nec deſinit eſſe tale, quòd comprehendat multa loca, modò ſint particularia, quale eſt, quod interdicit multas eccleſias, etiamſi interdicat omnes ciuitatis, epiſcopatus, prouinciæ, regni, aut totius orbis.[p] Singulare autem, quod addit Ang.[q] eſt ſpecies

[a] *c. Paſtoralis, §. Verum, de appe. iuncto c. Is cui.*
[b] *c. Venerabili, & c. Ex tenore de ſent. excom.*
[c] *c. 1. de verb. ſign. lib. 6.*
[d] *c. Cũ ab eccleſiarũ, de off. ord.*
[e] *aſſertore Cal. vbi ſup. memb. 1. col. 3.*
[f] *d. c. Ad hæc quoniam.*
[g] *ibi.*
[h] *ibidem.*
[i] *c. Quia periculoſum, de ſent. excom. li. 6. cum gloſſ.*
[k] *c. Romana, §. In vniuerſitatẽ, de ſent. exc. li. 6.*
[l] *c. Quia ſæpe, de elect. lib. 6. c. ſi ſentẽtia, de ſent. excom. eod. lib.*
[m] *c. fin. de ſent. excom. eod. lib.*
[n] *d. c. ſi ſentent.*
[o] *gloſſ. putata ſing. Clem. 1. de decim. verb. donec, Quæ tamen habet alias quatuor ſimiles citatas à nobis, in c. 1. n. 6. de iud.*
[p] *aſſertore Cal. vbi ſup. memb. 2. recept. per Domin. Peruſ. & Commun. in c. Præſenti, de ſentent. excom. lib. 6.* [q] *verb. Interdictum. 1. §. 1.*

interdicti

interdicti particularis minimè neceſſaria. Interdictum perſonale tantum eſt, quod interdicit perſonas tantùm, quod etiã eſt duplex, generale, quod interdicit aliquam vniuerſitatem hominum, vt populi, regni, prouinciæ: ciuitatis, oppidi, collegij, aut pagi. [a] Et ſpeciale, ſiue particulare, quod interdicit perſonas ſingulares, vnam, aut multas, certas, aut incertas, veluti quod interdicit quippiam facientem. Interdictum locale & perſonale ſimul eſt, quod interdicit locum & perſonas ſimul: quódque interdicit locum, & populũ, & tales, vel tales perſonas, exemplum quotidianum eſt in interdicto, quod appellant ambulatorium, quo interdicitur aliqua perſona, & locus vbi eſt, vel fuerit, quandiu ibi fuerit, aut etiã certo tempore poſtquam receſſerit; de quo quatenus eſt locale, iudicandum eſt, vt de locali tantùm: & qua parte eſt perſonale, vt de perſonali tantùm. [b] Quibus addimus, vnum quodque illorum poſſe diuidi in ſimplex, & mixtum, hoc eſt generale tantùm, aut particulare tantùm, aut generale, & particulare ſimul. De quo quatenus eſt generale, iudicandum eſt, vt de generali, quatenus verò particulare, vt de particulari. [c]

167 Inſuper generale interdictum loci non includit populum, nec perſonas eius. Neque interdictum generale populi alicuius loci, comprehendit eum: itaque quãdo vnus locus eſt interdictus, qui ſunt in eo, nec fuerunt cauſa interdicti, poſſunt audire, & dicere alio in loco diuina officia, daréque & accipere ſacramenta, alij autem aliorum oppidorum, in illo loco interdicto, cuius illi ſunt, id facere nequeunt. Cùm verò interdicitur ſolus populus, qui ſunt eius, audire non poſſunt ibi, vel alibi: alienigenæ autem poſſunt ibi audire, adeóque in eo poteſt celebrari patẽtibus ianuis, excluſis eius hominibus, perinde ac ſi nõ eſſet interdictus. [d] Rurſum interdictũ cleri alicuius loci non cõprehendit locũ, neque populũ, & habitatores eius laicos: neq; viceuerſa interdictũ populi cõprehendit clericos. [e] Cuius rei nouã rationem alibi tradidimus. [f] Quàmuis interdictũ cleri videatur includere religioſos, & religioſas, cõuerſos, & conuerſas, nouitios & nouitias. [g] Adhæc, cùm alicui ciuitati ſacris interdictũ eſt, ſuburbia quoque & ædificia prope mœnia, includũtur. [h] Cæterùm, quæ ædificia dicẽda ſint

[a] *d. c. ſententia.*

[b] *arg. l. Quæ de tota, ff. de rei vend.*

[c] *arg. d. l. Quæ de tota, & c, Paſtoralis, §. Item cùm totum, de off. deleg.*

[d] *d. c. ſi ſententia, cũ ei adnot.*

[e] *d. c. ſi ſentẽtia.*

[f] *in c. 2. de præb. poſt Dec. ibi, & in c. Eccleſia, de conſtit. col. 4.*

[g] *ſecundum Domin. in d. c. ſi ſententia, in fin. princ. & Cald. vbi ſup. mẽbr. 2.*

[h] *c. ſi ciuitas, de ſent. excom. li. 6.*

talia, relinquitur arbitrio iudicis.[a] Qua ratione interdictum etiam eccleſiæ, licèt ſpeciale tantùm, includit ſacella, & cœmeterium contigua, alia non.[b] Interdictâ verò eccleſiâ, non cenſentur interdicti clerici eiuſdem: neque contrâ, interdictis clericis, interdicta eorum eccleſia, cenſetur.[c]

[a] *iux. gloſſ. ibid.*
[b] *d. c. ſi ciuitas.*
[c] *argum. c. Per exemptionem, de priuileg. lib. 6.*

## Quis, cur, & quomodo poteſt interdicere, & interdici.

### Summæ.

168 *Interdicit communiter, qui excommunicat, & ſuſpendit, & contrà.*

168 *Vniuerſitas quæ non poteſt excommunicari, & locus qui non poteſt ſuſpendi, poteſt interdici.*

168 *Interdictum fertur ob culpam alienam, ſed non ob culpam debiti, & ponitur ipſo facto à iure his caſibus, num. 169. & quæ opera prohibeat, num. 170.*

168 Regulariter qui poteſt excommunicare, & ſuſpendere, poteſt etiam ſacris interdicere: & qui poteſt excommunicari ac ſuſpendi, poteſt interdici. Vniuerſitas autem quæ non poteſt excommunicari,[d] & locus qui non poteſt ſuſpendi, vt ſupra dictum eſt, poteſt interdici.[e] Et quanquam aliud ſit populus, vel vniuerſitas, aliud particulares eiuſdem,[f] interdicto tamen illo, cenſentur interdicti omnes eius particulares, ſontes, & inſontes,[g] poteſt enim vnus interdici ob culpam alterius, licèt non excommunicari, vel ſuſpendi, vt prædictum eſt: quâmuis ſemper debeat ſubeſſe culpa propria, vel aliena, vt feratur interdictum, nec ſufficit culpa non ſoluendi debitum, vt feratur interdictum generale, auctoritate ordinaria, vel delegata citra ſpeciale mandatum Papæ,[h] tametſi particulare eccleſiæ ferri poſſet. Cald.[i] & Dominic.[k] aſſertoribus, nõ tamen parochiæ, quàmuis per incogitantiam (noſtro iudicio) contradixerit Stephan.[l]

Interrogatus porrò olim Salmanticæ, an infans lactens, & amens includentur interdicto? Reſpondi, in-

[d] *c. Romana, §. In vniuerſitatẽ, de ſentent. excõ. lib. 6.*
[e] *d. c. ſi ciuitas, & d. c. ſi ſentẽt.*
[f] *arg. c. Denique 7. qu. 1. & l. Proponebatur, ff. de iudic.*
[g] *d. c. ſi ſententia, vbi id affirmant Domin. & Peruſin.*
[h] *extrauag. Prouidè de ſentent. excom.*
[i] *vbi ſup. memb. 1. cap. 4.*
[k] *in c. Præſenti, de ſent. exc. lib. 6.*
[l] *de poteſt. eccle. caſ. 10.*

cludi, nec eſſe admittendos ad diuina:nam, vt prædictũ eſt: citra culpam propriam poteſt quiſpiam interdici.

169 Atqui, fertur generale interdictũ ipſo facto contra vniuerſitatẽ imperãtem ſolui portoria illicita clericis,[a] & contra facientem capi, percuti vel in exilium ablegari ſuum epiſcopum.[b] Inſuper, contra eam cuius Dominus impedit ingreſſum, aut Negotia Nuncij Apoſt.[c] Imò & omnibus caſibus, quibus iure fertur interdictum locale generale, ob delictũ populi, eiſdem fertur etiam generale perſonale contra ſuum populum: quàmuis ſecus, quando fertur ob delictũ ſolius Domini, niſi exprimatur.[d] Deniq; fertur etiã particulare locale eccleſię pleriſque caſibus, putà, quando vniuerſitas facit capi, percuti, vel in exilium mitti ſuum epiſcopum.[e] Et quãdo clerici, aut cõuentus eccleſiæ, nolunt reſtituere corpora, aut monumenta eorum, quos in ea intulerunt, & inducti ab eis, iurauerunt ſe electuros ſepulturas in ea.[f]

170 At verò, interdictum perſonale particulare ſolùm includit perſonas nominatas, actúſque in eo expreſſos, & qui includuntur in illis Si verò nulli exprimantur, quicunque vetantur, interdictis cenſentur incluſi. Vnde interdicto ſimpliciter Petro, quicquid interdictum prohibet, vetatur illi. Interdicto autem eo quò ad miniſterium altaris, reliqua omnia poteſt facere: quò ad ingreſſum verò eccleſiæ omnia diuina officia illi prohibentur, intra illam: includuntur enim in prohibitione ingreſſus illius, nulla verò extra illam: quum poſſit facere domi, vel in tabernaculo,[g] aut in ſacello non erecto auctoritate epiſcopi, perinde ac ſi nulla re eſſet interdictus, iuxta S. Anth.[h] & ante illum Cal. ſecundum quem approbatum, ab Anch. Do. & Peru.[i] is cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, poteſt introire eam, & orare quum non aguntur diuina officia, vt *gl.* quædam ſing. dicit de excommunicato,[k] & Inno.[l] tametſi plerique perperam contra ſentiant, ſed malè: non poteſt tamen audire diuina officia, iuxta Dom. & Com.[m] quicquid dicat Cal.[n] noſtra tamen ſentẽtia poteſt tranſire per eã, etiam cùm illa peraguntur, id enim non eſt audire, arg. eorum quæ ſupra[o] diximus de excommunicato. Quorum ratio eſt quia prohibitio ingreſſus eccleſiæ, duntaxat reſpicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat in ea.[p]

[a] *c. Quanquam, de cenſib lib. 6.*
[b] *cle. 1. de pæn.*
[c] *extrauag. ſuper gentes, de conſuet.*
[d] *d. c. ſi ſentent.*
[e] *d. clem. 1. de pæn.*
[f] *c. 1. de ſepult. lib. 6.*
[g] *iuxta gloſſ. c. Is cui, de ſentent. excom. lib. 6. & Commun.*
[h] *3. part. tit. 29. c. 2 §. 2.*
[i] *in d. c. Is cui.*
[k] *c. Qui ſtudet, 1. q. 1.*
[l] *in c. Nuper, de ſent. excom.*
[m] *in d. c. Is cui.*
[n] *vbi ſup. col. 16.*
[o] *eod. c. n. 34.*
[p] *d. c. Is cui, cum ei adnot. & c. Præſenti. 5. q. 1.*

# Quæ prohibeantur interdicto, & tempore interdicti.

Summæ.

171 *Interdicto vetantur omnia diuina officia, ſacramenta, & ſepultura, præter expreſſa.*

172 *Officia diuina quæ, & permiſſa quomodo in interdicto generali, num. 174.*

173 *Miſſa vna ſingulis hebdomadis licita in interdicto ſpeciali.*

174 *Clerici, etiam alieni, admittuntur ad diuina tempore interdicti, & an coniugati?*

174 *Aqua benedicta, vt benedicenda, & vſui adhibenda tempore interdicti.*

175 *Interdicto in loco, & etiam in eccleſia, clerici recitant horas, num. 176. & vt campanæ pulſatio, epiſcopi, benedictio, & ſacramentalium vſus liceant, num. 177. & 178. Confeſſio item, & alia plurima.*

178 *Interdicta quæ priuilegia particularia relaxant, & 2. ſeq.*

182 *Interdictum iure ſuſpenditur quatuor feſtis, & an aliis priuilegio religioſorum, & 2. ſeq.*

187 *Interdictum non denunciatum, aut nullum non obligat, & quando tale, validum violando, qui laici, & moniales peccant.*

188 *Ceſſatio à diuinis, quid, & eſt duplex, & in his differt ab interdicto.*

189 *Ceſſatio qualis, & cur ponatur poſt interdictum, nu. 190.*

171 Quocunque interdicto prohibentur omnia diuina officia, ſacramenta, & eccleſiaſtica ſepultura, exceptis iis quæ expreſsè, vel tacitè permittuntur.[a] Cui conſequens eſt, regulariter prohiberi omnia exercitia ſpecialiter deputata alicui ordini, ſiue maiori, ſiue minori, vt decantandi Epiſtolam ſolemniter cum manipulo hypodiacono, & Euangelium Diacono, offerendi vrceolos Acolyto, dicendi Miſſam, vel agendi hebdomadariũ quando peragitur matutinum, aliæve horæ canonicæ Presbytero, & ordinandi epiſcopo, omnia ſiquidem eiuſmodi exercitia ſunt diuina officia, quæ eſt ratio noua & firma ab aliis non perpenſa.

[a] *vt colligitur ex c. non eſt, de ſponſ. & c. fin. de exceſ. præl. & c. quod in te de pœ. & rem. & cap. reſponſo. de ſent. excom. c. quoniã & c. fi. eo. tit. lib. 6. & notatis in eis, & ex definitione interdicti ſupra num. 164. nota.*

Cæterùm, perperam definierũt Ang.[a] aliíque nõnulli diuina officia iuxta præſens inſtitutum eſſe officia diuina in Miſſali & Breuiario contenta: nam neque omne in illis ordinatum eſt diuinum officium, nec omne diuinum officium in illis eſt ordinatum: multa ſiquidem ſunt ordinata in pontificali, & multa in Miſſalibus ac Breuiariis, quæ non ſunt diuina officia prohibita tempore interdicti. Quod genus eſt benedictio menſæ, & fructuum, baculi, & ſacculi ad peregrinandum, & habitus nouitiorum. Poſſunt autem rectè definiri, eſſe officia ordinata in dictis tribus libris, aut aliis legitimè, ad vſum ordinum & aliorum ſacramentorum, aut ſacramentalium, vel ad horas canonicas.

173 Atqui, poteſt dici vna Miſſa quaque hebdomada, etiam in eccleſia ſpecialiter interdicta, quo renouetur ſanctum ſacramentum, quod aſſeruatur infirmis, cum moderatione verſiculi ſequentis, [b] imò & plures quâm vna, ſi neceſſitas infirmorum id poſtularet. [c] Poſſunt inſuper celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto, ſicut priùs, ianuis clauſis, voce ſubmiſſa, non pulſatis campanis, excluſiſque excommunicatis, & interdictis, [d] expulſis item non munitis priuilegio iuris communis, aut ſpecialis. [e] Dixi, *In loco generaliter interdicto*, quia in interdicto ſpecialiter locum non habet. [f]

174. Et quàmuis Anch. aſſerat eiuſmodi officia diuina debere fieri per ſolos clericos & monachos illius eccleſiæ vel monaſterij non per alios, cuius opinio obſeruabatur meo tempore in Gallia, vbi pauca interdicta ponuntur, contrarium tamen, putà, quòd omnes clerici maiorum & minorum ordinum, etiam primæ tonſuræ cuiuſcũque loci & eccleſiæ, niſi fuerint cauſa interdicti, poſſint admitti vt dicant vel audiant illa, tenent Ioan. Andr· Domi. Philip.[g] Feder.[h] Ang.[i] & Silu.[k] quod ſeruatur in tota Caſtella, vbi feruntur infinita interdicta, & etiam in Luſitania, vbi feruntur pauciora, etſi plura, quàm in Gallia: clerici nihilominus coniugati, non ſunt de horum numero: nam quicquid dicat Margarita confeſſorum, non gaudent niſi duobus priuilegiis, [l] è quibus hoc non eſt, & conſequenter, quò ad hoc habentur inſtar laicorum, vt iampridem reſpondimus Salmanticæ: quanquam ſi inualuiſſet conſuetudo præſcripta cu-

[a] *verb. Interdictum* 5. § 4.
[b] *c. Permittimus, de ſent. excom.*
[c] *iuxta Oſtienſ. ibidem.*
[d] *c. fin.* §. *Adijcimus, de ſent. excom. lib. 6.*
[e] *iuxta gloſſ.* d. §. *Adijcimus, verb. interdictis.*
[f] *iuxta gloſſ. recept. in d. c. fin. verbo eccleſia.*
[g] *in eod. c. fin.*
[h] *conſil.* 70.
[i] *verbo Interdictum* 5. §. 3.
[k] *verbo Interdictum* 5. *q.* 1.
[l] *c. 1. de cleric. coniug. lib.* 6.

iuſmodi fertur eſſe in Aragonia, valeret illis [a] etiam ſi eſſet introducta per errorem iuris, argumẽt. eorum quæ infra [b] dicuntur. Et adeò quidem excludendi ſunt non habentes priuilegium, vt non ſint admittendi ad oblationem ſolitam fieri in medio Miſſæ, neque ſit eis porrigenda pax, vel aperienda feneſtra, aut foramen, per quæ intueri poſſint corpus D. N. [c] Neque ſacerdos poteſt benedicere aquam citra dictam modificationem, aut illâ benedictâ inſpergere populum abſque illa ante Miſſam, cum antiphona *Aſperges, &c.* vt moris eſt, iuxta Cald. [d] Quanquam opinentur populum poſſe ſumere aquam benedictam, cùm ingreditur eccleſiam, & clericum dare ei tanquam laicum, citra peccatum, quicquid ſentiat idem Cald. [e] id enim nullibi prohibetur. Et vox debet eſſe tam ſubmiſſa, vt foris nõ audiatur, vel ſaltem proferatur ea mẽte, vt non audiatur, & cum debita cautione: id ſiquidem excuſaret peragentes officia quàmuis à nonnullis curioſis audirentur, contra eorum voluntatem: adeo namque clarè eſt proferenda, vt alij ab aliis poſſint audiri in choro, iuxta mentem textus *c. alma mater*, & omnium Doctorum. Poſſunt tamen accipere funeralia Cald. aſſertore [f] aliáſque oblationes factas pro defunctis, quàmuis ſepeliantur extra locum ſacrum, illíque forent interdicti, ſi deceſſerunt pœnitentes: ſiquidem poteſt & debet rogari pro eis. [g]

175 Verum porrò eſt quod iampridẽ Salmãticæ reſpõdimus, [h] puta, tempore generalis interdicti non ſolùm vnum, ſed etiam duos, tres, pluréſve recitare poſſe ſuas horas in campo, ianuis quæ non ſunt, non clauſis domi inſuper, & in cubiculo illis clauſis, imò & non clauſis, modò non audiantur ab aliis non habentibus priuilegium audiendi, tametſi nonnulli pertranſeundo, & caſu audiant. Quodq; intra eccleſiã poſſit quis ſolus nõ clauſis ianuis, recitare horas, ita ſubmiſsè, vt à nemine alio à ſe audiatur: & proinde duo vel tres diuiſi aliquo in ſacello, aut tam ſubmiſsè, vel tam ſeiuncti à populo, vt audiri nequeant, & longè magis, intra vnum ſacellum clauſum, quàmuis ianuæ eccleſię, vbi illud ſitum eſt forent apertæ, quicquid dicant Oſt. Ioan. And. & Card. [i] mens namque iurium, permittentium diuina officia cũ prædicta moderatione in eccleſiis, nõ eſt excludere alia

[a] *arg. c. fin. de conſuet.*
[b] *n.177.*
[c] *iuxta Clem. 1. cum ſua gloſſ. de ſent. excom.*
[d] *vbi ſup. memb. 6. co. 14.*
[e] *vbi ſup.*
[f] *in d. memb. 6. col. 20.*
[g] *arg. c. fin. de ſepult. &c. A nobis 2. de ſent. excom.*
[h] *Sequuti mentẽ Oſt. in c. quod in te, de pœn. & remiſ. cura ibid. prælegeremus cõtra Villadieg. de irregul. col. 14. & ſatis contra Cald. d. memb. 6. col. 2. & Angel. & Sil. verb. interdictus 6. q. 2.*
[i] *ſin. d. c. Quod in te.*

loca, [a] imò à fortiori illa includere, vbi regulariter non audiuntur ab aliis, permittendo ea dici in eccleſiis, vbi ſolent audiri: & principalis ſcopus prohibendi diuina [b] officia eſt, ne audiantur à laicis, cum eo non obſtante quiſque clericus teneatur recitare ſuum officium. [c] Dixi, *Tempore interdicti generalis*: nam in loco ſpecialiter interdicto, non eſſet licitum quicquam horum facere, neque clauſis, neque apertis ianuis. [d]

176 Non tamen prohibetur oratio matutina, meridiana & veſpertina, quã vocant *Aue Maria*: neque benedictio menſæ. Cald. aſſertore [e] neque ea quam Epiſcopi iter facientes concedũt. Non etiam prohibetur lectio, aut declaratio Pſalmorũ, Euangeliorum, aliorúmve ſimilium, quæ in diuinis officiis dicunrur, cum non prohibeatur prædicatio, [f] neque oratio priuata in eccleſia etiam illis ipſis, quorum cauſa inductum eſt interdictũ, licèt ſint interdicti perſonaliter, [g] neque dare, neque accipere aquam benedictam in ingreſſu eccleſiæ, aut cantus laicorum, etiam ſi cantent litanias aut pſalmos, & laudes Dei, eiúſve ſanctorum in ſuis ſodalitatibus (confraternitates vocant) etiam intra eccleſias, Cald. aſſertores, [h] neque excommunicare, vel abſoluere excommunicatum abſque ſtola & ſolẽnitate ſacerdotali, [i] neque etiam introducere puerperam in eccleſiam agẽdis Deo gratiis in illa, etiam præuia confeſſione generali citra ſtolam & ornatum ſacerdotalem, [k] neque conſequenter cõfeſſio generalis quam laici ſolent facere ſacerdoti, [l] neque adoratio crucis die Veneris ſancto, [m] neque commendatio animarum defunctorum, [n] aliáve ſimilia: quum non ſint diuina officia. Quàmuis autem laici eiuſmodi tempore ſepeliri non poſſint in loco ſacro, neque extra illum adhibito officio diuino, licèt ſublato interdicto deferri debeant ad illum: & ſi ſepeliantur in illo durãte interdicto, non ſint extrahendi. [o] Clerici tamen ſeruantes interdictum, poſſunt ſepeliri in ſacro citra ſolemnitatem: [p] quàmuis ſint coniugati, ſi conſuetudine præſcriptâ receptum ſit, vt clericus coniugatus cum vnica & virgine, perinde poſſit intereſſe diuinis, tempore interdicti, ac alij non coniugati, aliàs ſecus. [q] Et quidẽ Cald. pronũciato de litaniis locus eſt in clericis: quia litaniæ cũ cantu, vel citra illũ abſq; ſolemnitate

[a] *vt ponderabat Villadie vbi ſu.*

[b] *arg. d.c. Quod in te, & d.c. Alma mater, de ſent. excom.*

[c] *iuxta gloſ. recept. c. 1. de cler. excom. ſuffragatur gloſſ. ordin. c. Illud, eod. tit. & c. Presbyterũ 28. diſt.*

[d] *arg. gloſſ. d. c. Alma, verbo eccleſiis.*

[e] *vbi ſup. co. 16.*

[f] *c. Reſponſo, de ſentent. excom.*

[g] *iux.* Monald. *recept. per Ang. verb. interdictũ 6. §. 14.*

[h] *vbi ſup. memb. 6. col. 10.*

[i] *iuxta Innoc. in c. fin. de exceſ. prel. &* Cald. *vbi ſup.*

[k] *Cald. vbi ſup. col. 3.*

[l] Idẽ *ibi col.* 14.

[m] Idem *ibid. col.* 15.

[n] *Cald. vbi ſup.*

[o] *iux. gl. rec. c. A nobis c. ver. forma, de ſent. exc.*

[p] *d.c. Quod in te.*

[q] *iux. dicta ſup. eod. cap. n. 174.*

cõſueta Crucis leuatæ, ſuper pellicioriũ, & ordinis procedendi, quorũ meminit Cald. licentiam clericis quàm laicis, adhibita verò dicta ſolemnitate, neutris, licèt minus clericis quàm laicis: hæ namque ſunt diuinum officium, illæ verò nequaquam, per dicta ſupra.

177 Non etiam pulſari poſſunt campanæ, aut campanulæ, ad horas canonicas, [a] quàmuis ſecus ob alios fines, veluti ad ſalutationem Angelicam, vel vt oſtendantur reliquiæ, aut indicentur horæ, vel concio aliúdve quod non ſit officium diuinum fiat. [b] Vnde fortaſſis originem duxit Salmanticenſis conſuetudo pulſandi ad interdictum (vt nimirum illud notificetur) horis quibus finienda erat pulſatio ad primam, & veſperas: quæ tamen etſi (noſtra ſententia) iam excuſet à pœna, & peccato, eò quòd potuerit ſua antiquitate effectum interdictorum quò ab hoc minuere, non tamen excuſaſſet in exordio, nec modò excuſaret vbi primùm inciperetur: eſſet enim manifeſta fraus, vt ad illud propoſitum dixit Cald. [c] Neque etiam poteſt Epiſcopus tempore interdicti publicè benedicere ſolenniter adhibito baculo, & verſu *Adiutorium noſtrum, &c.* [d] neque benedicere Abbatem, vel Abbatiſſam, neque conſecrare calices, altaria, virgines, ſeu benedicere corporalia, aliáque ornamenta ad ſacrificandum, neque vela monialium: neque ipſe, aut parochus poſſunt benedicere aquam, [e] vel candelas die Purificationis, aut palmas, & ramos Dominicâ Palmarum, [f] neque Miſſam quam ſiccam dicunt, ſine conſecratione, [g] quum ſint diuina officia. Dixi, *Publicè*: clam enim ianuis clauſis &c. poſſunt, [h] nam non ſunt (vt ille ait) ſacramenta, ſed diuina officia ad peragenda quædam ſacramentalia: ideóque etiam fieri poſſunt feſtis, quibus tollitur interdictum, de quibus infra. [f]

178 Atqui, ſola, & omnia ſacramenta, & ſacramentalia, iure, aut priuilegio expreſſa, aut tacitè permiſſa licita ſunt in loco interdicto, ſiue interdictum ſit generale, ſiue ſpeciale, [k] quod genus eſt ſacramentum baptiſmi pro paruulis, [l] & adultis, [m] veluti catechiſmus, exorciſmus, vnctio olei, & chriſma: in baptiſmo ſiquidem iubentur hæc fieri, [n] quale etiam eſt ſacramentum confirmationis [o] & conſecratio chriſmatis, quæ ad

[a] *iuxta Cald. vbi ſup. membr. 6. col. 6.*
[b] *iuxta Cald. d. memb. 6. col. 16 recept. cõmuniter in c. fin. de ſent. excom. lib. 6.*
[c] *d. memb. 6. col. 16.*
[d] *ſecundũ Cald. memb. 6. col. 15.*
[e] *vt ſcite declarauit Feder. Cõſil. 3. col. 2. & 3. & Cal. vbi ſu. col. 14 15. & ſeq.*
[f] *Cald. d. col. 15*
[g] *Sil. verb. interdictum q. 3.*
[h] *iuxta eundem.*
[i] *eod. c. n. 172. iuxta Feder. in d. conſ. 3. & Cald. vbi ſup.*
[k] *iuxta Cald. memb. 6. col. 29.*
[l] *c. Non eſt, de ſponſ.*
[m] *c. Quoniam, de ſent. exco. lib. 6.*
[n] *c. Accepiſti de conſecr. diſt. 4.*
[o] *c. Reſponſ. de ſent. excom.*

id, & baptiſmum eſt neceſſaria:[a] eadémque ratione, cõſecratio olei baptizandorum. Quale eſt ſacramentum pœnitentiæ pro infirmis,[b] & ſanis,[c] qui non fuerint excommunicati, vel interdicti, aut cauſa interdicti ſua culpa, nec conſilium, fauorem, auxiliúmve præbuerint delicto, ob quod inductum fuit. Siquidem hi nequaquam ſunt admittendi ad ſacramentum pœnitentiæ,[f] niſi ſatisfaciant priùs ſi poſſunt: ſin minùs, præbeant idoneam cautionem, iurando ſe daturos operam fideliter, vt ſatisfiat per ſe, aut per alios.[d] Quale eſt etiam euchariſtia ſiue viaticum,[e] ſolùm in articulo mortis. Itaque non poteſt dari ſanis, quàmuis ſint clerici, & religioſi.[g]

179 Quod verum eſt, niſi muniti forent priuilegiis quibus non præiudicaret Bulla S.D.N. Greg. XIII. poſita ſupra[h]: licèt ſecundùm ius commune poſſint ſumere, quando celebrant: quale eſt celebrare ſemel in hebdomada quò renouetur ſanctiſſimum Sacramentum:[i] quale etiam pulſare campanulam, quum defertur ad infirmos, & oſtendere ipſum in reditu vbi mos inualuit,[k] partim, quia videtur iuſtum, & decorum[l] partim, quia non eſt de actibus prohibitis per interdictum, conſpectus S. Sacramenti, niſi in miſſa. Quale eſt etiam ſacramentum matrimonij,[m] etiam inter perſonaliter, & ſpecialiter interdictos,[n] non tamen talis eſt benedictio nuptiarum.[o] Non eſt inſuper tale ſacramentum extremæ vnctionis,[p] etiam quò ad clericos: quàmuis enim ſint priuilegiati quò ad ſepulturã, non tamen quò ad extremam vnctionem,[q] Religioſis inſuper adminiſtrari nequit extrema vnctio, ſecundùm ius commune. Neque etiam eſt tale ordinare in loco interdicto,[r] neque extra illum ſi ordinator, vel ordinatus ſint interdicti perſonaliter.[s]

180 Non valet autem priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti cum prædicta moderatione, ei qui fuit cauſa eiuſdem, aut cuius culpâ, vel fraude fuit inductum, commiſſúmve delictum, ob quod fuit poſitum: ei autem qui hoc non commiſit, ſi eſt perſona ſingularis, valet, non ſolùm pro ſe, ſed etiam ſuis familiaribus domeſticis, fraudulenter non receptis ad audiendum, aut celebrandum cum illo.[t] At ſi eſt colle-

[a] *l. d. ca. quoniã*
[b] *d. c. non eſt.*
[c] *d. c. fin.*
[d] *d. c. fin. §. illis.*
[e] *d c. quod in te.*
[f] *gloſſ. d. ca. fin. recepta.*
[g] *iuxta Cald. in d. membro 6. col. 22. & Philip. in d. c. fin. § . adiicimus & §. ſeq.*
[h] *cap. 25. n. 68.*
[i] *c. permittimus, de ſent. excom.*
[k] *Cald. vbi ſup. mẽbr. 6. col. 19.*
[l] *d. ca. quoniam.*
[m] *gloſſ. d. c. fin.*
[n] *iuxta Cald. d. membro 6. col. 21.*
[o] *iuxta Oſtienſ. in d. ca. non eſt, recept. per commun. ibid. & Cald. d. membr. 6. col. 22.*
[p] *d. c. quod in te.*
[q] *iuxta Io. And. d c. quod in te.*
[r] *iuxta Innoc. in d. c. non eſt.*
[s] *Pan. ibid. & melius Cald. memb. 2. col. 22.*
[t] *ca. licet, § . cum conceditur, de priuil. lib. 6.*

gium, non valet niſi collegis.[a]

181 Quanquam autem aliis in materiis per familiares & domeſticos intelligantur mulier, filij, nepotes, ſerui, & famuli illi ſubiecti qui ratione poteſtatis paternæ, vel dominij ei cohabitant, hoc tamen caſu non ſumitur tam latè,[c] & proinde iudicio noſtro, hoc caſu illi tantùm intelligendi ſunt familiares domeſtici alicuius, qui eum de more comitantur. Hæc enim ampliatio huius priuilegij fit ne inutile ſit, vt eſſe poſſet, niſi ſic ampliaretur ad multos, qui citra comitatum non poſſunt honeſtè ad eccleſiã ſe cõferre, aut celebrare in ea[d] Clericus itaque, cui eſt famulus laicus, poteſt ſacrificare in eccleſia, ſeruiẽte illo, ſiue receperit ante interdictũ, ſiue poſt, inque eius locum, ſi egrotaret. vel abeſſet, poſſet aſſumere alium etiam merè laicum.[e] Quibus addo, priuilegia conceſſa aliquibus religioſis, vt tempore interdicti poſſint admittere ad diuina officia ſuos cõfratres, intelligenda de illis qui licèt ſint, & maneant extra monaſteria, ſe tamen addixerunt illi ordini mutato habitu ſeculari, aut donarunt inter viuos ſua bona ordini ſuo, ſeruato ſibi quandiu vixerint vſufructu.[f] Eodẽque modo, habẽtes priuilegia, vt tẽpore interdicti, poſſint admitti ad diuina officia, poterũt ſepeliri in cœmeterio.[g]

182 Poſſunt denique peragi omnia diuina officia feſtis Natiuitatis, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Deiparæ, diebus ſolùm, non octauis, etiã ſine prædicta modificatione, apertis ianuis, campanis pulſatis, & alta voce, excluſis excommunicatis, admiſſiſque interdictis: ita tamẽ, vt, quorũ culpa tale interdictũ inductum fuit, non accedant ad altare: id enim iure expreſſo permittitur.[h] Quod ipſum poſtea permiſſum fuit, in feſto corporis Chriſti, & tota octaua per Martinum V. & Eugenium IIII. in ſuis *extrauag.* quæ legi ſolent intra octauam eiuſdem feſti, & in die conceptionis, virginis matris eiuſque octaua, in eccleſiis, in quibus dicitur officium ordinatum per protonotarium Leonardum Nogarolum, & eius miſſa incipiente. *Egredimini*, ſecus autem in quibus illud non dicitur.[i]

*[a] d. c. licet.*

*[b] iuxta gloſſ. & determinationẽ Aret. & Felin. in c. in litteris, de teſtib.*

*[c] iuxta Ancha. d. c. licet.*

*[d] iuxta gloſſ. ſolen. quæ pen. eſt dict. ca. licet & commendata ad pulchrã concluſionem per Dec. in c. cum ordinẽ de reſcript. col. 2.*

*[e] Cald. vbi ſup. membr. 6.*

*[f] c. vt priuilegia de priuileg.*

*[g] iuxta Cald. in 6. mẽbr. col. 24. quem ſequitur. Ang. ver. interdictum 6. §. 35. licèt Feder. conſ. 3 in contrarium inclinet, cuius opinio facilè defendi poſſet, ſi conſideretur ſepultura pro principali, & officiũ pro acceſſorio, ſicut & opinio Cald. conſideratione contraria, & tãquam fauorabilior ſeruanda videtur.*

*[h] per c. alma mater, §. in feſtiuitatibus de ſent. excom. lib. 6.* *[i] vt monuimus in Enchi. de oratione, & hor. canonicis, ſiue repet. c. quando de conſe. diſtinct. 1. cap. 10. num. 86.*

183 Inſuper, diebus quibus à iudice ſuſpenditur interdictum, id omne & ſolum cuius ergô ſuſpenditur, poteſt fieri in illis: adeo vt ſi non ſuſpendatur ad aliud quam ad ſepeliendum aliquem, aut faciendam certam miſſam, certúmve officium, aut miniſtrandum certum ſacramentum (vt non raró fit Salmanticæ) non poteſt exerceri niſi illud: ideóque cùm ſuſpenditur aliquod interdictum, ſcire oportet quò ad quantū tempus, & quò ad quæ officia illud ſuſpendatur, quod ex ſerie ſuſpenſionis planum euadet.

184 Si verò cōſtet interdictum eſſe ſimpliciter ſuſpenſum in vnum diem, vel dimidiatum, poterimus eo facere omnia, quę fieri poſſent, ſi nullum foret interdictum. Si autem nouerimus eſſe ſuſpenſum quó ad officia diuina tantùm, vel ad aliquot miſſas duntaxat faciendas, non licebit alia facere: & ita non licebit alia ſacramenta vel ſacramentalia dare, ſuſcipere, vel facere. Prædictis verò quatuor diebus ſuſpēditur a primis veſperis illorū,[a] vſq; ad completorium incluſiuè diei, vel octauæ poſtremæ.[b]

185 Et ſuſpenditur illis diebus,[c] quò ad omnes miſſas, & diuina officia eiuſmodi feſtorum, & quæuis alia tam publica quàm peculiaria, ordinaria, & extraordinaria,[d] textus enim[e] generaliter ait diuina officia celebrentur, ſicut priùs, idque vſu receptum eſt.

186 Et conſequenter publicè poteſt Epiſcopus illis conſecrare Abbates, Abbatiſſas, calices, eccleſias, virgines, corporalia, alioſque apparatus altaris, & alia omnia quæ fieri poſſent ſecretó prædicto tempore.[f] Et quanquam alias nobis viſum fuerit die Corporis, & Conceptionis, eorúmque octauis non potuiſſe peragi niſi officia diuina eorum feſtorum, ponderantibus illud verbum, *Huiuſmodi officia*, quod eſt in dicta *extrauag.* Martini V. & Eugenij IIII. quia tamen mens authoris videtur fuiſſe ſuſpendere quò ad illos dies, quantum ſuſpendebatur à iure quò ad prædictos quatuor dies, imò etiam ampliùs, ſiquidem ſuſpendit quò ad octauas, & quia videtur eam ſic interpretari conſuetudo, dicimus permiſſum eſſe illis, quicquid permittitur præfatis quatuor feſtiuitatibus, adeóque omnibus aliorum ſanctorum prædictorum ordinum in eccleſiis, in quibus ſuſpenditur.

[a] *arg. c. 1. & 3. de fer.*
[b] *iuxta Archid. Domin. & Petruſ. in ca. fin. de ſent. excom. contra glo. ante pen. eiuſdem.*
[c] *in d. c. fin. § in feſtiuitatibus, de ſent. exco. lib. 6.*
[d] *iuxta glo. verbo ſicut prius recept. per Domin. Peruſ. & commun. ibidem.*
[e] *in d. cap. alma mater.*
[f] *de quibus ſup. eod. c. n. 177.*

187 Nemo porrò tenetur noſtra ætate ſeruare interdictum niſi denunciatum. [a] Nec quando interdictum eſt in ſe nullum, & nullitas eſt ſufficienter publicata, exceptis religioſis, qui tenentur illud obſeruare, ſi eccleſia matrix id ſeruat, vt dictum eſt ſupra. [b] Interdictum autem eſt nullum, regulariter eiſdem caſibus quibus excommunicatio, de quibus ſupra. [c]

Cæterùm, laicus non dicitur violare interdictum vllum, quàmuis ſit validum, & denunciatum, audiendo miſſam, vel alia diuina officia in loco interdicto, etiam ab eo, qui dicendo ea peccet, tametſi audiat cum aliquo perſonaliter interdicto, [d] quatuor caſibus exceptis, quibus peccaret, quàmuis non incurreret irregularitatem. Primò, cùm ipſemet eſt interdictus perſonaliter, etiamſi interdictum ſit generale oppidi eius. [e] Secundò, cùm expreſſè, vel tacitè eſt cauſa, vt illa dicantur, rogando, iubendo, aut præbendo ad id cauſam ſua præſentiã, & auditione: quia *facientes, & conſentientes, &c.* [f] Tertiò, cùm peragit eiuſmodi officia, qualia dicendo, violarent clerici. [g] Quartò, cum mentiendo aſſerens ſe eſſe clericum minorum, aut habere priuilegium, ſeſe ingereret audiendis diuinis officiis vetitis, vbi dicebantur clauſis ianuis.

Monachi autem & moniales, nullo ordine inſigniti, peccant mortaliter, faciendo officia prohibita clericis: quia merentur ob id includi aliis monaſteriis ſtrictioribus, quò faciant pœnitentiã. [h] Et licèt non incurrant irregularitatem, fiunt tamen intelligibiles actiuè, & paſſiuè. [i] Adeóque longè magis clerici violantes interdictum peccant mortaliter, qnantumlibet dubitet Caie. [k] Cenſentúrque violare quò ad hunc effectum, quoties faciunt, quod illis eſt prohibitum per interdictum perſonale, aut locale: quò ad effectum verò incurrendi irregularitatem, illis tantùm vicibus, quibus ſupra dictum eſt. [l]

188 At verò, ceſſatio à diuinis, eſt quædam deſiſtentia à diuinis officiis, & adminiſtratione ſacramentorum, [m] eſtque duplex, generalis, quæ fit in loco vniuerſali, vt in ciuitate, oppido, aut parochia: & particula-

*[a] vt ſup. dictum eſt, de ſuſpenſione eod. c. n. 163. & de excommu. nu. 15. & 36. per extrauag. ad euitãda, relatam ſup. eod. c. nu. 35.*
*[b] eod. c. n. 146.*
*[c] col. cap. n. 4.*
*[d] iuxta Caiet. verbo interdicti violatio §. penu.*
*[e] quicquid ille aſſerat ibidem.*
*[f] arg. cap. 1. ad Rom. & ca. 1. de offic. deleg. &c. facit optimè glo. ſing. clem. fin. de priuileg.*
*[g] arg. rationis c. paſtoralis §. de cler. excom. miniſtr. vt ſentit Cald. in d. mẽb. 6. col. 10. affirmans, quod tali caſu poteſt puniri per iudicem eccleſiaſticum: quia delictũ eſt eccleſiaſticum.*
*[h] d. c. paſtoralis.*
*[i] iuxta Cald. d. membr. 6.*
*[k] vbi ſup.*
*[l] c. 25 nu. 83. & 94.*
*[m] iuxta mentem Inn. & communem in cap. dilectis de appell. & cap. irrefragabili, de offic. ordin.*

ris, quæ in particulari, vt in eccleſia, vel eccleſiis. Quò fit, non eſſe certum, quod aſſerit author compendij priui-leg.[a] allegans in hoc duos Doctores Salmanticenſes, putà ceſſationem à diuinis generalem, & interdictum generale eſſe idem.[b] Tum, quia vt ſupra[c] dixi, ceſſatio non eſt cenſura, interdictũ verò ſecus. Tum, quia[d] qui tranſgreditur ceſſationem à diuinis, etiam particularem, non eſt irregularis, qui verò tranſgreditur interdictum, quàmuis ſit generale, ſecus.[e] Tum, quia ipſe Ang.[f] fatetur ceſſationem particularem diſcrepare ab interdicto particulari, neque facere ſui tranſgreſſorem irregularem,[g] ob idque habens priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit tempore ceſſationis, neque habens priuilegium audiendi tempore ceſſationis generalis, poterit tempore ſpecialis: quàmuis interdictum generale, & ceſſatio generalis æquentur quo ad modificationem prædictam,[i] & quo ad rigorem prædictæ *clemen. 1. de ſenten. excommun.*

189. Roganti verò cur decernatur non raro ceſſatio poſt excommunicationem, & interdictum, quibus non eſt paritum, ſi interdictum eſt fortius illa? Reſpondeo, id non fieri niſi à ſummo Pontifice: qui non decernit ceſſationem generalem poſt interdictum generale, ſed aliud interdictum ſpeciale, aut ceſſationem ſpecialem, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorũ, etiam clauſis ianuis, &c. Cum vero ſeruatur ſimul interdictũ, & ceſſatio ſpecialis, ponderandæ ſunt diligenter literæ, & ſecundum eas iudicandum. Tum, quia tranſgreſſor cenſetur irregularis ea ratione, qua eſt interdictum, non qua ceſſatio, per prædicta. Tum, quia interdicta, & ceſſationes poſita à ſummo Pontifice, nonnunquam ſunt ſtrictiora, interdum verò laxiora quàm communia: tantum enim & non amplus obſtringunt, quantum ille vult, iuxta omnium calculum. Alia de ceſſatione vtilia, at confeſſariis non vſque adeo neceſſaria, tradit nouiſſimè Alphonſus Aluarez Guerrerus Præſes Regius in Regno Neapolitano.[k] Qui tamen potius referre, quàm probare videri debet Philip.

[a] *verbo interdictum 1. §. 17.*
[b] *contra mentem Cald. vbi ſupra membr. 3. col. 3. & Card. in clem. 1. §. in ceſſationis de ſent. excomm. vbi Bonif. num. 4. declarat.*
[c] *eod. c. n. 164.*
[d] *ſecũdum Inno. in d. ca. irrefragabili nu. 4. & in d c. dilectis n. 3. recept. ibi per Ant. Pan. Peruſ. & Præpoſit.*
[e] *quod optime probat Bonif. in d. clem. 1. nu. 90. poſt Card. & Imol. licet Ioan. And in c. ſi canonici de offic. ord. lib. 6. quem ſequutus fuit Angelus verbo ceſſatio, teneat contrarium, ſed malè, vt demonſtrauimus Salmanticæ repetẽtes dictum cap. dilectis.*
[f] *verbo ceſſatio.*
[g] *c. is qui de ſent. excom. lib. 6.*
[h] *arg. c. priuileg. 3. diſt. & c. porrò, & ca. ſanè, de priuileg.*
[i] *d. c. alma.*
[k] *in ſuo* Iuris Põt. ac Cæ*ſarei ſpeculo c. 37. de eccleſ. interd.*

[a] *in c. ſi canonici, de offic. ordin.*

Franc. [a] aſſerentem, ceſſationem generalem decretam ab habente poteſtatem eam ponendi, vim interdicti ad inducendam irregularitatem habere, quum paulò ante cum communi contrarium rectè teneat.

190 Atqui, pleraque ſuper interdictorum ſuſpenſione priuilegia ſunt à Sede Apoſt. religioſis conceſſa, quorum ſummam huic loco in vulgari attexueramus; ſed quia putamus eſſe ſublata per Conc. Trid. [b] conſulto etiam ſuper hoc S. D. N. eam prætermittimus, deſiderantes, vt Sanctitas eius faceret illis facultatem ſuſpendendi interdicta diebus tantum, non etiam octauis ſanctorum ſui ordinis, modò eandem quoque faceret parochis, quò ad dies ſanctorum ſuarum eccleſiarum patronorum, quam, puto, faciet, ſi humiliter petatur. Dixi, *diebus tantum*, ne nimis eneruetur neruus cenſuræ eccleſiaſticæ. Dixi, *Modò, &c.* vt ſeruetur æqualitas & concordia, qua (vt poſt Saluſtium ait Hieron.) paruæ res creſcunt, vt diſcordia maximæ dilabuntur. Non arbitror tamen eis adempta priuilegia ſuper neceſſitate vel modo præſentandi ordinariis confeſſarios ſui ordinis: opinamur enim per præfatum *cap. fin. de regul.* ſolùm adimi eis priuilegia contraria iuribus communibus quæ cap. præcedentibus eiuſdem tituli iubentur ſeruari, in quorum nullo iubetur ſeruari ius commune præſentandi præfatos confeſſarios, ſicut ius commune de interdictis ſeruandis iubetur ſeruari, in *d. ca.* 12. & alia in aliquibus aliis. Quod ipſum eadem ratione producendum eſt in aliis priuilegiis eis conceſſis contra alia iura communia, quæ non iubentur in illis ſeruari.

[b] *c. 12. & vlt. de regul. ſeſſ. 25.*

## De irregularitate, eiúſque multiplicitate, & regulis generalibus.

Summæ.

191 *Irregularitas quid humanum inuentum eſt: tollitur manente peccato, & eſt quintuplex: nulla mentalis tantùm nu.* 192. *non eſt vera ſuſpenſio, nec cenſura eccleſiaſtica num.* 194.

193 *Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori. ſed in interiori ſecus.*

194 *Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis.*

194 *Irregularitas non eſt vera ſuſpenſio, nec cenſura eccleſiaſtica.*

194 *Irregularis nemo, fit, niſi caſibus à iure expreſſis.*

194 *Irregularitas occulta æquè nocet quò ad forum conſcientiæ, atque publica: & æquè neceſſaria eſt diſpenſatio in vtraque: & à quo petenda.*

194 *Irregularitate tacita ordinatus & impetrans beneficium, debet occultè diſpenſationem impetrare: ſi verò ſcienter accepit poſſeſſionem, intruſus cenſetur, & inhabilem ſe reddit ad illud, tenetúrque in impetratione à Papa mentionem illius facere, &c.*

194 *Diſpenſare poteſt epiſcopus circa omnem irregularitatem deſcendentem ex delicto occulto, & non deductam in iudicium, excepta ea quæ deſcendit ex homicidio voluntario.*

195 *Epiſcopis ſuper irregularitate occulta deſcendente aliunde quàm ex delicto & conſequenter ſuper defectu natalium diſpenſandi facultas non datur.*

191 Nomen *irregularitas* vox parum proba eſt, & generaliter ſignificat, quod aliquem extra regulam ponit: vt ex eius etymo conſtat. Sed irregularitas accepta, vt iuxta præſens inſtitutum, definiri poteſt ex mente canonum & Innoc. [a] communiter recept. paulò cautius quàm definiat Speculator, [b] eſſe impedimentum inductum à iure canonico, directè impediens acceptionem ordinum eccleſiaſticorum, aliquémve vſum eorum, quatenus ſunt ordines, etiam pœnitentiâ peractâ. Dixi, *Impedimentum*, pro genere, & *inductum à iure canonico*, ad ſignificandum non eſſe inuentum iuris naturalis, aut diuini. Dixi, *directè impediens*, ad differentiam excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & aliorũ impedimentorũ canonicorum, quæ quanquam ordines, eorũ quæ vſum impediant, quatenus ſunt communicatio, ſacramenta, officia, aut beneficia eccleſiaſtica, non tamen quatenus ſunt ordines, ſaltem directè. Dixi, *aliquemve vſum acceptorum*: Quædam enim irregularitas impedit

[a] *in c. niſi nn. 7. de renunc.*

[b] *de diſpenſ. §. iuxta & Villadieg. de irreg. colum. 1. Nicol. de irregul.; S. Ant. 3. part. tit. 28. c. 1. & Alua. de planct. eccle. lib. 1. art. 46. & alij alibi.*

acceptionem, non vſum acceptorum, aliqua vnū vſum, non alium, [a] vt mox dicetur. Dixi, *pœnitentiâ peracta*, ad maiorem eius naturæ declarationem, & ad ſignificandum poſſe quem abſolui à peccato, quo irregularitas incurritur, manente ipſa, ſecundùm Cardi. [b] quicquid innuat *extrauag. 1. de priuileg.* Cui conſequens eſt primò, rectè aſſeruiſſe Innoc. [c] omnem irregularitatem inductam eſſe à iure canonico humano, tametſi quædam eius origo in veteri teſtamento fuiſſet. [d]

Secundò, incautè Silu. & Tab. [e] ſignificaſſe irregularitatem eſſe ſuſpēſionem, & nonnihil amplius. Tum, quia irregularitas non eſt cenſura eccleſiaſtica, ſuſpenſio verò ſic. [f] Tum, quia eſt ſpecies pœnæ multùm differens ab illa.

Tertiò, incautiùs Speculatorem [g] ſignificare omnem excommunicatum, ſuſpenſum, aut interdictum eſſe irregularem.

192 Quartò, iuxta mentem textuum (omiſſis multis modis diuidendi Doctorum) irregularitatem diuidi poſſe in quinque ſpecies, manantes ex quinque defectuum generibus, ſacramenti nimirum, corporis, animæ, lenitatis perfectæ, & delicti. Quanquam Aluarus Pelagius aſſeruerit eſſe innumerabile [h]: quod verum eſſe poſſet accipiendo eam generaliſſimè, non autem ſpecialiter, vt dictū eſt: quum ſolis caſibus iure expreſſis incurratur. [i]

193 Quintò, primam regularum, quibus regulanda eſt irregularitas eſſe nullam earum incurri ſola voluntate faciendi, niſi id ob quod imponitur, fiat ideóque nullam eſſe mentalem, vt infra dicetur. [k].

In foro porrò exteriori (vt Pan. [l] aſſeruit) nemo in dubio irregularis cenſendus eſt, quàmuis in exteriori ſecus. [m] Interius autem reputatur non ſolum forum pœnitentiæ, ſed etiam conſilij ſecundùm Villadieg. [n] Cuius differentiæ ratio nō eſt (vt alibi [o] diximus) quòd in rebus dubiis non ſit accipienda pars ſecurior, ſed quòd nemo poteſt facere citra peccatum id de quo dubitat an ſit peccatum, necne, quódque nullus iudex debet quenquam condemnare de quo dubitat, an debeat condemnari necne, [p] monſtrando Innoc. [q] non dixiſſe quod ei Pan. & alij imponunt.

[a] *cap. 2. de cler. ægrot.*
[b] *in clem. dudū. §. ac deinde qu. 8. de ſepult.*
[c] *ca. ad audientiam de homic.*
[d] *iuxta mentem gloſſ. §. 1. de conſecr. diſt. 1.*
[e] *verbo irregularitas in princ.*
[f] *ca. quærenti, de verb. ſignif.*
[g] *in d. §. iuxta.*
[h] *lib. de planct. eccleſ. 1. art. 24.*
*arg. c. fin. 15. q. 1.*
[i] *c. is qui, de ſent. excom. lib. 6.*
[h] *n. 210.*
[k] *in c. ad audiētiam de homic. per complures recentiores recept.*
[m] *in quod aptus textus eſt in cap. ſignificaſti, 1. de homicid.*
[n] *de irregularitate c 43.*
[o] *in c. ſi quis autem, de pœn. diſt. 7. a num. 35.*
[p] *propter ibi allegata.*
[q] *d. c. ad audientiam.*

Licèt

194 Licèt autem irregularis celebrans antequam obtineat diſpenſationem, peccet mortifere,[a] non tamen incurrit nouam irregularitatem. Tum, quia Innoc.[b] receptus id dicit primò de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis. Tum, quia paulò pòſt idẽ aſſerit de irregulari ob magni criminis notorietatem Tum, quia ratio eius, quòd nimirum iure id non caueatur, & quòd ſedes Apoſtolica quando diſpenſat cum præfatis irregularibus qui celebrarunt, ſolùm diſpenſat ſuper irregularitate, quam ante celebrationem incurrunt, militat in aliis. Tum, quia firma ratio dictorum Innoc. quam nec ille, nec alius aduertit, eſt quòd (vt ſupra diximus) irregularitas non eſt vera ſuſpenſio, nec cenſura eccleſiaſtica: & ita celebrans illa irretitus, nullam violat cenſuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, illa autem non incurritur niſi exprimatur, vt mox dicetur.

At verò, poteſtas abſoluendi à peccatis, ad diſpenſationem irregularitatis non extenditur, Domin. & Alexandr aſſertoribus[c]: neque etiam poteſtas per bullas Papæ data ad abſoluendum, vt rectè dixit Villadiegus,[d] & probatur latiùs infra[e] Nemo autem ſit irregularis niſi caſibus à iure expreſſis.

Ceterùm, irregularitas quàmlibet occulta, æquè nocet quo ad forum conſcientiæ, atque publica, & æquè neceſſaria eſt diſpenſatio, in vtraque. Nec obſtat, quòd Caſtren. loquens de illegitimitate oculta contrarium teneat. Tum, quia nouum, & ſine textu, efficacique ratione dictum, contra Com. Ant.[g] & contra text. ferè expreſſum *cap. niſi § perſonæ ibi ſi tamen culpa latet. & cauſa, de renunciat.* Tum, quia repugnat vſui eccleſiæ hactenus ſeruato. Tum, quia communis efficaciter colligitur, ex Concil. Tridentin.[h] ex quo inſtituto præſenti deſeruientia deſumere (ſi videbitur) licebit.

Qui verò tacitâ irregularitate, occultè ordinatur, & impetrat beneficium, debet occultè diſpenſationem impetrare: & ſi ſcienter accepit poſſeſſionem, quia per id incidit in intruſionem, quæ ipſum inhabilem ad illud reddidit,[i] debet facere mentionem illius in impetratione à Papa, vel certè impetrare habilitarem ab eo,

[a] *arg. c. fin. de temp. ordin. & ca. inquiſitionis de accuſ.*
[b] *in c. ſi celebrat. n 3. de cler. excom.*
[c] *per illum text.*
[d] *in c. Miror. 50. diſt.*
[d] *vbi ſup in fin.*
[e] *n. 250.*
[f] *lib. 2. de leg. pæn.*
[g] *in c. 1 de fil. presbyt.*
[h] *ca. 6 ſeſſ. 24.*
[i] *iuxta cita per Felin. ta noſtra co ll. 7. de reſcipt.*

poſtea verò clam collationem ab ordinario, niſi fuerit reſeruatum Papæ, quando obtinuit illud, vt nuper conſuluimus.

[a] *d. ca. 6.*

Porrò, ex Concil. Trid. [a] colligitur in omni irregularitate deſcendente ex delicto occulto, & non deducta in iudicium, excepta ea quæ deſcendit ex homicidio voluntario, poſſe Epiſcopum diſpenſare. Inſuper, difficiliorem impetratu eſſe diſpenſationem ſuper irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iuſtorum, quàm iniuſtorum, non voluntariorum: illa ſi quidem à ſolo Papa poteſt obtineri, [b] hæc verò etiam ab Epiſcopo, [c] omnem denique irregularitatem deſcendentem ex crimine quàmlibet occulto, indigere diſpenſatione, licèt hæc poſſit hodie indulgeri ab Epiſcopo. Epiſcopis nihilominus nulla indulgetur poteſtas diſpenſandi ſuper illa irregularitate occulta deſcendente aliunde quàm ex delicto, & conſequenter, neque ſuper illegitimitate: vt dicetur infra. [d]

[b] *vt non obſcurè elicitur ex d. c. 6.*
[c] *cōtra Caſtren. vbi ſup.*
[d] *num. 221.*

# De prima ſpecie irregularitatis ex bigamia,

## Summæ.

195 *Bigamia quid, eſt triplex, & qualibet iuris humani delebilis à Papa, & ſimilitudinaria etiam ab Epiſcopis, quæ non contrahitur à laico contrahente nulliter cum vidua. & 2. ſeq.*

197 *Irregularitas omnis ſolo iure humano introducta: & circa omnem poteſt Papa diſpenſare.*

197 *Papa ſolus bigamum ad ſacros ordines diſpenſare poteſt.*

[e] *c. Acutius, 26. diſt. gloſ. c. vna, ead. diſt.*
[f] *ſecundum gloſ. in ſum. eiuſdem diſt.*
[g] *ca. debitum, de bigam. cuius gl. receptaverbo ſacramentum id latè declarat.*

195 Bigamia eſt ſtatus coniugati cùm duabus coniugibus, ante, vel poſt baptiſmum ductis, [e] de qua [f] fuit ſtatutum, vt eſſet impedimentum ordinum quatuor de cauſis, quòd nimirum, bis coniugatus, non poteſt aptè ſignificare vnionem Ieſu Chriſti cum eccleſia, vnica ſua & ſancta ſponſa. [g] Inſuper, quòd excellentia ſa-

cramenti ordinis hoc meretur.[a] Denique, quòd eſt, ſignum incontinentiæ.[b] Poſtremo quod ad perſuaden dam caſtitatem, auctoritatem adimit.[c]

Triplex autem eſt bigamia, vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria.[d] Vera, eſt eius qui duxit, & cognouit duas vxores veras, alteram, mortua alterâ,[e] quàmuis vtramque vel alteram duxiſſet antequam Chriſtianus effectus fuiſſet.[f] Interpretatiua, eſt quam incurrit, qui fingitur duas vxores habuiſſe, qualis eſt contrahens cum vnâ ſolâ, ſed viduâ, aut corruptâ per alium[g], ſecus ſi per ſe.[h] Idemque cenſendum, ſi cum virgine, quam poſt commiſſum adulterium ab ea, coghouit,[i] quàmuis per ignorantiam id contingeret,[k] qualis eſt etiam contrahens cum vna validum matrimonium, cum alia verò inualidum, aut cum duabus de facto, & cum neutra validè, ob aliquod impedimentum viuentibus ambabus, aut cum vna, mortuâ alterâ. Similitudinaria, eſt quam incurrit ordine ſacro inſignitus aut voto ſolemni adſtrictus, cum aliqua etiam vnica contrahens, & cõſummans,[l] licèt illa ſit virgo, vt ſentit Ang.[m] cui conſentiunt Silu.[n] & S. Anton.[o] Primò, per *d.cap. Quotquot*. Secundò, quòd licèt neque de iure, neque de facto contrahat cum duabus, vel vnâ corruptâ validè, habet tamen affectum contrahendi cum opere ſubſequuto, poſtea quàm per ordinem ſacrum, aut votum ſolemne contraxit ſimilitudinariè cum Chriſto. Dixi, *Ordine ſacro inſignitus, aut voto ſolemni adſtrictus*, ad ſignificandum, quòd nec laicus, nec minoribus tantùm initiatus contrahens cum vidua, ſiue corrupta, inualidè ſiue nulliter ob aliquod impedimentum efficitur irregularis, vt in ſacro Pœnitentiariæ Prætorio nuper concluſum fuit. Tum, quia nullo iure id cauetur, irregularitas autem non contrahitur niſi caſibus iure expreſſis: P. Non obſtat Rota *deciſ.* 1 *de bigam.* quæ per *cap. final eiuſdem tit.* tenuit contrarium in clerico minorum ordinum: non enim aduertit integram rationẽ decidẽdi illius *c fin* eſſe prædictam quæ ceſſat in tali clerico. Tũ, quia nõ obſtat *c. nuper. eo. tit.* loquitur nãq. de preſbytero, & verbo. *Clericis*, in eo poſito addit Inn *cõſtitutis in ſacris*. Nec etiã obſtat *d.c.fi.* quia

[a] *d. ca. vna.*
[b] *ca. propoſuiſti, 82. diſt.*
[c] *d. c. vna.*
[d] *iuxta gloſſ. receptam in c. 2. de bigam. quam ſequuntur ibi Anton & alij, & dixit antea Rota deciſio. 447. in nouis, quæ in nouiſſimè rubricatis eſt prima eiuſdem tituli. & declarauit Speculator de diſpen §. iuxta num. 6.*
[e] *d. c. debitum.*
[f] *d. c. deinde, & ca. Acutius, 26. diſt.*
[g] *c. maritum 33. diſt.*
[h] *gloſſ. recepta. in d. c. fin. de bigam & ca. 2. de cler. coniug.*
[i] *c. ſi cuius, 24. diſtinct.*
[h] *gloſſ. recepta, in d. cap. ſi cuius. Pan in cap. ſi vir. de Adult.*
[i] *cap. Quotquot, 27. q. 1. & cap. fin de bigam.*
[m] *verbo bigamia. §. 9.*
[n] *verbo biga. in princ.* [o] *3 part. tit. 21. c. 1.* [p] *c. is qui deſent. excom. lib. 6.*

loquitur de ſubdiacono, nec ratio in eo expreſſa, putà. quòd habuit affectum contrahendi opere ſubſecuto: quum non ſit integra, ſed perficienda ſupplendo *& quia iam ſimilitudinariè contraxerat cum alia*, quæ ſuppletio colligitur ex ipſo textu, non fruſtra loquente de ſubdiacono, cui eſt annexum votum ſolemne caſtitatis.[a]

196 Eam porrò, quis non incurrit ſine matrimonio de iure aut facto contracto, quòd habeat concubinas etiam multas, quàmuis eas coniugatus cum vna ſola virgine, haberet,[b] neque quòd cum deſponſata alteri verbis de præſenti, matrimonium contrahat, modò adhuc virgo eſſet,[c] neque etiam ſi cum multis contraheret: & non niſi cum vna tantùm haberet copulam.

197 Non eſt inſuper bigamus qui matrimoniū cum muliere ſcurrili & portentoſæ vilitatis, ſerua, aut cum publica fabularum actrice contrahit, ſi erat virgo, quanquam mortuâ illâ, non debeat ordinari.[d]

Quicquid verò nonnulli aſſerant, indubium eſt poſſe Papam cum bigamis diſpenſare ad ordines, vt ait Innoc.[e] & S. Thom.[f] quem ſequitur Anch.[g] & Rota.[h] Et Comm. habet in omni bigamia poſſe Papam diſpenſare: quum omnis irregularitas ſolo iure humano introducta ſit licèt fuerit inducta à S. Paulo,[i] quàmuis in vera non ſoleat, neque poſſit citra magnam cauſam ordinariâ poteſtate diſpenſare.[k] Interpretatiua verò, & ſimilitudinaria ſolet, & iuſtè poteſt ſaltem cum iuſta cauſa.

Nemo denique alius à Papa in vera vel interpretatiua ad ordines ſacros poteſt diſpenſare, iuxta omnes, neque ad minores, iuxta Ioan. And. Anch. & Phil. *in c. 1. de biga lib. 6.* vbi bonus textus, & ibi Domin. quanquam S. Thm.[l] & Silu.[m] oppoſitum dicant, & Rota,[n] quorum opinio admitti poſſet quò ad vſum ordinum ſuſceptorum,[o] non autem quò ad nouorum ſuſceptionem.

Poſtremò, ſuper ſimilitudinaria, ſi erat virgo, Epiſcopus diſpenſare poteſt.[p]

[a] *ca. à multis, de etat. & qualit.*
[b] *c. pen. de biga. & c. fin. 34. diſt.*
[c] *ca debitum, de bigam.*
[d] *cap. ſi quis viduã 2. 3. 4. diſt.*
[e] *in c. 2. de biga. & c. ad audientiam, de homic.*
[f] *in quodib. 4. art. 8.*
[g] *in c. 1. de biga.*
[h] *deciſ. 447. quæ in nouè rubricatis eſt prima eiuſdem tit.*
[i] *ca. lector. cùm. gloſſ. 34. diſt.*
[k] *iuxta Rot. in d. deciſ. 447.*
[l] *in 4. diſt. 27.*
[m] *verb. bigam. qu. 6.*
[n] *in d. deciſ. 447.*
[o] *arg. d. cap. lector.*
[p] *ca. 1. cum gloſſ. qui cler. vel vou. vt ibi tenet Pan. cum Card. Præpoſ. & commun.*

# De ſecunda ſpecie irregularitatis ex defectu corporali.

### Summæ.

198 *Irregularitas ex quali defectu membri, aut viſus naſcatur: & quæ quò ad vnum officium, non quò ad aliud. In qua ſolus Papa diſpenſat, n.193. & 200.*

201 *Irregularitas defectus natalium quos notat, & à quo tollitur.*

201 *Diſpenſat ſolus Papa cum illegitimis ad ordinem ſacrum, dignitatem, & beneficium curatum: epiſcopus autem ad minores & vnum beneficium ſimplex diſpenſare poteſt: Profeßio vero religionis ad omnes ordines, non tamen vt Prelati vel Prelatæ eſſe poßint.*

202 *Irregularis qui minor, æger, obſeſſus, lunaticus, furioſus, hermaphroditus, num.203. ſeruus, infamis & abſtemius, num.204.*

198 Atquī defectus cuiuſlibet membri principalis, contingens ob culpam, inducit ſecundæ ſpeciei irregularitatem,[a] quàmuis membrum ſit occultum, neque facultatem vtendi ordine impediat, vt ſunt pudenda,[b] quàmuis quis ſibi non amputet, ſed alius ſuâ culpa: quia nimirum iuſſit aut rogauit, vel rei illicitæ dans operam, illud caſu perdidit,[c] aut in pœnam alicuius delicti ab inimicis fuit illi abſciſſum, vt Oſtienſ.[d] quem ſequuntur Ioan. Andr. & Commun, determinauit de eo, cui maritus mulieris, cum qua fuit deprehenſus, pudenda abſcidit, & longè magis, ſi iure à iudice abſciſſa fuere.

Quin & defectus partis membri, quam per indignationem abſcidit, eam inducit,[f] quàmuis facultatem naturalem benè celebrandi non adimat, ſi eſt notorium, per indignationem, & impatientiam id eum feciſse, aliàs ſecus, iuxta Ant. & Card.[g] quanquam de eo Villadieg. dubitet.[h] Poſsunt tamen conciliari dicendo, non eſſe irregularem ob defectum membri, ſed ob notorietatem peccati, quod abſcindendo commiſit.[i]

*a c.1.c. ſi euãgelica, 55. diſt.*
*b c. ſi quis abſciderit, & ca. ſeq. 55. diſt.*
*c arg. ca. presbyterum, ca. continebatur de hom.*
*d in ſumm. de corp vitiat, §. & quæ, & in ca. ex parte, eod. tit.*
*e arg. ca, fin. de temp. ordin.*
*f c. qui parem, 55. diſt.*
*g in ca. fin. de corp. vitiat.*
*h vbi ſup. col. 6.*
*i d. cap. fin.*

199 Neque veró imbecillitas membri, neque eius defectus citra propriam culpam contingens (niſi impediat celebrationem) irregularem efficit, quod genus eſt illius, cui cōſilio medici, aut chirurgi ob valetudinē ſeu ab infidelibus, vel ab inimicis citra ſuam culpam abſcinditur. Illius inſuper, qui natus fuit ſine pudendis, aut poſtea vi à parentibus, aliíſve caſtratus & euiratus. Claudicatio denique eius cui ſcipio in altari non eſt neceſſarius. [a] Macula quoque oculi, quæ non priuat viſu, neque deformitatem non leuem inducit. [b] Gibbus demū & nimia magnitudo alterius, vel vtriúſque oculi, ſi non ſint notabilis deformitatis.

Quamuis autem monoculus ſit irregularis, [c] non tamen carens viſu oculi dextri, qui aliis videtur ſanus, & ſiniſtro quamtum ſatis eſt ad bene celebrandum cernit, licèt gloſſ. quædam [d] idem de carente oculo, & de carente eius viſu cenſuiſſe videatur, etiam ſi integer appareat, [e] quod teneri poteſt de oculo ſiniſtro, quem ſtylus Romanus oculum canonis appellat, cùm eſt neceſſe videre eo, vt canonem miſſæ citra in decorem, & nimiam faciei ad populum conuerſionem legere poſſit, alias ſecus, quod nuper conſuluimus cuidam qui viſu dextri oculi tantum valebat, vt citra eiuſmodi conuerſionem legere poſſet: magis enim deformitas, quàm defectus viſus videtur in hoc expenſus, ideoque *cap. ſi euangelica*, diſponens de carentia ocul[illegible], quæ grauem inducit deformitatem, non eſt extendendum ad carentiam viſus, quæ eam non inducit [f]

200 Eſt tamen error vulgi, aſſerere oportere eum, cui execta ſunt virilia, ea arefacta, aut in puluerem redacta ſecum geſtare ad celebrandum, vt ait gloſſ. quædam [g] ſingul. recept. & Oſtienſ. [h] melius etiam fore aſſerens, nonnullos neque viridia geſtare: cuius falſum dictum eſt verum, quando ob id non forent irregulares.

Quilibet inſuper defectus, aut imbecillitas cuiuslibet membri, quæ inhabilem facit ad ſacrificandum ſaltem citra notabilem horrorem, deformitatem, aut ſcandalum, irregularem efficit, ſiue incurratur culpâ, ſiue citra eam, [i] quæ eſt regula Panor. [k] quam dixit ſingul. Villadieg. [l] quod ipſum de membro ſuperuacaneo,

[a] *gloſſ. ca. ſi quis in infirmitate, 55. diſt.*
[b] *c. 2. de corpore vitiat.*
[c] *d. c. ſi euangelica.*
[d] *in cap. 2. de verb. ſing. lib. 6.*
[e] *iuxta Alex. in c. hinc etiā, 49. diſt. & Vuendel. in 4. diſt. 15. q. 1. col. 18.*
[f] *arg. ca. odia, de reg. iur. lib. 6.*
[g] *in cap. Eunuchus, 55. diſt.*
[h] *in cap. fin. de corpor. vitiat.*
[i] *c. pri. & c. fin. de corpor. vit.*
[k] *in c. 2. de cler. ægrot.*
[l] *de irregul. co. 36.*

aut nimis grãdi dicendum.[a] Quis autem defectus, aut deformitas ſit eiuſmodi, arbitrabitur Epiſcopus, Inno. aſſertore[b] recepto per Card. & Anton. non autem confeſſarius, aliuſve prælatus ordinandi, quamuis ſit religioſus, Silu. definitore.

Defectus porrò aut exceſſus membri, reddens quẽpiam inhabilem ad exercendum aliquod officium eccleſiaſticum, efficit irregularem ad illud, non autem ad aliud, ſecundùm Panorm.[d] Exemplum de clerico, qui quòd membro aliquo truncatus ſit, non poteſt ſacris operari, ſeu ſacrificare, licet bene pœnitentes abſoluere, aliquáve alia officia exercere. Quod verum nobis videtur, quando non conſecutus fuiſſet eum ſponte, aut ſuâ culpâ.[e] & quò ad iam ordinatos, non autem quò ad ordinandos.[f]

At verò, circa hanc irregularitatem ſolus Papa diſpenſat, ſecundùm Innoc.[g] receptum à Ioann. Andr. & Antoni.[h] licèt Villadie.[i] Silu.[k] & nonnulli alij contrarium aſſerant.

201 Atqui, defectus natalium, qui ad defectum corporalem reducitur, includit omne illegitimorum genus[l] omnéſque facit irregulares,[m] quàmuis eorum defectus occultus ſit, & publicè habeantur pro legitimis, quales ſunt multi, quos coniugatæ ex adulteris ſuſceperunt: adeò quidem, vt qui ſcit aut credit relatu matris ſe talem eſſe, legitimationem occultam debeat petere, quæ facilè ipſi indulgebitur,[n] quàmuis matri adulteræ ſi nolit credere, non teneatur.[o]

Circa porrò hanc irregularitatem, ſolus Papa ad ordinem ſacrum, dignitatem, & beneficium curatum, diſpenſat, ad minores autem, & vnum beneficium ſimplex, poteſt etiam Epiſcopus[p] Quin & profeſſio religionis, ad omnes ordines,[q] non tamen, vt poſſit eſſe prælatus, aut prælata, Palud. aſſertore[r] etiam cum diſpenſatione Epiſcopi, ſecundum Villadieg.[s]

*[a] arg. gloſſ. d. c. qui partem.*
*[b] in cap. 1 de corpore vitiat. per c. 2. eiuſdem titul.*
*[c] verbo corpore vitiati. q. 1.*
*[d] in cap. 2. de cler. ægrot. per illum text.*
*[e] iuxta Villadieg. vbi ſup. col. 39. & probatur per dicta ſupra.*
*[f] arg. cap. fin. de corpor. vitiat. & notat. ibi per gloſſ. & arg. ca. 2. de cleric. ægrot. & notat. ibi per Panorm. & gloſſ. in cap. forum. de verb. ſing. quod etiam ſenſit eruditiſſ. R. D. Simmachus, in tract. de irregul. cap. 2. & aliis locis.*
*[g] in cap. 1. de re iud. lib. 6. & in cap. 2. de corpor. vitiat.*
*[h] in cap. ſignificauit, de corpore vitiat.* *[i] col. 49.* *[k] verbo corpore vitiatus q. 2 eſt. final.*
*[l] gloſſ. cap. niſi cum pridem de renunciat. verb. manſeres, & cap. per venerabilem. §. quod autem, qui filij ſint legit.* *[m] cap. 1. & final de fil. presbyter.*
*[n] iuxta Ant. in d. c. 1. poſt Oſtienſ.* *[o] iuxta eoſdem ibidem & dicta ſup. c. 16 à nu. 45. & ſup. n. 94.* *[p] c. 1. & 2. de fil. presb. lib. 6.* *[q] cap. 1. de fil. presbyt.*
*[r] in 4. diſt. 43. q. 3.* *[s] vbi ſup. col. 39.*

& efficaciter probatur per *cap. 1. de fil. presbyt. verb. nullatenus*, iuncta *gloſſ. fin. clem. vt hi qui*, verbo *nullo modo, de ætat. & qualita.* quatenus habet, per verba illa, *Nullo modo*, tolli poteſtatem diſpenſandi Epiſcopis.

201 Accedit, quòd ætatis defectus, qui etiam ad defectum corporalem reducitur, dum durat, irregularem facit iuxta Villad. [a] Quæ verò ætas in ordinando requiratur, dictam eſt ſupra. [b] Et quanquam ordinatus ante legitimam ætatem characterem ſuſcipiat (licèt ſit infans, & ordinetur presbytero) [c] non tamen ordinum exequutionem, aut priuilegia ad eam pertinentia, quàmuis ſic ad characterem ſpectantia, quod genus ſunt canonis, & fori. [d]

Et quidem in hoc defectu ſolus Papa diſpenſat, [e] quàmuis ſit religioſus, non obſtantibus priuilegijs, quæ videntur excluſa per Conc. Trid. [f]

Lepra verò quæ etiam ad hunc defectum corporalem reducitur, irregularitatem inducit, & non modò ſuſceptionem ordinum, ſed vſum quoque ſuſceptorum impedit, [g] quod ipſum in qualibet alia corporis infirmitate, quæ notabile ſcandalum ordinum vſui præbet, videtur producendum, ſaltem quò ad actus, in quibus id facit, [h] & quidem in hac ſolus Papa diſpenſat. [i]

203 Adhęc qui patitur epilepſiam, quam quidam appellant epilentiam, alij morbum caducum, [k] arreptitius item, energumenus, vel à dęmone obſeſſus, eſt irregularis, aſſertore Aluaro [l] aſſerente epilepſiam duplicem eſſe (quod ille philoſophicè declarat) & ſolum Papam ſuper ea diſpenſare. [m] Adeòque eſt irregularis, vt ſemel hoc morbo correptus, nunquam amplius poſſit ordinari, quàmuis omnino ſanus appareat, [n] neque qui iam ordinatus eſt: ſi ſæpe decidit: neque etiam ſi raro, modò ſpumas ore vomat, celebrare poteſt, aliàs ſecus [o] adiuncto ſocio præparato ad perficiendam miſſam cœptam, ſi fortè morbo corriperetur. [p] exceptis obſeſsis à Dæmonibus, qui nunquam celebrare debent. [q] Quod verò dicitur de epileptico, idem ad amentem, lunaticum, & furioſum, [r] producendum eſt.

[a] *vbi ſup. col. 39. facit cap. fin. de temp. ordi. lib. 6.* [b] *c. 25. nu. 106.* [c] *iuxta Archid. in ca. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* [d] *iuxta d. cap ſi quis ſuadente. & ca. 2. de foro cõp. & cle. vt hi qui de ætat. & qua li. verb. conſtitutus, iuxta gloſſ. clem fin de ætat. & qualita.* [e] *iuxta gloſſ. & Card. ibi.* [f] *ſeſſ. 23. c. 12. de reform.* [g] *c. cum percuſſio. 7. q. 1. & ca. de rectorib. & c. ex parte, de cler. ægrot.* [h] *arg l. illud, ff. ad l. Aquil. & c. 2. de tranſl. præl.* [i] *arg not. in ca. At ſi clerici. § 1. de iudi. & Villa. vbi ſup. col. 48.* [k] *ca in literis, 7. quæſt. 2.* [l] *de planct. eccel. lib. 1. ca. 48 litera f.* [m] *per nat. in d. c. At ſi clerici, & Villadi vbi ſup. col. 48.* [n] *arg. §. fi. 15. q. 1.* [o] *vt colligitur ex c. communiter, & duobus ſeq. 33. diſt. & c. illud c. nihil. 7. qu. 1. & c pen. 7. qu. 2.* [p] *d. c. illud, & d. nihil.* [q] *vt ſentit S. Ant. 3. part. tit. 28. ca. 5. & Villagiег. col. 42. vbi ſupra.* [r] *iuxta eandem mentem ibidem.*

Hermaphroditus autem, qui eſt vtroque ſexu prædi-tus, non eſt capax characteris, ſi ſexu fœmineo potior ſit quàm virili. & licèt ſit eius capax, ſi maſculino ſexu magis incaleſcat, non tamen debet ordinari [a], quũ ſit naturæ ludibrium ac monſtrum, & in hac ſolus Papa diſpenſat per prædicta.

Præterea, irregularis eſt ſeruus, ſic vt non poſſit niſi præuiâ facultate ſui domini ordinari, & ſi illa accedente ordinatur, fit liber, illo verò ignorante, vel cõtradicente, manet ſeruus ſicut antea, ſi non initietur niſi minoribus. Si verò initietur ſubdiaconatu vel diaconatu, ſe liberare poteſt, ſurrogato alio ſeruo æquali, ſui loco, iuſtóve pretio perſoluto. Ad presbyterium autem promotus, manet liber, dato ſuo peculio, aut redimendo ſe, ſi peculium non habet. Si autem nec illud habet, nec hoc facere poteſt, ſatisfaciet præſtando domino obſequia non indecentia presbytero.[h]

204 Infamis quoque tam facti quam iuris infamiâ, eſt irregularis, [c] in qua cùm naſcitur ex infamia iuris, ſolus Papa diſpenſat, [d] niſi quando Epiſcopus diſpenſat ſuper delicto, ad quod ſua facultas ſe extendit, acceſſoriè infamiam demit. [e] In ea verò, quæ naſcitur ex infamia facti, qualis eſt quæ naſcitur ex crimine graui notorio, etiam Epiſcopus diſpenſat, vt dictum eſt ſupra Quinetiam, pœnitentiâ iuſtâ, & emendatione vitæ, interdum aliqua tollitur: omnis enim res per quaſcunque cauſas componitur, per eaſdem diſſoluitur. [f]

His accedit, quòd qui vinum non poteſt bibere, quin euomat, eſt irregularis, [g] cum quo etiam Papa non poſſet diſpenſare, niſi teneatur eum poſſe diſpenſare, vt qui celebrat, non ſumat ſub vtraque ſpecie, contra *cap. comperimus, de conſecr. diſt. 2.* & *cap. illiteratos. 36. diſt. 6. cap. fin. de temp. ordi lib. 6.* qua de re alibi tempeſtiuiùs. Non video tamẽ, cur is non poſſit promoueri ad ordines minores, cùm nõ teneatur communicare ſub ſpecie vini, etiamſi ſeruaretur, *cap. Peracta, de conſecr. diſtinct 2 quo gloſſa illa mouetur.*

[a] *arg. c. Illiteratos, 36. diſt. & c. fin. 49. diſtin. ſecundum S. Ant vbi ſup. c. 6 § 5 recep.*

[b] *iuxta S. Ant. vbi ſup. cap. 6. § 6. & colligitur. ex cap. 1. 2. & 3. & cap. nulli, & cap. ex antiquis, & cap. frequens 54. diſt. & toto tit. de ſeru. non ordin.*

[c] *cap. infamib⁹ cum glo. & no-tat. ei per Franc. de reg. iur. lib. 6. & cap. 2. cuncta gloſſ fin, de ordi. cogn. & cap. ipſi Apoſtoli, 2. q. 7.*

[d] *iuxta Villadieg. vbi ſupr. col 50.*

[e] *iuxta gl. ſing. cap. Euphemiũ, §. 1. 2. quæſt. 3. cui ſimilis in ca. domine, 50. diſt. & ea quæ poſt Dec. decim⁹ in c. at ſi § . 1. de iud. dit. in fin.*

[f] *cap. 1. de regul iur. & cap. teſtimonium, de teſtib. & gl. cap. 1. 35.*

[g] *gloſſ. ſing. d. c. Ipſi apoſtoli.*

# De tertia ſpecie Irregularitatis ex aliquo defectu animæ.

Summæ.

205 *Irregularis quis Idiota, Neophytus, & infidelis, & quis diſpenſat.*

205 *Ordinis character præſupponit characterem baptiſmi.*

205 Idiota ſiue illiteratus, penitus ignarus literarum, eſt irregularis [a]. Nunc autem Concil. Trid. [b] videtur facere irregularem, etiam ad primam tonſuram, ignorantem legere, ac ſcribere, & ad quatuor minores, cum qui ſaltem Latinam linguam non intelligit.

Raro autem vel nunquam ſuper hoc defectu directè Papa diſpenſat, quanquam ſic indirectè, diſpenſando ſuper ætate neceſſaria literis perdiſcendis [c]. De amentia verò, & defectu iudicij continuo, vel interpellato, ſupr. §. proximo meminimus.

At defectus fidei, irregularem facit, adeo vt qui non eſt baptizatus capax ordinis non ſit [d], quàmuis ſit catechumenus, & ſanctus: character namque ordinis præſupponit characterem baptiſmi [e]. Neque baptizatus ordinatur, licèt capax, ſi eſt hæreticus, fautorve hæreticorum, tametſi iam ſit conuerſus [f], neque etiam filius hæretici, qui talis exceſſit vſque ad ſecundam generationem per lineam virilem, vel vſque ad primam per fœmineam [g]. Neque Saracenus, Iudæus, Paganus, Neophytus, ſiue recenter conuerſus, aut baptizatus [h]. Dixi *Recenter conuerſus*, & non *nouus Chriſtianus*, vulgus enim, nouos Chriſtianos appellat etiam ab hinc plus decem, viginti, triginta, & quadraginta annis conuerſos, in quibus id locum ſibi non vendicat [i] & minus in eorum filijs, quos etiam praua nonnullorum conſuetudo nouos Chriſtianos appellat, quàmuis ſtatutis aliquarum eccleſiarum à Sede Apoſtol. confirmatis, aliud ſancitum ſit.

In his porrò irregularitatibus defectus animæ, ſolus Papa diſpēſat [k]: neque verò ipſe ſatis bene poteſt in defectu iudicij continui [l], neque in defectu baptiſmi. Illa

[a] *cap. illiteratos 36. diſt. de quo late dixi in prælectione cap. ſi quando, de reſcr. exceptio. 13.*
[b] *ſeſſ. 2. c. 4. de refor.*
[c] *vt dixi in d. prælect. c. ſi quādo de reſcript. except. 19.*
[d] *c. 1. & c. Veniens, de presby. non baptiſ.*
[e] *iux. Io. And. & cōm. in d. c. 1.*
[f] *c. ſi quis omnē, 1. q. 7. & c. 2. §. Hæretici, de hæret. lib. 6.*
[g] *d. §. hæretici, & c. ſtatutum 2. eod. tit. & lib.*
[h] *c. 1. & 2. 84. diſt. & c. Cōſtituit, 17. q. 4.*
[i] *arg. c. Eam te, de reſcript. vbi Felin. n. 2.*
[k] *arg. eorum quæ ſup. §. proximo dicta ſunt, not. n §. 1. c. At ſi, de iud.*
[l] *vt ſentit. Ba in c. Cùm adeo, n. 10. de reſcrip.*

ſiquidem iure naturali aut diuino in eo qui eſt ordinandus requiruntur.[a]

[a] *iuxta per nos prolata in d. c. ſi quãdo, excep. 10.*

## De quarta ſpecie Irregularitatis, ex homicidio iuſto ob defectum perfectæ lenitatis.

Summæ.

206 *Deformare hîc capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio, & ſeq.*

207 *Irregularis eſt ex defectu perfectæ lenitatis, omnis, & ſolus qui &c. & 208. & ita iudex, accuſator, teſtis & c. qui fuerunt cauſa deformationis ſequutæ, numer. 209. & ſeq.*

207 *Irregularitas non contrahitur niſi caſibus iure expreſſis.*

211 *Cauſa propinqua deformationis quid, & quotuplex, & multa illata, & 212.*

213 *Intentio virtualis ſpecialior neceſſaria ad irregularitatem iuſtam, quàm iniuſtam.*

214 *Irregularis non eſt ſic dans arma, hortans, iuuans, pugnans, &c. Et quis ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum, num. 215.*

216 *Irregularis deformans ob defenſionem parentum, & patriæ, &c. non autem denuncians, &c.*

217. *Diſpenſare nequit Epiſcopus cum irregulari iuſto, cum malè ordinato autem ſecus nu. 215.*

206 Hæc quarta ſpecies irregularitatis, oritur ex occiſione, vel mutilatione membri hominis in caſu licito: viſum namque eſt Eccleſiæ, non poſſe eum ſatis referre lenitatem atque mãſuetudinem D. N. Ieſu Chriſti (qui propter nos proprium ſanguinem fudit, & morti ſe tradidit) eum, qui occidit vel mutilat etiam licitè.[b]

Illa verò ſola pars hominis dicitur membrum, quæ officium per ſe diſtinctũ exercet, vt manus, pes, auris[c]. Itaque, digitus non eſt membrum, ſed pars membri, iuxta Bart. receptum[d], quem firmiter ſequimur, contra Caiet[e] licèt eum ſequatur Sotus[f].

Primò, quòd à cõmuni opinione, præſertim recepta, non eſt diſcedẽdum ſine textu aut ratione neceſſaria.[g]

[b] *per dicta S. Tho. 2. 2. qu. 40. art. 2.*
[c] *arg. c. ſingula 89. diſt.*
[d] *in l. 2. ff. de publ. iudic.*
[e] *2. 2. q. 95. art. 1.*
[f] *lib. 2. q. 5. art. 1. de iuſt. & iur.*
[g] *iuxta c. De quibus 10. diſt. & Ioan. And. recept. in c. 1. de Conſtit.*

quales ipſi non afferunt. Secundò, quòd Caiet. confitetur, illũ cui digitus abſcinditur, ſine quo celebrare poteſt, irregularem non eſſe, & conſequenter non perdidiſſe membrum, cùm amiſſio membri apparentis, irregularem faciat, iuxta omnium mentẽ. Tertiò, quòd in *l. item Offilius. ff. de ædil. edi.* aſſeritur, habentem abſciſſum vnum digitum, habere abſciſſam partem membri, non ipſum membrum. Et in *l. non ſunt liberi ff. de ſtat. hom.* innuitur habẽtem æquò plures digitos non habere æquò plura membra. Quartò, quòd falſum eſt, quod Caiet. pro ſe adducit, putâ, vt ſit membrum, non eſſe neceſſe, habere officium diſtinctum ab alijs membris, at ſufficere eſſe ſocium, & adiutorem eiuſmodi officio exercendo, nam & pars digiti manum in ſuo officio iuuat, cum tamen membrum non ſit, vt ipſemet fatetur: tum, quòd *cap. 1. de corp. vitiat.* ab ipſo citatum, potiùs nobis, quàm ipſi ſuffragatur, quanquam neutram partem probet. Quintò quòd non eſt verum quod aſſumit, putâ, teſticulos hominis ſine parte generali membrum per ſe facere: quàmuis enim qui ſuâ culpâ eos amiſit, non poſſit ordinari, non tamen inde conſequitur, eſſe membrum. Nam ordinari non poteſt, qui ſuâ culpâ partem digiti amittit, [a] quam tamen non eſſe membrum ipſemet confitetur. Sextò, quòd nullus æquus iudex iudicare auderet, ſtatutum irrogans non leuem aliquam pœnam in abſcindentem alteri membrum includere digitum abſcindentem. Nam & Fel. [b] recenſens ſex caſus quibus digitus membrum reputatur, oppoſitum pro regula ponit. Nulla tamen gloſſa eſt quæ hanc concluſionem Barto. expreſſè aſſerat, licèt Soto fuerit viſum id tenere glo. *cle. de homic.* quæ tamen nihil eiuſmodi habet, adeòque noſtrorum nullus eam in id citauit.

207 Et quàmuis paria ſint quo ad hoc, interficere, & membrum amputare [c], non tamen paria ſunt, illud abſcindere, & debilitare, etiam adeò, vt eo nihil exercere valeat, ſecundùm Card. Pan. & Præpoſit. [d] poſt Cald. [e] nam excuſat ſaltem à deformitate Cui tamen aduerſatur, quòd idem Pan. [f] quem ſequuntur Angel. Silu. & quidam alij, contrarium tenuit, aſſerens *cle. 1. de homic.* quæ huius meminit, pro diuerſis ponere mutilare, & truncare: & per mutilare intellexiſſe debilitare. Cui ſuf-

[a] *c. qui partem, 55. diſt. & c. 1. de corp. vitiat.*

[b] *in d. c. Cum illorũ, de ſen. exc.*

[c] *Clem. 1. de homicid.*

[d] *in c. 1. Qui cle. vel vouent.*

[e] *ibidem.*

[f] *in d. c. Quod illorum.*

fragatur, quod Bonif.[a] ait irregularem eſſe, qui facit alium irregularem, id eſt, inhabilem vt citra ſcandalum celebret, quæ duo aſſumpta, eſſe falſa impridem probauimus Conymbricæ. Tum, quia præfata *clem* 1. non habet *truncare*, ſed ſolùm *mutilare*, vt palam eſt. Tum, quia vt ſupradictum eſt[b], irregularitas non contrahitur, niſi caſibus iure expreſſis, in quibus non ſunt illi, quos ipſi de ſuo addunt. Tum, quia iura ſtatuentia irregularem, eum qui occidit, aut mutilat, oppoſitum de debilitante ſignificant[c]. Tum, quia generans filium extra matrimonium, irregularem facit[d], non ideo tamen eſt irregularis: & iudex furem damnando furti, facit eum irregularem,[e] ipſe tamen ob hoc irregularis non eſt. Tum, quia membrum aridum, verè eſt membrum *c. ſicut vrgeri.* 1. *quæſt.* 1. ibi, *ſi cuius manus arida eſt, membrum quidem eſt, licet inefficax.*

208 Porrò, breuitatis ergô vtemur verbo *deformare*, loco illorum verborum *occidere* & *mutilare* membrum, nec abs re, nam vterque dici poteſt deformator. Mutilator quidem: quia formam figuræ accidentalem tollit. Occidens autem: quia formam ſubſtantialem adimit.[f]

209 Atqui omnis & ſolus ille eſt irregularis huius ſpeciei, qui iam baptizatus hominem deformat caſu licito, alio quàm infirmitatis, aut dat cauſam propinquam quempiam deformandi vel ſaltem, vt citius deformetur, quàm alias fuiſſet deformatus, extra neceſſitatem ineuitabilem ſuę vitæ defendendæ. Dixi, *Iam baptizatus*, per mortem ſiquidem iuſtam anteriorem, irregularitas non incurritur[g], non quia infidelis ſit incapax omnis irregularitatis, eſt enim capax bigamiæ[h], ſed quia iura id duntaxat conſtituerunt de actibus baptizatorum.[i] Per quod ſoluitur argumentum, quod ad oppoſitum amplectendum Villadieg. induxit.[k] Dixi. *Deformat*: niſi namque deformatio ſequatur, non incurritur Dixi, *Hominem*, ad includendum eum, qui deformat Saracenum, aliúmve infidelem, & excludendum eum qui ſolũ corpus mortuum, vel antequam animetur, deformat, perdicenda infra[l].

210 Dixi, *caſu licito*: nam qui alio hoc facit, hanc

[a] *ead. Clem.* 1. *col.* 6.
[b] *n.* 59. *per. c. Is qui, de ſent. exco. lib.* 6.
[c] *arg. c. Nonne de præſump.* & *l. Cùm prætor, ff. de iudic.*
[d] *c.* 1. *de fil. preſbyt.*
[e] *c. Tantis Daniel,* 18. *diſt.* & *c. Omnipotens, de accuſ.*
[f] *arg. eorum quæ habentur in c. De fabrica, de conſecr. diſt.* 1. & *in c. Quadam, de celeb. Miſſ.*
[g] *per ca. ſi quis viduam.* 50. *diſt. ſecundum. Pan.* & *Prępoſi. in cap. gaudemus, de diu.* & *Card. in clem.* 1. *num.* 3. *de homic. quem ibi ſecuti ſumus, cum gloſ. in Summa* 51. *diſt.* & *in d. cap. ſi quis viduam.* & *Innoc, d. c. Gaudemus,* & *Villadieg. vbi ſup. col* 54.
[h] *c. Acutius* 26. *diſt.*
[i] *d. c. ſi quis viduam.* [k] *vbi ſup. col.* 44. [l] *numer.* 218.

irregularitatem non incurrit, ſed aliam peioris ſpeciei, puta, delicti [a] Dixi, *Alio quàm infirmitatis*: quia deformitas ob illam inducta, deformatorem irregularem non facit, neque deformatum, niſi per hanc facultas rectè celebrandi adimatur, *cap. ſi quis à medicis, cum 3. ſeq. 55. diſtinct.* quorum tamen nullum loquitur de deformatore, ſed ſolum de deformato. Quòd autem idem ſit dicendum de deformatore, colligitur ex dicendis infra [b]. Dixi, *Aut dat cauſam*, generaliter, ad includendum quatuor cauſas, efficientem, materialem, formalem & finalem, de quibus infra [c]. Dixi, *Propinquam*; non enim ſufficit eſſe remotam.[d]

[a] *de qua d. num.* 218.

[b] *n.* 217.

[c] *n.* 219.

[d] *arg. c. De occidẽdis, 33. qu. 5. & gloſſ. ſing. c. de cætero, de homic.*

211 Cauſa verò propinqua quo ad hoc, eſt dictum vel factum licitum directum ſufficienter in deformationem inde ſequutam. Dixi, *Licitum*: illicitum nanque inducit irregularitatem ſpeciei ſequentis. Dixi, *Directum*: oportet enim eiuſmodi eſſe, vt tendat in deformationem ex ſe ſiue ſuapte natura, vel intentione operantis, vt eſt ictus mortifer etiam citra intentionem occidendi, vel contra, ictus ex ſe non deformatorius, animo deformandi. Dixi, *Sufficienter*: non enim ſufficit qualiſcunque, cùm non ſufficiat directio, qua minimus ictus ex ſe dirigitur in deformationem, neque directio per quamlibet generalem intentionem, cuiuſcemodi habet præbens arma militi ad bellum iuſtum generaliter, & cohortans generaliter exercitum ad prælium iuſtum, necnon ad victoriam, etiam iuuando citra intentionẽ ſpecialem deformandi. Dixi, *Saltem*: ſufficit enim eſſe cauſam vt deformetur citiùs quàm aliàs deformaretur. Dixi, *Extra neceſſitatem ineuitabilem*: illa nãque excuſat iuxta *Clem.* 1. *de homic.* quàmuis ante illam oppoſitum tenuerit S. Th. [e] eò quòd nõndum per illam hoc ius nouum erat inductum, vt opinatur Caiet. [f] licèt illa non contineat verba ius nouũ denotantia: parui tamẽ refert an nouũ an vetus contineat. Idem autem eſſe de deformante ob neceſſitatem euitandæ mutilationis dixit Card. [g] Is verò dicitur eſſe in prædicta neceſſitate, qui neque fuga, neque alio vllo modo, niſi interficiendo aut deformando aggreſſorem, eam vitare poteſt [h]: licèt enim regulariter quis non teneatur fugere ad peccatum vitandum, ne aggreſſorem interficiat: tenetur tamen ad vitandum

[e] 2. 2. *qu.* 64. *art* 7. *ad* 3.

[f] *ibidem.*

[g] *in d. cle* 1. *q* 3.

[h] *iuxta gloſſ. cle.* 1. *& c. ſuſcepimus, eodem tit.*

irregularitatem [a], hæc namque citra peccatum incurritur, vt ſupra dictum eſt: non tamen dicitur fuga poſſe vitare, cui ipſa eſt periculoſa, ſecundum communem, quam ſequitur Fel. [b] Dixi, *Sequutam*, nam ſine illius conſequutione, alia non ſufficerent, etiam ſi alia pœna ſanguinis irrogaretur [c]. Dixi, *Inde*: quoniam non ſufficeret aliunde: nam ſi captus à iudice contra quem ſum teſtatus, occideretur ab alio quàm à iudice, vel ab eo alia de cauſa, aut non moueretur meo dicto, quia illud non vidit vel floccipependit, non eſſem irregularis, quippe, quòd ex eiuſmodi meo dicto, non fuit ſequuta mors.

212 Ex qua regula ſequitur primò, irregularem huius ſpeciei eſſe iudicem iuſtè procedentem, accuſatorem, aut promotorem fiſcalem, teſtem, & notarium qui ſententiam ſcribit, aut pronunciat, vel teſtimonia teſtium ſcribit aut legit quando publicantur, ſcribentem aut dictantem literas, quibus iubetur deformatio, agentem aut procurantem contra reum talem deformationem patientem, etiam pro reo, qui vicit cum condemnatione talionis, per quam accuſatus fuit deformatus, aſſeſſorem & quemlibet alium officialem [d] omnes enim hi deformant, vel dant cauſam propinquam deformandi, per prædicta.

Secundò, non eſſe irregularem alteri arma præbentem, vt ſeſe aliàs defendere non valentem defendat, ſi ille aggreſſorem deformet: quum enim per ſeipſum deformando irregularitatem non incurreret [e], à fortiori non incurret faciendo id per alium. [f]

Tertiò, è contrario ſubminiſtrantem arma proximo non valenti ſe abſque illis defendere ſi occidat inuadentem, eſſe irregularem: tota namque regula conuenit ei, quum non det illa ad ſuæ vitæ neceſſariam defenſionẽ: & longè magis, ſi non daret illa arma, ſed ipſemet illis occideret eiuſmodi inuadentem. [g]

213. Quartò, irregularem eſſe qui deformat alium ob defenſionem iuſtam vitæ alterius, etiam patris, aut matris, etiam in bello iuſto, etiam caſu quo niſi ipſe id faceret, ciuitas obſeſſa caperetur, exercitúſve iuſtum bellum gerens fugaretur: & longè magis qui ob iuſtam defenſionem ſui honoris, & bonorum, aut proximi, deformat, licèt id iuſtè faceret, quod fieri poſſe dictum

[a] *vt rectè Pan. declarauit in c. olim. 1. nu. 17. de reſt. ſpolia. & ſenſerunt gloſſ. d. clem. 1. verbo non valens, &c. ſuſcepimus eod. titul. verb. interimetur.*

[b] *in d. c. ſuſcepimus.*

[c] *iuxta dicta ſu. nu. 193. & gloſſ. recept. in c. ſi aliquis, de homic.*

[d] *ca. aliquantos. 51. diſt. & cap. clericis, & cap. ſententiam ne cler. vel monach. & gloſ. ſummæ. 15. diſt. & clem. 1. de homic.*

[e] *per fin. d. Clem*

[f] *arg. c. pen. de homic.*

[g] *vt tenet gloſſ. ferè ab omnibus recept. in d. Cle. verbo ſuum, ſolerter ab illa expenſum.*

eſt ſupra [a]: ille namque ſolus qui neceſſitate ineuitabili ſuæ perſonæ deformat, ab illa excuſatur. [b] Nec obſtat, quòd Fortunius, [c] oppoſitum tenuerit, quem aliqui ſequuti ſunt moti, quòd nõ incurrat excõmunicationem, qui clericum ob defenſionem neceſſariam proximi, percutit, [d] quod certum eſt licere, imo & interdũ oportere proximum defendere.[e] Non, inquam, hęc obſtãt: quia excommunicatio generalis non incurritur ſine peccato mortali [f] irregularitas autem, ſecus [g], & quia non ſufficit iuſtam eſſe deformationem quò non inducat irregularitatem: ſequereturque quòd qui defendẽdi honoris, aut bonorum cauſa, caſu licito interficit, nõ foret irregularis, quod aſſerere, eſset mille deciſiones in theoria, & praxi receptas ſine ratione ſufficienti mutare, contra textum ferè expreſſum. *in d. clem.* vbi glo. recepta ferè per omnes, hoc tenet. Dixi, *Iuſtam*: nam qui ob iniuſtam defenſionem, aut in bello iniuſto, hoc facit, non eſt irregularis huius ſpeciei, ſed ſequentis hac deterioris, & difficilioris diſpenſationis: nullam tamen illarum incurrunt, qui iudicibus denunciant proditiones, homicidia, aliáve delicta, proteſtati, ſe id duntaxat facere, vt impediãtur ne fiant, non autem vt aliqua pœna ſaltem deformante puniantur, etiamſi eiuſmodi denunciantes ſint clerici, [h] modò extra confeſſionem illa cognouerint: licèt enim clericus alium ob alienas iniurias coram iudice etiam præuiâ eiuſmodi proteſtatione accuſans, irregularitatem non vitet, ſi iudex accuſatum deformet, vt ſupra dictum eſt, non tamen incurreret ſi vt euitentur mala imminentia eos denũciet dictâ proteſtatione præuiâ, præſertim ad id conſcientiâ eum perſtringente, per locum à maiori. Laici nihilominus qui hoc faciũt citra dictam proteſtationem, huius ſpeciei irregularitatem incurrunt, licèt non peccent: clerici verò beneficiarij, vel ordine ſacro initiati, alterius ſpeciei deterioris, quia peccant.

214 Quintò, eam non incurrere laicos vel clericos deferentes ad iudicem crimen, quod non meretur deformationem, licèt captum ob illud, iniuſtè, vel ob alia aliunde ad eum delata, deformet, modò non tenerentur credere id euenturum, non enim præbent dictam cauſam propinquam, neque ſufficit, quod interſint deforma-

[a] *c. 15. n. 2. Et 3 poſt alios citatos ibi & latius in c. olim. 1. de reſtit. ſpol.*

[b] *d. Clem. cum gloſ. ferè ab omnibus recepta de homic. Caiet. 2. 2 q. 40. art. 2.*

[c] *in l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. col. 9*

[d] *iuxta Innoc. recep. in c. ſi verò de ſent. exc.*

[e] *c. Dilect, de ſent. exc. lib. 6. c. Quantæ cod. tit. in antiq.*

[f] *vt ſup. eod c. n. 9 dictum eſt.*

[g] *per dicta nu. 206.*

[h] *vt ſup. c. 18. & in repet. c. Inter verba. 11. q. 3 diximus.*

formationibus, quæ per iudicis ſententiam fiunt,[a] niſi interſint authoritatem vel auxilium præbendo, ſed tantùm nil dicendo, aut faciendo, quò deformatio fiat vel anticipetur, quamuis clerici[b] peccent, ſi eis interſint citra cauſam iuſtam, putà, conſolandi, aut confitendi condemnatum.[c] Quòd, noſtro iudicio, reſtringendum eſt ad clericos ſacrorum ordinum, & beneficiarios.[d]

215 Sextò, clericum qui intereſt bello iuſto, etiam adhortando ad victoriam generaliter, & percutiendo multos propriis manibus, adeóque efficiendo, vt commilitones eius ope, & hortatu complures occidant, non fieri irregularem, ſi per ſe non deformet: non enim dat cauſam propinquam deformādi ſupra definitam, cùm non faciat actum ſpeciatim ad deformationem directum, quò ad percuſſos ab aliis: & licèt talem faciat quò ad percuſſos à ſe: illi tamen non ſunt deformati, ſecus ſi per ſe deformat: quia licèt neceſſitas defendendi patriam, parentes, cognatos, aliúmve proximum à peccato excuſet, non tamen ab irregularitate, per proximè dicta.

Septimò, colligitur ratio cur interdum præbere lanceam, enſem, baliſtam, aut ſcopetum, nō faciat aliquem irregularem, interdum ſecus, & interdum præbere ante prælium non, in eo verò ſecus: quia interdum datio illa eſt cauſa propinqua interdum non, & ita interdum inducit irregularitatem, interdum non, non enim facit talem non dantem principaliter ad deformandum, licèt det generaliter ad bellandum, præliandum, & vincendum, vt paſſim dant patres, patrui, cognati, amici, Domini eccleſiaſtici, & ſeculares,[e] neque etiam,[f] ſubminiſtrans baliſtam, aut ſagittas ſagittariis, vt iaculentur in hoſtes, ſine tamen intentione ſpeciali, vt deforment, ſed generali, vt vincant: nec eadem ratione ſclopetum, aut globulos præbens: & à fortiori, nec dans lanceam, enſem, aliáque arma quibus rariùs quis interficitur: neque cohortans milites, animoſè, & fortiter aggredi prælium iuſtum, vt Deo, iuramento, Regi, & Imperatori ſuis ſatisfaciant: neque etiam qui in ipſo prælio cohortatur, dicens *præliamini vincite*.[g]

216 Octauò infertur verus intellectus, *c. quod in dubiis, de pæn.* quatenus habet, ſacerdotes, ad prælium incitant

[a] *iuxta gloſſ. Pan, & Comm. inc. ſententiam, Ne cler. vel monach.*
[b] *ſecundum eandem gloſſ. recept.*
[c] *ſecundum Pan. ibidem.*
[d] *per ſupra dicta cap. 25. num. 110. & Ang. verb. cler. 4 §. 1. & Sil verb. cler. 2. §. 4.*
[e] *vt colligitur ex Pan & Com. in d. c ſententiam & S. Ant. 3. part. tit. 28. cap. 1. §. fin. & alius ſucitatis.*
[f] *iuxta Innoc. in d. c. ſententiam.*
[g] *iuxta Communem in d. c. ſententiam.*

tes in bellis, eſſe irregulares, & *gloſſ. c. ita quorumdam. de Iudæ*, dicentis irregularem eſſe, qui ad præliandum dat arma, ſi eis aliquis interfectus fuerit, & Com. in d. *c. ſententiam*, concludentis in prælio ad interficiendum incitantem, eſſe irregularem, quamuis bellum iuſtum ſit ex parte ſua: illius inſuper pronunciati Innoc. approbati communiter, ibidem, putà, *eum qui baliſtam aut ſagittas præbet ei, quem credit interfecturum, ſi interficit, eſſe irregularem, quàmuis bellum iuſtum ſit*: intelligi enim debent de incitante, vel dante arma prædictâ intentione ſufficiente ad conſtituendum cauſam propinquam deformationis.

Contra quæ tamen plurimùm vrget primò, quòd intério & ſtudis, ſiue expreſſa, & virtualis ſiue tacita, æquiparantur.[a] Incitans autem iuuans, aut præbens arma ad præliandum, & vincendum hoſtes, virtualiter videtur velle, vt percutiant, mutilent, & occidant eos vel aliquem eorum, quum id non poſſit mortaliter contingere niſi ea faciendo: qui verò vult conſequens, vult neceſſarium antecedens.[b]

Secundò, quòd qui hortatur ſuos in prælio iniuſto, ſecuta deformatione, fit irregularis, ea ſola ratione, quod videatur virtualiter deformare.

Tertiò, quòd dupliciter quis vult quippiam, putà, in ſeſe, vel in cauſa ſua: ſufficítque velle in cauſa homicidium ad incurrendam irregularitatem, cui ſuffragatur *cap. presbyterum*, & *cap. continebatur*, cum multis aliis, *de homicid.* Ad ſoluendum hæc, & conſtituendum definita ſupra[c] dicimus, non omne quod ſufficit ad dandum cauſam propinquam, & habendam intentionem ſufficientem deformãdi quò ad deformationem iniuſtam, vt incurratur irregularitas, ſufficere ad dandam cauſam propinquam, & habendam ſufficientem intentionem occidendi quo ad occiſionem iuſtam, vt eadem incurratur. Tum, quia iubẽs aliquem peruuti baculo iniuſtè, etiam expreſſo modo, ne interficiat, ſi iuſſus interficit, eſt irregularis: quia dat propinquam cauſam, & habet intentionem ad id ſufficientem,[d] At prælatus qui ciuitati cuius iuriſdictionem temporariam habet, gubernatorem præficit, vt iuſtitiæ munia exequatur, non videtur dare cauſam propinquam, nec habere intentio-

[a] *in l. Cum quid, ff. de reb. cred. & in c. Quemadmodum, de iur.*

[b] *l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. c. Præterea, de offic. deleg.*

[c] *in hoc dicto & 7. & 8. coroll. eius prædictis.*

[d] *c. fin. de homic. lib. 6.*

rem ſufficientem, vt interficiat, quanquam expreſſe id non prohibeat, [a] cum tamẽ certiùs ſit illũ gubernatorẽ quempiã morte cõdemnaturum, quã iuſſum percutere, occiſurum Tum, quia opem ferens, & aſſiſtens etiam ſi ne armis iniuſtè præliãtibus dat talem cauſam, & habet talem intentionem ſufficientem [b], non autẽ qui aſſiſtit iuſtè præliantibus [c] etiam ſi aſſiſtat armatus, [d] quàmuis hortetur [e], nec etiamſi percutiat [f], Per quam reſpondetur tribus argumentis prædictis, aſſumpta nimirum in eis eſſe vera quidem regulariter, ſed fallere in ſpectantibus ad hanc irregularitatem: nam ſicut ſpeciale eſt in ea vt pro actu etiam iuſtiſſimo imponatur, ita ſpeciale eſt vt ad id requiratur cauſa ita propinqua, & intentio adeo ſpecialis, vt dictum eſt.

217 Nonò, cõſequitur hæc omnia, modus excuſandi ab irregularitate prælatos clericos, qui nõ ſolùm ſolent intereſſe bellis ſacris, & piis cum ſuis ſubditis, & militibus, ſed etiam exhortari eos ad præliandum, & vincendum, ſine tamen intentione ſpeciali deformandi per alios, & ſine deformatione ab ipſiſmet facta quanquam nulla probabilis excuſandi eos, ratio occurriſſet Aluaro Pelag. [g] Modus item excuſandi ab ea, clericos & fratres Luſitanos, qui magno zelo fidei, Chrſtianos nec minori animo ſuos in Indiis contra Saracenos, & Paganos hortari ſolent, manibus crucem geſtantes, aciémque ipſam præeuntes, qui non irregulares, ſed regulariſſimi ſunt.

Decimò quòd eſt irregularis huius ſpeciei qui vt cõſequatur indulgentias, fert ligna quibus hæreticus vratur, ſi eiuſmodi factis cooperatus fuit ad occidendum, aliàs non. [h] Quæ conſequitur, quando antea ſtrangulantur hęretici, quàm vrantur, non fieri irregulares eos, qui huiuſmodi ligan detulerunt, neque etiam dum viui vruntur, ſi ligna adhibita fuerint mortuis iam illis.

Vndecimò, quòd ſit irregularis comitans iudicem tanquam notarius ſatelles, aut cuſtos damnati ducti ad mortem, aut deformationem: vendens item vel commodans ſcalas funes enſes, ſagittas, baliſtas aut alia inſtrumenta, quò ſagittis configatur, laqueo ſuſpendatur, iuguletur, auris aliúdve membrum ei amputetur,

[a] *c. Prælatis, de homic. lib. 6.*
[b] *vt poſt Innoc. in c. pen de homic ſup. dict. eſt.*
[c] *c. Igitur cum 3. ſeq. 23. q 8.*
[d] *c. Contineba tur, de cler. percuſſ.*
[e] *c. 3. eod. tit.*
[f] *d. c penult.*
[g] *de planct. eccleſ art. 48.*
[h] *iuxta S. Ant. 3. part. tit. 28. c. 2. §. 2 & Commun.*

Duodecimò, capientes, vel prodentes furem, aut reũ, vt à iudice capiatur, quíque etiam ſuæ vtilitatis cauſa tradunt, aut conqueruntur de aliquo apud iudicem citra proteſtationem, ne procedat ad deformationem, [a] ſunt irregulares, quandoquidem ſunt cauſa propinqua deformationis, in caſu licito. Dixi, *Etiam ſuæ vtilitatis cauſa*: nam ſi cauſa alienæ tantùm id facerent, etiam cum proteſtatione, fierent irregulares. [b] Quod autem proteſtatio non ſolùm verbo, ſed etiam mente fieri debeat quò ad forum conſcientiæ, dicetur infra. [c]

[a] *c. Prælatis, de homic. lib. 6.*

[b] *per d. ca. Prælat in verb. ſuas, ſecundum cõmuquam Franc ſequitur ibid.*

[c] *nu. 227.*

Decimotertiò, quòd etiam eſt irregularis, hortans condemnatum, vt admoueat caput ad ſtipitem, aut cippum, aſcẽdat ſcalas, aut faciat quippiam aliud quò acceleretur deformatio. Inſuper acuens gladium, aut præparans funes, vel inſtrumenta, quò citiùs, & minori cum dolo, fiat exequutio. [d]

[d] *iuxta mentem S. Ant. vbi ſup. & omnium aliorum.*

An autem adiuuans chirurgum vt ſecet iuſtè membrũ, fiat irregularis, quæſtionis nouæ eſt. Pro cuius parte affirmante facit, quòd adiuuans iudicem iuſtè iudicantem, occidere, vel mutilare, fit irregularis, per prædicta. Ergo eâdem ratione adiuuans chirurgum iuſtè mutilantem, incurrit eam. Tenenda nihilominus eſt pars negatiua. Tum, quia rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. [e] Tum, quòd præfatus actus iuuãdi, eſt bonus iuxta illud Apoſtoli, [f] *alter alterius onera portate.* Tum, quia nullo iure cauetur, quòd iuuans chirurgum, incurrat irregularitatem citra ſuam culpã propter mortem, vel mutilationem, [g] de iuuante autem iudicẽ ſecus. [h] Ad oppoſitũ verò, cui nullibi reſponſum memini, reſpõdetur negãdo in vtroq; caſu eandẽ rationẽ idẽ ius dictare: nam iudex damnans aliquem, vt mutiletur, & qui eum quoquomodo ad mutilandum reum iuuat, licèt moueantur ad id virtute iuſtitiæ: finis tamen eorum, eſt vindicare, actúmque terrorem, & horrorem incutientem facere, vel ad illum iuuare: chirurgus autem, volens mutilare, & eum iuuans, mouentur miſericordiâ, & pietate ad ſanandum ægrotum: Eccleſia verò induxit irregularitatem ob homicidiũ, & mutilationem, ad aſſimilandum Chriſto miti, & manſueto, miniſtros eius, quò mites eſſent, non crudeles, aut ſimiles crudelibus, quales ſunt etiam, qui iuſtè occidunt, vel mutilant

[e] *c. 2. de conſtit.*

[f] *ad Gal. 6.*

[g] *cap. ad aures, de ætat. & qual. & c. tua, de homic. cum eis adn. per Inno recept.*

[h] *c. ſentent ſanguinis, ne cler. vel monach.*

iuxta *ca. non eſt crudelis, qui crudeles iugulat: ſed crudelis ideo vocatur: quia crudelis patientibus eſſe videtur. Nam latro ſuſpenſus patibulo crudelem iudicem putat. 23 quæſt. 5.* chirurgus autem, & iuuantes illum miſericordiâ, & pietate moti, nec ſunt crudeles, nec ſimiles crudelibus, & proinde, longè diuerſa ratio induxit Eccleſiam ad conſtituendum iudicem, etiam iuſtè iudicantem, & iuuantem eum, irregulares, quàm chirurgum, & eum iuuantem. Cui ſuffragantur dicta ſupr. [a] Et quibus infertur idem eſſe iudicandum de medico, & iuuante illum, quod dictum eſt de chirurgo, & eum iuuante: quoniam nec illi, nec iuuantes illos, abſque culpa incurrunt irregularitatem: cum ea autem ſecus.

[a] *n. 206.*

218 At verò ſuper hac irregularitate, ſolus papa diſpenſat, ſed longè faciliùs, & minore de cauſa, quàm ſuper ſequente, quæ ex actu illicito naſcitur: licèt poſt Concil Trid. ſuper ea ſi eſt occulta, diſpẽſet Epiſcopus: ſuper hac verò non, vt infra [c] dicetur.

[b] *vt Inn. cõmu. recep. ait in d. c. ad aures, & ca. tua arg. l. illicitas. § ſicut. ff. de offic. præſid.*

[c] *n. 240.*

## De quinta ſpecie irregularitatis, ex homicidio iniuſto, vno ex delictis, vnde illa naſcitur.

Summæ.

219 *Irregularis per deformationem illicitam quis omnis, & ſolus.*

219 *Cauſa propinqua deformationis, nouè definita, & ſequentib.*

228 *Irregularem facit omnis deformatio illicita mere intenta, & nulla merè caſualis, mixta verò facit contentum in hac regu. 28. corollariis ornata, de monacho, chirurgo, abortiente, vulnerante, & non deformante, miniſtrante arma, iuuante, & hortante, accuſante ſine proteſtatione, detinente furem, alente feram, magiſtro caſtigante, ludente illicitè, clerico venante, cordigero equitante, & de adulterante, à nu. 22. vſque ad n. 239.*

293 *Mandans vel conſulens hoc differunt, nec refert, an citò, an tardè executio fiat, & ſeq.*

219 Quo ad hunc effectum paria ſunt occidere, & mutilare, ſiue abſcindere membrum: non tamen debilitare, vt ſupra dictum fuit.[a]

Deformatio verò eſt triplex, merè voluntaria, merè caſualis & mixta. Merè voluntaria, eſt deformatio intenta in ſe iuſtè, vel iniuſtè, qualis eſt quã quis intendit facere iuſtè vel iniuſtè, per ſe, vel aliũ, iubẽdo cõſulendo, aut cooperando, vel iuuando teſtimonio, patrocinio, ferro, veneno aliiſve modis, aut deducendo ad locum vbi deformetur, vel procurãdo, vt faciat quippiam ob quod deformetur. Merè caſualis, eſt non intenta in ſe, neque in cauſa ad eam ſufficienter ordinata, qualis eſt mors quam infert fulmen eo loco illi, qui citra eiuſmodi deformationis præuiſionem ad eum iuit, vel miſſus fuit. Illa enim neque in ſe, neque in cauſa ad illam ſufficienter ordinata eſt intenta. Mixta, eſt quæ non eſt intenta, in ſe, ſed in cauſa ſufficienter in illam ordinata, qualis eſt facta à ſeruo alium palo citra deformationem cædere iuſſo, & teſtificatio in cauſa ſanguinis, nolẽtis deformationem. Illæ enim non ſunt intentæ in ſe, ſed dumtaxat in cauſa ſufficienter in eam ordinata.[b]

Omnis porrò & ſolus ille eſt irregularis hac ſpecie irregularitatis, qui diſcretus & baptizatus, ſeipſum, vel alium quempiam illicitè deformat cauſamve propinquam illicitam illius, aut ſuæ anticipationis præbet Dixi, *Diſcretus*, quia infans & furioſus qui nunquam iudicio vſus fuit, illúdve amiſit ante deformationem, eam non incurrit.[c] Dixi, *Baptizatus*, nam priùs facta, non ſufficit.[d] Dixi, *Deformat*, ad includendum occidentem & mutilantem, non autem ſolùm debilitãtem, etiam ſic, vt ſine ſcandalo non poſſit celebrare, vt proximè diximus. Dixi, *Seipſum*: quia cùm nemo ſit Dominus ſuorum membrorum[e], etiam irregularitatem incurrit qui ſeipſum illicitè deformat[f], quàmuis ſancta intentione faciat, vt qui ſe caſtrat, quò meliùs caſtitatem colat.[g] Dixi, *Aut alium hominem*. non enim ſatis eſt deformare embrionem nondum anima rationali animatum[h], aut cadauer eâ deſtitutum.[i] Dixi, *Illicitè*, nam qui ob morbum conſilio chirurgi abſcindi procurat, vel abſcindit aliquod ſuum, ſeu alienum membrum, hanc irre-

[a] *nu. 207. & vt ibi ita hic vtemur verbo deformare, pro occidere aut mutilare, ſeu membrum amputare*

[b] *vt rectè declarat S. Tho. 2. 2. qu. 64. art. 8. vbi multa Caie. tametſi neque ipſe, neque alius quiſquam adeo breuiter & clare reſoluat.*

[c] *Cle. 1. de homic.*

[d] *c. ſi quis viduã 60. diſt. & per dicta ſu. n. 107.*

[e] *l. liber homo, ff. ad l. Aquil. c. Contingit. 1. de ſent. exc.*

[f] *c. ſi quis abſciderit, &c. Hi qui, 55 diſt.*

[g] *d. c. Hi qui.*

[h] *c. ſicut ex tuarum, de homic. c. quod verò, & c. Moyſes, 2. q. 2.*

[i] *Archid. c. ſi quis, 15. q. 1.*

gularitatem non incurrit, [a] quàmuis aliam quæ ex defectu corporali naſcitur incurreret, ſi ob eam fieret inhabilis, aut deformis ad celebrandum citra ſcandalum. [b] Dixi. *Cauſa* generaliter, ad comprehendẽdum quatuor cauſas, nimirum efficientem, materialem, formalem, ac finalem, [c] & conſequenter, ad includendum eum, qui eſt cauſa efficiens deformitatis, qualis eſt qui eam facit, iubet, mandat, ratificat, vel iuuat. Eum inſuper, qui eſt cauſa materialis illius, qualis eſt qui arma ſubminiſtrat, aut deducit aliquẽ ad locũ, vbi ſunt inimici parati deformare ipſum: & eum qui eſt cauſa formalis, qualis eſt qui inſtruit, docet, aut conſulit, cum denique qui eſt cauſa finalis, qualis eſt qui præmium, aut receptationem deformatori pollicetur. Dixi, *Propinquam*, non enim ſufficit eſſe cauſam remotam, [d] cuiuſmodi eſt de ſe omnis armorum fabricatio. Dixi, *Illicitam*, quia irregularitas huius ſpeciei, orta ex deformatione illicita, numquam ſine peccato, ſaltem veniali, naſcetur, vt ſtatim dicemus.

220 Cauſa verò propinqua illicita deformitatis, poteſt definiri eſſe dictum aut factum illicitum directum ſufficienter in deformationem inde ſequutam, declarando partes eius, vt ſupra, [e] excepto quòd non requiretur intentio tam ſpecialis ad incurrendum ex cauſa illicita. [f] Dixi, *Suæ anticipationis*, ad includendum eos qui dicunt, aut faciunt quippiam, ſine quo deformatio quidem ſequeretur, ſed non tam cito. [g]

Quibus conſequens eſt primò, primam deformationem intentam in ſe ſemper inducere irregularitatem.

Secundò, quòd nulla ſecunda, purà, merè caſualis inducit illam: quum neque ſit in ſe, neque in ſua cauſa intenta.

221 Tertiò, quòd omnis & ſola deformatio mixta ſe quuta ex opere illicito lege iuſtitiæ quia eſt cauſa propinqua eius inducit irregularitatem huius ſpeciei. [h] Dixi. *Lege iuſtitiæ*, non enim ſufficit, eſſe iniuſtum lege charitatis. Nam iudex, qui iuſtè ſecundum legem iu-

[a] *c. ſi quis in infirmitate, 55. di.*

[b] *per ſup. dicta eod c. nu. 200.*

[c] *iuxta Ariſt. lib 6. Phyſic. & nos colligimus audis ex gloſſ. 1. Decr. & tradit Marian in hoc propoſito, in d. cap. ad audientiam qu. 42. de homicid.*

[d] *per ſing. gloſſ. c. De cætero, de homic recept. per omnes.*

[e] *nu. 210.*

[f] *de qua ibi, vt nu. 211. declaratur.*

[g] *iuxta Specula. de diſp. § iuxta nu. 12. & 13. Pan. in cap. ſent. ne cler. vel monachi. Villadieg. vbi ſupr. colum. 22. S. Ant par. 3. tit. 28. c. 2. §. 5.*

[h] *cap. tua, cap. ſuſcepimus de homicid. & cap. fin. eod. tit. libr. 6. quæ de opere in ſe illicito loquuntur, & cap. continebatur, & capit presbyterum. eodem titulo, quæ de opere licito illicitè facto agunt.*

ſtitiæ iubet homicidam occidi : licèt fortè id faciat animo vindictæ priuatæ, vel quia erat clericus beneficiarius, qui licitè non poterat eſſe in eiuſmodi cauſa iudex, aut miles, qui occidit in bello iuſto hoſtem, malo tamen animo, non eſt irregularis hac ſpecie irregularitatis, ſed duntaxat ſpecie præcedenti defectus lenitatis, quæ eſt facilè diſpenſabilis. Dixi etiam *Sola* nulla ſiquidem deformatio caſualis, quæ ex opere licito licitè facto naſcitur, facit quem irregularem huius ſpeciei. [a] Non dixi, vt alias, *De opere licito illicitè facto*, quia opus licitum illicite factum, illicitum eſt. [b] Dixi, *Quod eſt cauſa propinqua eius*, quia non ſufficit quòd ſequatur ex illicito, niſi ſit cauſa eius propinqua, qualis eſt deformatio fulminis ictu facta, eius qui malè iuſſus aliquò ibat : illa namque mala iuſſio, neque de ſe, neque per intentionem directam in illam, eſt cauſa propinqua ipſius, per prædicta : ſicut & culpa præcedens caſum fortuitum, non efficit vt fortuita imputentur,[c] niſi eiuſmodi culpa dirigatur ſufficienter ad illum, vt in hac ipſa ſpecie ſingulariter dicunt Anch. & Franc. [d] Nam & tunc demum culpa præcedens caſum, nocet commodatario, cùm aliquatenus ordinatur ad illum, iuxta mentem omnium. [e] Mula enim commodata periens in itinere ictu fulminis, non perit commodatario, licèt propter eius culpam admiſſam ludendo vel fornicando, non tranſiit priùs locum vbi fulminauit : quandoquidem eiuſmodi culpa non fuerit ſufficienter directa in illum caſum, & *in cap. fin. de homicid. lib. 6.* ideo mandans percutere citra mortem, ſi mandatarius occidat, fit irregularis : quia percuſſio cum culpa mandata, ſufficienter dirigitur in mortem. Quid autem cenſeatur ſufficienter directum, boni viri arbitrio terminandum eſt. [f]

222 Quartò, pro reſolutione eorũ, quæ contra hæc adduci poſſent ex Soto [g] & aliis infra citandis, dicendum non eſſe aptum aut verum intellectum quem pro certo affingit Sotus *c. Tua, de homicid.* ſcilicet, quòd monachus qui vtendo chirurgiâ, ſolius pietatis ergô curat vulnus, & aperit, ex quo infirmus exponens ſe vẽto contra eius præceptum moritur, non eſt irregularis, ſecus tamen ſi ob lucrum curat. Tum, quia Ioann Andr. Panorm. Anan. & Felin, dicunt in vtroque caſu eſſe irregularem

[a] *cap. lator. ca. dilectus, cap. ex literis, 1 & 2. c. Ioan. de homic. & cap. Prælat. eod. tit. lib 6.*

[b] *c. Cum miniſter 23. q. 5 gloſ. inncto text. c. 1. de colluſ. deteg.*

[c] *contra l. ſi creditor, & l. quæ fortuitis, C. de pign. act.*

[d] *in gloſſ. pæn. c. fin. de homic. lib. 6.*

[e] *in d. c. 1. de commod. & c. fin. de poſit.*

[f] *arg. l. 1. ff de iur. delib. c. De cauſis, de offic. deleg.*

[g] *lib. 5. q. 1 art. 9. de iuſt. & iur.*

quàmuis vno caſu faciliùs quàm altero diſpenſetur. Tum, quia textus apertè dicit monachum illum exercendo alienum officium ſibi vetitum, peccaſſe; ibi, *Licèt ipſe monachus multùm deliquerit, officium alienum vſurpando, quod ſibi minimè congruebat*, & ita ex opere illicito ſufficiēnter ad id tendenti, ſequuta fuit deformatio. Tum, quia textus in illis verbis, *Si tamen, &c.* palam concludit neceſſariam fuiſſe illi diſpenſationem, etiam ſi ſolâ pietate ductus curaſſet.

Quintò, quòd nimis audacter videtur dixiſſe idē Sot contra omnes Canoniſtas, imò & Theologos non eſſe textum probantem, ex deformatione caſuali ex opere illicito ſequuta, fieri quempiam irregularem. Tum, quia *cap. dilectus, & cap. ex literis, de homicid.* id probant à contrario ſenſu, quod licèt (vt ipſe ait) ſit infirmum logicis, iuriſconſultis tamen firmiſſimum eſt, [a] ſaltem quando deſumitur probandum illud, cuius contrarium non eſt iure expreſſum, [b] vt in propoſito contingit. Tum, quia prædicta duo *cap. dilectus, & ex literis*, non ſolum probant id à contrario ſenſu, ſed etiam à ceſſante ratione, & cauſa, quod eſt validum. [c] Tum denique, quia plurimi ſunt textus, quibus pro regula ſtatuitur, quòd qui deformat, irregularis eſt, *cap. miror, cap. ſi quis viduam, c. clerico. c. de his. 50. diſt. ca. continebatur, & ca. presbyterum de homicid.* adeo quidem, vt videantur includere etiam eos, qui iuſtè, & ſanctè, directè: aut indirectè deformant, aut illius cauſa ſunt. Quin multi, & in his S. Thom. [d] contra caſum *clem. 1. de homicid.* aſſeruerunt eſſe irregularem etiam deformantem ob neceſſariam ſuæ vitæ defenſionem. Cúm ergo à regula non ſit diſcedendum, niſi iure, aut ratione in id cogente, [e] cumque ius ab hac irregularitate, non eximat, niſi caſu citra culpam deformantem, regula præfata probata cenſenda erit.

223 Sextó, quòd deformans embrionem inanimatum, vel cadauer exanimatum, non eſt irregularis. [f] Nec qui propinat mulieri, aut viro potum, quo eis generandi facultas impeditur: quum non deformet, [g] neque qui prægnantem abortire facit, antequam fœtus anima rationali animetur, [h] quæ quadrageſimo die maſculo, octuageſimo verò fœminę infunditur. [i] Si verò dubium

[a] *l. 1. ff. de offic. eius, cui mādata eſt iuriſd. & ca. Apoſtolica, de his quæ fi. à præ. lat. ſine conſ. ca.*
[b] *iuxta ca. à nobis, de ſent. excom. & gloſſ. ca. ſignificaſti, de for. compet.*
[c] *l. adigere, §. quamuis, de iur. patr. ca. cum ceſſante, de appell. vt palam eſt ea perpendenti.*
[d] *2. 2. qu. 64. art. 8.*
[e] *glo. l. omnis definitio ff. de reg. iur. & in rubr. de reg. iur. lib. 6. recepta per omnes*
[f] *per dicta sup. nu. 218.*
[g] *c. ſi aliquis, de homic.*
[h] *c. ſicut ex tuarum, de homic.*
[i] *iuxta gl. ſing. in princ. diſt. 5.*

ſit an fœtus abortiuus, quem abortiuit poſt diem quadrageſimum, ſit mas, an fœmina, qui eius cauſa extitit debet ſe irregularem cenſere. [a]

Septimò, quòd non eſt irregularis, qui vulnerat plures, & plurimùm, etiam cum maxima ſanguinis effuſione, quàmuis amputet aliquas partes membrorum, modò non abſcindat membrum, nec vulneratus moriatur, etiamſi reddatur inhabilis ad decenter celebrandum, quia non deformat. Cæterùm, licèt auris, ſiue cartilago ſenſum auditus exornans, non videatur eſſe membrum, eius tamen carentia videtur inducere irregularitatem, ob deformitatem quam in parte adeo edita, & conſpicua inducit. [b]

Octauò, quòd non eſt irregularis iuſtè aliquem percutiens & non occidens, licèt ab aliis ſine ipſius culpa occidatur, [c] aut moriatur culpa medici, ſeu ob prauum regimen, aut morbum ſuperuenientem: quum illa mors non ſit ſequuta ex eius opere illicito: ſecus tamen de iniuſtè percutiente: nam etiamſi percuſſio non ſit, mortifera, eſt tamen cauſa, quòd alius eum interficit aut incidit ob illam in morbum, quo moritur etiam culpâ medici, vel malo regimine: quo ad hoc ſiquidem, paria ſunt interficere, & iniuſtè percutere, vnde mors ſequatur, etiam citra aliam culpam percutientis. [d]

214 Nonò, quòd non eſt irregularis, non occidens nec mutilans, licèt debilitet membrum, adeò vt nequeat celebrare, per ſupra dicta.

Decimò, quòd eſt irregularis huius ſpeciei præbens arma ad bellum iniuſtum euntibus, ſi quis in eo deforme[illegible]r, [e] & à fortiori, ſi ipſemet prælietur. Imò, & quicquid dicat Spec. [f] & nonnulli alij, nos opinionem Innoc. Panor. & Communem, [g] certam putamus, quòd nimirum qui in prælio, vel alia quacunque rixa, interſunt illis, ex quorum parte ſunt iniuſta, auxiliando, vel fauendo, ſunt irregulares, ſi quis in eis deformetur, ſiue interſint armati, ſiue inermes, ſiue deformetur, ſiue non, ſiue ob id timor inimicis augeatur: ſiue non quamuis non qui interſunt vt diſſuadeant prælium, & ſuadeant pacem, licèt inde nonnihil animi ſuorum parti, & nonnihil timoris aduerſæ adderetur. Neque etiam qui interſunt iuſtè bellum gerentibus, etiam vt faueant, modo

[a] *arg. ca. ad audientiam de homic.*

[b] *arg. c. qui partem. 5?. diſt. & eius quòd paulo ante diximus, per illud quod Spec. placuit in §. iuxta de diſpenſ.*

[c] *ca. ſignificaſti, 2. de homic.*

[d] *vt ſingulariter probant ca. presbyterum, & ca. ad audientiam, de homic.*

[e] *iuxta glo c. ita quorundam, de Iudæ. fundatam in c. quod in dubiis, de pœn.*

[f] *tit. de diſpenſ. §. iuxta, verb 56.*

[g] *in cap. pen. de homic.*

ſuis manibus non deforment, quàmuis animò deformandi percutiant, & ex percuſſione poſtea ſequatur deformatio culpâ percuſſi, vel medici: hoc enim differt iuſta percuſſio ab iniuſta. His amplius addo, eos qui ſuis manibus interficiunt in bello iuſto, non eſſe irregulares huius ſpeciei, ſed illius quæ naſcitur ex defectu perfectæ lenitatis,[a] ſi ſunt laici: nec etiam clerici, ſi initæ ipſis pugnæ, tanta eſt neceſſitas, vt excuſat à peccato, quàmuis non ab irregularitate, vt contingere poteſt[b]

225 Vndecimò, eſt irregularis huius ſpeciei laicus, vel clericus, qui alium in iudicio iniuſtè criminis merentis mortem, aut deformitatem accuſat, ſi ea ſequatur. Quique inimico indicat vbi ſit, quod iter teneat, aut quomodo inueniet quem quærit ad deformandum iniuſtè, ſi illud ſequatur. Iudex item condemnans iniuſtè, adeóque quotquot eiuſmodi condemnationi ſcienter fauent. Dixi, *Iniuſtè*, nam quàmuis laicus, qui iuſtè accuſat, ſententiam fert, vel exequitur, cum omnibus ad id auxilium præbentibus fiat irregularis alterius ſpeciei,[c] non tamen huius quæ eſt deterior, & difficilioris diſpenſationis quàm illa, excepto clerico ordinis ſacri, qui hoc facit etiam iuſtè accuſando citra proteſtationem prædictam: quia facit actum illicitum,[d] vnde ſequitur deformatio.

226 Duodecimò, non eſt irregularis huius ſpeciei, nec alterius, qui vt recuperet ſua detinet furem quò ad iudex veniat, aut eidem tradat: neque qui furti ſibi facti accuſat in iudicio, quàmuis ſuſpendatur, modò expreſsè proteſtetur, ſe nolle, vt Iudex illi irroget pœnam ſanguinis,[e] alias ſecus, etiam in foro conſcientiæ, licèt id ei verè diſpliceat,[f] ſi autem verè placeat, fiet irregularis quoad forum conſcientiæ, etiamſi ſcripto, aut verbo proteſtetur contrarium.[g] Ideóque non ſemel conſuluimus quibus id contigit, vt diſpenſationem, procurarent: quanquam Feli.[h] contrarium ſignificet, allegando in id Ioan. Ad.[i] qui tamen in meo Codice id non aſſerit, neque in libris Dominic. & Peruſ.[k] qui eum in noſtræ opinionis confirmationem allegãt, & bene: quia ipſe remittit ſe ad Oſt. in ſumma,[l] vbi copioſiùs quàm omnes quod aſſerimus tenet. Nec obſtat, quòd per-

[a] *de qua ſup. à num.* 106.
[b] *iuxta notata per* Caiet. 2. 2. *qu.* 40. *art.* 2. & *tract. ſup. eod. c. n.* 214. & 217.
[c] *vt dictum eſt ſup. n.* 209.
[d] *iuxta regulam S. Tho.* 2. 2. *qu.* 64 *art.* 7.
[e] *ca. prælatis, de homic. lib.* 6.
[f] *vt colligitur ex gloſ. & Arch. in d. ca. prælatis, & affirmat Calde. probatus ibi à Peruſ. col.* 2.
[g] *iuxta Io. And. Domin. & Peruſ. in d. ca. prælatis.*
[h] *in ca. poſtulaſti, de homi. li.* 6
[i] *in c.* 2. *de homi. lib* 6.
[k] *in d. ca.* 2.
[l] *de homicid. § qua pœnâ, verſ. ſi verum.*

ſolam voluntatem, aut intentionem ſine opere exteriori, irregularitas non incurratur, vt ſupra dictum fuit, [a] quia in propoſito, cum voluntate concurrit accuſatio, aut querimonia exterior, quæ ad iudicem defertur, deformatio autem illam conſequuta, & proteſtatio, non eſt talis qualem ius requirit vt vitetur irregularitas, ius enim non requirit proteſtationem mendacem, & fraudulentam, vti eſt præfata: nullo namque caſu mentiri permittitur. [b] Hæc tamen irregularitas non eſt huius ſpeciei, ſed præcedentis, quæ ex defectu perfectæ lenitatis naſcitur, niſi in clerico ſacris initiato vel beneficiario, qui peccat, ſic detinendo, tradendo, vel accuſando citra dictam proteſtationem, vt dictum eſt.

*[a] n. 193. per ca. ſin 3. q. 1.*

*[b] c. primum, 22. q. 2. ca. ſuper eo, de vſur.*

227 Decimotertiò, eſt irregularis huius ſpeciei, qui illicitè rixatur, aut certat cum alio ſi eius amici ſuperuenientes eum deforment quàmuis citra vllum eius conſenſum id faciant, [c] quia ex eius opere illicito in id aliquo modo ordinato, ſequuta eſt deformatio.

Decimo quartò, eſt irregularis huius ſpeciei, qui domi ſuæ alit, aut cuſtodit feram beſtiam, veluti Leonem, Elephantem, aut Vrſum: & eſt in culpa ſoluendo, vel tenendo ſolutam, vt illa aliquem deformet: ſecus ſi non ſit in culpa, [d] quia quum eſt in culpa, ex opere illicito, ſequitur deformatio: ſecus autem, cùm non eſt in ea.

*[c] iuxta Io. And. in cap. Petrus de homic. recept. à Pan. Felin. & commun.*

*[d] iuxta Innoc. Cardi. & commun. in d. ca. ad audientiam.*

228 Decimoquintò, eſt irregularis huius ſpeciei chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, aut negligentia, vel audacia, negligendo ſuæ artis regulas, ictus vel ægrotus deformatur: aliàs ſecus. [e] Cuſtos item infirmi, qui dolo, aut notabili culpa, vel contra, conſilium curantis, præbet, aut facit quippiam, quo infirmus deformatur ſaltem citius: non autem, ſi id faciat bona fide ſine culpa notabili, licèt in aliquo errauerit, & poteſt ſe eximere ſcrupulo, conſilio doctorum, qui ſi etiam dubitant, irregularem ſe debet cenſere. [f]

*[e] iuxta mentem Spec. recept vbi ſup. n. 11. & Innoc. & omnium in c. tua de hom.*

229 Decimoſexto, eſt irregularis, [g] qui cùm non ſit medicus, aut chirurgus ſagittam, aliúdve telum corpori infixum percuſſo euellit, vt citius moriatur, vel ſi ob id celerius moriatur, quàm aliàs moreretur: Quin & qui in aliam partem infirmum vertit, vt citiùs moriatur: vel aliquid horum iubet, rogat, aut conſulit, ſi ob

*[f] iuxta Spec. vbi ſup. n. 13.*

*[g] ſecundùm Specul. vbi ſup. rece.*

id citiùs moriatur, aliàs ſecus.

230 Decimoſeptimò, non eſt irregularis infans, dormiens, aut furioſus alium deformans. [a] Infans autem quoad hoc dicitur minor ſeptennio, [b] quod certum eſt quò ad forum exterius: quò ad forum autem interius, videtur iudicandus talis maior eo, ſi iam nactus eſt iudicium ſufficiens ad peccandum: & minor eo, ſi nondum nactus eſt illud, vt colligitur ex Ioan. And. & Pan. *in ca 1. de delictis pueror.* Imol. & Bonif. *in d. clem.* vbi fuit defectus iudicij, quod præſumitur poſt ſeptem annos, non ante. Et quamuis Zenzel. recept. per Cardin. Ioan. Colonien. Villadieg. [c] & Silueſt. [d] dicat, eſſe irregularem, qui ebrius iudicio carens deformat: quia cauſa fuit illius, cùm ſe inebriauit, [e] nobis tamen nunquam placuit, quò ad omnino ebrium, & extra iudicium poſitum. Tum, quia furioſus quàmuis ſua culpa furat, ſiue inſaniat, non eſt irregularis deformando. [f] Tum, quia multi inebriantur citra ſuam culpam. Tum, ob duodecim argumenta, quæ adhibet Maior, [g] ad probandum ebrium non peccare in eo, quod extra iudicium manens facit. Tum, quia neque qui dormiens deformat, fit talis, etiamſi deformet quem vigilans deformare intendebat. [h] Adeóque mirifica iucunditate perfuſus fui, cum primùm id Bonifacium tenere [i] animaduerti, quanquam communis opinio procedere poſſit in ebrio, qui iudicium omnino non amiſit, & quò ad forum exterius, ſi tanta ebrietas non probaretur: quin & quò ad forum interius, in eo qui ſciens ſolere ſe inebriatum ſumere arma, alióſque percutere, ſuâ culpâ inebriatus fuit, [k] quia facit opus illicitum ordinatum in id conſuetudine ipſius. Quod ipſum dici poteſt de dormiente, & furioſo, qui interdum ad ſe redit, ſi admoniti, ſe dormientes, aut furentes capere arma, & percutere alios, ſunt in culpa non prouidendi tempori quo dormierint vel inſanierint, ne eiuſmodi patrent, à paritate, ſiue identitate rationis. [l]

[a] *clem. 1. de homic.*
[b] *iuxta gloſſ. d. clem.*
[c] *in tract. de irregul. col. 28.*
[d] *verb. homicidium, 3. q. 4.*
[e] *ca. inebriauerunt, 15. q. 1.*
[f] *iuxta gloſſ. c. ſi quis inſaniens, 15. q. 1. & Card. in d. clem. 1. q. 6. & Imol. in gl. 2.*
[g] *in 4. diſt. 15. q. 8.*
[h] *vt in d. clem. communis declarat.*
[i] *in d. clem. nu. 26.*
[k] *vt Marian. adnotauit in ca. ad audientiam, nu. 55. de homic.*
[l] *l. illud, ff. ad l. Aquil. & ca. 2. de tranſla. pral.*

231 Decimooctauò, fit irregularis iniuriâ affectus, ſi eius amici iniuriantem deformant, rogati vel iuſſi ab ipſo: imò & ſi eo ſciente, nec contradicente id faciant, aliàs ſecus.

Decimononò, eſt irregularis auertens aliquem à

liberando alio ab iniuſta deformatione,[a] quia ex ipſius opere illicito ad eam ordinato, ſequuta eſt quanquam nemo fiat irregularis ex ſola complacentia, quòd ali[u]s deformetur: id enim non ſequitur ex ea, [b] licèt in eo peccet. Nec conſequenter medicus, nolens curare infirmum qui ob id moritur, nec diues non paſcens, vel non veſtiens fame, vel frigore morientem: nec qui cùm poteſt, non opitulatur ei qui deformatur, niſi ſit iudex, aut qui ſuo officio ad id tenetur, [c] quia non ſequitur ex opere illicito iuſtitiæ lege: & omiſſio operum charitatis etiam obligantis ad mortale, non obligat ad reparationem damni, nec ad pœnas irregularitatis.[d]

132 Ex quo ſequi videtur, non eſſe irregularem eum, qui omittit aliquod trium prædictorum facere, etiam ſi omittat uoluntate, & deſiderio mortis eius, cui ſubuenire omittit, ſecundùm S. Anto. [e] quàmuis Sil. oppoſitum teneat, [f] & ante illum Ang. [g] citra tamen rationem, & textum idoneum: quia *cap. quantæ, de ſent, excom* quod Ang. adducit, & eſt fortiſſimum fundamentum omnium, quæ allegari poſſunt, non loquitur de irregularitate, ſed de excommunicatione: magíſque inducit præſumptionem quò ad forum exterius, quàm veram diſpoſitionem.[h]

233 Vigeſimò, eſt irregularis iubens, mandans, vel conſulens aliquem deformari illicitè, ſequuta deformatione,[i] ſiue ſtatim, ſiue multò poſt id fiat, antequam iuſſum, vel mandatum reuocetur expreſsè, vel tacitè per reconciliationẽ priſtinæ amicitiæ, ita vt in notitiã iuſſi, vel mandatarij veniat. [k] Quod ipſum producendum in iubente, mãdante, vel conſulente percuſſionem alicuius citra deformationem, ea ſequuta. [l] Dixi, & repetij ſupra *Illicitè*, quia ſecus ſi licitè, quicquid Silueſt. [m] ſubtiliter, ſed periculoſè dicat. Tum, quia tunc non ſequitur deformatio ex opere ſuo illicito. Tum, quia ex eius dicto inferretur, eum qui exercitum ad præliandum, & vincendum abſque alia intentione expreſſa, vel virtuali interficiẽdi cohortatur, eſſe irregulatem huius ſpeciei, cùm tamẽ non ſit etiam ſpeciei præcedentis [n] Idémq; cenſendum de ratificante deformationem ſuo nomine factam, quam antequam fieret, mandare poterat: quia

[a] *arg. ca. ſi quis viduam. 50. diſt. ca. periculoſæ de pœnit. diſt. 1.*
[b] *gloſſ. recept. d. c. ſi quis viduã.*
[c] *iuxta S. Anto. 3 part. tit. 28. cap. 2.*
[d] *per. d. in c. 24. nu. 5 & in Apolog. lib. de red. eccleſiaſtic. qu. 2. monito. 3.*
[e] *3 part. tit 28. c. 2. in princ.*
[f] *verb. homicid. 2. q. 5.*
[g] *verb homicid. 1. §. 17.*
[h] *vt diximus ſup. c. 24.*
[i] *cap. ſi quis viduam 50. diſt.*
[k] *iuxta Innoc. in c. ad audiẽtiam, de homic. communiter. recept. ibi, & Villad. vbi ſup. col. 32.*
[l] *c. fin. de homic. lib. 6. & glo. recept. ibidem.*
[m] *verb. homic. 2. q. 4.*
[n] *per probata ſup. n. 211.*

ratihabitio his duobus concurrentibus mandato cõparatur,[a] aliàs ſecus: vt ſi factum fuit alterius nomine, aut ſuo cùm eſſet infans, aut furioſus, qui mandare non poſſunt.[b] Hæc autem procedunt, ſiue is contra quem conſulitur, iubetur, vel mandatur, deformetur, ſiue is cui conſulitur, iubetur vel mandatur.[c] Inter conſulentem autem, & alios hoc diſtat, quód conſulens non ſatisfacit reuocando conſilium, tenetur enim perſuadere contrarium: nam conſilium datur gratia eius cui conſulitur, qui non tam citò credit ei qui contrarium priori conſilio ſuadet, quàm iuſſus, vel mandatarius mandanti, vel iubenti. Ex quibus colligitur, fuiſſe irregularem clericum, qui me pridem conſuluit, aſſerens, ſe cõſuluiſſe coniugi cuiuſdam abſentis quæ facta erat prægnans, certum modum abortiendi, & poſtea pœnitentiâ ductam reuocaſſe: ſed ipſa verita maritum regredientem, exequuta conſilium, abortiuit.

234 Vigeſimoprimò, non eſt irregularis, ſciens tractari de alicuius deformatione illicita, nec ſignificans illud ei, quàmuis peccet mortaliter, ſi nec dicto nec facto ad id iuuet, quicquid dicat Silu.[d] eſt tamen qui intereſt pugnæ iniuſtæ, auxiliando, incitando, vel exhortando ſuos, aut animos contrariis imminuendo, imò etiam cuſtodiendo veſtimenta, aut ſarcinas eorum, qui ad præliandum, aut deformandum iniuſtè ſeſe conferunt.

235 Vigeſimoſecundò infertur magiſtrum caſtigantem diſcipulum, non fieri irregularem etiamſi moriatur, ſi id circumſpectè faciat, aliàs ſecus,[e] & clericum ludentem cum clerico aut laico, qui decidens ſuo ſe cultello deformat, ſine alicuius notabili culpa, non fieri irregularem, ſi licito ludo licitè ludebat, aliàs ſecus.[f] Et tecta reparantem, aut lapides in alium locum iacientem ſi aliquem deformet, & dicto aut ſigno debitè non præmonuit illâc tranſituros, eſſe irregularem, alioqui ſecus.[g] Inſuper, iacientem lapides in ſues, aliáve animantia & quempiam deformantem, eſſe irregularem, ſi admiſit culpam non ſatis circumſpectè id faciendo, aliàs ſecus,[h] & clericum venantem aut baliſtra ſe exercentem, aliquem caſu deformando eſſe irregularem,[i] quòd intelligendum, de venatione aut exercitio

[a] *c. ratihabitionem, iuncto cap. ratũ de reg. iur. lib. 6. & ca. cum quis de ſent. excom. eod. lib. cui ſuffragatur gloſ. in ca omnes, 17. q. 4. quicquid ibi Arch. dicat.*

[b] *iuxta Ioann. And. & Pauor. in c. 1. de cõuerſ. infidel.*

[c] *iuxta Pan. in d. ca. ad audientiam.*

[d] *verb. homicidium: 1. q. 10. per dicta ſupra eod. c. nu. 232.*

[e] *ca. preſbyterũ, de homicid.*

[f] *c. lator, & cap. continebatur, de homic.*

[g] *arg. l. ſi putator, ff. ad l. Aquil. & c. ſi duo, & c. clerico, 50. diſt.*

[h] *gloſſ. d. cap. clerico.*

[i] *iuxta Ang. verb. homicidiũ, num. 2. §. 13. & Silu. eodem verbo, q. 7.*

ipſi illicitis, non autem de licitis Non enim omnis venatio, aut omne baliſtæ exercitium, eſt illicitum ei, vt illi præſupponunt.[a]

*[a] arg. glo. recept. in ca. 1. de cleric. venat & not. in ca. 1. de ſagit.*

Vigeſimotertiò, clericus introducens meretricem per tecta in domum ſuam, ſi decidens moriatur vel abortiat, fit irregularis: ſi verò introducat per viam planam, idémque contingat, minimè: licèt enim vtrumque opus ſit illicitum, & ex vtroque ſit ſecuta deformatio caſualis, prius tamen eſt ſufficienter ordinatum ad eam, poſterius verò nequaquam. Circumagitans inſuper campanam, cuius tintinnabulum ſolutum aliquem deformat, non eſt irregularis, ſi non fuit in culpa malè ligandi tintinnabulum, aliàs ſecus: vt quia campanarum curâ ipſi concreditâ, ad id obligatus erat.[b]

*[b] c. Ioannes cum ei adno. de hom.*

236. Vigeſimoquartò, iocans aut ſaltans cum grauida muliere, quæ ob id abortit, non eſt irregularis, ſi licitè id facit, vt frater, propinquus, aut amicus honeſtus: ſecus ſi illicitè, vt procus obſcœnus, clericus, aut monachus cui eiuſmodi ſaltatio eſſet prohibita.[c] Monachus quoque, vel clericus beneficiarius, aut ordine ſacro initiatus, videns furem ſurripientem & vociferans *latro, latro*, ſecutâ deformatione, eſt irregularis huius ſpeciei, ſi animo, vt deformaretur clamauit: aut credit quòd ſuperuenientes eum deformaturi erant, vel ad Iudicem vt deformaretur ducturi, aliàs ſecus.[d] Laicus autem, vel alius clericus idem faciens, eſſet irregularis præcedentis ſpeciei.

*[c] c. ſicut ex tuarum cum adnot. ei per Panor. de homic.*

*[d] ca. ſignificaſti, cum ei adnot. de homic.*

Vigeſimoquintò, eſt irregularis, qui dormiendo ſuffocat infantem in eodem lecto illicitè à ſe poſitum, aliàs ſecus. Quando autem id licitè fiat, & quando non dictum eſt ſupra.[e] Idémque cenſendum de mittente puerum ad puteum, aut flumen, vbi ſuffocatur. Inſuper de fugiente ictum vnius, & alterum propellente, qui deformatur, aliíſque id genus, quæ illicitè facta inducunt irregularitatem, aliàs non.

*[e] ca. 15. nu. 13.*

237 Vigeſimoſextò infertur, rectè dixiſſe Sotum, erraſſe Silueſtrum, dicendo irregularitatem incurri à clerico, qui cædendo alienam arborem, caſu aliquem interimit, etiam adhibitâ diligentiâ, quæ ipſum arborem propriam cædentem à culpa excuſaret. Rectè etiam

dixiſſe,

dixiſſe, non fieri irregularem monachum, eò quòd ſurſum verſus ipſo mouente campanam tempore prohibito, illius tintinnabulum aliquem occidat, dummodò eam diligentiam adhibeat, quæ ſufficeret ad excuſandum eum à culpa, ſi tēpore debito id faceret: licèt enim his duobus caſibus opus ſit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Vigeſimoſeptimò, eadem ratione recedo ab eodem Silu.[a] dicente irregularem fieri clericum, qui mercans illicitè, caſu quempiam occidit citra aliam culpam in id ordinatam: & limitandum eſſe Caiet. dicentem, quòd licèt clericus occidens caſu venando, ſi tantam diligentiam quantam laicus adhibet, ne homicidium ſequatur, non magis peccet, quàm ille, incurrit tamen irregularitatem, quam non ille: limitandum (inquam) eſſe, ne procedat in venatione, quæ ſuâ naturâ in homicidium non dirigitur (qualis eſt venatio paſſerum, & perdicum ad aucupis cantum, vel accipitris ſine armis, in prouinciis in quibus non eſt prohibita: licèt clericus peccaret id faciendo, tempore quo diuinis intereſſe tenetur) neque ſi rogatus, vt ſe venantem comitaretur, fulminis ictu periret. Dixi, *Limitandum*: nam ſaluari poteſt in venatione Vrſorum, Aprorum, & Ceruorum, quæ armis exercetur, ſi mors per illa contingeret.

[a] *verb. homicidium, 3. q. 2.*

238 Vigeſimooctauò, non fit irregularis monachus minor peccans equitando, eò quòd mula manſuetiſſima cui inſidet, citra ſuam aliam culpam puerum occidat: quia culpa inſeſſionis eiuſmodi, nullatenus dirigebatur in eiuſmodi mortem, & adulter qui à marito cum vxore deprehenſus ſui defenſionis cauſa, eum occidit, eſt irregularis,[b] quia adulterium eſt actus illicitus, & ſufficienter directus ad mortem inferendam, attentâ maritorum procliuitate, & conſuetudine interficiendi adulteros, ſuaſque vxores: & lege permittente certis caſibus patri, ac marito eos, & adulterantes occidere:[c] eadémque ratione clericus adulter fit irregularis, ſi maritus ob id occidat vxorem, ſecundùm meam opinionem, quam felicis recordationis Pius V. probauit, cùm in ſacra Pœnitentiaria id controuerteretur.

[b] *dixi ſup. c. 15. nu. 7. ſecutus S. Ant. 3. part. ti. 5.*

[c] *arg. l. patri, l. marito, ff. ad l. Iul. de adult. & l. Gracchus C. eod.*

# De diſpenſatione Irregularitatis.

Summæ.

239 *Miſſam quis irregularis iuſtè dicat.*

239 *Diſpenſare poteſt, ſed non ſolet, Papa, in irregularitate homicidij voluntarij.*

239 *Homicidium voluntarium exactè definitum, & cum quo diſpenſat Epiſcopus n. 240.*

239 Licet facere ſacrum poſt debitam contritionem, & confeſſionem ante diſpenſationem ei, qui occultiſſimè occidit alium, & probabiliter eſt certum, creditum & infamatum iri eum illud feciſſe, niſi celebret: lex enim naturalis, & diuina de defendenda ſua fama, præſtat legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate. [a] An autem idem ſit dicendum de excommunicato occultiſſimo in ſimili periculo infamiæ conſtituto, & moniali incidente occultiſſimè in cenſuram Papalem, vt ante moram petendi abſolutionem poſſit communicare, quando aliæ ad id tenentur, ac intereſſe choro, & alijs, à quibus ſi abſtineret, fama eius, & monaſterij periclitaretur? reſpondeo affirmatiuè, eadem ratione.

[a] *per dicta ſup. c. 7. nu. 2. & 3. & cap. ſicut, de conſec. diſt. 1.*

Atqui, tam mala eſt quò ad forum conſcientiæ hæc irregularitas occulta, quam publica, per dicta ſup. [b] vbi allegauimus Concil. Trid. [c] quo Epiſcopis nouè conceditur facultas diſpenſandi ſuper quacunque irregularitate deſcendente ex quouis delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Super diſpenſatione verò deſcendentis ex voluntario, idem Concil. [d] ſtatuit in hæc verba.

[b] *eod. n. 194.*

[c] *ſeſſ. 24. c. 6.*

[d] *ſeſſ. 14. c. 7. de reform.*

*Cùm etiam qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari auelli debeat: quia ſua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poßit, nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiamſi curam non habeant animarum conferre liceat: ſed omni ordine ac beneficio, & officio eccleſiaſtico perpetuò careat. Si verò homicidium non ex propoſito, ſed*

*caſu vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quam ob cauſam etiam ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcunque ac dignitates iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, diſpenſare poſſit.*

Ex quibus elicitur primò, ante prædictum Concil. non licuiſſe Epiſcopis, diſpenſare ſuper hac irregularitate publica, neque occulta.

Secundò ex *d.c.* 7. colligitur duplex homicidium voluntarium illicitum. Alterum, in ſe intentum, ſuper quo ſtatuitur, ne diſpenſetur. Alterum, intentum in ſe causâ defenſionis. Nam verſ. *ſi verò* ponit duplex genus homicidij illiciti, caſuale nimirum, & factum causâ defenſionis, quod intelligendum eſt, de intento in ſe, licèt causâ defenſionis: alioqui enim ſuperflueret, quia contineretur ſub caſuali altero membro diſiunctiuæ. Et quidem, homicidium intentum in ſe causâ defenſionis, licèt ſit illicitum ob exceſſum inculpatæ tutelæ, non tamen eſt indiſpenſabile, quod eſt quotidianum in praxi.

Tertiò, ex eodem cap. 7. & iis quæ aliàs hîc, ac priùs in principio *diſt.* 1. *de conſec.* dixi, poteſt definiri homicidium voluntarium, ſuper cuius irregularitate diſpenſandi poteſtas excipitur in omnibus facultatibus diſpenſandi ſuper irregularitate, factis tam ſummo Pœnitentiario, quàm legatis, Cruciatarum Commiſſariis, & quibuſuis aliis, eſſe homicidium illicitum, intentum in ſe, ſaltem æquipollenter, aliàs quàm vitandæ mortis cauſa ab eo, qui pro diſpenſatione ſupplicat. Dixi, *Illicitum*, ad differentiam eius quod non eſt licitum, quale eſt factum ab infante vel furioſo. [a] Eius item, quod eſt iuſtum, quale eſt quod miniſtri militiæ, vel milites in bello iuſto iuſtè faciũt, de quo ſupra in quarta ſpecie. Ex quo videtur inferri prædictos, & alios, quibus ſit facultas diſpenſandi ſuper omni irregularitate, excepta ea quæ naſcitur ex homicidio voluntario, poſſe diſpenſare ſuper ea quæ naſcitur ex homicidio iuſto, cùm ſolum homicidium iniuſtum dicatur volũtarium, per prædictam definitionem. Dixi, *Intentum in ſe*, quia

[a] *c. illud.* 15. *q.* 1.

non ſufficit, eſſe intentum in cauſa, quale eſt omne caſuale producens irregularitatem, ſecundùm S. Thom. recept. [a] Dixi, *Saltem æquipollenter*, ad includendum illud, quod non eſt quidem intentum in ſe, ſed in cauſa, adeò propinqua morti, vt mortaliter vix ſint patibilia, velle illam cauſam, & nolle occidere. Cuiuſmodi ſunt nolle occidere, & venenum quod ſcit eſſe mortiferum propinare, vel ferire enſe ſtrictim, vel punctim circa præcordia, vel caput, etiam cæſim. Dixi, *Aliàs quàm, &c.* ad excludendum intentum, ob defenſionem vitandæ mortis cauſa. [b] Dixi, *Ab eo, qui pro diſpenſatione ſupplicat*, quia non ſufficit vt intendatur ab alio: fit enim ſæpe, quòd idem homicidium ſit voluntarium vni, non etiam alteri, quale eſt, quod facit Petrus percutiendo alium animo occidendi, mandante Ioanne, vt aliquam iniuriam leuem citra deformationem verbo vel facto irroget: Illud enim Petro eſt voluntarium, Ioanni non. Et contra, quod famulus facit propinando potum veneno infectum animo iocandi, mandato heri perſuadentis eſſe ſolo ſale inſperſum, id enim famulo non eſſet voluntarium, hero ſecus. Quæ definitio fundatur, tum in d. c. 7. quatenus tribus locis ſignificat omne homicidium indiſpenſabile eſſe intentum in ſe, putà, ibi, *Per induſtriam*, vel *per inſidias*, & ibi, *Voluntate ſua*, & ibi, *Ex propoſito*. Tum, quia S. Tho. receptus [c] ait voluntarium differre à caſuali, eo quòd ſit intentum in ſe, caſuale verò, in cauſa tantùm. Tum, quia longè magis peccat, qui intendens occidere, occidit, quàm qui non intendens illud facere, id facit. Adeò quidem, vt occidens ſine animo occidēdi, minùs peccare dicatur, quàm vulnerans animo occidēdi: [d] quia hic eſt in dolo, ille in culpa. dolus autē præponderat culpæ. [e] Tū, quia mandans vulnerare aliquem citra mortem, licèt mādatarius occidat, nō debet pœna ordinaria mortis puniri, ſed minori, ſecūdùm Communē, quā poſt plurimos alios ſequitur Dec. [f] & Alciat. [g] idque non alia ratione quàm quia nō intendebat occiſionē. Ergo qui occidit quempiam, non intendens occidere, non incurrit irregularitatem indiſpenſabilem, quam incurrit intendens occidere, quum ſecundum menſuram delicti, debeat eſſe plagarū modus. [h] Tum, quia *ca. fin. de homic. lib. 6.* quod maximè

[a] 2. 2. q. 64. art. fin.
[b] pec d. 7. c.
[c] vbi ſup.
[d] l. 1. §. diuus, ff. de ſicar. facit l. 1. & l. is qui, C. eod.
[e] l. item ſi obſtetrix, §. fin. ff. ad l. Aquil.
[f] conſil. 6. 22.
[g] in l. magna negligentia, ff. de verb. ſign.
[h] Deuter. 25. & cap. non afferamus, 24. q. 1.

huic aduerſatur, non probat mandātem percutere citra mortem, ea conſequutâ, eſſe homicidam voluntarium, aut irregularem irregularitate indiſpenſabili, ſed tātum eſſe irregularem, quod & nos fatemur. Tum, quia nullo iure probat. Caiet. [a] percutientem in vtero prægnantem, ſine animo cauſandi aborſum, ſi ille ſequatur, eſſe homicidam voluntarium. Et facientem ſine animo occidendi aliquid, ex quo vt plurimùm ſequitur mors, illâ ſequutâ, eſſe, homicidam voluntarium: quia id maximè fundat in *d. c fin.* & in dictis S. Thom. quod autem in *d. c. fin.* non probetur, ſupra probatum eſt. Atqui, quòd dicta. S. Thom. id non probent, probatur eo quòd ait, in corpore quæſtionis, omne quod non eſt intentum in ſe, ſed in cauſa tantùm, eſſe caſuale, & 2. argu. ac eius ſolutione, ſentit homicidiū percutientis in vtero prægnantem, ſine occidendi animo, eſſe caſuale, licèt puni- bile, & non voluntarium. Tum, quia ſi *d. c. fin.* probaret quod ait Caiet. probaret quòd etiam faciens id ex quo non ſequitur vt plurimùm homicidium, eſſet homicida voluntarius: quia vt plurimùm non ſequitur mors ex percuſſione nolentis occidere: nam & experientiâ [b] diſcimus, ex percuſſione volentis occidere, ſæpius non ſequi mortem, quàm ſequi. Tum, quia *in cap. ſignificaſti. 2. de homicid.* clarè ſignificatur diſpenſandum eſſe cum clerico, qui percuſſit ſacrilegium ligone citra animum occidendi, licèt ob id ab aliis fuerit occiſus. Tum denique, quòd, vt ſupra ponderatum eſt, prædictum *cap.* 7. probat non omne homicidium illicitum intentum, in ſe, eſſe indiſpenſabile, aſſerens, non eſſe tale intentum cauſâ defenſionis.

Quartò elicitur, poſt prædictum Conc. non poſſe Epiſcopum diſpenſare cum homicida voluntario ad vllos ordines, vllúmve beneficium, etiam ſimplex, [b] quàmuis cum alio poſſet diſpenſare quò ad ordines minores, [c] necnon ad beneficium, [d] modò ſit ſimplex [e] Inſuper, ad retinendum curatum iam obtentum, licèt non ad obtinendum. [f]

[a] *in d. art. fin.*

[b] *vt diſponitur in d. c. 7.*

[c] *iuxta not. in c. ad audientiam, de homic.*

[d] *per c. 2. de cler. pug. in duell. omnium iuris optimum, iuxta Anan. ibidem.*

[e] *iuxta Panor. ibid. & Felin. in d. ca. ad audientiam.*

[f] *iuxta Dec. in cap. at ſi §. 1. de iud. nu. 16. concordantem ſic opiniones contrarias.*

## De irregularitate delicti accipiendi, aut exercendi malè ordines.

Summæ.

241 *Irregularis vt ſit ordinatus, aut ordine vtens in cenſuris, vel ab Epiſcopo cenſurâ irretito, extra tempora, aut vtens ordine non habito, & duobus ſeq.*

242 *Ordinatus per ſaltum, etiamſi primo ſaltu ex laico fiat presbyter, verum ordinem ſuſcipit.*

241 Irregularis eſt, qui ſciens, aut ſcire debens ſe eſſe excommunicatum, excommunicatione maiore interdictum, aut ſuſpenſum ſaltem à ſuſcipiendis ordinibus, ordinatur. [a] Dixi, *Excommunicatione maiore*, quàmuis enim minor ſufficiat ad peccandum, non tamen ſufficit ad irregularitatem incurrendam. [b] Dixi, *Vel debens ſcire*, nam ignorantia craſſa non excuſat, [c] qualis eſt eius qui ad conſtitutum diem ſub pœna excõmunicationis fuit citatus, nec comparuit, poſtea verò celebrat, neſciens ſe à iudice fuiſſe excommunicatum, vbi de conſuetudine eiuſmodi contumaces excommunicantur. [d] Neque Epiſcopus in hac poteſt iure antiquo diſpenſare, niſi cum ingrediente religionem, poſt bonam aliquanti temporis conuerſationem. [e] Dixi, *Iure antiquo*, nouo ſiquidem Tridentino, [f] poteſt, ſi delictum ita celebrandi eſt occultum, erit autem occultum, ſi excommunicatio eſt occulta, licèt celebratio ſit publica: [g] nam quàmuis actus celebrãdi ſit publicus, nõ eſt tamen publica eius malitia: vt in ſacro Pœnitentiariæ Prætorio definitum fuit.

Irregularis etiam eſt qui quatuor ordines minores, & ſubdiaconatum vno eodémque die ſuſcipit, [h] licèt conſuetudine excuſari poſſet, iuxta ſanctum Antonium [i] vt ſupra [k] diximus. Et à fortiori, ſi duos ſacros ordines ſuſcipit, quàmuis Epiſcopus poſſit indulgere vſum aliorum priùs ſuſceptorum: [l]

Inſuper, eſt irregularis ordinatus ab Epiſcopo qui à ſe abdicauit epiſcopatum ſuum quò ad locum, & dignitatem, [m] ſciens, aut debens ſcire eius abdicationem, quàmuis de facultate ſui Epiſcopi ordinetur. [n]

Qui porrò ab epiſcopo excommunicato, interdicto, aut ſuſpenſo, ſimoniaco, ſchiſmatico, hæretico, depoſito, aut degradato ordinatur, eſt irregularis, quàm-

[a] *cap. 1. de eo, qui furt. ordin. ſuſcep. & cap. cum illorum de ſent. excom.*
[b] *ca. ſi celebrat, de cler. excom. miniſt.*
[c] *c. Apoſtolicæ, de cler. excom.*
[d] *iuxta Anch. in d. cap. Apoſtolicæ receptum etiam per Villadieg. colum 4. vbi ſupra.*
[e] *c. fin. de eo qui furt. ord.*
[f] *ſeſſ. 24. c. 6*
[g] *arg. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. act.*
[h] *ca. 2. eod. tit.*
[i] *3. part. tit. 14. cap. 16. §. 16.*
[k] *c. 25. num. 71.*
[l] *d. c. 2. de eo qui furt.*
[m] *c. 1. de ord. ab epiſc. ren.*
[n] *iuxta omnes cap. ſecundum. 19. diſtinct. cap. quod quidam §. quàmuis, & §. ſciendum 1. quæſt. 7.*

nis enim characterem ſuſcipiat, [a] non tamen exequutionem: ſiquidem qui eam non habet, alteri dare non poteſt, modò ſit denunciatus talis, [b] & ad id iuſto timore non cogatur. [c] Poteſt autem Epiſcopus diſpenſare cum eo qui ignorans denunciationem, ordinatur.[d]

Atqui ordine ſacro ordinatur ante legitimam ætatẽ, aut extra tempora legitima, vel abſque literis dimiſſoriis, licèt non ſit irregularis, eſt tamen ipſo iure ſuſpenſus, & ſi antequam abſoluatur, eum exerceat, fit irregularis.

242 Quàmuis autem qui per ſaltum ordinatur, accipiendo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinem ſuſcipiat, etiam ſi primo, ſaltu ex laico presbyter fiat, [f] eſt tamen ſuſpenſus, & prætermiſſum ordinem citra diſpenſationem accipere nequit. Poteſt tamen Epiſcopus antequem accepto vtatur, diſpenſare, vt prætermiſſum ſuſcipiat, & poſtea ambobus vtatur, at ſi priuſquam diſpenſetur, vtatur accepto, aut prætermiſſo, videtur talis irregularis, cum quo ſolus Papa ad maiorem ordinem diſpenſat, ſi cognito errore, id fecit: ſi autem per ignorantiam, Epiſcopus poteſt: imò & ſi ſcienter vſus fuerit ad exercendum acceptum, quàmuis non ad maiorem ſuſcipiendum. [g]

Irregularis denique eſt ordine quem non habet vtens, [h] modò illo vtatur ſeriò, non ioco, [i] & tanquam ordinatus eo, non autem vt laici ex conſuetudine interdum exercent officium minorum ordinum: [k] aut non initiatus presbyterio, citra conſuetam ſolemnitatem, vt alius baptizat, vel nondum ſubdiaconus, epiſtolam cantat ex choro, ſeu altari, etiam cum dalmatica, ſed ſine manipulo aut cum eo, vbi inualuit eiuſmodi conſuetudo. [l] & Villadieg. [m] aſſerit fratribus mendicantibus eſſe conſuetudinẽ eam dicere etiam cum manipulo, ſecus enim ſi ſolùm executione careret, eo quòd in ordinatione aliqua ſolennitas accidentalis defuit: licèt enim peccet, vtendo antequã illa ſuppleatur, [n] non tamen fit irregularis. Quinimo pridem reſpondi, quòd quãuis clericus primæ tonſuræ qui ſolénìter cãtauit epiſtolã cum manipulo tanquã ſubdiaconus, vbi non erat conſuetudo cantãdi eam cũ illo, niſi ſubdiacono, ſit

[a] *per prædicta, & per c. gratiã, & c. ſtatuimus.* 1. & 2. 1. q 1.
[b] *per extrauag. ad euitanda, relatam ſup. cod. num.* 35.
[c] *arg. c. conſtat,* 1. q. 1.
[d] *arg. cap. fin. de ordin. ab epiſcop. & ca. ſtatuimus & ca. ſi à ſimoniacis* 1. q. 1.
[e] *per extrau. cum ex ſacrorum, citatam ſup. c.* 25. *n.* 70. *& in hoc. num.* 155.
[f] *iuxta gloſſ. ca. ſolicitudo.* 52. *diſt. & cap.* 1. *de cler. per ſalt. pro-mo[...] recept. communiter.*
[g] *arg. c.* 1. *& eorum quæ poſt alios ab annotat. Pan. de cler. per ſalt. promot. & Silu. verb. irregularitas, q.* 11.
[h] *c.* 1. *de cler. non ordin. miniſt.*
[i] *arg. c. illud,* 15. *quæſt* 1.
[k] *iuxta S. Th. in* 4. *diſt.* 24. *& S. Anton.* 3. *part, tit.* 28. *ca.* 1.
[l] *iuxta S. Anto. vbi ſup.* §. 3.
[m] *vbi ſup. col.* 42.
[n] *ca.* 1. *de ſacra, non iter cum annot. ibi.*

irregularis : in foro tamen animæ, non eſt talis, ſi noluit id facere tanquam ſubdiaconus, licèt in foro exteriori putaretur talis, quia præſumeretur id feciſſe, vt ſubdiaconus. Cæterùm, laicus audiens ſeriò confeſſionem ſacram, & abſoluens ſimulando ſe presbyterum, fit irregularis, per prædicta : quia ſolemniter facit actum appropriatum & deputatum ordini presbyterali, quo caret.

243 Irregularis etiam eſt, violans interdictum generale, aut ſpeciale, locale, vel perſonale, ſepeliendo, adminiſtrando ſacramenta, aut celebrando diuina officia ſic, vt opus peculiare alicui ordini faciat, vt dictum eſt. [a] Dixi, *Clericus* : quàmuis enim laicus ſæpe peccet mortaliter, violando interdictum, nunquam tamen irregularitatem incurrit.[b] Dixi *Interdictum*, quia ſecus de ceſſatione non mixtà interdicto, vt dictum eſt ſupra.[c]

Solus autem Papa cum tali vt aſcendat ad maiorem ordinem diſpenſat, quàmuis ad vſum accepti, poſſit Epiſcopus, Panorm. aſſertore.[d]

## De irregularitate ex delicto violandi cenſuras celebrando.

### Summæ.

244 *Irregularis vt ſit cenſurâ innodatus celebrando, actúmve ordini proprium agendo.*

244 Excommunicatus porrò excommunicatione maiore, interdictus, aut ſuſpenſus, qui ſciens aut ſcire debens, celebrat officia diuina, faciendo ſolemniter aliquid alicui certo ordini ſuo deputatum, tanquam ordinatus tali ordine, vel audit authorando, eſt irregularis.[e] Dixi, *Excommunicatione maiori* : minor enim in id non ſufficit.[f] Dixi, *Sciens*, ad excludendum per ignorantiam probabilem hoc facientem, & includendum per craſſam facientem.[g] Dixi, *Diuina officia* : quia peragendo alia, putà, audicando, viſitando, caſtigando, præſentando, eligendo, confirmando electum, & id genus alia faciendo, non incurritur: quum id nullibi caueatur,

[a] *eod. c. n. 190.*
[b] *vt ſup. eod. c. n. 187. dictum eſt.*
[c] *eod. ca. n. 188.*
[d] *in c. 1. de cler. non ord. miniſt.*
[e] *iuxta Comm. quam Oſt. Ioan. And. Panor. & alij tenent in ca. 2. de cler. excom. miniſt. Et probatur de excommunicatio in ca. ſi celebrat. à cõtrario ſenſu, eod. tit. & de ſuſpenſo in cap. 1. de re iudicat. lib. 6.*
[f] *per d. ca. ſi celebrat, de cler. excom. miniſt.*
[g] *arg. c. Apoſtolicæ, cum ei adn. eod. tit.*

upna

& ita nõ ſit dicendũ.[a] Dixi: *Aliquid alicui certo ordini ſuo*, ad excludendũ, iuxta doctrinam Innoc.[b] receptã communiter, eos qui recitãt aliquas horas, etiam canonicas, & reſponſoria ad ſepulchra mortuorum cantant, aut pſalmos in choro, quod etiam conſueuerunt laici facere, aut ferunt cereos, vel quippiam aliud minoribus ordinibus annexum faciunt, quæ merè laici facere conſueuerunt.[c] Dixi, *Solemniter*, ad excludendum decantantem Epiſtolam, aut Euangelium citra apparatum ſolitum, vt proximè dictum eſt. Dixi, *tanquam ordinatus tali ordine*, ad includendum hebdomadarium, qui tanquam ſacerdos capitulum dicit, ac orationem in choro, & aquam ſolenniter benedicit. Quod Sil. declarat.[d] Dixi, *Vel audit authorando*, ad includendum prælatum, aut dominum qui ligatus aliquâ cenſurâ coram ſe quempiam celebrare facit, ſiue ſit ligatus eâ, ſiue non: aut aliquem ligatum, licèt ipſe non ſit ligatus.[e]

245 Non diſtinguimus autem vt plerique, inter ſuſpenſum quò ad ſe ſolùm, & ſuſpenſum quò ad ſe, & quò ad alios: loquimur enim, de ſuſpenſo ſuſpenſione propriâ, quæ eſt ſpecies cenſuræ eccleſiaſticæ, ſup.[f] definita, qualis non eſt ea, quam peccatum mortale, vel irregularitas inducit: vt ibidem dictum eſt.

Et quidem in hac irregularitate ſolus Papa diſpẽſat.[g]

## De Irregularitate ex delicto iterandi Baptiſmum.

### Summæ.

246 *Irregularis eſt bis baptizans, aut bis baptizatus, numero 247.*

246 Irregularis præterea eſt, qui ſciens ſe eſſe baptizatum, iterum ſe permittit baptizari,[h] & qui rebaptizat quem ſcit eſſe baptizatum,[i] niſi ignorantia probabilis & iuſta foret: iuxta Scotum,[k] & Card. S. Xiſti.[l] quàmuis gloſſ. Arch. & citati per eum aliter[m] dicant. Quin & dubium probabile excuſat, non enim monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum.[n] Igno.

[a] *c. legatur, 24. q. 2. & c. Is qui de ſent. exco. li. 6*
[b] *in c. fin. de exceſſ. prælat.*
[c] *vt S. Tho. & Anto. citati ſup. proximè dixerũt*
[d] *verbo irregularitas, q. 13.*
[e] *iuxta glo. ſing. in cler. 2. de priuileg. verb. celebrare, cõmendatã per plurimos.*
[f] *eod. c. n. 151.*
[g] *Inn. & Com. in c. 1. de re. iud. lib. 6. adiunctis, quæ dicit in c. 1. de ſent. exc. eod. lib. & ca. fin. de exceſſ. prælat.*
[h] *c. eos, de conſecr. diſt. 4.*
[i] *cap. 2. de apoſta. etiam ignoranter cap. qui bis ignorãter, de conſecra. diſt. 4.*
[k] *in 4. diſt. 6. q. 8*
[l] *in d. c Qui, bis.*
[m] *Ibi per illum text. cui nos ibi noue reſpõdimus*
[n] *c. ſolemnitates, 1. de conſe. diſt. 1. & c. 1. de cler. per ſalt. pro.*

rantia porrò probabilis eſt ei, qui adhibitâ diligentiâ debitâ, ſcire non potuit, an qui offertur, ſit baptizatus, necne, iſque baptizandus eſt ſub ea conditione, *ſi non es baptizatus, ego te baptizo:*[a] eiuſmodi tamen non eſt ei, qui ſcit eum natum ex parentibus Chriſtianis, & educatum inter Chriſtianos, qui infantes recens natos baptizant: debet enim, credere eſſe baptizatum.[b]

Parochus tamen[c] non debet iteratò baptizare, quem obſtetrix baptizauit, donec cognoſcat ex ea an & quomodo baptizauerit: ſi verò cognouerit eam ſcire baptizare, & baptizaſſe rectè, debet alia omnia ſupplere, at non baptizare, etiam ſub conditione *ſi non eſt baptizatus, &c.* quoſdam tamen qui ſic baptizarunt bona fide, reſpondi pridem non fuiſſe irregulares, quò ad forum exterius, licèt peccauiſſent: quia verè non baptizarunt cùm conditio eſſet de præterito, vel præſenti, eiuſmodi autem ſi falſa ſit, facit ceſſare actum.[d] Et quia intentio eorum non fuit iterare baptiſmum, actus verò agentium non operantur vltra intentionem eorum.[e]

213 Idémque iudicium eſt de iteratione reliquorum ſacramentorum characterẽ imprimentium, confirmationis nimirum & ordinis, ſecundùm S. Ant. per *c. dictũ de conſ. diſtinct.* 5 quod agit de bis confirmatis, & *cap.* 1. 68. *diſtin.* quod agit de bis ordinatis, licèt Scotus,[f] oppoſitum teneat, cuius opinio etſi iuri ſcripto aptior videatur, conſuetudini tamen illud interpretanti aptior eſt S. Ant. ideóque tenenda.[g]

[a] *c. 2. de Bapt.*
[b] *c. Veniens, de presb. non bapt.*
[c] *vt diximus in d. c. Qui bis.*
[d] *l. Cum ad præſens ff. de reb. cr. cum gloſſ. & cit. in ea.*
[e] *l. Non omnis, ff. eod.*
[f] *in 4. diſt. 7. qu. vlt. communiter recep.*
[g] *arg. c. Cum dilectus, & c. fi. de conſuet.*

## De Irregularitate ex delicti notorietate.

Summæ.

248 *Irregularem ſola enormitas peccati non facit, quid aliud requiratur, num.* 249.

249 *Sodomita non eſt irregularis, ſed hodie grauiſſimè punitur. &* 250.

250 *Matrimonialis copula quando conſummetur.*

250 *Iuriſconſulti partes non ſunt ad quæſtionem facti reſpondere.*

[illegible] *Inhabilis ad vnum, eſt inhabilis ad illi annexum.*
251 *Collatio beneficij facta irregulari nulla.*
251 *Irregularis an omnis incapax beneficij.*
251 *Irregularitas nulla inducit priuationem beneficij iam quaſiti, ipſo iure.*
252 *Irregularitas omnis ordinum vſu priuat.*
252 *Irregularitas pœna maior excommunicatione minore. nu. 253.*
253 *Commiſsio veluti & mandatum expirat morte committentis.*
253 *Mandatum & commiſsio alteri facta, re integra an expiret morte mandantis.*
254 *Confeſsionem quæ gratiam continet, non expirare morte mandantis, vt intelligendum.*
254 *Irregularitas non eſt cenſura, nec abſolutio eius neceſſaria eſt ad peccatorum abſolutionem.*
254 *Confeſſarius quis per bullam electus tollit irregularitatem.*
255 *Occultum & pœnè occultum quid, ac quotuplex.*
255 *Qualitas adiuncta verbo, iuxta eius tempus intelligitur.*
255 *Publicum quid, & quotuplex.*
255 *Mentalia ſola de ſui natura non ſunt probabilia.*
255 *Diſpenſat vt Epiſcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla Confeſſarius.*

248 Irregularis quoque eſt, qui notorrio crimine enormi, & digno depoſitione, notatur. [a] Dixi, *Notorio*: nam vt notorium ſit, requiritur. Quod autem ſit illud, dictũ, eſt ſupra. [b] Quibus eſt conſequens, non ſufficere quòd probari poſſit, aut ſit fama de eo, vel ſit confeſſum extraiudicialiter, vt S. Ant. dixit. [c] Dixi, *Depoſitione digno*: aliàs enim ſecus, vt dictum eſt.

Crimina autem depoſitione digna, ſunt adulterium, & omnia alia maiora illo, concubinatus diu continuatus, præſertim notorius, ſtuprum virginis, & alia non abſimilia.

Non autem ſufficit quæcunque enormitas ſine notorietate, quàmuis contradixerint gl. *in cap. fin. 25. diſt. & c. ex tenore, de temp. ordin.* Villadieg. [f] Ang. & Silu. [g] poſt S. Anton. [h] perperam iniicientes magnos ſcrupulos mul-

[a] *d. c. fin. de temp. ord.*
[b] *c. 25. n. 73.*
[c] *3. part. tit. 28. c. 6. §. 7.*
[d] *vbi ſup.*
[e] *de quibus latè Pan. & alij, in c. at ſi clerici §. 1. de iudi. & Aret. in cap. cum non ab homine. eod. tit. gloſſ. in ſumma. 1. qu. 8. & c. 1. 81. diſtinct.*
[f] *vbi ſup. col. 35.*
[g] *verbo irregularitas, q. 4.*
[h] *vbi ſup.*

tis eccleſiaſticis, qui delicta enormia occultiſſima commiſerunt. Tum, quia eis aduerſatur d. *cap. ex tenore*, vbi expreſſè hoc ait Inno. Tum, quia Bartholom. Brixien.[a] tenet contra eam, inducendo *ca. fin. de temp. ord.* per quod nouè declarauit Greg. IX. nulla crimina occulta præter homicidium facere irregularem. Tum, quia hoc probatur per *cap. is qui, de ſentent. excom. lib. 6.* quatenus aſſerit nullum crimen quantumlibet graue, irregularitatem inducere, niſi de quo id à iure ſpecialiter ſtatuatur, vt hunc effectum habeat, vt homicidium. Tum, quia nullo ſolido fundamento nituntur contradictores: ſolùm enim nituntur auctoritate Bernard. Oſt.[b] Spec.[c] & Ioan.[d] quos licèt Ant. ſequatur,[e] contra tamen tenet in d. *cap. Ex tenore*, ſequutus ibi Innoc. Speculator etiam vltimo loco, num. 18. refert opinionem Vincentij contrariam. Tum denique, per ea quæ adducit contra illos Aret.[f]

249 Quæ conſequitur, crimen occultum ſodomiæ, licèt nefandum, non inducere irregularitatem: quàmuis Specul.[g] cõtra teneat, niſus opinione ſupra reiecta; tum, per prædicta. Tum, quia vt dictum eſt, enormitas non ſufficit, nec requiritur inducendæ irregularitati, hæreſis, n. mentalis, enorme crimen eſt, & multò maius, quàm quædam alia inducentia irregularitatem S. Thom. aſſertore[h] necnon deſperatio, iuxta eundem,[i] & multò enormius odium Dei,[k] quorum tamen nullum irregularitatem inducit: alia verò longè minora eam inducunt.[l] Imò & interdum opera bona.[m] Tum, quia nunquam vidi, nec audiui diſpenſationem ſuper hoc à Sede Apoſt. indultam fuiſſe. Tum, quia Aret.[n] ex profeſſo hæc tractans, irrefragabiliter id comprobat. Nec me in contrarium mouent illa plurima, quæ diligentiſſimè tradit præfatus Illuſtriſſ. Præſes,[o] nam vt ipſemet fatetur, non eſt de caſibus expreſſis in iure, extra quos non incurritur irregularitas, vt dictum eſt[p]

Dubitari nihilominus poſſet, an incurrat eam iure nouo extrauag. Fel. re. Pij V. cuius tenor quò ad hoc ſequitur.

*Omnes & quoſcunque presbyteros, & alios clericos ſeculares & regulares cuiuſcunque gradus & dignitatis, tam dirum nefas (putà ſodomiæ) exercentes, omni priuilegio clericali, omnique*

[a] *in addit. gl. in d. c. fi. 35. diſt.*
[b] *in c. Niſi, §. 1. de renun.*
[c] *in tit. de Diſpenſ. §. iuxta n. 17.*
[d] *in c. vlt. 25. diſt.*
[e] *in d. c. niſi, § 1.*
[f] *in d. c. Cùm non ab homine, col. 13. & duabus ſeq.*
[g] *in d n. 17.*
[h] *2. 2. quæſt. 11. art. 3.*
[i] *ibi quæſt. 20. art. 3.*
[k] *ibidem q. 34. art. 2.*
[l] *c. Presbyterũ, c. continebatur, de homic.*
[m] *vt ſup. n. 206*
[n] *vbi ſup.*
[o] *in Clem. 1. de homic. 1. part. n 6.*
[p] *per d. c. Is qui.*

*officio, dignitate, & beneficio eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuamus. Ita quòd per iudicem eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſeculari tradantur.*

Ad quod dico, primò, non inducere illam quò ad laicos: quum non meminerit illorum.

Secundò, quòd nec quo ad clericos, ſi teneamus pœnas eius ipſo iure non incurri: quod tamen teneri non poteſt, ob illa verba, *Præſentis canonis auctoritate priuamus,* quæ cùm ſint præſentis temporis, inducunt ipſo iure pœnam.[a]

Tertiò, illam non includere quemcunque clericum ſodomitam, ſed duntaxat exercẽtem, quod verbum dixit mihi S.D.N. Greg. XIII. de induſtria poſuiſſe in ea Matthæum Contarellum Datarium ſuum, qui à me cõſultus, idipſum reſpondit.

250 Ideóque arbitror tantùm comprehendere eos, qui quaſi vſu continuato id exercent,[b] per quem Barthol.[c] quem ſequitur Pan.[d] dicit artificem, vel mercatorem non dici eum qui ſemel, aut iterum, artem vel mercaturam exercet, ſed qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali, ſicuti etiam erro & abigeus non dicitur quis ob vnum, vel alterum actum,[e] & ita temperanda videtur *d. extrauag.* ſaltem quò ad forum conſcientiæ, vt ſolùm comprehendat eum qui ſic labitur in præfatum crimen, vt boni viri arbitrio dici poſſit exercitor eius, non autem qui aliquoties labitur & pœnitet eum lapſus.

Quartò cupienti mihi vt ſolùm forum exterius reſpiceret, idem Sanctiſſimus reſpõdit, etiam interius reſpicere, quum non fundetur ſuper præſumptione, nec ponat diſcrimen inter vtrumque forum.

Quintò, etiam videtur temperanda, ne comprehendat omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ comprehendit omnem pollutionem extraordinariam, ſecundùm S. Th.[f] neque exercẽtem omnem actũ ſodomiticum, qui comprehẽdit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinarium, ſecundùm eundem,[g] ſed ſolùm habẽtem copulam ſodomiticam, argum. *c. final. de ſponſal* quod habet, non conſummari copulam, niſi intra vas naturale ſemen effundatur, & *cap. extraordinaria. 35. qu. 2.* quod habet, ex tali pollutione

*[a] cap. excom. de hæret. & multa capitula Bullæ Cœnæ inſertæ ſup. eod. n. 52. & tradit. Fel. in c. Rodulphus nu. 28. & melius n. 33. de reſcript. & ſentit. glo. c. n. pæn. de reg. iur. lib. 6. communiter recept.*

*[b] arg. l ſciendũ, §. illud ff. de ædi edict.*

*[c] in proœm. ff. n. 10.*

*[d] in c. 1. nu. 24. de iudic.*

*[e] in l. Quis ſit fugitiuus. §. erronem, ff. eod. & l. fin ff de Abig.*

*[f] 2. 2. qu. 154. art. 11.*

*[g] ibidem.*

non gigni affinitatem. Quærenti autem, an vt vidimus eam grauiter in foro exteriori receptam, ita ea in foro interiori ſit recepta? reſpondemus, quæſtionem eſſe facti, ad quam reſpondere non eſt iuriſconſulti.[a]

[a] *arg. l. vt reſponſum C. de tranſact.*

Sextò, quo ad illos quos cõprehendit, inducit depoſitioné ipſo iure, quæ non eſt irregularitas, ſed peior illa.

251 Nulla verò irregularitas inducit priuationẽ beneficij iam quæſiti ipſo iure, quæ videtur ſentent. Innoc.[b] communiter recept.[c] præſertim à Fel.[d] & probatur per *cap. clericis, ne cler. vel monach. verb. priuetur*, quod probat irregularitatem ex homicidio natam, nõ inducere illam: cúmque illa ſit potiſſima[e], à fortiori non inducent aliç.

[b] *in c. Cùm noſtras, de conceſſ. præb.*
[c] *ibi, & vbiq.*
[d] *in c. Inquiſitionis, de accuſ.*
[e] *arg c. Miror. 50. diſt.*

Omnis porrò irregularitas præcedens collationem, reddit ipſam ſubſequuram nullam ipſo iure. Quod probatur primò, quòd verior reſolutio arduæ illius quęſtionis tractatę à multis citatis à Fel.[f] An collatio beneficij facta criminoſo, valeat? eſt quòd facta irretito crimine inducẽte irregularitatẽ, nõ valet, facta verò alteri ſecus[g]. Et ita ratio cur valeat, vel nõ valeat, non eſt criminis magnitudo vel paruitas, ſed quod inducit irregularitatem, quæ ratio non eſſet iuſta, niſi irregularitas impediret valorẽ collationis. Tũ, quia inhabilis ad vnũ, eſt inhabilis ad ei annexum:[h] At irregularis eſt inhabilis ad ordinem, & vſum eius, beneficium autem eccleſiaſticum prærequirit ordinem, & illius vſum, quum detur propter officium,[i] ergo irregularis eſt inhabilis, ad beneficium, & conſequenter collatio illi facta, nil valet. Deinde, quòd *ca. 2. de cler. pug. induel. & d. cap. ſtudeat. 50. diſtinct.* probant irregularem eſſe inhabilem, etiam ad beneficium ſimplex, citra diſpenſationem.

[f] *in c. 2. de reſcript.*
[g] *arg. c. fin. de tẽp. ord. & aliorum citatorũ vbi ſup. per Felin*
[h] *c. Tranſlato, de conſtit.*
[i] *c. fi. de reſcrip. lib. 6. & in hac ſpecie id aſſerit. gloſſ. notab. in c. ſtudeat, 50. diſt. & probat c. Poſtulatis, de cleri. excom.*

252 Cui tamen aduerſatur quòd ex eo ſequeretur collationem factã initiato aliquo ordine, qui ſine ſua culpa fieret irregularis defendendo iuſtè proximum, vel amittẽdo aliquod membrum, aut deformitatem grandem incurrendo caſu, morbo, vel malitiâ aliorum, non valere, quod videtur contra totum titulũ, *de cler. ægrot. & ca. cum percuſſio 7. quæſt. 1.* quod licèt omnis irregularis ſit incapax cuiuſcunque ordinis ſuſcipiendi, non tamen eſt incapax omnis ordinis vſus ſuſcepti, vt per eius definitionem patet, & conſtat ex. *cap. 2. de corpor. vitiat.* quod probat, clericum perdentem aliquod membrum, quo fit inhabilis ad ſacrificandum, non ideo fieri

Inhabilem ad alium vſum ordinũ, putà, ad cantãdum in choro, ad audiendas confeſſiones, & ad abſoluendum: Cum itaque irregularis habilis ſit ad aliquem vſum ordinis ſuſcepti, etiam erit habilis ad beneficium, cui ſeruiẽdo eiuſmodi vſus ſufficit: Videtur proinde, quòd qui eſt irregularis ob defectum quo ſolum eſt inhabilis ad celebrandum, non autem ad canendnm, licèt inhabilis ſit ad ſuſceptionem eccleſię parochialis, non tamen erit ad ſuſceptionẽ beneficij ſimplicis. Cui ſuffragatur etiã *c.2. &c. ſtudeat. 50. diſt.* quibus conceditur diſpenſatio ad beneficium ſimplex ei cui nõ cõceditur ad officiũ altaris: ſed reſponderi poteſt, per hæc ſolúm probari, quòd ei, qui ſine ſua culpa incidit in irregularitatem quæ naſcitur ex defectu ad vſum vnius ordinis, nõ autem alterius iam ſuſcepti, poteſt dari beneficium non requirens maiorem vſum, quod concedimus: & conſequenter in *caſu d.c.2. de cler agro* ei qui duos digitos & dimidiũ palmæ amiſit citra culpam ſuã, poſſet conferri beneficium non requirens celebrationem, non autem requirens illam Nec ex hoc ſequitur, quòd cuilibet obnoxio quartæ ſpeciei iregularitatis, quæ ſine culpa contrahitur, poſſit cõferri quòd libet beneficium, ad quod huius ordinis iam ſuſcepti ſufficit: non inquam, hoc ſequitur, nam licét ſine culpa contrahitur, non tamen contrahitur ob defectum habilitatis ad vſum vnius ordinis, & non alterius ſuſcepti, ſed ob defectum contrarium vſui cuiuſlibet ordinis ſuſcepti, & ſuſcipiendi. putà, defectus lenitatis, ad omnium ordinum vſum requiſitæ.

Ad incurrendam verò irregularitatem, quæ ex delicto naſcitur, non ſufficit illud eſſe veniale, quod ſentit Sotus [a] Tum, quia irregularitas eſt pœna valde grauis, quippe quæ omniũ ordinũ vſu priuat, ideoque non infligẽda ob culpam venialem [b] Tum, quia ſine contemptu non incurritur, dicente Pan[c] quòd eſt pœna contemptus, quod ipſum dixit Domini. [d] & Felin. [e] Tum, quia non obſtat ratio Caiet. cõntra tenentis[f], nimirum, excõmunicationem minorem, quæ incurritur per peccatum veniale, eſſe maiorem pœnam irregularitate.

253. Id enim falſum eſt, nam licèt non priuet ſacramentorum perceptione paſſiuâ, vt excommunicatio minor [g], priuat tamen actiua, & collatiuâ,

[a] *li. 6. qu. 1. art. 9. de iuſt. & iur.*

[b] *arg. c. Nõ afferamus, 34 q. 1.*

[c] *in c. Paſtoralis, §. Verùm, de appell n. 15.*

[d] *in c. ſolet, de ſent. excõ. lib. 6. vbi bona gloſſ. pro illis.*

[e] *in c. Rodulphi. n. 43. de reſcript.*

[f] *in ſumma verbo irregularitas.*

[g] *c. fin. de cler. excom. miniſt.*

omnique ordinis vſu, quod eſt maius, à qua omni non priuat illa.[a] Quibus accedit, quod excommunicatio minor eſt medicinalis, & facilè ſolubilis.[b] Irregularitas autem difficilis, cùm regulariter à ſolo Papa ſit delebilis qua ratione, licèt excommunicatio maior dicatur pœnarum maxima,[c] quia tamen eſt facilis ſolutionis, & medicinalis, cenſetur minor pleriſque aliis, ſecundùm Pan. & Commu.[d] Nec obſtat, Panor. & cõmunem tenere,[e] quòd licèt excommunicatus minore, non peccet mortaliter, niſi celebrando, peccat tamen venialiter, conferendo ſacramenta, eò quòd textus in 2. par. id videtur exprimere: ille namque intellectus eſt ineptus, vt in d. num. 24. tetigi, & contrarius textui probanti, quòd minor excommunicatio tantum prohibet à participatione ſacramentorum, quæ in ſola perceptione conſiſtit: ne itaque textus ſibi ſit contrarius, quatenus âit peccare conferendo ſacramenta, intelligi debet de collatione quæ fit vnà cum perceptione, ex mente Oſt. & Anchar.[f] qualis eſt collatio Euchariſtiæ facta ſano à celebrante & ordinis, ab Epiſcopo ſacrificante.[g]

Hiſce adnoto rationem, qua non debeat Lector fidere illi deciſioni quotidianæ, ac periculoſæ, relatæ in hac materia diſpenſationum à viro alioquin eruditiſs.[h] putà, quòd cum Papa diſpenſat per commiſſionem factam ordinariis *vt de veritate precum cognoſcatur*, iuxta Conc. Tridēt.[i] commiſſio illa non expirat morte Papæ, etiam re integrà, ad quod citat Silu. Armil. & Fed. imò & me, aliqua ex parte in id inuoluit, quod tamen non eſt verum: quia mandatum, & commiſſio alteri facta, expirat re integrâ, morte mandantis[k] etiam ſi ſit iudiciale.[l]

254 Nec obſtat auctoritas eorum, quos allegat: nam Feder. (quem alij ſequuntur) non loquitur de mandato vel commiſſione diſpenſandi: ſed de gratia poteſtatis, facta ad diſpenſandum, & de diſpenſatione iam facta: loquitur enim de gratia, qua Papa cõceſſit cuidam Magiſtro Prædicatorum poteſtatem diſpenſandi cum 100. Fratribus ſui ordinis illegitimis, vt poſſint eſſe Priores: & de diſpenſatione iam facta ab illo Magiſtro, non autem de mandato, & commiſſione diſpenſandi cum hoc vel illo religioſo: nos autem, loquimur de commiſſione diſpen-

[a] *per dicta ſup. eod. n. 24.*
[b] *c. Cum deſideres, de ſentent. excomm.*
[c] *in c. Corripiātur 24. q. 3.*
[d] *vbi ſup.*
[e] *in d. c. fin.*
[f] *ibidem.*
[g] *vt ibid. dixi.*
[h] *in tract. de irregular. nuper edito lib. 5. c. 5. num. 6.*
[i] *ſeſſ. 22. de reform.*
[k] *l. Mandatum, C. de mandato.*
[l] *c. Relatum de off. deleg. & ibi per omnes.*

ne diſpenſandi cum tali, vel tali, *ſi preces eius veritate nitantur*, quæ non eſt gratia facta Commiſſario, ſed mandatum conditionale de gratia facienda alteri tertio expreſſo: ſicut facultas, quam facit Papa cuipiam, conferendi aliqua beneficia nonnullis perſonis idoneis, non exprimendo eas, cenſetur gratia facta illi delegato, quæ non expirat re integra morte Papæ Facultas autem à Papa conceſſa cuipiam, conferendi aliquod beneficium alicui certæ perſonæ, non videtur gratia facta illi, ſed mandatum de gratia facienda ei, cui conferendum eſt beneficium: Ideóque, ſi Papa re integra, moriatur, expirat: [a] & hoc eſt quòd voluit dicere Dec. [b] quatenus ait, id quod Pan. conceſsionem, quæ gratiam continet, non expirare morte mandantis, [c] intelligēdum eſſe de conceſsione factâ per viam gratiæ eius, cui fit cōceſsio, non autem de facta viâ ſimplicis commiſsionis alteri tertio, cuiuſmodi eſt commiſsio diſpenſandi cum aliquo expreſſo *ſi preces veritate nitantur*, tunc enim non fit gratia ei, cui committitur, ſed tertio, cum quo eſt diſpenſandum, in quo citat Ioan. And. & alios, efficacitérque per prædicta probatur.

[a] *vt expreſſe ſtatuit text. ſingu. c. ſi cui, de præb. lib. 6.*

[b] *in d. c. Relatum n. 5.*

[c] *c. ſi ſuper gratia, de off. deleg. lib. 6. & d. c. ſi cui, de præb. eod.*

254 Cum nullo autem irregulari diſpenſare poteſt confeſſarius electus per bullas Papæ, ſolùm habentes clauſulam abſoluendi à qualicunque cenſurâ: quum irregularitas non ſit cenſura, neque abſolutio eius ſit neceſſaria ad peccatorum abſolutionem, [d] neque etiam ſi habeant clauſulam diſpenſandi à quibuſlibet votis, & abſoluendi à quibuſlibet cenſuris, ac pœnis. Tum, quia ſtylus Curiæ, habet, per eam non intelligi datā facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate, niſi exprimatur, vt colligitur ex eo, quod aliquoties eam exprimit. Tū, quia quoties id exprimit dando facultatem expreſſam diſpēſandi ſuper irregularitate, ſolet excipere eam quæ ex bigamia, & homicidio naſcitur. Et proinde à cōtrario ſequeretur, clauſulam abſoluendi ſimpliciter ab omnibus cēſuris, & pœnis quæ paſsim in Iubileis, & bullis indulgentiarum ponitur, ſine irregularitatis expreſsione, maioris virtutis eſſe, quàm cum ea: hoc enim caſu ſemper excipitur irregularitas ex bigamia, & homicidio voluntario manans, illo verò non. Tum, quia pari ratione poſſet abſolui à pœna pecuniaria, pro illo pec-

[d] *vt dictum eſt 5. eod. c. n. 194. poſt Domi. Alex. & Villadieg. ibi citatos.*

cato à Iudice impoſita, vel imponenda, quod eſt palàm falſum. Tum, quia facultas illa abſoluendi à cenſuris, & pœnis, quæ appoſita dictis Iubileis, & bullis, ſolùm videtur reſpicere cenſuras, & pœnas quæ impediunt abſolutionem à peccatis: quum eo fine indulgeantur, vt colligitur ex illis verbis. Cúmque abſolutio peccatorum, rectè fieri poſſit ſine ſublatione irregularitatis, vt ſupra [a] dictum eſt, non videtur eius ſublatio conceſſa, niſi exprimatur: ex fine námque ſumenda eſt intentio Authoris. [b] Non obſtat, quòd ſecundum hoc, verba illa, *aliis pœnis*, ſuperfluerent, quum non videatur occurrere alia pœna diſtincta à cenſuris, cuius ſublationem prærequirat abſolutio ſacramentalis, & ſacra communio, non, inquam, hoc obſtat: poteſt enim dari aliqua, putà, ſuſpenſio à confeſſario, ne intra certum tempus confiteatur, vel communicet, quam non eſſe propriè cenſuram diximus. [c] Quin & illa quam pœnitens promitteret aliquo bono fine ſubire, vel ſoluere, ſi intra certum tempus illa ſacramenta ſuſciperet. Illa denique qua aliquot canones pœnitentiales mandant arceri quem intra certum tempus à communione. [d] Quibus accedit, quòd ferè omnes prælati omnium Religionum, poſſunt diſpenſare ſuper qualibet irregularitate ſui monachi, excepta ea quæ naſcitur ex homicidio voluntario, & bigamiâ, non quidem iure communi, ſed priuilegio conceſſo ſpecialiter eis, vel generaliter, communicando illis omnia priuilegia omnibus aliis conceſſa.

255 In hac porrò materia, & facultatis conceſſæ ad diſpenſandum ſuper occultis, & non publicis, vt in *cap. 2. de ſortileg. necnon ca. 6. ſeſſ. 14. Conc. Trident.* & aliis, ac bullæ Sacræ Pœnitentiariæ, ac nonnullorum Legatorũ, circumſpectis omnibus, videtur reſoluendum, occultũ eſſe quòd non eſt publicum. Publicum autem, quod eſt notorium, manifeſtum, vel famoſum. Tum, quia ratio cur vnum concedatur, alterum verò negetur, eſt, vt obuietur ſcandalo publico, [e] cui ſatis obuiatur non diſpẽſando in notoriis manifeſtis, & famoſis. Tum, quia non eſt de occulti eſſentia, quòd ſuapte natura non ſit probabile, cuiuſcemodi ſunt ſola mentalia. [f] Neque quòd licèt ſuapte natura ſit probabile, nullatenus tamen probari poſſit, id enim iuri, [g] repugnat, quatenus probat di-

[a] *eod. c. n. 192.*
[b] *l. etſi non, §. Perueniamus, ff. de aur. & arg. leg. & l. fin. ff. de hæred. inſtit.*
[c] *eod. n. 152.*
[d] *c. Presbyter, 82. diſt. & c. De his verò, 33. q. 2.*
[e] *iuxt. c. Nihil, de Præſcript.*
[f] *c. erubeſcant, 32. diſt.*
[g] *in §. Hæc ergo, iuncta gloſſ. verbo, ſecreta, ſub c. Quis aliquando, de pœnit. diſt. 1.*

ci occultum, factum in præſentia quinque: Aduerſatur etiàm, *cap. 2. de apoſtat* quatenus probat, miniſterium Acolyti iuuantis rebaptizantem poſſe eſſe occultum. Tum, quia penè occultum, videtur eſſe ſpecies occulti, *d. cap. veſtra §. cæterum.* quatenus occultũ dicit eſſe, quod toleratur, etiamſi ab aliquibus ſciatur, & *gloſſ. ibi, & cap. manifeſta 2 q. 1.* communiter recepta ait, id dici penè occultum, quod probari poteſt, licèt difficulter. Tum, quia nulla irregularitas cõtrahitur ſine facto ſuâ naturâ probabili, paucæ verò ſunt, quarum factum aliquo modo probari nõ poſſit, per ſupradicta.[a] Tum, quia quicquid non eſt publicum, poteſt dici occultũ, publicum autem definitur eſſe, quod patet omnibus.[b] Ac proinde, oportet eſſe ſaltem notorium, manifeſtum, vel famoſum, ſufficit tamen eſſe tale viciniæ, collegio, vel monaſterio licèt non prouinciæ, ciuitati vel parochiæ. Tunc autem dicetur tale alicui eorum, quãdo maiori parti ipſorum fuerit tale, modò ſaltem decem inueniantur in eo.[c] Publicum autem eſt triplex, ſcilicet notorium, quod nititur ſcientiâ maioris partis prædictarum communitatum. Manifeſtum, quòd nititur famâ eiuſdẽ partis maioris, ortâ à ſcientibus: & Famoſum, quod nititur famâ maioris partis, ortâ ex vno ſciente, vel ex indicis, aut præſumptionibus illi æquipollentibus.[d] Occultum inſuper, eſt triplex, ſcilicet, quod nõ eſt probabile ſuapte naturâ, qualià ſunt ſola mentalia: & quod eſt probabile ſuaptè, naturâ, licèt non poſſit probari: quia corã nemine factum eſt: & quod probari quidem poteſt, ſed à tam paucis, vt nulla inde fama orta ſit, nec eſt in iudicium deductum, quod præfatæ gloſſæ penè occultum appellant.

[a] *cod. c. n. 139.*
[b] *iuxta Bart. in l. 1. §. pen. ff. de ſuſpect. tut.*
[c] *per notata à Pan. & citatis ab eo in d. cap. veſtra. n. 10. & 16. & ſup. cap. 25. num. 7.*
[d] *iuxta gloſſ. d. c. Manifeſta 1. q. 1. & c. Veſtra, de cohab. cler.*

Cæterùm, vt delictum dicatur publicum, non ſufficit, actum qui eſt delictum eſſe publicum, niſi etiam publicè ſciatur eſſe delictum. Nam excommunicatus, occultus, ſacrificans, actum publicum facit, & delictum perpetrat, quod tamen non eſt publicum: quia neſcitur publicum eſſe delictum. Tum, quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum qualitatem eius, *l. in delictis. § 1 ff. de noxalib.* quatenus probat, non dici Dominum ſerui delinquẽtis, qui nõ erat Dominus ſerui, cum deliquit, & (vt aiunt Dialectici) non dicitur vidiſſe Pa-

pam, qui vidit eum duntaxat antequam eſſet Papa. Tum, quia teſtamentum factum ante militiam, nõ cenſetur militare, niſi in ea approbetur,[a] & Barth.[b] pupillum morientem poſt mortẽ tutoris, per cuius ſcientiam reputabatur ſciens in vita eius, cenſeri mori ignorantem quò ad effectum, *l. cum antiquioribus, C. de iur. delib.*

## De ſex caſibus, quibus Eccleſia polluta cenſetur, ita vt non liceat in ea celebrare.

Summæ.

256 *Eccleſia vt dicatur polluta ſex caſibus, & ſeq.*

256 *Eccleſia polluta, à quo reconcilianda.*

257 *Pollutio eccleſiæ an celebrationem in ea impediat.*

258 *Pollutâ Eccleſia, pollutum eſt cœmeterium contiguum, & viceuerſa.*

256 Sex caſibus eccleſia cenſetur polluta, quorum pri-mus eſt, *in cap. eccleſiis. 68. diſtinct. & c. eccleſiis. de conſec. diſt. 1. c. propoſuiſti. de conſec. eccleſ.* quando intra eccleſiam ſan-guis humanus iniuriosè effunditur, ſeu cauſa naturalis eiuſmodi effuſionis, vel mortis datur. Dixi, *Intra*, ſecu[s] enim, ſi extra eam etiam de ſuper in tecto, vel ſubterrã in ſpecu.[c] Dixi, *Eccleſiam*, generaliter, ad comprehen-dendam tam nondum conſecratam quàm conſecratam[d] quàmuis quò ad reconciliationem, non parua ſit diffe-rentia: nam reconciliatio conſecratæ debet fieri ab E-piſcopo, & adhibitâ aquâ benedictâ ab ipſo, vel alio Epiſcopo: non conſecratæ verò, poteſt fieri à ſolo pre-bytero, idque aqua a ſeipſo benedicta.[e] Dixi, *Effundi-tur*: ad ſignificandum, non ſufficere aliquarum guttarum ſanguinis emiſſionem: Iura namque requirunt effuſio-nem, quæ largitatem denotat.[f] Dixi, *Sanguinis*: non enim ſufficit percuſſio non mortifera, ſine eius effuſione quàmuis ſit eiuſmodi, vt carnes cõtundat, aut oſſa con-fringat,[g] Dixi, *Humanus*, quia nullo effuſio cæterorum animalium, ad id ſufficit.[h] Dixi, *Iniuriosè*, non enim ſuf-ficit naturalis effuſio per nares, vel os, aut quæ caſu fi[t] lapſu, vel offendiculo, ictuve lapidis, aut regulæ per

[a] *l. Titius ff. de teſtamen.*

[b] *ibi, & in d. §. 1.*

[c] *iuxta Archi. in d. c. eccleſiis, & gloſſ. in c. 1. de conſec. eccleſ. lib. 6.*

[d] *c. fin. de conſecr. eccleſ.*

[e] *c. aqua de conſecr. eccleſ. gloſſ. d. c. fin. quæ probant ibid. Ioan. Andr. Anchar. Card. & Pan. licèt dubitet Anton. ibidem.*

[f] *cap. reuertimini. 16. q. 1. & gl. ſing. in hac ſpecie cap cũ illorũ, de ſent. exc. ver. effuſionem, commẽdata per Fel. ibi, & Pan. in d. cap. propoſuiſti.*

[g] *iuxta ſpec. de dedic. eccleſ. col. 10. in Ratio. diuin. off.*

[h] *gloſſ. d. c. 1. de conſecrat. eccleſ. verb. ſanguis, lib. 6.*

decidentis,[a] neque facta ob iuſtam defenſionem. Pan.[b] & Domin.[c] aſſertoribus: neque ludo, aut loco.[d] Quod noſtro iudicio, intelligendum eſt de licito, & licitè facto.[e] Qualis raró accidere poteſt in eccleſia, niſi cùm aliqua pia repræſentantur[f], nec effuſio facta à furioſo, aut ſtulto[g], vel puero iudicio carente[h]. Dixi, *Aut datur cauſa, &c.* nam ſufficit vulnus infligi intra eam, quàmuis percuſſus egrediatur antequam ſanguis in illam infundatur, & recipiatur aliquo vaſe, ne in eam decidat: nec contra ſufficit, ſanguinem in illa effundi, ſi vulnus extra inflictum ſit[i]. Dixi, *Naturalis*, non enim ſufficit ferri ſententiam condemnatoriam, etiam intra illam, ſi per eius exequutionē effuſio extra illam facta ſit. Dixi, *Vel mortis*, quia ſatis eſt ad id ſuffocare, vel aliàs intra illam hominem ſine ſanguinis effuſione interficere,[k] ſufficit etiam mors, & effuſio ſanguinis ob fidem catholicam occiſi, aut vulnerati[l], non tamen interficere aut percutere telo, vel tormento miſſo ab eccleſia in exiſtentem extra eam, quàmuis ſufficiat mors, vel effuſio facta in eccleſia, per tormentum foris miſſum, ſecundùm mentem prædictorum. Porrò, neque iſta, neque alia pollutio occulta impedit celebrationem in eccleſia, ſecundùm *gloſſ. recept. cap. 1. de conſecrat. eccleſ. lib. 6.* ex qua, cùm eam Salmanticæ prælegerem, intuli fieri poſſe, vt effuſio ſanguinis, vel ſeminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedire, non ante: nam facta tunc, videntibus duobus, & in hunc vſque diem tacentibus, nunc autem publicantibus, ita vt fama gignatur, non impediet. (vt Practici aiunt) ex tunc, ſed ex nunc.

457 Secundùs caſus eſt, quum in eccleſia ſemen humanum voluntariè effunditur. Dixi, *Humanum*: cæterorum namque animalium ad id non pertinet[m] & ſatis eſt, vt ſit cuius libet hominis, ſiue fœminæ, viri, clerici, laici ſiue infidelis: quòdque effundatur, iuxta, contra, aut extra curſum naturalem[n]. Imò, & per copulam cōiugalem, iuxta gloſſ. notab. in d. *cap. 1. de conſecr. & in ca. eccleſiis. 68. diſt. & alias tres*: quàmuis alia oppoſitum teneat, in *d. c. eccleſiis, de conſecr. diſt.* 1. quam eius additio à nobis ibi probata, confutat. Dixi, *Voluntariè*, non enim ſufficit, quæ dormiendo fit, iuxta quandam *gloſſ. ſing.*[o] communiter receptam quàmuis angelus[p] oppoſitum

[a] *gl. d. c. 1. recep.*
[b] *in d. c. Propoſ.*
[c] *in d. c. 1.*
[d] *ſpecul. vbi ſupr. col. 9.*
[e] *arg. c. Continebatur, &c. Lator, de homic.*
[f] *arg. c. cū decorem, adiunct. gl. de vit. & hon. cl. & cap. decet de immunit. eccleſ. lib. 6. & per ea quæ in c. quādo, de conſec. diſt. 1. cap. 3. num. 36. diximus.*
[g] *Art. in d. c. 1.*
[h] Collectarius *in d. c. ſi arg. c. 1 de delict. puerr.*
[i] *gl. in d. c. communit. recept.*
[k] *gl. in d. c. Propoſuiſti, fac. t. l. Qua actione §. 1. ff. Ad l. Aq.*
[l] *Arch. & gl. in d. c. 1.*
[m] *gl. in d. c. 1. verb. humanū.*
[n] *text. in d. ca: eccleſ. verb. cuiuſque, & Specul. vbi ſu tit. de dedit. eccle. col. 10.*
[o] *in d. c. eccleſiis*
[p] *in verbo conſecratio eccleſiæ, § 9.*

abſque ſufficienti ratione afferat, nam ex eo quod t
neatur coniugalem violare, non ſequitur ſufficere ei
qui dormit, cùm iſta non contineat eam irreuerentia
quam illa, erga eccleſiam.

Tertius caſus eſt, cùm in ea excommunicatus ſepel
tur.[a]

Quartus, quando in illa infidelis ſepelitur[b], qua
quam hoc caſu, non ſolùm recōcilianda ſit eccleſia, v
rùm etiam parietes illis abradendi, licèt in præceden
reconciliatio ſufficiat.[c]

258 Quintus, quando eccleſia ab Epiſcopo publi
excommunicato conſecratur, aut benedicitur.[d]

Sextus, quando omnes parietes renouantur[e], lic
contrarium verius videatur[f], niſi omnes, aut maior pa
eorum, ſimul deijciantur, quod raró fit. Quibus add
quoties aliqua eccleſia polluitur, etiam cœmeterium i
contiguum cenſeri pollutum, quàmuis ſecus, de no
contiguo licèt è contrario, polluto cœmeterio, eccle
illa contigua non polluatur.[g]

a *c. Conſuluiſti, de conſecr.eccl. vel alt,*
b *c. eccl. 1. & 2.de cōſec.diſt.1.*
c *iuxta Pan. in d.c. Conſuluiſti.*
d *arg.d.c. Conſuluiſti, vbi notat Panorm.*
e *gl. in c ligneũ, de conſecr.eccleſ.*
f *vt docuimus in d.c. eccleſiis, not.3.*
g *c.1. de conſecr. eccl.vel.alt.li.6.*

## De caſibus reſeruatis.

Summæ.

259 *Caſus reſeruatus quid, & quotuplex.*
259 *Caſus reſeruatus dicitur, quia tollitur, non quia nu[...] tur.*
259 *Sa erdotibus omnibus quæ poteſtas, & quando ſit data, [...] num.* 260.
259 *Vrbanus ſtatuit, ne quis audiret confeßiones alienorum P[...] rochianorum.*
260 *Papa neque ſuper ſe, neque ſucceſſorem ſuum iuriſdictione[...] habet.*
260 *Caſus reſeruatus aliud eſt à cenſura.*
261 *Conſuetudo ampliare poteſt iuriſdictionem, eámque da[...] non habenti.*
263 *Sacerdos omnis ſolo iure diuino attento, abſoluere pote[...] quemlibet à quolibet peccato.*
260 *Abſoluere omnes omnis Sacerdos iure diuino poteſt.*
260 *Papa à quo, & quâ poteſtate abſoluitur.*

260 *Abſoluitur Epiſcopus, non poteſtate à ſe data.*
261 *Caſus nullus reſeruatus Papæ ſine cenſura, quâ ſublatâ ceſſat reſeruatio: ſecus in Epiſcopali.*
262 *Caſus quot, & qui reſeruentur Epiſcopis.*
262 *Blaſphemi abſolutio, vt facienda.*
263 *Papa iuriſdictionem immediatè ſumit à Deo in omnes.*
263 *Papa abſoluit ab omnibus ſibi, & aliis reſeruatis.*

269 Caſus variæ ſignificationis eſt, propriè nihilominus; ſignificat ruinam, iuxta illud Curtij. *Caſu rhedæ inopinato: oppreſſus*, per tranſlationem autem miſeriam, quâ quis à ſtatu feliciori cadit, iuxta illud:

*Sed ſi tantus amor, caſus cognoſcere noſtros.*

Euentum denique inopinatum, iuxta illud:

*Mors propter incertos caſus, quotidie nobis imminet.*

In præſenti verò inſtituto, ſignificat peccatum, quo quis cadit à rectitudine virtutis, & eſt duplex, vnus reſeruatus, alter, non reſeruatus. Reſeruatus eſt, cuius abſolutio adimitur alicui inferiori Sacerdoti: éſtque duplex, alter Papalis, cuius abſolutio adimitur omnibus. Parochis, etiam Epiſcopis: alter epiſcopalis, cuius abſolutio adimitur ſolis Parochis.

Caſus autem nõ dicitur reſeruatus eo ſolo, quòd non concedatur poteſtas abſoluendi ei, qui non habebat eam actu, vel habitu, (vt nonnulli opinantur) ſed quia tollitur, & minuitur ei, qui eam habebat actu, vel habitu: & proinde, veriſsimum videtur pronunciatum Palud. [a] putâ, omnes ſacerdotes vnà cum ordine ſacerdotali, accipere poteſtatem ſuper verum Chriſti corpus, ad conficiendum Sacramentum Euchariſtiæ, & ſuper corpus Chriſti myſticum, ad abſoluendum ab omnibus peccatis mortiferis, eius ſumptionem impedientibus: quod latiùs quàm alij fundauimus, in *cap. placuit de pœnitent. diſtinct. 6.* per illius contextum, & pleraque alia. Quibus nunc addimus primò cap. *adiicimus.* §. *ecce*, & *cap. generaliter*, §. *ecce*, 16. *quæſt.* 1. Quibus Gratianus exertè concludit omnes ſacerdotes, ſiue regulares, ſiue ſeculares in ſua conſecratione & ordinatione, æqualem ſuſcipere poteſtatem baptizandi, prædicandi, pœni-

[a] *in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 2. relatus à nobis in c. 1. in princ. nu. 73. de pœnit. diſt. 6.*

tentias iniungendi, & peccata remittendi, &c. licèt eis omnibus interdicatur exercitium illius poteſtatis, donec iure ordinario per electionem populi, vel de alius licentia, concedatur.

Secundò, quòd Panor. iam ſenex, & id animaduertens in *clem.* 1 *de priuileg.* reuocauit quædam, quæ alibi,[a] antea aſſeruerat, quem poſteà omnes qui eum legerunt, ſunt ſequuti.

Tertiò, quòd S. Ant.[b] pro re indubia præſupponit, ſacerdotibus datam eſſe à Chriſto plenariam poteſtatem abſoluendi, & ſacerdotem poſſe diuino iure omnia quæ pertinent ad forum pœnitentiæ, præter ea quæ iure humano fuerint ei adempta.

Quartò, quòd Gratianus[c] concludit monachos accipere tantam poteſtatem in hoc per ſuam conſecrationem, quantam parochi, & alij ſacerdotes: quum eiſdem verbis conſecrentur omnes, ſubdens, cùm in conſecratione coniungantur, fieri diuortium, ſiue diuiſionem quoad poteſtatem non debere: ſed duntaxat quòad exequutionem eius.

Quintò, quòd Barth. quem ſequuti ſunt omnes, aſſeruit[d] eſſe iudices, quos vocant carthularios, habentes iuriſdictionem in habitu, non in actu, ſuper eos qui ſe voluerint ſubiicere, ſicut delegatus à Sede Apoſtolica, cõtra aliquem expreſſum cum clauſula, *& quoſdam alios*, generaliter, habet quidem in expreſſum iuriſdictionem in habitu, & actu, in non expreſſos verò habitu tantùm, vt iure probatur.[e] Quales videntur fuiſſe in primitiua Eccleſia communiter omnes ſacerdotes, donec parochiæ diuiderentur,[f] & Vrbanus ſtatueret, ne quis audiret confeſsiones alienorum parochianorum.[g]

260 Ex prædictis autem elicitur, non ſatis cautè dixiſſe Sotum;[h] vnum eſſe omnium conſenſum, quòd in ordinatione ſacerdotis, nulla iuriſdictio abſoluendi à mortalibus conferatur. Tum, quia omnium conſenſu iure diuino competit ſacerdotibus poteſtas & iuriſdictio abſoluendi: quæ per nullum actum eis conceditur iure diuino, niſi per conſecrationem: ergo in ſua conſecratione accipiunt illam iuriſdictionem, ſaltem in habitu. Tum, quia iure exprimitur[i] poteſtatem abſoluendi dari in conſecratione iure diuino: licèt iure huma-

[a] *in c ſignificaſti, de for. compet.*

[b] *in 3. parte ſuæ ſum. tit. 17. c. 11.*

[c] *in d. c. Adiicimus, & d. c. Generaliter, §. Ecce.*

[d] *in l. 1. ff. de Iudic.*

[e] *in c ſede Apoſtolica, de reſer. & in c. Cum in multis, eod. tit. lib. 6.*

[f] *iuxta c. 1. 13. q. 1.*

[g] *in c. Placuit, de pœnit. diſt. 6.*

[h] *li. 4. ſent. diſt. 18. q. 4. art. 2.*

[i] *in d. c. Adiicimus, &c. Generaliter.*

po adempta ſit eius exequutio, donec aſſequantur eam ratione tituli, vel aliâ licentiâ.

Inſuper, elicitur, incautè ipſum dixiſſe, Papam conſtituere ſibi confeſſarium, & dare illi iuriſdictionem ſuper ſe. Tum, quia ſi cōfeſſarius acciperet iuriſdictionem à Papa, non poſſet eum abſoluere poteſtate iure diuino ſibi data, cùm eam ſolum haberet ab ipſo iure humano. Tum, quia non aduertit, quod nos longè ante ipſum ſcripſimus, [a] non poſſe nimirum ſuſtineri eius pronunciatum. Tum, quia Papa non habet iuriſdictionem ſuper ſe, imò, neque ſuper ſucceſſorē ſuum. [b] Tum, quia iure naturali vetatur quis habere iuriſdictionem ſuper ſe, ſecundum omnes, [c] nemo autem alteri poteſt dare, quòd ipſe non habet. [d]

Incautius denique ſubiicit, idem prorſus eſſe in Epiſcopo, quòd in Papa, ſcilicet, in eligendo confeſſarium, iuxta *cap. fin. de pœnit. & remiſſion.* ipſum dare iuriſdictionem illi, quod nuſquam alius dixit: cùm, ſecundùm omnes, confeſſarius non abſoluat Epiſcopum virtute iuriſdictionis acceptæ ab eo, ſed virtute iuriſdictionis diuinitus acceptæ per claues, quas accipit in ordinatione non ab homine, ſed ſupernaturaliter à Deo, vt ipſemet alibi [e] aſſeruit, dum per multas rationes nobis applaudentes concludit, ſolum ſacerdotem eſſe verum miniſtrum ſacramenti pœnitentiæ, nec ſufficere eſſe ſacerdotem, ſed oportere, eſſe proprium vel delegatum à proprio: & tres ſolos, dici, quò ad hæc proprios ſacerdotes, ſcilicet Papam, Epiſcopum, & Parochum, quos ait eſſe iure diuino proprios: & ita accipere à Deo diuinitus poteſtatem abſoluendi. Cúmque per nullum alium actum, quàm per conſecrationem eam accipiāt, & omnes eodem modo, eiſdémque verbis conſecrentur, [f] conuincitur eos accipere à Deo iuriſdictionem, ſaltem habitu, in ſua ordinatione, & conſecratione, vt eruditiſſimè [g] dixit Panor. quem omnes poſtea ſequuti ſunt, & dilucidè Gratianus [h] concludit, omnes ſacerdotes accipere poteſtatem iniungendi pœnitentiam, & abſoluendi à peccatis per conſecrationem, licèt iure humano vetetur eis exequutio eius, donec per titulos, alióve modo, licentiam aſſequantur.

Quibus conſequens eſt, aliud eſſe caſum reſerua-

[a] *in d. c. placuit.*
[b] *ca. innotuit, de elect.*
[c] *l. penult. ff. de recept. arbit. & l. ille à quo §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell.*
[d] *c. quod autem, de iur. patr. l. ſi vniuerſi, C. de leg.*
[e] *diſt. 20. qu. 1. art 3. & ſentit art. 1. & diſt. 18. q. 4. art. 1. & 2.*
[f] *vt in dictis ca adiecimus, & generaliter, habetur.*
[g] *vbi ſupra.*
[h] *vbi ſup.*

[a] *vt tactum eſt ſup. eod. c. n. 151.* tum, aliud cenſuram, quæ eſt pœna eius.[a]

[b] *ſeſſ. 14. ca. 7. & can. 15.* Atqui, Concilium Triden, [b] definit eſſe hæreticum, dicentem Epiſcopum non poſſe reſeruare aliquem caſum quò ad forum interius, ſed duntaxat quò ad exterius. Addens in articulo mortis, omnem caſum, & omnem cenſuram deſinere eſſe reſeruatam: & [c] Epiſcopos abſoluere poſſe omnibus caſibus occultis reſeruatis Papæ. Porrò, huic §. in editionibus prioribus Latinis: hîc poſito, videtur contradicere bulla cœnæ Domini *in §. cæterũ*, relato ſupra, [d] quatenus reſeruat abſolutiones excommunicationum illius bullæ, non obſtantibus quibuſuis Conciliis, quibus verbis videtur derogare præfato *cap. 6. ſeſſ. 24. de reform* Et quòd, vt audio. S. D. N. non permittit, vt Epiſcopi abſoluant per ſe ipſos, nec per ſuos vicarios ſpeciales hæreticos occultos: licèt illud concedatur eis per illud *cap. 6.* Eadémque ratione videtur eis ablata facultas abſoluendi ab omni excommunicatione, & caſibus reſeruatis in illa bulla: niſi dicamus hunc §. limitare illum, ne procedat in occultis, & habentibus complices, ac proinde ſibi mutuo non aduerſari. Cui ſuffragatur, legem ſpecialem non cenſeri ſublatam per generalem, ſiue præcedat, ſiue ſequatur, iuxta gloſſ. ſing. & recept. *in Aut. offeratur. C. de litis conteſt.* cui ſimilis *in l. ſciendum, ff. de ſatiſd. cogan.* quatenus probant præfatam *Aut.* licèt ſit poſterior, limitari per præfatam *l. ſciendum* quàmuis ſit prior, nec tolli *per d. Aut.* licèt ſit poſterior, *vt trad. Decius.* [e]

[c] *c. 6. ſeſſ. 24. de reform. de quo ſup. n. 194.*

[d] *eod. n. 70.*

[e] *in regul. 1. ff. de reg. iur.*

261. Nullus porrò eſt caſus reſeruatus Papæ, cui non ſit annexa aliqua cenſura. [f] Quò fit, vt bulla, quæ concedit facultatem abſoluendi à caſibus Papalibus, videatur concedere poteſtatem abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis.

[f] *aſſertore S. Anton. vbi ſup. col. 1. & Caiet. in verbo caſus.*

At verò, ab omnibus peccatis habentibus annexam cenſuram Papæ reſeruatam, poſt ſublationem eius legitimam, ſimplex parochus abſoluere poteſt: per id enim deſinit eſſe reſeruatum, [g] niſi cum reſeruatione cenſuræ Papalis concurreret etiam Epiſcopalis, qua ſibi reſeruat peccatum, ob quod eiuſmodi cenſura ponitur, argum. *cap. ex tuarum, de auth. & vſu. pal. & l. ſi domus, ff. de ſeruit. vrban. præd.* quatenus habent, vno ex duobus impedimentis ſublato, alterum non tolli: quod quàmuis

[g] *Caiet. in ſum. verb. caſus.*

iure nitatur, videtur tamen vſu indiſtinctè interpretatũ, ſublatam eſſe epiſcopalem reſeruationem & cenſuram, ſublata papali.[a]

Epiſcopus autem concedendo caſus ſuos, ſiue ſibi reſeruatos, non videtur concedere abſolutionem à cẽſuris ſibi reſeruatis: quoniam à diuerſis, non fit illatio,[b] aliud autem eſt peccatum reſeruatum Epiſcopo, aliud cenſura ei reſeruata. Nam aliqua ſunt peccata annexam cenſuram non habentia, Epiſcopo reſeruata: Quin, & ſunt cenſuræ aliquæ illi reſeruatæ, peccatis ob quæ illæ dantur, ei non reſeruatis. Nec etiam concedendo abſolutionem à ſuis caſibus, & cenſuris, videtur concedere abſolutionem, aut diſpenſationem votorum aut irregularitatum, à quibus poteſt abſoluere vel diſpenſare: quia nec ſunt caſus nec cenſuræ ipſi reſeruatæ, & ita, ex illis non infertur ad hæc: neque viceuerſa[c] Parochus autem habens facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Epiſcopo ſuo poteſt abſoluere pœnitentem alterius epiſcopatus, cum iuſta licentia ſibi conceſſa à peccatis reſeruatis ſuo Epiſcopo Tum, per *glo. cap. placuit. 16. queſt. 1.* & clariùs per multa *Panorm. in cap. cum contingat, num. 29. de for competen.* quæ habent, confeſſarium legitimum vnius parochiæ, poſſe abſoluere confeſſum à peccatis vbicunque commiſſis: Epiſcopi autem vidẽtur tacité velle debere, vt idem ſit de peccatis eis reſeruatis, quando confeſſio fit habenti facultatem abſoluendi à reſeruatis ſuo Epiſcopo. Tum, quia id videtur vſu receptum: nunquam enim intellexi vllum confeſſarium legitimum cui eſſet præfata facultas remiſiſſe quem ad Epiſcopum alterius epiſcopatus Conſuetudo autem ampliare poteſt iuriſdictionem, imò & dare non habenti.[d]

Cæterùm, Epiſcopus concedendo alicui omnem ſuam facultatem & authoritatem, ad audiendam confeſſionem, & abſoluendum auditos, non videtur concedere caſus ſibi reſeruatos iure communi, vel ſuo particulari, aut conſuetudine generali vel ſpeciali,[e] licèt ſecus exiſtimem, quando concedit omnes ſuos caſus: nã iuxta cõmunem loquendi cõſuetudinem, quę attẽdi debet,[f] per ſuos caſus, peccata illi reſeruata intelligũtur nec S. Ant.[g] oppoſitũ tenet. Quin & dũ cõcedit

[a] *per ea quæ diximus in ca. ita quorundam, de Iudæ. not. 11. nu. 71.*

[b] *l. Papinianus ff. de minor. & c. ad audiẽtiam, de decim.*

[c] *arg. dictorum iurium.*

[d] *c. duo ſimul, cũ glo de offi. ordin.*

[e] *arg. c. fin. de offic. vi lib. 6 & eorum quæ Ioan. And. citat in ca. tua, eod. tit.*

[f] *ca. ex literis, de ſponſ. l. librorum, §. quod tamen Caßius, ff. de leg. 3.*

[g] *3. part. tit. 17. c. 13.*

omnem ſuam facultatem, excepto tali caſu reſeruato[a] Imò & quò ad forum conſcientiæ, quando apparet intentionem Epiſcopi fuiſſe, cõcedere reſeruatos ei, cùm omnem ſuam facultatem conceſſit.[b]

262 Porrò, excommunicationes Epiſcopo reſeruatæ, referuntur ſup.[c] Qui autem & quot ſunt caſus ei reſeruati, magna eſt inter doctores cõtentio,[d] communior tamẽ cõcluſio eſt, quatuor, quinque, aut ſex eſſe. Quorum primus eſt peccatum clerici, quod irregularitatem annexam habet, ſecundùm Silueſt. & eos quos ipſe refert.[e] Nobis tamen verius & vſitarius videtur Dictum Card.[f] putâ, clericum qui ob aliquod peccatum irregularitatem incurrit, poſſe abſolui à ſenſura, ſi quæ ſubeſt, & à peccato, antequam cum illo in irregularitate diſpenſetur. Secundus, eſt incendium domorum, frugum, aut aliarum rerum de induſtria factum, ac conſilium, & auxilium in id præſtitum.[g] Tertius, eſt peccatum ob quod pœnitentia ſolemnis imponenda eſt, quæ ob ſolum notorium peccatum graue, & ſcandaloſum imponitur,[h] non tamen eſt in vſu. Quartus, abſolutio blaſphemiæ publicæ & notoriæ, per *cap ſtatuimus: de maled.* cui commun. innititur, ſed non probat: quum loquatur de foro contentioſo, vt rectè Angel. innuit[i] & quia ius nouum Concil. Lateranenſ. ſub Leone. X[k] oppoſitum eius quòd communis dicit, ſignificat: quatenus vetans, ne confeſſarij blaſphemos in foro cõſcientiæ, niſi cum grauiſſima pœnitentia ad arbitrium ſeueri confeſſarij impoſita, abſoluant, innuit eos poſſe adhibita eiuſmodi pœnitentia abſoluere. Quintus, diſpenſatio votorum, & iuramentorum: at hic non debet numerari inter caſus, cùm non ſint peccata, qualia illos eſſe diximus ſupra.[l] Sextus, abſolutio excommunicationis maioris,[m] at hic non eſt caſus reſeruatus: cùm non ſit peccatum, ſed illius pœna: neque intelligenda eſt de omnibus excommunicationibus, ſed de reſeruatis Papæ, quarum abſolutio aliquibus caſibus inferiori conceditur, per quem Epiſcopus intelligitur, vt dictum eſt[n], nam ab alijs caſibus non reſeruatis, Parochi, quò ad forum conſcientiæ, iure communi abſoluere poſſunt, per dicta ſupra.[o] Per quæ videtur, vnum vel alterum tantùm ex his caſibus eſſe vſu receptum. Alij

[a] *arg. cap. dominus, 32. q. 7. & eorum quæ latem notat Dec. in reg. 1 ff. de reg. iur.*
[b] *arg. ca. intelligentia de verb. ſign.*
[c] *eod. ca. nu.* 111. *cum ſeq.*
[d] *vt colligitur ex gloſſ. c 2. de pœn. & remiſſ. lib. 6. S. Ant. tertia parte, titulo duo decimo. c.* 11 *& Ang. verb. caſus in princ. & Silu. eo verb. qu. 2. & glo. & doctores in cle. dudum. §. ſtatuimus, de ſepult.*
[e] *vbi ſup. q. 3.*
[f] *in cle. dudum, §. ac etiam, de ſepult.*
[g] *ca. peſſimam, 23 q. 8.*
[h] *c. fin ad unctâ gloſ. 26. q. 6.*
[i] *vbi ſupra.*
[k] *§. ad abolendam, ſeſſ. 7.*
[l] *eod. c. n. 251.*
[m] *gloſſ. d. c. 1. de pœnit. & remiſſ. l. 6.*
[n] *eod. ca. n.* 111.
[o] *eod num. 39.*

verò caſibus reſeruantur Epiſcopis ipſis conſuetudine generali, quos tangit & refert. gloſſ. *extrauag. inter cunctas, de priuileg.* Primus, eſt homicidium voluntarium, aut realis membri abſciſſio: quia nec mentalis nec verbalis etiam perueniens ad percuſſionem comprehenditur S. Antonin.[a] aſſertore. Secundus, peccatum falſitatis, falſandi ſcripturas, ac perhibendi teſtimonium falſum, aut reticendi verum coram Iudice,[b] & peccati admiſſi ab Aduocatis, Procuratoribus, ac Notariis, oſtendendo ſcripturas partibus aduerſis.[c] Tertius, violatio libertatis, aut immunitatis eccleſiæ,[d] per quam iniuſtè perſonis aut rebus eccleſiaſticis iniuria infertur. Quanquam nunc ſæpenumero habet excommunicationem Cœnæ Domini annexam:[e] & conſequenter, videtur quòd omne ſacrilegium ſit caſus Epiſcopalis per conſuetudinem.[f] Quartus, peccatum retinendi incerta aliena quem ſupra,[g] declaramus. De ijs porrò qui per conſuetudinem, aut conſtitutionem ſpecialem epiſcopatuum reſeruantur, certa regula ſtatui non poteſt, iuxta omnes: vnaquæque ſi quidem prouincia ſuo ſenſu abundat.[h]

[a] *3. part. tit. 17. ca. 11. in fin.*
[b] *iuxta not. à Pa. c. 1. de crim. falſ. & Barth. 1. ff. eod.*
[c] *iuxta l. 1. §. qui depoſita, ff. eod.*
[d] *de qua ſupra eod c. n 118. &*
*c. 25. n. 17.*
[e] *per dicta ſup. eod. cap. n. 120. in fin.*
[f] *Silu. verbo caſus q. 4.*
[g] *cap 17. nu 92*
[h] *c. vtinam, 36. diſt.*

263 Non videtur autem ſatis tuta opinio cuiuſdam viri eruditi, quam publicauit in tractatu ſuo de caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis ſub finem: quòd nimirum confratres Sanctiſſimę Trinitatis, aliíque Chriſti fideles, non poſſunt abſoluti à caſibus reſeruatis Epiſcopis, eis inconſultis, auctoritate Bullæ S. D. N. Gregorij XIII. quà facit præfatis Chriſti fidelibus facultatem in hęc verba.

*Inſuper, vt ipſi confratres, & alij Chriſti fideles indulgentiarum, remiſſionem, & relaxationum præfatarum Deo propitio facilius efficiantur participes, illis, & eorum cuilibet, vt temporibus, & diebus ſupradictis quoſcunque ſeculares, vel quorumuis ordinum etiam mendicantium regulares presbyteros idoneos ab ordinariis locorum approbatos in ſuos poßint eligere confeſſores, qui eorum confeßionibus diligenter auditis, & eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceßibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, exceptis contentis in literis in die Cœnæ Domini legi conſuetis, totiens, quotiens, etiam à criminibus in eis literis contentis, ſemel in vitâ tantùm*

*& in mortis articulo, eadem auctoritate abſoluere, ac pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, &c.* Præfatus enim auctor fundat ſuam opinionem in eo, quòd Papa non poſſit tollere ius diuinum, quòdque iure diuino eſt conceſſa poteſtas Epiſcopis, reſeruandi ſibi aliquos caſus, quæquidem poteſtas videretur eis adimi, ſi virtute præfatæ conceſſionis poſſent prædicti Chriſti fideles abſolui à peccatis reſeruatis Epiſcopis. Quæ tamen opinio nõ eſt vera nec ſolide fundata. Tum, quòd Papa habet ſuper omnes chriſtianos iuriſdictionẽ, [a] & quidem non ſolùm qualem qualem, ſed immediatam, quò ad omnia ſpiritualia. [b] Cumque habeat illam immediate à Deo, nemo alius poteſt eam illi adimire, vel minuere. [c] Tum, quia non ſatis cautè arguit tolli Epiſcopis ius reſeruandi caſus, eò quòd Papa conferat facultatem abſoluendi ab eis aliquibus aliis in aliquot caſibus, vt in caſu propoſito: effectu namque arguit à ſublationẽ partis, ad ſublationem totius, & ſic à minori ad maius affirmatiuè, contra regulam Dialecticorum, & doctrinam Bald. [d] Tum, quia etiam omnis presbyter ſolo iure diuino attento, poteſt abſoluere quemlibet à quolibet peccato, [e] attamen plurimis non licèt iure humanó Papâ id vetante. Nec ſequitur ex hoc tolli eis poteſtatem illis diuinitus datam, ſicut iure diuino naturali cuilibet licet paciſci, & contrahere, [f] nihilominus tamen iure non ſolùm Pontificio, ſed etiam Regio, vetantur multi paciſci, & contrahere: nec propterea dicitur tolli ius naturale, & diuinum: ſed tantùm ex æquo, & bono reſtringi. Tum, quia omnium eſt vna concluſio, multa iura naturali & diuino iure competentia multis, reſtringi, & limitari poſſe à ſummo Eccleſiæ Principe quò ad ſpiritualia, & à ſeculari quò ad temporalia, [g] tam per interpretationem inter ius, & ęquitatem interpoſitam [h] & per pœnæ impoſitionem, [i] quàm etiam per iuſtam diſpenſationem, [k] ac per rationem iuſtam naturalem: [l] palam autem eſt in caſu propoſito, ſolùm ius Epiſcoporum reſtringi, & limitari ex cauſa iuſta ſancta, & honeſta. Tum, quia *gloſſ cap. omnis de pœn. & re-*

*[a] per extrau. a. vnam ſanctam, de maior. & obed. & dictum Inn. in ca. 1. de conſt. amplificatum ibi per Feli. à numero. 2.*

*[b] vt colligitur ex S Tho. recept. in tract. contra errores Græcorum, concluſ. 6 ſ. alias ca. 33. concl, 33.*

*[c] cap. cuncta per mundum. & ca. per principalem, 6. q. 3.*

*[d] in l. cõuenticulam, C. de epiſcop. & cler.*

*[e] vt dictum eſt ſup. eod. in prin. & efficaciter probauimus in cap. placuit, de pœn diſt. 6.*

*[f] l. 1. ff. de pact.*

*[g] iuxta ca. quod in dubiis, & ca. pen. de pen.*

*[h] iuxta l. 1. C. de leg.*

*[i] iuxta l. quiſquis C. ad l. Iul. Mai. & ca. cum ſecundùm, de hæret. lib. 6.*

*[k] c. ex multa, & toto tit. de vot. & ca quanto, cum eis adn. de iureiur.* *[l] iuxta l.* Lucius, *ff. de euictio. & l. item ſi verberatum, ff. de rei vend. & l. vẽditor §. ſi conſtat. ff. comm. prædio. & copiosè tradunt* Fel. *Dec. & aliij in d. c. quæ in eccleſ.*

miſſ. damnatur ibi communiter, quatenus ait confeſſos religioſis habentibus â Papa priuilegium audiendi confeſſiones, teneri confiteri iterum ſuis Parochis, ſi non præuia eorum licentia, confeſſi fuerint ipſis. Tum, quia præfata opinio ſapit hęreſim Ioan. Poliaci dãnatam in *extra, vas election. de hære.* quatenus aſſeruit, quòd ſtante ſtatuto *c. omnis vtriuſque ſexus*, non poteſt Papa facere, vt parochiani non teneãtur cõfiteri proprio ſacerdoti ſeu Parocho eccleſiæ. Quódque Papa non poteſt dare licentiam audiendi confeſſiones, quin cõfeſſus habenti eam teneatur eadem peccata iterum proprio Parocho confiteri. Tum, quòd deſtruit *cle. dudum, de ſepult.* & omnia iubilea, cruciatas, ac confeſſionalia, quibus fit facultas eligendi confeſſarios, & conſuetudinẽ generalem totius eccleſiæ chriſtianæ, quæ cõtrariam eius opinionis ſententiã vbique terrarum ſeruat. Tum, denique, quòd facilè diluitur argumentũ eius, concedendo quidem Papam non poſſe tollere ius diuinum intotum,[a] imò & concedendo poteſtatem reſeruandi ſibi aliquos casus, iure diuino Epiſcopis cõuenire:[b] negãdo tamen, non poſſe Papã illam ex iuſta cauſa limitare, & reſtringere aliquo prędictorum modorum: negãdo item, per limitationem, & reſtrictionem in hoc caſu factam, tolli Epiſcopis poteſtatẽ reſeruãdi ſibi facultatem abſoluendi aliquot caſibus, per ſupradicta. Quin & Pan.[c] ſecutus Inn. recept. ab omnibus, dicit ratione naturali poſſe declarari, & limitari ius naturale, & diuinum, non ſolùm lege Papæ quò ad ſpiritualia, & lege alterius principis, quò ad temporalia, verum etiam conſuetudine rationabili, vt paſſim limitatur præceptum de nõ occidendo, déque ſtando duorũ, vel trium teſtimonio, &c. Dixi ſupra, *Imò & concedendo, &c.* Tum, quia Cõcilium Trid.[d] non habet præfatam poteſtatem reſeruãdi, dari Epiſcopis iure diuino, id eſt, immediatè à Deo: ſed magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, vt hanc poteſtatem habeant, ſummi quidem Pontifices in toto orbe: Epiſcopi verò, in ſuis diœceſibus. Quod longè aliud eſt, cùm multa iure humano conſtituta, magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinã pertineant. Tũ, quia hęc reſeruãdi poteſtas nõ pertinet ad ordinis ſubſtãtiam, neque ad iuriſdictionẽ abſolutioni impen-

[a] *ca. ſunt quidã, 25. q. 1.*
[b] *c. 7. de caſuum reſeru. ſeſſ. 14. Concil. Trid.*
[c] *in cap. fin. de conſuet. n. 3.*
[d] *in d. cap. 7.*

dēdæ neceſſariā, ſed ad aliā extrariā Eccleſię Chriſtianæ gubernandæ valde opportunam. Tum, quia nullibi probari videtur, iure diuino competere Epiſcopis aliam iuriſdictionem, præter eam, quæ datur eis per ordinationem, & conſecrationem: nam omnis alia conceditur eis mediatè, vel immediatè à Papa, [a] Quâ conſideratione, negari poſſet, quòd ita immediatè ſuſcipiant Epiſcopi iuriſdictionem hanc reſeruandi extrariam, à Deo, ſicut ordinis characterem: ſed à Papa per electionem, confirmationem, vel aliam diſpoſitionem ordinariam, aut delegatam, expreſſè, vel tacitè, per traditionem & conſuetudinem iam inde ab ipſo Petro in hunc diem deriuatam.

[a] *ca. in nouo. 21. distinct.*

## Miſcellaneum primum de præſentatione Confeſſariorum Religioſorum ordinarijs facienda.

Summæ.

264 *Præſentatio fratrum ad audiendas confeßiones, &c.*
265 *Concilio non derogatur niſi expreßè.*
266 *Præſentatus ſemel, & admiſſus, noua præſentatione non indiget.*

264 Prælati fratrum tenentur [b] petere ab Epiſcopis & ſuperioribus, eorum licentiam, vt fratres ad id per ſuos prælatos nominati, poſſint in ſuis ciuitatibus, & diœceſibus libere eorum ſubditorum confeſſiones audire, ac ſalutares pœnitentias imponere, præuiáque ſua facultate, & bonâ veniâ abſoluere, quicquid dicat Sil. [c] allegando Card. [d] qui licèt [e] ſubobſcurè loquatur, alibi [f] tamē clarè reſoluit, teneri fratres petere prædicta. [g] Debent inſuper fratrum Pręlati eligere fratres idoneos numero conuenienti ad tria prædicta, eóſque præſentare Epiſcopis. Dixi, ***Præſentare***, non enim ſufficit nominare. [h] Cæterùm, Epiſcopo nullâ iuſtâ ſubſiſtente cauſâ, recuſante admittere, poſſunt præſentati illa exercere, perinde ac ſi fuiſſent admiſſi. [i] Nec videtur obſtare Conc. Trid. [k] Tum, quia huiuſmodi pręſentatus, & ſine cauſa ab

[b] *iuxta cle. dudis, § ſtatuimus, & Concil. Lateran. ſub Leon. 10. ſeſſ. 11.*
[c] *verb. confeſſor, 2. q. 1.*
[d] *in d. §. ſtatuimus.*
[e] *ibi.*
[f] *in §. ac deinde, q. 5.*
[g] *iuxta d. §. ac deinde.*
[h] *iuxta gloſſ. ſing. & recept. ibidem, verbo præſentare, quod dixit eſſe ſenſibus corporis exhibere*
[i] *d. clem. §. ſi verò.*
[k] *ca. 15. de refor. ſeſſ. 23.*

cauſa ab Epiſcopo reiectus, habetur pro approbato ab eo. ſicut & regularis petens licentiam tranſeundi ad regulam ſtrictiorem, negata ea ſine iuſta cauſa, habetur pro licentia donato.[a] & Abbas, qui petiit tertiò benedictionem ab Epiſcopo, habetur pro benedicto, ſi ille eam ſibi neget.[b]

265 Tum, quia Concilium Trid. non videtur voluiſſe derogare iuri communi, & conciliari *d. clem. dudum.* § *ſi vero*, aut Cõcilio Lateranen.[c] quod requirit derogationem expreſſam Concilij, ad hoc vt illi cenſeatur derogatum.[d] Tum, quia expedit iura concordare[e]: poſſumus autem hæc iura commodè concordare dicendo Concilium Trid. limitari per alia duo prædicta ob rationem ſpecialitatis, quæ colligitur ex eis, ad frænandam aliquorum Epiſcoporum duritiem, vt in .d. *cap. 1. de ſupp. negl. prælat.* ſtatuitur, cùm etiam poſteriores leges limitentur per priores.[f]

266. At verò ſemel præſentatus, & admiſſus, non indiget noua præſentatione, etiam ſi aliquoties exierit diœceſim, ad quam fuit præſentatus.[g] Verum, præſentatus non debet abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, niſi facta ei ad id poteſtate, & minus diſpenſare in iuramẽtis aut votis,[h] quòd eſt tutius ſecundum S. Anton[i] licet Silueſt.[k] contra teneat, quò ad caſus ab ipſo Epiſcopo reſeruatos. Dicti inſuper confeſſarii, priuilegio Papæ Sixti IIII. poſſunt audire confeſſiones omnium, qui ad ſua loca ſe confeſſuri, venerint, licèt non ſubſint epiſcopatui ad quem fuerunt præſentati,[l] non tamen poſſunt extra loca ad quæ ſunt prçſentati, niſi, &c. ſi verò Epiſcopis videbitur, poſſunt remittere religioſis obligationem petendi, & præſentandi, habendo eos pro præſentatis.[m] Porro, dicti Patres habent priuilegium Innocentij VIII. quo ſe poſſunt aliter præſentare Epiſcopis, relatum in Compendio priuil. fratrum Minorum, *verb. preſentatio fratrum*, & melius *verb. abſolutio quo ad ſeculares*, & habent in monumentis primæ impreſſionis, fol. 95. & ſecundæ impreſſionis, fol. 93; ac in ſupplemen. fol. 9. conceſſ. 352. Hæc tamen præſentatio non eſt tantæ virtutis ac alia: quum non niſi ad annum duret, neque faciat vt ſic præſentati, pro præſentatis habeantur, iuxta formam iuris, nec conſequenter,

[a] *ca. licet, de regular.*

[b] *ca. 1. de ſuppl. negl. præl.*

[c] *ſeſſ. 11 arg. dicti ſolemnis Archid in cap. 1. de conſtit. lib. 6,*

[d] *de quo latè Fel in c nõnulli, de reſcrip.*

[e] *c. cũ expediat de elect. lib. 6.*

[f] *l. ſed & poſteriores, ff. de leg,*

[g] *d clem §. idem vbi Ca, q 1.*

[h] *iuxta gl. recep in d. § verò*

[i] *3. part. 17. cap. 11.*

[k] *verb. confeſſor. q. 5.*

[l] *ſupplement. fo. 58. conceſſ. 159.*

[m] *arg. c. quod ob gratiam, de reg. iur. lib. 6. &* ſentit Conc. Later. d. ſeſſ. 11. ibi (*niſi eos exhiberi ſibi petierint.*)

[a] *c. porrò, & ca. ſané de priuileg.* vt gaudeant priuilegiis, quibus præſentati gaudent, vt colligitur ex tenore conceſſionis, quæ quia eſt priuilegium, ſtringi dedet,[a] eòque non eſſe vtendum, conſuluit Compilator prefatorum priuilegiorum.[b]

[b] *verſ. præſentatio, § vlt*

# Miſcellaneum ſecundum, de quibuſdã regulis Confeſſariorum.

## Summæ.


267 *Bona facta in peccato mortali, ad hæc multa proſunt.*
268 *Abſolui non debet ſacramentaliter non confeſſus, etiam infirmus.*
269 *Confeßio facta vni, non ſufficit vt alter abſoluat.*
269 *Voluntas non fertur in cognitum.*
270 *Canonicus regularis omnium laxißimæ regulæ ſeruit.*
270 *Religioſus qui teſtans non abſoluendus.*
271 *Excommunicati mortui cuius abſolutio non petenda.*
272 *Mortuus abſolui, & excommunicari an poßit?*
272 *Hæres cuius excommunicati abſolutionem quærere non debet*
272 *Excommunicatum etiam non confeſſum abſoluit ſacerdos etiam excommunicatus, in morte.*
272 *Abſoluere non poteſt laicus excommunicatum, etiam in morte*
273 *Collatio beneficij facta excommunicato, etiam ignoranti ſe excommunicatum, an valida?*
273 *Excommunicatio non ligat extra Epiſcopatum, etiam epiſcopo volente.*
273 *Excommunicatio condiionalis conditione impletâ non tribuitur retro*
273 *Appellatur ab excommunicatione durante conditione, etiam poſt decennium.*
274 *Penſio cui quis perſe conſentit, ſtatim tenet.*
274 *Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam.*
275 *Diſpenſare valens ſuper voto, cur non poteſt ſuper iuramento.*
275 *Abſoluere ab hæreſi præter Papam, an quis poßit?*

276 *Vouens intrare religionem, an teneatur extra prouintiam.*

277 *Abſolutio excommunicati ad cautelam, quotuplex, Confeſſario vt dari poteſt, & quæ dicatur abſolutio excommunicationis ſimplex, quæ verò ad cautellam, & num. ſeq.*

267 Præterea ad quæ ſupra [a] diximus prodeſſe opera bona facta in peccato mortali, proſunt etiam implendis præceptis, & ad excuſandum à nouo peccato, [b] necnon ad illuſtrandum mentem peccatoris, quò ſuum malum agnoſcat, & illius pœnitudine ducatur: [c] ad quærendas inſuper virtutes morales, [d] & ne peccatum nos ſuo pondere in aliud trahat, [e] ad quærendam denique cordis lætitiam, iuxta illud Pauli. [f] *Spe gaudentes*: & ne angelus noſter tutelaris ob ingratitudinem nos omnino deſerat, neque tam cito Deus nos puniat, tardius enim puniuit Achab, quia ſe humiliauit. [g]

268 Firmiter porrò eſt tenenda ſententia poſita ſumpta, [h] putà non debere quem abſoluere ſacramentaliter infirmum qui verbis, vel nutibus, non fuerit ei confeſſus aliqua peccata, licèt antequam obmuteſceret, vel iudicio priuaretur, vocauerit eum, quantamlibet voluntatem confitendi cum ſignis contritionis oſtenderit alteri, vel aliis quàm abſoluturo. Tum per rationem irrefragabilem ibidem inſinuatam: Tum, quod S. Thom. in confirmationem partis aduerſæ citatus, [i] dicens poſſe talem vngi extremè, baptizari, & à peccatis abſolui, intelligendus eſt de abſolutione aliâ quàm ſacramentali, putà generali deprecatiuâ, vel à pœna per indulgentias ei conceſſas S. item Ant. [k] pro eadem citatus, qui ſolùm ait eiuſmodi caſu ſacerdotem debere impendere infirmo, quicquid humanitatis poteſt, abſoluendo vel reconciliando, eſt ſecundùm prædicta intelligendus.

269 Medina etiã pro eadem citatus [l], potiùs cõcordat ſequendo gl. *ca. si qui 26. q. 6.* quæ, vt [m] diximus, verbum (*pœnitentiã*) in textu poſitũ, intelligit de alia abſolutione, quã ſacramentali Tum quia, quãuis valeat confeſſio facta ſcripto abſenti, ſaltem iuſta de cauſa, vt dictum eſt

[a] *prælud. 7. n. 3.*
[b] *iuxta ea quæ diximus in princ. c. 1 de pœnit. diſt. 6. n. 45*
[c] *cap. falſas, de pœit. diſt. 5.*
[d] *cap. vides, 23. qu. 6.*
[e] *iuxta Altiſiod. in 4. par. ſum.*
[f] *Roman.* 11.
[g] 3. Reg. 21.
[h] *c. 26. nu. 28.*
[i] *in opuſc. 65*
[k] *3. parte, tit.* 10 *c* 2.
[l] *in C. de cõfeſſ. tract. 2. de abſolut. ab. oblitis.*
[m] *vbi ſup.*

ſupra [a],non tamen ſufficit velle ſcribere illa, niſi ſcribat idque faciat animo confitendi ea, & non cuicunque, ſed presbytero ,à quo vult abſolui: & proinde non ſufficiet vocare confeſſarium, & dicere ſe velle confiteri, imò neque confiteri peccata coram alio ,niſi ad ſummum dum confiteretur omnia, ei mandando, vt deferret, illa tanquam nuntius, ad presbyterum eum abſoluturum Tum, quia contra Concil. Trid. & omnes receptas ſententias eſſe videtur, dicere, voluntatem confitendi citra confeſſionem, vel confeſſionem factam vni præſertim non presbytero, vel aliter quàm ſacramentaliter, ſufficere, vt abſoluatur ab alio, qui eam non audiuit, & iudicialiter debere abſoluere, cum voluntas non feratur in incognitum, [b] præſertim iudicis ( qualis eſt confeſſarius [c] ) Tum, quia non vendicat ſibi locum eadem ratio in hoc ſacramento, quæ in baptiſmo, eucharistia, & extrema vnctione: illa enim non adminiſtrantur iudicialiter, & cauſâ cognitâ, vt hoc: nec: vllius eorum pars eſſentialis, eſt concurſus vllius actus actualis illa ſumpturi, quò ad eorum miniſtrum: imò, ſufficit voluntas præcedens ea ſuſcipiendi, in hoc autem non ſufficit voluntas confitendi, & accipiendi abſolutionem, imò, confeſſio eſt eius pars ſubſtantialis, vt definit Concilium Trident. [d] Tum denique, quòd ſi maior cognitio peccatorum non requireretur ad abſolutionem ,non concluderetur confeſſionem eſſe iure diuino præceptam, per illud Ioan. [e] *Quorum remiſeritis,* &c. vt ſubtiliter inſinuauit Medina [f],quod aduerſatur Concil Trid. [g]

270 At verò, confeſſarius abſoluere, & ſi moriatur, in ſacro ſepelire non debet vllum religioſum, etiam canonicum regularem ( qui omnium laxiſſimæ regulæ ſeruit [h] ) teſtantem, vel teſtari volentem, niſi à propoſito deſiſtat, & ſi quod teſtamentum fecit, reuocet, aut certè efficaciter reuocare proponat, [i] vt latè tradit Io. Trullus. [k] aſſerés eſſe cauendũ cuius Canonico regulari, & à fortiori, cuilibet, alteri monacho à ſcribẽda ſcheda, vel memoriali ſignificãte ſua de vllis rebus ſuis vſibus deputatis, hoc vel illo pacto diſtribuendis, voluntatem vltimam: quod tamen ſolùm intelligendum eſt de faciente illa câ mente, vt ſint teſtamentum, codicil-

[a] *ca. 21. n. 36.*
[b] *iuxta Auguſt. lib. 9. & 1. de Trinit. & probatur in cap. 1. 29 q. 1.*
[c] *l. de quare ff. de iudic.*
[d] *ſeſſ 14. ca. 1. 3. & c. can 4.*
[e] *cap 21.*
[f] *rbi ſup.*
[g] *ſeſſ 14. c. 5. & ca. 2 & 9 de ſacram pœn.*
[h] *cap. e quod Dei, de ſtat. mon.*
[i] *ca. non dicatis 12 q. 1. c. 1. de teſtam. c. monach, & c. ſuper eo, & c. cum ad. de ſtat. monach.*
[k] *in c. 22. lib. 1 ex quatuor libris de eodem ordine canonicorũ regularium ſcriptis c. 40. n. 21.*

lus donatio mortis cauſa, vel alia vltima voluntas, vim ex ſua diſpoſitione trahens, non etiam de eo, qui expreſſè, vel tacitè proteſtatus nolle teſtari, vel nullatenus diſponere, rogat duntaxat ſuum Prælatum, vel Conuentum, vt pro ſua libera voluntate, hoc vel illud pietatis, aut miſericordiæ opus illi aut illi faciat, quum hoc nullatenus ſit diſponere, ſed ad piè diſponendum alium piè rogare vel exhortari, quod cuilibet religioſo, etiam Franciſcano, licèt, miſericordia enim eſt virtus omnibus, etiam pauperrimis, communis, [a] quæ quotidiana concluſio eſt, quam nuper paulò fuſiùs tradidimus alibi. [b]

[a] *ca. in ſingulis, 86 diſt*

[b] *in tract. de paupert. ſuper c. non dicatis, 12. q. 1.*

271 Atqui, hæres eius, qui moritur abſolutus à peccatis, ſuſceptiſque aliis ſacramentis, ac in loco ſacro ſepultus, licèt poſtea credat eum obiiſſe excommunicatum, nõ tenetur petere abſolutionem. Tum, quia mortuus, propriè, & quò ad Deũ, nec abſolui, nec excõmunicari poteſt, cùm non ſit homo mortalis, quem ſolùm excommunicari poſſe ſupradictum eſt Nec obſtat, *cap. ſi quis, de heret.* per quòd gloſſ. eius contrarium dixit, per illa verba. *Dicatur mortuo, anathema*, quia non ſignificauit quòd excõmunicetur, vt exiſtimauit gloſſ. cũ Pan. ibid. ſed quòd fiat ei maledictio, quâ declaretur deceſſiſſe anathematizatus, vt pulchrè prodidit Caſtren [c] nec abſolui: is enim ſolus poteſt abſolui, qui excommunicari, & verſa vice per ſupradicta. Nec obſtat prædictum *cap à nobis, 2.* ſenſus enim non eſt, quòd excommunicatus mortuus, propriè quo ad Deum abſoluatur, ſed quod denuncietur Eccleſiæ deceſſiſſe quò ad Deum abſolutus, ita vt fas ſit ei nominatim orare pro illo. [d] Tum, quia ſi quò ad Deum & culpam per pœnitentiam fuit abſolutus, non indiget abſolutione quò ad illa: & quum excommunicatio eſſet occulta, nõ indiget etiam quò ad Eccleſiam, quæ non iudicat de occultis. [e] Si verò per pœnitẽtiam non fuit abſolutus nil prodeſt quò ad Deum abſolutio. Tum quia ſolus denunciatus excommunicatus indiget abſolutione quò ad Eccleſiam, [f] hic autem cuius fit mentio, non erat denunciatus: non inquam tenetur, imò, nec expedit petere: quum nil proſit animæ quò ad Deum, & [illegible] ho[illegible] quò ad homine.

[c] *lib. 2. de iuſta hære. punit. c. 16*

[d] *iuxta mentem Pan. & Comm. ibi ac Caſtren. vbi ſup. c. 20.*

[e] *ca. ſi omnia, 6. q. 1.*

[f] *per d. extrau. ad euitanda.*

272 Quod ipſum producendum, in hærede illius qui

ſine abſolutione cum ſignis tantùm contritionis in ex-
communicatione occulta moritur, [a] non autem de hæ-
rede excommunicati denunciati: is enim debet quære-
re abſolutionem ab eo, à quo viuus & ſanus erat abſol-
uendus, ſi non fuit abſolutus, ſaltem ab aliquo ſacerdo-
te ſimplici in articulo mortis, [b] qui tunc poteſt abſol-
uere, vt clariùs omnibus aliis iuribus antiquis definit
Concil. Trident. [c] in hæc verba. *In articulo mortis, omnis ſacerdos quoſlibet pœnitentes à quibuslibet peccatis & cenſuris abſoluere poteſt*

[a] arg. cap. in de ſpult. & c. capt. literis, de rapt.

[b] d. c. à nobis.

[c] ſeſſ. 14. c. 2.

Ex quo videtur, quòd omnis ſacerdos poſſit abſol-
uere ab excõmunicatione in articulo mortis, etiam nõ
confeſſum, modò ſigna contritionis præcedant: quum
in eiuſmodi articulo non ſolùm habeat facultatem ab-
ſoluendi à peccatis, etiam reſeruatis, verùm etiam à cẽ-
ſuris, vt per prædicta verba patet, quod clarè ſentit Pa-
norm. [d] aſſerens, præſuppoſito quòd laicus poſſet ab-
ſoluere à cenſura in articulo mortis, illa prodeſſet, ne
iterum oporteret eum abſolui. Conſtat autem, ſecun-
dùm omnes, non poſſe laicum abſoluere à peccatis: er-
go longè magis abſolutio ſacerdotis ſine abſolutione
à peccatis prodeſſet. Præſupoſitum tamen Pan. verum
nõ eſt, vt dictũ eſt ſupra [e] Quod ipſum poſtea videtur
confirmaſſe dictum Conc. Trid. per prædicta verba, quæ
non habent *omnis homo*, ſed *omnis ſacerdos*, ſignificando
non poſſe id facere etiam alium clericum, licèt ſacris
initiatum, quantò minus laicum?

[d] in d. c. à nobis num. 10.

[e] cap. 26.

Et quidem, per eadem verba auſim aſſerere, ſacer-
dotem etiam excommunicatum, & denunciatum poſſe
hodie abſoluere licitè conſtitutum in prædicto articu-
lo, ſicut non excommunicatum Tum, quia Concil. vni
uerſaliter nullum excipiendo loquitur. Tum, quia non
obſtat, quòd per excommunicationem tollatur, vel
certè ſuſpendatur iuriſdictio, quam, ſaltem habitualem
habet iure diuino, [f] ſine qua non poteſt conſiſtere ab-
ſolutio: quia probabiliter credi poteſt, piam matrem
Eccleſiam non auferre illi, nec ſuſpendere iuriſdictio-
nem quo ad eiuſmodi articuli tempus, licèt (vt proxi-
mè dictum eſt) non debat credi, laico eandem quò ad
eundem articulum videri concedere: nam quò ad eum,
non agitur de non tolendà, vel non ſuſpendenda iuriſ-

[f] §. ecce, 16. q. 1

dictione, ſed de nouo danda, quod eſt difficilius, [a] præſertim incapaci (qualis eſt laicus) talis iuriſdictionis. [b] Auſim (inquam) id nunc dicere, quàmuis ante dictum Concil. Communis contra tenuerit, [c] & S. Tho. [d] Cæterùm, faceſſat ſubtilis illa nouitas differentiæ quorundam inter articulum mortis, & periculum mortis: eadem enim ſunt, quò ad iura facientia facultatem abſoluendi in eis. [e]

273 Quod autem collatio beneficij facta alicui excommunicato, ſit nulla, intelligendum eſt etiam in eo qui ſe excommunicatum ignorat. [f] Nam licet ignorantia excuſet à pœna tranſgreſſionis, non tamen efficit capacitatem acquiſitionis, cuius excommunicatus eſt incapax, [g] ſufficeret tamen diſpenſatio Epiſcopi, ſi ad eum ſpectabat collatio, iuxta omnium calculum, non tamen ſi ad alium, quicquid dicat Ponormit [h] quod tamen non procedit in collatione facta à Papa, vel legato, cum clauſula abſolutionis, *quò ad effectum præſentium conſequendum*, in literis eorum apponi ſolita. [i]

Non eſt autem tenenda opinio Barth. [k] communiter recepti à Legiſtis, vt tradit Hippol. [l] putà, excommunicationem Epiſcopi ligare extra Epiſcopatum ipſo id volente, quia irrefragabili iure, [m] confutatur, vt rectè affirmat Panor [n] Nec obſtat, *l. fin. ff. de decret. ab ord fac.* qua magno colore motus fuit Bart. eſt enim malè traducta è græco in latinum, vt teſtatur eruditiſſimus And. Alciat. [o] ſecundum cuius tranſlationem non ſuffragatur Barth. & ſequacibus eius.

Excommunicatio verò conditionalis, impletâ conditione, non retrotrahitur: quia fictio retrotractionis, non habet locum in cenſuris. Tum argum *cap. licet, de ſentent excommun lib. 6.* Tum, quia fictio fundatur in æquitate, [p] nulla autem æquitas ſuadet, vt qui iuſtè communicabat ante conditionem impletam, cenſeatur iniuſtè tunc communicaſſe: id enim eſſet fingere impoſſibile ſecum pugnans, contra, *l. vbi repugnantia ff. de reg iur.*

At ſicut excommunicatio lata ſub conditione, non ligat ante eam impletam, ita poteſt quis appellare ante illam impletam, etiam poſt decennium: ita vt *Pl qui in vtero, ff. de ſtat hom. tradit Barth recep in l ſi is l ff. quis de vſuca. num. 67.*

*a c. quem admoſ. b duo, de iureiur. c. tuam, de ord cog. & cap 2 de iudic. e in c. non eſt, de ſponſ. d in 4. ſent. diſt. 16. qu. 3. & 3. part. q. 82. art. 7. ad. 2. vt ſatis probat cap eos de ſent excom. lib. 6. f iuxta gl Pan. & Comm in c. pen de cler. excom. mini. g ca. poſtulaſtis, eod. tit. h in d. ca poſtulaſtis i de qua Feli. in cap Apoſtolicæ, col. 1. de except. & alij alibi. k in l. 1. nu 45. C. de ſum. Tri. l in l fin ff. de iuriſd. omn. iudic. n 142. m per cap. 2 de conſtit lib. 6. fortius per rationë eius ſumptã ex d. l. final n in c. à nobis, 1. n 1 1. de ſent. exc. o in l. 1. diſpunct. cap. 18.*

*vt ſentit gloſſ. quā contra Pan. ſequitur cōmunis in cap. præterea, cap. 7. de appellat.*

*b iuxta ſtylum Curiæ, de quo teſtatur Caßiad. decis. 2. tit. de penſ ſuper regu. Cancel. & 12. de reſcrip.*

*c nu 16. contra gloſſ. 2 ca. à nobis 2. de ſent. excom*

*d 2. 2 qu. 64. art. 8.*

*e arg. l. in delictis, § 1 ff de noxal.*

*f l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.*

ſine ſcrupulo poſſit communicare, etiam eâ impletâ a

274 Cæterùm, penſionarius perſonaliter conſentiens conſtitutioni penſionis, nec ſoluens eam die ſtato, incidit in cenſuram etiam ante intimationem literarum, ſecus autem ſi conſentit per procurationem. b

His amplius adnoto, pro communi opinione, quam tenuimus ſupra, c putà, quòd ignorantia probabilis excuſet ab excommunication ſtatuti, pro facto damnato, vltra ibi dicta, facit, quod licèt non requiratur conſenſus delinquentis in pœnā, vt obligetur ad eam: quia obligatio non nititur eius conſenſu, ſed poteſtate legiſlatoris imponentis eam, requiritur, tamen conſenſus in cauſam, ob quam imponitur, S. Thom aſſertore, d & vt quis dicatur conſentire in cauſam alicuius, non ſufficit vt conſentiat in id, quod eſt cauſa, ſed requiritur quò d ſciat vel ſcire debeat id eſſe cauſam: e qui autem ſcit aliquid eſſe malum, & ignorat pœnam ob id impoſitam, ſcit quidem id quod eſt cauſa illius, non tamen cauſam illius. Nec obſtat e quòd ex eo ſequeretur, mulierem, ruſticum, & alios qui probabiliter pœnas legum ignorant, in nullam earum caſuros, reſpondeo enim poſt eſt negando quidem ſequelam, quo ad pœnam ordinariam, & mediocrem proportionatam delicto, ſecundùm naturam eius ſtatutam, vel prudentiâ communi imponendam, quàm quilibet diſcretus paulò plus minus præuidere poteſt, ſaltem hallucinando per legem naturalem, dictantem delicta mediocriter punienda, f concedendo verò ſequelam, quò ad pœnā extraordinariam, ac exorbitantē, & auctam vltra naturam ſuam, nudè conſideratam ob frequentiam, vel alias circunſtātias, perſonæ, temporis, loci &c. ea ratione diuerſitatis, quòd quicunque ſcit, vel ſcire debet quippiā eſſe malū, ſcit vel ſcire debet id eſſe puniendū iuxta naturā eius: & ita non ſolùm cōſentit in id quod eſt cauſa eius, ſed etiā in id quod ſcit, vel debet ſcire eſſe cauſam eius: ſecus tamen eſt de pœna exorbitante aucta, & addita vltra naturā eius ob frequētiam, & alias circunſtantias, ſiquidē, nec ſcit nec ſcire debet illud malū eſſe cauſam illarum: cuius generis eſt excommunicatio, & eò magis quo ſola ratio naturalis, quæ docet pœnam debitam malo, non pertingit ad illam ſine lumine

fidei. Quæ eſt ratio germana *ca. 2. de conſtitut. lib. 6.* per quam extenditur ad quaſcunque alias pœnas exorbitantes, ſolâ naturâ delicti conſideratâ Qua eadem ratione idem cenſeo cum Silu.[a] de excommunicatione lata per legem communem Pont Max. vt probo alibi[b] cum multis eruditis Curiæ, putantibus multas Extrauagantes cenſuris grauiſſimis latas & munitas ſuper criminibus damnatis, quarum notitia nunquam tranſiit Pyrenæum, nec Alpes, non excommunicaſſe Hiſpanos Belgas vel alios eas penitus ignorantes: Nam & percutiens clericum, patrem, aut dominum, & ſollicitans ad turpia monialem, vel virginem, ignorans probabiliter eorum qualitates, quarum conſcius id non feciſſet, non incurrit pœnas extraordinarias pro illis additas[c], licèt namque ſciat eſſe malum quod facit neſcit tamen, nec ſcire debet tantam pœnam illi malo impoſitam: minúſque peccat, violans legem grauiſſimis, & extraordinariis pœnis munitam, ignorando eas probabiliter., quàm ſciendo: ſicut minus contemnit & peccat, qui ingreditur hortum leui ceſpite ſeptum, vt furetur, quam qui alto pariete cinctum.

[a] *verb. Ignorantia, §. 3.*

[b] *In commẽt. c. fraternitas, 12. q. 2.*

[c] *c. ſi verò 2. de ſent. exc. & l. ſi quis ignorans, ff. locatis.*

275 Nullus verò omnium, præter Papam ſine eius cõmiſſione ſpeciali, poteſt abſoluere ab hæreſi, & cenſurâ ei annexa, etiam occultiſſima: Papa namque eam ſibi reſeruat in bulla Cœnę: quàmuis Conc. Trid.[d] concedat Epiſcopo, vt per ſemetipſum in ſuo Epiſcopatu poſſit abſoluere ſubditos ſuos ab occulta hæreſi: quàmuis item poſſit contendi, quòd non ſit derogatum quo ad hoc, illi per bullam Cœnæ: quia S D. N. Gregor. XIII. & Pius V. adeò id expreſſè declararunt, vt etiam ſummo Pœnitentiario negauerint illam facultatem, niſi cum certis modificationibus, ſine quibus nec hic abſoluit citra maximam cauſam, nec ille dum vixit abſoluebat, etiam cum illa. Per quod & *arg. c. ſi de off. vic. lib. 6. & c. in generali, de reg. iur. eod lib* adducor vt credam, nec virtute Iubileorum, nec Bullarum Cruciatarum in quibus non datur ſpecialis facultas abſoluendi ab hæreſi, poſſe quem abſolui ab ea, licèt expreſſé detur facultas abſoluendi â caſibus bullæ Cœnæ arg. cap. *frater noſter 16.* q 1. iuncto Dicto S. Ant. 3. part. tit 24. c 77 §. 1. putà, quòd facultas generalis abſoluẽdi ab excommunicatio-

[d] *c. 6. ſeſſ. 24 de reform.*

ne, non includit abſolutionem illius, quę ſpecialiter non fuiſſet conceſſa.

Confeſſarius porrò eò quòd ſit munitus facultate diſpenſandi ſuper voto, non poteſt diſpenſare ſuper iuramento, etiam eiuſdem materię. Tum, quia iuramentum videtur continere duo vincula, promiſſionis, & iuramenti, quæ ſunt fortiora vno, [a] qua ratione S. Tho. [b] ait votum iuratum eſſe firmius non iurato. Tum, quia ſecundùm eundem aliâ ratione ligat iuramētum. quàm votum. Iuramentum enim ligat, quia eſt ſacræ rei atteſtatio, ratione reuerētię, quâ quis debet implere, quod per nomen eius promittit. Votum verò, ratione fidelitatis, quâ quis debet implere quod Deo promiſit. Tum quia ſecundùm omnes, votum, vt votum, non eſt iuramentū, nec vice verſa: nam diuerſitas nominum, definitionum, & titulorum *de iureiur in 2. Decret. & de voto in 3.* & rationum obligandi ſupradictarum, concludit eſſe diuerſę ſpeciei iuramentū, & votum, facultas autem diſpenſandi ſuper vna ſpecie, non extēditur ad aliam, *arg. c. cui de non ſacordotalis, de præb. lib. 6.* quatenus probat, virtute mandati, vel priuilegij de conferēdo beneficio valores maioris, non poſſe conferri beneficium minoris. Tum, quòd Abbates habentes poteſtatem abſoluendi à ſententia canonis, *ſi quis ſuadente, iuxta ca. cum illorum, de ſent. excom.* nō poſſunt abſoluere à multis aliis excōmunicationibus minoris authoritatis: [c] nam exorbitantia à iure communi, non ſunt extendenda de vno ad aliud. [d]

[a] *ca. 1. de treug. & pac.*
[b] *2. 2 qu. 86. art. 8.*
[c] *iuxta feder. conſ. 14. Monachus Peruſinus.*
[d] *reg. quæ àrue lib. 6.*

276 An autem Hiſpanus qui probabiliter ante 20. annos vouerat ingredi religionem ordinis fratrum minorum Cōuentualium quia poſtea à fel re. Pio V in tota Hiſpania abrogatus fuit, teneretur quærere extra illam, vbi non eſt abrogatus, monaſterium in quo reciperetur? dubitari poſſet. Et videtur non teneri, tùm per dicta ſupra. [e] Tum quòd actus agentium, non operantur vltra fines eorum, [f] ipſe autem non intenderat profiteri extra Hiſpaniam.

[e] *c. 12. nu 48.*
[f] *l. non omnis. ff. de reb. cred.*

277 Rogatus porrò de poteſtate abſoluēdi ad cautelā cōfeſſarij electi per cōfeſſionalia, Iubilęa, & alias bullas Apoſt. dico tumultuariè primò, quod abſolutio excōmunicationis ſimplex, eſt abſolutio integra excom. quæ ſcitur eſſe lata, & valida Abſolutio verò ad cautelā, eſt

quæ nõ eſt eiuſmodi, & ita eſt triplex, dimidiata, quæ ad certũ tẽpus, vel actũ fit. integra, eius quæ dubitatur eſſe lata: & eius quæ ſcitur eſſe lata, ſed dubitatur an valeat.[a]

Secundò, quod præfatus electus cõfeſſarius nõ poteſt dare primã harum, & ita nõ poteſt abſoluere cum reincidentia. Tum, quod illa non eſt integra. Tum, quod in effectu eſt quædã ſuſpenſio, Inn.[b] & Dec. aſſertoribus & cõfeſſario huiuſmodi, nõ eſt poteſtas dimidiãdi abſolutionẽ, nec ſuſpẽdẽdi. Tũ, quia eã dare eſſet ferè abſoluere purè, & excõicare ſub cõditione, ad ꝙ faciendũ nulla eſt illi poteſtas: nec poteſt abſoluere ad certũ tẽpus, vel actũ: nã effectu eſſet abſoluere cũ reincidentia.

178 Tertiò, quod poteſt dare ſecundã, quã paſſim dãt cõfeſſarij confeſſis ignorãtibus ſe eſſe excõmunicatos, per verba illa *Si teneris vinculo excommunicationis, &c.* Per quã abſoluitur ab ea, vel eis in quas poteſtas eius extenditur, modò præmiſerit ſaisfactionẽ, vel aliud ꝙ Bulla requirit, vel certè ſit animo, faciendi illud, ſi meminiſſet ſe eſſe excommunicatum, & faciet cùm primũ meminerit Tum, quia attẽta ſua ignorantia, ſatis videtur facere quod poteſt, facienti autem quod in ſe eſt, non eſt neganda abſolutio. Tum, quia paſſim ita abſoluunt cõfeſſarij laudati ob hoc ab eruditis, vt etiã prædictum eſt.[d]

Quartò, quòd non poteſt dare tertiam niſi præuia ſatisfactione, ſi confeſſus agnoſcit eſſe verã offenſam, ob quã eſt excõmunicatus: quũ enim offenſa eſt manifeſta, non poteſt dari illa etiã cum cautella ſufficienti ſine præuia ſatisfactione.[e] Licèt poſſit dare ſi dicat ſe nõ offendiſſe: ſi verò dicat ſe dubitare de offenſa, videtur non poſſe, quia cõmiſſa ſimpliciter abſolutione, non cẽſetur cõmiſſa abſolutio ad cautelã.[f] Nõ obſtat quod ſemper tenuerim & teneã, delegatũ cui cõmiſſa eſt cauſa, poſſe partes abſoluere ad cautelã, cum Aret.[g] recepto frequẽter à Decio, & nobis cõtra glo. quandã[h] cõmuniter recept. quia gloſſ. loquitur de cõmiſſione abſolutionis ab excõmunicatione quæ tractari poteſt cõmodè ſine abſolutione ad cautellã, deciſio autẽ Aret. & vſus loquitur de commiſſione cauſæ, quæ ſine abſolutione partium ad cautellam, non ſatis commodè poſſet tractari. Quibus adde quæ alibi ſcripſimus.[i]

Quintò, quòd confeſſarius, cui committit Sacra Pœnitentiaria, vel alius ſuperior, vt abſoluat latorem

[a] *Quæ colliguntur ex c. ſoler de ſent. excom. li. 6. & ſcribentibus ibi, præſertim Innoc. &c. veniens, in 2. iuncta gloſſ. vlt. de teſt. & Io. And. & Pan ſuper ea, & alijs alibi.*

[b] *in c. cum bona, de ætat. & qual. & coſ. 145.*

[d] *cap. 26.*

[e] *p. ca. ſo. let*

[f] *iuxta gl. ſing. ca. capitulum, de reſcript*

[g] *in d. c. de teſtibus, col. 3.*

[h] *in d. c. ſoler.*

[i] *in c. 1. in princ. à n. 6. de pæniten. diſt. 6.*

cautelam in foro conſcientiæ tantùm, non tenetur ſeruare formam *d. cap ſolet.* quia illi foro non congruit citatio partis, quam illud requirit [a], ſed ſatis eſt conſtare ei per confeſſionem partis, preces veritate niti.

Sextò, quod confeſſarius cui ſimpliciter, vt ſimplici cõfeſſario, committitur abſolutio ad cautelam in vtroque foro, debet antea accipere cautionem ſufficiẽtem [b], licèt non debeat citare partem, nec audire excipientem de manifeſta offenſa, niſi aliquid amplius, vel minus faciendum ei præcipiatur: vno namque onere ſublato, non cenſetur ſublatum alterum [c], & ita cùm abſolutio ad cautelam, requirat citationem, ſufficientémque cautionem, etiam ſi ſit dubia offenſa [d], licèt onus citandi tanquam incongruum foro pœnitentiæ, tollatur, ſatiſfactio tamen, vel cautio ſufficiens, quæ etiam illi foro congruit, non videtur tolli: adeò vt opiner, quod ſi excommunicatus agnoſceret offenſam eſſe veram, deberet eum cogere priùs ſatis facere. Dixi, *In vtroque foro*, quia ſi committeretur quò ad forum conſcientiæ tantùm, crediderim ſufficere ſeruare propoſitum firmum ſatisfaciendi debito, vel offenſo, ſi apparuerit eam valere, quandoquidem quò ad illud, cor magis reſpiciatur, quàm manus [e]. Dixi, *Niſi plus, vel minus præcipiatur*: quia ſi præciperetur, vt ſine vlla cautione, vel cum ſola iuratoria, aut perſoluto dimidio, vel toto abſolueret, id foret ſeruandum. [f]

Septimò, quòd confeſſarius, cui committitur abſolutio ſpecialis alicuius ad cautellam in vtroque foro, deberet abſoluere coram notario, & teſtibus, vel ſaltem teſtibus, vt abſolutus poſſet probare aliis ſuam abſolutionem, quæ non præſumitur, niſi probetur. [g]

Octauò, quòd excommunicato, denunciato, & abſoluto à confeſſario, ſiue ſimpliciter, ſiue ad cautelam, quò ad forum conſcientiæ tantùm, non tenentur communicare alij præſertim publicè, neque iure poſſunt, niſi veriſimiliter illud credentes: limitata namque cauſa, limitatum producit effectum [h], nec abſoluto quò ad vtrumque forum, niſi legitimè id oſtendatur, vel probabiliter credatur. [i]

[a] *iuxta Innoc. in d. c. Solet.*

[b] *iuxt. d. c. Solet*

[c] *c. Ex tuarũ, de Auth. & vſu pall.*

[d] *per d. c. Solet.*

[e] *c. ſi quib inueniſti, 14. q. 5.*

[f] *c. Cũ dilecta, cum notat, ibi à Felin. de reſcrip.*

[g] *c. ſicut nobis, de ſent. exc. & gl. c. Propoſuiſt, de cleric. excom. miniſtr.*

[h] *l. in agris, ff. de acq. rer. do.*

[i] *per d. c. ſicut nobis, & d. gl. d. c. Propoſuiſti.*

# Miſcellaneum 3. de ſcientia, credulitate, opinione, dubitatione, ſcrupulo, & conſcientia.

## Summæ.

279 *Scientia, fides, opinio, dubium, & ſcrupulus quid, vt differunt, & conueniunt, & ſeq.*

280 *Conſcientia quid, quotupex, ad quid obligat, ſcrupuloſa quàm mala, naſcitur ex ſex cauſis, & curatur 10. medicinis à num 282.*

281 *Dubiis in rebus pars tutior an neceſſariò eligenda.*

283 *Legis rigor temperatur per æquitatem, quinque modis.*

284 *Intellectus illius dicti. (Bonæ mentis eſt culpam timere, vbi non eſt.)*

279 Scientia, fides, opinio, dubitatio & ſcrupulus, in quibuſdam conueniunt, in quibuſdam differunt, vt reſolutius aliis alibi [a] ſcriptis prodidimus. Quorum ſummæ eſt quòd ſcientia eſt cognitio viſiua rei [b], tam intellectus, quàm ſenſus [c]. Fides eſt cognitio, qua firmiter ita eſſe iudicamus, quod non videmus, iuxta illud Auguſtini: *Fides, eſt credere quod non vides* [d]. Opinio, eſt cognitio qua iudicamus quippiam eſſe vel non eſſe, quod non videmus, nec firmiter credimus ita eſſe, ſed cum formidine ne contrarium vel oppoſitum verum ſit [e]. Dubitatio, eſt cognitio duarũ rerum cõtrariarum neutram earum iudicando veram [f]. Scrupulus autem eſt cognitio argumenti apparentis contra prædicta. Quibus conſequens eſt, hæc quinque cõuenire in eo, quòd ſunt cognitiones, & actus potentiæ cognitiuæ, non appetitiuæ, vt ex verbo *cognitio* apparet, diſcrepare verò in eo, quòd ſcientia eſt firma & euidens cognitio. Fides firma quidem, at non euidens, ſed obſcura [g]. Opinio autem, nec euidens, nec firma, quàmuis ſit iudicatiua. Dubitatio verò nec euidens, nec firma, nec iudicatiua. Scrupulus demum eſt ſolùm quoddam argumentum contra aliquam prædictarum. Et quidem quatuor prima ſunt contraria, quæ non poſſunt ſimul in eſſe vni, & eidem perſonæ eodem reſpectu. Scrupulus autem, cum qualibet aliarum quatuor ſubſiſtere poteſt.

[a] *in c. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7. à nu. 9.*
[b] *gl. ſing. in l. 2. § antep. ff. de aq. pluu. arc.*
[c] *vt palud. 2. & 3. dictum eſt.*
[d] *c. In domo, de pœnit. diſtin. 4. iuncta gloſſ. 7. citante illud Gregorij: Fides non habet meritum, vbi ratio humana præbet experimentum*
[e] *Fecit gl. d. antep. & gloſſ. in l. Si duo, §. p. ff vti poſſid.*
[f] *in gl. recep. l. De ſtatu, ff. de teſtam & gl. in. brif. ff de iur. & fact. ignor. quæ dubitationẽ appellat vt titubationem.*
[g] *c. firmiter, de ſum. Trin.*

[a] 1 part. qu. 79 1 art. 13.

280 At verò, conſcientia definitore ac diuiſore S Th.[a] non eſt potentia nec propriè habitus animæ ſed actus eius iudicatiuus, interdum teſtificans nos id feciſſe vel non feciſſe, iuxta illud. [b] *Sit conſcientia tua te crebró male dixiſſe aliis, &c.* interdum accuſans, vel excuſans dictando aliquid bene, vel malè factum eſſe, iuxta illud B Auguſt. *Senti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet*, [c] interdum autem, dirigens dictando aliquid faciendum, vel non faciendum eſſe, [d] & ita hîc accipitur definirique poteſt eſſe ſcientia, fides, opinio, aut, dubitatio, de aliqua re facienda, vel non facienda, [e] eſt'que duplex. Vera, quæ verè iudicat aliquid eſſe faciendum vel non faciendum. Et erronea, quæ falſè iudicat eſſe faciendum, vel non faciendum. [f] Diuiditur quoque trifariam, nimirum in Certam, quæ pro certo iudicat: Dubiam, quæ nullatenus iudicat: & Scrupuloſam, quæ aduerſus id quod iudicat, habet argumenta.

281 Porrò, quælibet conſcientia certa ligat eam, habentem. Quantum autem quælibet harum obliget dictum eſt ſupra. g Quibus addo, non ſemper eſſe neceſſarium partem tutiorem eligere, ſatis enim eſt quod ad præcepti implemétum, tutam eligere, [h] etiam in ſpectantibus ad fidem, & mores: in aliis enim nec de conſilio quidem tenetur quis eligere tutiorem.. [i]

282 Conſcientia porrò nimis ſcrupuloſa naſcitur ex vitio naturali vel acquiſito, & proginit multa mala, inconſtantiam, augmentum peccatorum, puſillanimitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis, acediam, & id genus alia.

Huius autem vitij cauſæ, S Anton. aſſertore [k], ſunt complexio timida, melancholia, mania, dæmon tranquillitatis oſor, vigiliæ ieiunia immodica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis

283 Decem autem ſunt huius ægritudinis medicinæ eodem S. Anton. deciſore. Prima, Deus per ſuam gratiam intus habitans, & foris benignè aſſiſtés Secunda, pharmacum contra melancholiam, maniam, aliòſque prauos humores, iudicium debilitantes. Tertia, auerſio cogitatus à re ſcrupuloſa. Quarta, ſubmiſſio ſui aliorum iudicio. Quinta, cotrauentio ſcrupulorum. Sexta, vſus τῆς ἐπιεικείας. ſiue æquitatis circa leges, de qua S. T[m]

[b] Eccleſ 7.

[c] c. ſentit, 11 q 3.

[d] c. per tuas 2. de ſimon

[e] iuxta communem in locis proximé citatis.

[f] d. c. per tuas, ca inquiſitio ns, de ſent. excom.

[g] prælud. 9. à num. 9.

[h] vt latè in d. c ſi quis autem, à nu 34. probauimus.

[i] vt ibidem probatur.

[k] 1. part tit, 3. c. 10. § 10.

[l] ibidem.

[m] 2. 2. q 120.

& Ariſtot.[a] perſuadendo ſibi non peccare qui implet legem ſecundùm mentẽ authoris, licèt verba oſtendat, neque, qui eam in ſenſu benigniore ſeruat, quàmuis in duriore violet,[b] neque qui eam non ſeruat vbi, & quã do eſt impoſſibile, aut valde difficile, S. Anto. determinatore[c]: neque qui eam non ſeruat, vt fatuus non habeatur: nec qui in rebus dubiis, ſecundùm communem bonorum vſum ſeruat.[d] Septima[e] rectus intellectus illius vulgati, *Tutior pars eſt eligenda in dubio*,[e] in eo nimirum, quod eſt propriè dubium, cuiuſmodi non eſt, cum ſufficiendi authoritate, aut ratione, altera pars creditur: aut cùm ex multis opinionibus vna proſpera eligitur.

284 Octaua, rectus intellectus illius.[f] *Bonarum mentium eſt etiam culpas agnocere, vbi culpa non eſt*, cuius vnus verus ſenſus eſt, generaliter ſe culpatum agnoſcere, licèt non meminerit ſpecialiter culpam.[g] Alius (qui viſus eſt, Ioan. Gerſon[h] aptior) ſignum eſſe animæ in bonum propenſæ, timere ne ſit culpa, quod non eſt tale: quanqurm id non ſit bonitas, ſed potius ſcientiæ, aut probi iudicij defectus.

[a] *Moral. 5.*
[a] *l. benignus & l. ſeq ff. de leg.*
[c] *vbi ſup. col. 6.*
[d] *arg. §. leges, 4. diſt. & l. minime, ff. de leg.*
[d] *c. audientiã, de homic. ca ſi quia autem, de pænit. diſt. 7.*
*cap. ad eius, 5*[f] *iſt.*
*d8 iuxta gloſ. d c ad ieus & latè tradita à S. Antom. 1. part. tit. c. 10 col 6.*
[h] *2 part. de cna & qual. coſcien alphab. 2.*

## Quænam opinio diligenda.

### Summæ

285 *Opinio communis, quæ, & quando alteri præiudicat.*
286 *Opinio quæ diligenda, latè & reſolutè.*
288 *Dubium deponendum priuſquam quis iudicet, conſulat, aut operetur.*
289 *Opinio communis non ex numero opinantium, ſed ex pondere anthoritatis producitur*
290 *Scrupulos mitigat ſibi parum, multum autem Chriſto fidere.*
290 *Auxilio ſine ſpeciali Dei, quæ bona moraliter agi poſſunt.*

[i] *iuxta Matth. Matheſil. lib de elect. verior opinion. 1. volum. tract. & alios alibi,*

285 Nona medicina eſt eligere ex variis opinionibus quod bonum eſt, & quieſcere in eo. Electio autem bona fit, eligendo primò conſuetudine receptam[k], niſi repugnet legi naturali vel diuinæ certæ, contra quam conſuetudo nihil poteſt[l]. Dixi *Certæ*, dubiam namque interpretari poteſt conſuetudo, eiuſque interpretatio

[k] *l. minimè, cum gl. ff de leg. & c. cum dilectu, de. conſuet.*
[l] *c. mala, & ca fruſtra, 8. diſt.*

upna

ſeruanda eſt iuxta Pan.[a]

186 Secundò, ceſſante conſuetudine, eligendo eam, quæ nititur alicui textui, cui contraria licèt ſit communis, nequit aptè ſatisfacere, etiam ſi quæſtio principalis ſit vnius iuris, textus verò alterius, per citata à Philip. Franco.[b] Tertiò, eligendo eam, quæ nititur aliquo argumento cui aptè reſpondéri nequit[c]. Quartò, ceſſantibus his eligendo cõmunem, ſi ſcitur eſſe talis[d]. Quintò, ceſſante communi, eligendo eam quæ pluribus fundamentis, & rationibus nititur, quàmuis ſatis aptè diſſolui queant: nam cæteris paribus funiculus duplex, aut triplex difficilius rumpitur.[e]

287 Sextò, ceſſantibus prædictis, eam quæ benignior, aut fauorabilior fuerit[f]. Cuiuſmodi eſt quæ iuramento[g] Quæque matrimonio, doti, teſtamento, liberati[h], aliiſve piis, & religioſis rebus[i], aut pupillo, viduæ, peregrino, ſeu alteri, perſonæ miſerabili[k], nec non quæ priuato contra fiſcum fauet[l], cùm fiſcus in delicto priuati fundatur, aliàs ſecus[m]. Qualis etiam eſt, quæ valorem actus defendit, ſiue actus de cuius fauore agitur, ſit vltima voluntas[n], ſiue contractus[o], ſiue libellus, litis conteſtatio, ſententia, aut quilibet actus iudicialis, reſcriptum aut preuilegium[p], pręſumptio namque pro actus valore præponderat aliis[q], quàmuis valor actus in actoris fauorem, & damnum Rei redundet[r]. Septimò, prædictis deficientibus, illam quæ Reo fauet[s]. Octauò, ſi nullo modo prædictorum alia opinio aliam ſuperat, illam quam affirmant Doctores authoritate, & ſcientiâ in materia de qua agitur præſtantiores[t], & ita quam tenent Theologi, ſi quęſtio eſt theologa, quam Canoniſtæ, ſi pontificia, & quam Legiſtæ, ſi ciuilis.[u]

[a] *in c. 1. de Iudic.*

[b] *in princ. c. ſi pater, de teſtam. lib. 6.*

[c] *c. Capellanus, de fer.*

[d] *arg. c. Prudentiam, de offic. de leg. c. De quibus 20. diſt.*

[e] *Eccleſ. 4. c. 1. de treug. & pac.*

[f] *l. ſemper in dubiis, ff de reg. iur.*

[g] *arg. c. Quàm nimin depact. lib. 6. & c. Cum cõtingat, de iureiu.*

[h] *l. Quoties dubia, ff. de reg. iur. c. fin de re iud.*

[i] *l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun.*

[k] *argum. fun. diſt. 85.*

[l] *l. Non puto, ff. du iur fiſc ſecundũ Matheſ. notab. 13.*

[m] *l. 2. C. de iur. fiſ. lib. 10. vt rectè Decius declarauit in l in ambiguis pro dote. ff de reg. iur.* [n] *l. Quoties, ff. de reb. dub.* [o] *l. Quoties, ff. de verb. ſing.*

[p] Mathſ *in d. Tract. col. 4.* [q] *l. In contrahenda, quam ad hoc ibi ponderat Deci. nu. 6. de reg. iur.* [r] *arg l. Inter pares, ff. de re iudic.*

[s] *arg. c. Cum ſunt iura partium, de reg. iur. lib. 6. & l. fauorabiliores, ff. eod.*

[t] *arg. l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat ho. & eorum quæ per eam ait Deci. in c. Propoſuiſti, numer. 11. de prob.* [u] *argum. d. c. Propoſuiſti, cum eotant per Pan. & alios.*

Quatuor

288 Quatuor autem nobis videntur addenda omnibus qui hac de re tractarunt, quò ad forum conſcientiæ. Primum, quòd Iudex, Conſultor, aut agens, qui in re dubia iudicaturus, conſulturus, aut facturus eſt quippiam, antequam id faciat, debet, vt non peccet pellere animo dubitationem illam & credere aut certè opinari, opinionem dicto modo electam eſſe veram, & ſecundùm eam eo in caſu iudicare, nam ſi priuſquam id faceret, & dubius iudicaret, conſuleret, aut faceret, peccaret contraueniendo conſcientiæ dubiæ, & per dicta ſupra. Secundum eſt, quòd in vtroque foro vnus & idem de vna & eadem re poteſt, & debet credere quippiam eſſe verum, quò ad vnum effectum, ob vim alicuius rationis, contrarium verò quò ad alterum propter vim alterius, arg. nonnullorum Iurium. [a] Per quę, probatur vnam & eandem mulierem poſſe, & debere credere ſuum maritum eſſe illum, cui cohabitat, quò reddat debitum, contrarium verò quò exigat. Tertium, quòd quàmuis in foro contentioſo, regulariter prædicta obſeruanda ſint in foro tamen conſcientiæ, ad effectum, non peccandi, ſufficit eligere pro vera opinionem eius, quem meritò cenſemus eſſe virum idoneũ ad id ſcientiâ, & conſcientiâ præditum. [b]

[a] *c. Dominus, de ſecum. nup. & c. inquiſitioni, de ſent. excom. & multorũ quæ pro eius vera cõcordia adduximus in d. ca. ſi quis à num, 102.*

[b] *iuxta dicta n. 282. quibus adde gloſſ. 2. ca. capellanus, de feriis, adiuncta doctrina Pan.*

289 Quartum, quòd non videtur vna opinio appellanda communis, quò præiudicet alteri, eo ſolo, quòd crebriore calculo approbata ſit. inſtar ouium, quarum aliæ alias præcedentes ſine iudicio ſequuntur. [c] Communiorem enim ad hoc exiſtimarem eam, quam ſex vel ſeptem. Authores claſſici ac melioris notæ, rem ex profeſſo tractantes aſſererent, quàm probatam à 50. ſolâ ferè authoritate priorum nixis. Opinio enim communis, non ex numero opinantium, ſed ex pondere authoritatis producitur. [d] Quin & arbitror, vtramque ad hoc poſſe dici communem, quando vtraque habet 8. vel 10. aſſertores graues, cúmque iudicio eam deligentes. Quò fit, non eſſe magnopere laudandum diligentiam quorundam recentiorum, inquirentium vtram teneant plures: doctrina enim prefata Ioan. And. [e] de ſequenda communi, intelligenda videtur cùm pauci reſpectu aliorum contrariam amplectuntur.

[c] *iuxta Deci. in conſ. 494. incipiẽte. Quod ſup. &c. col. fin.*

[d] *vt dicit Alex. conſ. 202. lib. 7 n. 6. relato à Ludo. Gomez. in q. 2. præmij regul. Cancellariæ.*

[e] *in ca. 1. de conſtit.*

290 Decima ſcrupuloſi medicina, colligitur, conſide-

rando primò, opinionem quæ videtur eſſe S. Auguſt. & aliorum antiquorum ( quam ſequitur Greg. Arim.[a] & in quam inclinat S. Thom.[b] ac Bonau.[c] quámque munit,[d] Maior 24. argumentis ) aſſerere neminem poſſe ſolo libero arbitrio, & concurſu Dei generali, citra auxilium eius ſpeciale, etiam moraliter tantùm, benè operari. Et licèt contrarium teneat Guil. Ocham[e] videaturque receptior apud recentiores: licèt item ( noſtra ſententia ) ei ſit locus in operibus bonis, quæ ſuapte naturâ, & ex propinquo, ad ſolos virtutum moralium fines attingendos ratione naturali duce diriguntur ( cuiuſcemodi ſunt ſecundùm rationem naturalem, honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere: Inſuper, quid liceat, quid deceat, quídve expediat, iuxta naturalem captum & rationem prouidere ) neceſſariò nihilominus tenenda eſt antiquiorum ſententia in actibus moraliter bonis, ex propinquo ad iuſtificationem ſpectantibus, quod genus ſunt bene credere, ſperare, diligere, pœnitere, percupere cæleſtia, contemnere terrena, horrere inferna, aliáque non abſimilia, argum. in directo ſenſu[f] Concil. Trident. in hæc verba. *Si quis dixerit ſine præueniente Spiritus S. inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare aut pœnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.* Qui ſacer canon, arg. à contrario ſenſu, ſatis etiam probat opinionem recentiorum, quò ad alios actus moraliter bonos. Secundò, conſiderando bonam partem ſcrupulorum, naſci ex quadam nimia confidentia propriarum virium, quâ nonnulli exiſtimant ſe ſolis illis bene pœnitere, confiteri, communicare, bene precari, & alia id genus operari poſſe videntéſque ea non tam rectè, ac vellent facere, pluries iterant ea, non implorato, vt par eſt, à Deo auxilio diuino, & poſtrema faciunt imperfectiùs quàm prima: adeo vt numquam ſibi plenè ſatisfaciant, & turbentur triſtitiâ erratorum, ac timore futurorum errorum. Huiuſmodi itaque ſcrupuloſorum medicina fuerit expendere paruitatem & infirmitatem ſuam, omniúmque noſtrum, ob quam vix vllus omnium poteſt etiam moraliter tantùm bene agere, citra gratiam gratum facientem, vel auxilium ſpeciale Dei: & ita reputare ſua opera, quâ parte ſua ſunt, non poſſe fieri tam

[a] *2. lib. ſent. diſt. 21.*
[b] *1. 2. q. 109. art. 6.*
[c] *diſt. 28.*
[d] *ibidem.*
[e] *d. diſt. 28.*
[f] *can. 3 ſeſſ. 6.*

perfectè, vt tantâ maieſtate digna comprobentur : & proinde diffidere ſibi, fidere verò infinitę bonitati eius, qui pronior eſt ad miſericordiam , quàm vindictam. Quodque vt eſt auſterus in eos qui nimiûm ſibi fidentes, & citra ipſius auxilium , ſe ei ſeruire poſſe exiſtimantes, idéóque opem eius negligentes, nihil non perfectè ſuis viribus facere fruſtra conantur : ita clementiſſimus eſt erga eos qui conſcij ac memores ſuæ imbecillitatis, Diuiníque auxilii neceſſitatis (ſine quo ei placere nequeunt) ſeſe totos illi ſubiiciunt, ac pro naturalibus liberi ſui arbitrij viriculis, & auxilio ab eo ſuperaddito , bonâ fide obſeruantiæ legum eius, ac Eccleſiæ ſuæ, ſtudent : ſperantes, tametſi ad ſtrictam diuinorum ſuorum mandatorum normam exacta non fuerit , mediocrem nihilominus eorumdem obſeruantiam, æqui boníque conſulturum : & quum velut milites eius ex huius vndoſi maris naumachia exceſſerint , ad optatiſſimum illum ſalutis æternæ portum pro inexhauſta ſua benignitate eos euocaturum. Quò nos perducere dignetur, qui eſt trinus & vnus, in ſecula benedictus. Amen.



*FINIS.*

upna

INDEX

# AMPLISSIMVS, ET LONGE QVAM HACTENVS LOCVPLETIOR, MATERIArum præcipuarum, quæ hocce Enchiridio continentur. In quo c. caput, n. numerum ad oram poſitum, prior autem numerus, capitis numerum, poſterior verò numeri ordinem deſignat.

A


*ABortiês, vel abortiendi periculum ſubiens, aut procurans, vt peccat. c. 15. n. 14.*

*Abſentia ad quinquennium cauſâ ſtudij in Theologia, vel iure Pontificio, non requirit licentiam, ſecus in aliis ſcientiis.* c. 25. n. 121

*Abſoluendæ quæ familiares peccantes cum cognatis, & heris c. 3. n. 21. 22. & 23.*

*Abſoluendus non eſt miſcês ſe cœtui laſciuo. ibid. n. 24. & 25.*

*Abſoluendus non eſt, qui comedit ad mortale incitantia. ibid. n. 25*

*Abſoluendus quãdo quis, licèt peccandi occaſionem non vitet. c. 3. n. 17*

*Abſoluere ab omnibus etiã reſeruatis, in articulo mortis, quilibet presbyter poteſt, &c. ca. 26. n. 26*

*Abſolui, vel communicari, an debeat proximus morti, vel alius loquelâ priuatus. ibid. num. 27. & 28*

*Abſoluere quis poteſt à ſuſpenſione lata à iure, vel ab homine c. 27. num. 163.*

*Abſoluere omnes quilibet ſacerdos iure diuino poteſt. cap. 27. num. 260.*

*Abſoluitur epiſcopus, non poteſtate à ſe data ibid.*

*Abſoluere non poteſt laicus excommunicatum, etiam in morte. ca. 27. n. 272.*

*Abſoluere ab hæreſi præter Papam an quis poßit? ibid. num. 275.*

*Abſolutio excommunicati ad cautelam, quotuplex, à confeſſario vt dari poteſt: & quæ dicatur abſolutio excõmunicationis ſimplex, quæ verò ad cautelam ibi. n. 277. & ſeq.*

*Abſolui qui poſſunt ab epiſcopo, à Canone, Si quis ſuadente. 17. q. 4. ob enormem percußionem, & qui ob mediocrem, quódque omnes poſſunt ob leuem. c. 27. à n. 88. vſque ad num. 94.*

*Abſolui non debet ſacramentaliter non confeſſus, etiam infirmus,*

cap.27.nu.268.
Abſolutio excommunicationis præcedat peccatorum abſolutionem, ante illam fiat hoc, & hoc c.26. num 7.8.& 9.
Abſoluatur pœnitens ab omni excommunicatione maiore, & minore ſic.ibid.n.10.
Abſolutio peccatorum detur in hac forma, quàmuis ad ſubſtantiam eius minus ſufficiat. ibidem numero. 11.
Abſolutio conditionalis non detur: & data à peccatis, cenſuris, & irregularitatibus ab eo, qui pœnitentem poterat abſoluere ab omnibus, quas incurriſſet, etiam oblita includit, & c. & cùm datur ab eo, qui non poterat, quid fiet, & an abſenti dari poſſit. ibid. n.12 13.& 14.
Aſolutio per bullam, quam formam requirat: & an citra confeſſionis ſacramentum impendatur c. 26.n.31.
Abſolutio à cenſuris, quid proſit mortuo.ibid.n 32.
Abſolutionem ſacramentalem eſſe actum iudicialem, eſt de fide.c.4. num. 16.
Abſolutio etiam iniuſta, valet, niſi deſit defectus ſubſtantialis cap. 9.num.2.
Abſolutio cenſuræ bullæ Papæ reſeruata nen continetur etiam in ſua generali.ca.27.n.72.
Abſolutio excõmunicationis à quo delegatur.cap 27 n.44.& 45.
Abſolutus ob impedimentum, vel à Papa, cum onere præſentandi ſe, faciat hoc ibid.n.46.
Abſolutio à peccatis etiam iniuſti excommunicati, communiter valet.c.2.n.4.& 5.
Abſolutio carentis iuriſdictione, non valet.ibid.nu.6.& 7.
Abſolutio malè abſoluentis à cenſura bullæ, cur non reſeruata cap. 17.num 74.
Accuſare, aut denunciare qui recuſat quando debet, &c.c.14.n.25.
Acedia quid, cur ita, & pigritia dicta, filias quinque parit. c.13. num.124.
Actio & paſſio eiuſdem rei, bona & mala.c. 17. n. 214.
Actionis mater obligatio. prælud. 7.n.22.
Actor, vel accuſator, vt peccat mortaliter, mouens, vel proſequens litem iniuſtam, aut malo fine: ſententiâ iniuſtâ vtens, diſcedens à lite, aut falsò iurans, mentiens etiam pro iuſta lite, nõ accuſans iurans non accuſare.c.25.nu.31. & 32.
Actus humanus ac mortalis ibid. & quid ſint.præl.6.n.1.
Actus interior vel exterior non deſinit eſſe voluntarius quòd producatur à concupiſcentia animum plurimùm impellente, imò magis eſt voluntarius prælud.6. nu.6.
Actus bonus, & malus tripliciter & quid bonus ſiue ordinatus ſimpliciter, quare nullus in indiuiduo indifferens, & quis inordinatus. c.23.nu.1.
Actus eiuſdem eſt malitiæ, cuius finis eius. c.22.n.79.
Actus humanus duplex.præl.7.n.1

Actus vt minimùm tam malus, quàm eius finis. cap. 23. numer. 17.
Actus manens idem in genere entis, nunc bonus, nunc malus. præl. 7. num. 16.
Actus nullus ſimul bonus & malus, etiam diuerſa ratione. ibid. num. 17.
Actus malus, prior habitu malo, quàmuis ſecundum quid, poßit eſſe peior actu malo. prælud 5. num. 14.
Actus humanus malus, & peccatum morale idem præl. 7. n. 4.
Adoratio imaginum quæ illicita. c. 11. num. 28.
Adulter poteſt non credere eſſe filium ſuum. c. 16. n. 49.
Adultera de eccleſia non extrahitur, ſine debita cautione. ca. 17. num. 91.
Adulterantis coniunx quando religionē ingredi poteſt c. 22. n. 24.
Adulterans perdit ipſo iure ius exigendi debitum, licitè tamen petit. c. 22. n. 23.
Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti. ibid.
Aduocatus, vt peccat, neceſſaria ignorans, fouens litem iniuſtam. Aut ſi ſit in cauſa, cur aduerſarius ſuâ iuſtâ causâ cadat, vel ob nimias dilationes, & illicitas ſubornationes teſtium, illi officit, &c. aut aduerſario ſecreta ſuæ partis pandit: pauperi non ſubuenit, plus æquò exigit, aut de ſuo ſtipendio ita conuenit, & c. ca. 25. n. 28. & 29.
Affinitas quid, & vt reſtricta per Conc. Trid. c. 22. num. 41.
Affirmatio & negatio, ad idem referuntur genus præl. 7. n. 6.
Affirmans vnum de duobus propoſitis, alterum negare videtur. c. 23. num. 55.
Aliena res malè retenta, cui perit. c 17. num 26.
Alienigena quis cenſeatur. cap 27. num. 136.
Animandi proximum præceptum, in malo ſtatu impletur. ca. 14. n. 8. 9. & 10.
Amans inſequens amatam vt peccat. c. 16. n 15.
Amari ſe velle amore mortali, mortale c. 19 n. 1.
Amat qui firmius aliquid, quam Deum, peccat, non qui feruentius. c. 11. n. 19.
Amat quiſnam Deum ob alia, quam ob ipſum: & quando amādus ibid n. 20.
Amat qui plus ſe, aut corpus quàm animam ſuam. c. 14. n. 23.
Amat qui ſeipſum vel proximum cum offenſa mortali Dei ibidem num. 24.
Ambitio quid, & quæ mortalis. ca. 23. n. 11. & 15.
Amor Dei ſuper omnia, & obedientialis, virtualis eſt contritio, cap. 1. n. 5.
Amor proximi charitatiuus, & naturalis, qui eſt duplex ca. 14. nu 6. & 7.
Amor honeſtus inter virum & vxorem, qua re conſeruatur. ca. 14. nu. 10.
Amor Dei, debet eſſe firmißimus, vt non intenſißimus. c. 1. n. 2. & 4.

Amor ſui huius mundi, horrórque futuri, qui mortifer. cap. 23. num. 114.

Ancilla, qua dominus abutitur, vt eſt ab eo ſeparanda ca. 16. n. 21. & 22.

Angeli præſtantiorem Dei imaginem quàm homo qua ratione gerant, prælud. 3. nu. 16.

Angeli, animæque noſtræ omnis intelligentia & cognitio, eſt quædam qualitas, & accidens reale diſtinctum ab eis, prælud. 3. n. 15.

Anima quid ſit, præludio 1. num. 1. & 2.

Animã qui dixere corpoream, aut mortalem, hæretici ibid. n. 3.

Animam vnam tantum eſſe in homine, contra gloſſ. ibid. n. 4.

Animas ab Angelis, aut ex natura Dei, non ex nihilo creari, aſſerere, hæreticum ibid.

Animas hominũ à primordio mundi fuiſſe cum Angelis creatas in cœlo erroneum ibid.

Animæ non priùs creatæ, aut viuentes, quàm in corpora mittantur. ibid. n. 4. & 14.

Animam rationalem veram formam ſubſtantialem corporis eſſe, ibid. n. 5.

Anima rationalis quem in finem creata ibid. n. 6.

Anima humana nec augetur, nec minuitur, ſempérque eadem & incorruptibilis manet prælud. 1. num. 14.

Anima rationalis, diſtinguitur à potentiis ſenſitiuis, prælud. 2. num. 6.

Animam humanam imaginari paruulis membris diſtinctam, error, prælud. 1. n. 10.

Anima tota in toto corpore, & in qualibet eius parte. ibid. n. 11.

Anima rationalis habet vim appetitiuam animæ ſenſitiuæ prælud. 2. num. 4.

Anima rationalis, quas potentias habeat & an ſint ipſa. prælud. 3. n. 1. & 2.

Anima, & memoria non differunt: ſicut nec intellectus & ratio. ibi. num. 2. & 3.

Anima non eſt in corpore ſicut Remex in naui, vel habitator domus, in domo, prælud. 1. n. 12.

Animam aſſerere non eſſe formam ſubſtantialem hominis, hæreticum. ibid.

Anima plura vi rationali noſcit quàm ſenſitiua. præl. 3. n. 13.

Anima vt ſe, angelóſque noſcit, & vtrorumque actus. ibid. n. 14.

Anima & angelus non cognoſcũt per ſuas eſſentias, vt Deus per ſuam. ibid. n. 15.

Anima, cur appelletur intellectus, memoria, intellectus agens, intellectus poſſibilis, & ratio cùm ſuperior, tum inferior præl. 3. n. 4.

Anima appetitus & intellectus, variè appellatur. ibid. n. 5.

Anima rationalis ſola habet liberum arbitrium. præl 3 n 9.

Animæ potentia quid, & quotuplex præl. 2. n. 1.

Anima intellectiua, habet omnes animæ vegetatiuæ & ſenſitiuæ potentias ibid.

Animæ proximi ſalus præferenda corporis proprij ſaluti. c. 24. n. 10.

*Animæ ſedem eſſe cor, illámque in ſanguine habitare & creſcere, vt intelligendum. prælud. 1. n. 14.*
*Animam, Deum & Angelos putans corporeos, an peccet, & ſit hæreticus. præl. 1. n. 15.*
*Animal laqueo captum, inuentum, cuius ſit. ca. 17. n. 176.*
*Animalia aliena quicumque percutit occidit, vel includit. cap. 17. n. 128.*
*Anni decem, longum tempus conſtituunt. c. 17 n. 173.*
*Antropophagi carnibus humanis veſcuntur. c. 23. n. 122.*
*Apes & examina earum capiens. cap. 17. n 128.*
*Appellatio ab interloquutoria, in quibus cauſis criminalibus hodie ſublata c. 25. n. 15.*
*Appellatur ab excommunicatione durante conditione, etiam poſt decennium. c. 27. n. 273.*
*Appetendi, & noſcendi vis intellectiua, vt differunt. præl. 3. n. 6*
*Appetendi vis diuiditur vt ſenſualitas. præl. 3. n. 8.*
*Aqua benedicta, vt benedicenda, & vſui adhibenda tempore interdicti. c. 27. n. 174.*
*Argumentum à contrario, quando validum. c. 17. n 71.*
*Arma bellica quæ, & ſunt offenſiua & defenſiua. c. 27. n 63.*
*Ars Magica vetita. c. 11. n. 28.*
*Ars mechanica licet ſit occaſio malorum, vt bona. c. 14. n. 43.*
*Ars notoria illicita, & quæ ſit illa. c. 11. n. 38.*
*Articulus mortis quis dicatur. ca. 2 n. 9. & c 26. n. 31.*
*Articuli fidei qui ſint explicitè credendi. c. 11. n. 22.*
*Aſſaſinus quis ſit propriè, & quis impropriè c. 27. n. 136.*
*Aſſecuratio licita, & vtilis. ca. 17. nu. 285.*
*Aſſecuratur vt ſors, & lucrum in ſocietate. c. 17. n. 254.*
*Aſſecuratur vt capitale cum lucro. ibid n. 255.*
*Aſtutia quid, & duobus miniſtris vtitur. c. 23. n. 77.*
*Attentio ad horas ſufficiẽs triplex, & ſufficit virtualis, ca. 25. n. 105. & ſeq.*
*Atteſtans ignotum eſſe verum, vt peccat c. 18. n. 2.*
*Attritio duplex, & quæ non ſufficit abſoluendo confitenti ca. 11. n. 33. 34. & 35.*
*Attritio quæ ſufficit ad Euchariſtiam non valenti confiteri, & quæ ad abſoluendum valenti confiteri c. 11. n. 45.*
*Attritio quæ cognoſcitur non eſſe contritio, non ſufficit baptizando. ca. 1. n. 37.*
*Attritus vt fit contritus, & non attritio contritio. c. 1. n. 38.*
*Auaritia quid, & quæ contraria eſt iuſtitiæ ac charitati. ca. 23. nu. 69. & 72.*
*Auaritia in retinendo ſuperflua, quæ mortalis ibid. nu. 73. & 74.*
*Auaritia verè non eſt appetitus aliarum rerum à pecunia. ibidem num. 73.*
*Auaritia capitale vitium, has ſeptem habet filias c. 23. n. 75.*
*Auaritia quædam venialis, quædam mortalis, ſicut & prodigali-*

tas, ibid. num. 70.

Auctorum pronuntiata, de paßionibus animæ, vt interpretanda. præl. 5. n. 8. & 9.

Augmentum & auctum exequãtur c. 27. num. 61

Auctoris intentio ex fine ſumenda eſt. c. 27. n. 254

Auguriis non credẽdum c. 11. n. 37.

Author ob nullas occupationes vel morbos, omiſit horas, niſi bis, 70 annis quibus recitat c. 25. n. 101

Auxilio ſine ſpeciali Dei quæ bona moraliter agi poſſunt. cap. 27. num. 290.

B

BAptiſmus quid, quotuplex, & quæ illi ſubſtãtialia c. 22. n. 5.

Baptiſmi errores Tridenti damnati. ibid. n. 6.

Baptiſmum miniſtrans, vel ſuſcipiens in mortali. ibid.

Baptiſmus à quocunque collatus, valet ibid. n. 7

Baptiſmus ſine concurſu materiæ, formæ, & intentionis, & non valet ibid.

Baptizans chriſmate veteri, vel nõ ſubditum peccat ibid.

Baptizans locum patris, patrinus verò locum matris ſortitur. cap. 22. num. 36.

Baptiſmi ablutio, an neceſſariò cõcurrere debeat cum verbis in vltimo inſtanti prolationis eorum cap. 22. n. 7.

Baptiſmi miniſter non eſt iudex, ſicut miniſter pœnitẽtiæ ibid. n. 11.

Beatitudinis & miſeriæ æternæ notio, magnum ad pœnitentiam calcar. præl. 4. n. 1.

Beatitudo eſſentialis, eſt actus intellectus S. Thomæ, voluntatis Scoto. ibid. num 5.

Beatitudo quid ſit, & quotuplex. ibid n. 6. & 7.

Beatitudo eſt actus, non habitus, nec potentia, & ſine cognitione, ac Dei amore eſſe nequit ibid. n. 8. 9. & 10.

Beatitudinis Dei, angelorum & hominũ differentia. præl. 4. n. 17.

Beatitudo humana duplex, perfecta & imperfecta. ibid. n. 18.

Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat. ibid.

Beatitudo vita æterna quo ſenſu dicatur, & vt Boëtij definitio beatitudinis, intelligenda præl. 4. num. 16.

Beatitudo ſummè perfecta vt omnem excludit miſeriam, ita ſummè perfecta miſeria omnem conſolationẽ reſpuit. ibid. n. 24.

Beatitudo ſumma & miſeria ei contraria explicitè credi debent. ibid. num. 25. & 26.

Beati non omnes erunt pares gloriæ vt non omnes pares merito. ibid. num. 19.

Beatitudo in cognitione artiũ, aut ſubſtãtiarum ſeparatarũ, vel angelorum, non cõſiſtit præl. 4. n. 9.

Beatitudo vera duplex, perfecta, & imperfecta, & quid illæ ibid. num. 10. & 14.

Beatos non videre Dei eſſentiam, aſſerere hæreticum ibid. n. 11.

Beatitudinẽ perfectam nõ facit cognitio Dei confuſa. ibid. neque

demonſtrata, neque fidei, ſed inſtitutiua.
Beatum perfectè quem in hac vita eſſe poſſe, & ab exercitio virtutũ abſolutũ, aſſerere, hæreticũ. ibid.
Beatitudo perfecta omnẽ miſeriam excludit. ibid. n. 12.
Beatitudo perfecta tranquillat naturale deſiderium præl. 4. n. 12.
Beatitudo creaturæ obiectiua, increata, ſed formalis, creata. præl. 4. num. 15
Beatitudinẽ perfectam viribus naturalibus quæri, aſſerere hæreticum. ibid. n. 16.
Beatitudo perfecta, ſatiat animum cunctis cupitis, quæ ſunt hac præl. 4. num. 19.
B. Hieron. pronuntiatũ, Nec poteſt viuere anima, niſi creſcẽdi capax ſit, vt intelligendum præl. 1. n. 14.
Bellum ad iniuſtum pergens, vel in eo militans. c. 15. num. 15.
Benedicat quis veſtes ſacras. ca. 25 num. 87.
Benedictio nubentium quibus danda, & an præmittenda copulæ, c. 22. num. 83.
Beneficiarius vt peccat vxore ducta beneficium retinens, non reſidens, horas non recitans nu. 120. 121. & 122.
Beneficiarij regularis, & ſecularis, quæ impenſa recta. c. 17. n. 94.
Beneficiarius, quæ profanè impenſa non reſtituet. ibid.
Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter, niſi quum eſt excõmunicatus, vel nõ recitat: & tunc cui reſtituet, & an ſibi pauperi retinere poſſit. c. 25. n. 121
Beneficiarius ſuperflua retinens, vel profanis impendens, peccat mortaliter. c. 23. n. 75.
Beneficiarius vt peccat neſciens neceſſaria, & quæ ſũt illa. c. 25. n. 133
Beneficiariorum malus elector, vel collator. cui reſtituet. ca. 17. n. 72 & 73.
Beneficiarius clericus vt mortaliter peccat per ſimoniam, &c. cap. 25. num. 111.
Beneficiarius vt peccat per ſimoniã alienam in beneficio. ibid.
Beneficiarius vt peccat per ſimoniã acceptum non reſtituens, nec relinquens incõpatibile. ibid. n. 115.
Beneficiarius quippiam ſoluens in poſſeſſionis adeptione aliis beneficiariis, an ſimoniã committat? cap. 23. num. 102 & quid de accepto pro titulo Beneficij. ibidem.
Beneficia incõpatibilia, vel plura, quorum vnum ſufficit, non licent. cap. 23 n. 15.
Beneficium appetendo, quomodo quis peccat ibid.
Beneficia eccleſiaſtica quo fine primariè inſtituta. c. 17 n. 72.
Beneficij collatio, vel procuratio, nõ eſt debiti reſtitutio. c. 17. n. 81.
Beneficium perſonalẽ reſidentiã requirens, ſatis confert domicilium, c. 25. n. 11. Origo autem, præſtat ſimplici habitationi ibid.
Beneficiũ ſine iuſto titulo habẽs, vexationẽque vel penſionẽ malè redimens, vt peccat. c 25. n. 114.
Beneficium vẽdi poteſt, quoad partem temporalem, vt calix, &c. c. 23. num. 108.

*Beneficiũ ſpirituale quo ſenſu vendi poteſt à Papa. c.23.n. 108*

*Beneficium capiens in excommunicatione, irregularitate & mortali, nõ ſacrificans quotidie, vbi & quomodo tenetur. c.25.n.134.*

*Beneficij habendi ætas: quod requirit gradum & ordinem ſacrum, c. 25. n. 135. & 136.*

*Beneficium ad nullum detur acceſſus, regreſſus, mandatum, coadiutoria, &c. ca. 25. n. 138.*

*Beneficiorum fructus malè percepti vt reſtituendi. c. 25. n. 123.*

*Beneficij bona damnificans, vel illa vltra triennium locans, vt peccat ibid. n. 124. & 130.*

*Beneficium vnicum ſufficiens habendum, & qua ex cauſa plura. ibid. n. 125. & ſeq.*

*Beneficium ad retinendum, tam prodeſt conſuetudo, quam diſpenſatio. ibid. n. 128. & ſeq.*

*Beneficium curatum capiẽs aut dignitatem ante. 25. annum, non ſuſcipiens presbyteriũ intra annum poſt beneficium curatum obtentum, aut ſine animo initiandi ſe presbyterio, & quid de dubitante & accipiente non curatum. c. 25. n. 116. & 118.*

*Beneficium vide collatio.*

*Bigamia quid, eſt triplex, & quælibet iuris humani delebilis a Papa, & ſimilitudinaria etiam ab Epiſcopis, quæ non contrahitur à laico contrahente nulliter cum vidua. ca.27. num. 195. & 2. ſeq.*

*Blaſphemia quid? & eſt duplex, mentalis & vocalis, c. 12. n. 81.*

*Blaſphemia eſt contraria confeſſioni fidei, & ſecundo præcepto, &c. ibid. n. 82. 83. & 84.*

*Blaſphemus qui iocando, aut turpiter nominando, vt peccat. ibi. num. 85.*

*Blaſphemi abſolutio, vt facienda. c. 27. n. 262.*

*Blaſphemus an ſit, qui cantilenas profanas diuinis admiſcet. c.12. num. 87.*

*Bona facta in peccato mortali, ad hæc multa proſunt. cap. 27. nu. 167.*

*Bona in peccato mortali facta, quantum proſint. præl. 7. n. 3.*

*Bona honoraria, quot, & quæ, & appetere illa, de ſe non malum. c. 23. num. 9.*

*Bona in malo ſtatu facta vt proſunt. c. 3. n. 8.*

*Bona incerta quæ? c. 17. n. 92.*

*Bona vita quædam ſunt. cap. 22. num. 51.*

*Bona quæ nullius, & quæ derelicta. cap. 17. num. 170. & 176.*

*Bona ordinis inferioris, reſtituere non tenemur, cum iactura bonorum ordinis altioris. cap. 16. num. 44.*

*Bona quæ non omittenda ob ſcandalum. c. 14. n. 44.*

*Bona trium ordinum vitæ, famæ, & pecuniæ, multum differre. cap. 17 num. 89.*

*Bona vitæ, ſalutis, libertatis, & famæ, æſtimabilia, &c. cap. 17. num. 87.*

*Bonis in quinque honorariis nocens, vt peccat. c. 18. n. 17.*

Bonorum incertorum reſtitutio, vt fieri poteſt, eam epiſcopus vetare non poteſt niſi quatuor caſibus. c. 17. n. 92.

Bonis in agendis, ne ſint mala: magna cura adhibenda. prælud. 7. num. 18.

Bonum abſolutè conſideratum, obiectum potentiæ concupiſcibilis, conſideratum verò vt arduum, potentiæ iraſcibilis. prælud. 5. num. 4.

Bonum conſtat ex integra cauſa, prælud. 7. num 17. & quid ſit ex integra cauſa conſtare. cap. 23. num. 11.

Bonum ſpeciem mali habens omittendum. c. 14. n. 44.

Borbonium qui ducem vrbem vaſtantem iuuit, quantum reſtituet. c. 17. n. 20.

Bulla Cœnæ Domini quæ, & iterata non multiplicat cenſuras. n. 52. 53. 54. & 55.

Bullæ indulgentiarum incuria quibuſdam in morte non proſunt. c. 26. n. 29. & 30.

Bulla quænam primo vſu expirat. ibid. n. 31.

Bulla Gregor xiij. reuocatoria aliquarum conſtit. Pij V. cap. 21. num. 5.

Bulla Pij V. de confidentia cum 12 adnotationibus. c. 23. n. 110.

Bulla Pij V. de Cambiis, cũ adnotationibus. c. 17. n. 300. & 301

C

CÆcitas, præcipitatio, inconſideratio, & inconſtantia. quæ mortiferæ. ca. 23. n. 114.

Cambia pecuniæ minoris pro maiore, vt licita. num. 298. & 299 cap. 17. num. 297. 298. & 299.

Cambiũ quid, & quid ſit ſiccum: & eſt ſeptuplex. cap. 17. num. 286.

Cambium etiam pecuniæ pro pecunia, vtriuſque valorem æqualem requirit. c. 17. n. 287

Cambium per officium mutuandi licèt, ſed non eſt in vſu. c. 17. num. 288.

Cambium per minutũ, licet etiam priuatis. ibid.

Cambium per literas licet, quatuor ſeruatis. c. 17. n. 289.

Cambium de loco ad locum valet, non de tempore ad tempus. cap. 17. n. 290.

Cambium tranſlationis realis, licitum. ibid. n. 291.

Cambium ratione intereſſe veri, ſed non falſi lucri. cap. 17. num. 292.

Cambium ſextum per cuſtodiã pecuniarum, licet. cap. 17. numer. 293.

Cambium præſentis pecuniæ pro abſente, vt licet. cap. 17. nu. 294

Campſor capit, & reddit pecuniam dupliciter re, & chirographo. ca. 17. nu. 293.

Canonicus regularis arma geſtans, an excommunicatus: cap. 27. num. 139.

Canonicus regularis omnium laxiſſimæ regulæ ſeruit. ca. 17 nu. 270.

Canoniſta perfectus, rara auis. ca.

25. num. 58
Capitulum ſede vacante, poteſt excommunicare. cap. 27. n. 5
Carne humana veſci, non licet. ca. 23. num. 122.
Caſtitas quibus modis ſeruatur. ca. 23. n. 113.
Caſtitati ſeruandæ hæc remedia. c. 17. n. 195.
Caſus fortuitus quid, idem vni caſus, alteri non: de eo nemo niſi tribus caſibus tenetur. ca. 17. n. 178 & 179
Caſus reſeruatus quid, & quotuplex. c. 27. n. 259.
Caſus reſeruatus dicitur, quia tollitur, non quia non datur. ibidem.
Caſus reſeruatus aliud eſt à cenſura. ibid. nu. 260.
Caſus nullus reſeruatus Papæ, ſine cenſura, qua ſublata, ceſſat reſeruatio: ſecus in Epiſcopali. ca. 27. n. 261.
Caſus quot, & qui reſeruentur epiſcopis. ibid. n. 262
Catechiſmus quid. c. 22. n. 72
Cauſa propinqua deformationis, nouè definita. cap. 27. num. 219. & ſeq.
Cauſa limitata, limitatum producit effectum. c. 17. n. 62.
Cauſa etiam remota, quæ obligat reſtituere. c. 16. n. 49.
Cauſa propinqua deformationis quid, & quotuplex, & multa illata. c. 27. n. 211 & 212
Cauſa non omnis, ob quam non fieret actus, eſt principalis. cap. 23. num. 101.
Cauſas quas iuſtas reputet Curia Romana, vt diſpenſetur etiam in 4. gradu, ca. 22. num. 86.
Cauſa quæ iuſta excuſat circa legem humanam præl. 9. n. 16.
Cenſura quid, & eſt triplex. cap. 27. num. 1.
Cenſura non incurrũtur per ſolum conſenſum. c. 11. n. 16.
Cenſus vt reſtituendus. cap. 17. nu. 233.
Ceſſante ratione, ceſſat lex etiamſi verba non ceſſent. c. 4. n. 7.
Ceſſatio à diuinis, quid, & eſt duplex, & in his differt ab interdicto c. 27. n. 188.
Ceſſatio qualis, & cur ponatur poſt interdictum. n. 189. & 190. ibid.
Ceßio qualis bonorum excuſat à reſtituendo. c. 17. n. 86.
Charitas Regina virtutum. præl. 5. num. 15.
Chriſti anima quo tempore iuſta, & beata facta. præl. 1. n. 9.
Chriſti corpus totum in tota hoſtia, & totum in qualibet eius parte. prælud. 1. n 11.
Chriſtus bonorum omnium incertorum, hæres vniuerſalis. c. 17. nu. 29
Circunſtantia quid, & quæ ſunt eius ſpecies. cap. 6 num. 1. & 2
Circunſtantia mutans ſpeciem neceſſariò confitenda. ibid. n. 3.
Circunſtantia prohibita alia lege, quàm ipſum peccatum, vt confitenda ibid. n. 4
Circunſtantia extenuans peccatũ, quando confitenda. ibid. n. 5
Circunſtantiæ, quæ neceſſariò confitendæ. ibid. n. 6. & 7.

Circunſtantia mutans ſpeciem peccati confitenda.c. 7. n. 4.
Circunſtantia alioqui neceſſariò confitenda,quo caſu tacenda cap. 7.num 3.
Circunſtantiæ cuius defectu, omnis actus,ſit malus præl.7. n. 24
Circunſtantiæ perſonæ, & religionis,quando confitendæ. ibid.n. 13
Circunſtantia conſcientiæ contrariæ,quando confitenda ibid.n. 14
Circunſtantia numeri, non eſt propriè circunſtantia ibid. n.15
Ciuitate ſacris interdicta ſuburbia quoque comprehenduntur.ca.27. num.167
Clauſtrum quid.c. 27.n.139
Clerici percuſsio quæ excommunicat,& quæ non c.27 à n.77.uſque ad nu. 80. & quis cenſeatur clericus quò ad hoc.n.79
Clerici ſeculares alij aliorum poſt Concil. Tridēt. confeſsiones audire nequeunt ca.4.n.7. ſecus de regularibus.ibid.
Clerici,etiam alieni, admittuntur ad diuina tempore interdicti, et an coniugati.cap 27. n.174
Clericis quibus quæſita ſint quaſi caſtrenſia.c.7. n.142
Clericos qui grauantes gabellis,excommunicantur.c.17 n.103
Clericus, ut peccat ſacramenta in mortali miniſtrans,ſacra tangēs, aut poſt notorium peccatū etiam acta pœnitentia ſacrificans,cap. 25.n.71.& 74
Clericus ut peccat alios clericos ad diuina officia admittēs.c 25.n.94
Clyſtere quis fundens non abſoluendus cap.2.n. 26
Cognatio ex catechiſmo nō dirimit. & an reſtricta Tridenti.cap. 22. num. 72
Cognatio legalis quid, quotuplex, & ad quem uſque gradum impediat,& dirimat ca. 22. n.44. & 45
Cognatio legalis quid, quotuplex, & impedit ac dirimit.c. 22.n.43
Cognatio ſpiritualis nō naſcitur ex ſolemnitate ſupplente baptiſmum. c.22.n.39. & 40
Cognatio ſpiritualis,tam baptiſmi, quàm confirmationis,quid, et ad quos Tridēti reſtricta.remiſsiuè. c.22.n.36.& 37
Cognationis ſpiritualis ex catechiſmo et baptiſmo ortæ differentia. c.22.n. 72
Cognatio ſpiritualis ſpontanea, ut maior malitiosè contracta.c.16. num.34
Cognitionis ipſius Dei, Angeli et animæ noſtræ diuerſitas præl.3.n 15
Cognitio per fidem, longè certior ea quæ per demonſtrationem contingit præl 4.n. 12
Collatio beneficij facta irregulari nulla c.27.n. 251.
Collationē beneficij purā, non poſſe pendere,fallit c 23 n. 104
Collatio beneficij criminoſo facta, an valeat? c.27 n.251
Collatio beneficij facta excōmunicato etiā ignoranti ſe excommunicatum,an valida?27. n.273.
Collatio, vide beneficium.
Columbarium, quod licitum c. 17. num.126.& 127
Comedens, vel propinans notabiliter noxia c.15. n.13.

Collatori, vel tertio vt inducat collatorem ad conferendum quippiam dare, an paria ſint? cap.27 num.106.
Comedit qui ad luxuriam incitantia, &c. c.16. n. 15.
Commiſsio veluti & mandatum, expirat morte committentis, ca. 27. num.253.
Commiſſum capitur iuſtè in conſcientia. c.23. n.64.
Commodãs, vt peccat ante tempus repetens. c. 17. n. 182.
Commodatarius, vt peccat nõ reddens, aut vtens, &c. c.17. n. 183. & 184.
Commodatarius, remittens per nũtium non reddentem. ibid. num. 185. & 186.
Cõmodatum à mutuo in eius redditione longè differt. c. 17. num. 186. & ſeq.
Commune fieri, & communicandum differre. c.17. n. 61.
Communicans, vel celebrãs pluries quàm ſemel in die peccat. ca. 21. num. 54.
Communicans alienum parochianum peccat, niſi, &c. 21 nu. 52.
Communicandum in Paſchate, aut ante, vel poſt, octo dies, niſi, &c. c.21. num. 44.
Communicare bene quis interdum cenſura ligatus poteſt. c. 21. num. 48.
Communicare non licet paruulis, nec aliis ſub vtraque ſpecie, niſi celebrando, & num.58. cap. 21. num. 57.
Communicare qui tenentur pluries in anno, & quoties expediat, & deceat. ibid. n.58.
Communicare poteſt abſque cõfeſſione, inopia confeſſarij. cap. 6. num.6.
Communicat quis ſcienter in mortali, & ob id peccat. cap. 21. nu. 46.
Communicet quàm ocyſsimè poterit, non communicans in Paſchate. c.21. n.45.
Communio quo eſu, vel potu eodem die præſumpto, impeditur. ibid. num. 53.
Communio confeſsionem actualem mortalium prærequirit, niſi, &c. c.21 nu. 49
Communionis omiſsio ob odium, quæ mortalis. ibid. n.50
Communionem quæ copula, vel pollutio, impedit ibid. n. 51
Communio, an prærequirat confeſſionem, diſputare malum eſt. ca. 22. n.10
Communio quãdo ob peccatum occultum malè, & ob publicum rectè denegatur. cap. 21. num. 55. & 56.
Communionem non procurans eis, quorum curam gerit, &c. ibid. num.57
Communio Chriſtianorum triplex, quamnam tollit principaliter excommunicatio. c. 27. n. 28.
Commutatio æqualem valorem commutatorum requirit. cap.17. nu. 287.
Compenſatio, quæ fit pro vita, & fama, non facit eas æſtimabiles. c 17 n 90
Compoſitio ſuper incertis quæ iuſta. cap.17. n. 93.

Concilio

Concilio nõ derogatur niſi expreſſè.c.27.num.265.
Concubinarij vt plurimùm excommunicati.c.16.n.22.
Concubinarij qui non poßint abſolui. & qui poßint.c.2.n 19.
Concubinarius clericus & fornicarius vagus pares, non humantur in ſacro.cap.25.n.77.& 78.
Concubinarius notorius qui euitandus cap 25.n 80.
Concubinarius verus, aut pro tali habitus, quis non debet abſolui. c.16.n.20.& 21.
Concupiſcentia inordinata rei notabilis mortalis. c.20.n.1.
Conditiones omnes ſunt actiones perſonales c.17.n 34.
Conditio, quid, & quotuplex in matrimonio, quæ ſuſpendit, quæ annihilat, quæ reijcitur & quo differt à cauſa, modo, & demonſtratione. cap.22.num 61. & 62.
Conditio ſi N. voluerit, an eo ſemel renuente vel tacente, impleatur, vel confirmetur conſenſu eius ibidem. num.63.
Conditionum matrimonialiũ tria genera c.22.n.61.
Conductor non ſoluens, vel damnificans c.17 n.198 & 199.
Conductor partiarius, non partiens domino locanti arbores. ibi. num.200.
Confeßarius hæc doceat confeſſum c.26 num 1.
Cõfeſſarius alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nil dicat. ibid.
Confeſſarius hoc præſtari faciat. quinque caſibus.ib id. n. 2.
Confeſſarius facile non iudicet eſſe mortale, quod eſt controuerſum, & quid tunc faciet.ibid.n.3.
Confeſſarius non abſoluat nolẽtem facere neceſſaria ibid.
Confeſſarius quid faciet. quando pœnitens contrariam ſuæ opinionem habet, & quid quando vterque dubitat.ibid.n 4.
Confeſſarius quid dicet ei, qui reſtituere debet, & quid ei qui reſtituturum ſe promiſit, nec præſtitit. ibid.n.5.
Confeſſarius quid faciet in abſolutione reſeruatorum, cum breui reſolutione. ibid n 6.
Confeſſarius poteſt eſſe qui idoneus vni loco, & alij non.c.4 n 11.
Confeſſarius non eſt ſufficiens abſque iuſta ſcientia, & ſoluẽdi poteſtate: & magis idoneus requiritur in ciuitate, quam pago. ibi. num.12.
Confeſſarius imperitus qui excuſetur à culpa ibid. n.13.
Confeſſarius quæ debet interrogare ſub pœna culpæ mortalis ca. 5. n. 1. & 2.
Confeſſarius interrogando ſeruet hæc tria: & circa peccata carnis hoc ibid n.2. & 3.
Confeſſarius audiens multos pueros, vt peccat c. 8.n 13.
Confeſſarius deponens de ſibi confeſſis, quis frangit ſigillum. ibid, num 15.
Confeſſarius, dicens, tali loco admittuntur grauia peccata male facit ibid. n.16.
Confeſſarius quas pœnitentias im-

ponit prudenter ibid. n 17.

Confeſſarius non valens confiteri peccatum aliquod citra reuelationem confeſſionis, illud reticere debet, & reliqua confiteri. ca. 7. num. 4.

Confeſſarius quis perfectus, & quis ſufficiens c. 4 n. 8.

Cōfeſſarius audiēs ex præcepto, minori ſcientia indiget, quam audiens ſponte. ibid. num. 9. & 10.

Confeſſarius ſi recipiat pænitentem hæc interroget. cap. 10. n. 1. & 2.

Confeſſarius quæ dicet in principio, medio, & fine. ibid n. 3.

Confeſſarius quid admonebit confeſſum non ſatis contritum ibid. num. 4.

Confeſſarius pauorem non incutiat, nec ſinat nominari criminis ſocios. ibid. n. 6.

Confeſſarius pænitentem volentem palliare peccata, quid monebit. ibid. n. 7.

Confeſſarius interrogando pænitentem, vnde incipiet ibid. n 8.

Confeſſarius ſic admonaat pænitentem, qui votum violauit, &c. c. 12 num. 33.

Confeſſarius quis prodeſſe poſſit, & non obeſſe ca 7. n 7.

Confeſſarius abſoluens in peccato, peccat. ſed valet abſolutio cap. 4. num 15.

Confeſſarius pænitēti abſoluto, hæc conſulat c. 26 n. 25.

Confeſſarius vt debet interrogare circa peccatum luxuriæ. c 16 n. 4.

Confeſſarius debet habere poteſtatem, ſcientiam, & bonitatem. ca. 4 n. 1.

Confeſſarius an abſoluet eum, qui ſemel iuſſus, non reſtituit. cap. 17. n 59.

Confeſſarius confitentem paſſiones quid monebit. præl. 5 num 10. & 11.

Confeſſarius quid de impenſis beneficiarij iudicabit. c. 17. n. 94.

Confeſſarius quando iuſte differt debitori ſolutionem. c. 17. n. 65.

Confeſſarius dubius, an confeſſa ſint mortalia, quid faciet ca. 23. num. 21.

Confeſſarius vt iuſte negat adulteram non eſſe ſibi confeſſam adulterium c. 8. n. 19.

Confeſſarius quos reos, & conſortes reuelare iubebit c. 18. n. 58.

Confeſſarius poteſt declarare heredi, reſtituenda nomine mortui ca. 17 n. 23

Confeſſarius vt ſæpe confeſſionem detegit. c. 8 n 8. 9 & 10.

Confeſſarius quis per bullam electus tollit irregularitatem. c. 27. n. 254.

Confeſſarius antequam pænitentiā iniungat, dicat hæc. cap 26 n. 19.

Confeſſarius nec publice, ne ſecreto, corripere debet quempiam de peccatis ſibi ab eo cōfeſſis c. 24 n. 13. niſi pænitens ſignificaret id eſſe ſibi gratum. ibid.

Confeſſarij dictū qui reuelans, peccat mortaliter ca. 21. n 44.

Cōfeſſarij caueāt ne reos vitā, aut animā perdere faciant. c 25. n. 36.

Confeſſio non fuit inducta iure naturæ ſed diuino Ieſu Chriſti Do-

mini noſtri. cap. 2. num. 2. & 3.
Confeſsio facta laico, non eſt ſacramentalis, ibid. n. 4.
Confeſsio ſacramẽtalis exigit multa. In quibus multi errant. ibid. n. 5. 6. 7. & 8.
Confeſsio, quo tẽpore facienda, lege diuina. Quo humana, & quo extra illa. ibid. n. 9. & 10.
Confeſsio facta vni, non ſufficit, vt alter abſoluat. c. 27. n. 269
Confeſsio ſacramẽtalis fuit inſtituta à Chriſto, de omni mortali, & eius circunſtantiis. ibid. n. 11
Confeſsio facta excõmunicato, ſuſpenſo, vel interdicto, quæ valet. c. 9. n. 8. 9. & 10
Confeſsio facta parocho carẽti omni titulo, inualida. cap. 9. num. 11
Confeſsio facta neſcienti, aut nolenti abſoluere, nulla. ibid. num. 12
Confeſsio ſine propoſito vitandi futura, vel non integra, nulla. ibid. num. 13
Confeſsio omittentis, aliquid confiteri iuſta de cauſa, valet. ibid. n. 14. & 15
Confeſsio ſacramentalis quid. ca. 2. num. 1
Confeſsio facta alteri, quàm proprio ſacerdoti, non eſt ſacramentalis. ibid.
Confeſsio omnium mortalium intra annum, per ſeipſum neceſſaria, & interdum ante Quadrageſimam, venialium verò vtilis tantum: niſi, & c. cap. 21. n. 13 & ſeq.
Confeſsione ſola ſacramentali cognita, nullo caſu mundi detegi poſſunt, vno excepto. ca. 18. num. 54
Confeſsiones audire, eſt opus charitatis. c. 4. n. 6
Confeſsio ſine debita cura reminiſcendi, quæ non valet. cap. 9. nu. 16
Confeſsio non iteranda ob pœnitentiam non impletam, neque, & c. ibid. n. 17. & 18
Confeſsio talis, qualis eius finis, & quis principalis. c. 21. n. 40
Confeſsio ſimilitudinaria, non inducit ſigillum. c. 8. n. 18
Confeſsio ſacramentalis qua lege debet eſſe integra. c. 7. n. 1
Confeſsio quæ multis videtur, & non eſt ſacramentalis, c. 18. num. 55
Confeſsio ſcripto facta abſenti, valet. c. 27. n. 269
Confeſſor non potens confiteri ſuum peccatum, niſi reuelando confeſſum, taceat illud. cap. 8. num. 6
Confeſſor vt ſcandalizari poteſt ratione circunſtantiæ. cap. 7. numer. 4
Confitens non neceſſario debet ſtatuere, ſe nunquam peccaturum mortaliter. c. 1 n. 10
Confiteri non valens peccata, ſi contritionem habuit, excuſatur ab obligatione confitendi. cap. 1. num. 25
Confitens qui laico, vel qui confeſſionem iterans, peccat mortaliter. c. 21 n 41. & 42
Confiteri non tenetur peccator, ſimul ac mortiferè peccat, niſi, & c.

cap.2.n 10.
Confitendo, qui mentiens, vel nolens integre fateri, peccat mortaliter c.21.n.37. & ſeq.
Confitens ei, cui male confeſſus eſt, non tenetur confeſſa reconfiteri. cap.9.n 19.
Confiteri an debeat, qui negauit, & nihilominus damnatur. cap. 25. num.38.
Confidentia quid, & quotuplex. c. 23 n.109.
Confidentia plus nocet quam ſimonia, etiam realis ibid.
Confidentia inducit nouam reſeruationem. ibid.
Confidentiæ mediator excommunicatur, ſicut ſimoniæ ibid.
Confidentiam non facit promiſsio conferendi c 23. n 109.
Confidentia beneficiaria iure dumtaxat humano eſt illicita, & ita permiſsione Papæ approbante potuit fieri, & facta fuit licita. c.23 n.111
Confidentiæ etiam ex ſe illicitæ, adeo olim probantur in Curia Rom. vt ius diceretur contra nõ reddentes beneficia in cuſtodiam & confidentiam accepta. ibidem.
Confirmatio quid, & eſt vere ſacramentum c 22 n.8.
Confirmationis miniſter ordinarius Epiſcopus, &c. ibid.
Confirmationem ſuſcipiens in mortali peccato, vel illam omittens ob contemptum, vt peccat. cap. 22. num. 9.
Confirmatio Patrinum requirit, & ordinem præcedit. ibid.
Confirmando vt peccat Epiſcopus. c.22.n.9.
Coniugũ neuter citra alterius conſenſum continentiam promittere poteſt. c.22.n.19.
Coniux conceptionem impediens c.16.n.33. & 42.
Coniunx qui fit patrinus filij per ignorantiam, vel malitiam. ibid. num.34.
Coniunx interdum recte reddit debitum male petenti ibid.
Coniunx non diſcedens à coniuge adulterante, vt peccat. cap.16. num.28.
Coniunx prouocans coniugem ad magnam iram, vel blaſphemiam c.14.n.10.
Coniunx notabiliter contemnens coniugem. ibid.
Coniunx vt peccat, vetando coniugi miſſam, & ieiunium. cap.14. num 19.
Coniunx percutiens, vel verbis infamans coniugem. ibid.
Coniunx cognoſcens ſuam, vt non ſuam peccat. cap.16. num.23. & 24.
Coniunx negans ſine cauſa coniugi debitum petitum. ibid. num.25, & 26.
Coniunx cognatam noſcens, vel coniugi adulterandi licentiam dans. cap.16.n. 35.
Coniuges ſe impudice tangentes, & inordinate polluentes cap 16. num. 42.
Conſanguinitas quid, & impedit, ac dirimit matrimonium intra quartum gradum. cap.22. num. 41.

Conſcientia quid, quotuplex, ad quid obligat: ſcrupuloſa quàm mala, naſcitur exſex cauſis, & curatur decem medicinis. c. 27. num.280.

Conſcientia contra legem quis dicatur peccare. prælud 9. n 9.

Conſecrari quæ monacha non poteſt. c.16. n.4.

Conſenſum metus diminuit, amor verò & blanditiæ augent. ca. 17. num 16.

Conſenſus legitimi defectum ſupplere Papa non poteſt, cap. 22. n. 84. & n. 86.

Conſilium contra Chriſti an peccet monachus caritate annonæ gaudens. ca. 20. n 22.

Cōſilium doloſum, vel damnoſum, quod mortale. ca. 24 n. 11.

Conſilij cuiuſlibet euāgelici omiſſio cùm contemptu, mortalis eſt. c. 22. num. 83.

Conſilia ſpernens, vel non implens, quando peccat mortaliter. ca. 20. num.20.

Conſilia Chriſti præparatione animi ſeruanda, ibid. nu. 21.

Conſilium contra, etiam diuinum, factum regulariter non eſt peccatum, etiam veniale, prælud. 9. num. 8.

Conſilium quis dicitur dare, & quod nocet danti. cap 27. num. 51

Conſulere an liceat feſtis, lucri gratia, c. 13. n. 12

Conſultum à Chriſto ſtatum non eſſe tam bonum ac contrarium aſſerere, hæreſis, cap. 20. num. 21

Conſtitutio non confirmata à ſummo Pontif. non poteſt derogare iuri communi. c. 47. n. 8

Conſtitutiones Pontificiæ vel Imperatoriæ, quo tempore obligent. c. 23. num. 44

Conſuetudo excuſat à pœna, licèt non excuſet à culpa, cap 27. num 106

Conſuetudo & diſpenſatio iuri humano derogare poteſt, neutra autem iuri naturali vel diuino. cap. 25. n. 128

Conſuetudo iuri contraria, non eſt, amplianda, c. 21. n. 13.

Conſuetudo ampliare poteſt iuriſdictionem, eamque dare non habenti, c. 27. n 261

Conſuetudinem in ſacramentalibus non valere, falſum, cap. 22. num. 13

Conſuetudo dicendi, Dæmon te arripiat, diabolica, cap 14. num. 10

Conſuetudo optima legis interpres. cap. 23. n. 69

Conſuetudo, etiam circa ſacramentalia, induci poteſt, cap 22. num. 83

Contemptus legis verus quid, & quis præſumptus, cap 23 num. 42

Contentio quid, & quæ mortalis, cap 23. n. 11 & 34

Contractus magis obligat eum cuius gratia ſit, c. 17. n. 179

Contractus per quoſdam tranſit dominium, per quoſdam non. ibid. num. 180

Contractus nominati, & innominati in hoc pares, cap. 17. num. 294

*Contritio quid, & vt non eſt eſſentialiter dolor. cap. 1. numer. 1. 3. & 4*

*Contritio non neceſſaria de futuris, ſed propoſitum ea cauendi. c. 1. n. 7*

*Contritio carens debitis circunſtãtiis, non eſt contritio. c. 1. n. 12*

*Contritio ſine dilectione Dei haberi non poteſt. c. 1 n. 8*

*Contritio, quem, de quo, & quantum dolorem requirat. ca. 1. num. 6. 7. & 8*

*Contritionis definitio cauſatiuè intelligenda. c. 1. n. 14*

*Contritio in finem vitæ dilata, quo ad quæ dubia ibid. num. 15*

*Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent ſex. ca. 9. n. 39*

*Contritionis effectus, qui. ibid. nu. 40*

*Contritionem non eſſe partem pœnitentiæ, attritionem verò malam aſſerere, hæreticum. ibid. num. 41*

*Contritio quæ ad abſoluendum ſufficiat, & quæ non. ibid. num. 42. & 45*

*Contritus præſumitur mortuus, quilibet peccator quàmlibet flagitioſus, ſi quæ contritionis, ſigna oſtenderit: & quænam. cap. 1. nu. 15*

*Contritus non eſt qui non odit peccatum, magis quàm alia mala. ibid. n. 16. & 17*

*Contritus vt eſt, qui talis conatur eſſe, & non eſt. ibid. n. 18*

*Contritio delet omne peccatum, etiam ante confeſſionem, & ſemper fuit neceſſaria, non tamen ſtatim poſt peccatum cap. 1. nu. 25. & 40*

*Contritio interdum tanta eſt, vt deleat omnem culpam & remittat omnem pœnam. nunquam tamen ob id tollitur obligatio confitendi peccatum. c. 1. n. 40*

*Contritio quando, & quibus caſibus neceſſariò habenda. c. 1. nu. 27. & 28*

*Contritio vt habetur citra memoriam peccati nondum remiſſi. ibi. n. 29. & 30*

*Contritio an ſingularis requiratur de ſingulis peccatis. cap. 1. nu. 22. & 23*

*Contritio ſingularis, non eſt neceſſaria de venialibus. ibid. numer. 24*

*Contritus virtute, vt tenetur conteri actu c. 1 nu 11*

*Contumelia, conuicium, & improperium quid. c. 18 n. 10*

*Copula carnalis perfecta quid, & quæ parit affinitatem. cap. 22. num 42*

*Copula non conſummatur, niſi intra vas naturale ſemen effundatur. c. 27. n. 250*

*Cor non prius tempore aliis humanis membris vita donatur. prælu. 1 num. 14*

*Correctio fraterna quid, & qui ad eam teneantur. cap 24 num. 12*

*Correctio fraterna de ſolis mortalibus facienda. ibid n. 13*

*Correctionis fraternæ ordo, & quando non ſeruandus. ibid. nu. 14*

*Correctio fraterna quando non neceſſaria. c. 18. n. 56*

*Correctio iuſta quæ contumelia carere debet. c.18 nu.12.*
*Corrigens animo mortali, uel damno notabili, vt peccat. cap.24. n. 15.*
*Creatura veſtigia Dei. prælud. 3. num.13.*
*Credens patrem in diuinis maiorem eſſe filio, an peccet? cap. 11. num. 22.*
*Credens quemlibet ſaluari in ſua lege, vt peccat. c. 11.n.22.*
*Credere nos oportet, ſaltem implicite, quæcunque ſunt fidei Catholicæ. præl.1.n.15.*
*Crimina matrimonium impedientia, ac dirimentia, quot ſunt. cap. 22.n. 46.*
*Culpa quid. & quotuplex. cap.17. num.177.*
*Culpa omnis etiam venialis maius eſt malum quouis alio malo quod non eſt peccatum. ca.22.n. 51.*
*Curioſitas, quid, & ſemper eſt peccatum. c.13.n. 24. & 5. ſeq.*
*Cuſtos paſcui, leuatus, & Piſcatus, &c. cap.17 num.122.123.& 124.*
*Cuſtos ex officio vt plus tenetur quam alius c.17.n. 136.*
*Cuſtos & apparitor, vt mortaliter peccant, non accuſando inuentum, aut damnum non intimando, vel non reſtituendo. cap. 25. num 34.*

D

*Damnati Deum putant iniuſtum præl.4 n.24.*
*Damnatorũ dolor omnes ſeculi huius dolores facile vincit, ſicut & Chriſti acerbiſſimus dolor c. 1. num. 4.*
*Damnum datum cum impenſis, & intereſſe reſtituẽdum c.17. n. 140.*
*Damnum datum qui impedit volenti illud impedire, & qui mittit ad terre faciendum ioco, ſi per iniuriam damnum datur ibid.*
*Damnum datum à multis diuiſis, vel vnitis ſub duce, vel ſine illo. c.17. num. 130.*
*Damnum proximi etiam mediocre, quando impediendum. c. 24 n. 22.*
*Damnum qui dat adminiſtrans aliena, hæc faciat. c.17. n 137. & 138.*
*Damnum debitoris, & creditoris quod differt reſtitutionẽ. c.17. n 62*
*Damnũ quod formidatũ reipublicæ, excuſat à reſtitutione. ibi. n 63.*
*Damnum proprij boni, & lucri non eſt, reſtituere alienum c.17. n. 59.*
*Damnum impedire cum periculo, quis etiam iudex, non tenetur. ca. 17 num 21.*
*Damnum ad aliquod laudãdo, aut vituperando animas c.17.n.132.*
*Datum quo titulo retineri poſſit. c. 17 n 32.*
*Dæmones bifariam inuocantur, expreſſe, & tacite. c.11. n.25.*
*Dæmoni herbam & muſicam nihil reſiſtere. c. 11 n 58.*
*Debitor non omnis ſecurus per remiſſionem quoad peccatum, cap. 17. n 78.*
*Debitor non excuſatur, donec debitum petatur ibid. n. 79.*
*Debitor in genere nõ liberatur ſpeciei peremotione. c.17. n 80.*

*Debitor creditori poſteriori prius potenti, cur prius ſoluit. cap. 17. num. 53.*

*Debitor, ſciens ſe talem, antequam damnetur, reſtituat. cap. 17. nu. 64.*

*Debitor quoties nouè peccat, nō reſtituendo c. 17. n. 55*

*Debitor differre non poteſt ſoluendo paulatim. c. 19. n. 66.*

*Debiti remiſsio, ſolutio quædam eſt. c. 17. n. 45 & 46.*

*Debitum facilius remittitur, dum res ſoluenda præſens non eſt. ibid. num 46.*

*Debitum omne ſoluendum ſi poteſt, ſin minus, prius certum quam incertum. cap 17. num. 47. & 48. Et prius res ſua domino, nu. 49. quam illud, & illud, num. 50. & 51. Et prius tantum, & talium contractuum, quàm uſurarum num. 52.*

*Reſtituere contra ordinem prædictum non ſufficit, cap. 17. n. 52. & 53*

*Debitum ex delicto & contractu, quoad quæ paria. c. 17. n. 58.*

*Debitum ex contractu, vel quaſi, ſoluatur vbi contentum, eſt, vel petitur cap. 17. n. 43.*

*Debitum ex delicto, aut quaſi, ſoluatur vbi damnum paſſo fit ſatis. ibid.*

*Debitū in India, petitum, an cambijs minuendum ibid.*

*Debitum negandi coniugi, quæ iuſta cauſa. c. 16 n. 27.*

*Debitum tantum legale recuperationem occultam iuſtificat cap 17. num. 114.*

*Debitum vt negatur ob menſtruū, aut locum ſacrum. cap. 16. num. 32.*

*Debitum in foro animæ, non debetur adultecanti c. 22 n. 23.*

*Debitum granum non petens donec pluris valeat. c. 17. n. 125.*

*Debitum condonat is, cui principaliter debetur. c. 18. n. 46*

*Decalogus etiam nunc durat. & eſt ſpeculum baptizatis cap. 11. numer. 2.*

*Decalogus continet ſummam eorū, quæ agere & vitare tenemur. ib. n. 3.*

*Decimarum ius eſt inuendibile. ca. 27. num. 108.*

*Decimæ quoad quotam iuris humani, quoad ſuſtentationem, diuini, & ita quod illam tolluntur conſuetudine, non autem quoad hanc c. 21 n. 28. & 30.*

*Decima triplex, prædialis, perſonalis, & mixta c. 21. nu. 29.*

*Decimam inſolitam non imperat Papa. ibid. 30.*

*Decima perſonalis in quo à prædiali differt, & non ſoluitur. ibid. n. 31.*

*Decima ſoluenda non deductis impenſis & ſemine, & c. ibid. num. 31.*

*Decimas debens, vel impediens ante reſtitutionem non abſoluendus. ibid.*

*Decimas ob retentas quis religioſus incurrat excommunicationem. c. 27. num 138*

*Defenſio iuſta inculpatæ tutelæ ca. 15 n. 3.*

*Defenſionis ex charitate omiſsio*

cur impœnis in foro exteriori. ca. 24. num. 21.
Defenſionis quæ omiſſio irregularitatem, & cenſuras inducit. ibid.
Defenſionis omiſſio, etiam ſine conſenſu, cur peccatum. c. 24. n. 20.
Defendere vitam, & bona proximi, & impedire damna, ut tenemur. c. 24 n. 17.
Defendere qui lege iuſtitiæ tenentur. ibid n 18.
Defendere omittens, non omnis conſentit, & quis præſumitur conſentire ibid.
Defendere omittens opitulãdo, peior ſimpliciter omittente. ibid n. 29.
Defendere omittens qui præſumitur conſentire, & opitulari ibid.
Defendere proximũ à damno, magis præceptum, quam ſubuenire ei ad lucrum. c. 24. n. 22.
Defendere omittens peccat ſi conſentit, & etiam diſſentiens, ſi tenetur etiam cum incommodo. ca. 24. n. 7.
Defendere omittentem conſentire, ut verum, triplici opinione confutata c. 24 n. 20.
Deformare hic capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio. c. 27. n. 206. & ſeq.
Delectabile omne in particulari perpenſum, ad ſui deſiderium prolicit c. 1 n 28. & cap. 5. n. 4.
Delectantia ut ad ſui proſequutionem mouent, ita contriſtantia remouent: iuxta illud Ariſtotelis, Delectatio tenet operantem in opere cap. 23 n. 125.
Delectatio quæ moroſa, & cõcurrẽtibus quatuor, mortalis. c. 11. n. 13.
Delectationi malæ reſiſtere virtus conſentire peccatum. cap. 11. num. 13 14. & 15.
Delectatione, quam cogitando percipit, ſi læsatur. c. 16. nu. 10.
Delectatio præſens de copula præterita, vel futura, &c. ibid.
Delectari poteſt quis bono, naſcente ex alterius morte. c. 15 n. 10.
Deliberatio quæ ad obligationem ſufficit. c. 18. n. 7.
Delinquens non excuſatur, eo quod alius id feciſſet 17. n. 20.
Denunciator, ut mortaliter peccat denunciando, quod, aut quo fine, vel modo non debet, aut non denunciando quod debet. c. 25. n. 33.
Denunciator ſecum, & cum alio teſte probat. c. 25. n. 33.
Deponẽs pecunias in ſcriptura mutui, vel depoſiti, peccat. cap. 17. num. 259.
Deponẽs qui apud campſorem gratis cuſtodientem uſurarius. c. 17. num. 293.
Deponens mutuabile cum facultate utendi, &c. cap. 17 n. 180.
Deponẽs pecuniam cum pacto, aut intentione lucrandi. c. 17. n. 242.
Depoſitarium quæ culpa obligat. c. 4. num 10.
Depoſitarius ut peccat nõ reddendo, vel utendo c. 17. n 181.
Depoſitarius ſe offerens, non tenetur, niſi, &c. ibid.
Depoſitarius ne de dolo teneatur, pactum non valet. ibid.
Deriſio quid, & quæ blaſphemia, & quæ mortalis. cap. 18 num. 15. & 16.
Deſperatio filia accediæ, quæ mor-

talis.c 23 n.125.
Detractio quid? quotuplex,& quæ mortalis ca 18.n.17 18. & 21.
Detractor quod falſum impingens, peccat mortaliter c.18 n.24 & 25
Detractor, qui ſecretum detegit, peccat mortaliter.c.18 nu.24. & 27.
Detractor,qui ſuum crimen detegit etiam tortus c.18.n.29.
Detractor non eſt accuſator, aut alias iuſte crimen detegens. cap.18. n.30.31 & 2.ſeq.
Detractor quis audiens vel referens mala,vel bona tacens cap. 18.nu. 36. & 37.
Detractor quis iudex inquirens, interrogans, vel iubens denunciari, viſitans, aut procurans occulta ſcire.ibid.num.38.39.40. & 41.
Detrahenti concionatori grauiter ex pulpito, non contradicens, an excuſandus.cap.24.n.17.
Detrahit qui inuentor libelli famoſi illum diuulgat.cap.18 nu.34.& 35.
Deus eſt quicquid in eo eſt. præl. 4. num.7.
Deus ſolus extremum omnium bonorum.præl.d.4 n 3.
Deus cur infinita ſortiatur nomina, ſicut & vnus idemque homo. præl.3.num,3.
Deus corporeo ſenſu videri nequit. præl 1.n.16.
Dei viſio intuitiua, inſeparabilis à gaudio, & delectatione prælud. 4 num.14.
Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte.præl.1.n.11.
Diabolo ratione ſuæ naturæ maledicere,peccatum, quia eſt bonus, & à Deo factus, ſecus ſi ratione ſuæ culpæ cap.23.n.117.
Dijs, Deabus vegentilium,aut planetis aliquid diuinitatis tribuere, impium.c.11.n. 40.
Dilatio correctionis, interdum meritoria.c.24 n.13.
Dilectionis ordo quis ſeruandus.ca. 14.n.23
Diſcordia quid,& quæ mortalis.c. 23.n 11.& 33.
Diſpenſandi vna cauſa ſuper voto, eſt leuitas vouendi.c 12.n.77.
Diſpenſans & diſpenſatus ſuper voto,abſque iuſta cauſa vt peccant. c.12.n.76.
Diſpenſans ſuper voto, vel commutans illud,qui peccat.c.12 n 72.
Diſpenſant ſoli Prælati Eccleſiaſtici circa vota c 12.num 75.
Diſpenſare valens ſuper voto, cur non poteſt ſuper iuramento. cap. 27.n. 275.
Diſpenſare non cenſetur inferior, circa legem ſuperioris, niſi id exprimat,nec creditur ei, dicenti ſe diſpẽſare iuſta de cauſa, niſi probetur,&c.præl 9.n. 15.
Diſpenſare poſſunt pene omnes Religionum Prælati ſuper qualibet irregularitate ſuorum monachorum,excepta ea quæ naſcitur ex homicidio voluntario & bigamiæ.c.27.n.255
Diſpenſare poteſt,ſed non ſolet,Papa, in irregularitate homicidij voluntarij.c.27 n. 239.
Diſpenſare, commutare, & irritare votum,differunt.c.12.n. 63.
Diſpenſant & cõmutant ſoli Præ-

lati: & quidam irritant, ſed non æque ibid,n.64

Diſpenſare poteſt epiſcopus circa omnem irregularitatem deſcendentem ex delicto occulto, & nō deductam in iudicium, excepta ea quæ deſcendit ex homicidio voluntario c.27.num.194

Diſpenſare nequit Epiſcopus cùm irregulari iuſto, cùm malè ordinato autem ſecus. cap.27.num. 217.& 245

Diſpenſatio alia iuſta, alia iniuſta, alia nulla.præiud. 9.n.14.

Diſpenſatio ſine cauſa, quæ non mortalis.præl.9 n.14

Diſpenſatio quid, & inferioris,circa legem ſuperioris & ſuam, quæ valeat.præl 9.n.15

Diſpenſatio quæ excuſat à mortali. præl.9.n.13

Diſpenſatio difficiliùs datur in cōtracto ſcienter,quàm ad contrahendum.c.22.n.86

Diſpenſatio Principis circa legem Dei ſine iuſta cauſa, nihil valet, nec excuſat.præl. 9 n 15

Diſpenſatio danda gratis cum aliqua triū cauſarum, aliàs nō. nec cum ea in 2. gradu iunctis, niſi cum Principibus.c.12.n 87

Diſpenſat vt epiſcopus in irregularitate peccati notorij.c.25 n.77

Diſpenſat ſolus Papa cum illegitimis ad ordinem ſacrum, dignitatem, & beneficium curatum: epiſcopus autem ad minores & vnum beneficium ſimplex diſpēſare poteſt: Profeſſio verò religionis ad omnes ordines, non tamen vt Prælati vel Prælatæ eſſe poſſint. cap. 27. numer. 201

Diſpenſat vt Epiſcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla confeſſarius. cap. 27. num. 255

Diſpenſatus ſuper voto, per falſam aut iniuſtam cauſam.c.12.n.57

Diſpoſitio conditionalis nil prodeſt. donec cōditio impleatur. ca. 23.num 108

Diſponentis intentio colligitur ex principio.ibid.n.109

Diſputare de fide,laico illicitum. c. 11.n.27

Diuertere ob quæ poteſt, vel debet, coniunx à coniuge.c.22.n.22

Doctor, vel Magiſter, vt peccat mortaliter lauream immeritam, vel ob honorem primariè ſuſcipiens.c.25 n.55

Doctor docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos,vel malos ſcholaſticos,&c. ibi.n 55.& 56

Doctor approbans ad lauream indignum, falſa docens, vel inutilia, ſubornans auditores, &c. ibid. num.57

Doctor legem die feſto, & ſeruans nouum feſtum,vt peccat. ibid.

Doctor vt peccat ſtipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, caſtigans diſcipulos,&c.ibid. n 58

Dolus quid, & quotuplex. cap.17. num.177

Dolus, & fraus quid, & ſunt genus,& ſpecies.c.23.n.77

Doli actio, ſine malo animo non datur.c.17.n.71

*Doli actio non datur ob quantitatem omnem, quæ mortalem culpam facit, c.17.n.3.*
*Dolia & alia vaſa vitioſa, ſciens vendens, aut locans, cap.17.num. 196*
*Dominij translatio ſimoniâ ſolo iure diuino non impeditur. ca.23. num.104*
*Dominium directum, & vtile quæ dicantur. c.17.n.174.*
*Dominij rei emptæ ab vſurario quærit emptor, c.17.n.265.*
*Dominium rei vnius, penes plures in ſolidum eſſe nequit, cap.17. num.61*
*Dominium rei quæſitæ per vſuras, quærit vſurarius, cap.17. num. 265*
*Dominorum preces iuſſa, cap. 17. num.16.*
*Domini terrarum cultarum à Saracenis eis decimantibus, hoc agant, c.25.n.27*
*Dominus, cui ſua res eſt reſtituenda, quis dicatur, cap.17.n.28.*
*Domino reſtituendum quando cuſtos eſt ſuſpectus, ibid.*
*Domino ſuo reſtituenda res regulariter, ſed fallit, ibid. nu.29*
*Dominus non fit rei quæ vſu conſumitur, eo quòd iure illam conſumat, ibid.n.62.*
*Dominus conſumens ſuam rem, interdum reſtituere tenetur, cap.17. num.62*
*Dominus vt violat quartum præceptum erga ſubditos ſuos, cap.14. num.21*
*Donare licet, vt reddat duplum, ſi moriatur intra tale tempus, cap. 17.nu.222*
*Donare centum aureos non tenemur ei qui aſſerit ſe furcæ ſeſe ſuffixurum, niſi illi ſibi donentur. ca. 24.num.23.*
*Donatio facta à patre, quæ valet, cap. 17. numero 144. & 2. ſeq.*
*Donatio à patre filio facta, quatenus reuocanda, ca.17.n.147*
*Donatio coniugis facta côiugi, quæ valet, c.17.n.149*
*Dos tota vxori reddenda, licèt ornatus eius fuerit nimius, cap.17. num.155*
*Dotem ab vſurario datam, retinẽdi remedium, c.17.n.272*
*Dotis ob ſolutionem dilatam, quid lucri capere liceat, c.17.n.213*
*Dubiis in rebus, pars tutior an neceſſariò eligenda? c.27.n.281.*
*Dubium de fide, non facit ſcrupulus, neque ſubreptio, c.11 numer 20*
*Dubium deponendum priuſquam quis iudicet, conſulat aut operetur, c.27.n.288*
*Dubius credens, & ſciens, in hoc pares, c.22.n.55*
*Duella illicita, exceptis duobus, & quæ prohibita per Conc.Trid. ca. 11.n.39*
*Duella mala, vel torneamenta ſubiens, vel eis adſiſtens. cap.15. num.9*
*Duella quæ inter particulares milites exercituum licent. cap. 15. num.28*
*Duritia cordis quæ mortalis, & confitenda. cap. 23. numero. 76*

E

Ebrietatem ſciēter ſibi, vel alij procurare mortale. cap. 23. num 121
Eccleſia nō punit interiora, nec exteriora ſola intentione mala. ca. 23.num.103
Eccleſia nulla in vrbe gaudet immunitate, &c. cap. 25. num. 18. licèt Domus Cardinaliū ac Legatorum Regum & Rerumpub. ea gaudeant, ibid.
Eccleſia vt dicitur polluta ſex caſibus, c.27.n.256. & ſeq.
Eccleſia polluta, à quo reconcilianda, ibid.
Eccleſiæ immunitate gaudet regulariter omnis Chriſtianus tantum, & non alij, ca 25. num, 19. & 4.ſeq.
Eccleſiæ Rom iura, & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi. c.27.num.72.
Eccleſiæ facies, quæ olim, quæ nunc, quando extra eam, etiam cum cauſa non contrahitur. ca. 22, n. 70
Eccleſiæ immunitate qui gaudent, ca.25.nu.17 & ſeq.
Eccleſiam non turbent ſtrepitus, deambulatio, & colloquia profana, c.28.nu 20
Eccleſiæ bona inæqualia habentes, ſi permutentur quò ad proprietatem, refundi poteſt ſeparatim pecunia, qua bona eiuſmodi æquentur: idémque fieri poteſt authoritate ſuperioris in permutatione titulorum. c.23. nu.100
Electio canonica monaſterio apprime neceſſaria, factu autem difficillima, c.17.n.114.
Eleemoſyna ſpiritualis præſtat corporali, & quando vtraque præcepta, c.24 n.5. & 7.
Eleemoſyna potius in vita, quam poſt eam agenda, c.24. nu 8.
Eleemoſyna ſpiritualis quando cum vitæ periculo præcepta. c.24. n.9. 10. & 11
Eleemoſynam octo caſibus vxor largiri poteſt. c 17. nume.153. & ſequ.
Eleemoſyna cur neceſſariò fiat, etiā inuito, non egenti illa extremè, ca. 24 nu.23
Eleemoſynam ſpiritualem tenemur largiri conſtitutum extrema illius neceſſitate, etiam cum periculo vitæ: corporalem autem nōn niſi citra illud. cap.24. nu.23.
Eleemoſyna à danda egenti extremè, nullum votum excuſat. cap. 24.nu.11.
Eleemoſyna actus miſericordiæ, cur dicatur charitatis, ca.24 n.3.
Eleemoſynam pauperi non largiens etiam ſub peccato mortali debitam, non tenētur ei reparare illā eleemoſynā aut damnum quod inde illi prouenit: quàmuis non ſoluent debitum, quando, vbi & quomodo debet, damnum quod ex illa mora creditor accepit, reſarcire teneatur, ibid.n.7.
Emens triticum, vel vinum tempore meſſis, aut vindemiæ, vt excuſetur, c.23.n.91.
Emēs vel vendēs monopolio, vel ſolus priuilegio, vt peccat. c.23.n.92

Emens, vel vendens aliud pro alio, vel vtilius pretioſiore, vt peccat. c.23.n.89.

Emens rem ab eo, quem ſuſpicar debet furem, caueat ſibi. c.17.n. 84.

Emens minus debita lege poſt ſoluenda c.17.n.230. & 231.

Emens triticum, vinum, aut oleum, quod elegerit. c.17.n. 227.

Emi, obligari, & ſtipulari poſſunt futura c.23 n. 104.

Emphyteuſis, quæ perditur biennio non ſoluendo. c 17.n. 192.

Emphyteuſis amiſſio pendet à voluntate domini, cui acquiritur. ca. 23.n.104.

Emptio liberi hominis alioqui perituri, licita c.23 n 96.

Emptio Æthiopum liberorum, pro ſeruis, vſitata, peccatum. cap.23. n.96.

Emptio, & venditio proprie, & improprie ſumuntur. c.23.n. 100.

Epiſcopalem iuriſdictionem habens an in hoc æquetur Epiſcopo. c. 12. n. 76.

Epiſcopi inquirant an clerici gabellis grauentur ca.17.n. 203.

Epiſcopis ſuper irregularitate occulta deſcendente aliunde quam ex delicto & conſequenter ſuper defectu natalium diſpenſandi facultas non datur. c.27.n 194.

Epiſcopus ſuper matrimonio clandeſtine contrahendo, diſpenſare poteſt c.22 n 85.

Epiſcopus intra quot menſes ſub duplici pœna conſecrandus. cap. 25.nu.118.

Epiſcopus denunciationes relaxari poteſt, non tamen conſenſum parochi, & præſentiam teſtium remittere. c. 22.n.70.

Epiſcopus abſolutionem bona incerta habentis, vt reſeruare poteſt. c.17.n.92.

Epiſcopus quando poſſit diſpenſare ſuper impedimento impediente & dirimente. c. 22 n. 85.

Epiſcopus ordinans alienum, aut ſuum ſine titulo, vt peccat cap. 22 n.18.

Epiſtolæ clauſæ quæ apertio mortalis. c 18.n.53.

Errans non conſentit. cap. numero. 71.

Error, nullus, etiam in fide, ſi tantum mentalis ſit, excommunicationem, pœnaſue à iure ſtatutas, licet vere ſit hæreſis, peccatumque grauiſſimum, inducit. præl. 1.n.18.

Error multiplex, perſonæ, conditionis, fortunæ, & aliarum qualitatum c. 22.n. 32. & 33.

Erroris ſui alium commonefacere, quando quis non teneatur. ca.22. nu.82.

Error perſonæ, & conditionis, dirimunt, non alij c 22 n 34.

Euagatio mentis, quæ mortalis ca. 23 n 125

Eucharistiæ ſacramentum polynomium, & quid. cap.22. numero. 10

Euchariſtiæ circa ſacramentum errores c 22 n.10.

Ex æquipollentibus,, quid ſ at, non refert. c.1.n. 11.

Excōmunicandi facultas non manat ab ordine, ſed eſt pars iuriſdictionis fori exteriori. cap. 27. num. 5.

Excommunicare poteſt regulariter quiſquis habet iuriſdictionem eccleſiaſticam ordinariam, vel delegatam in foro exteriori. ca. 27. num. 5.

Excommunicare nequit epiſcopus extra ſuum epiſcopatū, nec laici, nec mulieres, neque quis ſeipſum. ibid n. 6.

Excommunicare an poßit conſuetudo, aut excōmunicatus, ſuſpenſus vel interdictus. ib. n. 7.

Excommunicās ſine facultate, cauſa, ordine, ſcriptura, vel monitione peccat ibid. n. 8.

Excommunicari ſolum poteſt homo baptizatus, & mortalis, habens ſuperiorem: proinde nec Papa, etiam ob hæreſim, nec infidelis, nec locuſta, licet poßit adiurari. c. 27. n. 13.

Excommunicatio generalis non ligat impotentem parere, &c. Nec etiam ſpecialis termino prorogato, &c. ibid n. 14 & 15.

Excommunicatio non incurritur ob ſolum actum interiorem. cap. 11. nu. 22.

Excommunicatio ſolâ lege humana fertur c 27. n. 13.

Excommunicatio non ligat ignorantem, etiam ſuper re licita. ibi. nu. 16.

Excommunicari poteſt Chriſtianus, at ſolæ perſonæ eccleſiaſticæ ſuſpendi. cap. 27. numero. 159.

Excommunicatione qui procurat, vt proximus condemnetur. cap. 14. nu. 24.

Excommunicatio non obligat clam ſua recuperantem. c. 17. nu. 114. & 2 ſeq.

Excommunicationem puram, non poſſe pendere, fallit. cap. 23. num. 104.

Excommunicatio quid, & quotuplex, in dubio ſignificatur maior. c. 27. nu. 1. & 2.

Excommunicatio iniuſta, diuiditur in iniuſtam validam, & in iniuſtam nullam. Iniuſta valida in duas, quæ differunt ſic. Iniuſta nulla quid operatur. ibid. num. 3.

Excommunicatio iniuſta, eſt nulla his quinque caſibus. ibid. n 4.

Excommunicatio maior nō fertur, niſi ob contumaciam mortalem, aut peccatum futurum, &c. ca. 27. n 9.

Excommunicatio, quæ ſine monitione, ſententia & clauſula iuſtificatiua, eſt nulla ibid. nu. 10. & 11.

Excommunicatio de rebus perditis à ſolo epiſcopo danda, & alia non niſi in ſubſidium. ibid. num. 10.

Excommunicatio annalis ſuſpectū hæreſeos facit ibid. n. 10.

Excommunicatio quibus verbis fit, & conditionalis vel ſine intentione ligandi, an ligat. ibid nu. 11. & 12.

Excommunicatio, vt tollat commūnionem interiorem: exteriorem, & mixtam, & priuet ſacramen-

*tis, ac ſuffragijs. c. 27 nu. 17. & 18. diuinis officijs. nu. 19. & aliis pleriſque. n. 20. & 3 ſeq.*

*Excommunicatus eſt inuentũ Diaboli, his exceptis. ibid. num. 18. & 19.*

*Excommunicatio minor ſolam participationem paſſiuam ſacramentorum tollit, non miſſæ auditionem, &c. cap. 27 n. 24. & 25. ſic incurritur: non tranſit in tertiam perſonam: non æquatur mortali: tollitur à quouis presbytero: non incurritur his caſibus, nu. 26. & 27.*

*Excommunicatio lata à iudice in participãtes excommunicato à ſe, ſine iſta monitione, nulla. ca. 27. num. 36.*

*Excommunicatio, & abſolutio conueniunt & differunt. c. 27 n. 37. & 38.*

*Excommunicatio ſine cauſa parum nocet, abſolutio multum prodeſt: an falſa vtranque annihilet. ibidem.*

*Excommunicatione à minore, & maiore lata à iure, vel ab homine hic abſoluit, etiam ſola tonſura initiatus. ibid. numer. 39. & 3. ſeq.*

*Excommunicationis abſolutionem hæc ſatisfactio, vel cautionis præſtatio præcedat ca. 27. n. 47. & 48.*

*Excommunicationes iuris antiqui paucæ, noui multæ, nouiſſimi, quàm plurimæ. cap. 27. nu. 49. & 50.*

*Excommunicatio vt interpretãda: & lata in facientem, non includit regulariter conſentientem, numer. 51.*

*Excommunicatio prima bullæ Cœnæ, in hæreticos. cap. 27 num. 55. & 56. Secunda, in ſchiſmaticos nu. 57. Tertia in appellantes ad futurum Conc. nu. 58. Quarta, in Piratas n. 59. Quinta, in accipientes naufragorum bona. n. 60. Sexta, in imponentes noua pedagia n. 61. Septima, in falſarios. n. 62. Octaua, in deferentes arma Turcis. n. 63. Nona, in impedientes neceſſaria Romã adducentes num. 64. Decima, in male tractantes Romipetas nu. 65. Vndecima, in vſurpantes ſibi iuriſdictionem in vrbe. n. 66. Duodecima, in iniurios Cardinalibus, nu. 67. Decima tertia, in impedientes curſum cauſarum Curiæ. num 68. Decima quarta, in vſurpantes fructus, &c. nu. 69. Decima quinta, in laicos cognoſcentes de criminibus clericorum nu. 69. Decima ſexta, in impedientes iudices eccleſiaſticos num. 69. Decima ſeptima, in occupantes bona. Sed. Apoſtolicæ. n. 69. Decima octaua, in imponentes decimas, tallias & alia onera, eccleſiaſticis. n. 70. Decima nona, in iudices laicos, bannientes, capientes & iudicantes eccleſiaſticos, &c. nu. 71. Vigeſima. in inuadentes vrbem, &c. nu. 72. Vigeſima prima, in ſuppellectilem Palatij Apoſtolici diripientes, &c. num. 72. & in malè abſoluentes à cẽſuris bullæ: quæ tamen non eſt*

reſeruata

reſeruata. num 73. & 74.

Excommunicatio prima reſeruata Papæ, extra bullam Cœnæ in Canonum tranſgreſſores. II. in percuſſorem clerici. cap. 27 nu. 75. & 76.

Excõmunicatio III. reſeruata Papæ extra bullam Cœnæ, eſt lata à delegato, lapſo anno. IIII. in falſarios. V. lata ab Epiſcopo in habẽtes bullas falſas, &c. VI. in clericos admittentes excommunicatos à Papa. c. 27. num. 93. VII. in incendiarios poſt denunciationem, &c. VIII. in ſacrilegos infringentes eccleſias. numero. 94. IX. in male eligentes ſenatorem Roman. X. in clericos ſoluentes tallias: ſed reuocata fuit num. 95. XI. in inſequentes Cardinales. numero, 96. & 97. XII. in vexãtes excommunicãtium cognatos, &c. numero. 98. & ſequẽt. XIII. in inquiſitores male procedentes numero. 100. XIIII. in religioſos abſque facultate adminiſtrantes certa ſacramenta, numero. 101. XV. cõtinetur in bulla Cœnæ, numero. 102. XVI. in faciẽtes eligere ſepulturas numero 103 XVII. in eos, qui cogunt celebrare in locis interdictis, nume. 104. XVIII. in abſoluentes per confeßionalia Sixti IIII. XIX. in exẽterantes mortuos, numero. 105 XX. in dantes, aut accipiẽtes ob ingreſſum monaſterij. XXI. in committentes ſimoniam in ordine vel beneficio XXII. in eos, qui ab ordine mendicantum ad alium tranſeunt. XXIII. in accipientes, dantes vel promittentes in Curia Rom. pro iuſtitia, vel vt promereãtur gratiam, numer. 106. XXIIII. in eos, qui aſſerũt hoc de conceptione Virginis matris, numero. 107. XXV. in delegatos, qui male auctorant alienationes eccleſiaſticas num. 108. XXVI. in ſeptem genera perſonarum violantium monaſtica, numero. 109. XXVII. in peregrinantes in Ieruſalem abſque facultate Papæ, XXVIII. in appellantes ad futurum Conc. XXIX. in Cardinales, qui ſecreta manifeſtãt, numero. 110. XXX. in prædicãtes miracula falſa. XXXI. in Cardinales Sede vacãte ſimoniam committentes, numero. 111.

Excommunicatio I. nemini reſeruata, in ſeculares non reddentes ius eccleſiaſticis. c. 27. num 114. II. in cõſentientem electioni de ſe in Papam male factæ. III. in eum qui ſic ſuſcepit munus adminiſtrãdi partem talis epiſcopatus. IIII. in ſcholaſticos Bononiæ, qui ſic conducunt. V. in imponẽtes tributa. &c. eccleſiaſticis, nu. 115. VI. in certos clericos, qui audiunt leges, aut medicinam, num. 116. VII. in clericos ſuſcipientes præfecturas ſeculares XIII. in ſchiſmaticos, n. 117. IX. in capientes bona naufragorum. num. 118. X. in ſeruantes ſtatuta contra libertatẽ eccleſiæ. num. 119.

Excõmunicatio XI. nulli reſer-

[illegible]ta, & prima Sexti, in eos, qui [illegible] mittunt, &c. Cardinales [illegible], quando ſunt in conclaui ad [illegible]lum cap. 27. numer. 121. [illegible] in dominos, &c. qui [illegible] electione Papæ non faciunt [illegible] quod eo tempore ſa[illegible] ſtatuitur. XIII. in [illegible] qui monaſteria aſſiciunt ele[illegible], quod non elegerint opta[illegible], n. 122. XIIII. in no[illegible] uſurpantes ius cuſtodiendi [illegible] eccleſiam, ſede vacan[illegible] num. 123. XV. in dire[illegible] electionis monialium. [illegible] vel illud facit. numero. [illegible] XVI. in eum, qui procurat [illegible] conſeruatorem, &c. [illegible]I. in facientes ſe metu ab[illegible] conſuris XVIII. in [illegible] aliquid quo iudex va[illegible] mulierem. numero. 125. [illegible] in compellentes ſubmitte[illegible] eccleſiaſtica num. 126. [illegible] in inuentores nouarum re[illegible] num. 127. XXI. in [illegible] ab eccleſiaſtica porto[illegible] num. 128. XXII. in ſic im[illegible] iuriſdictionem eccle[illegible]. numero. 20. [illegible] in dominos, qui pro[illegible] ubditis ne vendant, ne[illegible] a clericis, &c. num. [illegible] XXIII. in religioſos te[illegible] habitum deferentes. num. [illegible] XXV. in religioſos ad ſtu[illegible] licentia euntes, &c. nu[illegible] XXVI. in Doctores docen[illegible] religioſos, numero 134, [illegible] in ſepelientes hæreti[illegible] num. 134. XXVIII. in iu-

dices non auxiliantes contra hæreticos, &c. n. 135. XXIX. in interficientes per aſſaſſinos. n. 136. XXX. in permitentes fœneratores num. 136. XXXI. in dantes repreſalias cotra eccleſiaſticos. n. 136. XXXII. in negligentes perſequi iniurias Cardinalibus illatas. n. 136

Excommunicatio XXXIII. in reſeruata, & prima clementinarum, in violantes ſequeſtrum, vel impedientes, &c. cap. 27. num. 137. XXXIIII. in ſepelientes in loco interdicto, nu. 137. XXXV. in religioſos qui ſibi appropriant decimas, numero. 138 XXXVI. in religioſos adeuntes aulas ad nocendum n. 138. XXXVII. in monachos habentes arma in monaſterio, n. 139. XXXVIII. in impedientes viſitationem monialium. n. 140. XXXIX. in imitantes ſtatum beguinarum. nu. 140. XL. in contrahentes matrimonii ſex caſibus, n. 142. XLI. in inquiſitores pecuniam accipientes, &c. num. 142. XLII. in facientes ſtatuta ad ſoluendum vſuras n. 143. XLIII. in mendicantes accipientes domos, nu. 144. XLIIII. in religioſos ſuadentes decimas non ſoluendas, n. 145. XLV. in negligentes diſſuadere decimas, &c. numero. 145. XLVI. in religioſos non ſeruantes interdictum. n. 146. XLVII. in impugnantes literas Papæ electi n. 147. XLVIII. in interpretantem Clem. Exiui. n. 147.

XLIX. in bizochos aut beguinos.num.148. L. in imprimentes libros ſine examine, n. 148. LI. in impedientes nuntiorum receptionem, num. 149. LII. in alienantes vel locantes bona eccleſiaſtica, numer. 149. LIII. in mulierum raptores, &c. LIIII. in cogentes ad matrimonia minus libera. LV. in cogentes virginem, &c. ingredi monaſteriũ, & c. LVI. in impedientes Virginum ſanctam veli accipiendi voluntatem. & c. LVII. in cõcedentes locum ad duellum, &c. LVIII. in committentes duellũ, & LIX. in dantes conſilium in cauſa duelli, & illius ſpectatores. LX. in non habentes pro authenticis libros ſacrorum bibliorum, &c. LXI. in mulieres ingredientes clauſtra monaſteriorum. LXII. in male tractantes miniſtros inquiſitionis.

LVIII in ſcientes, & non reuelantes iniurios Cardinalibus. LXIIII. in capientes fructus beneficiorum primi anni, &c. LXV in moniales exeuntes monaſteria, &c. LXVI. in capientes Chriſtianos in ſeruos LXVII. in non parentes inquiſitioni generali, num. 150.

Excommunicatio non ligat extra Epiſcopatum etiam Epiſcopo volente c.27.n 173.

Excommunicatio conditionalis, cõditione impleta, non trahitur retro. c.27.n.273.

Excommunicationes reſeruatæ Epiſcopis, ſunt tres, & interdum aliæ c,27.n. 112. & 113.

Excommunicati mortui cuius abſolutio non petenda c.27. n. 271.

Excommunicatum etiam non confeſſum abſoluit Sacerdos, etiam excommunicatus, in morte. ibid. n.272.

Excommunicatio ſpecialiter non denunciato præſente, quæ miſſa continuanda. c. 27. nu. 33. & 2. ſeq.

Excommunicato ob iuſtum timorẽ ve participari poßit c.27.n.36.

Excommunicato pro denunciato orari poteſt oratione priuata, non publica. &c. ibid.

Excommunicatus qui clericus ſeipſum percutiens. c.15.n.11.

Excommunicatus qui dicto vel ſcripto affirmat contrarium fidei. c.11.n. 21.

Excommunicatus communicat cũ vxore, filijs, & famulis: nec eſt vitandus, donec denuntietur. ca.27. n. 17.

Excommunicato participare, veniale. c.27. n. 29. niſi ſex caſibus n.30.31. & 32.

Excommunicatus vt infamis: & perdat ſeruitia. c.27. nu.21. 22. & 23.

Excõmunicatus, an ſit faciens opus infidelitatis exterius. c. 11. n. 26.

Exempla non reſtringunt legem c.17 nu.34

Exẽptus hodie multo plus ſubiacet ordinario quam olim. c. 25. n. 13.

Exequutor teſtamenti, vt peccat mortaliter non ſoluens legata ac debita, & quando excommunicatus c.25.n.65.

Exorciſmus & aliæ ceremoniæ quæ fiunt in baptiſmo ſolemni, non ſunt de neceſſitate ſacramenti, ſed duntaxat præcepti. cap. 22. nu 6.

Extrauagantis Pij V. ſuper cenſibus tenor. c. 17. n. 234

Extrauagans Pij V. de horis canonicis recitandis & fructibus earum omiſſione deperditis. cap. 25. num. 122

Extrauagantis Ad euitanda, tenor. c. 27. n. 35.

Extrema neceſſitate premente, poteſt quiſque citra peccatum accipere, non ſolùm ſuo, ſed etiam alieno nomine, ſi de ſuo non habet, nec alius ei ſubuenire poteſt. c. 17. num. 118

Extrema Vnctio quid, & vnctio cum verbis concurrat. c. 22 num. 12

Extrema Vnctione quæ partes tangendæ, quibus fit verbis, quare morbo, non violenter moriturus datur ibid. n. 13. & 14

Extremæ vnctionis de ſacramento definita Tridenti. ibid. nu. 15

Extremæ Vnctionis cõtemptus, vel in mortali ſuſceptio, mortalis. ibidem

Extremè patienti ſatisfit etiã non donando, ſed commodando, &c. cap. 17. nu. 61

Extremè egere quis dicatur. ca. 24. numer. 5

F

FAciẽ hominis, nõ eſſe ſtigmate inurendam, quòd ad imaginem Dei formata, vt intelligendum. præl. 3. n. 16

Faciens actum regulariter plus delinquit, quàm conſulens illum. c. 17 n. 103

Factum legitimè, pœnam non meretur. c. 23. nu. 111

Fallacia ſpecies doli. cap. 17. num. 177

Falſarius nummos in ſubſtantia, falſans, circuncidens, vel attenuans ſcripturam, põdera, menſuras, aut ſigillum vitians, cui reſtituet. cap. 17. num. 167 168. & 169

Falſarii bullarum, qui excommunicati. ibid.

Falſum hoc modo in pulpito allegare, an peccatum. cap 18. num 4.

Fama quid? vt hic accipitur, & quotuplex c. 18. n. 19. & 20

Famæ damnum leue, & notabile, & quid vnumquodque. ibi. nu. 20. 21. 22. & 23

Fama, vita, & libertas, æſtimari non poſſunt. c. 17 n. 89

Fama non æſtimatur plus quàm vita, niſi, vt illa compenſetur. ca. 17 nu. 90

Famam mulier proba pluris, quàm libertatem æſtimat. ibid.

Fama per æquiualens nequit reſtitui, ſecundùm Sanctum Thom. 17 nu. 91

Fama bonitatis ſola ineſtimabilis, non alia. ibid.

Famæ ablatio, an cõpenſetur ablatione reciproca. c. 18. num. 47

Famæ debitum non tam facilè tollitur, quàm actio iniuriarum. ibid.

Famæ reſtitutio excuſatur vitæ, vel ſalutis periculo, & obliuione. ibid. n.47 48. & ſeq.
Famam non læſam tentans eam lædere, non reſtituat, etiamſi, &c. c.18 num. 44.
Fama læſa mendacio, aliter quàm læſa vero, reſtituenda. ibid n.45
Famæ reſtitutio condonari etiam iuſtè poteſt, niſi, & c. ibid. n. 46
Famam qualis relator mali nõ reſtituit. cap.18 nu 50
Fertilitas, quando augeat, vel minuat penſionem. ca. 17 n. 91
Feſta ſanctorum non tauris, ſed piis operibus honoranda. cap 15 n. 20
Feſta vt potius relaxantur ob neceſſitatem, quàm ob pietatem. ca. 13 n.4
Feſtu quod licet gratis, licet & ob mercedem ibid. n. 5
Feſta inducunt, tollunt, & moderantur lex & conſuetudo ibid.
Feſta ſua omnis regio & morantes in ea, debent obſeruare. ibid.
Feſtos dies quos viator ſeruare teneatur. ibid.
Feſti dies omnes Chriſtianorum, ſunt lege humana inducti. ca. 13. num.1
Feſti obſeruatio nunc non eſt tam ſtricta ac olim. ibid. n 2
Feſtis diebus præcipimur audire miſſam, & vetamur opus ſeruile facere ibid.
Feſtis diebus operari licet iis, qui aliter ſe ſubſtẽtare nequeunt. ca. 13. num 11
Feſtum violans, peccat mortaliter, niſi aliquod horum excuſet. ca 13. num, 6
Feſtum violans vi metu, præcepto vel coactione, vt peccat. ibid.
Feſtum qui violat iter agendo, deferendo onera. & c. ibid n. 7
Feſtum vt violat, qui vendit, emit, permutat, &c. ibi. n.8.
Feſtum an violet tonſor, piſcator, molitor. ibid. nu 9
Feſtum an violet laborãs pro pauperibus, pontibus, & viis. ibid. nu 10 & 11
Feſtum an violet ob pietatem vel neceſſitatẽ vel ſine illa, tranſcribens librum, pulſans lyram, canens, & c. c. 13 n.13. & 14.
Feſtum an violet qui laborat ob neceſſitatem, ludit, ſaltat, venatur, & otioſè tota die vagatur. ibid n.15
Feſtis Crucis Michaelis, Innocentium, & S. Sylueſtri, licitè quis laborat ibid.
Feſto de violato, quædam accuſandi conſuetudo mala. ibid. num. 16
Feſtis contritio bona, ſed non neceſſaria ibid. n.17
Feſtum an violet, qui omittit in eo opera præcepta ibid n.18
Feſtum an violet mulio, qui feſto die ablegat iumenta ad operandum c. 13. n.12
Fictioni retrotractionis, locus non eſt in cenſuris c 27. n. 273
Fictio fundatur in æquitate. ibid.
Fidei orthodoxæ ſtudium, cæteris præſtantius præl 1 nu.15
Fidei ex parte intellectus cognitio, eſt imperfecta. præl.4. numero 12
Fidei cognitio, accendit eam ha-

bentẽ ad videndum, & c. & qua-re. ibid.
Fidei articulos expreſſè, & in particulari, non credens, quando peccat. c. 11. n. 22
Figuræ quædã & qualitates Deo, eiúſque ſanctis attributæ, quid denotent. præl. 1. n. 16
Filiæ aliquorum vitiorum cur quædam vitia dicantur. cap. 23. n. 11
Filij vel filiæ renunciatio, cum enormi læſione, vt valet. c. 17. nu. 152
Filij proprij ſuſceptio, quæ impedit matrimonium. c. 22. n. 74
Filij infidelium expertes adhuc rationis, ſine parentum conſenſu, non debent baptizari c. 24. n. 10
Filius vt peccat mortaliter odiendo parentes, aut eis malum cupiendo, vel amoris ſigna non monſtrando. c. 14. n. 11
Filius qui non obedit patri quoad regimen, & bonos mores ibid. num. 12
Filius parentes feriens, ad iram prouocans, eos accuſans, execrans, contemnens mortem exoptans, vel non liberans è carcere. ibid. n. 13
Filius parentibus in magna neceſſitate conſtitutis non ſuccurrens, ob parentum ſubuentionem religionem non ingrediens ibid. n. 13. & 14
Filius qui non ducit vxorem quã pater vult, exhæredari nequit. ibid. n. 15
Filius qui parentum malè parta non reſtituit, nec legata implet. ibid. n. 16
Filius ſeruiens patri quale mixtum peculium habeat. c. 17. num. 144.
Filius, qui plus alijs patri ſeruit, quid plus habere debeat. cap. 17. num. 148
Filius qui de bonis paternis, patre nolente, aliquid accipit, vel eo volente, vel donante, vltra legitimam. c. 17. num. 156. & 157.
Filius fruens fructibus, vel pecunia patris, clam fratribus. ibid. n. 158. & ſeq.
Filij ſecundi thori, ex ignorante prius matrimonium ſuſcepti, legitimi reputantur. c. 22. n. 51.
Filius ſtudiorum impenſam à patre factam, an conferat. & c. ca. 17 n. 159.
Filij legitimam non minuit, ornatus ſibi à patre datus. ibid.
Filius quæ alimenta ſtudij refert in legitimam ibid.
Filius donatum patris intuitu, nolens conferre, nec fratris impenſas ſtudij ſoluere, & perdita ludo vel pœnam delicti non conferens in legitimam. ibi. n. 160. & ſeq.
Filij lucra de patris pecunia facta, non conferens. c. 17. n. 191. & ſeq.
Filius matrimonij putius, qui legitimus. c. 22. n. 54.
Finem vltimum non ponit in creatura, quiſquis mortaliter peccat, & quis illum in re aliqua conſtituere cenſeatur præl. 9. n. 19.
Finis quid, & quotuplex. præl. 4. n. 2. & 3.
Finis multiplex, verus falſus, cuius & quo, cum eorum definitione ibid.

*Finis vltimus & beatitudo, idem ibidem. n. 4.*

*Finis præcepti alius ab eo, non eſt in præcepto c. 13 n 2*

*Finis principalis operis boni, licet non poſſit eſſe bonum minus illo: poteſt tamen eſſe minus principalis, modo non ſit malum culpæ. c. 14 n. 33*

*Finis malus, & bonum ex malo natum differunt c. 12. n 32.*

*Finis vtilis animæ, & bonus domini excuſat à furto c. 17 n. 6*

*Finis principalis alicuius rei, quis cenſendus. c 17. n 209.*

*Finis præcepti, non eſt in præcepto. c. 21. n. 7.*

*Finis aptus ſpiritualium, nil temporale eſt. c. 13 n 13. & 15.*

*Fœminam quis manu ducens non abſoluendus. c. 2. n. 27*

*Fœmina humana vt ad copulam licitam ſola eſt apta, ita ſola caro animalis irrationalis eſt licita ad veſcendum. c. 23. n. 122*

*Fornicandi deſiderium, & delectatio moroſa quando peccatum cap. 16. num 9*

*Fornicatio ſimplex quæ licitur, & quid adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & peccatum contra naturam. c 16. n 2.*

*Fortuitum caſum præcedens culpa, non efficit vt fortuita imputentur niſi &c. c. 27 n. 221*

*Fortuna eſt ipſa prouidentia diuina. c. 17. n 90*

*Fraterna correctione ſecreta circa proditiones Reip. & hæreſes, cur raro opus. cap. 24. numer. 14.*

*Fraus ſpecies doli. cap. numer. 177*

*Fraus ineſſe dolo, quo ſenſu [illegible] tur c. 23 n. 77*

*Fructus intelliguntur, qui [illegible] ſunt, deductis oneribus. ca[illegible] num. 194*

*Fugere quis an teneatur? ca[illegible] num 4*

*Fundi pignorati fructus qui [illegible] capiamus. c. 17. n. 218*

*Furantem non impediens, [illegible] reſtituet, & quis non cap 17 [illegible] 21*

*Furatur qui aliquid ab eo, qui [illegible] dederit, aut multa parua [illegible] 139*

*Fur & alij Rei etiam puni[illegible] blica pœna, reſtituant da[illegible] 15 n. 15.*

*Fur omnis in mora eſt, & [illegible] fortuitus ei qui in mora eſt, [illegible] cet. c. 17. n. 183*

*Furi cui non eſt reſtituenda re[illegible] tiua c. 17 n 9*

*Furtum quid, & diuiditur in [illegible] tale, & reale. cap. 17. n[illegible] 1.*

*Furtum genere ſuo mortale, [illegible] cuſat ab eo paruitas, & [illegible] 17 n. 2*

*Furtum ad cauſandum mortale, quanta quantitas requiratur. ibid.*

*Furtum notabile, & [illegible] notabiliter nocens, diff[illegible] ibid.*

*Furtum pauperi, & diuiti [illegible] ctum qualiter metien[illegible] ibid.*

*Furtum propter omne mort[illegible]*

non fertur excommunicatio vbique.ibid.n. 3.
Furtum mortale hæc quantitas facit cap.17 n.4.
Furtum à mortali culpa, ſeptem excuſant. ibid.
Furtum interdum fit, quoad poſſeſſionem.c. 17. n. 117.

G

GAbellas ob merces debens, ſic verum pandat cap. 17. num. 203.
Generatio & proceſſio in diuinis, ſpiritualiſsima præl.n. 19.
Generationem matrimonialis copulæ impediens, &c. cap. 16. numer. 9.
Gloria vana quid, quot & quæ filiæ eius.c. 23 nu. 10.
Gloſſare clementinam Exiui, de verb. ſign an prohibitum? cap. 27.n.147.
Gratia & operibus, non ſola fide hominem ſaluari.præl.1.nu. 7.
Gratia gratum faciens, quid, & quanti valoris.prælud 7.num.2. & 3.
Gratia in diuina ſe eſſe nemo citra ſpecialem reuelationem ſcit, & quis pie credit ſe eſſe in ea ca. 21. num 47.
Gratiæ in ſtatu ſe nemo eſſe ſcire poteſt, citra reuelationem, &c.ca. 1.num. 26.
Gratiam gratum facientem primam, nemo de condigno meretur. præl.3 n.11
Gratia Dei quæſita ſine dono perſeuerantiæ, non perdurat ibid. num 12.
Gratiamque taciturnitas annullat, & quæ expreſſio, cap.22.num. 86.
Gratiam, vel gloriam æternam, ſuo arbitrio poſſe quæri, præſumptio. c.23 num 14.
Gratiam primam nemo de condigno meretur præl.1.n. 8.
Gratiam continentem cōceſſionem, morte mandantis non expirare, vt intelligendum. cap. 27. numer 254.
Gratis qui debet quippiam facere, turpiter pro illo accipit.cap 17. num. 34.
Gula quid, habet quinque ſpecies, & totidem filias c. 23.nu.119.
Gula non eſt edere carnes in terra aliena, vbi ibi id licet, ibid. num. 120.
Gula regulariter eſt venialis, etiāſi &c.cap.23 num.119. & quando mortalis ibid.

H

HAbitus quid, & quotuplex. præl 5 n.12. & 13.
Hæreſis cuius excommunicati abſolutionem quærere non debet.cap. 27.num.272.
Hæredes morte damnati, qui damnum intulit, ad quid teneantur. cap.15.num.25.
Hæreſis & hæreticus quid. & vt excommunicatus.c 11 n 12
Hæreticus nō eſt blaſphemus quatenus tantum talis eſt c.25.n.20
Hæreticis credentes fautores. & receptores, qui c.27. n.56.

Hæreticus non eſt, qui naturali ratione motus, falſo opinaretur patrem in diuinis ſeniorem eſſe filio, & filium ſpiritu ſancto: modo paratus ſit corrigi ab eccleſia: idemque cenſendum de omni alia hæreſi, quam quis citra pertinaciam credit, & aſſerit, præl. 1. n. 17.
Hæreticus interdum quis præſumitur in foro exteriori, quamuis non ſit. præl 1. n. 18.
Hebetudo mētis quænam mortalis. cap. 23 n. 123.
Hermaphroditus an ordinari poſſit, & characteris capax ſit? c. 27. num. 203.
Homicida liberi, vel ſerui quid reſtituere debeat. c. 15. n. 22.
Homicida quas impenſas reſtituere tenetur. ibid n 22. & 23
Homicida an teneatur ſe carceri offerre ab id. num. 24
Homicida quid teneatur ſoluere cognatis ibid.
Homicidium voluntarium exactè definitum, & cum quo diſpenſat Epiſcopus cap. 27. num. 239. & 240.
Homo qua via Deum vnum & trinum melius cognoſcat. prælud. 3. num. 19
Homo imago Dei eſt quo ad mentem, non quoad corpus prælud. 3. num 16
Homo imago Dei, quo ad naturam potentias & actus, prælud. 3 num. 18
Hominis liberi emptio, regulariter illicita ca. 23 nu. 95
Honor quid, & quæ inhonoratio mortalis c. 18. n. 11
Honorem ad tuendum, vt licet alium percutere, vel occidere. ca. 15. num. 4.
Honos maioris ſit, quam pecunia. cap. 24. num. 17.
Horariæ preces ob quas cauſas iuſte omittuntur. c. 25. num. 101. & 3. ſeq.
Horas ad quas tenentur clerici ſacri, & ad quas minores. c. 25. nu. 106. & 107.
Horis canonicis pronuntiandis, quæ intentio & attentio requiratur: oranti denique, ſacrificanti, & bona in Deum referenti. cap. 1. num. 13
Hoſpita ſolita tollui cum hoſpite, quomodo poteſt abſolui. c. 2. num. 20.
Hoſpitalarius, vt mortaliter peccat. c. 25 n. 67
Humilitas ad ſui eſſentiam, non requirit expreſſam in Deum ſubiectionem. c. 23 n. 6.

I

IActantia filia prima vane gloriæ, quid, & quæ mortalis. ca. 23. n. 16. & 17
Ieiunare quis, licet edat mane, teneatur c. 21. n. 27
Ieiunet famulus, ſed nemo die Dominica. c. 21. num 27
Ieiunia determinantia ius naturale, omnia iuris humani ca. 21. nu. 11. & 12.
Ieiunium non violat potus, nec medicina, nec prægustatio. ibidem. num. 3.

Ieiunia duæ comeſtiones, & prandiculum matutinum violant, ibid. num. 14.
Ieiunijs qui cibi vetiti. ibid. num. 15
Ieiunio à ſeruando triplex cauſa, quos excuſet. ibid. n. 16.
Ieiunio liberat bonum etiam mercede ſic exercitum. ibid. numero. 17
Ieiunium quæ peregrinatio, & cum vxore diſcordia tollit. ibid. num. 18. & 19
Ieiunium qua cauſa tantum putatiua, & dubia tollit. ibid. n. 20.
Ieiunia circa, etiam epiſcopus, & alij prælati ſic diſpenſant. ibid. nu. 21. & 22.
Ieiunij die quis miniſtrās cibos peccat. c. 21. n. 26.
Ieiunijs in omnibus ſeruanda conſuetudo quadraginta annorum comedendi oua & lacticinia. ca. 21. num. 15.
Ieiunio non omnis exemptus poteſt edere carnes. c. 21. n. 23.
Ieiunium ad violandum quis inuitans peccat. ibid. numero 24. & 25
Ieiunium magnum, & generale, abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus huius ſeculi. c. 21. n. 19
Ieiunium vnica vetitorum ciborum comeſtione violatur. cap 21. num. 15.
Ieiunium infringit præueniens horam ſed non veſperas, aut nonam. c. 21. n. 27.
Ignis inferni, licet ſit plurimus, eſt tamen obſcuriſſimus præl. 4. n. 24.
Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam. cap. 27. num. 274.
Ignorantia quotuplex, & quid vnaquæque illarum. cap. 23. num. 45. & 46.
Ignorātia interdum excuſat à pœna legis, & ab ea. ibid. num. 44. & 47.
Ignorantia an poſſit eſſe iuſta circa legem naturalem, vel diuinā quo ad eius diſpoſitionem, &c. ca. 23. n. 47.
Ignorantia quælibet etiam craſſa à dolo excuſat c. 27. n. 141
Ignorantia iuris, quod quis tenetur ſcire, non excuſat prælud. 1. num. 18
Ignorantia etiam facti, eius quod oportet ſcire, non excuſat. c. 17. n. 299.
Ignorātia quæ facit actum non eſſe humanum præl 6 n. 8.
Ignorantia, & incogitantia interdum à pertinacia, cenſuris & pœnis excuſat præl. 1 n. 18.
Ignorantia quæ excuſat, præl. 9 n. 10
Illegitimus capiens beneficium ſine diſpenſatione, vel penſionem cap. 25. n. 117
Imago Dei eſt mulier, ſicut vir. præl. 3. num. 17
Immunitate eccleſiaſtica gaudent excommunicati, ſuſpenſi & interdicti, & qui de licentia cuſtodis carceris, vel ſine illa etiā violato iuramento de non egrediendo carcere, ad eccleſiā confugit. Inſuper gaudet eadem, qui comprehenſus per locum ſacrum du-

citur, etiamſi iam damnatus, ad ſupplicium ducatur, quum iam intra eam ſit receptus: & longe magis, qui è manibus adminiſtrorum iuſtitiæ elapſus, in eam fugiens eſt ingreſſus, & varij alij hic expreſſi. c. 25. n. 19.
Immunitate eccleſiaſtica qui non gaudeat. ibid. n. 20. & num. 21. & 22.
Immunitate eccleſiaſtica non gaudet in Luſitania occidens quempiam de induſtria vel in duello. ibid. n. 2.
Impediens à conſueto bono quis reſtituet. c 17. n. 69. 70. & 73.
Impediens malo animo, cur non reſtituit, & impediens metu ſic. cap. 17. num. 73.
Impedimenta dirimentia an tollat conſuetudo c 22. n. 85.
Impedimentum quod nouit vnica perſona, cur reuelare non debeat coniugatis, ſi iuſtè, ob iuſtam illius ignorantiam, contraxerunt. c. 22. num. 83.
Impedimentum impotētiæ quid, & dirimit: quid faciet ſic impeditus. c. 22. nu. 59. & 60
Impedimentum publicæ honeſtatis quid, & vt reſtrictum per Conc. Trid. c. 22. n. 57.
Impedimētum matrimonij duplex, quod dirimit, & quod non cap. 22. n. 30. & 31.
Impedimentum coeundi perpetuum quodnam cenſeatur. ca. 22. n. 59. & qui frigidi, qui maleficiati dicantur ibid.
Impenſa omnis inordinata peccatum, ſed magis clerici, quam laici. c. 17. n. 94.
Impenſæ, quæ & quomodo commodatario ſoluendæ. cap. 17. num. 186.
Impoſſibile ſub votum non cadit. c. 12. n. 43.
Impotentia generandi non ſufficit matrimonio dirimendo, ſufficit tamen impotentia coeundi. c. 22. num. 59.
Imprecari malum auerſo à Deo, vt conuertatur, peccatum non eſt. ca 23. num 117.
Impreſſio, & editio librorum, vt prohibita. c. 17. nu. 148.
Incantatio prohibita, & fide indigna c. 11. n. 31.
In cauſato, plus virtutis non eſt quam in id potentia cauſæ infundat præl. 9. n. 9.
Inceſtus gradus cur neceſſario à confitente exprimendus. c 16. n. 4.
Inceſtus tam cum cognata, quam affini, impedit matrimonium, ſed Epiſcopus diſpenſat. ca. 22. num 74. & 75.
Indignatio quæ Chriſtiano mala, & quæ mortalis. c. 23. n. 116.
In dubijs, non claris, locus eſt coniecturis præl. 5. n. 9
Ineſſe videntur, quæ incontinenti fiunt ca. 25. n. 89.
Infidelis duplex, poſitiuè, & negatiue: hic non peccat, ille vero ſic. c. 11. n. 21.
Infantis hoſpitali expoſiti impenſas quis ſoluet. ca 16. n. 48.
Inhabilis ad vnum, eſt inhabilis ad illi annexum. c. 27. n. 251.
Inimico an quis debeat amoris ſigna exhibere. c. 14 n. 25.

*Iniuriam inferre, imbecillitas, propellere, virtus. c.24. nu.16.*
*Iniuriam non omnis ea affectus, remittere poteſt c.14.n, 25.*
*Iniuriæ veniam vter offenſorum petere debeat. ibid.*
*Iniuriarum actio pacto nudo ipſo iure tollitur, nec pœna iniuriæ in foro conſcientiæ debetur cap. 17. num. 238*
*Iniuſtitia omnis genere ſuo mortalis. ca.13.n.72.*
*Iniuſtitia omnis rei notabilis, eſt mortalis.c.25.n. 5.*
*Inobedientia non eſt, non facere cõſultum, ſed non facere iuſſum. ca. 23.n.35.*
*Inobedientia quæ mortalis. c.23 n. 36. & 37.*
*Inquiſitores ob acceptã pecuniam, quomodo excommunicati. ca.27. num.144.*
*Inſtrumenta ad viuendum neceſſaria, quando non reſtituenda cap. 17.n.59.*
*Intellectus an potior volũtate. præl. 3. num 7.*
*Intellectus pronuntiati Paulini de interiore & exteriore homine. præl.1.n.13.*
*Intellectus cap. De hoc, de ſimon.c. 17.n 32.*
*Intellectus l.1. §. denique, ff. de aqua plu. arcem. c 17. n. 71.*
*Intellectus c. per veſtras, de donat. c.17.n 256.*
*Intellectus nouus cap. Quantæ, de ſent. excom. c.24 n.21.*
*Intellectus l. 4. § ſed & quod meretrici ff. de condi. ob. turp. cau. ca. 17.n. 34.*
*Intellectus & inductio cap. officij de pœnit. & remiſſ. c 17. n 90.*
*Intellectus cap. non in inferenda. 23 qu.3.c.24 nu 16*
*Intellectus illius dicti. (Bonæ mentis eſt culpam timere, vbi non eſt.) c.27.n. 284.*
*Intentio mala lædendi, cur ad reſtitutionem non obligat. cap. 17. n. 73.*
*Intentio virtualis ſpecialior neceſſaria ad irregularitatem iuſtam, quam iniuſtam. cap 27.n. 113.*
*Interrogatus quod icit, quis & vt iuſte negat c 12 n. 88.*
*Inueniens alienum, vt peccat, ſi non reſtituit, & c.c 17.n.170.*
*Inueniens aliquid vi fluminis in ſuum fundum protruſum.c.17.n. 176*
*Intentio ſecũdaria nec vſuram, nec ſimoniam facit c 17 .num. 109.*
*Inuentio nouitatum ſecunda filia vanæ gloriæ, quid, & quando mortalis c.23.n.17. & 18.*
*Interdicit communiter, qui excommunicat, & ſuſpendit, & contra. c 27.n.168.*
*Interdicta non ſeruans, excommunicatos ſepeliens, abſoluens indebite confeſſum, & non monens eum c 25. n. 95.*
*Interdicta eccleſia, non cenſentur interdicti clerici illius, nec viceuerſa c.27.n. 167*
*Interdicto vetantur omnia diuina officia, ſacramenta, & ſepulturæ, præter expreſſa. ca.27. num. 171.*
*Interdicto in loco, & etiam in eccleſia, clerici recitant horas, cap.*

27. numer. 175. & 176. & vt campanæ pulſatio, epiſcopi benedictio, & ſacramentalium vſus liceant, numero. 177. & 178. Confeſſio item, & alia plurima.
Interdicta quæ priuilegia particularia relaxant. ibid. n. 178. & 2. ſeq.
Interdictum iure ſuſpenditur quatuor feſtis, & an aliis priuilegio religioſorum. ibid. num. 182. & 2. ſeq.
Interdictum non denunciatum, aut nullum non obligat, & quando tale, validum violando, qui laici, & moniales peccant. ibidem. n. 187
Interdictum fertur ob culpam alienam, ſed non ob culpam debiti, ponitur ipſo facto à iure his caſibus, & quæ opera prohibeat. cap. 27. numer. 168. 169. & 170
Interdictũ hîc non generaliter, ſed ſpecialiter ſumitur, quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & ſuſpenſione. c. 27. n. 164. & 165
Interdictum vt differt à ceſſatione à diuinis. ibid.
Interdictum triplex, & quid vnũquodque includit. ibid. n. 166. & 167
Intereſſe quid, quotuplex, & quod peti poſſit. c. 17 n. 211
Intereſſe lucri ceſſantis petitur ſine his conditionibus. c. 17 n. 112
Intereſſe in vtroque foro debetur. c. 23 num 65
Inuidia quid, & genere ſuo mortalis. c. 23 num. 118
Inuocatio Dæmonum tacita, fit quinque modis. c. 11. n. 25
Ira ſæpius paſſio, & eſt vitium capitale. c. 23 n. 115
Irregularem facit ætatis defectus, quàm diu durat. cap. 27. numer. 202
Irregularis non fit non impediens homicidium quod parari nouit, etiamſi ſequatur c. 14. n. 19
Irregularis per deformationem illicitam quis omnis, & ſolus. c. 27. n. 219
Irregularis eſt bis baptizans, aut bis baptizatus. c. 27. n. 246. & 247
Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori: ſed in interiori ſecus. c. 27. n. 193
Irregularis nemo fit, niſi caſibus à iure expreſſis. c 27 num 194
Irregularis non eſt ſimpliciter conſentiens homicidio facto, vel faciendo c. 24. n. 19
Irregularis fit quis propter abortum procuratum. c. 15. n. 14
Irregularem facit omnis deformatio illicita merè [illegible]nta, & nulla merè caſualis, mixta verò, facit contentum in hac regul 28. corollariis ornata, de monacho, chirurgo, abortiente, vulnerante, & non deformante, miniſtrante arma, iuuante, & hortante, accuſante ſine proteſtatione, detinente furem, alente feram, magiſtro caſtigante, ludente illicitè, clerico venante, cordigero equitante, & de adulterante. cap. 27. à num. 221.

vſque ad num. 239.

Irregularis eſt occidens maritum fœminæ ob ſui defenſionem ca. 15. n.7.

Irregularem ſola enormitas peccati non facit, quid aliud requiratur. c.27.n.248. & 249.

Irregularis vt ſit cenſura innodatus celebrando, actumve ordini proprium agendo cap.27.num. 244.

Irregularis quis Idiota, Neophytus, & infidelis, & quis diſpenſat.ca.27.n.205.

Irregularis fit clericus adulter, ſi maritus ob id occidat vxorem. c. 27.n.238.

Irregularis quis minor, æger obſeſſus, lunaticus, furioſus, hermaphroditus.ca.27.n.202.& 203 ſeruus, infamis & abſtemius.nu. 204.

Irregularis vt ſit ordinatus, aut ordine vtens in cenſuris, vel ab Epiſcopo cenſura irretito, extra tempora, aut vtens ordine non habito c.27.n.241. & 2.ſeq.

Irregularis an omnis incapax beneficij.c.27.n 151.

Irregularis non eſt, ſic dans arma, hortans, iuuans, pugnans, &c. Et quis ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum.ca. 27.n. 214. & 215.

Irregularis deformans ob defenſionem parentum, & patriæ, &c. non autem denuncians, &c. cap. 27.n. 216.

Irregularis eſt ex defectu perfectæ lenitatis, omnis, & ſolus qui, &c. c.27.n.207. & 208, & ita iudex, accuſator, teſtis, &c. qui fuerunt cauſa deformationis ſequutæ.n.209. & ſeq.

Irregularitas quid, humanum inuentum eſt: tollitur manente peccato, & eſt quintuplex: nulla mẽtalitatum c.17.n.191. & 192 non eſt vera ſuſpenſio, nec cenſura eccleſiaſtica.n.194

Irregularitas nulla inducit priuationem beneficij iam quæſiti, ipſo iure.c.27.n.251.

Irregularitas omnis ordinum vſu priuat ibid.n. 252.

Irregularitas pœna maior excommunicatione minore.ib.n 252.& 253.

Irregularitas omnis ſolo iure humano introducta: & circa omnem poteſt Papa diſpenſare. cap. 27.n.197.

Irregularitas occulta æquè nocet quo ad forum conſcientiæ, atque publica: & æque neceſſaria eſt diſpenſatio in vtroque: & à quo petenda.c.27.n. 194.

Irregularitate tacita ordinatus, & impetrans beneficium, debet occulte diſpenſationem impetrare: ſi vero ſcienter accepit poſſeſſionem, intruſus cenſetur, & inhabilem ſe reddit ad illud, teneturque in impetratione à Papa mentionem illius facere, &c. ibid.

Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla communis. c.27.n.194.

Irregularitas non eſt vera ſuſpenſio, nec cenſura eccleſiaſteca. cap. 27.n. 194.

Irregularitas ex quali defectu membri, aut viſus naſcatur: & quæ quo ad vnum officium, non quo ad aliud. In qua ſolus Papa diſpenſat. cap. 27 num. 198. 199. 200

Irregularitas defectus natalium quos notat, & à quo tollitur. ibid. n. 201

Irregularitas extra caſus iure expreſſos non incurritur. cap. 27. nu. 249

Irregularitas non eſt cenſura, nec abſolutio eius neceſſaria eſt ad peccatorum abſolutionem. c. 27. num. 254.

Irregularitas non contrahitur niſi caſibus iure expreſſis. c. 27. n. 207.

Irregularitas nulla an contrahatur ſine facto ſua natura probabili? c. 27. n. 255

Iudæus quidã Chriſtianus factus, variaſque Sectas expertus, cur tandem à Religione Chriſt. deſciuit. præl. 3. n. 19

Iudex vſurpans iuriſdictionem, nõ ſeruans ordinem iudiciarium, vt peccat. c. 25. n 13

Iudex male capiens, & victum non condemnans in expenſis, peccat. ibid.

Iudex non ſatis ſtudens, nec conſulens, affectu condemnans, & miſeris non deferens, vt peccat. ibidem.

Iudex appellationi non deferens, vel eam non admittens, vt peccat ib. n. 14

Iudex pœnam legis augens vel diminuens, vt peccat. ibid. numer. 14

Iudex ſententiam nullam ſuperioris exequens, vt peccat. ibid n. 15

Iudex non obediens eccleſiæ, non ſeruans interdicta, prehendens iudicem eccleſiaſticum, qui eum excommunicauit, cogens abſoluere, libertatem eccleſiæ minuẽs, res intra eccleſiam capiens, vt peccat ibid. nu. 16

Iudex partibus æquales aduocatos non aſſignans, non viſitans carcerem, excõmunicatum admittens, clericum ſuo iudici non reddens, iudicans die feſto, iura nimia exigens, fingens quo fœminam adeat, procedens ſine accuſatore, vt peccat. c. 25. num. 24. & ſeq.

Iudex non inquirens, generaliter interrogans, & inquirens ſpecialiter, vt peccat. ibid. n. 25. & 26

Iudex extrahens quem ab eccleſia, approbans falſitatem officiarij, negans damnato confeſſionem, vt peccat c. 25. n. 17. & ſeq.

Iudex non peccat ſecũdum allegata & probata iudicans, tametſi vt priuatus oppoſitum iuſtum eſſe ſciat. ibid. n. 9.

Iudex ſecularis an ab Eccleſia extrahere poſſit clericum in minoribus conſtitutum, etiam ob delictum? cap. 25. n. 22.

Iudex vt peccat mortaliter ſuſcipiende officium, cui eſt impar. ca. 25. nu. 12

Iudex iudicans iniuſte, aut accipiens pretium vt ferat ſententiam etiam iuſtam, vt peccat. ibid.

Iudex aſſeſſorem habens, & quem debet conſulens, eiuſque conſilium ſecutus, perperam iudicat, non peccat, aſſeſſor autem & conſultor ſecus: cum obligatione reſtituendi.c.25 n 14.

Iudex, qui reum de ſe, & conſortibus interrogando, & torquendo, peccat.c.18 n 59.

Iudex non auxilians contra hæreticos, vt excommunicatus. c. 17. n 125.

Iudex non cogens reſtituere reipublicæ aut priuato. c.17. n.136.

Iudici in foro exteriori ſufficit mediocrem quandam cauſarum habere notitiam, vel ſaltem aſſeſſorem c. 4. n 8.

Iudicium præſumitur poſt ſeptem annos ætatis non ante. c. 27. nu. 230.

Iudicium temerarium quid, & crebrò parit mendacium. cap. 18. num. 9.

Iurans falso, vt peccat.c.12 n. 4. & 4. nu. ſeq.

Iuramentum rei paruæ, an obliget ad mortale c. 2. n 10.

Iuramentum conditionale quod ligat ibid. nu 11. & 12. & quod factum ſine animo adimplendi. nu 12 quod contra conſilia nu. 15. & 16. quod dolo, um num. 13 & 14. & quod de re vana. nu 17.

Iuramentum de redeundo in carcerem, quod ligat, & quando factum ſecundum intentionem remotam eius, cui iuratur. ibid n. 18. & 19.

Iuramentum ad falſum inducens eum, quem falso iuraturum arbitratur, vt peccet. ibid. n. 20.

Iuramentum ſine tribus comitibus peccatum, & eſt duplex c. 12. n. 3.

Iuramentum quod ligat poſt, ad quod non ligat cum fit c. 12. n. 89.

Iuramentum de ſecreto ſeruando, quando ligat c. 12. n. 22. & 23.

Iurans dicere quicquid ſcit, intelligitur iurare dicere, quod licite poteſt. c. 18. n 61.

Iurans ſoluere perdita, quid faciet. c. 20. n. 57.

Iurare quid ſit, eſt actus latriæ & religionis. c 12. n. 1. & 2.

Iurare numquam licere, dicere, eſt hereticum c 12 n 4.

Iurare per creaturas, quando blaſphemia. ibid.

Iurare ſecundum ſuam intentionem, eſt non illius cui iuratur, vt peccatum ibid. n. 8 9. & ſeq.

Iuret vt per falſum Deum ethnicus, velle malum, ſed non vt iuret, licet ſciat iuraturum per falſum Deum c. 14 n 39.

Iuriſconſulti partes non ſunt ad quæſtionem facti reſpondere. c. 27. n. 250.

Iure à communi exorbitantiæ, non ſunt extendenda de vno ad aliud c. 27 n. 2-5.

Iuriſdictionem alienam vſurpare, mortale. c. 23. n. 14.

Iuriſdictionem habere ſuper ſe iure naturali vetatur. c. 27. n. 260.

Iuriſdictione quam quis non habet, vti, peccatum eſt lethale, c. 12. num. 72.

Iuris naturalis eſt, ne quis inauditus & indefenſus damnetur. c. 23. n. 9.

25.num. 9.

Iuri præſentandi ad aliquod beneficium ratione, cariùs emens aut vendens aliqua bona quibus eiuſmodi ius adnexum eſt, peccat, & ſimoniam committit licèt, excommunicationem non incurrat, quia non committit ſimoniam circa ordinem vel beneficium.ca.23. n. 111.

Iuris ignarus, peccat ſi patrocinetur.c.25.n.28.

Iurium illicitè impoſitorum, exactor, vt peccat.c.17. n. 203

Ius diuinum & naturale, in foro conſcientiæ ſeruanda.cap.17.nu. 34

Iuſtificatio eius qui gratiam in baptiſmo acceptam perdidit, in quo prætipuè conſiſtat.præl ud.10.numer. 4

Iuſtitia commutatiua obligat ad æquale c.17.n.71

Iuſtitia diſtribuendi beneficia, & officia publica, multùm differt à iuſtitia diſtribuendi communes pecunias communitatis ſingularibus eius.c. 17 n.72

Iuſtitiam originalem ſibi, & toti poſteritati perdidit Adamus prælud.8 n. 5.

Iuſtum & iniuſtum in quo conſiſtat, & in quo non.cap.17. num. 212

Iuſtus ſit nullus, niſi per merita Chriſti: nec per illa lege priuata, niſi ita communicata. prælud.1. num.8

L

Laicus clericum cape e poteſt ne flagitia committa, non autem pro commiſſis. c p. 24. num. 23

Lætitia nimia quænam mortalis. c. 23. nu. 123

Latro diurnus & nocturnus in quo differunt. c.15.n.5

Laudatus falsè, cur nõ peccat gaudendo laudari.c.23.n.13

Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, quid.c.23. nu. 9

Laude falſa, vel aliàs inordinata gaudere, non ſemper malum. ca. 23.n.13

Laudemium ſoluere non tenetur donans, ſed vendens. cap. 23. num. 65

Legare nummos, vt de reditibus miſſæ dicantur, an liceat.c. 17.n. 257

Legati qui impedit receptionem, eſt excommunicatus. cap. 27. num. 149

Legatum à patre relictum filiæ, cui dos debetur, vt compenſatur.cap. 17 .n. 150

Legatum pium malè ſoluens tempore debito.c.17.n. 117

Legitimam filiorum variam in variis regnis eſſe.ca.16.n.50. & ca. 17.n. 158

Lepra irregularitatem inducit, & non modò ſuſceptionem ordinum, ſed vſum quoque ſuſceptorum impedit.c.27.n.202

Lex æterna, quid, quidque ei contrarium præl.7. n.5

Lex concepta verbo conſtitutiuo, & non præceptiuo, quid faciat.c. 23. num. 49

*Legis nullum vnicum verbum originariè ſignificat mortale. ibid. num.* 50.

*Leges multæ naturales ad ſolum veniale obligant ibid. n.* 51.

*Leges quæ rectè poſſunt intelligi de pœna maiore & minore, in dubio de minore intelligendæ ſunt. cap.* 23. *num.* 51.

*Leges humanæ, etiam præcipientes (præſertim ſæculares, pœnam tẽporariam conſtituentes) in dubio, ad æternam non obligant, &c. ibid. n.* 55.

*Lex vt in nihilo recepta, ad nihil obligat, ita in vna ſola parte recepta, quò ad illã ſolùm obligat. ibid. num.* 62.

*Lex eccleſiaſtica verbis præceptiuis, maximè iſtis vtẽs ad mortale obligat, ſecus de ſeculari, quæ tamen non tollit pœnam per aliam ſtatutam ibid n.* 52. *& ſeq.*

*Lex purè pœnalis, & mixta, vt differunt. ibid. n.* 56.

*Lex ſuper metiente, trahitur ad menſum, ſi eſt eadem ratio. c.* 22. *num.* 72.

*Lex inferiorum non præfigens tempus, ſimul atque promulgatur, obligat c.* 23. *n.* 44.

*Lex non extenditur ad præterita. c.* 23 *n.* 109.

*Lex ei non aptatur, cui verba eius non aptantur ibid. num.* 110

*Lex præcipiẽs ob incõuenientia, illis ceſſantibus, nõ obligat, c.* 16 *n* 37.

*Lex in parte recepta, ad eam ligat, &c. c* 23 *n.* 59 *& 2. ſeq.*

*Lex puniens facientem quippiam ſcienter, requirit dolũ. c.* 17. *n.* 141.

*Lex, vt nemo vendat prædium niſi tributario, valida. cap.* 27. *num.* 130.

*Lex humana quæ obliget ad mortale c.* 23. *n.* 48.

*Lex an nulla iuris communis ludi obliget ad mortale. c.* 20. *n.* 6.

*Lex iuxta limites ſuæ rationis, extendenda, vel reſtringenda. cap.* 15. *n.* 21.

*Legem non arguit malam, malus eius vſus. c.* 14. *n.* 43.

*Lege Nauarrorum, & Aragonũ, cur pater filium ſine cauſa exhæredare queat. cap* 26. *num.* 38.

*Lege humana quicquid induci poteſt, etiam conſuetudine poteſt. c.* 21. *n.* 4.

*Legis rigor temperatur per æquitatem quinque modis. c.* 27 *num.* 283.

*Legis obligantis ad mortale etiam receptæ tranſgreſsionem quæ excuſant. cap.* 23. *numer.* 42. *& 2. ſeq.*

*Legis cauſa finalis eſt ratio ex proœmio conijci ſolet. c.* 15 *n.* 21.

*Legum duarum contrariarum vtra potior. c.* 7. *n.* 1.

*Liberalitas virtus inter quæ vitia media. c.* 23. *n.* 69. *&* 70.

*Liber homo quis poſsit vendi à ſe, licet non ab alio. cap.* 17. *numer.* 88.

*Libertas animi, non tam minuitur blanditiis quàm metu ca.* 17. *num.* 16.

*Libertas eccleſiaſtica quæ, quis eam violat. cap.* 27. *numer.* 119. *&* 120.

*Liberum arbitrium vt ſufficit ad cadendum, non ad reſurgendum. ibid. nu.* 11

*Liberum arbitrium non eſſe homini, hæreſis. præl.* 3. *n.* 10

*Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris. cap.* 23. *numer.* 30 & 31

*Literæ Apoſtolicæ an dicatur ſignatura: & aliud falſare, aliud falſis vti c.* 27. *n.* 62.

*Litis de quota parte conueniens, peccat. c.* 25. *n.* 30

*Locans domum in malos vſus, vel dolum vitioſum. c.* 17. *n.* 195. & 196

*Locare domum meretrici, aut alij peccaturo in ea, vt liceat. cap.* 17 *num.* 195.

*Locat qui bona eccleſiaſtica vltra tres annos, an excommunicatus? c.* 17. *n.* 149. & *ſeq.*

*Locator non reddens penſionem pro re locata perdita. ca.* 17. *n.* 187. & *ſeq.*

*Locator quatuor caſibus poteſt auferre rem locatam ca.* 17. *n.* 193. & 194

*Locus ſacer quis in hac materia dicatur. cap.* 17. *num.* 95. & *c.* 25. *n.* 17. *quid item cœmeterium dicatur. ibid.*

*Lucrum ex pecunia in ſocietatem collatâ accipi poteſt, non autem ex pecuniâ mutuatâ, & quare. c.* 17. *n.* 251

*Ludens ludo vetito lege ad mortale obligante, & licito ab impotente donare, vel coacto, vel dolo. cap.* 20. *n.* 5. & 12

*Ludentium ſuſceptores, &c. & miniſtri vt peccant. ca.* 20. *num.* 15. & 16

*Ludens diſſimulans peritiam, fallens, &c. vt peccat. cap.* 20. *num.* 17

*Ludens creditò, ni iuret, non ſoluat & tunc, &c. ibid.*

*Ludi ſpectator clericus magis peccat, quàm laicus. c.* 20. *n.* 14

*Ludere quis dicatur coactus. c.* 20. *num.* 13

*Ludus quid, & duplex, & quis mortalis. c.* 20. *n.* 2

*Ludus cauſa principalis lucrandi negotiatio, & communiter mala, c.* 20 *n.* 3. & 4

*Ludus aleæ, & principaliter ob lucrum, prohibitus. ca.* 20. *n.* 7.

*Ludus omnis etiam induſtriæ principaliter ob lucrum ſaltem venialis ibid. n.* 7. & 8.

*Ludus aleæ rei notabilis clerico & monacho mortalis. ibid. num.* 9. & 10

*Ludus de ſe nullus laico mortalis, & quis ei glorioſus ibid. num.* 11 & 12.

*Ludo quæſita, non reſtituenda, niſi, &c. c.* 10. *n.* 18. & 19

*Luxuria quid in genere & quid in ſpecie c.* 23 *nu.* 112

*Luxuria vitium capitale gignit has octo filias. ibid.*

*Luxuria loci, & perſonæ ſacra, eſt ſacrilegium. c.* 16. *n.* 3.

*Luxuriam an ignorantia, vis aut metus excuſet. c.* 16. *n.* 1.

*Luxuria omnis reducitur ad has ſex ſpecies. ibid. n.* 2

*Luxuria quo faciliori modo vinci poſſit. c.* 23. *n* 112.

Luxuria cur capitale vitium dicatur.ibidem.

M

MAgiſter Poëtas gẽtiles prælegens,vt peccat.c.11.n.40

Maledicens creaturis qui blaſphemus. c. 12. n. 86

Maledicere rebus proximi, qua ratione ſunt eius, perinde eſt, ac proximo maledicere. cap. 23.nu. 117

Maledictio ſui,vel Diaboli, vel irrationalis creaturæ,quæ mortalis. c. 23. n. 117.

Maleficium an maleficio tolli poſſit. c. 11. n. 29.

Mandans vulnerare quempiam citra mortem, licèt mandatarius occidat, pœnâ ordinariâ mortis puniendus non eſt, ſed minore. c. 27. n. 240

Mandans vel conſulens hoc differunt,nec refert,an citò, an tardè executio fiat. c. 27.n.233.& ſeq.

Mandatum & commiſſio alteri facta, re integra an expiret morte mandantis. c. 27. n. 253

Manifeſtare aliena peccata, qua lege prohibitum. c. 7. n. 1.

Mariæ, Ioannis & Ieremiæ animæ quando iuſtæ factæ prælud. 1. num. 9.

Maritus vxorem in adulterio deprehenſam occidens, non punitur in foro exteriori. c. 15. n. 4

Maritus, vt peccat capiendo ex vxoris paraphernis ca.17. n. 153

Maritus cur non nocet vxori in paraphernis,vt in lucris.c.17.n.155

Maritus ſine vxore quid poteſt,vbi omnia bona communia ſunt.c.17 n. 155

Maritus vxorem adulterã quando accuſare non poteſt. c. 16. n. 29

Martyrium pati quando crimen mortale. c. 11. nu. 40

Martyrio ſe ob tædium vitæ offerẽs, aut optans ſe non fuiſſe natum. c. 15. n. 12

Mater quæ filios non lactat propriis vberibus,vt peccat.cap.14. num. 17

Mater infante cum tenello in eodem lecto dormiens. c. 15.n.13

Matrimonium quid, & quale apud infideles. c. 22. n. 19

Matrimonij ſacramentum conferre gratiam, de fide ibid. n.20

Matrimonij materia, & forma quæ, cum exemplis. ibid.

Matrimonium indiſſolubile regulariter,ſic tamen ſoluitur.ibi.n.22

Matrimonio inualido coniuncti, vt poſſint licitè cohabitare. cap.1. num. 16

Matrimonij omne ferè impedimentũ legis humanæ, & cur Papa ſemper illud non relaxet. c.22.n.84

Matrimonij impedimenta non dirimentia tollit Epiſcopus. ibid. num. 85

Matrimonium metu iuſto contractum,eodemque metu conſummatum,nullum. c. 22. n. 50.

Matrimonium cõditionale ſoluitur per purum, ante conditionale impletum. c. 22. n. 64. & 65

Matrimonium ſub conditione neceſſariò euentura,eſt purum. ibid. n. 66

*Matrimonium clandeſtinum contrahens, ſine iuſta cauſa, & quæ ſit illa. c. 16. n. 36. & 37.*
*Matrimonium impediunt, non dirimunt 7. delicta. c. 22. n. 74.*
*Matrimonium præſumptum ceſſat, coram quo parocho contrahendum ſine cuius præſentia contractum nullum. c. 25. n. 144*
*Matrimonium de præſenti, per ſacri ordinis ſuſceptionem, non dirimitur. c. 22. n. 27.*
*Matrimonium contrahendi potentia non præſumitur ante completum annum pubertatis. cap. 22. num. 29.*
*Matrimonium qui publicè ſemel contraxerunt, tenentur denuo contrahere, ob diſpenſationem nuè obtentam, quò ad forum conſcientiæ tantùm. cap. 16. numero. 37.*
*Matrimonium hodie dicitur clandeſtinum, etiamſi contrahatur coram parocho & teſtibus, extra faciem eccleſiæ. ibidem. numer. 38.*
*Matrimonium nulliter cõtractum, vt conualeſcat, nouo conſenſu opus eſt. c. 12. nu. 71*
*Matrimonium non præcedente, eſt ſubſequente copula conſummatur. ideóque antequam ſequatur, religionem ingredi licet. ca. 2. num 84.*
*Matrimonium clam, vel contra interdictum ſuperioris contrahens, vt peccat. c. 22. n. 68.*
*Matrimonia clandeſtina, quæ hodie nulla, cum aliis Tridenti ſtatutis, remiſſiuè. ibid n. 69.*
*Matrimonium contrahens cum ſecunda, viuente priore clam ducta, vt peccat, & quid aget, famâ mortis prioris auditâ. ca. 22. n. 5. & ſeq.*
*Matrimonium contrahens cum ſecundo, putans mortuum priorem maritum, quid aget. ibid. num. 54.*
*Matrimonium infidelium, non eſſe ſacramentũ. c. 22. n. 19. ſed contractus duntaxat. n. 21. & matrimonium contractum à fideli cum infideli nondum baptizato, nullum eſt. ibid. nu. 48.*
*Matrimonium contractum cum fideli hæretico, vel ſchiſmatico valet, licèt contrahens peccet. ca. 22. num. 49.*
*Matrimonium metu contrahens, ſi ſponte copulam habeat, videtur tacitè conſentire, quò ad forũ exterius, licet ſecus quò ad interius niſi verè conſentiat. ibid. n. 51.*
*Matrimonio ſufficit conſenſus diuerſo tẽpore ſic datus. c. 22. n. 80*
*Matrimonij contractus in excommunicatione, vel mortali, eſt peccatum, ſed ſubſiſtit. ibid. n. 81*
*Matrimonij vſum nõ impedit ſcientia nullitatis eius ſuperueniens. ibid. num. 82.*
*Matrimonij impedimentum non denuncians, vt peccat. ibid. n. 83*
*Matrimonium, quæ infidelitas impedit, quouſq. dirimit. c. 22. n. 48*
*Matrimonium quod inter infideles nullum, & quod annullandum. ibid. n. 49.*
*Matrimonium nolle publicare, cur peccatum. c. 16. n. 38.*

Matrimonio qui occultè ante benedictionem vtitur. ibid.
Matrimonium qui cum duabus cōtrahit, quid faciet. ibid n. 39.
Matrimonium contrahens ante cognitam coniugis mortem quid faciet. ibid. n. 40. & 41.
Matrimonium, vel ſponſalia à parentibus contracta, quæ valent. c. 22 n. 58.
Matrimoniū clandeſtinum de licētia epiſcopi cōtrahitur c. 22 n. 85.
Matrimonium impedimento ſublato, denuo contrahendum. ibidem. num. 86.
Matrimonij, & ſponſalia contrahendi quæ ætas legitima. cap. 22. nu. 29.
Matrimonium regulariter omnis iuſtæ ætatis, & iudicij, cōtrahere poteſt. ibid.
Matrimonium fictè contractum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur exceptio. c. 21. n. 76
Matrimonium ſecundum contrahens, decepta, quid aget. ibid. numer. 77.
Matrimoniū per verba de præſenti inter impuberes contractum, reſoluitur in ſponſalia de futuro. c. 22. nu. 57.
Matrimonium contrahentes ſcienter cum impotente, an validum necne? ibid n. 59.
Matrimonium cauſa, modus & demonſtratio nunquam ſuſpendunt, annihilant tamē cùm aduerſantur ſubſtantiæ aut bono matrimonij, vel perſonæ errorem inducunt. ibid. n. 62.
Matrimonij ad validitatem, an neceſſario trina denunciatio requiratur? ibid. nu. 70.
Matrimonio nondum cōtracto impediendo teſtimonium vnius teſtis ſufficit. c. 22. n. 82.
Matrimonium contra ſimplex votum caſtitatis contrahens, vel conſumans. cap. 16. num. 30.
Matrimonij contractus, qui ſine malo mortalis, qui venialis. cap. 22. num 79.
Matrimonio ab erroneo, qua auctoritate receditur. cap. 22 n. 33.
Matrimonio ſeruorum conſentiens dominus, liberat eos: & an vendere poßit, & arcere à debito reddendo. ibid. n. 34.
Matrimonium contrahens ſeruus, an dominum vxori præferet. ibi.
Matrimonium quæ occiſio, & quod adulterium impedit, & dirimit. ca. 22 n. 46. & 47.
Matrimonium contractum à credente illud non valere, an valeat. c. 22. n. 56.
Matrimonium infidelium non diſſoluitur, quòd alter eorum, ad fidem conuertatur, licèt conuerſus licitè poßit ſe ſeparare quoad cohabitationem à non cōuerſo nolente conuerti: cum alia tamen infideli viuente matrimonium contrahere nequit, niſi, &c. cap. 22. num 48.
Matrimonialis copula quando conſumetur c. 27. n. 250.
Mediator ſimoniæ, & capiens ſibi vt roget, ſimoniacus. cap. 23. numer. 106.
Medico mutuare, vt medeatur gra

*tis, an liceat. cap. 17. numero. 223.*

*Medicus non curans iuxta præcepta, & negligens viſitare, vel ſtudere peccat. cap. 25. nu. 60.*

*Medicus præbens medicinam dubiam, & deſerens ægrotum, vt peccat. ibid.*

*Medicus abſcindẽs membrum, minuens ſanguine, & non admonẽs ægrotum vt confiteatur, quomodo peccat ibid. n. 61.*

*Medicus pharmaca non eligẽs, aut curationem differens, vt peccat. ibid.*

*Medicus conſulens, vel concedens animæ noxia, pro ſalute corporis, vt peccat ibid. nu. 62.*

*Medicus non admonens mortem vicinam, & tali caſu nimium ſtipendium petens. ibid. numero. 63.*

*Medicus nimias medicinas ordinãs, pauperi non medens, vel diuiti nolenti ſoluere, vt peccat. ibid. n. 64.*

*Medicus detrahens aliis medicis, vt peccat. ibid.*

*Medicus, & Chirurgus vt ob ignorantiam peccant. cap. 25. numer. 60.*

*Membra pudenda nuda oſtendens, vel videns, &c. ca. 14 nu. 36.*

*Memoriæ ea eſt excellentia, vt vel inuiti interdum recordemur eorum, quæ perpetuo obliuionis inuolucro contecta eſſe optaremus. ca. 23 n. 47.*

*Mendacium quid? quotuplex, & quod mortale. ca. 18. n. 3.*

*Mentalia ſola de ſui natura non ſunt probabilia. cap. 27. numero. 255.*

*Mẽtiri factis aut verbis paria ſunt. ca. 18. n. 8.*

*Mercator quis qualis non eſt monaſterium aſportans terram, &c. ca. 27. n. 128.*

*Mercenario & famulo malè ſoluens. cap. 17. numero. 112. & 113.*

*Meretricari ius humanum permittit. c. 17. n. 34.*

*Meretrices peccant accipiendo, cæterùm non tenentur reſtituere. c. 17. n. 38.*

*Meretrici domum locans an peccet. c. 16. n. 15.*

*Meretrici & impudicæ confeſſarij, conſulant circa eis promiſſa. cap. 17. num. 41.*

*Meretricis opera an aliquid valeat in genere entis, non moris. cap. 17. n. 35.*

*Meretricum permiſſio vt licita, & domus eis vt locandæ, & an id expediat. c. 17. n. 195.*

*Meretrix, & aliæ mulieres ſolutæ, cõiugatæ, vel ſacræ, an teneantur de præcepto ad reſtitutionem, pro maleficio, quod limitatur. ca. 17. nu 31. & 41.*

*Meritum quid, & quotuplex præl. 7. nu. 1. & 2.*

*Meritum de congruo, quid prælud. 7. num. 3.*

*Merx penès vnum cur pluris valet, quàm penès alium. cap. 23. num. 79.*

*Metus quis iuſtus nouè definitus, & declaratus. ca. 22. n. 51.*

*Metu facta regulariter valere, ſed*

reſcindi poſſe, niſi, &c. prælud. 6. nu. 4. & 5.
Metus minor iuſto, cogit reſtituere in foro animæ. c. 17. n. 15.
Metus infamiæ, vt excuſat adulteram, vel partum ſupponentem. c. 17. n. 90
Metu factum, reſcinditur, non autem blanditiis extortū præl. 6. n. 7
Metus iuſtus à teſtificando, & denunciando vt excuſat. cap. 17. n. 134
Metus qualis nō excuſat quò ad forum conſcientiæ. c. 17. n. 29
Metus minor iuſto, attenditur in foro conſcientiæ. c. 17. n. 5
Metus iuſtus tametſi à non teſtificando excuſare poſſit, non tamen à teſtificando falsè c. 25 n. 40
Miles volens redire ad bellum, quod credit iniuſtum, non abſoluendus. c. 2. n. 18
Miles & mercator non tenentur neceſſariò abſtinere ab arte ſua. c. 3. n. 11.
Miniſtrum à reſtituendo non excuſat iuſſus domini. c. 17 n. 19
Miracula fata, & vitam ſanctorum fictam prædicans. c. 18 n. 5
Miſeria quid, & quotuplex, & eius partium definitio præl. 4. nu. 20. & 21
Miſeriam inferni eſſe interminabilem, eſt de fide. ibid. n 22
Miſeriæ ſummæ quatuor gradus. ibid. n. 23
Miſericordia quid, & eſt virtus moralis maxima c. 24. n. 2
Miſericordia virtus præſtantior abſtinentiâ c. 11. n. 17
Miſericordia, quæ eſt virtus coniuncta charitati, non eſt pietas. c. 14. n. 1
Miſericordiæ opera ſpiritualia ſeptem, corporalia totidem cap. 24. num. 4.
Miſericordia ſeu eleemoſyna ſpiritualis melior corporali. cap. 24. num. 5
Miſſa pro dicenda, non debet ſtatui quid certum. cap. 23. numero. 106
Miſſa vna ſingulis hebdomadis licita in interdicto ſpeciali. ca. 27. n. 173
Miſſam vnam totam non audiens ſine veſperis vt peccat. ca. 21. numer. 1
Miſſæ quæ pars notabilis, & tantum feſto audiēda neceſſariò. ibi. num. 2
Miſſæ omittendæ quæ cauſæ iuſtæ, & an interdictum. ibid. n. 3
Miſſa ab audienda quæ vidua excuſatur vel laudatur. ibid. n. 4
Miſſa an audienda in parochia. ibid. n. 5
Miſſam audire ſine attentione debita non ſufficit. ibid. numero. 6. & 8
Miſſa ab audienda excuſatus an teneatur ſupplere, &c. ibid. n. 7
Miſſa ab audienda quæ familiæ, vel menſtruoſa excuſatur. ibid. num. 9
Miſſam tangentes plurimi errores. ibid. n. 10
Miſſæ & diuinorum cantui nulla laſciua, & profana miſcenda. ibid.
Miſſæ præceptæ tempore canens, ſaltans, &c. c. 14. n. 36.

*Miſſam quis irregularis iuſtè dicat. cap. 27. num. 239*

*Miſſæ triplicis faciendæ die Natiuitatis, quis optimus modus. cap. 25. nu. 87*

*Miſſam quotidie audiat Epiſcopus, nemo eam niſi ſemel in die faciat, niſi ſeptem caſibus, nec in his vnquam ter, nec ſemel die Paraſceues, & Sabbatho ſancto. ibid. & n. 88.*

*Miſſam celebrans, ita ſumat reliquias calicis, & ſuppleat defectum vini. ibid. n. 90. & 91*

*Miſſæ triplex valor, cui applicandus, & quid de vna, dicta pro multis ibid. n. 92*

*Miſſa non eſt pecunia æſtimabilis. c. 23. n. 106*

*Miſſarum ſi fuerit exorbitans numerus, vel eleemoſynæ iis dicendæ impares: de iis diſponant epiſcopi, &c. c. 25. n. 138.*

*Miſſa cui & quomodo applicanda, non dicenda à ligato cenſuris nec coram interdictis ibid. num. 92. 93 & 94*

*Miſſam extra locum ſacrum celebrandi facultas non datur, & vt peccat ſi celebrat intra illum, & vt ſi in eccleſia interdicta, ſi ſuper aram fractam, ſi ante preces matutinas, ſi ſine aliis neceſſariis, etiam timore mortis, ſi ſine lumine, aut aqua, ſi in pane, & vino corruptis, ſi in omphacio, ſi noctis, ſi poſt meridiem, ſi pluries quàm ſemel eodem die, niſi his ſeptem caſibus, ſi nō bis, aut ter in anno, ſi effundit ſanguinem, ſi reliquias corporis poſt abſolutionem ſumit. cap. 25. n. 81. & 8. ſeq.*

*Miſsā concubinarij audire vt mortale, & cur melior boni, quàm mali ſacerdotis miſſa. ca. 25. nu. 78. & 79*

*Miſſa boni ſacerdotis & mali in quo pares, & in quo diſpares. ibid. n. 79*

*Miſſam qui alicuius nomine celebrare tenetur, ſiue quia vltro eā illi addixit, ſiue quia pro ea dicēda pithantiam accepit, an ſatisfaciat ei, illam etiam alterius nomine celebrando? ibid. n. 92*

*Miſſas non inſtituit eccleſia alendis pauperibus clericis. ibid. ſed vt nullus pauper ordinetur, & qui ordinatus in paupertatem inciderit, arte ſiue agricultura ſibi victum quærat. ibid.*

*Miſſas ſtatutas Epiſcopus, Generalis & Abbas minuere poſſunt. ca. 25. n. 138*

*Monitio extra iudicialis, non debet eſſe neceſſario trina. ca. 27. num. 126*

*Monitus ſub excommunicatione nunciare, &c. quid faciet. ca. 17. num. 134*

*Monitus reuelare ad plus tenetur, quàm monitus denunciare. c 17. nu. 135*

*Montes pietatis liciti. cap. 17. num. 213*

*Moriens qui non ſepeliendus, quid admonebitur, ad quid inducetur. cap. 26. num. 32. 33. 34. & 35*

*Mors aliena ad defenſionem propriam an licita? c. 15. n. 3.*

*Mors animæ triplex, ſignata per tres ſuſcitatos præl. 9. n.* 3
*Morte animæ, quam peccatū mortale infert, damnū nullum maius proximo c.* 24. *n.* 23.
*Mortem alienam deſiderans, vel ea ſe delectans. c.* 15. *n.* 10
*Mortem adiniuſtam pergens, vel ab ea non liberans. ca.* 15. *nu.* 16. & 17.
*Mortem propriam iratus exoptās, aut vitam abbreuians. ca.* 15. *nu.* 10. & 12
*Mortuus abſolui, & excommunicari an poßit? c.* 17. *n.* 272
*Mulier fingens ſe prægnantem, vt abſoluatur. c.* 16. *n.* 43. & 44.
*Mulier teſtans, vt iuſtè poteſt ſpurium, filiam appellare. c.* 16. *n* 48
*Multiloquium quodnam mortale. c.* 23. *n.* 123
*Mutuans mutuo accepta pro vſura ob illa promiſſa. c.* 17. *n.* 232
*Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere poteſt alibi. c.* 17 *n.* 295
*Mutuans pecuniā argenteā pro aurea, vel e contrario. c.* 17. *n.* 226
*Mutuans ſub vſura pro re pauperi danda, vel pro iniuria remittenda. c.* 17 *n.* 238
*Mutuans epiſcopo ſummam pecuniariam, præcipuè ēt immediatè vt ei benefaciat, & ad ineundā amicitiam, ſperās ſecundariò ſibi vel alteri gratiam alicuius beneficij, ſimoniam non committit. ca.* 23. *n.* 101
*Mutuare, aut vendere granum pro grano, vt liceat. c.* 17. *n.* 224
*Mutuare Regibus ſub vſuris, vt licitum. ca.* 17. *n.* 302
*Mutuum cum pacto, vt mutuans aſſecuret, vſura. ca.* 17. *n.* 184
*Mutuum duplex, verū & palliatū, & differt à cōmodato. c.* 17 *n.* 206
*Mutuum nō ſoluens æquè bonū, & ſtato die, vt peccat. c.* 17. *n.* 214

N

N*Aufragorum bona huic vel illi diſtribuenda, lex ſtatuens, iniquiſsima. ca.* 27. *numer.* 118.
*Neceſſarium ad ſtatus decentiam, non cōſiſtit in puncto indiuiduo, ſed habet latitudinem maiorem vel minorem ca.* 24. *n.* 6
*Neceßitas extrema quæ dicatur. c.* 24. *num.* 5
*Neceßitate extrema preſſus reſtituere non tenetur, etiāſi creditor eadem prematur, niſi, &c. c.* 17. *num.* 60
*Neceßitas extrema differt, ſed non tollit reſtitutionem. ibid. num.* 60. & 61
*Neceßitas extrema non tollit reſtitutionem etiam eius, quod in ea capitur, & ea minor minus. ibid. num.* 60
*Neceßitas decētis ſtatus, differt reſtitutionem. ca.* 17. *n* 62
*Neceßitas extrema excuſat à peccato, ſed non a reſtitutione ca.* 17 *n.* 118. & 119.
*Non concludit adeſſe, quod contingit abeſſe. præl.* 7. *n.* 20
*Non peccat, cuius omnino renitētū Virginitas violatur. præl.* 6. *n.* 3.
*Notarius cùm ſit. quæ, & quot ca;*

pitula iurat.c.25.n.52.
Notarius vt peccat faciens inſtrumentum falſum, & reſcindēs, vel delens verum, ac malè cōponens, & non tradens illud.ibid.n 53.
Notarius non informans ſatis renunciantem, aut tranſcribens die feſto, peccat ibid.
Notarius non ſeruiens pauperi, vt debet, peccat.ibid.
Notarius conficiens inſtrumentum de re illicita, & ſcribens ſtatuta vſuraria, peccat.ibid 54.
Notarius non retinens prothocollum, & faciens teſtamentum à mente alienati, &c. peccat, cum obligatione reſtituendi ei qui ab inteſtato ſucceſſurus erat. ibidem.
Notarius ſtipendium nimium capiens, &c. vt peccat ibid.
Notorium quid vocetur. cap 25. num. 73.
Numerus peccatorum, non eſt circunſtantia ſed additio peccati, ad peccatum.ca.6.n.14. & quādo eiuſmodi numerus augeri cēſeatur.ibid.n.16.
Nuptias benedicendi tempus, Tridenti ampliatum.c. 22 n. 71.
Nuptiæ primæ benedicendæ, ſecundæ non item. cap. 22. numer. 83.

O

Obedientia, & inobedientia ſpecialis, & generalis quid. ca. 23 n.35.
Obediendum in quo non eſt ſuperiori.ca.23.nu.37. & 4.ſeq.
Oblatio in Miſſa quando requiſita ca.1.n. 19.
Obligatio antidoralis, non parit actionem.ca.17.n.113.
Obligatio quæ lapſu termini implendi præceptum, finiatur. cap. 21.n 45.
Occultum & penè occultum quid ac quotuplex.ca.27. n. 255.
Obſeruantia virtus coniuncta iuſtitiæ ca 14.n. 2.
Obſeſſus à Dæmone, nunquam celebrare debet.c.27. n. 203.
Obſtetrix ignorans formam baptizandi, peccat.cap.22.n.6.
Occaſio propinqua ſtudiosè definitæ ca. 3.n. 14.
Occaſio nulla cogere nos poteſt ad peccandum.c.3.n 12.
Occaſione de qua credendum, quod rarò inducet ad mortale ca.2.numer.15.
Occaſio peccandi propinqua cauēda, non remota.ca. 3.n.10.
Occaſio quæ eſt propinqua peccandi vni, non ſemper eſt alteri cap. 3.num 12.
Occaſionem dare ad veniale, veniale tantum eſt.ca.14. n. 34.
Occaſio peccādi per actus de ſe bonos, quæ vitanda ibid.n.35.
Occaſio quæ neceſſario vitāda pœnitenti, vt abſolui poſſit.ca. 14. num.32.
Occidens, feriens, procurans, & eo gaudens, niſi id faciat, ſe, vel alium aut ſua bona defendendo, vel ſit latro.cap.15. numer.5.
Occidens defendendo ſe ſine moderata tutela, punietur mitius, quā

aggrediens, ſed reſtituet quantum ille. c. 15. n. 26. & 27.
Occidens, aut feriens miniſtros iuſtitiæ, etiam ſe defendendo. ca. 15. num. 8
Occidens opificem ad maiorem reſtitutionem tenetur quàm occidens nobilem, licet nobilem occidendo, grauiùs peccet. c. 15. n. 24
Occidens caſu, & exponens ſe periculo mortis corporalis. c. 15. n. 6
Occidere cuius licet, ferro ſe petentem. ca. 15. n. 3
Occidunt iuſtè, bellans, & iuſtè ſe vel alium defendens. ca. 15 n. 2
Odium, & rancor duplex. cap. 14 num. 25
Odium aut rancorem malum qui dicitur habere ibid.
Odium Dei, vt genere ſuo maximũ peccatorũ cap. 11. nu. 18. & ca. 23. n. 114.
Officia vel munera vendendi ratio apta. c. 25. n. 7.
Officia diuina quæ, & permiſſa quomodo in interdicto generali. c. 27. n. 172. & 174.
Officium, vel artem ſine peritia, & ſcientia exercens, quis peccat. c. 23 num. 48.
Officium ob profanum quando fit reſtitutio. c. 17. n. 81.
Omiſſio pura quid, & quod ad eam requirantur. præl. 6. n. 3
Omiſſio pura, cur dicatur factum negatiuè. præl. 7. n. 6.
Opera vt bona ſint, in aliquem finem bonum ſunt referenda, & vt meritoria in Deum. c. 1. n. 13.
Opera quantumcumque moraliter bona, facta in ſtatu peccati vt mortua reputentur. c. 1. n. 29
Opera meretricis, & aliorum delinquẽtium, in foro Dei æqualis, & permiſſa in foro exteriori tãtum, quoad hoc æquantur, &c. c. 17. n. 36. 37. & 39.
Operarius qui non laborat iuſtè in gratiam conductoris. ca. 17. nu. 194
Opinio communis non ex numero opinantium, ſed ex pondere authoritatis producitur. cap. 27. n. 289
Opinio quæ deligenda latè, & reſolutè. c. 27. n. 286.
Opinio communis, quæ, & quando alteri præiudicat. cap. 27. num. 285
Opinione à communi recedendum, dum pro contraria ſuppetit textus vel ratio, cui aptè reſponderi nequit. cap. 7. n. 4.
Opitulans damnum danti qui totum, qui partem, qui nihil reſtituet. ca. 17. n. 20
Oratio Dominica continet ſummam à Deo petendorum. cap. 11. num. 1
Ordinandos & ordines ſacros varia concernentia, remiſſiuè. c. 25. n 68
Ordinarius poteſt omnia quæ ſunt iuriſdictionis, delegare iure canonico. ibid. n. 141
Ordinari nunquam ampliùs poteſt, qui ſemel epilepſiâ correptus fuit: licèt omnino ſanus appareat. c. 27. n. 203. & quid ſi iam ordinatus ſit. ibid.
Ordinatus ſub Epiſcopo titulari vel contra Prælati voluntatem,

*vt peccat. cap. 22. num. 18*

Ordinatus non renunciet nec alienet titulum, niſi ſic, &c. cap. 22 num. 18

Ordinatus ab epiſcopo excommunicato, licet characterem ſuſcipiat, non tamen illius executionem: quo ad quam, ſolus Papa diſpenſat. c. 25. n. 69

Ordinatus ordine ſacro extra tempora à iure ſtatuta, vel ante legitimam ætatem, aut ſine literis dimiſſoriis, peccat, eſtque ipſo iure ſuſpenſus, & ordine illo vtens, fit irregularis, circa quod ſolus Papa diſpenſat. ibid. numero. 70

Ordinatus ad ſolum titulum patrimonij, & beneficio carens, an ſatisfaciat recitando per Breuiarium cuiuſcumque diœceſis? cap. 25. num. 107

Ordinatus ante legitimam ætatem characterem ſuſcipit (licet ſit infans, & ordinetur presbyterio) non tamen ordinum executionem, aut priuilegia ad eam pertinentia, &c. cap. 27. num. 202.

Ordinatus per ſaltum, etiamſi primo ſaltu ex laico fiat presbyter, verum ordinem ſuſcipit. ibid. nu. 242

Ordo in genere quid, & quid ordo ſacramentum c. 22. n. 17.

Ordines ſacri quot numero ſunt. ib. num. 18.

Ordo ſacer cur impedit, & dirimit matrimonium, &c. cap. 22. num. 52

Ordinis circa ſacramentum errores Tridenti damnati cap. 22 num. 18

Ordinem ſumens vt peccat, ſi eſt indignus, ſi per ſimoniam, ſi ab epiſcopo excommunicato, ſi exiſtens illegitimus etiam occultus, ſi extra tempora legitima ſi ante iuſtam ætatem, ſi ſine iuſta licentia, ſi furtim, aut per ſaltum, ſi non ſupplet ſupplenda, ſi eodem die multos ordines ſumit, ſi deformis, ſi energumenus, epilepticus, aut inſanus, excommunicatus, aut mortali infectus. c. 25. n. 68. & 4. ſeq.

Ordines ad omnes cum religioſo illegitimo ius commune diſpenſat, & quis diſpenſet cum non religioſis illegitimis. c. 25. n. 69

Ordinem, & eius vſum, quod peccatum notorium impedit. cap. 25. num. 73

Ordinem ſacrum metu iuſto ſuſcipiens, verum quidem ordinis characterem ſuſcipit, non tamē obligatur voto continentiæ illi adnexo. ca. 21 n. 51

Ordinum minorum clerici, an ad preces aliquas teneantur? cap. 25. num. 108

Ordinis character licet de neceſſitate ſacramenti requirat characterem baptiſmi, nō tamen prærequirit, characterem confirmationis. c. 22. n. 9.

Ordinis character nulla poteſtate humana delebilis. cap. 27. num. 104

Ordinis character præſupponit characterem baptiſmi. cap. 27. num. 205

Ornans ſe, inſidens feneſtris, cantans, &c. qui peccat. c. 16. n. 14
Ornans ſe ornatu ad peccandum prouocanti. c. 14. n. 37.
Ornans ſe, vt in coniugem appetatur, & veſtiens veſte incongrua ſexui, quis peccat. c. 23. n. 22
Ornatus, fucus, & auctio pulchritudinis, quæ mortalia. cap. 23. num. 20.
Oſcula quæ peccata. ca. 16. num. 11 & 12.
Otioſum omne malum. prælud. 7. num. 24.

P

Paciſcens aut trãſigens in cauſa criminali adulterij, vel alius criminis, in qua pœna ſanguinis non eſt infligenda, peccat. ca. 25. n. 32
Pactum de retrouendendo quid, quod iuſtũ, & quod vſurarium, & minuit de pretio, ſed fructus non adimit ementi, qui tunc cenſetur in mora cap. 17. nu. 247. 248. & 249.
Pactum de redimẽdo intra certum duntaxat tempus, an valeat. ca. 17. num. 250.
Papa iuriſdictionem immediatè ſumit à Deo in omnes. ca. 27. nu. 263.
Papa abſoluit ab omnibus ſibi, & aliis reſeruatis. ibid
Papa à quo, & qua poteſtate abſoluitur. c. 27. n. 260
Papa, & alij prælati, vt poſſunt ſpiritualia profanare. cap. 23. numero. 108
Papa & Epiſcopus vt poſſunt rem ſpiritualem vendere. ibid.
Papa ſolus bigamum ad ſacros ordines diſpenſare poteſt. ca. 27. num. 197
Papa ſuper matrimonio legitimè contracto & conſummato diſpenſare non poteſt. c. 22. num. 84
Papa neque ſuper ſe, neque ſucceſſorem ſuum iuriſdictionem habet c. 27 n. 260
Papa ſolus diſpenſat ſuper voto ſolemni, & aliis quinque. cap. 12. num. 75.
Papa ſimul ac electus, eſt confirmatus à Deo. ca. 27. n. 147.
Papæ beneplaciti reſeruatio, nihil prodeſt, antequam ei placeat. ibid.
Papæ & epiſcopi diſpẽſationis perbella differentia. cap. 25. numer. 74
Parapherna bona, quæ dicantur. c. 17. n. 153.
Parochialem Eccleſiam accipiens citra animum presbyterio ſe initiandi, vt eius fructus intra annum percipiat, eóque lapſo illam dimittat, peccat, tenetúrque reſtituere fructus, niſi eiuſmodi voluntate mutata, eo durante presbyterio initietur. cap. 25. numer. 118. neque minus peccat, qui eam illi ſcienter confert. ibid. & quid de eiuſmodi animo ſuſcipiente aliud beneficium. ibid. Quid denique cenſendum, de eo qui beneficium accipit animo illud relinquendi, ſi aliud pinguius ſibi conferatur. ibidem.

Parochiales eccleſiæ nō aliter quàm per concurſum conferendæ. ibid. num. 139.
Parochialis eccleſia, per concurſum conferatur c. 25. n 139.
Parochus non exiſtēs, aut prælatus non tenetur cum veriſimili vitæ ſuæ corporalis diſcrimine inuiſere peſtilentia aut morbo contagioſo infectum, & in extrema vitæ corporalis neceſſitate conſtitutum: licèt ſecus, ſi in extrema vitæ ſpiritualis neceſſitate verſaretur ca. 24. n. 10.
Parochus quot miſſas celebrare teneatur c 25. n. 134. & quas miſſas ſacellani celebrare teneātur ibi. & quando parochus concionari debeat. ibid. n. 135.
Parochus viri, vel mulieris, quando ſufficiant matrimonio contrahēdo. ca. 25. n. 144.
Parochus non miniſtrās ſacramēta ſubdito, &c. remiſſiuè. c. 25. n. 131
Paruitas rei, vt excuſat: & quid illa ſit remiſſiuè. præl 9. nu. 12
Paſſio animæ, quid, & nulla propriè in appetitu intellectiuo præl. 5. num. 1.
Paſſiones principales quatuor, & aliæ quot, & quæ ibid. nu. 2 & 3.
Paſſio amoris, nō inducit inuoluntariū, ſicut paſſio timoris. c. 17. n 16
Paſſionū, alia bona, alia mala ſuapte natura, & quæ bona quæ mala in ſe, & ſuo genere præl. 5. n 6. & 7
Paſſiones animæ omnes, eſſe morbos, falſum. ibid. n. 7.
Paſſionum ſacra confeſſio, qualis eſſe debeat præl. 5. n. 10
Paſſiones ſex in appetitu concupiſcibili ſenſitiuo, & quinque in iraſcibili, earúmque ſubordinatio. præl. 5 num 3 & 4
Pater an ſolus filius ſuccedat. c. 17. num. 143.
Patris hæredes quod damnum datum filio reſtituent c. 17. n. 151.
Patres, qui exponunt filios ad fores vel portas, &c. ciuitatū, vel Xenodochiorum. ca. 14. n. 17.
Patres qui irritant vota filiorum, in quæ conſenſerant. ibid.
Patres qui dolo, aut timore filios inducūt aut extrahūt à religione ibi.
Patres qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota ibid.
Patres qui ſinunt filias ſuas amare, vel amari malo fine, vel iam deſponſatas, tactus impudicos exercere, ibid. n. 18.
Pater cur non tenetur præeligere filium digniorem, vt Gubernator publicus. ca. 26. n. 37.
Pater minuere legitimam vt poſſit, vel non poſſit. c. 26. n. 39.
Patres qui cenſeantur in hoc quarto præcepto c. 14. n 3.
Pater & mater peccāt non ſuccurrendo filiis ca. 14. n. 17.
Pater tempore famis extremæ, filiū vendere poteſt ca 23 num. 96.
Patris hæreſim denunciare tenetur filius c. 25 n. 50.
Patres in tribus honorantur, ſed minùs quàm Deus cap. 14. n. 4.
Patrinus, an fiat omnis tangens, cùm nemo deſignatur c. 22. n. 40
Patrini ſunt ſolùm hodie qui deſignantur, & quot deſignandi. ca. 22. n. 37. & 38.
Peccat ſuadens alij peccatum, licet

nolit, vt faciat illud. cap. 14. num. 38. & 42.

Peccat petens quod peccatum eſt. ibid. n. 39. & 40.

Peccat mortaliter, proximi mortale peccatum non impediens. ca. 24. num. 13.

Peccator non poteſt ſibi ſuo ſolo libero arbitrio, ſine gratia gratum faciente, impetrare veniam cap. 1. num. 26.

Peccata voluntatis, oris & operis, eiuſdem ſunt ſpeciei, imò vnum ſunt ca. 17. nu. 1. quanquam quæ ſunt ſolius voluntatis, ad reſtitutionem non obligent. ibid.

Peccata in Spiritum ſanctum quæ, & cur irremiſsibilia. c. 23. num. 126

Peccatum quodnam dicatur in ſpiritum ſanctum, quod in patrem, & quod in filium. cap. 23. num. 126

Peccatum in ſpiritum ſanctum, eſt ſextuplex ibid.

Peccatum nullum eſt, quod verè cōtrito non condonetur. ibid.

Peccatum actuale quid, & quæ eius ſpecies noſcendæ Confeſſario prælud. 9 n. 1.

Peccatum diuiditur ſeptem modis, in cordis, oris & operis, & in facti, cordis & conſuetudinis. ibid. n. 2. & 3. & in ſeptem capitalia. n. 4. & in Deum, proximum & ſeipſum nu. 5. & in peccatum per exceſſum & defectum. n. 6. & in mortale & veniale. n. 7.

Peccatum duplex, originale & actuale, & quid originale. præl. 8. num. 1.

Peccatum aptius genus ad originale, quàm carentia iuſtitiæ originalis. ibid. n. 2.

Peccatum originale tollitur per baptiſmum, ſed non carentia ibid. num. 2. & 3.

Peccatum quod primi Parentis, & vt transfertur ad deſcendentes, ibid. n. 4.

Peccatum originale non eſt Reatus, & cum eo omnes naſcimur. præl. 8. num. 6.

Peccatum originale propriè eſt peccatum, nec eſt ea multa quorum nomine appellatur. ibid. n. 7.

Peccatum originale cunctis hominibus æqualiter ineſt, & excludit omnes à vita æterna. ibid. num. 8.

Peccato originali, vt caruit Chriſtus, & mater eius ibid. nu. 9.

Peccatum ad quodcumque mortale ſufficit conſenſus deliberatus, etiam momentaneus. ca. 23. num. 117.

Peccatum originale quomodo voluntarium præl. 7. n. 10

Peccatum veniale, qua ratione vere peccatum ibid. nu. 11.

Peccata omnia eſſe mala, quia prohibita, vt defendatur. ibid. num. 12.

Peccatum eſt actus, Vitium, habitus ibid. n. 12.

Peccatum non eſt vitium, & quibus conſtet. ibid. numer. 13. & 14.

Peccatum, vt aliud eſt in genere entis, aliud in genere moris. ibid. num. 151

Peccatum

*Peccatum veniale quid. prælud. 9. num. 9.*

*Peccans ſolùm cõtra præcepta charitatis & miſericordiæ, damnum inde ſequutum reſtituere non tenetur: contra verò iuſtitiam, ſecus.ca.24. num. 19.*

*Peccare faciens quid reſtituat. cap. 17. num. 14.*

*Peccat qui mortaliter, vel ſpeciem eius rei præſtat, vt alius ita peccet c.14. n.28.*

*Peccat qui venialiter, vt alium ſic peccare faciat, ſolùm venialiter peccat ibid n 19.*

*Peccat quando petens bonum ab eo que peccabit c.14 n 41*

*Peccatum quoddam duplex, quoddam ſimplex, quoddam multiplex.præl. 9. n. 20*

*Peccatũ vtrum ſit veniale an mortale dubitans,non ſecus illius pœnitudine duci debet,ac ſi mortale foret: vel ſaltem ſub conditione( ſi & quatenus mortale ſit ) cap.1. num. 24*

*Peccatum mortale alterius, qui non impedit,cum poßit,&c. cap. 14 num 27.*

*Peccati alterius qui eſt cauſa, niſi, &c. ibid.*

*Peccatum veniale non adimit gratiam c.14.n.43*

*Peccati venialis confeßi detectio, eſt mortalis & quare cap. 18. numer. 52*

*Peccatum vt à Deo dici poßit præl. 7. num. 14*

*Peccatum originale non eſt actus perſonalis præl.8. n. 7*

*Peccatum originale cunctis hominibus,& æqualiter ineſt.ibid.numer. 8*

*Peccatum conſideratum in genere entis eſt,quoddam ens, & proinde quiddam bonum à Deo,ca 17 nu 40.at in genere moru, eſt nihil. ibid.*

*Peccatum mortale quibus notis à veniali diſcernatur. prælud. 9. à num. 7*

*Peccatum per minus arcere à maiore,vt bonum c.14 n.40*

*Peccatum mortale eſt, contemptus conſilij diuini, & ſalutis proximi præl.d.9.n.17 & 18.*

*Peccatum mortale quid, late. præl. 7.num. 5*

*Peccata an ſint, vrbane dicta in peccata mouentia, c.14.n.42*

*Peccata futura magis impedire tenentur, quàm punire præterita, c. 24.num. 23*

*Peccata ſemel confeſſa & abſoluta legitime, non ſunt iterum confitenda,cap.26. n. 26*

*Peccati numerus vt augetur iterãdo,continuando,& interrumpendo c 6.n 16.17.& 18*

*Peccatum cordis, oris & facti in genere moris, vnum tantùm eſſe, præl.7.n.19*

*Peccatum mentis ſiue operis confiteri, non ſufficit, ſed contra ſic. ibi. num.19.& 20*

*Peccatum vt ſit mortale, non ſufficit fieri contra conſcientiam dictantem id eſſe peccatum ſimpliciter, ſed oportet eſſe peccatum mortale, præl.9.n.9*

*Peccatum non eſt reatus, licet interdum ſic vocetur, præl. 7. n. 21*

Peccata cordiũ, oris, & operis eiuſdẽ ſpeciei, c. 16. n. 9.

Peccatum quando non eſt inuitare ad actum, qui peccatum eſt, c. 21. num 25.

Peccatum non eſt cenſura. ca. 27. n. 151

Peccatum non eſt ad minus peccandum inducere, c. 17. n. 265

Peccatum mortale, vt ſolùm charitati repugnat, præl. 5 nu. 15

Peccatum reſeruatum cui, & quomodo confitendum, & abſoluendum, c. 26. n. 6

Peccatum mortale eſſe ( vt ait S. Thomas ) orare pro excommunicato, quo pacto intelligendum, c. 27. num. 36

Peccati venialis ad remiſſionem, dolor quicumque ſufficit, ca. 1. nu. 24

Peccatum quod non eſt, omne in Deum poteſt referri, ca. 20. num. 22

Peccatum acediæ quando committatur, & quando mortale, ca. 23. num. 124. & cur vitium hoc Acedia vocetur ibid.

Peccatum vſuræ duplex, ſed neutrum vſura mentalis, c. 17 n. 208

Peccatum licet contritum, eſt confitendum, c. 1. n. 10

Peccata futura includit poteſtas abſoluendi, ca. 12. n 80

Peccatum veniale peius omni malo pœnæ, & diſponit ad mortale. ca. 14. n. 37

Peccati cauſam qui dat, arma, vel alia commodando, ibid. n. 38.

Peccati mortalis definitio, prælud. 9. num. 8.

Peccatum ad mortale, poſſunt obligare leges humanæ ibid.

Peccatum rectè confeſſum ſemel, non eſt neceſſe iterum confiteri, cap. 9 num. 1

Peccatur quibus modis, circa credenda de anima, præl. 1. n. 16. 17. & 18

Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem, prælud. 7. numer. 25

Peculium filiorum quadruplex. ca. 17 n. 141 & ſeq.

Pecunia quædam merx eſt, cap. 17. num. 294

Pecunia vt merx, eſt vendibilis, ſed non vt eſt pretium cap. 17. num. 291

Pecunia Ariſtoteli viſa ſterilis, & res mortua, ca. 17. n. 287

Pecuniæ finis peculiaris quis: & qui alij ſeptem, in quos locari poteſt pretio, licèt non mutuari vel commodari ibid.

Pecunia vna octo de cauſis plus valet, quàm alia, c. 17. n. 294

Pecuniæ pretium auctoritate priuata, vt mutari poteſt ibid. num. 295

Pecunia eadem numerata plus vni, quàm alteri valet, cap. 17. num. 286

Pecunia præſens vt plus valet abſente. c. 17. n. 295. & 296

Pecunia dicitur numerata, & quicquid ea eſt æſtimabile, cap. 23. nu. 71

Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi poſſit, ca. 17. n. 288

Pecuniæ publicæ cuſtos, ea vtẽdo, & emendo vt peccat, ca. 23. n. 94

Pedagia noua quis poteſt imponere, vel augere. ca. 27. nu. 61.
Penſio quanta poni poſſit ſuper epiſcopatu & parochiali. cap. 25. nu. 137
Penſiones habere nequeũt filij illegitimi clericorum, ſuper beneficiis quæ eorum parentes obtinuerunt, nec beneficia in eccleſiis in quibus eorum patres beneficium aliquod habent, vel habuerunt. ibid. n. 117.
Penſio beneficialis non poteſt emi, nec redimi, ſed ſed gratis remitti: quia eſt ſpirituale dependenter. ca. 25. n. 111.
Penſionis emptio, ſi ſimoniaca eſt, non valet, ſed non excommunicat. ibid.
Penſio à Papa ob paupertatem cõceſſa laico licita, & quare. ca. 25. num. 118. & 119
Penſio cui quis per ſe conſentit ſtatim tenet. c. 27. n. 274
Penſionarius celebrans lapſo termino, antequam impetatur, an irregularis? ca. 23. n. 99
Penſionarius ſolo lapſu termini, non excommunicatur. c. 23. num. 104
Percuſſio enormis, mediocris & leuis quæ dicantur. cap. 27. numer. 91. & 92
Periculo peccandi ſe exponens, vel agens contra conſcientiam. cap. 14. num. 26
Permiſſio peccati nulla cũ participatione lucri licita. c. 17. n. 195
Permutans ius ad rem cum iure in re, peccat. ca. 25. n. 114
Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia. cap. 17. num. 287
Permutatur quod eſt, pro eo quod nondum eſt. ca. 17. n. 287
Pertinacia quid, & quæ mortalis. ca. 22. n. 11. & 32
Pertinax quiſnam ſit. cap. 11. num. 32
Philtra quæ illicita. cap. 11. n 32.
Pietas, quæ eſt virtus annexa iuſtitiæ non eſt miſericordia. c. 14 n. 1
Pignoris qualis vſus peccatum. cap. 17. n. 204.
Pignoris fructus capere, quando vſura ibid.
Pignus cum pacto commiſſorio capere, an liceat. ibid. n. 205
Pignus vendere an liceat, & quo ordine ibid.
Pignore vẽdito minoris, vel maioris debito, &c. ibid.
Pignoris induſtria culti fructum retinere, an vſura? ca. 17. nu. 216
Pignoris fructus quando bene capiantur. c. 17. n. 217
Pignus ab vſurario emptum, reſtituendum ca. 17. n. 265.
Pigritia an vulgò rectè vocetur Acedia? ca. 25. n. 215
Pij V. lex ſiue conſtitutio cõtra ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationẽ habentia. c. 25. n. 7
Pijs elargiri non ſufficit, quod debetur alijs ibid n. 10
Piſcatorũ, ac diuitũ eiuſmodi ſocietas vſuraria c. 17. n. 282. & 283
Pithantia vnde deducta cap. 25. n. 110
Plura beneficia obtinere quiſpiam poteſt variis de cauſis, hic ex-

preſſis. ca. 25. num. 128. & an ſemper plura præuia diſpenſatione obtinere liceat. ibid. num. 129. Et quænam beneficia plura obtinēs quiſpiam, illa relinquere cogi poſſit ibid.

Pœna peccati temporaria, in quam æterna mutatur, an per bona opera in malo ſtatu facta tollatur, c. 3 num. 7

Pœna vnius correlatiui extenditur ad aliud ſi eadem eſt ratio c. 22. num. 74.

Pœna excluſionis à collegio ipſo iure incurſa, non tenetur quis in conſcientia c. 23 n. 63

Pœna iure ipſo incurſa, quando ſoluenda in foro conſcientiæ. cap. 25. num. 118

Pœna etiam ipſo iure impoſita, non debetur in conſcientiæ foro, niſi, &c. c. 23. n. 66. & 2. ſeq & cap. 25. num. 51

Pœna ſummè miſerorum ſupremi gradus, ſeptuplex prælu. 4. num. 24

Pœna magna vt poteſt eſſe iuſta ſine culpa, &c. cap. 23. num. 57. & 58.

Pœnæ ſunt reſtringendæ. cap. 27. num. 51

Pœnam vltra ſuum caſum extendendam non eſſe, perpetuum non eſt. ca 22. n. 74

Pœnalis lex extenditur de vno caſu ad alium, quum alioqui foret fruſtratoria, vel quaſi cap. 27. num. 51

Pœnitens qui debet petere facultatem confitendi alteri c. 7. n 5

Pœnitens quando mutato habitu confitebitur. ib.

Pœnitens poteſt vno verbo mille peccata confiteri. c. 6. n. 19

Pœnitens non tenetur credere, ſe nō peccaturum in arte ſua. c. 26. n. 14

Pœnitens intēdens peccare, præbita certa occaſione, non abſoluendus. ca. 1. n. 19

Pœnitentis dolor, vt non debet eſſe nimius ibid. nu. 20. & 21.

Pœnitens non tenetur credere, ſe mortaliter non peccaturum. ca. 1 num. 9

Pœnitens quomodo cōfeſſionem inchoabit. c. 10. n. 5

Pœnitenti in his quæ pro & contra ſe aſſerit, habenda fides. cap. 17. num. 59

Pœnitens non debet nominare perſonam, cum qua peccauit. cap. 7. num. 2

Pœnitentem non aſtringat confeſſarius voto, iuramento, vel alia eiuſmodi promiſſione quæ nouum vinculum adiiciat, non amplius mortaliter peccare, niſi, &c. cap. 26. num. 2

Pœnitens nolens abſtinere ab eo quod certum eſt eſſe mortale, non abſoluendus. ibid. n. 3

Pœnitens abſolutus à peccato reſeruato, vel excommunicatione reſeruata in articulo mortis, ab eo qui iure nō poterat id facere, an teneatur iteratò confiteri, vel abſolui? ibid. n. 26.

Pœnitens loquela priuatus, qui ſignis confiteretur abſolui poſſet, vt mutus, qui etiam matrimonium ſignis contrahit. ibid. nu. 27. ſacramentalis autem abſo-

latio à peccatis infirmo à iudicio mentis per phreneſim vel ſecus alienato, qui antea ſigna contritionis præſetulit tollendo manus, tundendo pectus, &c. impendi non debet, licèt euchariſtiæ ſacramentum ipſi miniſtrari poſſit. ibid.

Pœnitens quod officium relinquet. ca. 26. num 24.

Pœnitentia quid generaliter, & quędam cum dolore, quædam ſine dolore. præl. 10. n. 1.

Pœnitentia quid proprie, & quid improprie ſignificet. ibid. n. 2.

Pœnitentia alia bona, alia mala. Ab Adamo quæ ſemper ad ſalutem neceſſaria, &c. ibid. num. 3.

Pœnitentiæ ſacramentum, cœpit à paſſo Chriſto, qui omnia ſacramenta nouæ legis inſtituit. ibid. num 4

Pœnitentiæ ſacramenti quæ forma, & quæ quaſi materia ibid.

Pœnitentia vtrum ante abſolutionem à confeſſario pœnitenti iniungenda. ca. 26. n. 10.

Pœnitentia ſatisfactoria alia à neceſſaria culpæ delendæ, & quæ eatum acceptanda. cap. 26. numer. 20

Pœnitentia ex cauſa diminui, & mutari poteſt ibid. n. 21. & 22

Pœnitentia per opera aliàs debita, fieri poteſt ibid. num 23

Pœnitentiam qui non implens, peccat mortaliter. ca. 21. n. 43

Pœnitentia ſolemnis, vt impedit matrimonium. c. 22. n. 74

Pœnitentia minor ſufficit baptizando, quam abſoluendo. cap. 1. num. 36.

Pœnitentia quæ ſufficiat peccatis delendis. ca. 1. n. 3

Pœnitentia iuſta eſt imponenda: alia omnis cur falſa dicta: omnibus leuis neceſſaria: & quæ alia volũtaria, grauius indiſcrete iniungitur. ca. 26. n. 15.

Pœnitentia iuſta quid, eam Deus ſolus nouit. Septennis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori. ibid. num. 16. & 17

Pœnitentia arbitrio confeſſarij relinquitur, non ad hunc effectum ſed ad iſtum: & quæ imponenda, ſitque conueniens, cuiuſmodi non ſunt hæ ibid. n. 18

Pœnitẽtiam ieiunij aliquorum dierum aut precum iniungens Cõfeſſarius, in dubio cenſetur iniungere eorum, ad quæ pœnitens non obligatur. Et proinde, cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non ſatisfaceret dies quatuor temporum, aut vigilias ad quas tenetur, ieiunando, cap. 26. n. 24. Ceſſatio autem à peccato, & emendatio vitæ, etiam in pœnitentiam iniungi poteſt. ibid. non tamen prudenter faceret confeſſarius, iniungendo in pœnitentiã ceſſationem ob omnibus peccatis, & emendationem vitæ, ſub noui peccati pœna. ibid.

Pœnitentiæ baptiſmo ſuſcipiendo neceſſariæ, & ad ſacramentum pœnitentiæ ſuſcipiendum requiſitæ, differentia c. 1. n. 37.

Pœnitentiam alius pro alio facere

poteſt, qua ſatisfaciat pro pœna alioqui in purgatorio luenda. cap. 26. num. 33.

Pœnitentia quam ob cauſam principaliter ſubeunda. c. 1. n. 7.

Pœnitentiã paruam imponere, veri amici non eſt, neque prudentiæ, eius paruitate lætari cap. 26. nu. 15.

Pœnitentia ſeptennis an olim vnicuique peccato mortali impoſita? ibid. num. 17.

Pœnitentiæ quantitas & qualitas nunc & olim prudentis Confeſſarij arbitrio relicta. ibid.

Pœnitentiâ magnâ vel paruâ à pœnitente impletâ, ipſum omni purgatorii pœnâ liberari, falſum. ibid.

Pœnitentiam iniungendo, qua circumſpectione vti debeat cõfeſſarius. ibid. n. 18

Pœnitentia quæ neceſſariò imponenda ibid. n. 20

Pœnitentiam iuſtam à confeſſario præſcriptam, an pœnitens teneatur acceptare. ibid.

Pœnitentia nulla an quandoque imponenda. ibid.

Pœnitentia iniuncta & acceptata, mutari poteſt & diminui iuſta de cauſa & interdũ non ſolum à Confeſſario, qui eam iniunxit, ſed & alius ſi ipſe facilè adiri nequeat, etiam eo inferior, eam mutare poteſt, veluti epiſcopus impoſitam à Papa, & parochus ab Epiſcopo, etiam non iterata confeſſione eorundem peccatorum, ob quæ impoſita fuit, ob peccata eiuſmodi, à quibus qui eam mutat abſoluere potuiſſet. ibid. n. 21

Pœnitere metu pœnæ, vel alterius mali, non eſt malum c. 1. n. 8.

Pœnitudo peccati, eſt nolle illud admiſiſſe. c. 1 n. 2.

Pœnitudo duplex, formata & informis, c. 1. n. 26

Pœnitudo maior de maiore peccato bona, nõ neceſſaria, & quæ ſufficiat peccatis delendis, ac commutandæ pœnæ æternæ in temporariam. c. 1. nu. 31

Pollutio, vel copula carnalis, quæ communionem impedit c. 21. n. 51

Pollutio eccleſiæ an celebrationem in ea impediat c. 27. n. 257

Pollutio præterita, & futura vt differant. c. 16. n. 8

Pollutionis incurrẽdæ periculis conſentiens. c. 16. n. 6

Pollutio dormienti aduenienz, &c. an poſſit placere. ibid. numer. 7. & 8.

Pollutio voluntaria, & inuoluntaria variorum caſuum. cap. 16. nu. 6. & 7.

Polluta Eccleſia, pollutum eſt cœmeterium contiguum, non viceverſa c. 27. n. 258

Potentiæ ſentiendi exteriores quinque, interiores verò quatuor præl. 2. n. 2

Potentiæ re non diſtinguuntur ab anima. præl. 3. n. 9

Præbendam aut canonicatum aliudve beneficium pacto docendi in ſcholis, accipiens, an peccet, ſitque ſimoniacus, cap. 25. n. 58. & quid ſi cum onere tali beneficio vacanti impoſito. ibid. & an

habẽs beneficiũ, cui eſt adnexum onus prælegendi ſacram ſcripturam, cogendus ſit prælegere per ſe? ibid.

Præbendæ omnes in omnibus eccleſiis cathedralibus habent adnexum ordinem presbyterij, Diaconatus, vel ſubdiaconatus, ibid. num 136

Præceptum credendi, & præceptum diligendi, differunt vt fides, & charitas, c.11.n.21

Præceptum colendi Deum, vt differt à præcepto diligendi, & credendi, c.11.n.23

Præceptum octauum quid principaliter prohibeat, c.18 n 1

Præceptum opere malo, etiam mortali adimpleri poteſt, c 21. n 6

Præcepti tranſgreſſio omnis mortalis, niſi &c. c 11 n 4

Præceptorum multorum tranſgreſſio quæ vnicum peccatum ibid.

Præceptum de diligendo Deum ſuper omnia & proximum ſicut ſeipſum, cur non ſit de decem Decalogi, ibid. n. 5

Præceptum quintum vetat mortem corporis, non animæ, c.15 n.1

Præceptum 6 de non fornicando & 10, de non concupiſcendo quæ vetant, c 16 n. 1. 2. & 3

Præcepta de diligendo Deum, & proximum, maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda, cap. 11. num 6. 7. 8. 9. & 10

Præcepti tranſgreſſio, etiam mentalis tantùm, quæ mortalis, ibid. num 11. & 12

Præceptum de colendo Deum, violatur triginta octo modis præter participantes, cap. 11. numer. 26

Præceptum de diligendo proximo, ad quid pro ſemper obligat. c. 14. num. 8

Præceptum diligendi proximum, non eſt ex decem, & vt ex eo ſeptem naſcuntur, c.14 n.5

Præceptum credẽdi violat, qui credit non eſſe catholicum, quod tenetur credere eſſe tale, c. 11. n. 12

Præceptum II. Decalogi, quid per nomen Dei deſignet, c.12.n.1

Præceptum non furandi, quæ & quot prohibet, c 17. n.1

Præcepta affirmatiua, & negatiua non æquè ligant, c.17.n 54

Præceptum ſextum de non fornicãdo, quis violat, c.16 n 5

Præceptum diligendi Deum, quis violat, c.11 n. 18

Præceptum contra ſeptimum peccat qui accipit alienum, c.17 n.95. & 1? ſeq.

Præcepta Dei non impleri poſſe in ſtatu malo, in quo ſenſu eſt de fide. c. 11. n. 17

Præceptum eccleſiæ totum aut pro parte, quà ſeruari poteſt, ſeruandum c. 21. nu 22

Præcipiendi verbo Canones & cõſtitutiones eccleſiæ vtentes, ad mortale tranſgredientes obligãt, etiam citra contemptum, & ſcandalum, c.25 nu.110

Prædicans ſine facultate, aduertens ſe in mortali eſſe, vel mentiens, miſcens ridicula, detrahens prælatis, decimare diſſuadens, ſi religioſus ſine conſenſu epiſcopi, vel

peccat, c 25. n. 141. 142. & 143
Prædicandi facultatem habet epiſcopus per totum orbem, & parochus in ſua parochia, & an poſſint eam alteri delegare ibid. nu. 141
Prædicandum quid, quoties, quibus, & à quibus, ca. 25. n. 143
Prælato præcipienti audire confeſſiones, quis ſubditus parêre non debet, c. 4. n. 14
Prælato diſsipanti, quæ res eccleſiaſtica reſtituenda, c. 17. n. 29
Prælati qui dicantur habere iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. ca. 27. n. 39.
Prælato ſeruire ſpe ſecundariâ beneficium aliquod conſequēdi, non autem primaria, licitum eſt. cap. 17. n. 209.
Præſcriptio quæ à reſtitutione excuſat, c. 17. n. 85
Præſentatio fratrum ad audiendas confeſſiones, & c. ca 27. n. 264
Præſentatus ſemel, & admiſſus, nouâ præſentatione non indiget, c. 27. n. 266.
Præſumendum in dubio non eſt delictum, c. 24. n. 18
Præſumpta matrimonia poſt Conc. Trid. ceſſant, c 25. n. 144
Præſumitur ſemper excommunicatus, qui ſemel eſt excommunicatus, c. 27. n. 42.
Præſumptio quid, & quæ mortalis, c 23. n 11. & 14
Præſumptio dolum præſupponit ca. 27. n 156
Præuaricator eſt aduocatus, parti aduerſæ fauens, cap. 25. numer. 30.
Presbyterale beneficium obtinens, ordinari debet intra annum, ſi verò epiſcopus eius ordinationi aſſentiri nolit, excuſatur à pœna: quum iuſto impedimento citra ſuam culpam impediatur, c. 25. nu. 116
Presbyteri leges domi ſuæ, vel extra eam docentes, excommunicationem non incurrunt, c. 27. num. 116
Presbytericidium vt impedit matrimonium, c. 12 n. 74
Pretij vim non habet antidorale debitum, c. 17. nu. 106
Pretio maiore, vel minore dimidio, vt peccatur & ſeq. cap. 23. num. 84
Pretio minore iuſto emens quis peccet, c. 23 n 87
Pretium quando taxandum, & taxatum vt ſeruandum, c. 23. nu. 88
Pretium rerum iuſtum quid, & eſt triplex, c 23. n. 78. & 79
Pretium non auget, nec minuit dilata ſolutio, c. 23. n 82
Pretium auget vtilitas vendentis, non vtilitas, vel neceſsitatis ementis, c. 23. nu 83
Pretium minuit copia venditorum, & auget paucitas eorum, ca 23. num 84
Pretium iuſtum triplex: infimum, medium ſummum, cap 17 numer. 228
Pretium non augetur periculo recipientis rem creditam, cap. 23. numer. 81
Primitiæ, vt decimæ ſoluendæ, cap. 21. nu. 32.
upna

*Priuilegium ita interpretandum, vt aliquid operetur contra ius, & dato aliquo tali, in reliquis reſtringendum, c.12.n.79.*
*Priuilegium remuneratorium per contractum iuſta de cauſa tollitur, c.27.n 72.*
*Priuilegio fori quis clericus non gaudeat, c.25.n 135*
*Prodigalitas quid, & quæ mortalis, c.23.n.70*
*Prodigalitas etiam famæ, regulariter non eſt mortalis, c.18. n 28.*
*Prodigalitas de ſe non eſt mortalis, c.23. nu. 18.*
*Profeſſio facta ab excommunicato, valet, c.9.n.3.*
*Promiſſio, quæ obligat ad mortale, ca.18.n. 6*
*Promittens non facere, cenſetur factum promittere, cap. 26. numer. 24*
*Propoſitum virtuale vitandi futura, quando ſat pœnitenti c.1.n 12*
*Proprius Prælatus quis dicatur, ca. 27.n. 39*
*Proteſtatio contraria facto, inualida, & quæ nocet matrimonio, ca. 21.n 78*
*Proxeneta vſurarum qui peccat. c. 17.n. 267*
*Proxeneta vendens pluris quàm ſit mandatum, qui reſtituit, ca. 23. n 97. & 98*
*Proximi quonam pacto comprehendantur in quarto præcepto, c. 14. num. 3*
*Proximi noſtri ſunt Angeli, & Canonizati, c 18. n. 18*
*Proximi mala impedire tenemur, etiam que vitare poteſt, ſi vult modo ſint eiuſmodi, quibus iuſtò non poſſit conſentire, cap. 24. numer. 23*
*Proximus, qui facit aliquid, ob quod credit alium mortaliter peccaturum, c 14 n. 30*
*Proximus familiaris alicuius cum ſcandalo alterius, c.14. n 30*
*Proximus qui rancorem, aut odium non deponit, ne ſibi detrahatur, ibid. n. 31*
*Proximus, qui ſcandalum præbet edendo carnes, vel non ieiunans. ibid.*
*Proximum non honorans, quis violat hoc quartum præceptum, cap. 14. n. 23*
*Proximus qui non diligit ſe, aut proximum charitate, &c. ibid.*
*Proximus, qui alium excipit à ſuis orationibus generalibus, ibid.*
*Proximus, qui non diligit proximum, cum tenetur ibid.*
*Proximus, qui deſiderat, vt alius mortaliter peccet, vel condemnetur, ibid. n 24*
*Prudentia vera, & carnis, ſiue mundi quid, & quo differant, c. 23. nu. 77.*
*Publicum quid, & quotuplex, cap. 27.n. 255*
*Publici conuentus in bonum finem iuſti & boni c. 14 n. 44*
*Pupillus moriens poſt mortem tutoris, per cuius ſcientiam, in vita eius reputabatur ſciens, cenſetur mori ignorans quò ad effectum l. cum antiquioribus, C. de iur. delib. c.27 n. 255*
*Puſillanimitas filia acediæ, quæ mortalis, c.23.n. 125*

## Q

Quadrageſimam totam ieiunare non valens, bis terue in hebdomada ieiunans, ſatisfacit præcepto, c.21.n.20
Quæſtus turpis reliquiarum, quis dicatur, c.17.n.169
Qualitas adiuncta, verbo iuxta eius tempus intelligitur, ca. 27. nu. 255
Qualitatibus adnexis beneficio iuxta fundationem illius, vel ſtatuta, carens, ſi illud accipiat, mortaliter peccat, c.25.n.117
Quarta funeralium ſolita iam ante annos 40. ſolui, eccleſiæ parochiali ſoluatur, etiamſi poſtea conceſſa fuerit alicui monaſterio: non obſtantibus, &c. ibid. nu. 139.
Quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito, præl. 4. n. 24.

## R

Radi barba prohibetur à Cõcilio Cathaginenſi, c. 25. num. 109
Rancor filia acediæ qui mortalis, c. 23. n. 125
Ratificans ſuo nomine factum delictum, ſemper punitur: fingitur enim eſſe perſona delinquens, ca. 17. nu. 133
Ratihabitio æquipollet mandato, c. 17. n 133
Raptus, vt impedit matrimonium, c. 22. n. 74
Ratum habens damnum ſuo nomine datum c.17. n 133
Reatus quid proprie, & ad quid transferatur & quotuplex. præl. 7. n. 21. & 22
Reatum pro obligatione ad pœnam, eſſe filium peccati, & triplicem, ibid. nu. 22. & 23
Receptatores, fautores & defenſores hæreticorum qui ſic cenſendi, c. 27. nu. 55 & qua ratione liceat hæretico ſubuenire, ibid.
Referri poteſt in Deum quidquid non eſt peccatum, c 16. n. 7
Recitare horas canonicas, quæ tria hominum genera teneantur, ca. 25. n. 97. & ad euitandum peccatum mortale, ſufficit eas ante mediam noctem recitaſſe, ibid.
Recitans per obliuionem vel inaduertentiam horam poſterius, quã prius recitare debet, an peccet mortaliter, & an eam iteratò recitare teneatur: ibid n. 99. & quæ cauſæ excuſant à recitatione horarum, ibid. n. 100. & an horæ tempore ægritudinis omiſſæ, ſint repetẽdæ poſt ægritudinem, vel ab alio eas recitante ægritudinis tẽpore audiendæ ibi. & an tunc horarum loco, mente Deum precari opus ſit ibid.
Recitare, vide Horæ, &c.
Recitare horas an quis excuſetur eò quòd ſtudeat, inſeruiat, vel peregrinetur, ibid. nu. 102. & an tenuitas beneficij à recitatione excuſet, ibid.
Regularis metu ingreſſus religionẽ, vel ante ætatem debitam profeſſus, &c. non audiatur, niſi intra quinquennium à die profeſſionis.

*cap. 27. num. 13?.*

*Regularis nullus transferatur ad laxiorem ordinem. ibid.*

*Regulari nulli facultas occultè ferendi habitum ſuæ religionis, detur. ibid.*

*Regularis beneficiarij impenſa, quæ iuſta, & quæ non. ca. 17. n. 94*

*Religio eſt virtus annexa iuſtitiæ. ca. 14. n. 1*

*Religiones quæ hodie hæreditatis incapaces c. 16. n. 47.*

*Religionis habitum quis cenſeatur relinquere: quãdo peccat mortaliter, eſtque excommunicatus. c. 27. n. 132*

*Religio interdũ vocatur pietas, imò & obſeruantia c. 14. n. 2*

*Religionem ſpectant tria præcepta. quatuor pietatem & obſeruantiam ibid.*

*Religionis de ingreſſu an conſiderandum. ca. 12. n. 49*

*Religionem laxam ingrediens, vel in eam filios intrudens ibid. nu. 50. & 51*

*Religioſus diſpẽſatus per hanc ſubreptionem, & c. c. 12. n. 73*

*Religioſus in multis habet velle & nolle ca. 4. n. 6*

*Religioſus, vt peccat contra votum paupertatis cap. 25. num. 140*

*Religioſi Doctor qui excommunicatus. ca. 27 n. 134*

*Religioſus adiẽs Regiam vt noceat prælato, vel monaſterio. cap. 27 num. 138*

*Religioſus qui teſtans non abſoluẽdus. ca. 27. nu. 270*

*Religioſus quis loca ad habitandũ accipiens, excommunicatus. ca. 27. n. 144*

*Religioſus quis diſſuadens, vel non diſſuadens decimas, eſt excommunicatus ibid n. 145*

*Religioſi non ſeruãtes interdictum eccleſiæ matricis, excommunicati. ibi. n. 146*

*Reliquiæ, nomina, & breuia, vt geſtanda. c. 11. n 34. 35 & 36.*

*Reliquiis, vel miraculis falſis, aut veris in malum finem vtens. cap. 17. n. 169*

*Remiſſio ſine rei ſoluendæ præſentia, ſufficit ad reſtitutionem. cap. 17. nu. 44*

*Rem pupilli non ſeruans, eius pecuniam lucro iniuſto deputans, vt peccat c. 25. num. 66*

*Renunciare beneficio intentione vt detur N. licèt, eo non expreſſo. ca. 23 n. 107*

*Renunciatio per ſimoniam realem facta, non valet cap. 23. numero. 105*

*Repreſalias quis concedat contra clericos, & c. ca. 27. n. 136*

*Reſeruatio omnis ceſſat in articulo mortis ca. 26. n. 26*

*Reſidentia epiſcopo, & curato iuris diuini, & quæ excuſant ab ea. ca. 25. num. 121*

*Reſidentiam beneficium requirit, & quæ ab ea excuſant. ibid.*

*Reſidẽtiam perſonalem non requirentia duo beneficio ſimplicia habere licet cap. 25. num. 127. idque citra vllam diſpenſationem ibid.*

*Reſidentiam perſonalem requirens beneficium, ſatis confert domicilium. cap. 25. n. 111.*

*Reſignationes reciprocæ quæ poſt-ac à parentibus clericis, in fauorem filiorum, aut aliàs, fraudulenter fiunt, eis nequaquam ſuffragantur.* c. 25. n. 117

*Reſtituendum pauperibus, vt poteſt ſibi illud tenens retinere.* ca. 17. n. 93. & 171. & pauperes incertorum bonorum eſſe hæredes c. 26. n. 28. pauperes que dici omnia opera pia, & pro ſuo ſtatu conſeruando egentes. c. 17. n. 93. nec ſufficere pauperibus dare, quod alteri debetur, niſi quando ignoratur quis ille ſit c. 25 n. 113

*Reſtituendum quantum iuſto filio læſo ob ſpurium ignotum* c 26. n. 50

*Reſtituere famam, vel aliàs compenſare, læſor & hæres tenentur.* c. 18. n. 12. & ſeq.

*Reſtituendum damnum, quod feræ alienis prædijs inferũt* c. 17 n 121

*Reſtituet qui confeſſarius negligens.* cap. 17. numero 22. & 23

*Reſtituere non obligant opera ſola intentione interiori mala* c. 23. n. 103

*Reſtiduenda res aliena, etiam non reſtituto pretio.* c. 17 n. 7. 8. & 9

*Reſtituenda ipſamet res aliena ſurrepta, vel tantundem, &c.* ibi. n 10

*Reſtituendæ rei ſi valor incertus, quid fiet* c. 17. n. 27

*Reſtitui non debet res familiaris. cum famæ propriæ iactura.* c. 16. n. 45 & ſeq.

*Reſtituet quo pacto, qui proximum damnificauit in bonis animæ.* c. 14. n. 45

*Reſtituere ob qualem ignorantiam quis excuſatur* c. 17. n 82. & 83

*Reſtituatur alienum, & fructus, vel intereſſe* c. 17. n. 24. & 25

*Reſtituat damnum qui tradidit filium ſuum ad partum ſupponendum* c. 16. n. 48

*Reſtituat teſtis, aut iudex accepti pro teſtimonio aut ſententia* c. 17. n 14

*Reſtituatur æſtimatio damni certi vel arbitrarij* c. 17. n. 27

*Reſtituendi in mora quis eſſe cenſeatur.* c. 17. nu 80

*Reſtituendi obligatio non contrahitur ſolo conſenſu* c. 11. n. 17

*Reſtituendi neceſſitas, ex qua lege naſcitur.* c. 17. n 11.

*Reſtituent qui ſuffragijs ſuis alios lædentes. &c.* c. 17. n. 74

*Reſtituet qui per alium, quando, & per quem faciet.* c. 17. n. 67

*Reſtituendum quod male accipitur, non quod malè datur.* c. 17 n. 32. & 34

*Reſtituere quis teneatur, latè* c. 17. n. 12. 13 & 14

*Reſtituere non tenetur, qui quum verbis, aut factis poſſet, furtum & damnũ proximi non impedierit: niſi ex officio & iuſtitia ad id aſtringatur.* c. 24 n. 7

*Reſtituendum omne, quod accipitur pro eo, quod gratis dandum aut faciendum.* ibid. n. 33.

*Reſtituere plus tenetur delinquens, quàm contrahens, & conſentiens.* c. 17, n. 17. & 18.

*Reſtituitur non debeat damnum ob eleemoſinam denegatam con-*

ſecutum. c. 24. n. 7
Reſtituere quis non poſſe commodè dicitur c. 17. n. 56
Reſtitui non debent bona minoris ordinis, cum damno maiori. ibid. n. 57.
Reſtituere cur magis tenetur qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quàm quod accipit pro eo, quod tenetur non facere. c. 17. n. 31.
Reſtituendum an regulariter malè datum, & acceptum. c. 17. n. 30
Reſtitutio quid, cum definitionis declaratione. c. 17. n. 7
Reſtitutio bonorum incertorum, vt reſeruata epiſcopo c. 17. n. 92
Reſtitutionem excuſat metus probabilis peccatorum c. 17. n. 63
Reſtitutione à debita excuſant hæc nouem. c. 17. n 75. & ſeq.
Reſtitutio ſtatim facienda. c. 17. n. 54.
Reſtitutionem debiti, qui fauore vel conſilio impedit. c. 17. n. 131
Reſtitutio pauperibus facienda, quando de præcepto. c. 17. n. 30
Reſtitutio duplex formalis, & virtualis, qualis eſt remiſſio. c. 17. nu. 11
Reſtitutio pauperibus debita an eccleſiis fieri poſſit c. 26. n. 28
Reſtitutio facienda eſt eo modo, quem cauſa cur debetur, poſtulat. c 17. n. 44
Reſtitutio qualis facienda patri, ab eo qui eius filiam defloranit. c. 16. n 19
Reſtitutio præſupponit debitum legale c. 17 n 69
Reſtitutio rei alienæ, fiat vbi ſita eſt ſi bona fide poſſidetur. ca. 17. n. 4
Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ veræ. c. 17. n. 7
Reſtitutio rei lucrifactæ in bello iniuſto. c. 15 n. 15.
Res quæ perit, regulariter domino ſuo perit. c. 17. n. 185
Res indefinitæ arbitrio boni viri ſunt definiendæ. c. 17. n 301
Retrouendendi pactum, diminuit pretium. c. 23 nu. 86
Reuelatio mali proprij, & vilipenſio famæ, quæ mortalis. ca. 18. n. 61
Reus non detegens ſocios, aut non parens excommunicanti, vt peccat. c. 25 n. 37. & 38
Reus defendens ſe mendaciis, aut à iuſta ſententia appellans, vt peccat. c. 25. nu. 39
Reus negans quis non infamat accuſantem. c. 18. n. 49
Reus quis confitendo crimen, non peccat 18. n. 57
Reus quis conſortes tegere, aut detegere debet ibid. nu. 58
Reus carceratus iniuſta cauſa ſe defendens. vt peccat. c. 25. nu. 35.
Reus iuridicè interrogatus veritatem, eam negans, vt peccat. c. 25. nu. 35. & 36
Reus licèt excommunicatus, ſe defendere poteſt. c 27 n 23
Rex vt peccat aliena capiens, & capta non reſtituens, & c. c. 25. nu. 1
Rex ſeditiones excitans, vel ſubditos non exercens peccat. ibid.
Rex arces non muniens, vel armentis carens, vt peccat. ibi. n. 2. & 3.

Rex legem pœnalem ferẽs, vel vias & lites negligens, vt peccat. ibid. nu. 4
Rex diſponens circa legem naturalem, vel ſuam, vt peccat. ibid. n. 5.
Rex tollens ſubditis bona ſua, & libertates, vt peccat. ibid. n. 6
Rex bellans iniuſte, vel malo fine, vt peccat. ibid.
Rex iura non indicens, & viſitantes impediens, vt peccat. ibid.
Rex cogens operari ſubditos, & eorum delicta non puniens, vt peccat. ibid. n. 7. & 8
Rex officia ſua vendens, & indignis conferens, peccat. ibid.
Rex matrimonium contrahere cogens, vt peccat ibid. n. 8
Rex beneficia indignis conferens, & malam conſuetudinem ſeruans, vt peccat ibid n. 8. & 9.
Rex damnans inauditum, vel auditum malè, vt peccat. ibid. n. 10. & 11
Roma, & Sedes Apoſtolica, vel eius Curia diuerſa. c. 27. n. 55.

S

SAbbathum Hebræis dicitur requies. ca. 13. n. 2
Sacer locus quis dicatur. ca 25. nu. 17
Sacerdos proprius quis dicatur. c. 2. nu. 1.
Sacerdos non omnis poteſt audire confeßiones. cap. 4. numero. 2. & 3.
Sacerdos non omnis habet iuriſdictionem actualem. ibidem. numer 3
Sacerdotis mali miſſa eſt ſatisfactoria pœnæ eius, pro quo fit cap. 25. nu. 110
Sacerdos, vide Preſbyter.
Sacerdos quatenus ſolùm ſacrificus, quid ſcire teneatur, & quid quatenus ſacramenti miniſter, vel confeſſarius ibid. n. 133
Sacerdotibus omnibusque poteſtas, & quando ſit data cap. 27. nu. 259 & 260
Sacerdos omnis ſolo iure diuino attento, abſoluere poteſt quemlibet à quolibet peccato. c. 27. n. 263
Sacerdos in articulo mortis quoſlibet abſoluit: & quem extra illũ. c. 4 n. 4. 5. 6. & 7
Sacerdos ante recitationem horarũ matutinarum ſacrificans, an peccet? c. 25 n 83.
Sacerdos poſt matutinas preces recitatas ante mediã noctem cibũ vel potum ſumẽs, an die inſequẽte celebrare debeat? & quid ſi poſt mediam noctem id fiat ibi.
Sacerdote miſſam cœptam finire nõ valẽte, poterit imperfecta relinqui, niſi fuerit facta conſecratio. ibid. n. 86. & tunc perficietur per alium ſacerdotem ieiunũ, vel per non ieiunum ſi deeſt ieiunus. ibidem.
Sacerdos quilibet ſimplex, etiamſi non ſit parochus poteſt abſoluere à peccatis venialibus, non irretitum mortalibus. cap. 27. num. 25
Sacerdos ſimplex quò ad hoc in articulo mortis, fit ſummus Pontifex c. 27. n. 90
Sacerdotes proprii tres eſſe reputan-

tur, ca. 27. n. 260
Sacerdotes & in ſacris conſtituti, poſſunt negotiari aliquo modo, honeſto, ad ſuam ſuorúmque neceſſariam ſuſtentationem, præſertim per alium, cap. 25. numer. 110
Sacerdotis mali ad peccandum inductio, quæ peccatum, cap. 14. n. 41
Sacramentum quid, & vt gratiam ex opere operato confert, ca. 22. nu. 1
Sacramenta ſeptem: tria iterantur, quatuor non, ibi. n. 2
Sacramenta circa ſeptem vndecim errores Tridenti damnati. ibi.
Sacramentis alia ſunt de eſſentia eorum, alia de præcepto, ibid.
Sacramenta non credens, vt debet, ea adminiſtrans aut ſumens in mortali peccat. ibid. n. 3.
Sacramenta ſumens ab excommunicato, &c. & dans, vel ſumens in mortali, & inuitans malum vt adminiſtret, ac inhonorans ea verbo, aut facto, vt peccat, ibid. nu. 4
Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ differentia quædam, c. 1. n. 43
Sacramenta omnia nouæ legis conferunt gratiam, ca. 1 n 44.
Sacramenta quæ metu facta, valent, præl 6. n. 5.
Sacramenti pœnitentiæ eſſentia in abſolutione conſiſtit, ca. 2. n. 1
Sacramenta collata excommunicato, regulariter valent, ca. 9. nu. 3. & ca. 27. n. 36
Sacramenta omnia nouæ legis poſt aduentum Redemptoris noſtri initium habuerunt, cap. 2. numer. 2
Sacramenti virtute interdum quis ex attrito fit contritus, ca. 22. nu. 12
Sacramentum Euchariſtiæ an concedendum damnato ad mortem, ſicut & pœnitentiæ: ca. 25. num. 23
Sacrificans primam ablutionem calicis cur vno facere debeat, ibid. n. 89
Sacrificans multas hoſtias conſecrãdas accipiens, memórque tantùm illius quam manibus tenet, verba conſecratoria profert, omnes conſecrat. ibid. n. 91
Sacrilegium cur non ſit violatio dormitorij, & eccleſiæ ſic, cap. 16. nu. 3.
Satisfactio quid, & eſt neceſſaria etiam poſt reſtitutionem, ca. 3. n. 1. & 2
Satisfactio triplex non eſt neceſſaria ob triplex genus peccati ibid. nu. 3
Satisfactio fit opere aliàs debito. Et cur melior à Confeſſario impoſita ibi. n. 4. & 5
Satisfactio ſacramentalis in mortali facta, quid prodeſt. ibidem nu. 6
Satisfactio vna penſat offenſam factam, altera cauet futuram. c. 23. n. 9
Satisfacere iubentia iura ante abſolutionem in articulo mortis, intelligenda ſunt, ſi excommunicatus poteſt ſatisfacere, c. 27. nu. 47.

ſatisfacere poſſumus loco pœnitentiæ pœnis & flagellis à Deo inflictis, & conſequenter tolerandis infirmitatibus, adeóque ipſa morte naturali aut violentâ ineuitabili ca.26 nu 23. & 24

Satisfaciendi hic, vel in purgatorio, habere propoſitum, an ſufficiat: ca. 26 n. 10

Scandalum ob quod non omittenda præcepta vel conſilia, cap. 14. nu. 44.

Schiſma quid, quo differt ab hæreſi ca.27. n. 57.

Scholarum gradus & præmia minernalia, cur licita c.14 n 43

Scholaſticus vt peccat ob finẽ mortalem ſtudens, non ſeruans præcepta ſtudij, diſcens vetita, auocans auditores: negligenter ſtudens, malè inſumens viaticum, non ſoluens ſalarium: arrogans ſibi gradum quem non habet c. 25 n. 59

Sciens parari delictum, & non indicans, an puniendus ſit? ca. 24. nu 21

Sciẽtia hic quæſita, morte augetur, beatis eſt ſolatio, damnatis verò ſupplicium præl. 4 n 24

Scientia ſola apparatus delicti, cur interdum morte plectitur, ca. 24. nu. 21

Scientia, fides, opinio, dubium, & ſcrupulus quid, vt differunt, & conueniunt, c.27.n. 279. & ſeq.

Scientia reipub. notoria, publica eſt, non priuata, c.25.n. 10.

Scientiæ licèt ob eas dentur gradus, & Cathedræ licitæ, cap.14. nu. 43

Sciẽtiæ malus vſus, non efficit eam malam, ibid.

Scire, vel ſcire debere, in iure paria ſunt, præl 1.n.18

Scholaſtici leuis duntaxat caſtigatio, non atrox, magiſtro eſt permiſſa. ca.25.n.58

Scorpio quouis ſub lapide dormit, ca 16 n 20

Scripturæ ſacræ lectio, quibus in eccleſiis, oppidis, monaſteriis, & Conuentibus habenda ſit. ca.25. nu 58. & in quibus magiſter eſſe debeat, qui gratis grammaticam doceat ibid.

Scrupulos mitigat ſibi parum, multum autem Chriſto fidere, c. 27. n. 290

Scurra, vel alius peccans cauſa nimis redendi, &c. cap. 14. numero, 37.

Secreta perniciosa reuelanda, non autem alia, ca.18.n.54

Secretum nulli noxium, iudici iubenti non reuelandum, c.18. num. 60.

Secretum confeſſionis non reuelandum, etiam metu mortis, vno caſu excepto, c 18.n.51

Secretum quid, & quotuplex, & cuius detectio mortalis, ibid. numer. 52

Secreti promiſſi detectio peior, quã non promiſſi, cap. 18. nu. 62

Scurrilitas et ſpurcitia, quænam mortalis, ca.23.n 123

Secularia officia ſunt Medica & Chirurgica ars, nullo tamen iure ſpeciatim prohibetur clericis ordine ſacro inſignitis & monachis earum exercitium, niſi cum adu-

ſtione, vel inciſione, non poſſunt nihilominus ab eis exerceri, niſi cauſa pietatis erga miſerabiles & cogniatas perſonas ca 25 n 110.
Sede vacante, capitulum poteſt excommunicare ca.27.n.5
Senſualitas vocatur vis appetẽs ſenſibilis, iraſcibilis & concupiſcibilis. præl.2 nu.5
Senſus exteriores quinque, & quis eorum vſus malus.ca.24.n.1
Senſuum quinque exteriorum vſus ſuo genere indifferens, eſt ordinatus quidẽ bonus, inordinatus verò malus.cap.24.n.1. & quando mortalis, quan lo venialis.ibid.
Sententia cùm ſit actus publicus, auctoritate & ſcientiâ publica, nõ priuata ferenda eſt.c 25.n9
Sententia quædam nulla præuia citatione lata probata ibid.n. 10
Sententia paſtoris etiam iniuſta, timenda.c.27.n.3
Sepeliens excommunicatum, vel notorie malum, vel ad ſepulturã adigens, vt peccat, & c.25.n 132
Sepultura non neganda iis qui excommunicati moriuntur, ni ſint denunciati.c.27.n.36
Sepeleri in ſacris cœmeteris fœneratores lex prohibens, non inhumatores modo, afficit, ſed & honoris cauſa funus proſequentes.ca.27.nu.167
Sequeſtra in fringens, cur hodie excommunicatus.c 27.n. 137
Seruilia opera quæ ſint.ibid.n.2
Seruilia ſeptem opera permittũtur, quinque non ſeruilia prohibentur. ibid.n.3
Sextus Decretalium promulgatus anno, 1298.c.27.n.50.
Sigillum confeſsionis quid, & quare ſic vocetur.c.8.n.1
Sigillum ſecreti, duobus modis ſumitur & quid ſit ibid n.2
Sigillum confeſsionis quæ includat. & quos obliget ibid n. 34. & 7
Sigillum omne confeſsionis, eſt ſigillum ſecreti, non è contrario ibi. nu.5.
Sigillũ confeſsionis, quãdo non violatur.c.8.n 11.12 & 14
Sigillum cõfeſsionis, etiam poſt mortem durat c 8 n 7
Sigillum confeſsionis vnico caſu reuelandum ca 8.n.2
Signatura quæ literæ dicantur.cap 27 n 61
Similitudines quædã animæ noſtræ. cum Deo præl 3 n. 18
Simonia realis quid, & in quo peior mentalis.ca.23.n.105
Simonia realis omnẽ diſpoſitionem beneficialem annihillat. ibid.
Simoniæ definitio declarata.cap 23 nu 100
Simonia triplex, mentalis, cõuentionalis & realis ca.23.n.103
Simonia mentalis duplex, & vtraque mortalis ibid.
Simonia mentalis non obligat ad reſtitutionem etiamſi ſit diuinitus prohibita ibid.
Simonia abſque re temporali formaliter, inuenitur.c.23 n.100
Simonia non eſt emptio vel venditio artis, vel conſilij ibid.
Simonia omnis datio ſpiritualis pro pretio ibid.
Simoniam vt nõ facit cauſa minus principalis. ibid.

Simonia reali intercedēte facta om nis præſentatio electio, collatio, & quævis alia diſpoſitio beneficiaria, ipſo iure nulla eſt: & conſequenter quæſitum per illā, relinquendū eſt, etiam ante ſimoniam, quandó quidē iure naturali aliena relinquenda ſint. c. 23. nu. 11. etiam cum fructibus ibid.

Simoniam ſuper re ſpirituali nondū profanata committens, incurrit quidem pœnam æternam, ſed non temporariam ibid.

Simonia nūquam committitur circa corporea vel in corporea, quæ ſunt naturaliter quæſibilia. ibid nu. 100

Simonia frequenter cōmittitur citra interuentum pecuniæ numeratæ, vel rei illa æſtimabilis ibid.

Simoniaca eſt permutatio beneficiorum, etiam quo ad titulum, ſi fiat citra ſuperioris authoritatem ibi.

Simoniæ ad eſſentiā, non eſt neceſſaria vera volūtas emendi, ſed ſufficit voluntas faciendi aut dandi quippiam, quod formaliter, vel virtualiter eſt temporale pro ſpirituali conſequendo c. 7. n. 106

Simonia realis amulat actum, etiā renunciationis, & excommunicationis c. 22. n. 99

Simonia conuentionalis eſt promiſſio ſine animo ſoluendi, & quando realis. c. 23. n 106

Simoniam an inducat obligationis antidoralis remiſſio, & beneficij ob illam collatio ibi.

Simonia conuentionalis quid, & peior mentali tantùm c. 23. nu. 104.

Simonia cōuentionalis quomodo fiat realis. ibid.

Simonia non eſt dare pecuniam pro alimento, pœna, vexationis redēptione, miſſ[illegible] præcibus, vel laude. c. 23. n. 102.

Simoniam interdum Papa incurrit. pœnam eius nunquā. c. 23. n 108

Simoniam nō inducit expreſſio eius, quod tacitè ineſt. c 23 n. 107

Simoniæ quædam viſitatæ in Curia, inter præſentes, & abſentes ibid.

Simoniacus an ſit conſtituens certum ſalarium alicui, donec conferat ei aliquod beneficium. capitu. 25 nu. 113

Simoniacus qui ipſo iure ſuſpenſus, vel extommunicatus. c 23. n. 111

Simonia omnis mortalis, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat, ibidem.

Simoniam committit emens cariùs ob ſpirituale annexum, ſed non excommunicatur ibid.

Simoniacus ante completam vtrinque ſimoniam, celebrans, an irregularis? c. 23. n. 99

Simoniacus celebans quando irregularis. c. 23 n. 104

Simoniacus non eſt conferens ob conſanguinitatem amicitiam, vel preces, etiam indigno, niſi, & c. c. 23. n. 107

Simoniacus in beneficio, illo relicto & pœnitentia acta, an celebrare poſſit? c. 3. nu 111

Simoniacus ordinatus, quamuis characterem recipiat, nō tamen executionem: & quoniam character eſt indelebilis, illum abdicare nequit. ibid.

*Simoniacus etiam conuentionalis duntaxat ob confidentiam, nil iuris querit in beneficio per illam obtento: adeoque ipſo iure excommunicatur, & perdit alia bene quæſita, ſitque inhabilis ad omnia ibid.*

*Simulatio & Hypocriſis mendacia factorum & quæ mortales. c. 28. num 8*

*Sina mons celſiſſimus, aſcenſuſque hominum, & aſpectus defatigãs in ea Moſi Decalogus à Deo datus c. 11. n. 1.*

*Societasquid, quæ licita. c. 17. nu. 251. 252. & 253.*

*Societas in animalibus, & locatio eorum quæ licita, c. 17. nu 260. & 261.*

*Socius induſtriam adhibens, quid de ſuo impendere debeat. cap. 17. n. 283*

*Sodomit a non eſt irregularis, ſed hodie grauiſſimè punitur. c. 27. num. 249. & 250*

*Somnis quibus non credendum cap. 11. num. 33.*

*Sorte ſalua qui lucrantur in Gallia, & Italia. c. 17. n. 257*

*Sorteſque prohibitæ, & quæ licitæ, c. 11. n. 30*

*Spartã nactus, illaã exornet c. 5. n. 3*

*Specie ſub vtraque Sacramenti Eucharistiæ, verum Chriſti corpus continetur. c. 22 n. 10*

*Spes nimia ægroto ſalutis corporalis recuperandæ facienda non eſt. c. 26. n 35*

*Spirituale quid, & etiam vt hic ſumitur multiplex. c. 23. n. 99*

*Spirituale alterũ à ſolo Deo, alterũ ab eo, & homine ſed vtrumque iure diuino vendi vetatur, ibi.*

*Spirituale humanum antecedens, & conſequens ibid.*

*Spirituale purum, & mixtum, & hoc vt vendi poſſit. ibid.*

*Spirituali propræſtito dari conſuetũ poteſt cap. c. 23. n. 106*

*Spolium quodnam dicatur. ca. 27. nu. 122.*

*Sponſa Dei eſt anima viri, vt & anima fœminæ c. 26. n. 3*

*Sponſa certam dotẽ ſponſo non promittens, omnia ſua bona promittere cenſetur. c. 22. n. 27*

*Sponſalia quid, & quibus modũ ſoluntur. c. 22 n. & n ſeq.*

*Sponſalia omnia ipſo iure ſoluũntur per cauſam notoriam c. 22, 28*

*Sponſalia duobus modis tranſeunt in matrimonium. ibid.*

*Sponſalia nulla hodie tranſeunt in matrimonium per copulam ſequentem. c. 22. n. 76. & cap. 27. n 111.*

*Sponſalia clandeſtina non annullat Concil. Trid. ſed matrimonium clandeſtinum. c. 25. n. 144*

*Sponſalia clandeſtina poſt Concil. Trid. complens, & vtens matrimonio præſumpto, &c. vt peccat. c. 25. n. 144*

*Sponſalia inualida etiam publica, non impediunt matrimonium vullum. c. 12. n. 58*

*Sponſalia contracta à minoribus ſeptem annis, adeo nulla ſunt, vt ex illis nullũ impedimentum publicæ honeſtatis oriatur. c. 22 nu. 27*

*Sponſalia de futuro contrahent an priuetur beneficio? & quid de be-*

*neficiario matrimonium contrahente ca.25.n. 120. & de conſtituto in ſacris, contrahente matrimonium, etiam per verba de præſenti.ib.*

*Sponſio reciproca, quæ licita. ca.28. num.18.*

*Sponte fieri quid cenſeatur. ca.27. num.93*

*Status decenter conſeruandus, vel mutandus. c.24.n.7*

*Status gratiæ: vt plurimũ videtur eſſe à confeſſione, & communione. ca 26.n.36*

*Statuta non confirmata à ſummo Pontifice, non derogant iuri communi ca.27.n.8*

*Statutum contra libertatem eccleſiaſticam factum, quando cenſeatur. ca.27.nu.120.*

*Statuimus verbum ius nouum denotat. ibid. nu.151*

*Sterilitas, quæ & quando minuit penſionem cap.17.nu.187.188. & 189*

*Sterilitas non dat remiſſionem, his caſibus ibid. n.190.*

*Stipendium temporis quo ſeruus ægrotauit ſoluere non tenetur herus. c.17 nu 108.*

*Stipendium aduocati, quod iuſtum vt in pactum deduci poteſt ca.25. nu.30.*

*Stipendium aduocati, vt moderandum ibi.*

*Striges, & Sagas reprobatas. ca.11. nu.38*

*Studij ratione diſpenſare poteſt epiſcopus ne intra ſeptẽ annos presbyterio initiari quis teneatur modo intra annũ quo presbyter fieri debeat, ſubdiaconus fiat: ſed eiuſmodi diſpenſatio ei non prodeſt, niſi ad ſtudium proficiſcatur cap.25 num 118.*

*Stylus Romanæ Curiæ, ius facit. c.15.nu.5*

*Subditus vt violat quartum præceptum erga ſuperiorem. ca.14 nu.22*

*Subiectio triplex, originis, domicilij ac beneficij, & quæ potior. ca.25. nu.111*

*Subreptio quæ excuſat. prælud.9.n.11.*

*Subreptio & paruitas ſemper à mortali excuſant. c.23 nu.118. & nu.126.*

*Superbia quid, quotuplex, & eius ἔτυμον c 23.nu.5.*

*Superbia ſola de mortalis contemptum ſubiectionis Dei actu requirit ibid. n.6.*

*Superbiæ quatuor ſpecies, quæ potius ſunt eius effectus, & interdum hæreſes ca 23.n.7. & 8*

*Superfluum duplex, naturæ tantum & naturæ & ſtatus ca.24.n.6. & quid eorum vtrumque. ibid.*

*Superſtitio eſt maximum vitiũ moralium ca.11.n.23.*

*Superſtitio quadruplex, & quælibet præter primam lethalis. cap.11. n.24.*

*Suſpendere, & ſuſpendi quis poteſt: requiritur monitio ſcripta, & peccatum, non certa verba c.27 n.159*

*Suſpenditur ipſo iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in epiſcopum, ordinatus ſine licentia, extra tempora, vel ſine legi-*

ſima ætate ca 27.n.155. & 156 An in duello pugnãs, excommunicãs ſine monitione, vel ſine ſcripto, capiens fructus vacantis eccleſiæ n.15. Conſeruator excedens, Iudex eccleſiaſticus malè iudicans concurrẽtibus. 4. admittens ad ſacramenta tempore interdicti, mendicantium prælatus admittens ad profeſſionẽ ante annum. Clericus veſtẽ verſiculorem deferens. Religioſus ſic alienans nu.157. ordinatus cum pacto non petendi alimenta. numer. 158

Suſpenſio quid, an peccatum excommunicatio, irregularitas, vel depoſitio ca.27.n.151. & 152

Suſpenſio vera non tollitur ſola pænitentia, & eſt triplex.c.27. nu 153 & 154

Suſpenſio ab vno, non eſt ab alio: & ſic à iuriſdictione, non eſt ab ordine: nec contra, & à beneficio non eſt ab ordinibus, vel iuriſdictione: nec quæ ab officio, eſt à beneficio. cap.27. numero. 160, & 161

Suſpenſionis tranſgreſſor quis irregularis, & vt peccet participans ibid n.161 & 162

Suſpenſi & excommunicati. an fructus ſui beneficij percipere poſſint? ca.25.n.124

Suſpenſus ab officio tantùm non perdit fructus beneficij. cap. 27. nu. 160.

Suſurratio quid, quæ mortalis, & differt à detractione, & contumelia ca.18 n.13. & 14.

Symbolũ Apoſtolorum, eſt ſumma Chriſtianis credendorum c.11.n. 1.

Synagogas, Mezchitas, & Idola, facit, aut reſtaurat.c.14.n.36

T

Tactus qui peccata, & qui non ca 16.n.15

Tactus mammillarum, & quidam alij, qualis occaſio peccandi c. 14. nu. 42.

Tanti rẽ valere, quanti vẽdi poteſt, vt intelligendum.c 23. n 80

Taurorum agitatio vt illicita.c.15. n.19

Taurorum agitatio per Pium prohibita, vt intelligenda. ibid. 19. & 20

Taurorum agitationi duellis æque qui prohibentur interreſſe ibid.

Taurorum agitatio torneam æquata, vt moderata licet, nu.21

Tempus decem annorum, eſt longũ tempus eo vero minus, breue. 27.n. 126. & 150

Tentare Deum illicitum, etiam martyrium c.11.n.40 & 41

Teſtamento eandem rem his legans, cenſetur ſolum ſemel legaſſe.c.6.n.17

Teſtamentum ante militiam militare non cenſetur, niſi approbetur.c. 27.n 255

Teſtamentum cur à ieiuno, vel initio morbi, & ſtatu gratiæ faciẽdum, c.26. n. 36

Teſtamentum, vel legatum, facit mutari, reſtituere non tenetur. c 17.n. 70

Teſtanti qui poteſt ſtatim reſtituere

non ſufficit legare. ca.17.n.68
Teſtari impediens vt peccat.& quibus teſtandum ca.26.n.36
Teſtator aliena hæredibus, vel eccleſiis, etiam pro calicibus vel ornamentis relinquere non debet: ſed potius debita certa creditoribus certis, incerta verò pauperibus, qui ſunt eorum hæredes reddere. cap.26.n.28
Teſtari poteſt excommunicatus. ca.27.nu.36
Teſtis vt mortaliter peccat aſſerens falſum verum ca.25.n 40
Teſtis dubitans, nec reuocans ſuum dictum verum, quod putat falſum ibid.en 40 & 41
Teſtis iurans ſe teſtem non fore, excuſans ſe illicite, abſentans ſe vt, peccat. ibid.n.41
Teſtis detegens, quod non debet, mercedem accipiens ib.d nu 42. & 44 non parens edicto iubenti teſtari, vt peccat. numer. 45 & 46
Teſtis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet ibi nu 43
Teſtis, qui tenetur ſe offerre, & quis non, & quis poteſt, & non tenetur ibi. nu.47 48. & 50
Teſtes quando dicuntur deeſſe, vt admittantur inhabiles, & cogantur priuilegiati ibid.n 49
Teſtis falsè teſtans, vt non reſtituit fiſco bona querenda ei, ſi verum teſtatus fuiſſet ibi.nu 51
Teſtis ſciens ſe erraſſe debet ſuum teſtimonium reuocare, ſi palinodia predeſſe poſsit: vt ſi protinus poſt atteſtationem ſe corrigat, & ex interuaio antequam ſententia feratur, ſaltem quo extenuetur prius eius Dictum, ſic vt deſinat eſſe teſtis integer. ibidem numero 40
Teſtis vt verum teſtétur mercedem accipiens, peccat, vt ad reſtitutionem ei qui dedit, tenetur ibid. nume 45. capiens vero vt falſum teſtetur, peccat, ſed reſtituere non tenetur. ibidem at quicquid ſuo falſo teſtimonio alterutra partium amiſerit, reſtituere debet ibid.
Teſtis capere poteſt impenſas itineris faciendi, quo ferat teſtimonium, & mercedem operariam dierum, quibus ea in re occupatus fuit, vnà cum intereſſe damni emergentis & lucri ceſſantis ibid.
Teſtes priuilegiati regulariter poſſunt cogi teſtificari, in defectum aliorum teſtium, etiam maritus contra vxorem, & verſa vice, ibi.nu 49
Teſtis excuſatur à teſtificando, qui probabiliter timet ſibi ſuo teſtimonio magnum damnum ſpirituale, aut temporarium. perſonæ, honoris, aut bonorum euenturum ibid nu 50
Teſtis nocens alicui tacendo verum, vt peccat ca 17.n.133
Teſtem ad condemnandum, nemo tenetur ſe offerre ca 15 n.17
Teſtium & Parochi præſentia non requiritur in contrahendo de nouo matrimonio ab iis qui illud publicè præuia denūciatione ſufficiente contraxerunt: ſed ob impedimentum occultum, nullum

eſt, & eo ſublato, oportet denuo contrahi, &c. ca. 22 n. 70
Theologiam docentes, publicè in ſcholis, eámque in iis diſcentes, priuilegiis omnibus de quinquennali perceptione fructuum in abſentia, à iure communi conceſſis, gaudeant. Quod ipſum de prælegente aut diſcente Canones cenſendum. ca 25. n. 58
Theologicæ virtutes tres, quæ & cur ſic nuncupatæ. c 17. n 7
Theſaurus quid, & inuentus cuius ſit ca. 17 n. 172. & 173
Theſauri reſtitutio etiam ante ſententiam, facienda cap. 17. nume. 175
Theſaurus non eſt omnis pecunia abſcondita ibid.
Theſaurum prædij empti, non reddit emptor etiam ſciens. ibid.
Torneamenta quænam ſunt licita. ca 15. n. 9. & 18
Totius ad totum ratio, eadem quæ partis ad partem præl 2. nu. 6
Totum interdum à parte principaliori nomen elaturam ſortitur. præl. 1. n 13
Tranſgreſſio ſola legum iuſtitiæ ſpecialis, obligat ad reſtitutionem. ca. 17 n. 70
Tributa ſine auctoritate imponens. aut exigens, vt peccat. cap. 17. nu. 202
Tributa & iura regia qui non ſoluit, vt peccat ca. 17. n. 201
Tributū meretricum tanquam fœdum ab Anaſtaſio ſublatum ca. 17 n. 95
Triſtari quod Deus bona malis largiatur, an peccatum. c. 23 n. 118
Triſtitiam ad ordinatam charitati ſæpe inclinat ca 23. n. 118
Tutiora indubio eligenda, cap. 17 nu. 112.
Tutor & curator qui dicantur. cap. 25 num 66
Tyrannum rogare pro iuſticia, aut gratia, non eſt peccatum. cap. 14. num. 42

V

Vacationis tempore obueniẽtes fructus, ad ſucceſſorem ſpectant, durante vero vacatione, ad commendatarium, vel œconomum ca 27. n. 70
Valor rei iuſtus eſt, quo præſenti pecunia vendi poteſt. c. 23. n. 80
Velle ſolemus non modo res bonas ſed & malas apparenter bonas. præl. 4. n. 6
Venator quis violat feſtum. cap. 13, num. 11
Venatus, & piſcatus prohibitus, & an reſtitutio excuſet. ca. 17 num 120. & 125
Vendens alicui, quod reuendendum. eſt, & emens illud. c. 27. n. 141
Vendens arma iniuſtè bellaturo, vel alia nociua, vt peccat. cap. 23. nu. 93
Vendens equum maioris, quàm valet, licét poſt tãtum valeat. c. 17. nu. 243
Vendens vetita infidelibus vt peccat, & eſt excommunicatus. cap. 23. nu 93
Vendere pluris ob dilationem, aut minoris ab anticipationem capit. 17. nu. 210

Vendere triticum vno menſe. pretio maiore, quo valiturum eſt alio. c 17. n 239 & ſeq.
Vendere quis tenetur minus quam emit. c. 17. n. 229
Vendibile per ſe, vt inuendibile ratione admixti ca 17 n. 40
Venditor manifeſtum vitium rei venditæ declarare non tenetur. c. 23. n. 89
Venereorũ vſus quiuis, excepto matrimoniali, ſexto Decalogi præcepto eſt prohibitus. c. 23 nu 112
Venereorum vſu luxuria augetur. ibid.
Venereorum delectatio omnium vehementiſsima ibid. n. 113
Verba illa, dictum factum & côcupitum, vt accipiantur præl. 7 n. 7
Verberare ſuis manibus Epiſcopus non debet ca. 27. n. 89
Verbum generale quod ad bonum & malum ſenſum trahi poteſt, in dubio eſt interpretandum in bonum, præl. 5 n. 6
Verecundia non eſt iuſta cauſa adeundi extraneum confeſſarium. ca 7. n 8
Veritas præſumptioni præualet in foro conſcientiæ ca 17. n 212
Veritati ſoli in foro conſcientiæ ſtãdum eſt ca 18. n 7
Veſtiês ſe habitu religioſo quis mortaliter peccat. ca 23. n. 23. & 24
Veſtitus qui licitus, qui venialis, & qui mortales. ca. 23 n, 18 & 19
Vexationem redimere vnicuique licitum eſſe de vexatione iniuſta intelligitur c. 17. n 238
Victores qua beatitudine in ſcripturis beati dicantur præl. 4. n 16
Vicariæ ſpiritualis venditio ſimoniaca, ſed non excommunicat. ca. 23 nu. 111
Vicariæ vel alius iuriſdictionis ſecularis emptio, valet cap. 23. n. 111
Victum in commodum paciſcentes & contrahentes moniales in dotibus monialium quas recipiunt, nullam ſimoniæ pœnam incurrũt ca. 27. n. 106
Videntur miſſe, quæ incontinenti fiunt ca 25. n. 89
Videtur ficte non verè facere, qui per alium facit, niſi, &c. c. ca 27. nu 51
Vidua fornicata peccat, fruendo re à marito relicta, vt caſte viuat. c. ca. 23 nu 62. & c. 5 nu 65
Viduus aut vidua, cui aliquid relinquitur donec caſte vixerit, & c. c. 15. n 95
Vindicta eſt proprius actus iræ. ca. 23. n. 115
Vindictam non petens, conſentiens illi, vel morti, aliquo ex nouem modis ca. 15. n. 17
Violentas manus in clericum inicere quis cenſeatur. ca. 27. n. 77
Violentum quid, & in quo a metu differat præl 6 n 3
Violenter & metu factum, qua ratione differant: & an mereantur, vel noceant. præl. 6 n. 4. & 5
Violentus nullus eſt actus elicitus, ſiue interior præl. 6. n6
Virgilianũ illud, Igneus eſt olli vigor, & c vt intelligendum. præl. 5. num 14
Virginem Mariam côceptam fuiſſe ſine peccato originali, declarauit Conc. Baſilience. ca. 27. n. 107

Virginē qui deſflorat, quid reſtituet & c.ca.16.n.16.&17.
Virgini qui promittit ſe eam ducturum in uxorem, & c.cap.16. nu.18.
Virgini corruptæ, quæ putata virgo æquè bene nubit, vt ſatisfiet. ibid. nu.19.
Virginalis caſtitas cur facilius ſeruari poſſit, quam vidualis, & viduatis, quam coniugalis, abſente diu coniuge.ca.23.n.113.
Virtus quia & vt nō repugnat peccato præl.5.n.14.
Virtus, vitium, & habitus, quid. & quotuplex.ca.23.n.1.
Virtutis actus omnis vno reſpectu delectabilis. altero pœnalis c.26. nu.24.
Virtutis actus omnis volūtarius.ca 3.nu.1
Virtute iuriſdictionis delegatæ à Principe. aut conceſſæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis vel officij. aut virtute alterius ordinariæ poteſtatis, valentes ab excomunicatione abſoluere, poſſunt etiam aliis committere. ca.27.n.45
Virtutes in medio vitiorū, idéoque illis duplo pauciores ca 23.n.2
Viſio Dei tranſitoria, Paulum & Moyſem beatos non fecit præl. 4. num.13.
Vis quid ſit præl 6.n.4.
Vis quoties iuſta, reſiſtentia iniuſta. ca.15.n 8
Vis puta factum, nec meritum, nec peccatum eſt: & neque prodeſt, neque nocet, quo ad vllū forum, præl.6.n.5
Viſitationem monialiū impediēs eſt excommunicatus.c.27.n.146.
Vita cōtēplatiua hac ratione ſuperat actiuam præl.4.nu.18.
Vita non eſt amittenda propter famam illuſtris familiæ. c 17.n. 91.
Vita proximi, quando plus æſtimāda, quam res propria.c.15.n.3
Vitam iuſte condemnatis redimere non tenetur. etiamſi Rex, lex, ſtatutum vel ſententia pecuniæ redimende facultatem faceret. ca 24.n.17
Vitium quid, & vt non repugnat merito præl.5.n.14
Vitia capitalia ( è quibus non eſt ſuperbia) ſeptem c.22.n.3
Viuere qui vult ſemper hac vitam, peccat.c.11.n.20 & c.23.n.114
Vniuerſitas quæ non poteſt excommunicari, & locus qui non poteſt ſuſpendi poteſt interdici.cap.26. num.168
Voluntas non fertur in incognitum ca.27.n.269
Voluntas & intellectus vario modo animam mouent.ibid.
Voluntas faciendi, & ipſum factū ſunt eiuſdem malitiæ ca 17.nu 2
Voluntarium ſimpliciter & ſecundum quid præl.6.n.2.&3
Voluntas, etiam a Deo, non cogitur violenter præl.6.n. 6
Voluntatis ſuæ nemo ſeipſo alius aptior teſtis.ca.17 n.46
Votum quid, De re mala non valet de præcepta ſit ca 12.n 24 & 25
Votum obligat ad implementū ſui, ſub reatu mortalis culpæ.ibi.n. 26
Votum non fit propoſito ſolo ibid.
Votum mentale quid ſit, & qualiter

de liberationem requirat ibid.
Votum abſque animo adimplendi, vt obliget.ibid.
Votum de re neceſſario futura, illicita, & indiferenti, vt indifferens eſt, & de eo, quod eſt contra conſilium Chriſti, non valet. ibi. n.27 & 29
Voto res oblata cui debetur, facta diſpenſatione ca.12 n.78
Votum omne tollit profeſſio religionis.ibid.
Votum qui cõmutare poteſt, an poſſit diſpenſare.ibid.n.79
Voti commutatio vi Cruciatæ, facienda eſt in eius vtilitatem ibi. nnu.80
Votum caſtitatis bis frangit, quæ nubit, & conſumat ibid.
Vota futura includit poteſtas diſpenſandi ibid
Vota realia defuncti, debita cenſentur ca 25 n 65
Votum vel partem eius quis rectè. frangit ob cauſam.cap.12.nume. 39 & 40
Voto caſtitatis de conſenſu vel ſine conſenſu coniugis adſtrictus, coniunx qui petit vel reddit debitum.ca.16.n 31
Vota quæ vxor, antequam nuberet fecit, poteſt maritus irrita facere, ſi ſibi praiudicant cap 12.numero 65
Votum de nunquam peccando venialiter, non valet.ca.12.n 65
Votum de non peccando mortaliter, valet, ſed facilè ſoluitur, ibid.
Votum de non peccando hoc, vel illud veniale, ut valet.ibid.
Votum religioſi de non peccando, irritat ſuperior.ibid.
Vota nouitij, non irritat ſuperior, ibid.
Vota ſecularis, per profeſſionem, tolluntur.ibid.
Votum irritatum, non reſurgit per mortem irritantis ibid.n.66
Vota religioſorum quæ valida, & quæ a nutu pendent ſuperioris. ibid.n.76
Votum profeſſionis ex conſequenti bona profitentis transfert in monaſterium cum ipſa perſona.cap. 12 n.70
Votum religionis etiam contracto matrimonio, facere & implere poteſt coniunx ca.22.n.27.
Votum coniugum de abſtinendo, & pactum, an paria cap.12.nu 58. & 60
Votum mariti & vxoris ſine licentia, quod valet .ibid numero 60. & 61
Votum de ingreſſu religionis generale, an tollat refutatio vnius Superioris ibid.n.62
Votum ſolemne caſtitatis, celebratur profeſſione expreſſa vel tacita Religionis approbatæ, vel ſacri ordinis ſuſceptione. ca. 12.nu.31. & ca 22 nu.35
Votum pueri religionem vouentis inualidat metus reuerentialis ca. 22.nu.51.
Votum de non ducenda vxore, vel non nubendo, non cenſetur votum caſtitatis ibid n, 85
Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipſum violat. ca 12.nu.54

*Votum qui non implet per alium, quod per ſeipſum non poteſt. ibid. num. 55.*
*Vota defuncti qui non adimplet, adiunctis exẽplis. ibid. n. 56. & 75*
*Votum eſt lex quam ſibi vouens tulit. c. 12. n. 65*
*Votum religionis impediens, vel ab illa abſtrahens, ad quid tenetur c. 12. n. 44*
*Votum religionis ſuadens, vel ingreſſum ordinis diſſolui, &c. ibi. num. 45*
*Votum iuratum fortius non iurato. c 27. n. 275*
*Votum propriè non eſt malorum renunciatio, quæ fit in baptiſmo. c. 12. num. 32.*
*Votum eſt duplex: ſolemne, & ſimplex. ibid.*
*Votum plus obligat, quam iuramentum, cum concordia contradicentium ibid.*
*Voti opus melius, quàm voluntarium, & ſo. id. n. 33*
*Votum ſimplex caſtitatis non dirimit matrimonium, & quatenus ſeruandum c. 22. n. 73.*
*Votum ſolemne caſtitatis impedit & dirimit matrimonium. cap. 22. nu. 35.*
*Votum poſt ſolemne contrahẽs, nulliter contrahit, & excommunicatur ibid.*
*Votum qui ſuperior poſt approbatum, irritat. c. 12. n. 73*
*Votũ ab alio factũ, & à ſe ratificatum non implet, &c. 12. n. 74*
*Votum in finem malum non valet. ſed ſic in bonum ex illo ortum. c. 12. n. 28. 30. & 31*
*Votum & iuramentum alia ratione ligant. c. 27. n. 273*
*Vota male commutans, omittẽs aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, male eas recitans, non attendẽs ad eas, &c. c. 25. n. 96. & 4. ſeq.*
*Vota religioſorum, & minorũ quomodo differant, & conueniant. c. 12. nu. 69.*
*Vota potentium ad matrimonium, quæ irritari poſſunt. ibid. num. 70.*
*Vota inualida ratificantur, niſi, &c. ibid. n. 71*
*Vouens ſi perpetrauerit illud, aut illud crimen c. 12. n. 42. & 43.*
*Vouens ob malum finem, vel ob bonum, qui naſcitur ex malo, ibid.*
*Vouens virginitatem, & eam poſtquam violauit, non obſeruat. ibid.*
*Vouens ſe vxorem ducturum, & poſtea non ducit. ibid.*
*Vouens religionem, & quia non recipitur, vt ipſe vult, &c. ca. 12. num. 46.*
*Vouens ingredi & profiteri, & poſtea exit. ibid.*
*Vouens religionem ſtrictiorẽ. & intrat laxiorem &c. ibid n, 47*
*Vouentem religionem an ſtatim ligent onera eius. ibid. n. 48.*
*Vouẽs rem mortalem, vel venialem vt peccat. c. 12 n. 34*
*Vouens quod eſt præceptum, vel cõtra conſilium ibid. n. 34 35. & 36*
*Vouens ſtulta vota, vt non pectendi ſe, non lauandi, &c. ibid. n. 37*
*Vouens quod ſciebat ſe non poſſe præſtare. ca. 12. n. 38*

Vouens quis tenetur ſtatim implere, vel ad certum tempus, &c c 12. num 41.

Vouens ſub conditione, & ſatagens ne adimpleatur illa ibid. n. 42.

Vouens timore mortis ſpiritualis aut corporalis. vel alterius mali, & c. ibid. n. 52

Vouens rem dignam voto, quæ tamen maius bonum excludit. ibid. num. 53.

Vouens non bibere vinum & crebro violans, vel facere aliquid tẽpore certo, quo tranſacto, illud non implet ibid. n. 53. & 54

Vouens intrare religionem, an teneatur extra prouinciam. ca. 27. nu 276

Vouere poteſt, qui poteſt peccare, vel mereri. c. 52. n. 68

Vouere qui pertinaciter tenet eſſe malum. c. 12. n. 58

Vrbanus ſtatuit, ne quis audiret cõfeſſiones alienorum Parochianorũ c. 27. n. 259

Vſucapio iuſtificat acquiſitionem rei alienæ, nec incerta ſint rerum dominia. c. 17. n. 90

Vſura quid: duplex, vera, & palliata c. 17. n. 206

Vſura non eſt marito vſus pignoris pro dote dati. ca. 17. num. 273. & 274

Vſuras qui iudex iubet ſolui, aut non reſtitui, & aduocatus procurator, & teſtis, qui ad id auxiliũ præbent, reſtituere tenentur. ibi n. 257

Vſurã qui ſuadet, aut ſub ea petit, vt peccat. c. 17. n. 262 & 263

Vſura in deponẽdo, & à depoſitario accipiendo. c. 17. n. 242

Vſura vtraque pagina ſpeciatim vetita, eam probans hereticus. c. 17. n 207

Vſuras nauticas eſſe nunc vetitas, quo ſenſu. c. 17. n. 285

Vſura non eſt aliquid pro fideiuſſione accipere. ib.

Vſura an ſit mutuare rem, vt reddatur cum pluris valebit. c 17. n. 219

Vſura vt ſit mutuare, vt molat in ſuo molendino cap. 17 nu. 220 & 221.

Vſura eſt dare ad lucrum ſalua ſorte, vel non negotiaturo ca. 17. nu. 258.

Vſura eſt ſoluere famulis alicuius, vt poſt auctarium capiat. cap 17 num 244.

Vſura eſt ſoluere ante diem ſtatutũ ob lucrum. c. 17. n. 245

Vſuram iuratam non ſoluere, quando peccatum. c. 17. n. 245

Vſuras pro alio exercens etiam famulus obligatur. c 17. n 266

Vſura lege ciuili vetita, ſed valde clam exercita c. 17 n. 208

Vſura centeſima quæ, & c. ib.

Vſuram quæ intentio ſine facto faciat. ibid.

Vſura quando mutuare: propoſita pœna, & c. cap. 17. n. 215

Vſura bene ſoluitur, malè recipitur c. 27. n. 103

Vſurarÿ vxor quæ peccat. viuendo. de bonis ſui mariti c. 17. nu. 268 & 269

Vſurariorum filÿ, & famuli qui peccant de bonis eorum viuendo. c. 17. n. 270

Vſurarij gener recipiens ab eo dotem, vt peccat c.17.n.2.1
Vſurario à non volente reſtituere, qui accipit ſolutionem crediti in malos fines, vel impedit, ne gratis mutuetur, c.17.n 263. & 264.
Vſurario carenti pecunia, commendans ſuam, vt peccet. c.14.n.40
Vſurarium inſtrumentum faciens, vt peccat. c.17.n.276. & 277
Vſurarius vſuras, & fructus pignoris reſtituat c.17.n. 278
Vſurario manifeſto nullum detur ſacramentum ibid n.279
Vſurarij teſtamentum nullum niſi hæc præcedant. ibid.
Vſurarius quis manifeſt⁹, & à quo abſoluendus. ibid.n 280. & ſeq.
Vſurario rem datam, vt vendicat. qui dedit. c.17.n 265
Vſurarius cõfiteatur quoties voluit fœnerari c.17.n 214
Vſurarij bona non ſunt obligata, & ſiunt ementis. c.17 n.265
Vſurarius publicus factus amens, vt non debet ad confeſſionem & ſepulturam admitti priuſquam ipſe vel eius hæres præſtet ea quæ hic inſinuantur, ita neq; ad communionem antequam hæres præſtet, quæ ante confeſſionem eius præſtare debebat, ſi confiteri potuiſſet, admittendus videtur, tametſi contritionis ſigna præſeferat. c.26.n,27
Vſurpare noue cẽſetur, qui nondum poſſedit 40. annos c.27 n.123
Vti falſis, & falſare diuerſa ſunt. c.27.n.62
Vulgati illius axiomatis legitimã paternorum bonorum partem filiis iure naturali deberi, intellectus c.26 n.38
Vxoricidium, & mariticidium impediunt matrimonium. capit. 22. num.74
Vxor tranſiens ad ſecũda vota, peccat tutela fungens c 25.n. 67
Vxor quibus, & quot modis debitũ coniugale petat c.16.n.26
Vxor nõ efficitur bigama. aut irregularis, maritus vero ſic, ob copulam carnalem cum adulterante, &c. ibid. n.27
Vxor quorum iocalium domina, & quorum vſuaria. cap. 17.n.165. & ſeq.
Vxor notabiliter denegans obediẽtiam marito c.14 n 20
Vxor nolens migrare cum marito. ibid.
Vxoris non eſt corrigere maritum. vt mariti vxorem c.16.n.28
Vxor vt peccat capiens ex bonis, mariti, etiam ad pia, niſi, &c. c.17 nu.153. & ſeq.
Vxor vt faciet quo non infametur & iuſto filio nõ noceat c 16.n,44
Vxor etiam valde dotata, nõ poteſt donare. 40. ſcuta c.17.n.155.

FINIS.

PARISIIS,

EXGVDEBAT FRANCISCVS
HVBY TYPOGRAPHVS,
ET BIBLIOPOLA.
ANNO. 1611.

# COMMENTARIVS RESOLVTORIVS

## DE VSVRIS, IN CAPITVLVM Si fœneraueris.14.q.3 iam pridem ſermone Hiſpano compoſitus à Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro, & nunc ab eodem latinitate donatus, defœcatus, & auctus.

*August. ſuper Pſalmo 36. concione 3.*

SI *fœneraueris homini, id eſt, ſi mutuo dederis pecuniam tuam, à quo plus, quam dediſti expectes, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quam dediſti: ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud: ſi plus, quam dediſti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Vſurarius eſt, qui plus, quam dedit ex mutuo ſperat.*
1 *Vſurarij ſunt quidam creditores in ædes debitorum diuerſantes.*
2 *Vſuræ verbum quid ſignificet.*
2 *Doctor Sotus laudatus.*
3 *Creditum duplex, & vtrumque gratuitum.*
3 *Vſura aperta in cuiuſmodi credito reperiatur.*
4 *Vſura palliata inueniri poteſt in omni contractu, in quo ſolutio anticipatur vel differtur, cùm exemplis.*

5 *Pretium rei iuſtum non conſiſtit in indiuiſibili, immo habet latitudinem ſummi, infimi, & medij.*

PRIMO noto ex hoc capite, id quod præcipue D. Auguſtinus per illud intendit, ſiue ſummam eius, quæ ſecundum maximum illum Magiſtrum Gratianum, huius magni voluminis, quod Decretum appellatur, auctorem, eſt hæc: Qui plus, quam dederit accipit, vſuras expetit. Quæ parum contextui eius congruit, ob multa quæ non expedit referre, & videtur aptior iſta: *Qui aliquid vltra id, quod mutuo dat, expetit: quidquid illud ſit, vſurarius eſt.* Quod ipſum confirmat Hieronymus[a] in illis verbis: *Vſura appellatur, quidquid illud eſt, ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.* Et id ipſum affirmat Ambroſ. [b] per illa verba: *Neque, inquit, vſuram eſcarum accipies, neque omnium rerum. Item eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & quodcunque accedit ſorti, vſura eſt. Item ſi quis inſtaurandum conuiuium putat, ad negotiatorem mittit, vt ab eo ſynthiaſi cupellam deferat ſibi gratis: ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum aut Tyriacum requirat: ad lanium vt byllam ſibi procuret: ad alium vt ſibi poma adornet.* Hæc ibi: pro verbo *byllam* videtur habuiſſe in ſuo libro Archidiaconus *vuldam*, vel *vber*, vel *byliam*, ſed caſtigatior videtur litera hæc, habens *byllam*, quæ eſt inteſtinum fartum, quod lanij ſolent in delicias, & xenia parare. Id ipſum confirmat Concil. Agathen. [c] Quibus conſentiunt multi canones, & leges, quę in titulis de vſuris Codicis & Digeſtorum, Decretal. Sixti, & Clement. & hac ead. cauſa quæſt. ſequen. & alibi ſæpe: licet enim non omnes vſuram damnent, lucrum tamen illud vltra ſortem vſuram appellant.* Ex hoc notab modo prædicto confirmato facile colligi poteſt, recte nos reſpondiſſe in Luſitania; vſuræ peccatum admiſiſſe quoſdam, qui morantes in ciuitatibus mutuabant tenuioribus multis pagos & vicos colentibus quaſdam paruas pecuniarum ſummas, quas non exigebant vſque ad meſſem, nec in ea ſi erat copioſa: ſed quaſi beneficium eis largiẽtes differebant exactionem dicentes, nolumus vobis nunc incommodare, & interim euntes, & redeuntes frequenter

[a] *in c. ſequenti ex commẽtarijs eius ſuper Ezechielẽ deſumpto lib. 6, cap. 1.*

[b] *in cap. 3. infr. ead. q. deſumpto ex commentariis eius in Tobiam.*

[c] *in c. vlt. infra ead. q.*

ad ſuã negotia in eorum pagis gerenda diuerſabantur in eorũ domibus cum ſuis equis, gratis prandendo, cœnando, & cubando, nunc in horum, nunc in illorum domibus, & poſtea aduenięte meſſe ita exigua, vt eſſet veriſimile grana: Maio ſequenti futura cara, exigebant debita, ob quæ miſeri agricolæ non habentes aliud quod ſoluerent, dabant frumenta, & alia grana eis in ſolutum duplici nomine grauati: nempe quod multis diebus eos hoſpitio gratis ſuſcepiſſent, & quod cogebantur ſoluere quando nõ poterant, niſi granum quo multum egebant, dando in ſolutum, cum prius commodius ſoluere potuiſſent, ſi fuiſſent exacti, argumento eorum quæ diximus in manua. Confeſſa. c. 17. nu. 215.*

2 Secundo noto, quod quamuis hoc verbum, *vſura*, originaria ſignificatione vſum cuiuſlibet rei ſignificet, iuxta illud Cicer. [a] *Vſura huius lucis*, &c. tamen iuxta ſignificationem quam hic, & in alijs iuribus, & Doctoribus, tam Theologis, quam Canoniſtis communiter habet, ſignificat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Græcis dicitur, *Tocos*, id eſt partus: quia eum mutuum parit, & Hæbræis apellatur morſus, quo mutuans mutuatarium mordet. Ex quo quidam recentiores intulerunt quoddam falſum. * Poſt quos, & etiam nos, latius ſcripſit de hac eadem re Dominic. Sot. Illuſtriſſimi ordinis Dominicanorum clariſſimum decus, [b] cuius dicta magis erudita, quam praxi, & vſui accommoda gratia breuitatis prætermitto.

[a] *pro Rabirio.*

[b] *lib. 1. q. 1. art. 1. de inſt. & iure*

Tertio noto omnia mutua gratuita eſſe debere: quia omne creditum, quod vulgus Hiſpanum appellat, *preſtado*, eſt tantum duplex. Alterum, quod latine Latine dicimus commodatum: per quod rei creditæ dominium non tranſit in commodatarium: immo eadem res in ſpecie, vt Iuriſcon. loquuntur, ſiue in indiuiduo, vt logici, eſt commodanti reddenda: cuiuſmodi eſt conceſſio mulæ ad deambulandum: de quo quidem mutuo dictum eſt in prædicto manual. cap. 17. num. 282. deberet eſſe gratuitum, iuxta gloſ. [c] Alterum eſt mutuum, per quod dominium rei creditæ tranſit in mutuatarium: quod non eſt reddendum in re eadem ſpecie, & indiuiduo: ſed in eodem genere: vt colligitur ex text. [d] & ideo, hoc creditũ dicitur proprie mutuum, quia credit.

[c] *c. 1. de cõmod. & tot. tit. ff. cõmod.*

[d] *l. 2 in princ. & q. 1. ff. de reb.*

per illud meum fit tuum, vt ait Vlpia. [a] & debet eſſe gratuitum, ſicut commodatum.[b]

4. Quartò noto ex illis verbis, *mutuum dederis &c.* quod clara, & aperta vſura non committitur, niſi in credito ſecundi generis prædictorum, ſ. mutuo: & conſequenter quod ſicut clarum mutuum non contrahitur, niſi in rebus, quæ vſu conſumuntur, & in pondere, numero, aut menſura conſiſtunt: putà, pecunia numerata, vino, oleo, tritico, & id genus alijs, quæ vſu conſumuntur, [c] ita clara vſura non niſi in huiuſmodi rerum contractibus inuenitur. Et conſequenter quod quemadmodum mutuum palliatum, ſiue occultum in omnium rerum contractibus inueniri poteſt: ſic etiam vſura palliata, & occulta in illis omnibus inueniri poteſt: quin etiam reperitur in omnibus illis, in quibus ob ſolutionis tempus dilatum plus iuſto pretio rigido, & ſummo accipitur: aut ob anticipatam ſolutionem datur minus iuſto pretio pio & infimo. [d] Exemplum primi: vendo tibi domum cuius iuſtum pretium ſummum, & rigoroſum ſunt centum, & quia do tibi vnum annum ad ſolutionem eorum faciendam, vendo tibi eam centum & decem: in hoc caſu, vt mutuum palliatum contrahitur, ita & vſura palliata inuenitur. Perinde enim eſt, ac ſi mihi mutuo dares centum aureos numeratos, quos rurſum tibi ad annum crederem, vt eo tranſacto centum, & decem redderes. Exemplum ſecundi, conduco, vel emo à te fructus, aut prouentus tui beneficij, aut pumigenij, aut alicuius oppidi, pagi, aut alicuius dominij; cuius iuſtum pretium, pium & infimum ſunt mille aurei: & ob anticipatam ſolutionem anni vnius conduco, vel emo noningentis? perinde enim eſt, ac ſi ante annum mutuarem 900. vt in fine illius redderes mille. Non autem otioſe in exemplo primi, verbis illis, *iuſto pretio*, addidimus verbum infimum, & pio: quia ſicut etiam diximus in Manua conf. [e] dare minus pretio iuſto, ſummo, & rigoroſo ob anticipatam ſolutionem, non eſt vſura, nec peccatum, modo detur iuſtum, medium, vel infimum, ſiue pium: neque accipere plus iuſto pretio infimo, ſiue pio, vel medio propter dilatam ſolutionem: modo non accipiatur plus ſummo, ſiue rigoroſo.*

[a] *in l. 2 § . appellata ff eod.*

[b] *Iuxta gloſ. recept. in c. 1. de commod.*

[c] *Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. in prin.*

[d] *c. conſuluit. & c. in ciuitate, de vſur. & c. ad noſtram, de empt.*

[e] *c. 17. nu 228. & c. 23. nu. 79.*

5 Pro cuius rei clariori intelligentia memorandum eſt id quod etiam poſuimus in præfato Manual. [a] & cum primis dicat. Scot. [b] pretium nempe iuſtum non conſiſtere in indiuiſibili, immo habere latitudinem, cuius extremum inferius appellatur pium, & ſuperius rigoroſum, & quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatum, verbi gratia, vnius vulnæ panni iuſtum pretium dicentur decem Iulij, vno plus vel minus, ita quod vndecim erunt rigoroſum, nouem pium, & decem, & quodlibet aliud interiacens medium, vel moderatum. Præfatorum quatuor notab. ſumma inſeritur præfato Manual.[c]

[a] c.23.nu.79.

[b] in 4. diſt.23.q.2.

[c] c.17.nu.206.

## SVMMARIVM.

*5. & 6. notabil.*

6 *Vſura quid, cum ſua definitione exacta.*

6 *Peccatum vſuræ quid.*

6 *Vſura non eſt lucrum ſpirituale, aut quaſi ſpirituale amicitiæ, &c.*

7 *Vſuram eſſe illicitam, & peccatum mortale eſt de fide.*

8 *Vſura prohibita etiam in noua lege, etiam in ſpecie, etiam mentalis.*

9 *Sanctus Thomas intellectu angelico donatus.*

10 & 11. *Caroli Molinæi erroris primus proditor vbi fuit auctor.*

12 *Vſura realis, & mentalis, & cur ita dicantur.*

13 *Simonia mentalis ad reſtitutionem non obligat.*

13 *Peccatum mentale vſuræ vt differt ab vſura mentali.*

14 *Vſura nunc magis, quam vnquam antea verbis execrata, vt vero magis quam vnquam opere exerceatur palliata.*

Quinto noto, ex mente huius capitu. quod aliud eſt vſura, aliud peccatum vſuræ. Peccatum enim vſuræ eſt ipſe appetitus, vel acceptio lucri illiciti ex mutuo, ſiue propoſitum accipiendi illud, quod in hac materia, vt prædictum eſt, appellatur vſura. Vſura vero eſt ipſum lucrum illicitum, quod appetitur, vel accipitur. Et quamuis à multis diuerſis modis, iuxta præfatam ſignificationem definiatur, apertius tamen,

& accommodatius verbis huius capi. & aliorum multo rum huius cauſſæ & quæſtionis. 2. 3. & 4. &c. quoniam, c in hoc c. quid dicam, ead. cauſ. & conſuluit. & aliorum de vſuris & gloſſarũ, & DD. tã Theologorũ, quã Canoniſtarum, Goffredi, Hoſt. & aliorũ in ſummis, & in li. 4 ſent. diſt. 15. & in rubricis de vſuris definiri poteſt ſic.

*Vſura eſt lucrum pecunia æſtimabile ſuapte natura principaliter, ex mutui veri, vel palliati quæſitum, vel ſperatum.* Dixi, *lucri*, pro genere. Dixi *pecunia æſtimabile ſuapte natura*, ad differentiã lucri non æſtimabilis ſuapte natura pecunia, tum ad includendum beneficium Eccleſiaſticum, quod licet non ſit iure æſtimabile, eſt tamẽ ſua natura tale vt mox dicetur: tum ad excludendum lucrum, rei ſpiritualis, meriti, & gratiæ; quod mutuans in ſtatu gratiæ quando, & quomodo, & cur oportet, quærit apud Deum, iuxta illud Pſal. *Beatus vir qui miſeretur, & commodat, ſiue mutua.* Et illud Euangelij. *Centuplum accipietis, &c.* Quod proprie non eſt vſura: licet aliquando metaphoricos ſic dicatur, Luc 19. vt ait Thom. recep.[a] Quale eſt ſecundo omne lucrum quaſi ſpirituale, vel ſimile ſpirituali, virtutis, & amicitiæ, quod mutuãdo quæritur: & non eſt vſura quia ſuapte natura nõ eſt pecunia æſtimabile, licet multi pluris ęſtiment amicitiam quam mutuando quærunt, quam pecuniam, quam ab vſurario quærerent, propter ſimilis pecuniæ mutuum Dixi, *vi mutui*, ad differentiam eius, quod ratione veri intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis accipitur, quia illud non eſt vſura.[b] Dixi *veri, vel palliati* ad includendum lucrum, quod de mutuo palliato quæritur.

7 Sexto noto ex illis verbis: *in hoc improbandus* quod lucrum vſuræ eſt illicitum & eius appetitus ſuo genere peccatum mortale: adeo vt contrarium aſſerere ſit hæreſis. clem. 1. de vſuris. Et vetitum non ſolum iure humano, ſed etiam naturali, & diuino, veteris, & noui teſtamenti. Tum quia id ſenſit Conc. Lateranenſe.[c] Quidquid Alex. Imol.[d] & alij ab eo dicant: tum quia prohibetur ſeptimo præcepto Decalogi: *Non furtum facies* lato.[e] Quo omnis rei illicita vſurpatio, qualis eſt vſura, prohibetur.[f] Tum quia iuſtitiæ naturali aduerſatur, quatenus capitur, vt fructus rei, quæ non eſt capientis ratione dominij directi, nec vtilis nec vſus fructus

Matth. 19.

[a] in 2. 2. q. 78. art. 1. ad primũ.

[b] iuxta gloſ. fin. & recept. in c. conqueſtus, de vſur. facit ca. 2. & c. ſalubriter, de vſuris.

[c] in c. quia in omnibus, de vſu. & Alex iij. in c. ſuper eod. titu.

[d] in conſil. 1. li. 2.

[e] Exod. 20.

[f] capitu pœnal. 4. q. 5.

neque vſus,neque alterius iuris,vel ſeruitutis.Nam vſurarius, quęrit illud ex re mutuata, quam mutuo dedit, quæ per mutuum deſinit eſſe omnino mutuantis, & fit omnino alterius.[a]

8 Tum quia in multis locis veteris teſtamen.[b] Specialiter eſt prohibita, Et cum illa prohibitio non eſſet cæremonialis,neque iudicialis,ſed moralis,etiam in nouo permanet,[c] & colligitur ex Thom.[d] Tum quia etiam in Euangelio[e] per illud: *Mutuum date nihil inde ſperantes*: ſpecialiter prohibita eſt, vt præfatum Conc. Lateranenſe,& præfatus.Alexand 3.vbi ſupra,ſignificarunt,quatenus aiunt eam vtriuſque teſtamenti pagina damnari: & ſatis conſtat, eos non intellexiſſe de generali damnatione ſeptimi præcepti: *Non furtum facies*. Tum quia Papa Vrbanus id affirmauit[f] allegando illud Luc. cap. 6. *Mutuum date nihil inde ſperantes*: Tum quia non obſtat quod Carol.Molin.impius de commercijs[g] & Sot.pius[h] dicant prefatum illud Lucæ: *Mutuum date nihil inde ſperantes*. (quod Vrbanus ad id adduxit,) id non probare, dicentes, quod ſolum conſulit,& non præcipit ſine vſura mutuare. Primo quidem quod quamuis prior pars eius,ſcilicet: *Mutuum date* communiter contineat conſilium:poſterior vero, ſcilicet: *Nihil inde ſperantes*,ſemper cõtinet præceptum, ne qui mutuat aliquid amplius expectet,vt prædictum Concil & Alexand.3.ſanxierunt,& Vrbanus expreſſit, & Sanct. Th. ita declarauit.[h] Secundo quod alioqui dicendum eſſet, Papam Vrbanum erraſſe: aut certe incogitanter reſpondiſſe adducendo illud Lucæ. Et conſequenter, Gregorium nonum dormitaſſe reponendo eius reſponſum in Decretalib. 9. & D. Thom. angelico intellectu donatum torpuiſſe declarando, vt prædictum eſt, præfatum elogium Lucæ. Nam Vrbanus non ſolum aſſerit quod colligitur: ſed etiam quod aperte colligitur ex illo Luc. peccare eum, qui ad vſuram mutuat, & non ſolum peccare, qui mutuat cum pacto de ſoluẽda vſura: ſed etiam qui mutuat abſq; pacto cum ſola intentione accipiendi aliquid amplius Et quod is non ſolũ peccat,ſed etiã tenetur ad reſtituendũ illud plus acceptum. Tertio quod aliud Concilium recentius Lateranenſi[l] quam approbante Concilio. Leo X. tulit ſuper approbatione monitum

[a] *l. 2. §. appellata, ff. de reb. credit. Inſtituit. quibus mod. re. contrahend. obligat, in princip.*

[b] *Deuter. 23. Ezech. 18. & Pſalm. 43. & 71*

[c] *§. fin. diſt. 6 vbi glo. notab.*

[d] *1. 2. queſt. 94. art. 5. adiuncta queſt. 100. art. 1 & 103. art. 3. & 104. art. 3.*

[e] *Luc. 6.*

[f] *in d. c. cõſuluit, eod. tit.*

[g] *num. 11.*

[h] *lib. 6. q. 1. de iuſt. & iur.*

[i] *2. 2. q. 78. art. 1 ad 4. in prima reſponſione.*

[k] *li. adeo authẽtito.*

[l] *Seſ. 10. in bulla.*

pietatis, expreſſe ait illud Luc. continere apertum præceptum vſuram prohibens.

Quarto quod niſi auctoritas illa ſic intelligeretur, poſſet quis tueri, non eſſe peccatum mutuare cum tali intentione, ſine pacto expreſſo, aut tacito: ſicut non eſt ſimonia renuntiare beneficiũ cum principali intentione, vt ſuo nepoti detur, cui, niſi crederet illi collatum iri, nõ renuntiaret, m,, do non adſit pactum expreſſum, aut tacitum: quod etiam Silu. & alij dixerunt. Et tradimus latius in Manual. Confeſſ. c. 23. num. 107. Quod autem id ſequeretur, ex eo colligitur, quod nullo alio loco iuris diuini videtur probari, quod ſola ſpe ſine pacto admittatur vſura, ſaltim reſtituenda. Quod autem hoc non ſit tenendum, conſtat ex omni catholicorum ſententia expreſſa, vel tacita.

10 Quinto, quia niſi illud Lucæ intelligeretur ita, vt ab Vrbano declaratur: aliqui tenerent, quod licet peccet cum tali intentione mutuando: ad reſtituendum tamen acceptum non teneretur, vt parum quidem pudenter, & nimium pertinaciter prædictus Carolus Molinæus,[b] auſus fuit tenere, exiſtimans ſe prædicta reſponſione definitionem dicti Vrbani in d. c. conſuluit, eneruare, citans in id aliquos qui aut id non dicunt, aut facile in noſtram ſententiam exponi poſſunt, tamen periculoſum eſt incipere mutare per noſtras præcoces imaginationes, id quod ſanctiſſima Sedes Apoſtolica matura deliberatione conſtituit. Quare ſuſpicientes, & reuerentes præfata duo Concilia. & præfatos duos Pontifices Maximos, concludimus, vſuram eſſe prohibitam ſpecialiter iure diuino Euangelico: non ſolum admiſſam cum pacto expreſſo, aut tacito recipiendi aliquid amplius: ſed etiam ſine vllo pacto cum ſpe & intentione principali aliquid amplius accipiendi: quod huius cap. contextus duobus locis ſenſit, in quibus verbum *expectes* ponitur. Siue aſſeramus leges Romanas ciuiles vetare vſuras ſaltim implicite, vt cõmunis opinio aſſerit, iuxta late tradita à Ioan. Andr.[c] & à Panor. & alijs:[d] ſiue aſſeramus, eas permittere cum moderamine.[e]

11 Quare non video quomodo ab hæreſi, aut eius ſuſpitione excuſari poſſit Carol. Molinæ.[f] ibi: *Fremant omnes licet, ego ſolus veritatis, &c.* qui cum magna laude im-

[a] *iuxta glo. ſing. c. ordinationes. 1. q. 1. Panor. in ea dilecto. de præb. Feli. cap. ad audientiam, 2. col. 4. de reſcript. Anto. par. tit. 1. cap. 5. §. 11.*

[b] *Molinæ. ſupra. nu. 7. & 11.*

[c] *in Mercuria regul. peccatum de reg. iur. lib. 6.*

[d] *in c. cum ſit generale de foro compet.*

[e] *l. eos, C. de vſu.*

[f] *vbi ſupra a nu. 7. n. 11. & n. 515*

pij Philippi Melanct. & maiori cum grauiſſimorum auctorum irreuerentia, & nimia ſui iudicij confidentia auſus fuit affirmare, licitas eſſe vſuras moderatas, per illam l. eos, hoc textu & toto iure canonico non obſtante. * Cuius impudentiæ, & erroris damnatores proditoreſque nos fuiſſe primos in celeberrimis Hiſpaniarum academijs credimus & gaudemus. Quàmuis, quia nondum erat tunc eius impietas adeo manifeſta, modeſtius quam ipſe merebatur, eum notauerimus. *

12 Septimo noto ex illo verbo, *expectes*, bis iterato, adiunctis c. debitores, de iureiurand. & cap. fina de vſur. & alijs multis: vſuram diuidi in vſuram realem, & mentalem Realis eſt vſura, quæ ex pacto tacito, aut expreſſo recipitur. Vſura vero mẽtalis eſt vſura, quę accipitur ſine pacto expreſſo, vel tacito ex mutuo facto, intentione principali recipiendi eã, iuxta mentem omnium.[a] Vnde ſequitur, vſuram mentalem non dici mentalem, ob eandem rationẽ quia alia peccata mentalia communiter dicuntur mentalia. Alia enim dicuntur mentalia, eo quod ſint actus interioris voluntatis, ſine verbo, & opere conſecuto: vt homicidium mentale dicitur voluntas occidendi mente, non conſecuto opere.[b] Et furtũ mentale voluntas furãdi non ſecũto furto,[c] Mẽtale vero & reale dicitur, quando vtrunque concurrit: Et cõſequenter vſura mentalis cõmuniter non appellatur mentalis, eo quod ſit volũtas cõmittendi vſuras ſine opere cõſecuto: ſed eo, quod capitur ſine pacto expreſſo, aut tacito, ex ſola mẽtis intẽtione, qua mutuãs mutuat, vt aliquid amplius ſibi reddatur: Vnde infertur, quod aliud eſt peccatũ vſuræ mentale, & aliud vſura mẽtalis; vſura quippe mentalis eſt illa quæ ſupra proxime definitur. Peccatum autẽ mentale vſuræ eſt voluntas exercẽdi, vel recipiendi vſuras receptione nõ ſecura, neq; opere cõſecuto. Nã ſicut omne illud peccatũ quod opere perficitur diuiditur in mentale tãtum, quod eſt voluntas peccãdi abſque verbo, vel opere; & mentale & reale, quod eſt voluntas peccandi verbo, vel opere conſecuto: ita & peccatum vſuræ eſt duplex, mẽtale tantum, quod eſt voluntas quęrendi vſuram opere non ſecuto: & mentale, & reale, quod eſt voluntas eam quærendi opere ſubſecuto.

*[a] in ca. conſuluit, de vſur. & c. fin. de ſimo.*

*[b] cap. periculoſè, c. homicidiorum, c. noli de pœn. diſt. 1.*

*[c] cap ſi propterea, & c. ſi cui de pœnit. diſt. 1.*

13 Sciendum autem eſt, nullum peccatum vſuræ mẽtale,

quantumuis mentale ſit illud, ſi nihil accipiatur, ad reſtitutioné obligare; & cótra omné vſurã receptã quamuis ſolũ ſit mentalis, id eſt recepta ſine pacto tacito, nec expreſſo, cũ intentione principali recipiẽdi eã, obligare ad reſtituendũ· licet ſimonia mẽtalis ad id non obliget, vt probamus in cõmẽtario reſolutorio,[a] quẽ recognoſcẽdo Manual. Conf. ſermone Hiſpano, vna cũ hoc cópoſuimus: & nunc latinitate donatus, ſuo loco ponetur. *

Ex quo infertur, quod cum Doctores diſputant de vſura mentali, an obliget ad reſtituendum: non quærunt de peccato mẽtali, vſuræ. Certũ enim eſt, illud non obligare, ſicut nec vllum aliud peccatũ mentale tantum, ad reſtitutionem: ſed diſputant, an vſura mentalis, ſiue lucrum quæſitũ ex mutuo ſine pacto cũ intentione principali ob illud facto obliget ad illud. Infertur etiã quod inuenitur, & frequenter, peccatum mentale tantũ vſuræ mentalis. Quippe multi ſunt, qui volunt mutuare mente, ac intentione principali recipiendi aliquid amplius, ſine vllo pacto, & tamen non mutuant. Per quod quidem apparet, quantum differat vſura mentalis, à peccato mentali vſuræ: cũ illa ſit frequenter obiectum huius, quæ plane hactenus, quod ſciam, nullibi fuerunt ſic declarata.

14 Octauo noto ex hoc cap. & eius peſſima obſeruatione, mirandum eſſe, quod cũ totus orbis Chriſtianus nunc magis quã vnquã vſuram damnet, & dicẽtem eam licere hæreticum iudicet: maiores tamen, ſaltem palliatas, diſſimulat, quam lex ciuilis olim permittebat.[b] Maxima enim vſurarum, quas illa lex permittit eſt centeſima, quæ centum menſibus ipſam ſorté exæquat. Quod diligenter & copioſe oſtendit Bart. Socin.[c] cui concordat Budæus,[d] & Alciat.[e] & alij recentiores alibi. Ita quod ſors pariat vnum in vnoquoque menſe, & duodecim in anno, & eam non permittit, niſi in pecunia traiectitia, ſortis periculum in ſe ſuſcipienti, & alij mercatoribus duas partes cẽteſimæ concedit, hoc eſt octo pro centum in anno: & alijs hominibus vulgaribus dimidiã centeſimæ: hoc eſt ſex pro centũ in anno, & nobilibus tertiam parté, quæ ſunt quatuor pro centũ. Nũc tamẽ permittũtur ſaltem palliatæ tam grandes, vt interdum ſors pariat decem, & amplius pro centum ab

[a] *cap. fin. de ſimon. 3. notab.*

[b] *per l. eos §. 1. c. de vſur.*

[c] *in l. ſi hæres. §. item. ff. ad leg. falci.*

[d] *de aſſe. lib. 1. fol. 24.*

[e] *lib. 3. diſpunct. cap. 1.*

vnis nundinis in alias : quæ tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt : & ita centum pariunt triginta & amplius in anno. Item antea ex vſuris vſuræ non capiebãtur.[a] At nunc de cambiis recambia exiguntur.* Neque obſtat quod multi reſpondebunt, non recipere ſe iſta pro vſuris, ſed pro intereſſe, aut cambiis : quia non omnes, qui mutant nomen, rem ipſam mutant. Qua quidem de re in commentario reſolutorio de cambiis, ſuper c. fi. de vſur, altius tractamus, atque veritate coacti addemus quædam, quæ facile terreant multos in cambiorum lucra infrænate intrepidéque anhelantes.

[a] *l. vt nulli. C. de vſur. & l. placuit, ff. eod.*

## SVMMARIVM.

15 *Vſura quæ definitio aptior.*

16 *Vſura etiam mortifera capere quidquam pro bono opere mutuandi: licet non capiatur pro vſu rei mutuatæ.*

17 *Vſura ſimoniaca mutuare ob beneficium.*

18 *Vſura, vt inuenitur ſine pacto, & voluntate paciſcendi.*

19 *Vſura non eſt mutuare cum intentione minus principali lucri contra quoſdam : mutuare autem cum intentione principali lucri ſic; contra alios.*

20 *Finis minus principalis eſſe poteſt id, quod nequit eſſe principalis.*

15 Nota nono, quod non abs re diximus ſupra,[b] definitionem vſuræ ibi datam clariorem, iuribuſque aptiorem eſſe, quam ſint quædam aliæ. Illa enim quam Ioãnes Maior dedit,[c] ſcilicet, quod eſt *volitio ſeu voluntas accipiendi lucrum vi mutui*, non eſt ſatis apta : quoniam non definit vſuram, ſed peccatum vſuræ. inter quæ magnam eſſe differentiam prędiximus.[d] Illa item noua, quam poſt nos dedit præfatus celebris Doctor Sotus,[e] quamque potuit decerpere ex quodam dicto S. Tho.[f] Vſura nempe eſt pretium vſus rei mutuatæ, non videtur eſſe apta. Tum quia datur verbis in hac materia inuſitatis, & rem ipſam obſcurantibus, vocabulum enim, *pretium*, in hac materia parum vſitatum eſt : tum quia ſequeretur, quod non eſſet vſura mutuo tibi dare centum aureos, vt in fine anni reddas mihi centum & decem : non propter vſum eorum, qui per mutuũ facti ſunt tui, ſed pro-

[b] *Not. 5. nu. 6.*

[c] *in 4. iſta ſent. diſt. 15. qu. 23. col. 1.*

[d] *Supra nu. 13.*

[e] *lib. 6. qu. 1. de iuſt. & iu.*

[f] *2.2. q 16. § 78 art. 2.*

pter bonum mutuandi opus, quod meum eſt: quia nihil reddis pro pretio vſus rei mutuo datæ, ſed in præmium operis mei boni.

Quod tamen eſt contra mentem omnium poſt & ante Thom.[a] Tum quod mutuare ad obtinendum aliquod beneficium eccleſiaſticum eſt dare ad vſuram, vt mox dicetur: beneficium tamen non eſt precium, nec iure pretio æſtimabile, iuxta gloſ. celebr.[b] vbi eam commendat Panor & Ludou.[c] Licet ſuapte natura ſit æſtimabile, vt infra dicetur. Et quamuis ad hoc reſponderi poſſit, ſæpe pretium pro præmio vſurpari, iuxta illud Terent. in Andr. *Ego ob ſtultitiam pretium fero*: replicari tamen poteſt, quod ratio cui definitio illa nititur, concludit illud pro pretio vſus aſſumi. Præterea noto, quod quamuis mutuare communiter ſit conſilii, ſaltem quando extrema neceſſitas non adeſt: nihil tamen ſperare principaliter vltra rem mutuatam præcepti eſt, quàmuis non ſit mortiferum, quando quod ſperatur exiguum eſt quemadmodum nec furtum rei exiguæ non eſt veniale iuxta doctrinam S. Thom.[d] quam in Manual.[e] & in Comment.[f] latius declaramus.

17 Colligitur item mutuare principaliter ob beneficium Eccleſiaſticum obtinendum eſſe vſuram. Quia licet tale beneficium non ſit iure pecunia æſtimabile, ſecundum gl. celebr.[g] eſt tamen ſuapte natura tale, cum ſit ius percipiendi fructus, & prouentus aliquos, ſecundum Calde.[h] latius declaratum à nobis in rubr. de præbend. Et ad hoc, vt vſura committatur, ſufficit, vt accipiatur, vel ſperetur principaliter lucrum rei ſuapte natura pecunia æſtimabilis, licet à commertio rerum æſtimabilium à iure ſeparetur. Quemadmodum etiam omnes res conſecratæ, licèt dicantur iure inæſtimabiles, eo quod eas lex à cõmertio hominẽ remoueat,[i] ſuapte natura tamẽ ſunt æſtimabiles: & qui mutuaret ob eas quærendas vſurarius eſſet. Neque plane obſtat, quod hoc peccatum ſit ſimonia argumento definitionis ſimoniæ, datæ à gloſſ. ſummæ.[k] Quia eo, quod ſit ſimonia, non definit eſſe vſura: imo eſt vſura ſimoniaca, vel ſimoniaca vſuraria: & conſequenter erit re ipſa duplex peccatum, aut vnum cum circumſtantia neceſſario cõfitenda: iuxta ea, quæ poſt alios diximus in prædicto

[a] 2.2. qu. 78. art. 1.
[b] c. coram, de off. deleg.
[c] Sing. 613.
[d] 2.2. q. 66. art. 6.
[e] cap. 17. num. 3.
[f] capitu. fin. 14. q. 4.
[g] d. c. coram.
[h] recept. in c. in noſtra, de reſcri.
[i] l. inter ſtipulãtem, §. ſacram. ff. de verb. oblig. §. ſacræ Inſtit. de rerum diuiſ.
[k] 1. qu. 1. latius declaratæ per nos in Manual. conf. c. 23. n. 99

Manual. cap. 6.

18. Colligitur etiam, peccatum vſuræ reperiri poſſe ſine pacto expreſſo, aut tacito accipiendi aliquid vltra rem mutuatam, immo, & ſine vlla voluntate paciſcendi, mutuando ſecum ſola intentione principali recipiendi ob id aliquid vltra rem mutuatam per prædicta, quod inducit etiam obligationem reſtituendi, vt Papa Vrbanus declarauit [a], cuius quidem ſanctam declarationem non fuit veneratus, vt debuit immodeſtus Carol. Molinæ.[b]

19 Decimo noto ex textu, & prædictis: vſuram requirere pactum expreſſum, aut tacitum, aut intentionem principalem lucrandi aliquid ex mutuo. Nam minus principalis, & ſecundaria intentio lucrandi non ſufficit ad conſtituendam vſuram: licet noue tenuerit oppoſitum Domin. Sot.[c] dicens vtranque intentionem vſuram conſtituere, quod minus bene dictum eſt. Primò quidem, quod contrarium tenent gloſſ. & Inno.[d] ab omnibus fere Theolog. & Canoniſt. recep. diſtinguentibus inter intentionem principalem, ſiue primariam, & minus principalem, ſiue ſecundariam, excepto Molinæo[e], qui alterum extremum amplexus, ait neutram, nec principalem, nec minus principalem obligationem reſtituendi vſuram ſine pacto inducere. Secundò, quod Caiet. [f] (cuius quandam ſententiam per eam ſuum dictum firmando Sot. laudat) ſtatim in quæſtione ſequenti, quæ quarta eſt, expreſſe id quod gloſſ. & communis, tenet: immo & in illa ipſa quæſt. 3. vbi ponit ſententiam, qua ſe iuuat Sotus, concordat communi, in illis verbis: *Oculus ſiniſter, ſeu, ſpes ſecundaria poteſt dirigi circa aliquam remunerationem*, quin & ſi ſatis perpendatur, ſignificat nũquam de hoc D. Thom. dubitaſſe. Tertiò, quod id ſatis probatur cap. ſi officia 59. diſt. & c. quid prodeſt, 6. diſt. cum ſuis gloſſ. per quæ communis id affirmat, quatenus ſignificant, id quod eorum gloſſ. expreſſe habent, ſcilicet licere ſeruire eccleſiæ, & Prælato cũ ſpe minus principali, ſiue ſecundaria obtinendi aliquod beneficium, licet non cum principali & primaria.

20 Quartò, quod quam plurima ſunt, quæ quamuis non poſſint eſſe fines principales, & primarij operis, poſſunt tamen eſſe minus principales, & ſecundarij: ver-

[a] *in d. c. conſuluit. de vſur.*

[b] *De commercijs, nu. 11.*

[c] *lib. 6. q. 1. de iuſt. & iur.*

[d] *in d. c. conſuluit, de vſur.*

[e] *vbi ſupra.*

[f] *Thom. 3. q. 3. de vſuris.*

bi gratia: Non licet dicere miſſas, & diuina officia audire, principaliter propter diſtributiones quotidianas, minus tamen principaliter ſic; iuxta gloſ. ſing. [a] Non licet item amare Deum principaliter propter aliud: quia eſt vltimus finis: & ideo propter ſeipſum tantum amabilis, vt poſt Thom. [b] diximus. [c] Nec conſequenter licet ei ſeruire principaliter propter aliud: quia id eſſet facere de vltimo fine medium: Licet tamen amare Deum minus principaliter propter aliud, vt ſeruire illi minus principaliter propter remunerationem: iuxta illud. [d] *Inclinaui cor meum ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas propter retributionem.* Adeo quod Conc. Trid. [e] anathematizat eum, qui dixerit peccare iuſtum, qui Deo intuitu præmij ſeruit. Quoniam tam merces temporaria, quam æterna aſſumi poteſt in finem minus principalem, & ſecundarium, modo in principalem, & primarium vltimumque finem præfigatur ipſe Deus ſolus digniſſimus, qui ſuo ipſius ſolius intuitu ametur, & colatur. Quinto quod pulchra & firme fulta concluſio Adriani, [f] (quem ſequimur) habet omnem actum cuiuſcunque virtutis, cuius totus finis aut partialis principalis eſt bonum aliquod temporarium, eſſe vitioſum, & nuper id probauimus. [g] Et patet paucos eſſe collatione aliorum, qui ex ſuis honeſtis actionibus aliquod bonum temporarium honoris, famæ, gloriæ, ſalutis, rei familiaris, victus ſui, aut aliorum, in minus principalem non præſtituant: quos nemo catholicorum peccare dicit. Noto etiam, quod nullum, nec principale nec minus principale lucrum, tanquam iure debitum ex mutuo expectari poteſt: ſed ſic tanquam antidorale, & remunerationem de gratia: & non de iuſtitia debitum. Vnde & cum communi aſſerimus, quod tam principaliter, quam ſecundario lucrum amicitiæ & gratitudinis ex mutuo ſperare poſſumus.

[a] *Recept. c. 1. de cleric. non reſid. lib. 6.*
[b] *2.2. q. 27. art. 1.*
[c] *in c. cum miniſter, 23 q. 1. n. 4.*
[d] *Pſal 112.*
[e] *Seſſ. 6. c. 31.*
[f] *Quolibeto 10. col. 4. in repetitione, c. inter. verba. conclu. 5. nu. 12. & 31.*
[g] *in c. cum miniſter. 23. q. 5. num. 39.*

## *SVMMARIVM.*

21 *Vſura mentalis vt deſinit eſſe vſura.*
22 *Vſura non eſt lucrum ex amicitia principaliter ſperatum.*
23 *Spes principalis non omnis illa, ſine qua non mutuaretur.*
24 *Vſura eſt acceptum ſine libera dantis voluntate.*

25 *Sed non receptum pro ſolutione debiti, aut pro labore numerandi, aut mittendi.*

21 Vndecimo noto ex prædictis, quod qui poſteaquam principaliter propter lucrum mutuauit, ſuum peccatum agnoſcens, illam intentionem mutat in intentionem minus principalem accipiendi: & poſtea gratis datum accipit: peccat quidem mutuando, ſed non peccat accipiendo: neque acceptum tenetur reſtituere, quia non recipit principaliter eo quod mutuat, vt rite dicit Richard.[a] Quem ſequitur Ange.[b] Quod licitum eſt mutuare etiam principaliter, ſicut dictum eſt, ad comparandum amicitiam, & gratiam mutuatarij, quia huiuſmodi gratia non eſt ſua natura pecunia æſtimabilis, etiam expectando aliquod lucrum pecunia æſtimabile principaliter ex illa amicitia: vt docet Thom.[c] & pulchre declarat Caiet. ibid. in opuſculis,[d] & Soto.[e] Qua quidem concluſione, & aliis præcedentibus, ſcio quoſdam frequenter conſolatos eſſe: & alios quotidie cõſolari poſſe: ideoq; omnia eſſe memoranda maxime Confeſſariis.

22 Ex quibus colligitur, non eſſe peccatum expectare lucrum aliquod ex mutuo mediante amicitia, & gratitudine, tanquam quid gratuitum ex libera eius qui recipit voluntate prouentum.

23 Colligitur item, quod non eſt vſurarius, qui mutuat cum ſpe, quod aliquid plus ſibi reddetur quam dedit: ſi eo animo id faciat, quod non deſineret id facere, quãuis nihilo plus quam mutuauit ſibi reddendum foret: cum talis ſpes ſecundaria ſit, & non principalis. Sed nec etiã, qui cũ tali ſpe lucri mutuat, quod ſine illa non mutuaret, ſi modo finis principalis mutuãdi non eſſet illa ſpes; ſed amicitia, vel amor Dei, vel virtus: & lucrum, minus principalis. Tum quia merces tam temporaria, quam æterna aſſumi poteſt in finem minus principalem, tam amoris quam obſequij Dei. Tum quia, vt aliquis finis ſit principalis actus non ſufficit, vt ſit cauſa, ſine qua non fieret actus ſed oportet, quod pluris, vel tanti æſtimetur, ac alius finis, propter quem ille fit: vt late probamus:[f] & tangitur ſupra num.

20 Exemplo ſint illi, qui principalirer celebrant, aut ad diuina officia vadunt propter Deum, & minus prin-

[a] *in 4. diſt. 15. art. 5.*
[b] *verb. vſura, 1. §. 1. adiiciendo in § 2.*
[c] *Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 3.*
[d] *ibid. tom. 3. qu. 3. & 4. de vſur.*
[e] *lib. 6. q. 1. art. 2. de iuſt. & iur.*
[f] *in d. c. cum miniſter.*

cipaliter propter pitantias vt vulgo dicunt, & diſtribu-
tiones, ſine quarum tamen lucrandarum ſpe ſecundari
non celebrarent, vel non irent.

24 Nec etiam peccat mutuans, qui non mutuat princi-
paliter ob lucrum, accipiendo à mutuatario aliquid bo-
na fide, exiſtimans id ſibi amanter, & gratis ab eo dari,
licet mutuatarius id non ſibi det tam ob gratitudinem,
quam ob timorem, ne niſi det, pecunia à ſe repetatur:
vel ſibi alia vice mutuum denegetur: quamuis ſi poſte
id reſciret, teneretur ad reſtitutionem illius, vt recte ai
Antoni.[a] & conſonat ei id, quod ait Sylueſt.[b] & Caiet[c]
Contra vero ſi dum ſibi dabatur exiſtimabat non dari
libera voluntate, ſed coacta, peccaret accipiendo etiamſi
à principio ſola charitate mutuaſſet.[d] Si quis autem
roget, quomodo mutuans ſcire poteſt, an mutuatariu
libera voluntate, an coacta moueatur ad dandum illud
plus: reſpondeo, quod ex qualitate rei datæ in lucrum
& ex iactura, vel lucro, quod mutuatarius fecit, & e
conditione naturali, & virtute liberalitatis mutuatarij
probus pœnitens, & prudens confeſſarius id coniicere
poteſt: animus enim ex coniecturis coniicitur.[e]

25 Colligitur etiam, quod qui debitori ſuo à quo de-
bitum recuperare commode non poteſt, mutuat pecu-
niam, vt ſibi hac via alterum tantum, quantum ei debe
refundat, non peccat, nihil quippe ab eo accipit o
mutuum principaliter, ſed vt ſibi debitum recuperet.
Adiicimus tamen cauendum eſſe debitori, per chiro-
graphum, vel alium modum, per quem de ſolution
conſtet: ne poſtea ipſe, vel eius hæredes iterum illu
petant, vel accipiant ſponte ſolutum, per ea quæ dix
mus in ſimili caſu in Manual. Confeſſ.[g] Neque etia
peccat, qui accipit aliquid in iuſtam mercedem labor
numerandi magnam ſummam à ſe, vel à ſuis familia
bus ſuſcepti: quia non vi mutui, ſed ob laborem num
randi accipit, neque qui capit aliquid pro ſumptu,
labore mittendi pecuniam mutuatam longe abſenti,
inquit Maior.[h]

*SVMMARIVM.*

*26 Vſura eſt quidquid amplius accipitur ob ſolutionis dilation aut datur minus ob anticipationem, in omni contra eti*

[a] *2.part.tit.1.c.7.§.6.*
[b] *verb.vſura, 6.q.3. & 4.*
[c] *2.2.q.78.art.1.*
[d] *1.aur. in c.ſalubriter.de vſur. & Silu. vbi ſupra.*
[e] *c. cum qui de venunt. lib.6. l. dolum, C.de dolo. & cap. etſi quæſtiones, de ſimo.*
[f] *Maior in 4. diſt.15.q.29.in princ.*
[g] *c 17.num.113.*
[h] *vbi ſup.*

*etiam innominato, cum multis exemplis.*

17 *Redituum venditores, & emptores in auctionibus, qui multum videntur peccare.*

18 *Fortuitorum caſuum renuntiatio minuere debere reditum pretium, quod apud paucos facit*

19 *Carolus V. Imperator, & Rex Philip. ſecundus, & eorum conſiliarij laude ob hoc digniſſimi.*

16 Noto duodecimo, quod ex eodem textu, & prædictis colligitur, eum, qui emit, aut conducit aliquid minoris iuſto pretio infimo, ob anticipatam ſolutionem committere vſuram, & è contrario, eum qui vendit, aut locat maioris iuſto pretio ſummo, ſiue rigoroſo, ob dilatam ſolutionem. Quia omnes prædicti accipiunt, aut volunt accipere aliquod lucrum pecunia æſtimabile vltra ſortem principaliter ratione mutui palliati, & occulti, & ita tota definitio vſuræ poſita ſupra num. 6. conuenit huic lucro, vt & ipſis tota definitio vſurariorum * Idem eadem ratione eſt dicendum de omnibus, qui per permutationem, vel quemcunque alium contractum innominatum, do, vt des, facio vt facias, &c de quibus [a] volunt recipere, vel recipiunt aliquid maioris valoris, eo quod dederit, vel dent aliud minoris valoris aliquanto tempore antequam recipiant rem maioris valoris. Et conſequenter, qui in hyeme dant mercenariis ante tempora meſſis, vel putationis, vel foſſionis vinearum aliqua, quæ non ſunt tanti valoris quanti operæ, quæ promittuntur prȩſtandȩ in illis, vſuram committunt: ſicut è contrario omnes mercenarij, qui carius ſuas operas prȩſtant tempore, quo illȩ ſunt prȩſtandȩ, eo quod ſolutio mercedis in hyemem ſequentem eſt facienda.

a *In l. naturalis, ff. de præſcrip. verb.*

Quod non videntur ſatis animaduertere, qui militibus egentibus pannum & veſtes, corium, & calceos, immo, & aliquando panem, & vinum, & carnes maioris iuſto pretio maximo, ſiue rigoroſo vendunt (eo quod ſolutio differtur in tempus, quo eis ſtipendia ſunt ſoluenda) quam venderent prȩſenti pecunia. Neque econtrario ſatis hoc perpendunt milites, qui prȩſenti pecunia emunt omnia prȩdicta minoris iuſto pretio infimo vel pio, eo quod longe poſtea ſint ea recepturi. *

27 Colligitur item quod obnixe rogandus eſt Deus, vt de more pius inſpiret veram pœnitentiam cum voluntate reſtituendi coniunctam plurimis emptoribus ſiue conductoribus, qui reditum epiſcopatuum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorũ, præſertim ſummorum Magiſtrorum illorum Hiſpaniæ ordinum militarium, & commendarum eorundem, Dominatuum, item ciuitatum, oppidorum, & vectigalium, & cẽſuum regalium, & aliorum publicorum, vel priuatorum emunt ſiue conducunt, à neceſſitate oppreſſis, multo minori iuſto pretio infimo, ob ſolutionem anticipatam vnius anni, & minori ob duorum, & adhuc minori ob trium. Orandus item, vt idem inſpiret his, qui econtrario vendunt, vel locant ſpecies, cinamomum, piper, & crocum, pannum ſericum, lanas, aulea, libros, papyrum, & alia ſimilia: boues, vaccas, equas, oues, & alia pecora his, qui eis indigent, ad ſe ſuſtentandum, vel ad quęrendum præſentem numeratam pecuniam, reuendendo protinus, ea minoris iuſto pretio. Vendunt, inquam, vel locant maioris iuſto pretio ſummo, vel rigoroſo, propter dilatam ſolutionem. Colligitur etiam orandum eſſe Deum, vt parcat hominibus illis eccleſiaſticis & ſæcularibus, præſertim prædiuitibus, qui agros ſuos locant colonis ſuis pluris iuſto pretio, ſummo, vel rigoroſo, eo quod ampliant terminum ſolutionis ſibi debitorum, vel mutuant à principio triticum ad ferendum, & victum, vel pecunias ad emenda quædam alia in agrorum culturam neceſſaria, data eis ad ſoluendũ dilatione longa. Quibus quidem actibus eos adeo fatigant, vt cogantur miſerius viuere, quam ſi eſſent veri ſerui, & vera mancipa.

28 Orandus item vt etiam parcat illis, qui reditus ſuos quam maximo poſſunt pretio locant, in auctionibus publicis allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donarijs incrementorum, (quæ Hiſpani vocant, *Pujas*) & dilationibus ſolutionum, & adigentes conductores facere renũtiationes iurium caſuum fortuitorum, maiores, & rigidiores, quam ante noſtram ætatem Hiſpania viderit: nulla ratione habita, an pretium, quod eis promittitur, ſuperet iuſtum, an non, neque quod diminuit pretium iuſtum adiectio earum re-

nunciationum, cum prouentus illi minoris valeant cū onere præfatarum renunciationum, quam ſine illo. Nulla item habita ratione quod huiuſmodi prouentus non tanti valent illi qui eos Chriſtiane colligit, & iuſte vendit, quam illi, qui per fas, & nefas, quo iure, quaue iniuria eos colligit & exigit, & poſtea vendit eoſdem multis mendacijs, & ſimulationibus adhibitis, longiſque dilationibus ad ſoluendum conceſſis, illiſque durantibus frequenter vtendo gratis debitorum hoſpitijs, & nō pauca munuſcula coacta potius quam libera voluntate ſibi oblata ſuſcipiendo, pauperum ſanguinem tanquam ſanguiſugæ inſenſiliter ex ſugendo.

29 Noto tertiodecimo, ex textu & prædictis colligi mille bonas precationes ſiue benedictiones deberi Cæſareæ Maieſt. Caroli V. Imperatoris, & Regiæ Catholicæ eius filij Regis Philippi ſecundi dominorum noſtrorum, ipſorumque proceribus, ob illam pragmaticam ſanctionem, ne quis emat, aut conducat reditus prouenientes ex tritico, hordeo, vel alijs granis, ex quibus conficitur panis: quę nō parua ſalus fuit ſuis regnis, nec paruum frænum multis vſuris palliatis, ſaltem paruis quæ in tenuiorum oppreſſiones exercebantur.

## *SVMMARIVM.*

30 *Vſura non eſt ſemper lucrum ſocietatis ſalua ſorte remanente & quo modo id fieri poteſt per tres contractus, &c.*

31 *Intellectus nouus cap. per veſtras. de donat. inter virum & uxorem.*

31 *Vſurariam non eſſe conſuetudinem immemorialem recipiendi quatuor pro centum, ſalua ſorte, qua ratione defendi videtur.*

32 *Conſuetudo immemorialis habet vim conſtituti.*

33 *Mutuum non facit ſola ſecuritas pecuniæ datæ.*

34 *Dominiū rei non facit tranſire in aliū ſola periculi receptio.*

35 *Dominus non omnis de ſuo vt libet diſponit.*

36 *Obligatio debitoris non tollitur ſecuritate adiecta.*

30 Noto decimoquarto, quod ex tex. & prędictis colligitur, magnæ quæſtionis eſſe, an aliqui poſſint in-

ter ſe ſocietatem ita contrahere, vt alter, ſaluā ſorte principali, aliquid vltra illam ſine vſura capiat? Cui reſpondimus affirmatiue in Man. Confe.[a] quod ipſum Vlyſſiponæ antea conſulueramus, monſtrando in primis quendam modum ad id Maieſtati Regiæ, à quibuſdam iuris doctoribus oblatum, non fuiſſe vllatenus admittendum. Quem modum colligimus à Ioan. Maio.[b] & ex Caietan.[c] Qui tamen mercatoribus parum placuit, eo quod parum lucri ſibi allaturus viſus fuit, quamuis pro ſua in religionem Chriſtianam obſeruantia ab alio abſtinuiſſent. Modus autem præfatus quem ipſe Regiæ Maieſtati obtuli conſiſtit in faciendo tres contractus, quorum primus ſit ſocietatis, quo alter conferat pecuniam, & alter operam & induſtriam ad commune lucrum, & damnum. Secundus, quo qui operam & induſtriam conferet, aſſecuret alteri ſortem principalem, iuſto in id pretio ſibi ab eo conſtituto, aut altero tanto ex lucro remiſſo. Tertius, vt ad tollendas moleſtias, & ſuſpiciones malas rationum reddendarum de lucris, & damnis earumdem conueniant, vt qui ſortem aſſecurat etiam aſſecuret alteri lucrum certum, pro incerto, iuſto etiam in id pretio conſtituto, aut altero tanto ex lucro remiſſo. Quem (inquam) modum dicimus eſſe licitum, ceſſante omni fraude vſuraria, & ſimulatione, & infamiæ periculo. Cuius iuſtitia efficaciter probatur, eo quod omnes fatentur, hos tres contractus iuſte cum tribus diuerſis hominibus fieri poſſe, & quod nullo textu nec vlla ratione probari poteſt, cū cum vno, & eodem fieri non poſſint, ceſſante omni fraude, & vſuraria, & doloſa ſimulatione: ita quod lucrum illud certum, quod pro dubio ſed veriſimili aſſecuratur, ſperetur ex iuſta negotiatione ſocietatis, & nō alia illicita. Addimus præterea in dicto Manual Confeſſ.[d] ſecuti præfatum Ioan. Maio.[e] prædictos tres contractus vno, & eodem tempore ita fieri poſſe, ac tribus diuerſis: cum eadem ratio id perſuadeat,[f] modo, vt diximus, fiant ceſſante omni fraude vſuraria, & iniuſta ſimulatione. Addimus item, quod qua ratione fieri poteſt per tres contractus formales, & expreſſos, ita fieri poteſt per tres tacitos, & æquiualentes, quia regulariter eadem eſt virtus taciti, quæ expreſſi.[g]

*a c. 17. nu. 254.*

*b in 4. diſt. 15. q. 49. Sylu. in verbo ſocietas. q. 2.*

*c in lib. 17. reſp. reſponſ. 11. quæ nunc habetur in opuſculis ſuis tomo 1. tract. 31. reſponſ. 11.*

*d c. 17. num. 255.*

*e vbi ſupra.*

*f argumento, l. illud. ad l. Aquil.*

*g l. cum quid ff. de reb. cred. & c. 2. de reſcr. & duorum æquipollent. fin ff. mād.*

Poſt hæc ſcripta cum præfatum Manual Confeſſ. latinitate donaremus, poſuimus exemplum faciendi hoc per contractus tacitos, & æquipolentes, cum ſumma probationum, quos olim Vlyſſiponæ adduxeramus, nempe: Si quis negotiator publice proteſtaretur, ſe paratum ad accipiendam pecuniam à quocunque volente illi conferre illam in ſocietatem, cum pacto de aſſecuratione ſortis ad rationem 4. pro centum, & lucri certi quatuor pro duodecim incerti lucri, ita quod ex lucro incerto veriſimili duodecim, ex centum accipiat quatuor pro aſſecuratione ſortis, & quatuor pro certificando lucro 12. & conſequenter non teneatur reddere niſi quatuor: & poſtea alius ſciens hanc proteſtationem confert ei centum, dicens: Ego confero tibi cẽtum in ſocietatem negatiotionis cum ſecuritate ſortis, & redemptione lucri incerti iuxta proteſtationem tuam. Pro quo præter prędicta vrget, cap. per veſtras, de donat. inter virum & vxorem. ſic noue inductum.

31 Ibi Papa iubet, vt marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucri honeſti onera matrimonij ſuſtentet, & ita intentio eius fuit, vt dos ſalua ſeruaretur: ſiquidem ob hoc iubebat illam à marito auferri, & ita videtur noluiſſe, vt ad lucrum, & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obiicere. Voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera ſuſtentanda: at hæc duo fieri non poſſunt ſine aſſecuratione capitalis, & ſine redemptione lucri incerti pro certo: ergo Papa tacite voluit ills fieri, Vrget itẽ; quod in multis Galliæ partibus, quando in ea prælegebamus, audiuimus, & nunc audimus in aliquot Italiæ partibus & montibus idem ſeruari quod eccleſiæ, & viduæ, & pupilli more immemoriali antiquo conferebant ſuas pecunias mercatoribus, quo quatuor ſecuros pro centum in ſuam ſuſtentationem lucrarentur.

32 Quæ plane conſuetudo defendi nullo modo poteſt per intellectum quem Ioan. Andr. & nonnulli alij in d cap per tuas aſſignant, ſcilicet, quod in fauorem eccleſiarum, viduarum & pupillorum cum illo lucro mutuari poterat: quia eſſet vſura, quæ neque etiam ad redimendos captiuos admitti poteſt[a]. Vrget item

[a] *capit. ſuper eodem de vſuris.*

quod nullo alio modo defendi poteſt, quam dicendo, quod exordium cœpit ab hoc ſocietatis modo, qui fit cum ſecuritate, & redemptione prædictis, & cõtinuata fuit vſque ad illud tempus. Ad quod conijciendum vrget etiam, quod vix tertiã partem lucri dubij veriſimilis, quod ſibi pro ſua rata regulariter obuenire poſſet, accipiebãt, & accipiunt. Nam veriſimile lucrum cẽtum ad minus erat 11. vel 15. & non recipiebant niſi quatuor pro centum, quod ſignificat, illos reliquas duas partes, pro ſecuritate eiuſmodi, & redẽptione dubij pro certis relinquere. * Vrget etiam, quod conſuetudo immemorialis habet vim cõſtituti: & per eam probatur titulus, vel priuilegium, quod allegatur.[a] Et quod prædicta cõſuetudo erat immemorialis, vt poteſt allegari, quod habuit originem à modo contrahendi ſocietatem, adiecta præfata duplici aſſecuratione. Præterea vrget etiã quod pręfata regna cum primis omnium ſemper floruerũt pietate, ſanctitate, & eruditione: & quod in initio præfatę conſuetudinis homines eorum ( vt par eſt credere) non erãt peiores ſed multo meliores, quam nunc ſumus, & ideo nõ permiſiſſent conſuetudinẽ huiuſmodi vſurariam tanto tẽpore coaleſcere, niſi aliqua ratione iuſtificari potuiſſet. Obſtare tamẽ ijs videtur, primo, quod Caietan. quem pro nobis citamus,[b] videtur eſſe contrarius. Secundo, quod expreſſe damnat contractũ quendam ſocietatis allatum ex Germania, quo quis dabat in ſocietatem cẽtum alicui mercatori, ſaluo capitali, eo pacto, vt ſibi redderentur ſecura quinque in anno pro ſua parte lucri ex eis quærendi. Tertio quod etiam expreſſe aſſerit ipſe, quod contractus ſocietatis, quo ſaluo capitali reddãtur quinque pro centum pro parte lucri, non poteſt iuſtificari per pręfatos tres contractus ſubintellectos. Quia ex natura cõtractus ipſius ſocietatis non ſubintelligũtur. Quarto quod etiam aſſerit nõ licere contrahere ſocietatem cum aliquo mercatore, eo pacto, vt ipſe teneatur aſſecurare capitale, & aliquã partem lucri. Quinto quod ex hac opinione ſequeretur, licere nobilibus mutuare ad vſuram, quatuor pro centũ.[c] Sexto, quod ex eadem videtur aperiri via exercẽdi vſuras, ad rationem quatuor, vel quinque pro centum.

Sed hęc nullatenus obſtant, ad primum enim reſpon-

[a] *pro ea l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æſt, & c ſuper quibuſdam, § præterea, de verb. ſign.*

[b] *in dict. reſponſ. 11.*

[c] *iuxt. l. eos, C. de vſuris.*

detur, negando, quod Caiet. ſit contrarius: quia immo in 2 arti. præfatæ reſponſ. expreſſe dicit, quod licite poteſt fieri, per tres contractus prædictos, vt in contractu ſocietatis ſaluum maneat capitale.

Ad ſecundum reſpondetur concedendo id, quod ipſe ait: nempe quod contractus ſimplex dandi in ſocietatẽ centum, ſaluo capitali, & quod quinque reddãtur pro parte lucri, eſt illicitus, ſi formaliter, vel æquipollenter, non fiant præfati tres contractus: ſed non ſi fiant illi, quod ipſemet concedit. Et quod non dicimus nos valere, vel eſſe licitam conſuetudinem aliquarum partium Italiæ, & Galliæ, qua orphani, & viduæ dent mercatori centum in ſocietatem, vt ſaluo capitali reddantur illis quatuor in anno: ſed quod illa conſuetudo potuit habere iuſtam originem à contractibus initis, cũ prædicta duplici aſſecuratione: & quod ſi poſſet ſatis conſtare hoc, & quod intentio eorum, qui eam introduxerunt vſque ad tempora noſtra, fuit tacite, & æquipollenter facere id, quod à principio fiebat, poſſet iudicari licita, & quod ad conijciendum hoc multum faciunt præfatum per veſtras, & alia ſupradicta.

Ad 3. concedimus etiam, quod non licet contrahere ſocietatẽ eo pacto, vt alter teneatur aſſecurare aliquod lucrum, & capitale, quod ipſe ait: ſed negamus, quod contracta prius tempore, vel natura ſocietate non poſſint de vtriuſque libera voluntate aſſecurationes illæ fieri, quod nos aſſerimus, & ipſe Caiet fatetur.

Ad 4. concedimus, quod cõtractus ſocietatis, vt ſaluo capitali, aliquod certum lucrum reddatur cõferenti pecuniam, non poteſt iuſtificari per prædictos contractus ſubintellectos, ex ſola natura contractus, quia non ſubintelliguntur ex ſola illa: ſed negamus quod non poſſit iuſtificari per eos formaliter, ſiue expreſſe, vel æquipollenter, ſiue tacite additus, vt prædictum eſt.

Ad 5. negamus ex hac opinione ſequi, quod liceat nobilibus mutuare ad vſuram 4. pro 100. ſed ſolũ licere nobilibus, & quibus alijs inire ſocietatem cũ pacto, quod capitale, & aliquod lucrum, ſint ſalua & ſecura cõferenti pecuniam, ſoluendo pro aſſecuratione quod iuſtum fuerit, quod longe diuerſum eſt.

33 Ad ſextum, negamus per hoc aperiri viã exercendæ

vſuram ad quatuor pro centum: quia vſura non quæritur, niſi ex mutuo vero, vel palliato, & ex hac opinione ſolum ſequitur, quod poteſt quæri lucrum quatuor pro centum ex contractu ſocietatis, & prædictis aſſecurationibus, quæ ſunt longe diuerſa, & à diuerſis non fit illatio[a]. Intelligenda ſunt autem hæc omnia, vt prædiximus, ceſſante omni fraude, & ſimulatione, ita vt coram Deo formaliter, aut æquipollenter prædicti tres contractus fiãt: quia niſi ceſſantibus his, nec duo, nec vnus quidem fieri poſſet. Poſteaquam hæc ſcripſimus præfatus Sot. vir alioquin doctiſſimus[b], tria de hac reſcripſit. Primum nihil intereſſe an huiuſmodi contractus eodem tempore vel diuerſo fiant, quod recte dictum videtur, quoad Deum & forum conſcientiæ: licet multum intereſſe poſſet quoad homines, & forum exterius ad peius præſumendum, cum eodem tempore, quam cum diuerſis fiunt.[c] Secundum licere inire prædictos tres contractus cum tribus diuerſis hominibus, immo etiamſi primus ſcilicet ſocietatis & ſecundus ſcilicet lucri certi pro incerto cum vno fierent: & tertius ſcilicet ſecuritatis cũ alio, quod etiam communiter approbatur. Tertium non eſſe licitum primum, ſcilicet ſocietatis, & tertium ſcilicet, ſecuritatis capitalis, cum eodem facere, neque eodem tempore, neque diuerſis, per nouam quandam, ſed parum perpenſam rationem. Nempe quod pecuniam in ſocietatem conferre ſecuritate à ſocio præſtita, aut etiam collatam ſic aſſecurare, re vera ſit mutuare, aut mutuum facere. Quia conferens ita pecuniam, vel incipiens ſic collatam habere, eius dominium in recipientem transfert cum eius periculo maneat, & conſequenter pro ſuo libito perinde illa vti poſſit ac ſi mutuo data fuiſſet, negotiando, & prædia, vel cenſus emendo, aut alias diſtrahendo, eo quod ſi pereat eius damno pereat: & ſi ſeruetur, eius commodo ſeruetur. Quod non contingit, quando cum vno fit primus contractus ſocietatis, & ſecundus lucri, tertius autem de ſecuritate cum alio: tunc enim is, cui pecunia traditur non tenetur reſtituere, & ei qui ad id tenetur, pecunia non datur, & ſic nullum mutuum inuenitur. Quæ certe ratio, etſi primo aſpectu cuipiam tardo, veri ſpeciem præ ſe ferre videatur, nullatenus tamen eſt firma.

[a] *l. Papinianus, ff. de minorib.*

[b] *lib. 6. q. 6. art. 1. de iuſt. & iure.*

[c] *argu. c. ad noſtram, de emptio. & vendit. c. ille vos cum eis annot. de pignor.*

34 Primò quidem, quod aperto iuri contrarium eſt, dicere, dominium rei eo ſolo in alium tranſire, quod periculum in ſe recipiat: tum quia expreſſe Grego. nonus[a] definit,[b] id quod conceditur alicui certi vſus gratia cum pacto, vt totum periculum ſit penes recipienté (etiamſi caſu fortuito pereat) eſſe commodatum: & cõſtat dominium rei cõmodatæ in commodatarium non tranſire, ſecundum glo. ab omnibus recept. tum quod idem Gregor.[d] definit: commendatum alicui cuſtodiendum cum pacto, vt cuſtodientis periculo maneat, eſſe depoſitum, & conſtat depoſiti dominium non tranſire in depoſitarium.[e] Tum quia culpa, & mora regulariter transferunt periculum in debentem, vt idem Grego. vtrobique præſupponit, & tamen noto notius eſt, culpã & moram non eſſe titulos transferendi dominij.

*a in c.1. de commodat.*
*b iuxta d. 1. C. eod.*
*c in d.c.l. 1. de commod.*
*d in c. fin de depoſito, iuſta l. 1. §. ſi conueniat. ff. eodem.*
*e l. 1. & l. licet, ff depoſiti.*

35 Secundo, quod etiam eſt iuri contrarium dicere quod quis poſſit diſponere pro libito ſuo de omni re, quæ ſuo periculo, vel commodo ſtat, aut perit. Quia omne cõmodatum, & depoſitum cum pacto, vt periculo commodatarij, & depoſitarij maneat, quoad reſtituatur, & omne aliud quod eſt penes aliqué, qui eſt in mora reſtituendi, manet, vel perit eius periculo: & tamen certi iuris eſt, non poſſe illos iuſte eis vti in alios vſus quam in quos acceperunt, vel habent. Adeo quidem, quo ſi in alios vſus vtatur contra voluntatem commodantis, deponentis, vel alias tradentis, furti conueniri, & dupli, vel quadrupli damnari.[f] Tertio, quod etiam iuri repugnat dicere, quod ſocius apud quem pecuniam conſtitui, ad reſtitutionem non teneatur, eo quod aliquis tertius ſecuritaté præſtiterit: quia perinde tenetur ac ſi nullam ſecuritatem præſtitiſſet. Nullo enim iure, nec vlla ratione probari poteſt eximi qué ab obligatione, eo quod alius illius debita aſſecuret. Nam nec fideiuſſio, neque pignora eam tollunt, aut diminuunt: quia hæc omnia adduntur ad augẽdam, & non ad diminuendam obligationem & inducta ad augendum non operantur diminutionem, nec é contrario,[g] quia inducta in vnum finem non debent contrarium operari.[h] Quarto, quia ſocius meus non poteſt vti pecunia, quam ego in certam negotiationem illi trado, in aliam: & ita non poteſt vti pecunia, quã ad mercaturam faciendam dedi, in emendos cenſus,

*f §. placuit, iuſt. de oblig. quæ ex delict. naſcun. l. qui vas, §. vetare. ff eod. l. fin. §. ſed ſiquidem. C. de iure domin. impetran. auth. præſenti C. de fideiuſ.*
*g l. legata inutiliter. ff. de adimendis legat. & cap. fin. de verb. ſignif.*
*h c. ad noſtram, de appell. l. 1. ff. eod.*

quamlibet ſalua mihi maneant lucrum, & ſors: id enim eſſet vti re mea in alios vſus, quã in quos eam tradidi: quod ſpecies furti, & peccatum eſt.[a] Quinto quod etiã cõtra ius eſt dicere, quemlibet, in quem dominium rei tranſit de ea pro ſua volũtate diſponere poſſe: Id enim locum non habet, quando cum aliqua reſeruatione, & onere vtendi ea in certũ finem, vel modum tranſiit, vt dominiũ rerum, quas primus maritus vxori ſuæ dedit transfertur in illam.[b] & vt dominum. Primigeniorum, & multarum aliarum rerum tranſit in eos, qui ad ea vocantur. Et conſequenter quamuis pecuniæ dominium ad ſocium transferretur, qui tamen transfertur cum ea reſeruatione, & onere, vt ea vtatur in talem negotiationem, aut in tractandas merces, non poteſt in alias res, quam in deſtinatas expendi.[c] Cum igitur dominium rerum in accipientem non transferatur eo ſolo, quod eas recipit, cum pacto, vt omne periculum caſuum fortuitorũ ad ſe ſpectet per primum argumentum, & hoc ſolum faciat aſſecuratio: cumque nemo eo ſolo, quod rem periculo ſuo recipiat vti poſſit ea in alios vſus, quã in quos recipit, per ſecundum argumentum: cumque nemo, in quem tranſit rei alicuius dominium, reſeruato aliquo iure, vel onere, poſſit ea iuſte vti, niſi ſaluo illo iure, vel onere per tertium argumentum.

36 Cumque denique ſecuritas à tertio præſtita obligationẽ ſortẽ reſtituẽdi ſocio, nec adimat, nec diminuat per quartum argumentum, perſpicuum profecto eſt, prædictam Soti rationem quatuor de cauſis corruere, ideoque nihil concludere, & noſtram concluſionẽ manere firmam. Quam etiam confirmat ea conſideratio, quæ ex præfatis infertur, quod ſocius tradens pecuniã cum his conuentionibus cogere poteſt ſocium negotiantẽ, vt eam in illã ſolam negotiationem in quã tradidit impendat, & etiam ab eius ſocietate diſcedere, ſi contrarium faciat,[d] non obſtante aſſecuratione, & lucri certi pro incerto venditione: aut ei auferre ſuam pecuniã, & alteri dare, quatenus ius, & pacta patiũtur: quin & alia pacta addere poteſt, quibus ſocietas clariſſima efficiatur, & exprimere id, quod iure tacitè ineſt: ſcilicet ſe nolle, vt ea pecunia in alias negotiationes, quam in illas, aut illas, vtatur: nec aliud lucrum certum vel incer-

[a] *l. ſi conuenerit. ff pro ſocio. & argumento prædicti. § placuit, & l. qui vas. §. vetare, & clementi. quia contingit de religio. domi. & eorum quæ ibi pulchre tradidit Cardi*

[b] *l. fœminæ, C. de ſecund. nupt.*

[c] *l. 1. & l. legatum, ff de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. l. legatum. de vſufruct. leg. & dicta Clem. quia contingit.*

[d] *l. ſi conuenerit. & l. ſi ſocius ff. pro ſocio.*

rum ſperare,quam quod illa,vel illa negotiatione comparabitur:immo & addere pœnas cōtractui ſoluendas, ſi aliter,quam conuenerit,vel tacite iure intelligitur,negotietur. Quod non ideo aſſerimus, vt cupiamus homines ab antiquioribus modis lucrandi ad hos nouiores adducere. Nec quod credamus, multos tam exiguo lucro contentos fore,ſed quia vis veritatis,& iuris,in id nos adigit: & quod magnopere deſideremus auidos homines ad magna lucra illicitis modis facienda, ad hęc parua modo licito quęrenda allicere,qui forte nulla via licite quærenda propoſita ab illis non diſcederēt: & quidem credimus nō eſſe hoc vſuræ tam finitimum, quam ſunt cēſus perſonales, quos prædictus Sotus cōcedit,quos tamen infra Notab.22.impugnauimus.

## *SVMMARIVM.*

*37 Intereſt quid, & quotuplex*
*38 Intereſſe damni & lucri quid.*
*39 Intereſſe ex mutuo capitur tribus caſibus ſecundum omnes.*
*40 Intereſſe extra rem regulariter non debetur.*
*41 Vſuram,nec diſpenſatio,nec vis facit licitam.*
*42 & 43. Intereſſe, & vſura differunt iuxta leges Romanas.*
*42 Et ita non debetur intereſſe eo ſolo quod vſura debeat.*
*43 Pecunia plus valet apud negotiatorem, quam apud alios, vt triticum ſeminale apud volentem ſeminare, & nō habentem aliud ſimile.*
*44 Pretium rei non augetur per furtum, aut vim.*
*45 Vendere quis ſuum poteſt pretio quo ſibi valet. quamuis alijs non tantundem valeat.*
*45 Pecuniæ duplex potentia ad lucrandum.*
*45 Virtuti magis,quam vitio fauendum.*
*46 Papæ commentanti non creditur,vt legem ferenti.*
*47 Intereſſe damni & lucri, vt differunt.*
*84 Vendere vt licet ſpe lucri.*
*49 Amor an dicatur cogere vt timor.*

NOto decimoquinto ex text. & prędictis licitum eſſe mutuanti accipere aliquid vltra ſortem

nomine intereſſe, tam lucri ceſſantis, quã damni emergentis.

37. Et quia multi percupierunt vt explicaremus, quid in noſtro Manua. Confeſſ.[a] appelletur intereſſe, & quotuplex ſit, & an vtrunque capi poſſit, & peti à mutuante, tam pro illo loco, quam pro iſto dicimus, prætermiſſis ſubtilitatibus tam definitionis intereſſe, quam membrorum diuidentium, & ſubdiuidentium ipſum. De quibus late Bart. Bal. Salic & alij nouiores,[b] (quibus ex parte materia obſcuratur) Dicimus inquam primo, id quod iam tranſtulimus in Manua. Confeſſ.[c] Quod intereſſe in genere eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans, eo quod aliquid fieri ceſſatur.[d] In qua definitione coniunctio, *&*, accipitur pro *vel*: & verbum *fieri*, pro vt comprehendit, *non fieri*, eo quod non facere, ſit facere,[e] & ita in propoſito intereſſe, id dicitur, quod mutuans perdit de ſuis rebus, aut deſinit lucrari eo quod mutuat, aut eo quod ad præſtitutum diem non ſoluitur. Et ſic duplex eſt intereſſe, alterum damni emergentis, alterum lucri ceſſantis.[f]

38 Exemplum damni emergentis: habeo pecunias quibus reficiam domum ne corruat, aut quibus æſtate volo triticum emere in totius anni alimenta, aut fœnum pecoribus, aut ſepta, ſiue aggeres aquæ molendinorum reſtituere, aut mea debita ſoluere, quas mutuo tibi, & quia eas ad præſtitutum diem non ſoluiſti domus concidit, Triticum duplo carius emi, pecora fame interierunt, molendina non molunt, aut intereſſe debitoribus meis ſoluo, aut res meas vilius vendo, quo illis ſatisfaciam: damnum ex hoc mihi ſubſecutum dicitur intereſſe damni emergentis. Exemplum intereſſe lucri ceſſantis: ſum mercator, habeo pecunias quibus merces emere volo ad negotiandum, eas tibi mutuo, & die præfixo non reſtituis lucrum quod ob id facere ceſſo, eſt meum intereſſe lucri ceſſantis.

39 Secundo dicimus, quod inter omnes conuenit, vtrumque horum contingens ob mutuum peti poſſe in duobus caſibus. Prior eſt, cum culpa aut mora in ſolutione præceſſit.[g] Poſterior autem caſus, cum ante aut poſt moram contingit: mutuum tamen datum fuit per aliquam vim regis, ciuitatis, aut cuiuſuis alius, Tertio, in

[a] *c. 17. num. 211.*

[b] *in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.*

[c] *c. 17. num. 211*

[d] *ſecund. gloſſ in verbo, poßibile,* C. *de ſent. quæ pro eo quod.*

[e] *l. ſi mora, ff. ſolut. matr. & glo. recept. lib. 2. in prin ff de verb. oblig.*

[f] *gloſſ 4. d. l. 1. cuius §. fin. id probat.*

[g] *glo. celeb. c. cõ. quæſtus, de vſur. per c. dilecti. de foro compet. c. peruenit. & c. cõſtitutus, de fide iuſſ. & l. 1. ſub finem. C. de ſent. qua pro eo quod inter prob. opt. text. in l. 3 fin. ff. de eo quod certo lo.*

ter omnes etiam cenuenit, intereſſe damni exigi poſſe, etiãſi, nec vis, nec mora aliqua interueniat, modo mutuatarius admonitus fuiſſet tẽpore mutui, damni quod euenire poterat, & fuiſſet contentus illud vna cum ſorte mutuata ſoluere, vt expreſſe determinat D. Thom.[a] In quibus tribus caſibus non ſolum licet accipere, & exigere: ſed etiam à principio conuenire de ſumma, quæ vltra ſortem ſibi rependenda eſt, ex veriſimili illo intereſſe damni, aut lucri, vt late prędictus Sot. ſcripſit,[b] quamuis magis, quam alij hanc materiam reſtringere ſit conatus. Quarto, quod ſolum dubitatur de caſu, in quo quis ſponte, ſine vi mutuat pecunias expoſitas negotiationi, aut rerum frugiferarum emptioni & ceſſat à negotiatione, ac frugiferorum emptione, poſſit capere licite intereſſe lucri ceſſantis contingentis ante moram & culpam? Nam Innoc. tenet, quod non.[c] quem præd. Sot. laudat, & ſequitur, quamuis dicat ſe contrariam opinionem minime damnare: & pro ſua opinione adducit primo prædict. Inn.[d] qui hoc affirmat. Deinde S. Thom.[e] qui videtur ei ponere hanc differentiam inter intereſſe damni, & intereſſe lucri, & Durand. & Scot. quos dicit eſſe ſecutos Thomam.

40 Tertio, quod nullus tex. videtur reperiri, qui concedat hoc intereſſe lucri ceſſantis accipi ab eo, qui culpa caruit, nec moram in ſolutione adhibuit. Quarto quod videtur ei, nullum antiquum Doctorem aperte oppoſitum tenuiſſe, & quod immo Scot.[f] & Durand.[g] D. Tho ſequuntur.

Pro contraria tamen ſententia, quæ receptior eſt, facit primo, quod vt etiam ille dicit, eam tenent Conrad.[h] Sylueſt.[i] Caiet.[k] & Adrian.[l] Addimus nos, quod etiã idem tenent Panor.[m] & ante illum Hoſtien. & Anton.[n] & Ioan. And.[o] quatenus dicit, dictum Hoſt. habere locum, quando debitor ſolutionem diſtulit: quia alias quiſque voluntatem negotiandi fingeret, & poſtea pecuniam ad intereſſe daret. Quæ ratio ſolum includit, noſtræ opinioni locum non eſſe, quando re vera, & coram Deo mutuans negotiari non vult, ſed fingit ſe velle, quod omnes fatemur, & conſequẽter Io. And. fateri debet, aut nihil ſuam rationem valere, aut noſtram opinionem eſſe veram. Et etiã Io. de Lignano grauiſſimus

a *2.2.q.78. art. 2. ad primum.*
b *lib. 6 q.1. art. 3. de iuſt. & iure.*
c *in c. final. de vſur.*
d *in d.c.fin.*
e *2.2.q.78. art. 2. ad primum.*
f *in 4. diſt. 25. q. 2.*
f *in 3 diſt. 37. qu. 2.*
g *de contract. q. 30.*
h *verb. vſura. q. 19.*
i *2.2.q.62. ar 4.*
k *in 4. de reſtit. qu. de vſu.*
l *in c. fin. de vſu.*
m *in c. ſalubriter eod. tit.*
n *in d.c.fin.*

Doctor, & Lauren. de Rodul-[a] tenent idẽ quod Hoſt & etiã S. Ant.[b] tres rationes ad id adducẽs: quãuis dicat melius eſſe, vt huiuſmodi contractus diſſuaderentur, quod nos etiã fatemur, niſi quando cõſtaret maius obſequium Deo per eorũ exercitũ præſtitum iri, quod toties vſu venit, quoties proximus liberaretur à magno damno mutuata ſibi pecunia iam mercaturę parata pro exiguo lucro intereſſe lucri ceſſantis. Præcipuarũ rationũ, quib⁹ ad id mouemur prima eſt, quod ipſemet Sot. fatetur intereſſe dãni vnius domus ex mutuatione proueniẽs iuſte poſſe accipi: & cõſtat id eſſe intereſſe, quod extra rẽ dicitur ſecundũ Barto. & alios[c], & quod tale nõ magis debetur quã intereſſe lucri ceſſantis.[d] Ergo ſi illud iuſte accipi poteſt abſque eo quod culpa aut mora præcedat, poterit & hoc[e]. Secũda, quod idẽ Sotus fatetur, quod intereſſe lucri ceſſãtis. culpa & mora nõ præcedentibus, accipi poteſt ab eo, qui vi aliqua mutuat.

41 At vis non poteſt vſuram licitam facere, cũ illa iure naturali, & diuino prohibita ſit, vt dictũ eſt ſupra[f] & ipſe latius probat: igitur ob interuentum vis huiuſmodi intereſſe lucri accipere nõ licebit, aut quamuis illa non interueniat, licebit. Tertia, quod Alex. 3. expreſſe determinauit,[g] non poſſe diſpenſari ſuper prohibitione diuina vſurarum, & quod vt nullatenus mentiri licet, ita nec ad vſuram dare, & cõſequenter, quod ſicut nulla vi fieri poteſt, vt quis licite mẽtiatur, ita nulla vi fieri poteſt, vt ad vſuram licite detur Cum ergo Sotus fateatur non eſſe vſurã accipere intereſſe lucri ceſsantis ob mutuatas aliqua vi pecunias ad negotiandum paratas, confiteri debet, quod nec accipere illud ob eaſdẽ ſponte mutuatas ſit vſura. Quarta, quod aliud eſt accipere intereſſe lucri ceſſantis, & aliud vſuram, vt ſingulariter, & aperte dicit Scæuola,[h] quatenus aſſerit, quod debitor ob non ſolutionem debiti interdum tenetur ad ſoluendum intereſſe lucri, quamuis ſummã vſurarũ permiſſarum ſuperet.

42 Quinta, quod idem Scæuola clare vbi ſupra ſignificat, non omnes creditores licite poſſe recipere intereſſe lucri, eo quod debitores ſua illa debita non ſoluãt tempore præſtituto Quia mercatores accipere poſſunt & alij non: & conſequenter ſignificat plus deberi mer-

[a] in d.c. ſalubriter.
[b] 2. par. tit. 1. c. 7. §. 15.
[c] in l. 1. C. de eo quod intereſt.
[d] l. ſi ſterilis §. cum per venditorem de actio. empt.
[e] argumento, l. illud ad l. Aquil.
[f] eo iem Commẽ. num 7.
[g] in c. ſuper eo. de vſur.
[h] in l. 3. § fin. ff. de eo quod certo loco.

catori ob pecuniam, qua negotiatur, quam alteri qui non negotiatur: Cui conſequens videtur vnam, & eandem pecuniæ ſummam plus valere apud mercatorem paratum ad negotiandum cum ea, quam apud alium, qui nõ eſt cum ea negotiaturus: & ideo ſi plus aliquid recipit quam alius, non recipit plus quam habebat & dedit.

43 Sexta, quod vt proxime dictũ eſt, præfatus Scæuola ſignificat, quod pecunia, quã habet mercator paratã ad ſtatim negotiandum plus valet, quam altera tanta, quam habet alius non paratam ad negotiandum. Imo plus quam altera tanta, quam ipſemet habet à negotiatione ſeparatam, ob quod qui ei eam furaretur, plus reſtituere teneretur, quam ſi alteri furatus fuiſſet: vt & qui habet triticum ſeminale ad ſtatim ſeminandum, aliud ſimile ad idem non habens, plus valet ei, quam aliud tantundem alteri non ſeminaturo: & qui furaretur illud tantundem alteri non ſeminaturo: & qui furaretur illud ei teneretur reſtituere plus quam ſi aliud tãtũdem furaretur alij, qui ſeminare nolebat. Aut eidem ipſi aliud ſimile ad ſerendum habenti, iuxta omnium mentem, quam late Caietan.[a] explicat. Septima, quod contra ius eſt dicere, quod ex ſola culpa debitoris, aut mora ſolutionis intereſſe lucri ceſſantis debeatur: eſt enim contra l. 3. Ibi, *quod ſi merces ſolebat comparare, puta & lucri habendam rationem.* Ex quibus verbis clare colligitur, quod licet leges Romanę vſuras conſtitutas ſolui iubeant propter ſolam ſolutionis moram in quibuſdam contractibus,[b] non tamen iubent ſolui intereſſe lucri ceſſantis, niſi quando ſaltem cum mora debitoris facultas, & voluntas propinqua & veriſimilitudo lucrifaciendi in creditore concurrit[c] Et communis opinio[d] quæ pro eo contra gloſſ. eius, & alias ei ſimiles tenet, nihil eſſe immutatum per illam legem, quoad hoc, vt ſoluatur intereſſe, quod ante illam ſolui non debebat. Et ita longe alia eſt ratio ſoluendi intereſſe lucri ceſsãtis, à ratione ſoluendi vſuram: & conſequenter non infertur illud eſſe illicitum, eo quod vſura ſit illicita, cum à ſeparatis non fiat illatio.[e] Octaua, quod ex his omnibus ſequitur, quod quamuis facultas, quę pecunię ad lucrandum ineſt, abſolute conſiderata non auget eius pretium, nec faciat valere pluris, quam ſine illa:

[a] *2.2.q.78.ar.2.*

[b] *l. mora. §. in bonæ fidei ff. de vſur. & l. vlt ff. de peri. & commo. rei vend. & fructus, C. de action. emp.*

[c] *per d l. 3. § fin.*

[d] *in d. l. 1, C. de ſentent.*

[e] *l. Papinianus. ff. de minorib.*

conſiderata tamen ea prout eſt perſonæ, quæ illa ſcit & vult vti, facit; vt pluris valeat: vt facultas generandi, quæ ineſt tritico abſolute conſiderata non efficit, quod plus valeat, conſiderata tamen, quod eſt eius, qui illud iam ſatum habet. aut ſatui præparatum, aliud ſimile ad ſeminandum non habens, facit, vt pluris valeat ad effectum, vt vendere, & mutuare carius poſſit, & qui furto illud ſuſtulerit, plus ei, quam alteri reſtituere teneatur. Et ita qui mercator mutuat aliquam pecuniam negotiationi paratam, accipiendo aliquod lucrum vltra ſimilem quãtitatem, quamuis accipiat pluſquam valebat quantitas mutuata, conſiderando eam abſolute: non tamen capit plus quam mutuauit, conſiderando eam cum illa qualitate quod erat parata à ſeipſo ad negotiandum, & cõſequenter non accipit vſuram.

44. Nona, quod nullo iure, nec vlla ratione probari poteſt, quod pretium alicuius rei creſcat, eo quod ſubtrahatur furto manifeſto, aut non manifeſto, vi, aut metu: quamuis enim ratione pœnæ, aut iniuriæ reus cogi poſſet ad aliquid plus eo ſoluendum in pœnam delicti commiſſi, [a] non nomen ideo, quod pretium eius creſcat, eo quod furto ſubtractum, aut vi, aut metu exortũ fuerit. Vnde, qui ſic deliquit, non tenetur reſtituere in foro conſcientiæ amplius quidquam, quam ſimplex ablatum, ſine aliquo incremento: [b] & honorem, ſi aliquem ademerit. Fatentur tamen omnes, quod ſi quis ab alio furto, aut vi, aut metu, auferret pecuniam ad negotiandum paratam, aut triticum ſationi preparatum, & non habenti aliud ſimile, tenetur plus reſtituere illi, etiam in foro conſcientiæ, quam ſi abſtuliſſet ab alio, qui non habuiſſet illa ſic parata. Ergo neceſſario confitendum eſt, illam pecuniam, & illud triticum plus valet illi, qui ſeminare, & negotiari vult, & poteſt, quam aliis id facere nolentibus: & conſequenter ſi mutuat poteſt accipere aliquid amplius ratione intereſſe pecuniæ.

*[a] iuxta titulos. ff. de furtis, vi bono. rapto. quod metus cauſſa. & Inſt. de obligatio nequa ex delect. naſcuni & devi b o. apto.*

*[b] iuxta gloſſ. ſing. & recept. c. fraternitas, 12 q. 2.*

45 Decima, quod licet, qui habet aliquid quod cõmuniter, nec ſibi nec aliis pluris quam decem valet, plus alteri vendere non poſſit (quamuis ementi multo pluris valeat) tamen ſi pluris ſibi valeat, recte eam vendere poteſt eo pretio quo ſibi valet, accipiendo pro ea tanto plus,

plus, quanto ſibi plus valet, iuxta S. Tho.[a] & Scotum,[b] receptos. At vt dictum, & probatum eſt, centum ſcuta plus valent mercatori illis ſtatim negotiari volenti, aut alteri prædia fructifera occurrentia ſibi emere cupienti, quam alijs, quibus id faciendi animus non eſt: ergo illud amplius ſine vſura recipere poterit. Vndecima, quod hoc intereſſe nō accipitur propter mutuatam pecuniā: neque etiam propter facultatem generalem, & abſolutam, quæ ad lucrandum eidem ineſt, ſed propter facultatem ſpecialem lucrandi quam habet, ob id quod eſt ad negotiandum parata, & conſequenter nō erit vſura illud percipere, argumento eorum quæ de vſuræ definitione ſupra dicta fuerūt.[c] Cum non recipiat illud ratione mutui, ſed ratione illius facultatis ſpecialis maioris, quam habet apud illum, quam apud alios. Duodecima, quod virtuti potius quam vitio fauendū eſt:[d] mutuare autem coacte non eſt actus virtutis, mutuare vero ex amore, & charitate ſic. Cum ergo, qui coactus aliqua vi mutuat, capere hoc intereſſe poſſit, etiam ſecundum Sotum, vt ſupra dictum eſt, à fortiore poterit idē facere, qui ex amore & charitate mutuat. Decimatertia, quod ipſe Sotus vbi ſupra fatetur intereſſe lucri ceſſantis deberi à mutuatario, & poſſe à mutuante accipi, ſi cum tali pacto mutuum accepiſſet, quod elicit, & quidem recte, ex Th.[e]

46 Non obſtant illa argumenta quibus mouetur Sot. *Ad primum enim reſpondetur concedendo, quod Inno. quartus, quem pro ſe adducit,[f] tenuit illam ſententiam vt Doctor, comminiſcendo in illud cap. non autem vt Papa ſtatuendo illud: & ita non tenemur eam magis qui quam alia, quæ in comminiſcendo in alijs locis tenuit: Adeo quod Hoſtien. quem communis ſequitur,[g] diſceſſit à quadam eius opinione, quam tenuit interpretando vt Doctor illud c. à ſemetipſo, vt Papæ conſtitutum.

47 Ad ſecundum reſpondetur concedendo, quod S. Tho. quem pro ſe citat,[h] ponit quidem differentiam inter intereſſe dāni emergētis, & intereſſe lucri ceſſantis, quoad hoc, vt intereſſe lucri non accipiatur, tanquā res iam quæſita & perdita, vt intereſſe damni recipitur, non autem quoad hoc, vt nihil recipi poſſit. Tum quia

MMm

[a] 2.2.q.77.ar.1.
[b] in 4.diſt.15. quæſt.2.
[c] num.5.
[d] cap.1. de poſtula prælat. c. quādo.2.queſt.5.
[e] 2.2 q.71.ar.2. ad primum.
[f] in cap fin.de. vſur.
[g] in c.1. de conceſſ præb.lib.6.
[h] in d. q.78.art. 3. ad primum.

ratio, quam ille reddit, ſcilicet, quod non poteſt vendere quod nondum habet, & multis modis impediri poteſt, oppoſitum concludit. Concludit enim non poſſe recipi intereſſe lucri tamquam rem iam quæſitã, ſignificando, quod poteſt recipi tamquam res ſperata, quæ poteſt multis modis impediri. Tum quia ipſemet [a] dicit, quod qui alteri in ſemine ſato nocet, aut in alia re, quæ nondum eſt adquiſita, ſed ſperatur adquiri, quãuis non teneatur reſtituere, quantum collecturus eſſet impedimentis ceſſantibus: ad iuſtam tamen, & probabilem quandam compenſationem tenetur. Itaque dictũ D. Thom. noſtrę concluſioni non aduerſatur, quamuis eam moderetur, vt dicamus, quod qui mutuat, non tãtum intereſſe debet accipere, quan- 48. tum alius ſui ſimilis, & æqualis altera tanta pecunia lucrifacit, impedimentis ceſſantibus, ſed quantum meretur illa facultas & ſpes lucri veriſimilis, quem pecunia illa in mutuante habet, conſideratis modis quibus impediri poteſt.

[a] 2.2.q. 68.ar.4.

Quemadmodum qui habet prædium aliquod ſatum, non debet tanti vendere fructus ſperatos, quanti valerent ſi eſſent collecti proſpere, ceſſantibus impedimentis, ſed quanti valet illa ſpes colligendi, cõſideratis modis, quibus eorum collectio proſpera impedire poteſt.

Nec plus obſtat, quod de Durando adducit. [b] quia idem ait, quod Tho. & per eadem verba Nec quod de Scoto adducit. [c] Quia licet alia pulchra in hac materia dicat, vbi ab eo citatur, ſicut in alijs ſolidis ſolet, tamen hanc diſtinctionem Diui Thomæ non adfert. Immò expreſſe dicit [d] quod qui habet pecuniam negotiationi expoſitam, etiam mutuare poteſt conſtituta pœna certæ rei ſibi ſoluẽdæ, niſi ab eo reſtituatur, vt ſe indemnẽ ſeruet, & ita ſentit, eum poſſe damnum in mutuatione, & lucri ceſſatione acceptum recipere. *

[b] in 5. dicta 37.
[c] in 4. diſt. 15. q. 2.
[d] in eadem diſt. colum. 1.

Ad tertium reſpondeo, quod ſi præfatus Sotus, ſatis meminiſſet præfatam l. 3. § fina de eo, quod certo loco. & perpendiſſet pręfatas duodecim rationes, non fuiſſet viſum ei, hanc ſententiam firma ratione carere.

Ad quartum reſpondetur, negando, quod nullus antiquorum doctorum hanc ſententiam tenuerit,

quia ſupra citauimus Hoſt. Ioan. Andr. Panor. Anton. & alios multos eam tenuiſſe: Immo. & in octaua ratione monſtrauimus, iuriſconſult. Scæuolam eam ſenſiſſe. *

Neque obſtant etiam alia duo argumenta omnibus aliis fortiora. Alterum eſt, quod qui voluntate ſpontanea mutuat non facit id coactus: & qui coactus nō mutuat, non videtur dicere poſſe, quod per alium impeditur lucrari, donec mora, aut culpa ſolutionis adſit; & conſequenter, qui ſine vi mutuat, non videtur poſſe accipere quidquam lucri, cū illud ei ante culpā aut morā ab alio nō impediatur. Alterum eſt illud, ꝙ Caie.[a] (licet illud noſtram opinionem tueatur) adfert: ſcilicet. quod quamuis aliqua res, dum eſt in particulari potentia lucrandi, pluris valeat, quam alia eiuſdem ſpeciei & bonitatis ab illa potentia ſeparata, ſed non ſi ſponte ab illa extrahatur. Quemadmodum triticum ſeminatum, aut ad ſeminandum paratum pluris valet, & vendi pluris poteſt, quam aliud eiuſdem ſpeciei, & bonitatis à tali potentia ſeparatum: ſi tamen ſponte ab illa potentia, quæ lucrum contin et ſepararetur, non poſſet pluris, quam aliud eiuſdem bonitatis vendi; & ſic videtur, quod quamuis pecunia, quæ negotiationi expoſita eſt, aut eidem ſtatim exponenda pluris quam alia ſimilis valeat: ſed ſimul ac ſponte mutuo datur, ſponte ab illa lucrandi potentia extrahitur, & ita non pluris, quam alia valet: neque ob eam plus quam ob aliam peti poteſt.

*[a] 2.2.q.78.ar.2. ad primum.*

49 Ad hæc duo argumenta Caiet. reſpondet multis verbis, quorum ſumma eſt, quod qui amore, & charitate mutuat, quo proximum paruo damno, aut maiori liberet, non dicitur mutuare ſponte, ſecundum mētem D. Thomæ,[b] ſed aliquo modo coactus. Pro quo facit, quod qui è naui ſeruandi ſui cauſſa merces in mare iacit, etiam ſponte,[c] non facit voluntate abſoluere ſpontanea: ſed conditionaliter vitandi maioris mali gratia. Aduerſus tamen hanc reſponſionem Cajetani fortiſſime facit primo, quod iuſtum, aut iniuſtum non conſiſtit in bonitate aut prauitate animorum, & intentionū, ſed in rerum & operum externorū æqualitate, & inæqualitate, iux. doctrinā Ariſt.[d] & D. Thom. recept.[e]

*[b] 2.2.q.78.art. 2. ad primum.*
*[c] l.1. & toto tit. ff ad l. Rhod. de iact. ca. maiores. § item quæritur. de baptiſ.*
*[d] 2. & 5. Ethicorum.*
*[e] 2.2.qu.58. ar. 10. & q.39.ar.2.*

Secundo quod nihil refert, an mutuatio fiat ob miſe ricordiam, charitatem, amorem, aut odium, vel crude litatem ad hoc vt mutuum dicatur iuſtum, vel iniuſtum vel ad hoc, vt iuſte aliquid ratione illius deſideretur, au capiatur, ad inducendum reſtituendi neceſſitatem, ve ad liberandum ab ea. Tertio, quod quamuis mutuati poſſit eſſe bonum opus charitatis, aut malum ei repu gnans, eo quod fiat animo iuuandi, vel lædendi proxi mũ:nõ tamẽ ob hoc dicetur iuſta aut iniuſta, ad hoc n neceſſitatẽ reſtituendi inducat, aut ab eadẽ liberet: qui vt in Manual. Confeſſ.[a] diximus, ſola peccata contra iu ſtitiam ſpecialem inducunt reſtituendi neceſſitatem. Quarto, quod videtur doctrina noua, & contraria l. vlt. C. ſi quis teſtat. aliquem prohibuer. & concluſioni S. Thomæ, [b] quæ fundatur in ea, quam in Manual. [c] ad aliud propoſitum accommodauimus: puta, quod ne que miſericordia vel pietas, neque amor, vel preces bla dæ ſine mendacio, & fraude adhibitæ inducunt neceſ ſitatem, aut vim ſufficientem ad hoc, vt quis dicatur coacte feciſſe aliquid ad effectum, vt poſſit reſtitutionem petere, aut ab ea liberari. Quare ad prius argumentum reſpondeo, concedendo quidẽ, quod qui mutuat mo tus charitate, & miſericordia ad opitulãdum proximo non dicitur mutuare compulſus coactione, quæ reſtitu tionem inducat, aut tollat. Concedendo etiam, quod qui ſponte mutuat, non dicitur impediri à lucro quæ rendo per alium, ita vt ille teneatur ei reſtituere illud eo ſolo quod impediuit eum, ſed negando, quod qui ſponte à lucrando ceſſat, vt ſubueniat alij, non poſſit iu ſte accipere tantum, quanti res mutuata ſibi valebat: quanti ſpes lucrandi iuſte poteſt æſtimari. Nam & car pentarius, latomus, aut alius operarius, qui ceſſat à ſuo lucro, & officio, meis precibus, vt me comitetur aliquo proficiſcentem, ſponte quidem deſiſtit à lucrando, ſed iu ſte tamen à me exigere poſſet, id quod probabiliter lucrifeciſſet. Qui etiam ſponte vicino modium tritici ſeminalis ad ſeminandum parati mutuat, iuſte exigere poteſt ab eo tantum, quantum ſibi tempore quo dedit valebat: licèt alijs non tantundem valeret, per ea, quæ paulo ante diximus. Qui etiam ſponte dat cuipiam triticũ ſatum iuſte poteſt accipere pro eo tantum, q

a cap. 24. n. 5.
b 1. 2. q. 6. art. 6.
c cap. 17. nu. 15. & 16.

tum illud cum ſpe veriſimilis fructus valet. Eadem igitur ratione nullam iniuſtitiam committit, qui ſponte omittit emere prædia, vel merces, vt pecunias, quas ad id paratas aut expoſitas habet mutuet alteri, petens lucrum quod illius cauſa omittit, aut quantum illa pecunia cum illa commoditate valet. Nec eſt vlla vi opus ad excuſandum, nec eſt vſura, quia nihil accipit vi mutui, ſed ratione lucri, quod propter mutuatarium non facit, & in effectu ſunt duo contractus. Alter mutui: alter facio, vt des, hoc eſt lucrari ceſſo, vt tibi mutuem, & illud rependas: [a] aut eſt venditio illius lucri veriſimilis iuxta mentem S. Thom. [b] Ad poſterius argumentum reſpondeo, quod dictum Caietan. aſſumptum in eo, ſolum intelligitur de illo, qui ſuam pecuniam quam habet ad lucrandum paratam ſimpliciter ab illo ſine tollit, non dando eam alteri ad iuuandum eum, & poſtea tantum pro illa vult, quanti cum illa commoditate lucrandi valet. Noſtra vero concluſio intelligitur de illo, qui pecuniam cum lucrandi commoditate coniunctam dat eſſe alteri. Concludamus itaque licitum mutuanti aliquid amplius accipere, non ſolum ratione intereſſe damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis: neque ſolum ratione eius, quod moram, aut culpam in ſolutione commiſſam ſubſequitur, ſed etiam eius quod ante euenit. Quę tamen concluſio intelligenda eſt, dummodo dolus, & fraus palliandi vſuras abſit: & modo, non tanquam res acquiſita ſed tanquam res in ſpe poſita, & quæ impediri multis modis poteſt, æſtimetur, maxime ſi mutuatur cum pacto de reſarciendo illud intereſſe. Nam etiam Sot. [c] pro indubitato ponit, quod intereſſe lucri ceſſantis accipi, & peti poteſt, quando à principio mutuationis promiſſum fuit illud.

[a] *iuxta l. naturalis. ff. de preſcrip. ver.*

[b] *2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.*

[c] *in dicta qu. 1. art. 3. lib. 6.*

## SVMMARIVM.

§1 *Intereſſe capi non poteſt ſecundum aliquos, niſi concurrant ſeptem, quæ tamen omnia non ſunt neceſſaria.*

§2 *Intereſſe ante tempus, quo lucrifieret, capi non poteſt.*

§1 Noto decimoſexto ex prædictis, quod non ſunt neceſſariæ tot conditiones ad iuſte capiendum intereſſe

lucri ceſſantis ex mutuo, quod Conradus, [a] & quidam alij alibi requirunt, ſed aliquot ſic. Prima enim eſt, vt hic lucrandi modus non tantum ſibi placeat, quantum negotiationis: quod tenet etiam Sylu. [b] quæ tamen non videtur neceſſaria. Tum quia nulla lege vel ratione probatur, quod vnus modus lucrandi de ſe iuſtus, fiat iniuſtus ex ſola voluntate æque libenter vtendi eo, atque alio, quamuis ille eſſet melior. * Quod poſt hæc noſtra ſcripta tradidit Sotus. [c] Et addidit, & quidem recte, [d] nihil referre an mutuans ſit rogatus, & quæſitus à mutuatario, an vltro mutuet: modo id quod ad iuſtitiam commutatiuam pertinet ſeruetur. Nam vt ſupra dictum eſt, iuſtum & iniuſtum non in bonitate aut prauitate animorum, & intentionum, ſed in rerum, & operum externorum æqualitate & inæqualitate cōſiſtit, ſecund. Ariſtotelem, [e] & D. Thom. receptum. [f] Secunda conditio eſt, quod intereſſe ſit verum, quæ neceſſaria eſt iuxta mentem gloſſæ, & omnium d. c. conqueſtus. Satis tamen eſt, vt tempore mutui lucrum pactum ſit veriſimile, quamuis poſtea non ſubſequatur, vt recte Medina dixit [g].

52 Aduertendum tamen eſt, quod per Extrauag. Pij V. editam ſuper cambiis, & relatam à nobis in Manual. Confeſſ [h]. (& referendam, Deo propitio, in Commentario cap. vlt. de vſuris in quo de cambiis agetur) vetitum eſt, ne poſt illam campſores poſſint ab initio conuenire de certo intereſſe, quam tamen ad mutuantes extra materiam cambiorum non extendi ſuper eadem extrauagante annotauimus. Tertia, quod mutuatio, vel non ſolutio ſit cauſa amiſſionis lucri, ſecundum omnes: qualis non eſt (ſecundum Caietan. & Medi. vbi ſupra) quando mutuans aliam pecuniam habet qua negotietur: quanto minus erit ſi mutuator non erat negotiaturus, nec frugifera empturus, etiāſi nō mutuaſſet. [i] Quod valde ponderandum eſt circa illos campſores, qui non negotiarentur, etiamſi, non cambirent: attamē dicunt ſe pro intereſſe capere aliquid vltra ſortem quam mutuant * Quæ tamen limitatio Caietan. non procedit, ſi aliam pecuniam ad alios fines, veluti, ad fortuitas neceſſitates deſtinaſſet, neque negotiationi committere vellet, quod prudentiæ eſt. Quarta, vt mu-

[a] *in q. 30. de cōtract.*
[b] *verb. vſur. q. 19.*
[c] *lib. 6. q. 1. art. 2. de iuſt. & iure.*
[d] *eod. lib. qu. 1. art. 3. de iuſt. & iure.*
[e] *2. & 5. Ethicor.*
[f] *2. 2. q. 58. art. 16. & q. 59. art. 2.*
[g] *in C. de reſtitut. fo. 132.*
[h] *c. 17. num. vlt.*
[i] *arg. auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccl.*

mans non ſit dandis vſuris aſſuetus: quæ tamen non procedit in foro conſcientiæ, in quo veritas præualet præſumptioni [a], & fieri poteſt, vt quis in aliis vſurarius ſit, & in hoc non. Quinta, vt non recipiat intereſſe, priuſquam labatur tempus, intra quod illud veriſimiliter lucrifactum fuiſſet: quia ſubrogatum ſubire debet naturam, ſeu conditionem eius, cui ſubrogatur, [b] & id quod accipitur pro intereſſe ſubrogatur ipſi intereſſe: quod tamē nō percipitur ab initio merciū, vel prædiorum emptorum, ſed poſtea tempore meſſis vel vindemiæ, vel nundinarum, vel alio tempore, in quo merces venduntur. Per conſiderationes, tamen Medinæ vbi ſupra intereſſe lucri veriſimilis à principio conuentum, poteſt capi etiamſi in fine, dum recipit, conſtet, nullum lucrum factum fuiſſe. [c] Sexta vt mutuatarius non egeat extreme: quæ etiam non videtur neceſſaria, quia non tenetur ex præcepto ſubuenire illi gratis: immo ſatisfacit mutuando, vt cum poterit ſoluat per ea quæ diximus in Manual. Confeſſ. [d] & mutuare ſine intereſſe eſſet donare. Septima, vt mutuans ob hoc non incurrat infamiam vſurarij apud ſimplices, eſtimantes illud intereſſe eſſe vſuram ob ſimilitudinem, cum omnis ſpecies mali fugiēda ſit. [e] Quę conditio, quamuis ad euitandum peccatum ſcandali neceſſaria ſit, non tamen ad euitandam vſuram, & obligationem reſtituendi, quæ ex ſola iniuſtitia naſcitur, per tradita in pręfato Manual Confeſſ. [f] quale non eſt peccatum ſcandali, quod eſt contra charitatem. [g] Octaua, quod cauſſa principalis mutuandi ſit ſubſidium neceſſitatis vitæ, ſalutis, honoris, aut bonorum proximi, quæ tamen eſt neceſſaria, licet ſit honeſtiſſima, per dicta in prima conditione. Nona, vt non capiat, neque paciſcatur totum intereſſe, quod veriſimiliter expectatur ceſſantibus impedimentis caſualibus, ſed ſolum tantum quantum valet illa veriſimilis expectatio conſideratis impedimentis præfatis. Nam qui prædium ſatum vendit, non poteſt tanti vendere, quanti valet triticum, quod veriſimiliter colligendum ſperatur, ceſſantibus prædictis impedimentis, ſed quanti valet veriſimiliter illa ſpes, ſubiecta illis, quibus impediri poteſt, vt dictum eſt poſt Tho. in præced notab.

*[a] c. tua de ſponſal.*

*[b] l. eum qui. §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio. & c. eccleſia. vt lite pend. nihil inno-*

*[c] argum. c. in ciuitate de vſuris.*

*[d] c. 17. num. 60.*

*[e] 1. Theſſ. 5 & c. cum ab omni, de vita & hono. cleri.*

*[f] d. cap. 17 nu. 6.*

*[g] Thom. 2 2. q. 43 in princip.*

Credimus tamē, quòd qui mutuat pecunias, negotiationi, aut rei frugiferæ emendæ deſtinatas, ea lege, vt ei ſoluatur pro intereſſe tantum, ſiue ſit multum, ſiue parum, ſiue nihil, quantum alij eiuſdem artis altera tanta pecunia lucrifecerint, aut quātum fructus rei frugiferę, quam emere volebat, impēſis deductis valebunt. Quia hoc intereſſe non tanquam iam lucrifactum, ſed in ſpe lucri poſitum exigitur.

## SVMMARIVM.

53 *Mutuans, licite capit id, quod ſoluit, quia non eſt ei ſolutum.*
54 *Mutuanti an liceat capere intereſſe non promiſſum.*
55 *Vſura non eſt capere quantum reddidiſſet prædium quod ob mutuum non fuit emptum, quamuis non tantum fuiſſet mutuo datum, &c.*
56 *Vſura eſt lucrum, quod capit mercator pro intereſſe pecuniæ mutuatæ, quam non erat negotiaturus, nec frugifera empturus.*

53 Noto decimoſeptimo ex textu, & prędictis, quod qui cogitur ſoluere intereſſe, vſuras creditori ſuo, eo quod mutuatarius non ſoluit ei mutuū ſtato die, licite poteſt ab eo recipere illud quod ſic ſoluit & etiam compenſationem iacturæ, quam fecit vendēdo res ſuas minoris, quā valerent: aut emęndo triticū aut vinū maioris eo quod ſtato die debitori ei non ſoluit, quia id non accepit vi mutui, ſed ratione intereſſe dāni emergentis, quod debetur, dummodo ſecundum aliquos concurrunt duo: nempe quod monuerit debitorē dānum emerſurum, & quod quæſierit mutuum gratuitū ſufficiens ad vitandum illud, & non potuerit inuenire: quorum tamen poſterius nō videtur neceſſarium, quoniam nulla lege, nec vlla efficaci ratione probatur, creditorem mutuantē teneri ad mutuū gratuitum quęrēdum, quo liberet mutuatarium à damno quod ob non ſolutionem incurreret. Sed neque prius videtur neceſſarium: tum quia intereſſe intrinſecum, ſiue intra rem, quale eſt incrementum pretij vini tritici mutuati, ſine alia vlla monitione, mora facta, debetur.[a] Tum quia etiam intereſſe extrinſecum (quod appellat Bart. com-

[a] *argu. l. vinum, ff. ſi certum petat & l. 3 §. ſi ff. de eo quod cert. loco.*

muniter receptus extra rem) [a] frequenter debetur ſine alia promiſſione: vt cum in re quæ debetur non inuenitur intereſſe intrinſecum, qualis eſt pecunia numerata [b] licet quando in re debita poteſt conſiderari intereſſe intrinſecum regulariter non veniat extrinſecum [c] vt ſenſit Alciat [d] & tunc non ſufficeret admotio, quia requiretur ſolutionis promiſſio, ſaltem, quod exigendum, licet non quoad ſponte oblatum accipiendum.

54 Noto decimo octauo ex textu & prædictis, quod volens emere aliquod prædium, aut domum, quæ ſibi aliquid annuatim redderet, pecuniam, qua id, vel eam empturus erat, mutuat alteri præſertim promittenti recompenſationem poteſt accipere, & petere ab eo prouentum quem ex illa, vel illo facturus erat quoad pecunia reddita fuerit, ſecund. Anton. [e] quem communis ſequitur. Tum quia is æquatur mercatori mutuanti pecunias ad emendas merces paratas. Tum quia illud accipit ratione intereſſe lucri ceſſantis, ſicut mercator. Tum quia, qui vendit aliquod prædium, & tradit illud emptori qui non ſoluit, poteſt accipere loco intereſſe tantum, quantum reddit illud, etiamſi pretium ſoluendum deponeret. [f] vbi gloſſ. ſecuta Azon & recepta per alios ait, id etiam iure Canonico procedere: quod tamen videri poteſt limitandum ſaltem in foro conſcientiæ, quando illæ pecuniæ pro quibus prædiũ dabatur, iuſtum illius pretium eſſent. Quia ſi prędium mille aureis valet, & propter neceſſitate, aut alias rationes, (quę donationem non contineant) 500. illi detur, non poſſet accipere plus quam dimidium prouentus illius, per ea quę ad aliud propoſitũ ſcripſimus. Si quidem in foro conſcientiæ illa pecunia niſi dimidiũ illius cenſus emi non poterat Addimus tamẽ, quod ſi tu [g] omnibus illis pecunijs non indiges [illegible]d ſeptingentis, quibus tamen à me mutuo tibi datis prædium, aut merces, quas expediret emere non poſſem, & omnibus ſic: & vt tibi mutuarem à lucro ceſſaui, accipere potero intereſſe mille aureorum, vt recte Medina conſiderauit. [h]

56 Noto decimonono ex textu & prædictis quod nõ poſſunt quidquam capere iuſte ratione intereſſe lucri

[a] *in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo.* [b] *quod n. 12.* [b] *l. nummis ff. de in liti. curan. & declarat Bart. vbi ſupra nu. 21.* [c] *per l. ſi ſterilis. § cum per venditorem, ff. de actio. emptio. ſaltem in emptione, & venditione.* [d] *in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, & c. c. vlt.* [e] *in 2. part. tit. 1. c. 7. § 15.* [f] *l. 2. C. de vſur.* [g] *in cap. Nouit. de Iudic. not. 6. à nu. 2.* [h] *in Cod. de reb. reſtitu.*

ceſſantis hi, qui nolunt, vel non poſſunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuant ad intereſſe. Neque illi mercatores, qui certa pecuniæ ſumma negotiantur, & non maiori: & aliam quam habent mutuant ad intereſſe. Neque hi, qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus ſuo propoſito ſufficientibus reliquas pro intereſſe mutuant. Neque qui ab aliis ſumunt grandes pecuniarum ſummas, quas alijs, atque alijs, ad intereſſe tribuant, nolentes illis negotiari, nec cēſus, vel alia frugifera emere (quamuis alias ad negotiationem habeant.) Quia clarum eſt, nullos præfatorū poſſe prætendere vllū intereſſe verum, vel veriſimile lucri ceſſantis, ſed ſolum fictum, & inane. An autem ratione cambij, vel alia iuſta capere poſſint aliqui, dicetur[a] vbi de Cambiis agitur.

[a] *in cōmentario c. fin. de vſur.*

## SVMMARIVM.

57 *Mons pietatis, & alia ſimilia qualia ſint.*

58 *Mons pietatis approbatur per Concilium, & Papam Leonem ex certa ſcientia, & modo ſpecialiſsimo.*

59 *Cuſtodia rei conuenit ei, ad quem eius emolumentum principaliter pertinet, & cui pereat.*

60 *Mons pietatis non accipit à pauperibus propter mutuationem, ſed propter cuſtodiam.*

61 *Montes Pietatis communiter inſtituti non deſinunt eſſe liciti, eo quod poſſent melius inſtitui.*

57 Noto vigeſimo ex textu & prædictis, quod non ſine magno colore viſum eſt aliquibus vſurarium id, quod in montibus pietatis, & aliquot alijs ſimilibus operibus exercetur ad ſubueniendum pauperibus in Italia & alijs terris inſtitutis. quod magnis viribus nititur probare Caietanus in opuſculo de monte Pietatis, quē ſequitur Sot.[b] quia inſtituuntur hoc modo. Prælatus aliquis, aut Dominus, aut opulentus homo, aut ciuitas donat aut relinquit aliquam quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratæ alicui loco, vel reipub. ea lege, vt mutuo dentur pauperibus, pignoribus acceptis, vt exiguū, aliquod ſoluat ſingulis menſibus pro quantitate accepta, & pro tempore quo eam non ſoluerint pro victu

[b] *lib. 6. q. 1. ar. 6. 6. de iuſt. & iure.*

& ſalario miniſtrorum, qui ſunt habituri curam cuſtodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandi, & recuperandi, ſeruãdi, & reſtituendi pignora tẽpore opportuno. Ita quod aliquid amplius vltra ſortem mutuo datam ſingulis mẽſibus capitur ad prædicta onera ſuſtentanda. Quod, vt dixi, viſum eſt vſurarium aliquibus, præſertim Caietano, & Soto in locis prædictis.

58 Primo quidem, quia mutuans palam capit aliquid vltra ſortem mutuo datam. Secundo, quia alioqui liceret cuilibet homini pio, & priuato deputare aliquam pecuniam, aut triticum ad mutuandum pauperibus, ea lege vt caperet aliquid vltra ſortem pro ſalario, labore, cura cuſtodiendi, mutuandi, pignora capiendi, & reſtituendi ea tempore opportuno. Quia eadem in vtroque ratio militat, quod tamen ſecundum omnes eſt falſum. Tertio, quod non videntur pauperes teneri cuſtodire magis pecuniam, aut triticum, quod ſibi de illo monte pietatis mutuo dandum eſt, quam triticum, & pecuniã præfati homines, quia non eſt ſuum, [a] nec eſt futurum ſuũ, quoad vſque mutuo acceperit. Quæ licet ſimul cũ auctoritate Caiet. fuerint in cauſa, curneque in cathedra prælegendo, neque extra illam reſpondendo ſuper hoc contrarium ſententiam aſſeruerim, nunc tamẽ eam aſſero. Primo quidem, quod Leo Papa decimus in Conc. Lateranen. [b] (cuius tenorem etiam doctiſ. Ioan. Medina refert fol. 113.) per bullam patentem approbauit prędictos montes, & declarauit, eos eſſe licitos, & ſanctos affirmans idem feciſſe ſuos prædeceſſores Paulum II. Sixtum IIII. Innocent. VIII & Iulium II. & non vtcumque & in forma communi aprobauit, vt aliqui cenſent, ſed ex certa ſcientia. De quarum approbationum differentia late tradunt Panorm. & Dec, [c] & alij alibi Neque vtcumque approbauit, & declarauit ex certa ſcientia, ſed recenſendo argumenta vtriuſque partis, & laudando multum montium huiuſmodi inſtitutores, & concionatores, qui eos perſuaſerunt, & Pontifices Maximos, qui magnas indulgentias eorum amplificatoribus conceſſerunt.

Secundo, quod reſponſio, qua Caiet præfato Concilio reſpondet, parum modeſta videtur: & qualẽ magnus ille, idemq; in Concilia œcumenia & maximos Ponti-

[a] *argum. l. 1. & l. neceſſario, ff. de peric. & cõmod. rei vend. & l. incendium, C. ſi certum pet. §. is cui, Inſt. quib. mod. re. contrah. obl.*

[b] *ſeſſ. 10.*

[c] *in rub. & c. 1. & c. venerabilis, de confir. vtil. vel inut.*

fices maxima obſeruanda D. Tho. Aquinas non dediſſet, & quæ à Doctiſſ. Medina ſatis cōfutatur: & ego minus auderem dicere id, quod præfatus Sot. vbi ſupra dixit, nempe omnia illius Concilij minime recepta fuiſſe. Tum quia ſignificat, præfatam approbationem parum nos obligare, tum quia licet illa reſpōſio vtcumque aliquid valere poſſet, quoad declarationes legum humanarū quas Concil. fecit: cuiuſmodi eſt exemplum, quod ibi ille ponit, nihil tamen valet quoad declarationes legum diuinarum, quæ ob id, quod non ſuſcipiantur, non deſinunt eſſe veræ, nec obligare. Non enim quiſquam dicere poteſt, Cōcilium in iſta declaratione errare potuiſſe: cum hæc declaratio pertineat ad legem diuinam, & ad materiam definiendi, an aliquid ſit peccatum mortiferum, necne: in quo Concilium non poteſt errare. [a] Immo neque Papa, quatenus eſt Pāpa vt habet receptior ſententia Thomæ. [b] Pro quo facit [c], quæ latius retulimus. [d]

59 Tertio, quod inter omnes, tam illos, quā nos conuenit, iuſtum eſſe, vt miniſtri, quibus iniūctum eſt onus cuſtodiendi, mutuandi, & recuperandi mutuo datum: aut recipiendi, ſeruandi, reſtituendi pignora pauperibus, ſuam mercedem honeſtam habeant: & hanc illos habere debere ab eo, qui ad illud tenetur, & diuerſitas in eo cōſiſtit, quod Caiet. & eius ſequaces dicunt, quod ipſi montes, aut Ciuitates, quæ ipſos ſuſcipiunt, eam ſoluere tenentur, & non pauperes. Nos autem dicimus, quod pauperes, ad quos emolumentum illorum montium peruenit, tenentur, & non ipſi montes, aut Ciuitates, in quibus ipſi conſtituuntur: quia id palam ſenſit Concil [e] dum pro ratione ſuæ deciſionis ſubijcit illa verba: *Qui commodum ſentit, onus quoque ſentire debet.* Quæ eſt vna pars illius regulæ iuris, lib. 6. Qui ſentit onus, debet ſentire commodum, & è contra. Et patet prædictas pecunias, & præfatum triticum non eſſe data, vel relicta Ciuitatibus vel ciuibus ad commodum eorum, quatenus ſunt tales, ſed ad commodum pauperum: & ſi perirent, aut imminuerētur, illis ſolis perirent, aut diminuerentur, & non alijs: & ſecundum ius ad illum pertinet cuſtodia rei, ad cuius commodum & vtilitatem cuſtoditur, & cui perit, aut lucri fit. [f]

[a] *1. maiores. 24. q. 1. cum alijs citatis ibidem à glo.*
[b] *2. 2. q 11. ar. 2.*
[c] *c. hæc eſt. & c. quoniam vetus, 24. q. 1.*
[d] *in c. Nouit. de iudi. not. 3. num. 45. & ſeq.*
[e] *in d. ſeſſ. 10.*
[f] *l. 1. & l neceſſario. ff. de peri. cu. & commo.*

Quarto, quia iuſtum & firmum eſſet legatum, aut donatio, quibus aliquid pauperibus cum aliquo onere relinqueretur, aut donaretur, [a] & conſequenter iuſte illis donari, & relinqui decem millia aureorum, cum onere, vt illa ſemper ſeruentur in archa, aut chirographis aſſecuratis iuſtis pignoribus, vt eis in vſus ſuos vtantur accipientes mutuo pignoribus datis, & ſtatis temporibus ſoluendo, & nunc alijs, nunc vero alijs ſint vſui & vtilitati. Et cum illorum ſolum commodis ſeruiant, ad illos ſolos etiam pertinebit illorum cuſtodia: & conſequenter illi debent contribuere, & conferre id, quod fuerit neceſſarium ad ſoluendam iuſtam mercedem miniſtris, qui datis idoneis fideiuſſoribus ſubierunt curam, & laborem cuſtodiendi, & mutuandi pecuniam, vel triticũ, chirographos, & pignora recipiendi, & cuſtodiendi, ſolutiones recuperandi, & pignora reſtituendi. At nulla æquabilior, neque iuſtior contributio, & collatio, ſiue collecta fieri poſſe videtur, quam inſtituẽdo, vt ab vnoquoque pro ſingulis menſibus, quibus mutuum durauerit, certum quid tribuatur, quod ita exiguum ſit, vt veriſimiliter non excedat iuſtam prædictorum miniſtrorum mercedem.

[a] *arg. l. id quod pauperib. C. de epiſc. & cleri. & l. ſi quis ad declinandum, eodem tit.*

60 Non obſtant in contrarium adducta. Ad primum enim reſpondeo, quod pauperes mutuum accipientes nihil ſoluunt ratione mutui, ſed ratione cuſtodię. & adminiſtrationis montis, qui eorum commodis cuſtoditur & regitur. Nam & Sotus confitetur, poſſe quem accipere aliquid à mutuatarijs pro officio, & obligatione, qua teneretur ad mutuandum eis, quod ipſum ante illum dixit ſingulariter Scotus. [b] Ad ſecundum reſpondeo, magnum diſcrimen eſſe inter hominem pium, de quo in argumento, & monte pietatis: quia illius pecunia ſua eſt; et ſi nollet mutuare, non poſſet ad id cogi: dominium autem pecuniæ montis pietatis penes communitatem pauperum eſt, aut penes aliam, ea lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat. Per quod in effectu fit ſua, & adminiſtrator montis habet officium & obligationem mutuandi, & ad id cogi poteſt. Ad tertium reſpondeo, negando cuſtodiam illius montis, ad alios quam ad pauperes principaliter pertinere: cum ſaltem principaliter ſola ipſorũ vtilitas in eo reſpiciatur quod

[b] *in 4. diſt. 15. q. 1.*

præfatum Concil. in præfata ſeſſio. exprimit, illis verbis: *Cum pauperes commodum ſentiant, etiam impenſam, quæ parua eſt, ſentire debent.*

61 Quare nihil videmus, quod in re tam ſancta, & per tantum Conc. approbata, damnandum ſit. Contra vero videmus multa laudāda, quorum laudibus, alij ad alia ſimilia pia incitentur. Non obſtat quod melius eſſet conſtituere aliquem reditum annuū, quo ſine onere aliquo pauperibus mutuaret. Tum quia hoc eſſe melius illo nō arguit illud eſſe malum, cum bono vino detur melius, [a] virginitas, quæ melior eſt matrimonio, [b] non arguit illud eſſe malū, cum ſit vnum de ſeptem ſacramentis Eccleſiæ Chriſtianæ. [c] Tum quia ſatis eſt, quod Conc. Lateranen. iudicauit, prefatum modum cōſtituendi montem eſſe bonum. Tum quia pecunia, qua conſtituendus eſſet annuus reditus in ſtipendium pro adminiſtratione adimeretur monti, & diminueret illum. Tum quia ex illa ſola pecunia, qua præfatus reditus conſtaret, poſset conſtitui mons alius paruus alicui populo ſatis aptus.

[a] *l. vbi autem nō apparet, ff. de verb. obligat.*
[b] *cap. virginitas, 32. q. 1.*
[c] *iuxt. glo. celeb. cap. veniens, de tranſact. redactum in canonē in ſeſſio. 24. concil. Trident.*

## SVMMARIVM.

62 *Vſura non eſt accipere fructus pignoris pro ſoluenda dote dati, noua ratione, ſed ex aliis reiectis, etiamſi maritus non ſit gener.*

63 *Bona omnia ſunt communia inter maritum & vxorem in Luſitania.*

64 *Dotem, qui promittit, & non ſoluit, videtur promittere emolumentum, quod mediocriter ex illa quæri poteſt.*

65 *Vſura non eſt accipere certum quid pro dote promiſſa ſingulis annis.*

66 *Quod etiam vidua capere poteſt, &c. & talia ſtatuta valent.*

62 Noto vigeſimoprimo ex textu, & ſupradictis, quod gener licite poteſt percipere fructus pignoris fructiferi traditi ſibi à ſocero in cautionem dotis ſoluendæ, vt eſt caſus c, ſalubriter de vſuris. [d] Quia non capit eos vi mutui veri, vel palliati, ſed alia ratione, quæ à varijs varia redditur, vt in cap. 2. lib. 1. varia. reſolutionum, refert diligentiſſime doctiſſimus Doctor Didac. à

[d] *l. pater. ff. de doli mal. exceptio.*

Leiua.& Couarr. qui iam pridem multis annis auditor noſter fuit ſtudioſiſ. in hac Academia Salmãticenſi, eo maiore hanc noſtram diutinam peregrinationem honorans, quo id candidius in ſuis præclaris operibus teſtatur: nunc autem in magnum ſuarum literarũ, & virtutum teſtimonium Epiſcopus factus eſt Reuerendiſſ. quique poſtea euectus in Illuſtriſſimum totius Caſtellæ Præſidem, cum omnium magno deſiderio hanc miſeram vitam, ante vnum circiter annum, in alteram, vt merito creditur, fœlicem commuauit.* Quæ tamen ratio ſatis iuſta nobis adhuc non videtur inuenta. Nam illa quæ eſt communis (ſcilicet quod illos accipit ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis) non conuenit. Tum quia non quadrat textui: tum quia ſi conueniens eſſet, concluderet, nullum eſſe diſcrimen inter dotis, & alterius rei debitum, quod abſurdũ eſt. Tum quia quando certum eſſet, aut veriſimile, maritum nullum damnum ſuarum facultatum paſſurum ob dotem non ſolutam, neque lucrum facturum ob illam ſolutam, prædictos fructus accipere non poſſet. Tum quia etiam quando ob id aliquod damnum pateretur, vel aliquod lucrum, verſimiliter faceret, nequiret capere fructus, niſi poſita ratione inter illud damnum, vel lucrum, & valorem fructuum, & niſi damnum vel lucrũ exæquaret valorem fructuum: quod repugnat antiquiſſimæ conſuetudini, quæ nunquam eiuſmodi rationes & calculum admiſit, cum tamen conſuetudo ſit optima legum interpres, [a] minus conuenit. Secunda ratio, quam reddit Ioan. ab Anania.[b] cui nonnulli conſentiunt, ſcilicet, quod accipit eos ratione damni emergentis, quod patitur in ſuſtentanda vxore: quia vxorem ſuſtentare non eſt pati damnum ſed debitum officium præſtare. Non ſatisfacit etiam tertia, eadémque noua ratio Medinæ, [c] puta, quod ſocer videtur donare illos fructus pignoris: quia præfatũ cap. ſalubriter. nulli donationi innititur. Non etiam ſatiat quarta eademque nouiſſima Soti, quam reddidit,[d] nempe, quod maritus tenetur ad onera matrimonij ſuſtentanda, quorũ vnum eſt dotis cuſtodia. Tum quia contextus non ſe fundat in cuſtodia dotis.

63 Tum qui ſequeretur, quod in Luſitania, & in alijs

[a] *cap. cum dilectus. de conſuetud.*

[b] *in d. c. ſalubriter. num.* 8.

[c] *in C. de reſtitutio. q.* 1. *de vſuris.*

[d] *l.* 6. *q.* 38. *art.* 2. *de iuſt. & iure,*

terris vbi omnia bona inter coniuges fiunt communia non haberet locum præfatum c.ſalubriter. quod contra omnem morem, & conſuetudinem eſt. Tum quia nullus vnquam alius vſque ad ipſum dixit, cuſtodiam dotis eſſe onus matrimonij: quin potius ipſius cuſtodia, & rectus eius vſus, ſunt leuamen, & adiutorium, ſicut è cõtrario perditio eius, & ſumptus, quos in alendo ſe, ſuaque vxore, ac domo facit, ſunt onera eius. Neque etiam eſt idonea illa ſexta doctiſſimi Fortunij, quã reddit in illatione 6. de vlti. fin. iuris: quem olim ſecuti fuimus in hac ipſa Academia celeberrima, dũm prælegeremus tit. de vſuris, & præfatum cap. ſalubriter: nempe, quod pater tenetur ad alendam, & ſuſtentandam illam ſuam, & ita fructus pignoris videtur donare pro alimentis eius, donec dotem ſoluat. Non, inquam, hæc eſt idonea. Tũ quia ſequeretur, quod illi textui non eſſet locus, niſi in genero recipiente pignus pro dote filiæ dotantis quod etiam ipſemet fatetur; ſed minus bene, quia is intellectus nimis reſtringit illum textum ſemper enim ſeruatus eſt in omnibus frugiferis pignoribus pro ſoluenda dote acceptis, ſiue dentur pro dote filiæ ſiue ſororis, vel neptis, ſiue cuiuſlibet alius extraneæ, quod palã ſentit lex Luſitana.[a] Tum quia ratio, quam textus inſinuat, peræque omnes videtur includere. Quare videtur reddenda ſeptima ratio, quæ nobis videtur conuenientiſſima, videlicet, quod attento, quod dos traditur in vxoris patrimonium ad ſuſtentationem onerum matrimonij[b] & quod intentionis dantis dotem eſt, vt illa ſeruetur, & non conſumatur,[c] & quod oneribus matrimonij inſeruiat[d], attentis item alijs multis priuilegijs dotis, de quibus ampliſſime per Baldum.

64 Nouel. de Dote, qui eam dat, aut promittit, non ſolum illam dotem expreſſe promittit, ſed etiam præſumitur tacite promittere pro prædictis oneribus tantum emolumentum, quantum ex dote illa ſoluta ſalua exiſtente poteſt facere, ſiue decerpere aliquis homo mediocri prudentia & diligentia præditus ab illo tempore, quo illa eſt ſoluenda, & ab eo, quo incipit maritus prędicta onera ſuſtinere, vſque ad ſolutionem, nulla habita ratione alterius damni, vel lucri ceſſantis mariti: & ita dans & accipiens dotem dato & accepto pignore frugifero

[a] *lib. 4. tit. 14. §. de pact.*

[b] *l. Pomponius, ff. famil. eriſcun.*

[c] *vbi adhuc. C. de iure dot.*

[d] *c. per veſtras. de donat. inter virum & vxorem.*

frugifero pro ſecuritate dotis promiſſæ, videntur tacite paciſci, vt omnes, & ſoli fructus illi pignoris capiantur pro ſolutione illius emolumenti tacite promiſſi. Ad quod nos mouent primo prædictæ attentiones, & conſiderationes, quæ colliguntur ex cap. per veſtras. & fina. de diuor. & d. l. vbi adhuc & l. pro oneribus. C. de iure dotium. & d. l. Pomponius. Secundo, quod qui promittit centum clericis alicuius eccleſiæ cum onere dicendi vnam miſſam in qualibet hebdomada, & quod illa maneant ſemper ſalua, & quod incipiant dicere miſſas à tempore promiſſionis, & nõ ſoluit illa ſtatim, ſatis profecto videtur promittere ſe ſoluturum reditus illorum centum pro miſſis, quæ dicentur vſque ad illorum traditionem: qui enim promittit aliquid, videtur promittere id, ſine quo promiſſum conſiſtere non poteſt.[a] Tertio, quod huic noſtræ ſententiæ, generalis conſuetudo conſenſit: & quod context. d. c. ſalubriter. inſinuat in illis verbis: *Cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſuſtinenda*: illa enim verba videntur ſignificare eum, qui aliquam dotem promittit, obligari ad ſoluendum tantum fructum ſiue reditum pro illa dote, quouſque ſoluatur ad ſuſtentandum onera matrimonij, quantum aliquis homo mediocris prudentiæ, & diligentiæ ex illa dote, ſalua ea manente, colligere poteſt. per hanc decidendi rationem ſine vllo ſcrupulo reſpondimus contra id, quod antea tenuimus in d. c. ſalubriter, cum illud, vt dictum eſt, interpretaremur hic Salmanticę ſecuti Fortun. prædi. Nempe, quemlibet maritum, quãuis non ſit gener eius, qui tale pignus dedit, poſſe fructus eius percipere, non computando eos in dotem promiſſam in quamlibet longum tempus ſolutio dotis differatur, modo obligatio dotem ſoluendi eſſet ad præſens tempus: niſi contrarium expreſſe actum fuerit, ſcilicet, vt computentur in partem dotis fructus pignoris. Quia quælibet diſpoſitio in dubio intelligitur facta ſecundum ius & conſuetudinem,[b] cum multis additis per Felin.[c] & per alios alibi.

65 Per eandem rationem decidendi concludimus, maritum poſſe paciſci cum eo qui dotem promiſit, & non ſoluit, vt quoad vſque ſoluatur in ſingulos annos, ad ſuſtentandum onera matrimonij, tantum, paulum plus,

[a] *arg. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. c. preterea, de offic. deleg.*

[b] *c. cum dilectus, de conſuet. & c. cauſam, quæ de reſcri. c. cum M. de conſtit. l. fina. C. de fideiuſ.*

[c] *in d. c. cum M. & d. c. cauſam,*

vel minus ſoluat, quantum aliquis mediocriter induſtrius ex illa dote, ipſa ſalua, capere poſſet. Quod Pan.[a] & alij multi relati à præfato D. Didaco vbi ſupra, & etiã Sotus tenent, quamuis contrarium viſum fuerit receptius Ioan. Lupo.[b] Per hanc eandem rationem defendi poteſt id, quod inſinuat Sotus,[c] puta maritum, qui dotem recepit, & hæredes eius in caſu diuortij, teneri vxori viduæ, aut ſeparatæ ad alimenta præbenda, quæ de reditu dotis, ſalua manente illa, dari poſſunt, quoad vſque illi ea perſoluatur: quia quemadmodum, qui eam promiſit, viſus fuit in dubio ad id obligari, quoad ſolueret, ſic videtur quod in dubio tacite qui eam recepit viſus eſt ad idem obligari quoad vſque illam reſtituat ei. Quia correlatiuorum eadem eſt diſciplina, quando eadem ratio idem in vtroque ſuadet,[d] & traditur late per docto. præſertim per Felin.[e] Nec vxor vidua vel ſeparata peccat accipiendo illud incrementum dotis, ea ſalua. Quia non recipit illud vt vſuram ex mutuo palliato; ſed vt quoddam onus promiſſum, adoptante pro conſeruatione dotis acceptatum, tam contra ſe, quam pro ſe ab accipiente illam: quod onus tanquam reale comitatur illam quoad vſque deſinat eſſe dos.[f]

66 Per hanc eandem rationem poſſunt defendi ſtatuta illa terrarum, quibus cauetur, vt qui dotem promittit, & hæredes eius, quouſque illam ſoluant, & maritus, qui recipit eam, & hæredes eius, quouſque illam reſtituant vxori viduæ, aut ſeparatæ, certũ quid ex centum ſingulis annis ſoluant: quia ſicut dictum eſt, non iubent illud ſolui, vt vſuram mutui veri, aut palliati, ſed vt quoddam debitum certum ſubrogatum loco debiti incerti, quod pro conſeruatione dotis tacite promiſit, qui eam dedit; & etiam tacite repromiſit eandem accipiens, iuxta ſupradicta: quæ omnia videntur eſſe memorabilia.

[a] *in d. c. ſalubriter.*

[b] *in repet. c. per veſtras, not. 6.*

[c] *lib. 6 q. 1. art. 2. de iuſt. & iur.*

[d] *l. vnica, & de cupreſ. lib. 11.*

[e] *in ſupraſcriptione proemij Gregoriani.*

[f] *arg. c. ex literis, de pignoribus, & præfat. c. per veſtras, de donatio inter virum & vxo. & l. vbi adhuc, & l. pro oneribus C. de iure dot. & aliorum, quæ ad hoc ſupra citamus.*

## *SVMMARIVM.*

67 *Cenſus perpetuus licite emitur.*

68 *Quamuis recenter conſtituatur.*

69 *Et an qui in vita, aut decem, aut plures annos.*

70 *Et etiam qui pro voluntate venditoris conſtitui poſſit.*

69 *& 70. Licet is ſimilior vſuræ, quam alij ſit.*

71 *Bartholomeus à Carança laudatur.*

71 *Cenſus redimibilis quot conditiones requirat.*

72 *Quæ omnes an probentur quibuſdam extrauag.*

73 *Cenſus realis in perſona libera conſtitui nequit.*

74 *Nec perſonalis, nec ius pignoris.*

74 & 76 *Præſertim quoad forum exterius.*

75 *Venditor nihil perdit re empta pereunte.*

76 *Emptio cum pacto de retrouendendo, & in minori pretio quando præſumitur vſuraria.*

77 *Emptio animalium, quæ non ſunt, vt vſuraria.*

78 *Cenſus realis pro rebus non neceſſarijs reipub. pernitioſa.*

78 *Et perſonalis perniciosior, & ſeq.*

79 *Homo liber non datur in pignus, neque in ſeruitutem ob debitum ciuile.*

80 *Et vt venditio eius valet.*

79 80 & 81 *Exhortatio ad perſonales cenſus diſſuadendos.*

67 Nota vigeſimo ſecundo, quod ex text. & prædictis colligitur, magnæ quæſtionis eſſe; an & quando emptio, & venditio cenſus ſit, & cenſeri debeat vſuraria: de qua ſæpe in prælectionibus publicis, & conſiliis, atque reſponſis ad interrogata datis locuti ſumus, & tandem in Manual. Confeſſ. Hiſpano, [a] paulo latius ſcripſimus, quæ in hoc comment dilatauimus. Pro quibus poſtea in eod. Manual. latinitate donato ſolum inſeruimus extrauag. fœl. rec. Pij V. infra relatam, remittendo nos ad hunc locum. Dicimus itaque primum, cenſum eſſe ius quoddam recipiendi aliquam penſionem pecuniæ, aut alterius rei vtilis in annum, menſem, aut aliud tempus. [b] Secundum, quod antiqui dubitarunt, vt refert Innoc. [c] an licita eſſet emptio huiuſmodi cenſus, etiam perpetui, & antiqui, & irredimibilis: quia paria eſſe videntur mutuare centum in viginti annos, eo pacto, vt ſingulis annis mutuatarius reddat mutuanti quinque pro lucro, & emere cenſum annuum quinque pro centum: at illud palam eſt vſura per definitionem vſuræ ſupra [d] datam: ergo & hoc [e] Sed contrarium ipſemet tenet Inn. recept ibidem per omnes, quia cenſus antiquus eſt res vendibilis: & conſequenter iuſto pretio emi poſt, [f] ſimilior tamen eſt vſuræ quam emptio alicuius prædij, ſecundum Pet. Ancha. [g] quam late

[a] *in c. 17. à num. 232.*

[b] *arg. c. peruenit, de cenſib. & c. preterea de iur. patron.*

[c] *in c. in ciuitate de vſur.*

[d] *not. 5.*

[e] *argu. l. illud. ff. ad. l. Aquil.*

[f] *Inſtit. de empt in princ. & §. 1*

[g] *in diſputat. illa ſolemni, quæ incipit, Antiquis, & te modernis temporibus.*

refert Ioan. ab Anania. [a]

68 Tertium, quod aliqui dixerunt, quod non licet emere cenſum noue conſtituendum à cenſuario: quia non videtur emi iuſte antequam ſit: & quia videtur vere fieri mutuum, & fingi venditio contra titu. plus valere quod agitur. Sed communis tenet contra. Tum quia nondum nata poſſunt vendi, [b] & legari, [c] & ſtipulari. [d] Tùm quia in dubio nemo præſumitur fingere & peccare. [e] Tum quia qua ratione aliquis poteſt donare alteri reditum annuum duorum, vel trium aureorum ſuper aliquo prædio ſuo, eadem poterit & vendere illum ei vel alteri, [f] quæ eſt ratio Conrard. [g] & aliorum. Quæ tamen parum valet: quia in conſtitutione cenſus per donationem non poteſt eſſe vlla fraudis vſuræ ſuſpicio, & in ea quæ fit per pecuniã ſic: quod à præfatis non animaduertitur, ſed omiſſa ratione illa probãt alia præmiſſa concluſionem communem, quamuis emptio cenſus noue conſtituendi ſimilior ſit vſuræ, quam emptio cenſus antiqui.

69 Quartum, quod licita etiam eſt emptio cenſus in vitam emptoris, aut vednitoris, aut vtriuſque, cũ pacto vt ſua morte finiatur etiam obligatio reſtituendi pretiũ quo conſtitit iuxt. Innocent. & communem. [h] Quamuis viſum fuerit alicui, Philippum Decium, [i] contrarium ſenſiſſe: ſed ſi ſatis perpendatur, longe aliud eſt quod dicit; & multæ aliæ coniecturæ occurrebant in caſu ei propoſito. Plus tamen obſtat extrauag. illa noua fel recor. Pij V. infra relata num. 94. in cuius 16. gloſſ hoc tangemus. Quintum, licitam etiam eſſe emptionem cenſus in certos annos, vt in ſex, decem, quindecim, aut viginti: quod perſpicuum eſt, quando penſio omnium illorum annorum non eſt maior, quam pretium quod pro illa accipitur; ſed ſi maior ſit, verbi gratia, ſi pro pẽſione decem in ſingulos annos centum aurei in quindecim annos darentur, ſuſpicio maior ineſſet: ſemper tamen ſi pretium fuit iuſtum, iuxta arbitrium boni viri emptio licita foret, nec cenſeretur facta ad palliandas vſuras, vt declarauit Conrad. [k] De hoc tamen idem videtur dicendum, quod de proximo dictum eſt, per prædi. Extrauag. Pij V. & gloſ. 16. illi adiectam. Hæc tamen emptio ſimilior eſt vſuræ, quam aliæ prædictæ.

[a] *in d. c. in ciuitate.*
[b] *l. nec emptio, ff. de contrahend. emptio.*
[c] *l. cum Titius, ff. de tritico, vino, oleo, leg.*
[d] *l. interdum, ff. de uerb. oblig.*
[e] *c. 2. de reg. iur.*
[f] *arg. c. dudum, lib. 2. de electio.*
[g] *le contract. q. 79.*
[h] *in d. c. in ciuitate, & late Panor. in diſputat. 5.*
[i] *conſ. 123.*
[k] *vbi ſupra. qu. 79. & 80*

70 Sextum, licitam eſſe emptionem cenſus perpetui redimibilis, id eſt, quem venditor tollere, ſiue redimere pro ſua voluntate poteſt. Quod duo Pontifices in duabus extrauag. ſuis declararūt, ſcilicet Martinus V. [a] & Calixt [b] Notandū tamen eſt prædictos Pontifices expreſſe non declaraſſe omnem emptionē cenſus, quí redimi poteſt, licitam eſſe, & pro tali habendā: quia ſolum declarāt tales eſſe, quæ in ſuis extrauag. referuntur, & cū certis modis, & conditionibus erant factæ. Quarū prima eſt quod venditor certum prædium, in quo cenſus conſtitueretur aſſignabat. Secunda, quod illud ſolum illius ſolutioni obligatum remanebat, & non ipſe, neque alia ſua bona. Tertia, quod pretium iuſtū ſoluebatur. Quarta, quod ſtatim illud totum tradebatur. Quinta, quod venditori optio dabatur totum, aut partem, quando, & quomodo melius ſibi videretur redimendi. Sexta quod venditor ad redimendum cenſum non obligabatur. Septima, quod prædicto prædio pereunte, cenſus periret. Octaua, quod prædium, in quo cenſus conſtituebatur redderet ſaltē tantum, quantum cenſus vēditus valeret.

71 Quas conditiones iam diu in hac Salmāticenſi Academia præd. Extrauag. prælegendo, nos collegimus, quas poſtea celeberrimus Doctor pater Bart. Caran. magnum Dominicanorum decus, conterraneus noſter, præfatas octo conditiones redegit in ſex, in ſumma Conciliorum, [c] in his quæ ſunt paruæ formæ, & in alijs quę ſunt mediocris [d], vbi poſtquam de Martino V. & Calixto III. tractauit, retulit præfatas eorum extrauag. * Septimum quod aliqui (de quibus nunc eſt Sotus, [e]) dicunt, in illis non probari ſecundam & ſeptimam conditionem prędictarum, ſcilicet quod ſolum prædium ſuper quo cenſus conſtituitur, illius ſolutioni obligatum maneat, & quod illo perdito, etiam cēſus perdatur: dicūt enim, cōntextum illarum extrauagantium non habere, quod cenſus non poſſit à vēditoribus exigi, ſi prædium cenſui addictum periret, ſed ſolum habere pretium pro cenſu datum exigi non poſſe, & quod ſi authores earum ſenſiſſent, quod nec cenſus exigi poterat, etiam id expreſſiſſent, qui tamen noſtro iudicio male illas interpretantur.

72 Primo quidem, quod nō ideo id exprimere omiſe-

[a] in extrauag. de emptio.
[b] in extrauag. 2. eiuſdem titu.
[c] pag. 618.
[d] pag. 387.
[e] lib. 6. q. 5. art. 1. de iuſt. & iure.

runt,quod aliud ſentirent, ſed eo quod de illo non dubitarent: viſum quippe fuit eis, quod ſicut ſublato cemento paries ei nitens corruit; ſic pereunte prædio cui cenſus inhæret, ipſe quoque cenſus perit: quia ſublato fundamento, neceſſe eſt corruere fundatum [a]: & ideo ſolum dubitabatur, an qui pretia recepiſſent ad eorum reſtitutionem tenerentur, cum cenſus ob quos data fuerunt pereuntibus prædijs perirent [b] & ad hoc dubiũ Pontifices reſpondent,quod non. Secundo, quod præfatæ extrauagantes tanquam rem multum dubiam declararunt, quod venditores cenſuum,pereuntibus prædijs, ſuper quibus fuerant impoſiti, non tenebantur ad reſtituendum pretia pro eis accepta: at non fuiſſet res valde neque vllatenus dubia, ſi pereuntibus prædijs reſtaſſent obligati ad ſoluendum cenſus, qui acceperunt pretia eorum Nam quamuis illa non perijſſent non tenebantur illi ad reſtituenda pretia, nec ad redimendum cenſus,vt ex illarum tenore conſtat. Octauum, quod in prima,& ſecunda editione Manua Confeſſ nobis ſicut & alijs multis viſum fuit, prædictas extrauag. non probare, illicitas eſſe emptiones redimibiles cenſuum, quæ fiunt abſque omnibus conditionibus, cum quibus factæ fuerunt illæ de quibus ipſæ loquuntur, quia ſolum probant illas ſufficere,vt illæ iuſtæ ſint, non autem probare illas requiri, cum longe aliud ſit aliquid requiri, & ſufficere [c] propterea in prædictis editionibus diximus, aliquas ex prædictis conditionibus non eſſe neceſſarias, & poſt hæc prædictus Sotus dixit [d], nullam prædictarũ conditionum eſse neceſſariam præter illam iuſti pretij, & illam, vt venditor ad redimendum cenſum non teneatur.

Nouum, quod poſt ſeriam meditationem viſum eſt nobis primam octo prædictarum conditionum eſſe neceſſariam. 73.tum quia prædictæ extr. ambæ id ſignificant: tũ quia in ea ſumus ſententia, vt cenſus in perſona libera conſtitui non poſſit,ſaltẽ ſine vſuræ præſumptione,vt mox in dicto ſequenti probauimus: tum quia hic de cenſu reali,qui in bonis conſtituitur,diſputamus:tum quia accidens ſine ſubiecto conſiſtere non poteſt, [e] & cenſus reſpectu prædiorum, in quibus conſtituitur, eſt tanquam accidens. Denique quia in nulla parte iuris

[a] *c.cum Paulus, 1.q.1.*

[b] *arg.c.cum ceſſante cauſſa ceſſet effectus, de appellat & l. adigere §. quãuis, ff. de iure patronat.*

[c] *iuxta glo.ſing. c. ſtatutum, in princ. verb. canonicis, de reſcript.lib.6.*

[d] *in ſumma in lib. 6. art. 1. de iuſt. & iure.*

[e] *l.ſi ſeruum §. 1 ff. de act.emp. Bal.in l.1. C. de bono poſſeſſ.contra tabul.*

augitur de cenſu reali, qui ſuper re aliqua certa non eſſet conſtitutus. * Admonemus autem nunc Lectorem, præfat. D. Bartolo. à Caranza, virum alioquin vigilantiſſimum, aut certe correctorem ſuæ ſummę per nonnullã incogitantiam dixiſſe vbi ſupra, primam conditionem eſſe, vt vendẽs deſignet, & exprimat rem aliquam quam vendat, & alius emat. Tum quia non habent extrauag. præfatæ, vt is qui vendit cenſum, vendat prædium ſuper quo ille imponitur: tum quia alioquin vẽdens cenſum, venderet etiam prædium: quod contra ius & omnem morem eſt; alioquin enim cenſus conſtitueretur ſuper re & prædio ementis, & non vendentis. Mens autem eius fuit dicere, quod vendens debet deſignare rem aliquam ſuper qua imponat cenſum, & alius emat illum illi rei impoſitum.

74 Secunda etiam conditio, ſcilicet, quod res illa ſola, ſuper qua cenſus imponitur, obligetur ad id, neceſſaria videtur; tum quia prædictę extrauag. id ſignificant, vt dictum eſt in ſexto dicto, tum quia, ſi perſona venditoris cenſus, & alia bona ipſius ad eius ſolutionem obligata manerent, non cenſeretur emptio cenſus realis, de quo agimus, ſed perſonalis, de quo nunc loquimur: aut eſſet conſtitutio pignoris, & obligatio ſecuritatis pretij accepti, & ſolutionis cenſus, quod vſura eſſet palliata: quia contra naturam eſt venditionis & emptionis, vt venditor ſe, & ſua bona ad perpetuam ſecuritatem rei venditæ obliget. Cum res empta periens poſt traditionem emptori pereat, & non venditori toto.[a]

75 Tũ quia licet venditor cenſus iuſte ſe, ſuaque obligare poſſet, ad aſſecurandum, quod prędium ſuper quo imponitur cenſus, eſt ſuum, & poteſt ſuper illo imponere illum cenſum: quia iure id tenetur ratione euictionis,[b] non tamen ex eo ſequitur, quod ſe debeat obligare ad ſoluendum cenſum illi prædio impoſitũ quamuis illud pereat, cum id iniuſtum ſit, ſicut venditor prędij tenetur quidem ad prçſtandam cautionem de illius euictione, non tamen tenetur prçſtare cautionem de ſoluendis fructibus eius, quamuis illud pereat, cum id iniuſtum ſit, & repugnans omni rationi iuris diuini, & humani.

[a] *tit. ff. & C. de peri & commod. rei. vend.*

[b] *tot tit ff. & C. de euictionibus & c. fin. de empt.*

76 Tertia conditio, ſcilicet, quod pretium ſit iuſtum

quamuis non ſit neceſſaria ad hoc vt emptio cenſus ſine illo facta in foro conſcientiæ dicatur vſuraria ſi vere venditor habuit animum vendendi cenſum, & emptor emendi eum: ſed ſic quoad hoc, vt non ſit iniuſta inducens obligationem ad reſtituendum, per ea quæ late diximus.[a] Et ad hoc, vt in foro exteriori, non cenſeatur vſuraria, ſi quidem paruitas pretij, cum pacto de retrouendendo, præſumptionem vſuræ interdum inducit, vt in Manual. Confeſſ.[b] dictum eſt, præſertim in cõtractu emptionis & venditionis cenſus, qui ſimilior eſt aliquo modo contractibus vſurarijs, quam aliarum rerum emptiones, vt ſupra[c] dictum eſt. Quarta, ſcilicet, vt totum pretium ſtatim ſoluatur, etiam neceſſaria videtur, etiam in foro conſcientiæ, quia emptor non debet credere, quod venditor ſponte dat dilationem ad ſoluendum pretium, (licet ipſe dicat) ſiquidem præſenti neceſſitate impulſus in ſuo prædio cenſum conſtituit: quemadmodum nec credere debet, eum, qui mutuum accipit ſponte ſibi vſuras promittere, quamuis id ille affirmet, iuxta omnes poſt Thomam,[d] qui dicunt, eum per quandam vim neceſſitatis promittere, neceſſaria etiam videtur in foro exteriori. Tum quia illa dilatio partis pretij data ab homine compulſo neceſſitate ad vendendum cenſum, quandam ſimilitudinem mutui vſurarij ſignificare videtur, propter ſimilitudinem maiorem quam habet emptio cenſus quam aliarum rerum emptiones, per prædicta in ſex prioribus dictis. Tum quia videtur minus iuſto pretio dare, qui ſtatim non ſoluit ei, qui neceſſitate ductus cenſum vendit.[e] Quinta, vt ſcilicet, in totum vel in partes redimi poſſit, etiam neceſſaria dici poteſt, ad effectum, quod eſſet iniuſta emptio cenſus; niſi plus pro eo daretur, interueniente pacto, ne per partes redimi poſſit, quam cum facultate redimendi per partes. Immo & ad effectum ne vſuraria cenſeatur, niſi plus detur, cum pacto de non redimendo per partes, quam cum contrario. Quia minus iuſto pretio datur, propter quod, & facultatem redimendi, quæ ex pacto de retrouendẽdo deſcendit, poſſet fieri, vt interdum vſuraria putaretur, vt ſupra tactum eſt. Sexta, ſcilicet, quod vendens non tenebatur redimere, ſecundum omnes, eſt neceſſaria.

[a] *in c. nouit. de iudic. not. 6. nu. 70. & ſequent.*
[b] *cap 17. n. 149.*
[c] *eod. ca. nu. 75. & 76.*
[d] *2. 2. q. 78. art. 2. ad 7.*
[e] *argumento, cap. 1. de plus petitio. §. plus autem inſt. de actionib.*

97. Septima, ſcilicet, quod perempta re cenſuaria perijt cenſus, ex ſecunda ſequitur, & per eam probatur eſſe neceſſaria. Octaua, ſcilicet, vt prædij reditus æquet, aut ſuperet cenſum in eo conſtitutum nonnullis non videtur neceſſaria. Tum quia magis emptori cenſus, quam venditori fauet: ſiquidem venditor liberatur relinquendo prædiũ cum ſuo cenſu emptori, per ſecundam cõditionem: tum quia illa ex prædictis extrauag. non videtur colligi, neq; nos quãdo eas Salmanticæ prælegebamus, eam collegimus; ſed non eſt verũ. Tũ quia nemo emit cẽſum ſuper prædio aliquo, quod ſciat non reddere tantũ: tum quia pro conſtituto habetur, vt diximus in Manua Conf.[a] (ſecuti Angel.[b] & Maior,[c] & Sylueſt.[d] (cũ, qui emit prædia, aut pecora, ab his qui non habent, aut plura quã habent, & ea eiſdẽ locat vſurariũ eſſe: cui ſatis ſimilis eſt is, qui emit cenſum ſuper prędio quod nõ eſt, aut non tantos prouentus affert, quantus eſt cenſus. Decimum, quod per dicta concludimus tenẽdum eſſe, omnes prædictas octo conditiones reſpectibus prædictis neceſſarias eſſe. Primo, per rationes ad earum probationes adductas. Secundo, quia ſicut ſupra inſinuatum eſt, eodẽ commentario,[e] omnis emptio cenſus, etiam antiqui, aliquam ſimilitudinem cum vſuraria habet, & multo maiorem emptio noui, qui per eam conſtituitur, quamuis ſit perpetuus, & ſine pacto facultatis redimẽdi & tollendi, & longe maiorem emptio cenſus, cũ pacto facultatis tollẽdi, & adimẽdi; quæ adeo magna eſt, vt in prædictis extrau. dicatur quod etiã factæ cum prædictis conditionibus, quæ vſuræ præſumptionem, & iniuſtitiã diminuunt, pro vſurarijs à multis habebãtur, & pro talibus diſſoluebantur, quouſque per eas declaratum fuit, eas, quæ cũ illis factæ eſſent, licitas eſſe, ſignificando, reliquas nõ eſſe pro talibus habendas. Tertio, quia pactũ, quod de retrouẽdendo appellatur in qualibet cuiuſcunque rei emptione adeo magnã vſuræ ſuſpicionẽ affert, vt ipſum & defectus iuſti pretij, pro vſuraria haberi eã faciat, iuxta gl. ſing.[f] ſecund. Ant. Burgen.[g] & Decium.[h] Et conſtitutio noui cenſus ad habendã per eã pecuniam ſine prædictis conditionibus, videtur tantã aut maiorem vſuræ ſuſpicionẽ inducere, quã pretij paruitas. Ergo illã cũ pacto facultatis redimẽdi (quod in effectu eſt de re-

[a] cap. 17. num. 229.
[b] verb. vſura, 1. §. 7.
[c] in 4. diſt. 15. q. 46.
[d] verb. vſura 2. qu. 6.
[e] nu 74. & 77.
[f] cap. conqueſtus de vſur. communiter recept.
[g] c. ad noſtram de emptio.
[h] conſil. 167.

trouédendo) pro vſurario cenſeri debet, ſi fiat ſine prædictis conditiōnibus,quę hanc præſumptionem tollant. Quarto, quod quamuis hæc ſententia neceſſario probari non poſſet contra eum, qui mordicus contrariam defenderet, tenenda tamen eſt: quia neque contraria probari poſſet contra eum, qui hanc tueretur.

Et hæc eo maiore fauore digna eſt,quo 78. magis facilitatem dandi, & accipiendi cenſum reprimit, quoque magis conuenit vtilitati animarum, & conſeruationi rerum priuatarum,immo & publicarum. Sunt enim plurimi,qui ſua bona huiuſmodi cenſibus onerant ad quædam minime neceſſaria, & ad quædam ſuperflua; immo & mala, qualia ſunt profana, vana, & interdum noxia, vel turpia. Quo fit,vt dum nec cenſus conſtitutos ſoluere poſſunt, nec licentioſe viuendi conſuetudinem ſuſtentare, facile fidem fallant, & decoquant, & relictis vxoribus, & liberis, cum magno publicæ, priuatæque rei detrimento ſolum vertant, & peregre in longinqua proficiſcantur: quæ materia delinquendi eſt amputanda,[a] etiā in his, quæ mediate tantum illam contingunt. [b] Confirmantur prædicta, eo quod Innoc. IIII.grauiſſimus auctor,quamuis fuerit in primis eorum, qui dixerunt licitam eſſe hanc emptionem cenſuum nouorum, addit tamen omnes Chriſtianos ſe ab illa debere abſtinere, in quo nemo illi aduerſatus eſt. Ex quibus omnibus iuſtum eſſe intelligitur ſtatutum quoddam ſanctæ Mariæ Guadalupæ cum eo,quod in eius copioſo Commentario dicitur.

79 Vndecimum,quod ex his ſequitur,non eſſe tenendum id. Quod prædictus Sot.tenuit [c] & Couar [d] nempe licere alicui cenſum conſtituere ſuper ſua ſola perſona, ſine deſignatione aliquorum bonorum. Quod etiam ante tenuit Conrad. [e] Contra quos faciunt primo concluſio præcedens, & omnia eius fundamēta. Secundo quod contrarium eius quod Sotus dicit affirmant Innoc.Hoſt.Ioan. Andr. Ancha Ant. & Card. Panor & Ioan. Anania [f] & Panor. [g] & Angel. [h] Barthol Caſſan. [i] Lauren.Rodul. [k] S. Anto. [l] & fere omnes. Tertio,quia eſt inuentio noua,qua nunquam Reſpub. Romana,ſaltem poſteaquam Chriſtiana facta fuit vſa eſt; nec paſſa, vt cenſus, & penſio in perſona libera conſtitueren-

[a] *c. ex parte, de conſuet. l. conuenire, ff. de pact. dota. & reſp. fouenda. c. ſi diligenti, de foro compet.*

[b] *l. 1. ff. ſolut. matrimo.*

[c] *lib. 6. q. 5. art. 1. de iuſt. & iure.*

[d] *li. 3. c. 9. varia reſolut.*

[e] *de contract. q. 74. & 75.*

[f] *in c. in Ciuitate de vſuris.*

[g] *in diſput. 5. col. penult.*

[h] *in ſumma ver. vſura. §. 8.*

[i] *in catala glor. mund. p. 12. conſil. 99.*

[k] *c. ſalubriter de vſur. 2. par. q. 12.*

[l] *2. part. tit. 1. cap. 8.*

tur, quomodo in prædio aliquo conſtituitur.

Quare tanquam res inſolens, & noua, malique exempli ableganda eſt. [a] Quarto, quia eiuſdem Reipub. Romanæ legibus cautum eſt, ne liber homo pignori detur. [b] Neque in eo ius reale, quod ius pignoris dicitur, conſtituatur, adeo vt creditor, qui tale pignus accipit pœnam incurrat. [c] Et certum eſt, ius cenſus maius onus quam ius pignoris eſſe: quia per pignus nihil aliud dat debitor, quam debiti ſecuritatem, & per cenſum ſic: vt colligitur [d] & ob id, qui pecunias habet mauult emere cenſum, quam eas pro pignore dare. Quinto, quod quamuis, ſecundum leges Reipub. ſeu veteris teſtamenti Hebræorum, poterat ſe debitor, filioſque ſuos in quandam ſeruitutem tradere, vt ſacra ſcriptura ſignificat [e] licet non eſſet vera omnino ſeruitus, vt dicit Th. [f] Quamuis item tempore, quo leges duodecim Tabular inſtitutæ fuerunt Romæ, quo tempore adhuc Reſpub. inculta, & minus humana, & minus morata erat, debitor, qui vnde ſoluere non habebat, ſed ad tempus creditori in ſeruitutem dabat, vt Bud. [g] & alij declarant: ex illa tamen duritia multa mala, & magnum periculum reipub. Romanæ eueniſſe, narrat Titus Liuius, [h] qui lib. 7. ſcribit, iuſſum fuiſſe ne quis fœneraretur. Et lig. 8. ait ob quandam crudelitatem, & turpitudinem, quam quidam creditor in adoleſcentem quendam ſuum debitorem exercuit, omnes debitores ab obligatione corporum ſenatum liberaſſe, ſanciendo, vt bona debitorum, & non corpora accipi poſſent. Et Solon videns quod homines propter facilitatem conſtituendi ius pignoris in ſuis perſonis inueniebant, qui ſibi mutuo ad vſuras darent, & ſe illis onerabant, ſtatuit, vt nemo pignori ſuum corpus ob mutuum acceptum dare poſſet, vt refert Plutarch. [i] quanto magis ſanxiſſet ne cenſus conſtitueretur, cum, ſicut dictum eſt, cenſus ſit grauius onus pignore? Sexto, quia facultatem conſtituendi cenſus in ſolis perſonis inducere, eſſet, nos ipſos ad illam duritiam antiquam magnorum malorum fontem reducere.

80. Septimo, quod quamuis teneremus, poſſe aliquem ſe vendere, aut ſe alicui ad tempus, aut perpetuo in ſeruum tradere, eo quod licitum ſit, ſecundum ius naturale, & diuinum, & non prohibitum humano: tamen non

*[a] c. ex parte, de conſuet. & cap. quis neſciat, 11. diſt.*
*[b] c. 2. de pig. l. ob æs alienum, C. de obligationib. & l. 2. C. quæ res pignori oblig. poßint.*
*[c] auth. immo. C. de obligationi. & actionibus. §. quia vero, auth. nulli iudi. coll. 9.*
*[d] ex l. 1. ff. de pignorib. cap. 2. de vſur. adiuncto c. conſtitutus, de religio domib.*
*[e] Leuit. c. 25. & 4. Reg. 4.*
*[f] 1. 2. q. 105. art. 4.*
*[g] In annota. ad Pandect. titu. de in diem addict.*
*[h] lib. 1. ab vrbe condit.*
*[i] lib. de vitanda vſur.*

ideo licitum eſſet in ſe manente libero ius cenſus conſtituere, quia lex humana iuſta vetat, ne in perſona libera ius pignoris poſſit conſtitui libera ea manente, & cōſequenter nec ius cenſus, quod maius quam pignoris eſt. Neque dubiū eſſe poteſt, quin interrogatus legiſlator idem de cenſu, quod de pignore reſpondiſſet: & ita habendum pro lege,[a] Octauo, quod quamuis rationes partis aduerſę probarent, hunc cenſum redimibilem in ſola perſona abſque alia bonorum deſignatione coram Deo licite conſtitui poſſe, apud homines tamē cēſeretur cōſtitui ad palliādas vſuras. Nā ſi alicuius prędij emptio cum pacto facultatis redimendi dum libuerit ſæpe vſuraria cenſetur: [b] etſi aliquot grauiſſimi doctores tenuerunt emptionem cenſus noui, etiam perpetui, & ſuper prædijs abſque perſonæ obligatione conſtituit vſurariam habendam eſſe: etſi alij multi tenuerunt, ſaltem emptionem cenſuum redimibilium talem exiſtimandam eſſe, etiam cum prædictis octo cōditionibus, hanc præſumptionem minuentibus fieret. Et ſi adeo magnum dubium fuit vt à duobus ſummis Pontificibus oportuiſſet reſolui in præfatis extrauag. [c] quod eſſet licita illa, quæ cum prædictis conditionibus fieret: quis dicere audeat, cenſum in perſona ſola conſtitutum cum facultate redimendi non eſſe cenſendum vſurarium? Nono quod contraria opinio præcludit viam mutui gratuiti petitioni, eo quod quiuis pecunia egens erubeſcet petere gratuito ab alio, cum reſponderi ei poſſit, vt conſtituat iuſtum cenſum pecunię, quam petit, quod per viam emptionis, & non mutui recipiat, cum ſupra ſuam perſonam tam facile illum conſtituere poſſit, quam facile poteſt eam ſolutioni eius obligare. Et ita quadam tenus ianuam charitati claudit, & cupiditati aperit: pauci enim gratis mutuarent cum mallent in pretium cenſus tradere, oſtiumque vſuris palliatis aperire.*

81 Multa denique alia inconuenientia inferri ex contraria opinione monſtrabam hoc in loco ſermone Hiſpano, quo à Chriſtiana repu. exploderetur, & nemini arrideret: ob quæ ſcio in prætorijs Hiſpaniæ tam ſæcularibus præſertim ſupremis, quam Eccleſiaſticis decretum fuiſſe, huiuſmodi cenſum perſonalem vere, vel-

[a] *iuxta glo. ſing. l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis.*

[b] *c. ſignificante, & c. illo vos, de pigno.*

[c] *1. & 2. de emptio.*

præſumptiue, ſaltem vſurarium eſſe iudicandum. In quorum omnium locum ſubijcio extrauag. illius opinionis expultricem, quam fœl.rec. Pius V. pòſt noſtrũ in vrbem appulſum edidit, auditis ſatis, & perpenſis, quæ nos in hoc 11. notabiliter ſcripſimus, ſuggerente illa ei eruditiſſimo probatiſſimoque viro Doctore Corneſo, ſiue Cornelio Luſitano, vtriuſque ſignaturæ referendario (qui noſter olim fuit auditor ardentiſſimus) & ob id mineralibus inſignibus magno cum gaudio à nobis ibidem donatus: quem tandem egregiam laudem in vrbe meritum, ad præmia æterna, vt pie creditur, à ſummo Rege gloriæ Chriſto vocatum, non ſine magno, ſed pio dolore in eadem extulimus.

## SVMMARIVM.

82 *Extrauagans* Pij *V. de modo conſtituendi cenſus.*
83 *Cenſus in conſtituendo ſeruanda octo etiam olim ſeruata.*
83 *Immo & alia totidem.*
84 *Cenſum ſuper cenſu poni poſſe.*
85 *Cenſus pretij ſolutio præſens, vt fraudatur.*
85 *Et quod non ſufficiat teſtatio Notarij de confeßione receptionis.*
86 *Solutio anticipata vt valet hic minus.*
86 *Compenſationi cur non eſt hic locus.*
87 *Fortuiti caſus renunciatio in hoc caſu non valet: & optatur ne etiam in alijs contra ius ordinarium renuntiaretur.*
89 *Laudemium ob rem cenſuariam venditam vt debetur.*
90 *Cenſus pretium nequit eſſe debitum, nec debendum.*
91 *Cenſus contractus, & emphyteuticus in hoc differunt.*
92 *Cenſum redimendi facultatem nec immemorialis tollit.*
93 *Præſumptio immemorialis, vt fortior centenaria.*
94 *Formam contra vel præter datam facta non valent.*
94 *Cenſus qui contra formam extrauagantis conſtituti valent.*
94 *Cenſus perpetuos quales non includit hæc extrauagans.*

## Pius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

82 *CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeũtes cognouerimus, innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuũ, contractus, qui nedum non continẽtur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos: uerum etiam, quod deterius eſt, contrarijs omnino pactionibus, propter ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præ ſe ferunt: non potuimus, animarum, prout tenemur, ſaluti conſulentes, & piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes, tam graui morbo, lethiferoque veneno ſalutari antidoto non mederi. Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, cenſum, ſeu annuum redditum creari, conſtitui ve nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit. Rurſum, niſi vere in pecunia numerata, præſentibus teſtibus, ac Notario. & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtóque pretio Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directe, aut indirecte obligantes ad caſus fortuitos eum qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum nec pactum auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam. quia volumus rem ipſam ſemper, & libere, aut ſine ſolutione laudemij, ſeu quinquageſimæ aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda ſit, volumus Dominum cenſus alijs omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda ſit, etiam per menſem expectari. Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu ſiue aliunde adquiſitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla. Immo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem vel alia re, in fauorem eiuſdem aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia ſo-*

*ſtiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent. Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos, non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire: ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui, non obſtante etiam longiſſimi temporis, ac immemorabili, immo centū, & plurium annorū præſcriptione, non obſtātibus aliquibus pactis, directe, vel indirecte talem facultatem auferentibus, quibuſcumque verbis, aut clauſulis concepta ſint. Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & poſt denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe & vbi pretium, nec volens intra bimeſtre ſoluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocumque redditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntia, de qua ſupra: & non obſtantibus his, de quibus ſupra idque obſeruari mandamus, etiam quod pluries, aut pluries denunciatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet. Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe omnino prohibemus, contractuſque ſub alia forma poſt hæc celebrandos fœneraticios iudicamus. Et ita, illis propterea non obſtantibus, quidquid vel expreſſe, vel tacite, contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, a fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem, nedum in cenſu nouiter creando verum etiam, quod in creato quocumque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuo & in omnibus ſeruari volumus. Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum, numquam poſſe ob temporum, aut ad contrahentium qualitatem, ſeu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum religioſorum ſubiciāt, & animarum ſaluti conſulant. Non obſtantibus, &c. Dat: Romæ Anno 1568. 14. Kalend. Februarij.*

83 Quoniam quidem in Manual. Confeſſ. [a] diximus nos huic extrauaganti hoc in loco addituros eſſe aliqua: quoniam item quidam amici, Illuſtriſſimi ordinis Societatis Ieſu, viri egregia pietate & eruditione,

[a] *cap. 17. nu. 234.*

attulerunt ad me multa circa præfatam extrauagantem dubia, quæ ſibi, & aliis ſui ordinis poſt eam editam occurrerunt, paulo maiorem quam putarem commentarium in eam faciam Addendo primo 16. gloſ. Deinde quærendo, & breuiter decidendo multa quæ ad hanc Extrauagantem proprius attinent.

Prima igitur gloſa fuerit, quod per eam probatur, ſeruandas eſſe in cuiuſcunque cenſus conſtitutione omnes octo conditiones, quas ſupra, [a] diximus ſeruatas fuiſſe in conſtitutionibus cenſuum, de quorum iuſtitia, vel iniuſtitia, interrogati reſponderunt Martinus V. & Calixtus III. [b]

[a] *à nu. 71.*

[b] *in præfatis ſuis extrauagantibus 1. & 2. de empt.*

Prima quidem, quod cenſus debet conſtitui ſuper re certa, probatur in illis verbis, *niſi in re immobili, &c.* Secunda, quod illa ſola res remaneat illi cenſui ſubiecta, ibi, *rem cenſui ſuppoſitam.* Tertia quòd pretium iuſtum detur, ibi, *iuſtoque pretio.* Quarta, quod totum pretium ſimul ſoluatur, ibi, *non prius, &c.* Quinta, quod venditor poterat redimere totum, vel partem, ibi, *extingui poſſe.* Sexta, quod venditor non obligetur ad redimendum, ibi, *ab inuito.* Septima, quod re cenſuali pereunte cenſus pereat, ibi, *re in totum, vel in parte perempta.* Octaua, quod res cenſualis reddat tantum, quantus eſt cenſus, ibi, *frugifera*, quamuis enim non dicatur expreſſe quantæ frugis debeat eſſe, ſatis tamen ſignificatur, quod debeat eſſe tantæ, quantus eſt cenſus, alioqui non ſatis apte diceretur, *frugifera*, iuxta materiam ſubiectam, iuxta quam verba ſunt intelligenda. [c]

[c] *l. ſi vno. § 1. ff. locati. & cap. intelligentia, de verbo. ſignifi.*

Gloſſ. 2. quod hoc extrauag. probat, quod non ſolum non poteſt conſtitui cenſus ſuper ſola perſona conſtituentis iuxta conditionem primam, vt ſupra eod. num. 73. contra Sotum probauimus, ſed neque ſuper aliqua alia re corporali, vel ſpirituali, niſi ſit res immobilis, aut quæ pro immobili habeatur, ſitque, frugifera, & finib. certis deſignata, quod colligitur ex illis verbis, *ſtatuimus, &c.*

84 Ex quo infertur poſſe cenſum conſtitui ſuper annuo reddit: quia licet ille non ſit proprie res immobilis, habetur tamen pro re immobili [d] & conſequenter poſſet conſtitui cenſus ſuper cenſu maiore, vel æquali iam antea conſtituto, per quod reſoluitur vnum de prædicto-

[d] *per tex. iuris optimum. Clem. exiui, § cúmque annui reditus. de verb. ſigni. cui concordat ca. 1. adiuncta gloſſ. recepta in verbo iura, de reb. eccl. non alien. lib. 6.*

prædictorum patrum dubijs

85 Gloſſ.3.quod hæc extra addit duas alias nouas cōditiones ad cenſus conſtitutionem requiſitas, vltra prędictas octo; nempe quod pretium cenſus ſoluatur in pecunia numerata, & coram Notario, & teſtibus, qui videant illam realiter tradi, quæ forma nouiſſima eſt, cui tamen audio fieri fraudem duobus modis. Altero, monſtrando quandam quantitatem pecuniæ, quam nō numeratam tradit venditori cenſus, qui confitetur recipere integrum pretium cenſus à ſe conſtituti, per quod non videtur fieri ſatis contextui huius extrauagantis, quæ ſic habet *Rurſum, niſi vere in pecunia numerata præſentibus teſtibus, ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius recepto integro, iuſtoque pretio.* Per quæ ſignificatur, quod Notarius, & teſtes debent videre ſolui pretium integrum in pecunia numerata, ad quod non videtur ſufficere oſtenſio, & traditio partis pecuniæ, etiam cum confeſſione vendentis cenſum, quod recipit totam, [a] quatenus probat maius eſſe probare ſolutionem factam numerando pecuniam realiter quam probare, quod pars fuit confeſſa eam recepiſſe. Videtur etiam quod non poteſt pars remittere, ſaltem in præiudicium fiſci, ne teneatur emptor ſoluere totum pretium in numerata pecunia ad numeratum, vt vocant per verſiculum, *Et ita*, Altero modo fit, quod emens monſtrat totum pretium, & tradit illum totum numerando, ita quod Notarius, & teſtes poſſunt ferre teſtimonium de numeratione totius pretij, ſed poſtea per conuentionem antea ſecreto initam illico in abſentia eorum reſtituit vendens partem pecuniæ, quam prius ab emente receperat, & debebat. Harum autem cautelarū prior videtur parū tuta in foro exteriori, eo quod non probatur per eam realis numeratio integri pretij, quam extrauagans requirit. Altera vero tutior eſt, niſi probari poſſet, quod ante traditionem totius pretij fuit conuentum, vt accipiēs illum redderet ſtatim illam partem, quæ debebatur emptori cenſus, quoniam qui ſic ſoluit vt ſtatim reddatur ei ſolutum, non liberatur. [b]

Eſt tamen quæſtio quotidiana, & magni ponderis: An præſuppoſito, quod vendens cenſum debet emptori centum antea ob aliquas cauſas recepta, & poſtea re-

OOo

[a] *argum l. 1. & vltima, C. de dote cauta non num,*

[b] *l. qui ſic ſoluit. ff. de ſol.*

cipit illa centum in partem pretij per alteram præfatarum cautelarum, an emens tute in foro conſcientiæ poſſit percipere cenſum ita conſtitutum, & ſolutum? & videtur quod ſic: tum quia vere coram Deo totũ pretium ſoluit, tum quia magis prodeſt vendenti cenſum, qui antequam conſtituat illum temporibus opportunis, tradit partem pretij eius, & expectat ſolutionem aliquando ſeſqui anno, & aliquando anno, vel biennio ſine vllo lucro, quam qui ſoluit totum in ipſa conſtitutione cenſus, incipiendo ſtatim lucrari.[a] Tum quia lex fundata in præſumptione non habet locum in foro cõſcientiæ, quando veritas eſt contraria.[b] At is rigor ſoluendi totum pretium in conſtitutione cenſus in pecunia videtur inductus à Pio ad præcludẽdam viam malis dolis, & cautelis, quibus ementes cenſus male ſoluebãt pretium in pannis & alijs mercibus antea, vel tunc traditis, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios fines vanos, vel malos: & ita non videtur includere quo ad forum conſcientiæ illos, qui bona fide vtilius, vel æque vtiliter anticipauerunt ſolutionem totius, vel partis cenſus, ac ſi in ipſa conſtitutione ſoluerint.

86 Gloſſ. 4. quod hic eſt caſus in quo qui dat ante tẽpus, non videtur dare plus, immo minus, cum tamen regula contrarium habeat.[c] Eſt item caſus, in quo non fit compenſatio etiam de liquido ad liquidum contra regulã:[d] licet enim Ioannes conſtituturus & vẽditurus cenſum Petro debeat ei mille quingenta, non poteſt tamen Petrus paciſci cum Ioanne, vt illa quæ debet, vel eorum aliquam partem accipiat in ſolutionem alicuius partis mille quingentorum ſibi pro cenſu ſoluendorum. Ratio harum fallentiarum, videtur eſſe præcluſio vię fraudis vſurariæ ſupra tactæ, & ſicut ratio, quæ competentem depoſitum non admittitur, compenſatio ex exuberantia illa bonæ fidei, quæ ſeruanda eſt in depoſiti redditione,[e] & per alia iura per eius gloſſ. citata.

87 Gloſſ. 5. quod alia conditio, & ita vndecima requiritur in cenſuum conſtitutione, ne ſcilicet derogetur vlli exceptioni caſus fortuiti, niſi ei qui naturæ contractus conueniat, & conſequenter nota caſum in quo renunciatio caſuum fortuitorum, non valet contra regulam legis,[f] quatenus probat ſecundum communem

---

[a] *arg. c. 1. de plus peti. & c. ſi quis agens Inſtit. de actio.*

[b] *c. ii qui. c. tua cum e: in annotatis de ſponſal.*

[c] *iux. prædictum c. primũ, de plus petit. & § ſi quis agens. Inſt de actio.*

[d] *leg. vlt. C. de compenſat.*

[e] *iux. c. fin. de depoſ.*

[f] *ſed & ſi. §. quæſitum, ff. ſi quis cautio.*

intelligendi modum, quod licet generalis renunciatio non obſtet excipienti de caſu fortuito: nocet tamen ſpecialis, immo, & generalis, quoad caſus ſimiles, aliis ſpecialiter renunciatis.[a] Quod vtinam omnes Monarchæ in ſuis Monarchiis idem ſtatuerent etiam in aliis materiis. Quandoquidem quamplurimi partim ignorantia, partim incogitantia, partim deſiderio adipiſcẽdi aliquid. & timore, ne illud alias eis negetur, faciunt renunciationes à iure exorbitantiſſimas, & Notariorum ſtylo ad formam obligationum Cameræ, (quæ tot ſacris canonibus, & legibus derogat ampliatiſſimas) & poſtea per eas omnia ſua bona, quibus ſe, ſuoſque ſuſtentabant, perdunt, decoquunt, & fugiunt aut carceribus incluſi, fame pereunt. Quibus renunciationibus, nullis, quod ſciam, legibus, tam obuiatum eſt, quam Luſitanis.

*a argumento. ca. qui ad agẽdum de procurat. li. 6.*

88 Gloſſ. 6. quod duodecima conditio æquiſſima ſeruanda eſt in conſtitutione cenſus, nempe quod eum conſtituens, non ſe obliget, ad non alienandum rem cenſui ſubiectam: propter quam memini pridem reſpondere cuidam viro doctiſſimo, qui multos cenſus emerat, & ſuſpicabatur eorum inſtrumenta non ſatis licite dictata, vt faceret tolli, vel remitti aliquot conditiones, quas tabellio inſtrumento inſeruerat, quarum vna grauiſſima erat, quod dominus prædij cenſui ſuppoſiti, non poſſet illud vendere: immo caderet illud in commiſſum, ſi venderet illud ſine conſenſu ipſius: quod profecto nullatenus contractui cenſuali conueniebat: ſed ſolum contractui emphyteutico, cuius natura longe aliena eſt à contractu cenſuali per ea quæ habentur[b] & alibi ſæpe.

*b in l. 1. & 2. C. de iur. emphi. & in c. cum dilectus, de relig. dom.*

89 Gloſſ. 7. quod aliqui parum caute colligunt ex hac extrauaganti, quod ex nulla venditione rei cenſui ſuppoſitæ debetur laudemium: quod ad ſummũ eſt quinquageſima pars pretij.[c] Non enim fuit intentio legiſlatoris liberare à laudemio prædia quod alia ratione, quã cenſum in eis poſitorum debetur, ſed quod dominus rei cenſuariæ poteſt vendere illam non ſoluendo laudemium ei, qui habet cenſum in ea, niſi alia ratione teneatur ei. Conſtitutio enim Principis intelligenda eſt ſine præiudicio tertij.[d]

*c iux. l. 3. C. de iur. emphyt.*

*d c. ſuper eo, de offi. deleg. & l. 2. §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loco pub. fiat.*

Gloſ. 8 quod hæc extrauagans inducit multa ſpecialia in ſolutione cenſus. Primum, quod propter moram ſoluendi illum non incurritur vlla pœna amiſſionis rei cenſuariæ vel partis eius, etiam ſi conuentio de illa incurrenda præcederet contra regulam.[a] Secundum, quod non incurritur etiam obligatio ad intereſſe lucri ceſſantis, etiam ſi conuentio de illa incurrenda præcederet contra regulam.[b]

[a] c. ſuam de pœnis: & l ſtipulatio iſta, § alteri. de verb. oblig.

[b] l.3.ff.de eo quod certo loco. & c. conqueſtus, iuncta gloſ. de vſur.

An autem idem ſit dicendùm de obligatione damni emergentis Et videtur quod non: tum quia de illo nullam facit mentionem: tum quia non obſtant illa verba quibus annulantur conuentiones de ſoluendis certis expenſis, & certis ſalariis, & expenſis iuramento eius qui fecit liquidandis. Quoniam ſolum videtur reſpicere conuentiones illas duras, quæ ſolebant imponi ab ementibus cenſus, vt ſi die præſtituto non ſolueiit, cenſuarius teneretur ad ſoluendum certum, idemque nimium ſalarium, & certas, eaſdemque nimias expenſas nuntio mittendo ad recipiendum cenſum. quia illæ nimiæ coram Deo non debentur. Tum quia iure naturali debentur creditori à moroſo debitore impenſæ moderatæ, & ſalarium iuſtum. iuxta illud Pauli.[c] *Reddite omnibus debita*: & infra: *Nemini quidquam debeatis*: & iuxta illud,[d] *Dignus eſt mercenarius mercede ſua.* Et qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur.[e] In quibus fundatur damni emergentis obligatio. Quare iuſte poteſt petere emptor cenſus, non ſolum illum, ſed etiam dãna quæ paſſus eſt propter moram ſoluendi, mittendo nũtios, faciendo impenſas moderatas: non quidem ratione conuentionis de ſoluendo tantum, aut tantum pro ſalario, & impenſis, ſed ratione legis naturalis diuinæ, & humanæ, qua præcipimur ſoluere proximis debita iuſta, & damna eis à nobis iniuſte illata, aut quorum fuimus cauſſa.

[c] ad Rom. 13.

[d] Luc 10.

[e] c.fin. de iniur. l.qui occidit, ff. ad leg Aquil.

90 Gloſſ. 9. quod etiam alia conditio (quæ erit 14.) neceſſaria eſt ad conſtituendum cenſum, nempe quod nõ conſtituantur pro cenſibus iam decurſis, & debitis, vel decurrendis, ob quos nec augeri poteſt cẽſus antea poſitus, nec imponi nouus ſuper eadem re, & neque ſuper alia emptori priori cenſus, licet dici poſſet hãc cõditionem cõtineri ſub illa, quæ requirit, vt totum pretiũ ſol-

uatur tempore conſtitutionis cenſus, & quod nullum debitum accipiatur in ſolutione totius pretij, vel partis eius. Et aduertendum, quod non probatur hic illud, quod aliqui putarũt, nempe, quod conſtituens cenſum in aliqua re, non poteſt augere illum cenſum, vel ponere nouum emptori prioris, quia ſolum ſtatuitur vt non poſſit id fieri pro cenſibus decurſis, vel decurrendis.

Quare ob pecuniam noue dandam recte poteſt augeri, vel nouus imponi.

Gloſſ. 10. quod etiam eſt alia conditio (quę erit 15.) in conſtitutione cenſus neceſſaria, nempe, quod conſtituens non ſe obliget ad ſubeunda alia oneta, quę alias iure ſubire non debet, pręterquam ad ſoluendũ, cẽſum puta, vt ſuſcipiat hoſpitio familiares eius, cui debetur cenſus, donec illa redimatur: pro quo faciunt per contrarium tres leges.[a]

91 Gloſſ. 11. quod cenſus creati, & creandi poſt hanc Extrauagantem poſſunt redimi in totum & pro parte: & quod nõ ſolum pereunt perempta re, cui ſunt impoſiti, ſed etiam pars eorum pro rata partis peremptæ. Et quod paria ſunt, rem perire, vel infrugiferam fieri: quia ita perit cenſus ob hoc vt ob illud, quæ nuſquam alibi ſic declarata ſunt. Et ex his,[b] colligitur vna grãdis differentia inter cenſum Emphyteuticum, & inter alios cenſus annuos alio modo comparatos.

92 Gloſſ. 12. quod hic fit declaratio vtiliſſima debentibus cenſus, nempe, quod facultas redimendi, quãdocumque volent, facta præfata denunciatione, non poteſt tolli ab eis pacto, nec pręſcriptione etiam immemoriali, nec centum annorum per quam declarationẽ ceſſat illa grandis difficultas an facultas redimendi cenſum vlla temporis præſcriptione tollatur.

93 Gloſſ. 13. quod alia eſt immemorialis præſcriptio, & alia centum annorum: quod eſt verum ſecundum omnes.[c] Nota etiam quod contextus ſignificat præſcriptionem centum annorum eſſe maioris virtutis, quam immemorialem: dictio enim *imma*, eſt implicatiua[d] ſicut & dictio *etiam*, & implicat caſum dubitatiorẽ.[e] Et ita, dum textus ait, *non obſtante præſcriptione immemoriali immo nec centum annorum*, ſignificat hanc eſſe maioris virtutis, quam immemorialem: ſed contrarium eſt verius

[a] *tituli. Cod. ſine cenſu vel reliq. fundum compa- rari non poſſe.*

[b] *adiuncta, l. 1. C. de iur. emph.*

[c] *in c. cum nobis, de præſcriptio. & in c. 1. lib. 6 eod titu.*

[d] *iuxta glo. receptam in l. iuriſgentium, §. quinimo ff. de pact.*

[e] *iuxta l. etiam ff. de minor*

Maioris quippe virtutis eſt immemorialis, quã centum annorum: quia hæc non prodeſt ſine titulo ad præſcribendum ea, in quibus præſumptio iuris eſt contra præſcribentem: illa vero ſic, per textum [a], quia habet vim tituli [b], quam non habet ſpacium centum annorum, ſecũdum omnes in dictis locis. Ideoque dicendum eſt, verbum illud *immo* huius extrauagantis, implicare quidem alium caſum, & ita probare id, quod prænotatum eſt: nempe, aliam eſſe præſcriptionem immemorialem, & aliam centenariam: ſed non implicare caſum vere dubitatiorem: ſed qui poſſet apparere dubitatior alicui, qui crederet præſcriptionem centenariam eſſe maioris virtutis, quam immemorialem, eò quod opinio gloſſæ Panormit, & communis [c] habet, quod probata præſcriptione immemoriali non eſt probata centenaria. Contra quam tamen præfatus Couarru validis argumentis tenet, [d] ſecutus Card. [e]

Circa quod videntur tria dicenda. Primum, quod procul dubio immemorialis eſt maioris virtutis, quam centenaria, vt prædictum eſt. Secundum, quod ex præfata communi opinione, non infertur cõtrarium huius, vt palam eſt. Tertium, quod mea ſententia, facile conciliari poſſunt præfata communis opinio, & contraria Card. & Couarr dicendo, quod illa intelligatur de vera probatione, hic vero de præſumpta: inter quas quoad hanc materiam præſcriptionis, eſt illa magna differentia, quod præſcriptio immemorialis iudicanda eſt inualida, ſi probetur vere cum illa mala fide fuiſſe continuata, non autem ſi ſolum præſumptiue fuerit mala fide probata, vt colligitur ex citatis per præfatum Couarr. [f]

Gloſſ 14. quod nullo pacto ſtatui poteſt, vt pretium à conſtituente cenſum inuito repeti poſſit, ob pœnam vel aliam cauſam, niſi quando denunciauit velle ſe redimere, quia tunc intra annum cogi poteſt ad reddendum pretium, vt prædictum eſt. [g] * Ex quibus infertur, quod opinio illa Innoc. [h] ſcilicet, quod poteſt conſtitui cenſus redimibilis, ita vt conſtituens teneatur redimere illum poſt tres, vel quinque [i] vel decem annos, non eſt nunc tenenda, vt inſinuatum eſt ſupra.

94 Gloſſ. 15. quod conſtitutio cenſus facta ſub alia for-

[a] *iuncta gloſſa, & eis annotata in c. 1. de præſcri. lib 6.*

[b] *c. ſuper quibuſdam, § præterea, de verb. ſign. & l. hoc iure, §. ductus aquæ ff. de aqua quot. & æſti.*

[c] *in c. cum nobis, de præſcript.*

[d] *in c. poſſeſſor, de reg. iur lib. 6. 2. par. § 3. nu 9.*

[e] *in c. ſi deligenti eod. tit.*

[f] *2. par. § 8.*

[g] *num. 91.*

[h] *in c in ciuitate de vſu.*

[i] *num. 76.*

ma, quam contenta in hac extrauagãti cenſenda eſt fœneratitia. Pro quo facit principium cap. prudentiam,[a] quatenus habet, non ſolum facta contra formam eſſe nulla, ſed etiam facta citra formam; quod ibi Panorm. Felin, & alij vtiliter declarant. Aduertendum tamen, quod contextus loquitur de contractibus tantum, & ita non videtur damnare conſtitutiones cenſuum, etiam redimibilium per viam legati, fidei commiſſi, vel aliam vltimam volontatem, in alia forma, quam iſta factas,[b] immo nec factas per omnes contractus: quia nõ includit factas per donationes, & alios contractus gratuitos quamuis donatio inter viuos ſit contractus, ſecundum omnes, etiam nominatus, ſecundum verius loquentes.[c] Id ipſum videtur dicendum de cõſtitutione cenſus per viam dotis, vel ſpõſalitię largitatis, ſeu donationis propter nuptias, vel donationis alicuius Eccleſię, vel cappellę ad aliqua diuina officia facienda, licet non ſint contractus gratuiti.[d] Immo videntur excludi omnes conſtitutiones cenſuum, quę non fiunt per emptionem, & venditionem, vel alium contractum ſibi æquipollentẽ, per quem quis conſtituit alteri cenſum in re ſua ob aliquod pretium. Tum quia ſolum diſponit de ijs quę pretio accepto conſtituuntur, vt colligitur ex verſ. *Rurſum.* Tum quia ratio præſumptionis fraudis vſurarum in qua fraudatur, ceſſat in illis, & conſequenter ipſa ceſſabit.[e]

Gloſſa 16. quod hæc extrauagans non ſolum videtur includere cenſus redimibiles poſt eam conſtituendos, ſed etiam irredimibiles. Tum quod generaliter ſine vlla diſtinctione de omni cenſus conſtitutione & venditione loquitur, & ita generatim eſt intelligenda.[f] Tum quod etiam cenſus irredimibilis poteſt in fraudẽ vſurarum conſtitui, & vendi: & ita ratio edendi hanc extrauag videtur habere locum in illo, & conſequenter ipſa.[g] Dixi (poſt eam conſtituendos) quia conſtitutos antea non includit, etiam ſi ſint redimibiles, vt habet finis eius. Hanc autem ampliationem, ſiue declarationem reſtringo ad cenſus irredimibiles temporales, vel perpetuos, qui eodem fere pretio, quo redimibiles conſtituuntur. Non enim videtur hęc extrauag. includere illos perpetuos irredimibiles, qui lõge maiore pretio, &

a *de offic. deleg.*

b *arg. l. cum prætor, ff de iud. & c. nonne de præsumpt.*

c *post glo. in l. legitima, ff de pact. & in l. si quis argentum. § fin. C. de donat*

d *argu l. pro oneribus, C de iure dotium, c per vestras de donat. inter virum & uxorem, & c. de censibus, & c. significatum de præbend.*

e *arg. c. cum ceſſante, de appella & l. adigere. § quamuis, ff. de iure patro*

f *argu. l. de prætio, ff. de publicia. in rem actio. & c. ſolitæ, ſub finem, de maiorita & obedien.*

g *arg. l. illud, ad l. Aquil*

quaſi duplo quam redimibiles conſtituuntur, eo quod nulla penitus facultas redimendi fiat venditori: quoniã in illis videtur ceſſare ratio præſumendi mutuum vſurarium, cùm eſſet facultas redimendi, & paruitas pretij, quod illa facultas minuit.[a] Hactenus de gloſſis. Nunc autem de quæſtionibus

## SVMMARIVM.

95 *Cenſus qualis contra formam imponitur per ſententiam.*
96 *Cenſus per ſententiam creatus an pro parte redimatur.*
97 *Creditor regulariter an teneatur accipere debiti partem.*
98 *Oblatio dandi natura, & effectu diuidua.*
99 *Solutio partis debiti quæ incommoda.*
100 *Cenſus an ſolium pecuniæ numeratæ liceat.*

95 Prima quæſtio eſt, vtrum cenſus annuus poſſit cõſtitui per ſententiam iudicis condemnantem alteram partem ad ſoluendum mille, vel cenſum annuum, donec illa ſoluatur. Et pro parte quidem affirmante facit.

Primo quod huiuſmodi ſententiæ frequenter in Hiſpania feruntur. & exequuntur, quo verbo nunc vtimur in paſſiua ſignificatione, ſicut Vlpianus.[b]

Secundo, quod licita eſt obligatio qua quis obligatur ad aliquid faciendum ſub pœna tam iure canonico,[c] quam ciuili,[d] & non ſolum per contractum, vt in dictis legibus, ſed etiam per vltimam voluntatem.[e] Et quod etiam per ſententiam arbitri id fieri poſſit, eſt caſus in d. c. dilecti, & alijs iuribus allegatis ibidem, & etiam per ſententiam iudicis de iure canonico, caſus eſt in d. cap. ſuam.

96 Tertio quod debitor non ſolum tenetur ſoluere ſortem, ſed etiam intereſſe quod paſſus eſt creditor,[f] ergo iudex poteſt condemnare debitorem ad ſoluendum debitum, & intereſſe: at per ſententiam præfatam iudex illud prætendit, ergo poteſt id facere.

Quarto, quod cui licet quod eſt plus licet quod eſt minus[g] At minus, & vtilius debitori eſt, quod cõdemnetur alternatiue ad ſoluendum mille, vel cenſum eorum donec illa ſoluerit, quam ſimpliciter ad ſoluendum mille: ergo ſi poteſt condemnare ſimpliciter ad ſoluen-

[a] *arg. c. cum ceſſante cauſa, cum concord. de appellatio.*

[b] *in l. qui pro tribunali, iuncta glo. verbo exequentur, ff. de re iud.*

[c] *c. dilecti. de arbit. & c. ſuam de pœn.*

[d] *l. qui fidem ff. de tranſact. & l. cum proponas, C. de dolo.*

[e] *l. 1. C. de his quæ pœn. nom. & in § fin, Inſtit. de legat.*

[f] *l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. profer.*

[g] *c. cui plus cum ibi citat. de reg. iur lib. 1.*

dum mille, poterit etiam condemnare ad ſoluendum mille, vel cenſum eorum, donec illas ſoluat.

Pro parte autem negante, facit primo, quod cenſus non poteſt conſtitui licite alio modo, quam quo prædicta extrauagans determinat: & hic modus conſtituendi per ſententiam eſt longe alius ab eo.

Secundo, quod per contrariam opinionem daretur via facilis ad conſtituendas vſuras: qui enim vellet mutuare centum mille, vel plura ſub vſuris, & qui vellet ea ſic mutuari, facile poſſent conuenire, vt mutuaturus tradat illa mutuatario, & vocet eum ad iudicium, ad ſoluendum illa ei, & mutuatarius confiteatur ſe debere illa, ſed non poſſe ſoluere, & quod eſt contentus, vt condemnetur ad ſoluendum ea, vel cenſum eorum annuum, donec ea ſoluerit.

Tertio, quod non licet dare alteri aliquid conſiſtens in numero, pondere, vel menſura, ſiue mutuare cum pacto pœnali, quod ſi non ſoluerit ad certum terminum, ſoluat aliquam pœnam: quia id eſt dare tacite ad vſuras, vt ſentiunt Bart. & Salic.[a] & ante ipſos Innoc communiter receptus,[b] & latius Ludo. Roman.[c]

Pro concordia ab vtraque parte allegatorum, videtur diſtinguendum. An lis fuerit mota ſuper rebus conſiſtentibus in numero, pondere, & meſura, an ſuper alijs quod priore caſu non valet, poſteriore vero ſic. Ratio diuerſitatis colligitur ex ipſiſmet argumentis ſupra formatis, nempe; quod pœna pecuniaria impoſita contra debitorem rerum mutuabilium præſumitur impoſita in fraudem vſurarum: impoſita autem ſuper aliјs minime, niſi ſaltem fuerit impoſita à conſueto fœnerari.[d] Vnde ad argumentum primum. pro parte negante formatum reſpondetur, quod hæc extrauagans non habet locum, niſi in conſtitutione cenſus per contractum, vt in gl[?]. dictum eſt, & queſtio mouetur ſuper cenſu per ſententiam conſtituto.[e]

Nec obſtat, quod per ſententiam quaſi contrahitur, & quod à contractu ad ſentẽtiam arguitur.[f] Tum quia id regulariter non videtur verum,[g] nec vllo caſu, in quo ratio diuerſa diuerſum ſuadet, & in propoſito noſtro eſt diuerſa ratio, quia in conſtitutione cenſus per contractum præſumi poteſt fraus vſuraria, quæ in ſententia

[a] *in l. cum proponas, C. de dolo.*

[b] *in d c. ſuam.*

[c] *in conſ. 510. num. 13.*

[d] *iuxt gloſſ. in l. pœnam, ff. de vſur.*

[e] *l. 1. §. idem ſcribit, ff. de pecul.*

[f] *l. ſi procuratori ff. de procur.*

[g] *l. inter ſtipulantem, § 1 ff. de verb. oblig.*

iudicis non præſumitur, niſi cum ferret illam ſuper rebus mutuabilibus, quem diximus non debere cenſeri validam, ſaltem in foro exteriori.

Per quod ipſum reſpondetur ad alia duo argumenta pro parte negante facta. Ad argumenta vero pro parte affirmante facta reſpondetur, illa ſolum probare cēſum poſſe conſtitui per ſententiam latam ſuper alijs rebus quam mutuabilibus, quod noſtra concordia concedit.

Quę tamen diſtinctio & concordia videtur ſeruanda in foro exteriori, non autem in foro conſcientię: quia ſi vere corā Deo, iudicis & partis victricis animus fuit, vt altera pars condemnaretur in aliqua ſumma, & obligaret illam ad ſoluendum cenſum annuum pro vſu illius pecuniæ, in qua eum condemnauit in neutro foro eſſet ſeruanda ſententia coram Deo, & in foro conſcientiæ: ſi autem fuit animus condemnandi debitorem in illa ſumma, & ad ſoluendum annuum cenſum, donec eam ſoluat, tamquam intereſſe, vel pœnam contumaciæ, in vtroque foro valebit, ſi in vtroque caſu intereſſet, vel cōtumacia inueniatur, per illam rationem firmam, quod lex vel diſpoſitio fundata ſuper præſumptione, non habet locum, quando rei veritas habet contrarium.[a]

Neque obſtat dictum Innoc.[b] quatenus habet adiectionē pœnæ non cenſeri in fraudem vſurarum factam, niſi cum creditor erat aſſuetus fœnerari? Quia id eſt verum in alijs contractibus quam mutuo, in mutuo enim ſemper præſumitur adiecta in fraudem vſurarum.[c]

97 Secunda quæſtio. An condemnatus ſoluere mille, vel cenſum eorum donec illa ſoluerit ſuper alijs rebus quam mutuabilibus (ſuper quibus talem condemnationem fieri poſſe in prima quæſtione dictum eſt) poſſit ſoluere particulatim, & cogere creditorem ad recepiēdam ſolutionem particulatim.

Pro cuius parte negante facit primo[d] quatenus habet, debitorem centum per obligationem, & conſignationem quinquaginta non liberari à ſolutione vſurarum, quas debet pro centum.

Secundo facit[e] quatenus habet particularem ſolutionem incommoditatem afferre.

Tertio, quod creditor nō poteſt petere partem ſummæ debitæ coram iudice, qui de tota ſumma cognoſce-

a c. his qui fidem, & c. tua, de ſpōſal. cum eis annotatis

b in c. ſuan, de pœn.

c iuxt gl. in c. rogaſti § ſi tibi ff ſi cert per communiter recept. à Bart. & alijs.

d l. tutor. §. Lucius ff. de vſur.

e l. plane ff. famil erciſcum.

re poteſt, debitore id opponente, vt tradit Bart. communiter receptus [a] qui habet commodantem duas res poſſe petere vnam ex illis ſeparatam a commodatario: commodantem autem vnam, non poſſe petere partem eius.

*[a] in l. incommodati. § duabus, ff. commo.*

Quarto, quod communis opinio tenet hanc concluſionem cum gloſ. [b]

*[b] l. quidam exiſtimauerunt. ff. de reb. cred.*

Pro parte vero affirmante, vrget primo hæc extrauagans, quæ determinat quemlibet cenſuarium poſſe ſoluere particulatim pecuniam in pretium cenſus acceptã ad liberandum ſe a ſolutione cenſus pro rata. Nec obſtat, quod iuxta vltimam gloſſam, huic extrauaganti nõ eſt locus in cenſibus qui per alium modum, quam per emptionem & venditionem, aut alium contractum ei non æquipollentem cõſtituitur. Quia id verum eſt quatenus continet formam contrahendi cenſum; non autem quatenus continet formam diſſoluendi & tollendi illum, propter rationem diuerſitatis, eo quod in ſublatione cenſus, non timetur fraus vſuraria: ſicut in eius conſtitutione, & ita hæc extrauagans videtur niti iure humano antiquo, & communi, quatenus diſponit poſſe redimi cenſum per partes, præſupponendo quod debitum quantitatis poteſt ſolui per partes.

Secundo, vrget prædicta l. quidam exiſtimauerunt, quatenus ſine vlla reſtrictione generaliter habet: Prætorem humanius facturum, ſi coegerit creditorem ad accipiendam debiti partem, quæ offertur ei. Nec obſtat reſponſio gloſſæ, & communis, quæ reſtringit legem illam ad debitorem, qui confitetur partem debiti, partem vero negat: quoniam ex nullis verbis legis, nec alius totius iuris, colligitur illa limitatio: cum nulla talia ſint quę de tali confeſſione, vel negatione loquantur. Tertio facit, quod debitor Reipublicæ poteſt ſoluere particulati mei debitũ [c] quæ habet: Receptores Reipublicę confitendo ſe recepiſſe partem rei debitę Reipublicæ ad eo liberare debitorem quoad illam; vt exceptio nõ numeratę pecunię nequeat ei opponi. Ad idẽ eſt caſus [d] quaten' habet Rationales ſiue Receptores publicos teneri ad recipiendã debiti ſolutionem tributorũ Reipublicę debitorũ particulariter factã, modo tribus vicibus ſoluatur totũ: ergo à fortiori debitor priuatæ perſonæ

*[c] l vltima, C. d. apoch. pub. lib 60.*

*[d] in l placui C. de colla. fund. patrim.*

[a] arg. auth. multo magis. C. de ſacroſanct. eccle. & c. cum in cunctis, de elect.
[b] l. 2. §. & harum ff. de verb. oblig.
[c] ibi nu. 2.
[d] l. ſi ſtipulatus ſum. §. qui decẽ, ff. de ſolut.

poterit id facere.[a]

98 Quarto vrget, quod obligatio de dando quantitatem eſt diuidua natura & effectu, ita quod præſtatio partis liberet debitorem à ſolutione illius quoad illam partem[b] ex quo Bar.[c] communiter receptus id colligit: & obligatio de qua loquimur, eſt de dando quantitatem, ergo eſt diuidua.

Quinto, vrget[d] vbi ſine vlla exceptione habẽtur hæc verba.

*Qui decem debet partem ſoluendo liberatur.*

Sexto, quod nihil obſtat his duobus proximis argumentis dicere, quod illa procedunt in ſolutione partis facta creditori eo volente: tum quia nulla eſt, lex, neque canon, qui hoc ſic limitet: tum quia præfatus. § & harum, ponit differentiam inter obligationem de dando quantitatem, & de dando hominem, & ait Iuriſconſultus, quod hæc eſt indiuidua effectu, id eſt, quod non liberat ſolutio partis quoad partem, illa vero ſic: at conſtat ꝙ etiã debitor generis liberatur quoad partẽ ſoluẽdo partẽ volẽte id creditore[e] ibi: *Satisfacere alicui dicimus, cum eius deſiderium adimplemus*: ergo in obligatione dandi quantitatem, ſolutio partis, etiam nolente creditore, liberat quoad partem. Equidem hoc argumentum adiunctum duobus proximis irrefragabiliter probat hanc concluſionem, quam exerte affirmauit eruditiſſimus Alciatus[f] faciens regulam, quod regulariter poteſt cogi creditor ad capiendam ſolutionem partis oblatæ, niſi cum nimis minutatim offertur.

[e] arg. l. ſatisfactio. ff. de ſolut. & l. ſi rẽ, §. emmis, ff. de pigno action. & l. 1. ff. qui ſatiſda. cogã. ibi.
[f] in d. l. quidam exiſtimauerunt, nu. 11.
[g] in d. §. & harum.

Septimo, facit ratio qua tam Paul. Iuriſconſultus,[g] quam comminiſcentes in illum ponunt differentiam inter ſtipulationem dandi quantitatem ab vna parte, & inter ſtipulationem facti, vel dandi hominem ex altera, quoad hoc, vt illa, dicatur regulariter diuidua hæc autẽ regulariter indiuidua Eſt enim illa ratio, quod raro contingit, vt ſolutio partis quantitatis quoad illam ſit notabiliter incommodior, quam ſolutio totius quantitatis quoad totam quantitatem Per quam rationem tollitur conſideratio illa magnæ incommoditatis, qua ſ[illegible] munit contraria opinio ad dicendum, quod particularis ſolutio multas incommoditates adfert Quia id, non eſt regulariter verum, cum debetur quantitas.

Octauo, facit conſideratio Philippi Decij, & Alciati[a] ſcilicet, quod ratio illius legis, nempe, vt diminuantur lites, æque habet locum in debitore confitente totum debitum, ac in confitente partem tantum: quoniam per acceptionem partis oblatæ in vtroque caſu minuitur lis quoad illam partem. Cum ergo omnes fateantur cogendum eſſe creditorem recipere partem confeſſam, quando alia pars negatur, etiam cogetur quando nihil negatur præſertim, quod abſurdum videtur, vt melioris conditionis ſit negans, & contumax, quam confitens, & obediens: cum magis fauendum ſit obedientiæ, quam contumaciæ.[b]

Nono facit illud argumentum Alciati, quod niſi hāc partem teneamus, cogemur dicere legem 12. Tabularum, quæ debitum defuncti diuidit in hæredes pro portionibus hæreditarijs,[c] fuiſſe iniquam creditoribus: nā per illam hæredes poſſunt pro parte debitum ſoluere, quod tamen non potuiſſet defunctus facere ſecundum contrariam opinionem, & tamen tam ipſa, quam noſtra confiteri cogitur conditionem creditoris non debere fieri peiorem ex perſona hæredum.[d]

99 Facit quod licet omnes hęredes debitoris teneantur defendere ſe per vnum procuratorem, ne conditio creditoris fiat peior per multiplicationem perſonarum hæredum, heredes tamen creditoris non tenentur petere ſuas partes debiti per vnum[e] cuius ratio nulla alia dari poteſt, quam quod ſolutio partis debitæ quantitatis, non inducit incommoditatem ſaltem, notabilem creditori.

Ad primum oppoſitorum, quod eſt contrariæ opinionis Achilles,[f] reſpōdet Philip Decius.[g] ſecutus Fulgoſiū, qui ſequitur tertiam ſolutionē gloſſæ illius legis, videlicet, quod louqitur in debito vſurario, ſiue quod debetur ſub vſuris. Ratio ſpecialitatis eſt, quod vſuræ ſunt quaſi pœna, quæ non excuſatur perſolutionem partis[h] & quaſi debitum ſub conditione, & quodam euentu, quod non tollitur niſi conditione in totum adimpleta, & euentu in totum ſecuto.[i]

Ad ſecundum reſpondent Decius, & Alciatus, quod particularis ſolutio tunc eſt incommoda notabiliter, quando multiplicantur perſonnę a quibus exigendum

[a] *in d. l. quidem existim a uerunt.*

[b] *c. quanto. 2. q. 4. c. 1. §. nos igitur de poſt. præl.*

[c] *iuxta l. 2. C. de hæred. actio.*

[d] *l. 2. § ex his. ff. de verb. oblig.*

[e] *l. iam tamen. ff. iudicat ſolu.*

[f] *ſcil in l. tutor. §. Lucius, ff. de vſur.*

[g] *in d. l. quidam exiſtimauerunt,*

[h] *l. in executione. §. pro parte, ff. de verbor. oblig.*

[i] *l. cui fundus, ff. de cōdit. & demonſtra.*

eſt debitum, & ideo boni iudicis eſt, vt in iudicio fami. liç erciſcundæ debita, & nomina defuncti diuidat inter hæredes, vt quædam illorum integra adiudicet vni hæ. redi, & quædam alij; ſic vt non cogantur omnes hęre. des petere ſuas portiones ab omnibus creditoribus, quod eſſet valde graue, quodque nullatenus contingit in propoſita quæſtione.

Ad tertium reſpondetur, quod ille. §. duabus, loqui. tur de toto ſpeciei, & eius parte integrali non autem de toto quantitatis, & eius parte quantitatiua, & ita dictum Barto. de creditore quantitatis quod non pōteſt pete. re partem eius, non probatur ibi, & contra eum tenent multi Doctores, quos additio ipſius ibi citat, & etiam Iaſon, quem illa non citat[a] ſignificat communiter tene. ri contra Barto. quod creditor petens quinquaginta a debitore, probando, quod debentur centum, debet ob. tinere ſententiam in quinquaginta.

Ad quartum reſpondetur, quod communis opinio ideo tenuit partem contrariam: quia non ſatis perpen dit prædicta, quæ efficaciter illam reprobant: & quotie vnus melius, quam multitudo ſentit, eius eſt ſententia ſequenda [b] licet regulariter ſit tenenda communis ſe cundum Ioan. Andr. [c] quem, & alias citat, & ſequitu ibidem Feli. [d] Et non vnus tantum, ſed multi, & in hi Decius, & Andr. Alciat qui pro ſuo acumine, & profun da eruditione multis æquipolent, eam defendunt. E mea ſententia quam etiam in Manuali Conf. [e] inſerui mus, quoties vtraque opinio claſſicos auctores habe pro ſe, parum eſt tribuendum numero, & multum ratio nibus, & fundamentis.

100 Tertia quæſtio, an per hanc extrauagantem vete tur conſtitui ceſus in alia re, quàm in pecunia numerat Ad quam quæſtionem reſpondeo, quod non, tum qu ex nulla eius parte poteſt id colligi, tum quia hoc ten Innoc. communiter receptus. [f] Et ita non ſolum pote conſtitui & emi annuus cenſus pecuniæ numeratæ, ſe etiam vini, frumenti & cuiuſcunque alius rei: quam in nonnullis Regnis Hiſpaniæ ante aliquot annos ſta tutum fuerit, vt non conſtitueretur niſi in pecunia nu merata: immo & legibus cautum fuit, quantum deb ret eſſe pretium eius. Vnde in Aragonia debent ſol

[a] in l. ſcire debemus, De ver. obl. nu. 12.

[b] l. 1. § ſed neque, C. de verb. ſur. ennel. & argu. c. capellanus, de feriis, & c. Nicæna 31. diſt.

[c] in c. 1. de Conſtit.

[d] nu. 54.

[e] 1. 27 nu. 266

[f] in c. in Ciuitate, de vſur.

10. pro vno ſiue ad rationem 5. pro 100. & in Regno Nauarræ ad rationem 6. pro 100. & in regno Caſtellæ ad rationem 7. pro 96. Immo & cenſus antea conſtitutos in alij rebus redegerunt in cenſus pecuniæ numeratæ ad rationem prædictam. Pius autem Quintus in hac extrauaganti, neque determinauit, vt cenſus conſtituatur in ſola pecunia numerata, neque quantum pretium debeat pro eo ſolui. Vnde quamuis in vrbe communiter ſoluatur ad rationem 7. pro centum, audiui tamen aliquos ſoluere, aut ſoluiſſe octo pro centum. Audio item Regem Catholicum Philipum I I. nunc in Regno Neapolitano erigere montem in quo ſoluuntur nouem annua pro centum: ſcio etiam in aliquibus partibus Galliç conſtitui cenſus ad rationem 10. pro 100 nec mirum quia pretia rerum pro varietate gẽtis, terrarum, & temporum, & pro copia, vel penuria ementium, vel vendentium, aut mercium, vel pecuniæ numeratę variantur,[a] & tacta etiam per nos in Manuali Conf.[b] Et apud omnes conſtat, cenſum eſſe mercem quandam emibilem, & vendibilem.

[a] *iuxt. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falci. & amnot. ei per Doctores.*
[b] *cap. 23. n. 286.*

## *SVMMARIVM*

101 *Ius diuinum an humanum contineat hæc extrauagans.*
101 *Ius quod eſt naturale, vel diuinum. & quod humanum.*
102 *Cenſus conſtituendi forma Papæ an vbique ſit ſeruanda.*
102 *Lex quæ Papæ lagat Reges omnes, & eis ſubditos.*
103 *Ius contentum in hac extrauaganti eſſe variæ ſpeciei.*
104 *Extrauagantem hanc, qua parte conſuetudo, aut non vſus tollet.*

101 Quarta queſtio (cuius deciſione prædicta extrauagans recte intelligit, & in praxim deduci poſſit) fuerit an hæc extrauagans ſit naturalis & diuini iuris declaratoria, an humani tantum inductoria.

Quod enim ſit iuris naturalis, & diuini declaratoria, facit proœmium, eius quatenus habet, auctorem eius motum fuiſſe ad tollendos contractus cenſuales, qui fiebant in diuinarum legum contemptum,

cum magno animarum periculo: & quatenus poſteà ſub finem indicat, omnes contractus cenſuales ſub alia forma, quàm ab ea præſcripta eſſe fœneratitios, & conſequenter contra naturale diuinumque ius factos: cum omne fœnus vtroque illo iure damnetur, vt copioſe probatum eſt ſupra.[a]

Quod autem humani tantum iuris ſit inductoria facit, quod ſub finem declarat non extendi eam ad præterita: & conſtat conſtitutionem iuris naturalis vel diuini declaratoriã, extendi ad pręterita, vt tradit Panor.[b] & Felin.[c] & probatur ea firma ratione, quod omnis cõſtitutio declaratoria iuris antiqui extenditur ad pręterita[d] & palam eſt ius naturale eſſe antiquius, cum ab exordio rationalis creaturæ cœperit eſſe[e] & etiam diuinum poſitiuum antiquius omni Põtificio, humano argumento.[f]

Pro reſolutione igitur huius quæſtionis dicendum primo, multa in ea cõtineri quæ ſunt iuris naturalis, & diuini, & multa quę iuris humani. Nam iuris naturalis & diuini eſt, contractum fœneratitium eſſe reprobum per dicta ſupra[g] quod ex hac cõſtitutione colligitur: eiuſdẽ iuris videtur etiam eſſe, quod cenſus non cõſtituatur in re quę nõ ſit frugifera: cum cõtra naturam rei ſit, cẽſum (qui eſt quidam fructus) capi de re infrugifera. Nam eadem ratione Doctores cõcludunt vſuram eſſe contra ius naturale, cum illa ſit quidam fructus, & capiatur ex pecunia, quę eſt res infrugifera.

Eiuſdem iuris videtur etiam eſſe quod cenſus nõ cõſtituatur, niſi in re immobili, cum res mobilis ſine ſui totius, vel partis cõſumptionę nõ poſſit reddere fructũ: & cẽſus eſt quidam fructus, qui de aliqua re ſine ipſius peremptione colligitur. Iuris autem humani eſt, quod pretium ſoluatur in ſola pecunia numerata, & coram Notario, & teſtibus, & quod anticipata ſolutio non ſufficiat: & quod vẽditio rei cenſuarię, cum contigerit fieri, ante bimeſtre denũciatur cẽſuario: & quod ille pręferatur alijs emptoribus: & multa id genus alia, quę ex ſolo iure naturali, & diuino nõ poſſunt per bonam cõſequentiam educi, & quęcunque nõ ſunt talia quamlibet rationabilia ſint, non cẽſentur eſſe iuris naturalis, & diuini, ſed humani[h] vbi hoc latius reſoluimus. Ex quibu

[a] not.7. num.8.
[b] in c.fin.de præſcrip.
[c] in ca fin. de cõſtit fall.2.
[d] c.ex antiquis. 54.diſt. cum annot. per Dominicũ, & in Auth. de æquali dotis. collat.2. §.5.
[e] 5.diſt.in princ.
[f] c.ſunt quidam 25.q.1.
[g] not.7.
[h] argumento. c. ius naturale, 1. diſt.

bus infertur, quod iuris humani eſt illa grandis particula: *contractuſque ſub alia forma poſthac celebrandos fœneraticios iudicamus*. Tum, quia non extenditur ad prius celebratos, ad quos extendenda erat, ſi tota forma contrahẽdi per eam inducta eſſet iuris naturalis, & diuini, per prædicta. Tum quia ſolo iure naturali & diuino attento, poſſet conſtitui iuſte coram Deo cenſus, ſoluto pretio eius in alia re, quam pecunia numerata, ſi illa coram ipſius diuina maieſtate eſſet æque vtilis: aut vtilior venditori, quam pecunia numerata.

102 Quinta quæſtio, An prædicta extrauagans ſit ſeruanda etiam in Regnis, quoad temporalia temporali dominio Eccleſiæ non ſubiectis: Et quidem pro parte negante facit [a] quatenus probant Maximis Pontificibus non eſſe mentem turbandi iuriſdictionem Regũ quoad temporale dominium ſibi non ſubiectorum, & quod leges Pont Max. quę non continent leges naturales, neque diuinas, non debent neceſſario ſeruari extra ſtatum eccleſiaſticum.[b]

Pro parte vero affirmante facit idem cap nouit. quatenus multis modis à nobis in eius. 6. notabili inductũ probat, ad Pontificem Maximum pertinere declarationem dubiorum de peccatis, an ſint peccata, & an ſint lethalia, nec ne?

Omiſſa tamen (quæ altior fieri poſſet) diſputatione, reſoluendo eam breuiter dico primo, proculdubio eã eſſe ſeruandam in omnibus Regnis, quæ non ſunt de tẽporali dominio Eccleſię, quatenus eſt iuris naturalis, & diuini declaratoria: quia quatenus talis nihil noui inducit, ſed ſolum quid actum ſit monet, [c] & conſtat ius naturale & diuinum eſſe vbique ſeruandum. [d] Et conſequenter quatenus expreſſè vel tacite decreuit, peccatum vſuræ eſſe contra ius naturale & diuinum: ita quod vbique gentium credendum eſt eſſe peccatum vſurarium, vel aliud id quod in hac extrauaganti declaratur eſſe tale, ſolo iure naturali, vel diuino attento.

Secundo, quod dubitari poteſt de ijs, quæ preter ius naturale & diuinum noue, inducit propter rationes in principio quæſtionis pro vtraque parte inſinuatas: & quod videtur reſoluendum etiam ſeruanda illa, quæ

[a] *ca. nouit. de iud. cum multis alijs a nobis in eius. 3. not. citatis*

[b] *c 2. de arbit li. 6. adiuncta ſua glo & gl c. cum contingat. de iureiuran. cum eis annotatis.*

[c] *l. heredes palã. §. 1. ff de teſtam.*

[d] *c. quod iure 8. diſt.*

inducuntur ad præſumendum contractum cenſualem eſſe vſurarium. Tum quia leges Pont Max. latæ circa ea, in quibus vertitur periculum animæ, etiam ſi nõ contineant leges naturales, neque diuinas, debent ſeruari apud omnes Chriſtianos in vtroque foro, & vbique gentium, [a] Pro qua eſt illud capitulum, [b] & communis opinio in illis omnibus capit.[c] & hæc extrauagãs lata eſt circa ea, in quibus vertitur periculum animæ, vt palam eſt. Tum quia lex Papæ lata circa ſpiritualia, ſeruanda eſt in vtroque foro [d] quales ſunt latæ circa matrimonium [e] etiamſi ſolum inducat modum præſumendi matrimonium [f] quod vbique ſeruatum fuit vſque ad Concil. Trident tum quia in vtroque foro videtur ſeruandum id quod præfatus Pius V. in extrauaganti, cuius caput eſt *Intolerabilis*, (relata a nobis in Manual. Confeſſa. [g]) ſtatuit, ſcilicet, quod ad probandam confidentiã illicitam, & ſimoniacam, ſufficiant teſtes ſingulares & quædam aliæ præſumptiones, quæ nec iure naturali, neque diuino ante illius conſtitutionem ſufficiebant, tum quia gloſſa præfati cap. 2.[a] de arbitris, & ei ſimiles, quæ probant leges canonicas in foro canonico eſſe obſeruandas, & leges ciuiles in foro ciuili, intelligenda ſunt, quando lex canonica non fertur circa ſpirituale, neque circa ea in quibus vertitur periculum animæ, nec ſpectantia ad religionem Chriſtianam, ſed fertur circa alia profana vtrique foro ſubiecta. At hæc extrauagans lata eſt circa ſpirituale dubium, ſcilicet, an conſtitutio cenſus ſit peccatum, cuius deciſio reſeruatur Papę [h] & tangit periculum animarum, vt palam eſt. Neque obſtat gloſſ. celebris [i] quatenus habet illi clementinæ (quæ inducit formam ſuper vſuris repetendis) non eſſe locum in foro ſeculari, in quo illæ repeterentur, quia illa clementina non declarat hunc vel illum contractum eſſe vſurarium, vel præſumendum vſurarium; ſed ſolum inducit formam procedendi ſuper vſuris, quę nihil attinet ad peccatum. Nos autem agimus de conſtitutione, quæ declarat, contractus aliquos cenſuarios eſſe vere peccata, vel præſumenda eſſe talia.

[a] *iuxta gl celeb. & recep. tam in c. 2. de reg iur. lib. 6.*

[b] *& c. fin. de præſcript. & c cum cõtingat, de iur. & cap. penult. & vlt de ſecund. nupt.*

[c] *& in c cum ſit generale, de foro compet.*

[d] *c. vt inquiſitionis § fin. & cap penult. vlt. de hæret lib. 6.*

[e] *c. penult. & vl. de ſecum. nup*

[f] *c is qui, de ſpõſ.*

[g] *c. 23 nu. 110.*

[h] *d c. nouit.*

[i] *Clem. diſpen. dioſam, de ſud. in verbo. vſur.*

Tertio, quod his videtur eſſe conſequens, quod non ligat eos qui Regibus laicis ſubijciuntur illa clauſula, quod cenſuarius præferatur in emptione rei ſibi per

cenſum ſubiectæ; nec illa, quod redempturus cenſum, debet ante bimeſtre denunciare illam redimendi voluntatem cenſuario: quia per illas clauſulas non declaratur aliquid eſſe peccatum, nec præſumi eſſe tale, ſed quod contenta in illis viſa ſunt iuſta, & æqua eius latori.

Quarto, quod nemo eſt iudicandus vſurarius in foro conſcientiæ propter præſumptiones per hanc extrauaganrem inductas, ſi contrarium coram Deo eſt verum: quia nulla lex fundata ſuper præſumptione ligat aliquem in foro conſcientiæ, ſeu Dei, ſi contrarium eius, quod præſumitur, eſt coram Deo verum. [a]

103 Sexta quæſtio, an omnia contenta in hac extrauaganti ſint iuris eiuſdem ſpeciei? Ad quod reſpondeo, quod non Quædam enim ſunt in ea expreſſa præſuppoſita vel inſinuata, quæ ſunt iuris naturalis, & diuini, quæ certum eſt ligare omnes etiam laicos Regnorum non ſubiectorum quoad temporale dominium Papæ, vt primum dictum quęſtionis proximę habet. Quædã vero ſunt quę non ſunt iuris naturalis, neque diuini, ſed humani noui, [b] & per hanc clarius noue inducta ad prę ſumendum aliquos contractus cenſuales eſſe vſurarios: quæ probabiliter dici poteſt ligare vniuerſos etiam laicos, etiam quoad temporalia Papæ minime ſubiectos. Quædam tandem ſunt, quæ nec continent ius naturale nec diuinum, neque modum præſumendi cenſum eſſe vſurarium, ſed æqua, & digna, quæ in eo ſeruentur, qualis eſt prælatio quæ datur cenſuario in emptione rei cenſui ſubiectæ: qualis item denunciatio, quam redempturus cenſum debet facere ante bimeſtre: & illa, qua tenetur denuncians velit, nolit redimere cenſum intra annum poſt denunciationem. Hæc enim non declarãt aliquid eſſe peccatum, nec præſumi eſſe tale: niſi dicas mentem Pij fuiſſe, vt cẽſus præſumatur vſurarius, ſi hæc omnia non ſeruẽtur. ꝙ tamen non videtur rationabile, cum cẽſus ante decem annos contractus ſeruatis ſeruãdis, & toto illo tempore iudicatus iuſtus, nulla ratione poſſit iudicari vſurarius, eo ſolo quod redempturus illum non denunciauerit ante bimeſtre, vel poſt denũciationem ante annum lapſum non redemerit.

104 Septima quæſtio, an hæc extrauagans poſſit in

[a] *c. tua de ſponſ. & c. humanæ aures. 22. q. 5. & c. is qui cum eis annotat. de ſpõſ.*

[b] *per ixtrauagãtes 1. & 2. de emptio.*

totum, vel partem tolli per contrarium vſum vel non vſum eius, ſicut & aliæ leges eneruantur ac tolluntur.[a] Ad quam quidem quæſtioné reſpondeo primo. quod non poteſt tolli, quatenus eſt ſolum declaratoria iuris naturalis, & diuini, ſiue quod ad ea, quæ expreſſe, vel tacite definit eſſe iure naturalia, vel diuina.[b]

Secundo, quod poteſt tolli per contrarium vſum vel non vſum eius quo ad alia omnia noue inducta, etiam quo ad præſumendum vſurariam prauitatem, quia illa ſunt iura humana, & omnia iura humana per non vſum, vel conſuetudinem contrariam tolli poſſunt, ſaltim Papa ſciente, & non contradicente[c]

Tertio, quod iuſté poſſet omitti eius obſeruantia extra terras Papæ ſubiectas quo ad ea, quę non ſunt iuris naturalis, nec diuini, neque humani inductu ad præſumendam vſurariam prauitatem, ſed ſolum tangunt iuſtitiam vel iniuſtitiam conſtitutionis cenſus. Quoniã illa non tangunt ſpiritualia, nec continent vitationem periculi animarum pluſquam aliæ leges factæ ſuper emptione & venditione aliarum mercium: quia cenſus eſt merx, & res temporalis, & de ſe profana: & conſtitutio eius non eſt res magis ſpiritualis, quam emptio, & vẽditio aliarum mercium, cum vere ſit venditio ex parte conſtituentis, & emptio ex parte illius cui conſtituitur, ſecundum omnes. Et ita lex ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia illius lata, eſt lata ſuper materia temporali, & communi, tam iuriſdictioni Regum, quam Papæ: & conſequẽter ſicut lex lata ab vno Rege ſuper iuſtitia vel iniuſtitia eius, ſi non continetius naturale, vel diuinum, non ligabit alios ſibi non ſubditos, ſic lex Papæ facta ſuper ea, ſi non continet ius naturale vel diuinum, vel non inducit præſumptionem, quæ præſumatur tale, non ligabit Reges, & Regna temporalia Eccleſiæ dominio non ſubiecta.

*a c. in iſtis §. leges 4. di. & per gl ſolemnem. c. I. de treug. & pac, & per late dedu cta ibi per Fel. n.*

*b c. quo iure. 2. diſt. & cap. fin. de conſuetud.*

*c c. § leges. & d. c. fin de conſuetud.*

## SVMMARIVM

105 *Cenſus debitor ſatisfacit credendo in dubio quod debet ex contractu cenſitico, & non emphyteutico.*

105 *Obligatio cenſitici mitior, quam emphyteutici.*

106 *Contractus cenſiticus vt differt ab emphyteutico.*

upna

106 *Pœna exacta ob non ſolutionem cenſus an reſtituenda.*
107 *Cenſus an vendi poßit maioris vel minoris, quã ſit creatus*
107 *Pretium cenſus, per quæ creſcit, & decreſcit.*
107 *Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt.*
108 *Frugifera eſt res apta fructum ferre, licet non ferat*
109 *Cenſus vnus ſuper pluribus rebus conſtitui poteſt.*

105 Octaua quęſtio. An qui ſoluit aliquem cenſum, ob aliquod prædium, & neſcit, an eum debeat ex contractu emphyteutico, an cenſuali, vtrum eorum potius in foro conſcientiæ credere debeat, cum plurimum referat, vtrum illorum credat. Nam ſi credat, cenſum illum ſe debere ex contractu emphyteutico, tenebitur credere, ſe perdidiſſe prædium non ſoluendo cenſum intra duos annos ſi debet Eccleſiæ [a] vel intra tres ſi debet perſonę laicæ. [b] Ad quod dubium. videtur dicendum, primo, quod eodem modo videtur reſoluendum quo ad forũ exterius, ac quod interius; cum non agatur de interpretanda lege fundata in pręſumptione. [c]

Secundo, quod non tenetur credere in dubio ſe debere illum ex contractu emphyteutico; ſed ſatis eſt credere, ſe debere illum ex contractu cenſitico, [d] quatenus probant obſcura, & dubia ita interpretanda eſſe, vt quã minimam obligationem inducant, & prædictum cap, ex parte probat de cenſu debito ex voto, quod votum ſoluendi ſextarium frumenti eſt intelligendum de ſextario minore, ſi duo ſint ſextaria Et conſtat, mitiorem eſſe obligationem debendi cenſum ex contractu cenſitico, quam ex emphyteutico: cum vt ſupra tactum eſt debens ex illo non perdit prædium non ſoluendo cenſum. [e] debens autem ex emphyteutico ſic [f]

106 Nona quæſtio, an liceat poſt prędictam extrauagantem tradere alicui prædium valoris mille ducatorũ, reſeruato ſibi annuo cenſu, adiecta pœna, vt ceſſante illo ſoluere per triennium, poſſit recipere prædium traditum Ad quod reſpondeo quod ſic: tum quia extrauagans diſponit de cenſu quem quis imponit, & vendit ſuper re ſua, & non de illo, qui tradit rem ſuam alteri, vt ſibi aliquid annuum ſoluat, & à diuerſis non fit illatio [g] tum quia non fuit intentionis Pij V. prohibere locationes ad longum tempus: nec conſequenter contra

[a] *c potuit. de locat.*
[b] *l. 2. C. de iur emphyteu.*
[c] *iux. not in cap. ij qui & c. tua, deſponſ.*
[d] *arg. c. ex parte, de conſi. & notatorum ibi per Panor in 4. notab. & l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de verb obl. & ff. de reg iur. & c. in obſcuris, de reg. iur lib. 6. cũ alijs ſimilibus.*
[e] *ca. cum dilectus, cum glo. & Innoc recept. de religioſ. domi.*
[f] *d. c. potuit de locat. & d l. 2 C. de iur emphy*
[g] *l. Papinianus ff. de minor.*

ctus emphyteuticos, vt ſupra dictum eſt, & præfata traditio dicenda eſt locatio ad longum tempus, vel certe contractus emphyteuticus, qui ſimilis eſt illis [a] vt colligitur ex differentiis quas ponit gloſſ. [b] & tradunt Doctores, maxime Iaſon ſuper illa: tum quia vt contractus dicatur emphyteuticus, vel locatio ad lōgum tempus, non eſt neceſſarium, vt id expreſſe dicatur ſed ſatis eſt, vt colligatur tacite, ex his quæ aguntur, adeo quod aliquando contingit, vt in inſtrumento dicatur dari aliquid in emphyteuſim: attamen contractus non ſit emphyteuticus ſed cenſiticus, vt poſt Imolen. [c] Tradit Iaſ. [d] ponens exemplum de illo, qui diceret, tradere ſe aliquod prædium in emphyteuſim pro certo annuo cenſū, ita quod omne ius quod haberet in eo, transferret in illum. Cum enim per contractum emphyteuticum non transferatur dominium directū, ſed tantum vtile, ſecundum omnes, cumque ſimul ac quis transfert omne ius quod habet in re videatur trāſferre dominium directum, videtur nolle facere contractum emphyteuticum, ſed cenſiticum, vel tradere pro annuo cenſu, ne diſpoſitio ſecum pugnet [e] Tum denique quod prædicta extrauagans nihil diſponit de cenſu præſeruato in traditione alicuius iuris, vel aliquorum iurium, de quo eſt text. cum gloſſ. ſollemni [f] ſed tantum de noue conſtituto, vel conſtituendo ſuper re, quæ retinetur à vendente illam: & non eſt eadem ratio de vtroque: quia in illo nulla cadit fraudis vſurarum ſuſpicio, in hoc autem magna, vt palam eſt.

Decima quæſtio an qui exegit pœnam ob non ſolutum cenſum per nouam conſtitutionem debitum, tempore præſtituto, teneatur reſtituere illam in foro conſcientiæ? Reſpondeo, quod ſic, ſi fuit conſtitutus poſt præfatam extrauagantē per dictā ſupra. [g] Si autem fuit ante illam conſtitutus, diſtinguendū eſt. an ſit talis, & ſi moderata & tam abſque mente fœnerandi facta, vt iuſte potuiſſet poni quoad forū cōſcientiæ, an non. Priore caſu non tenebitur reſtituere, poſteriori vero ſic. [h]

107 Vndecima quæſtio, an liceat ei cui debetur cenſus vendere illum in certum tempus, vel ad vitam ipſius, vel emptoris. Reſpondeo, quod non, per dicta ſupra [i] An

[a] *§ adeo Inſtit. de locat.*
[b] *in l. 1. Cod. de iur emphyteut.*
[c] *in ca ad audictiam de reb. Eccleſ. nō alien.*
[d] *in d l. 1. nu. 48. & ſeq.*
[e] *contra l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. ca ſolicitudinem, de appellat*
[f] *in d. ca cum dilectus, de religio domi.*
[g] *in gloſſ 8.*
[h] *arg l. ſi pacto quo pœnā. C. de pact. & l nudā. C de contr. vel committ. ſtipulat l. ſtipulatio iſta. §, alteri, ff. de verb. oblig. §. alteri. inſtit. de inutil ſtipu. lat. c ſuam, de pœnis. cap ſi ſæculi leges, & ſequenti 13. quæſt. 2.*
[i] *in gloſſ. 14.*

autem vendere poſſit cenſum ipſum ſimpliciter? Reſpondeo, quod ſic, modo eodem pretio vendat, & nõ maiori, neque minori, quam fuit emptus, vt hæc extrauagans exprimit. Quod quia videtur ſtatutum fuiſſe ad euitandam fraudem vſurariam, fit, vt arbitrer licere in foro conſcientiæ habenti cenſum ſeptem aureorum emptum centum aureis, ſi egeret, & non inueniret qui vellet totidem emere, ſed aliquanto minoris, poſſe vendere minoris, ſaltem quo ad forum cõſcientiæ, modo nulla fraus vſurarum interueniat, ſed ſolum diminutio valoris: aut ex eo quod vẽditor quærit, & rogat emptorem, & merces vltroneæ vileſcunt, aut quia multi ſunt venditores talium cenſuum, & pauci emptores, propter quæ valor rerum vendendarum minui ſolet, vt dicimus in Manuali Confeſſar [a] Arbitror etiam quod [a] *cap. 23 nu. 78*
& contrario, ſi multum rogaretur is, cui debetur cenſus vt venderet illum, & ille nolet, & adeſſent multi emptores, & pauci venditores, poſſet vendere aliquanto maioris quam centum, ſaltim quo ad forum conſcientiæ. Tum quia iuſtum pretium cenſuum non videtur in pretio indiuiſibili conſtitutum ſicut nec cæterarum mercium, vt diximus ſup. [b] & latius poſt alios in d. Ma- [b] *not. 4 nu. 5.*
nua. [c] & videtur licere, intra illam latitudinẽ pluris, vel [c] *cap. 23. nu. 79.*
minoris vendere aut emere. Tum quia multitudo volentium vendere, & raritas volentium emere poteſt minuere pretium: & contra multitudo volentium emere, & raritas volentium vendere poteſt illud augere, ſecundum omnes. Tum quia paſſim videmus in vrbe eos, qui habent cenſus emptos in montibus Pietatis, & aliis vendere maiore pretio eo quo emerunt, ſi rogantur à multis vendere, & contra minoris quam emerunt ſi quærunt, & rogant emptores: & multi inueniuntur venditores, & rari emptores, Dixi ſupra bis, ſaltem quo ad forum cõſcientiæ, quia non tam facile poteſt id aſſeri quo ad forum exterius, ob hanc extrauagan. quæ expreſſe vetat illum vendi carius, vel vilius, quam ſit cõſtitutus: nihil ominus tamen ex bono, & æquo idẽ poſſet dici quo ad forum exterius, limitando eãdem extrauagãtẽ, per rationes præmiſſas ne procedat quãdo prætium cenſus creuit, vel decreuit poſt illius conſtitutionem, ſed ſolum quando pretium non fuit auctum, nec

diminutum. Quod quia quotidianum eſt, memorabile eſſe duco maxime confeſſariis.

Duodecima quæſt. an ſuper cenſu vel alio iure capiē-di aliquos reditus, valeat conſtitui nouus cenſus? Reſpondeo, poſſe, vt dictum fuit in prima gl. Quoniam annuus reditus pro re immobili habetur, per text. ſingu.[a] ibidem citatum.

108 Quæſtio decimatertia, an quælibet res immobilis, quæ pro pretio æquante cenſum ad humanos vſus locari valet, cenſeatur fructifera licet locari nunquam ſoleat, quales ſunt aliquot turres non conſuetæ locari, Reſpondeo quod ſic. Tum quia non ſolum predium, quod actu fert fructum, diciturfructiferum, ſed etiam id, quod de ſe aptum natum eſt ferre illum[b] Tum quia modus loquendi pene omnium (qui ſeruandus eſt)[c] id habet. Tum quia ſpolians tenetur reſtituere fructus quos ſpoliatus percipere potuit, licet actu non perceperit[d]

Quæſtio decimaquarta, an vendens cenſum poſſit partem pretij pro eo accepti dare alicui, ea lege, vt partem cenſus quæ illi reſpondet ſoluat eius emptori: Reſpondeo quod non Quia in effectu eſt mutuare pecuniam vt aliquid lucretur, & ita ad vſuram dare, quod omni iure vetitum eſt, iuxta dicta in nota 6. num. 8.

109 Quæſtio decimaquinta, an liceat emere cēſum cōſtitutū ſuper diuerſis prædijs ſeparatis, expreſſis tamē finibus eorum; Reſpōdeo, quod ſic. Tum quia hæc extrauagans (quatenus ait, quod cenſus non poteſt conſtitui niſi ſuper re immobili) non intēdit excludere pluralitatem rerum immobilium ſed res mobiles. Tū quia diſpoſitio loquens de vno habet locū in pluribus quādo eadem ratio militat in illis: vt colligitur ex tex.[e] vbi hoc adnotat Dum. communiter receptus. Tū quia à iure antiquo non eſt recedēdum, niſi quatenus dictat nouum[f] & ante hanc extrauag. licebat coſtituere vnum cenſum ſuper pluribus rebus, & hæc non vetat illud.

[a] in Clem. exiui. §. cunque annui reditus, de verb. ſignifi.

[b] arg. c. quid per nouale, de verb. ſign & l ſilua cedua. ff. de verbor. ſignif.

[c] labeo. ff. de ſupel. lega & l. liberorum. §. quod tamē Caſſius, de legat 3.

[d] text & ibi glo. recep. in l. grauis de reſtitut. ſpoliatorum.

[e] adiunct. gloſſ. prima communiter recepta, c. ſi compromiſſarius, de elect. lib. 6.

[f] l. præcipimus, C. de appellat.

## *SVMMARIVM.*

110 *Cenſuarius poteſt pluribus vendere rem cenſualem.*

110 *Cenſus totus ſoluendus à poſſeſſore partis rei cenſuariæ.*

111 *Cenſuarius non tenetur pacto redimendi cenſum, caſu quo partem rei alienet*
111 *Cenſus ante hanc extrauagantem creatus an pereat, parte rei perempta.*
112 *Cenſuarius, an poſsit obligari in forma Cameræ.*
112 *Cenſuarius venditare cenſuali liberatur.*
113 *Prædium non fit ex parte infrugiferum, eo quod reddat minus.*
113 *Prædium reddens minus non fit ex parte frugiferum.*
113 *Cenſus non perit re facta ſterili.*
114 *Cenſuarius detinens rem vt tenetur.*
114 *Cenſum ponens ſuper aliena vt tenetur.*

110 Quæſtio decimaſexta, an liceat diuidere rem ſuper qua eſt conſtitutus cenſus, & vẽdere diuerſis diuerſas partes; Reſpondeo quod ſic: quoniam hæc extrauagans vetat, vt nec per pactum libertas alienandi rem cenſuariam, quam habet conſtituens & vendens cenſum, tollatur, vel reſtringatur. Cum ergo ante conſtitutum cenſum poſſet diuidere rem cenſui ſubiectam in diuerſas partes, & eas vel aliquas earum diuerſis vendere, poterit idem facere poſt illum conſtitutum.

Quæſtio decima ſeptima, an venditor qui vendit aliquas partes fundi cenſualis, ipſe ſolus teneatur ſoluere totum cenſum, an etiam illi qui eas emerunt: Reſpondeo, quod is, cui debetur cenſus poterit illum totum petere à quolibet illorum. Tum quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicatione [a] ergo eadem, immo fortiori ratione, non debet fieri peior ex venditione partium fundi vectigalis. Tum quia per fundi vectigalis diuiſionem non diuiditur vectigal in præiudicium illius cui debetur: immo poteſt petere à quolibet poſſeſſore illius vel partis eius. [b] Tum quia gloſſ. illius l recepta, habet, mortuo emphyteuta, relictis duobus hæredibus, neutrum illorum ſoluendo partem penſionis, quæ illum contingit, liberari à pœna caducitatis ſiue perditionis partis emphyteuſis in quam ſuccedit: immo: altero illorum non ſoluente ſuam partem, totam emphyteuſim perdit ab vtroque, vt late poſt multos alios à ſe citatos tradidit Iaſon. [c]

[a] *l.2. § ex his, ff. de verb. obli. & l plane. ff famul. hercif.*

[b] *l. communi diuidundo ff. commun. diu.*

[c] *in l.2 num.57. C. de iure emphyteu.*

111 Quæſtio decima octaua, an ab initio conſtitui cenſus liceat paciſci, quod caſu, quo venditor cenſus vendiderit fundum vel partem eius, teneatur redimere cẽſum? Reſpondeo, quod non: Quia hæc extrauag.[a] etiam vetat, ne in venditione cenſus poſſit apponi pactum, per quod à vendente cenſum in uicto pretium poſſit exigi: cui conſequens eſt, non poſſe opponi pactum, quo vendens redimere cogatur.

[a] in verſ. pacta.

Quæſtio decimanona, an quicunque cenſus etiam ante hanc conſtitutionem creatus ſuper re certa, ea perempta, vel pro parte infructifera effecta, in totum vel pro parte ceſſet; Reſpondeo, quod cenſus ante hãc conſtitutionem creatus non perditur in totum, nec in partẽ, ex eo ſolo quod pars predij vectigalis, ne cenſui ſuppoſiti perdatur. Quia id nullo iure videtur caueri, nec vlla efficaci ratione probari: cum is qui debet illum, relicta parte quæ ſupereſt cenſuario, cui debetur cenſus, liberetur Nam vt probatum fuit notabi. 12. cẽſus etiam ante hanc extrauag. non poterat coſtitui in perſona, ſed tantum in re ipſa, qua perempta, vel derelicta liberatur venditor.

Quæſtio vigeſima, an cenſus ſuper certis definitiſque rebus conſtitutus, & ſuper omnibus vendentis facultatibus, pereat in parte illorum perempa; Reſpondetur quod non, ſi cenſus fuit creatus ante hanc extrauag. per reſponſum ad quæſtio præceden. Et quod poſt hãc extrauagantem non poteſt creari cenſus ſuper omnibus bonis indeſignatis, ſed tantum ſuper deſignatis ſuis finibus: & de tali idem dicendum eſt, quod dictũ eſt, ſupra[b] de cenſu ſuper duabus rebus deſignatis cõſtituto.

[b] quæſt. 17.

112 Quæſtio vigeſima prima, vtrum hanc extrauagãtem tranſgrediatur, qui vendit cenſum obligando ſe ad ſolutionem in forma Camæræ. Reſpondeo quod ſic. Tum quia conſtituit, & vẽdit cẽſum, in alia forma quã poſita in illa. Tum quia obligat ſe ad pœnas & incommoda quæ incurruntur per obligationem in forma Camæræ, hæc extrauagans irritat omnia pacta & conuentiones ad quæ venditor iure communi non tenetur.

113 Quæſtio vigeſima ſecunda, an res cenſui ſuppoſita deſinat eſſe in parte frugifera eo ſolo, quod non reddit tantum quantum tempore conſtitutionis, & ven-

ditionis eius reddebat? Reſpondeo, quod non. Tum quia nullo iure videtur probari quod aliquod prædium dicatur in totum vel in partem peremptum eo ſolo, quod deſinat ferre tantum fructus, quantum antea ferebat, & ita non eſt dicendum. [a] Tum quia non obſtat dicere, quod de æquipollentibus idem eſt cenſendum [b] & quod paria & æquipollentia videntur, partem prædij perimi, & partem fructuum nõ ferre. Non inquam hoc obſtat, quia negari poteſt eſſe paria, & æquipollentia ſimpliciter, licet ſecundum quid ſint talia.

Quæſtio vigeſimatertia, an propter ſterilitatem fundi multorum annorum extinguatur cenſus? Reſpondeo quod non, quia nullo iure id cauetur.

114 Quæſtio vigeſimaquarta, an caſu, quo molendinum ſuper quo eſt conſtitutus cenſus deſtrueretur à domino eo quod aqua mutauerat curſum, & ædificauit aliud ex materia prioris molendini an cenſus debeatur ex ſecundo molendino. Reſpondeo quod ſecundum molendinum non erit ſubiectum cenſui, quia non fuit impoſitum illi, & certum eſt illud eſſe aliud à priori. Tũ quia nauis conſtructa ex materia alterius nauis penitus diſſolutæ, eſt alia à priori. [c] Tum quia etiam domus ſi vſque ad aream deſtruatur, licet ex eadem materia reſtituatur etiam in eodem loco, alia domus dicitur. [d] Tum quia ædificium conſtructum in vno loco, ex materia ædificij deſtructi in altero, non ſolum eſt aliud ab eo, ſed etiam frequenter eſt alterius domini, vt colligitur Secundo dico [e] quod cenſuarius quia deſtruxit molendinum, tenebitur ei cui debebatur cenſus cõſtitutus in eo actione de dolo, vel alia [f] Aut ad minus cogetur reddere pretium quod pro cenſu accepit, aut cõſtituere illum ſuper nouum molẽdinum, vel aliam rem ſuam immobilem.

Quæſtio vigeſima quinta, an qui emit cenſum ſuper aliqua re non libera, vel ſuper qua non poterat venditor eum cõſtituere, quod tamẽ emptor ignorabat, poſſit emptor exigere illum abſque peccato. Reſpondeo, quod ſic, pro tempore quo id probabiliter ignorauit. Tum quia ſic ignorans debet excuſari à damno [g] & ſua fraus & dolus nemini debent prodeſſe. [h] Et conſequenter emptor præfatus innocens non debet perdere

[a] *arg. c. conſuluiſti 2. q4.*
[b] *l. fi. ff mandat. c. licet ex quadã, de teſtib.*
[c] *l inter ſtipulãtem, §. ſacram. verſ. & nauis ff. de verb. oblig.*
[d] *l quid tamen, § 1. ff quib. mod. vſusfr. amitt. & d § ſacr.*
[e] *ex 8. cum in ſuo inſt. de rerũ diuiſione.*
[f] *iuxta text. in hoc aptum in l. repeti. adiuncta magna glo. ff. quib. mod. vſus. fruct. amitt. & ca. ſi cum ei adnot. de iniurijs.*
[g] *c. 2. de conſtit.*
[h] *c. ſedes, de reſcrip. l. itaque fullo ff. de furtis.*

cenſum, nec venditor doloſus excuſari ab eo ſoluendo. Tum quia venditor celans vitia, & defectus rei venditæ tenetur emptori ad intereſſe.[a]

Quæſtio vigeſimaſexta, an in caſu præcedentis quæſtionis poſſit emptor compellere venditorem ad reſtituendum prætium: Reſpondeo quod ſic Tum quia datum ob cauſam, ea non ſecuta redire debet ad dantem[b] & præfatus emptor dedit pretium ob cenſum ſuper re libera conſtituendum, quod non fuit ſecutum. Tum quia venditor prædij ſeruituti ſubiecti tenetur emptori id ignoranti exempto actione[c] & ad intereſſe ſi ſciens vitium celauerit, aut ad quantum minoris, ſi ignorauit, iuxta diſtinctionem poſitam[d]

Quæſtio vigeſimaſeptima. an ab initio conſtitutionis cenſus poſſit fieri pactio, vt vendens teneatur ſoluere cenſum donec pretium reddat, caſu quo res non eſſet libera, vel eſſet alij cenſui ſubiecta: Reſpondeo quod non: tum quia cenſus cum huiuſmodi pacto conſtitutus videtur eſſe contra formam præfatæ extrauagantis, tum quia periretur magnum oſtium exercendis vſuris. Nam volentes ſub eis mutuare, conſtituere poſſent cenſus ſuper alienis prædijs, & volentes mutuare ſub vſuris emerent illos cum huiuſmodi pacto, per quod ſecure accipient vſuram nomine cenſus, & huiuſmodi oſtium nullatenus eſt aperiendum.[e] Tum quia non obſtat quod ex pretio eius quod iure ineſt, nihil nocet[f] ſi tantum eo modo quo ineſt exprimatur[g], & quod contentum in ipſo pacto videtur tacite ineſſe per allegata in quæſtione præcedenti. Non inquam hoc obſtat, quia licet tacite iure inſit, quod conſtituens, & vendens cenſum ſuper re aliqua, vel non libera teneatur reddere pretium, & ad intereſſe, vt prædictum eſt, non tamen iure ineſt, vt teneatur ſoluere cenſum male conſtitutum donec reddatur pretium, quia hoc eſſe vere vel preſumptiue vſurarium[h]

[a] l. Iulianus. ff. de actio. empt.

[b] toto tit de conditio cauſ. dat. cauſ. non ſecu & C. de condit. ob cauſ.

[c] l. ff. de action. empt.

[d] in l. Iulianus. ff. eo.

[e] arg. l. conueni- re, ff de pact do- ta lib. & cap. ex parte de con- ſuet.

[f] l 3 ff. de legat. 1. c. ſignificaſti, de electio.

[g] iuxta glo. & tr ad. ibi vtiliter à Feli. in c. ad audientiam, 2. de reſcrip.

[h] argum eorum quæ ſupra di ſunt.

## SVMMARIVM.

115 Cenſus in re aliena, vel non libera creatus, an deberi vel exigi poſſit.

115 Cenſus poſitus in alia re, quam pecunia numerata, an ...

*eam reduci debeat.*

116 *Cenſus creatus alio pretio quam nummis vt licitus.*

117 *Cenſus cum quo pacto perimendi conſtitui poſsit.*

117 *Cenſus an valeat cum pacto repetendi pretium, recipiendo in partem ſolutionis eius cenſus antea ſolutos.*

118 *Cenſus redimi poteſt etiam ſine numerata pecunia.*

119 *Cenſus pro redemptione quale amplius liceat accipere.*

120 *Cenſus vt redimitur per compenſationem.*

115 Quæſtio vigeſimaoctaua, an iuſte poſſit accipere cenſum emptor, qui nouit rem ſuper qua conſtituitur ſibi cenſus eſſe alienam, vel non liberam, & ſimulat ſe id ignorare, vt poſſit, quando voluerit, cogere venditorem ad reddendum ſibi pretium, ea ratione quod eum conſtituit ſuper re, quæ non erat ſua, vel non erat libera, & apta ad conſtituendum illum. Reſpondetur, quod non. Tum quia illa ſimulatio doloſa non debet ei prodeſſe.[a] Tum quia ſimulatio doloſa eſt peccatum, vt probat Thomas recep.[b] Quibus eſt conſequens, non poſſe ipſum bona conſcientia recipere cenſum illum ſic impoſitum & quod ſi reciperet, tenetur eum reſtituere, vel computare in partem ſolutionis pretij quod pro eo dedit, & hoc in foro interiori conſcientiæ. In foro autem exteriori, ſi non confiteatur, nec probetur, obtineret: quia in illo foro de non exiſtentibus & non apparentibus idem iudicatur[c] ſed ſi probaretur poſſet puniri pœna vſurariorum, vltra id ad quod in foro conſcientiæ obligatur, eo quod vſuram palliatam admiſit per ſupradicta.[d]

116 Queſtio vigeſimanona, an cenſus conſtitutus in alia re, quam in numerata pecunia, puta in tot modijs frumenti, vel tot amphoris vini, vel cadis olei, debeat redduci ad pecuniam numeratam, quæ iuſte reſpondeat pretio pro eo dato, & pretium frumenti, vini, vel olei adeo creuerit, vt excedat pretium pro eo datum, licet cum daretur eſſet iuſtum. Ad quam quæſtionem reſpõdeo, primo quod pro parte negante facit, quia non debet augeri, vel minui pretium rei venditæ, quod erat iuſtum tẽpore venditionis, eo quod pretium illius poſtea creuerit: alioquin omnium fere rerum immobilium venditionem pretia eſſent augenda, cum fere vbique

a *arg. à contrario ſonſus c. vtilẽ. iunct. gl. 12 q. 2. & arg. tot. tit. C. plus valere quod agitur, quã quod ſimul. concipi.*

b *2.2. q. 11. art. 1.*

c *l. duo ſunt, Tito. ff. de teſt. tut. & glo. c. p ſacerdos, de offi. cio ordin.*

d *de notab. I. nu. 4.*

lōge maiori pecunia numerata valeant hodie; quam tempore venditionis valebant, quod eſſet abſurdum, & ita nō dicendum.[a] Secundo quia iuſtitia pretij ad mercem eſt aſſumenda ſecundum tempus venditionis, & non ſecundūm tempus futurum vel præteritum.[b] Tertio quod ſi pretium fruméti, vini, vel olei eſſet valde diminutum; non propterea vendens eſſet cogendus ad reſtituendum aliquid de pretio, quod erat iuſte tempore venditionis accepto: ergo nec ementi cenſum debet diminui quantitas eius, quod fuerit auctum pretiū eius, quia quod operatur oppoſitum in oppoſito, operatur propoſitum in propoſito.[c]

Pro parte autem affirmante facit primo, quod in multis Hiſpaniæ regnis, vt prædictum eſt in quæſt. 3. facta eſt præfata reductio. Secundo, quod cum emitur cenſus alterius rei, quam numeratæ pecuniæ, maior reſpectus habetur ad pretium eius, quam ad ipſam rem: & ita magis videtur poni cenſus in numerata pecunia, quam in ipſa re quæ illa æſtimatur: ſicut cum datur aliqua ſpecies æſtimata in dotem, videtur potius data pecunia; qua æſtimatur, quam ipſa.[d]

Pro reſolutione huius quæſtionis, & concordia pro vtraque parte citatorum, dico primo, quod iuſtè poteſt ſtatui à legiſlatore non recognoſcente ſuperiorem, vt prædicta reductio fieret, ob rationē ſecundam pro parte affirmāte formatam. Dico ſecundo, quod antequam præfata reductio fieret per legem, ſoluendus eſſet cenſus in ea re, in qua conſtituta eſt, ſiue pretium eius ſit auctum, vel diminutum, ſiue non, propter rationes pro parte negante adductas.

117 Quæſtio trigeſima, an tutus ſit in conſcientia emptor cenſus, ſi vere iuſtum pretium ſoluit, ſed non in præſentia Notarij & teſtium, nec in pecunia numerata ſed per liquidi & iuſti pretij recompenſationem, vel ſine fraude in mercibus, quas venditor cenſus emere volebat, & quę pro iuſto pretio taxatę fuerunt. Reſpondeo, quod ſic, vt dixi ſupra.[e]

Quęſtio trigeſima prima, quid ſi non pro iuſto pretio fuerunt æſtimatæ, & partem pretij in mercibus, partem in pecunia accipere fuit coactus, an tunc emptor cenſus teneatur ad damnum emergens, & lucrum ceſſans: an

[a] l. nā quod abſurdum, ff. de bonis liber.
[b] iuxta. l. pretia rerum, ff ad legem Fal.
[c] l. & ſi contra tabulas. ff. de vulg. & c. ſciendum, 8 q. 1.
[d] l. æſtimata, ff. ſolut. matrim.
[e] in gl3. nu. 27.

tantum ad ſupplendum iuſtum pretium? Reſpondeo, quod præfatus emptor tenebitur ad ſupplendum iuſtum pretium, & inſuper ad totum intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis: tum quia tenetur offerre & ſoluere totum pretium.[a] Tum quia venditor tenetur ſoluere intereſſe emptori.[b]

118 Quæſtio trigeſima ſecunda, an poſſit dari iuſta vẽditio cum pacto exigendi pretium à venditore aliquo caſu? c Reſpondeo, quod non: niſi ſit caſus in quo iure communi pretium exigi poſſit, vt quia fuit ignoranter emptus ſuper re non libera, vel inepta cenſui ſoluendo: vel quando venditor denunciauit emptori, ſe velle cenſum redimere. Tunc enim intra vnum annũ poteſt cogi ad redimendum, vt habet hæc extrauag. verſ. *cum vero.*

Quæſtio trigeſimatertia, an per adiectionem pacti, de qua in quæſtione præcedenti emptio cenſus fieret, aut præſu meretur vſuraria? Reſpondeo, quod ſic, per eandem extrauag. verſ. *contractúſque in alia forma.*

Quæſt. 34. an à principio poſſit fieri pactum vt emptor pretium repetat quando cumque volet, computatis in eo omnibus cenſibus antea receptis? Reſpondeo, quod non. Tum per eandem extrauag. verſ. *contractúſque ſub alia.* Tum quia per huiuſmodi pactum aperiretur via fraudandi leges vetantes vſuras, quod non eſt faciendum.[c]

Quæſt. 35. an clauſula huius extrauag. quod cenſus redimatur eodem pretio quo fuít conſtitutus, reſtringatur ad ſolum cenſum redimibilem tantum, Reſpondeo quod non. Quoniam. vt hæc extrauagans videtur habere locum in cenſu perpetuo irredimibili poſt eam conſtituendo, vt diximus in glo. 10. ita pars illa eius de non vendendo vel emendo carius, vel vilius, habebit locum in eodem: ſed ſicut ipſa non includit cenſus redimibiles ante ipſam conſtitutos, ita etiam à fortiori non includet irredimibiles ante illam conſtitutos.

119 Quæſtio trigeſimaſexta. an venditori, cenſus liceat pretium redemptionis ſiue caſſationis ſoluere in alijs rebus quam pecunia numerata: Reſpondeo quod ſic: tum quia regulariter quoties ſit contentus debitor de pretio ſibi debito, cenſetur ſibi[d] ſolutum & is caſus non videtur exceptus ab illa regula, & ita manet ſub

[a] *l. Iulianus, §. offerri. ff. de actio empt.*

[b] *per principium præcitatæ. l. Iulianus, & l. ſi ſterilis, § cum per venditorum. ff. de actio. empt.*

[c] *arg. ca. ex parte, de conſuetud.*

[d] *l. ſatiſfactio. ff de ſolutio. adiunct. l qui ſatiſdar ogan. l. ſi rem § omnis. ſi. de pignor. actio.*

ca [a], quæ habet ſimilem [b]. Tum quia hæc extrauagans exorbitat à iure communi, quatenus ſtatuit, vt pretium cenſus non poſſit ſolui eius venditori etiam volenti, niſi in pecunia numerata, & ita eſt reſtringenda [c]: & conſequenter cum ſolum ſtatuat de pretio ſoluendo venditori pretium cenſus conſtituenti, non debet extendi ad pretium ſoluendum emptori pro eo redimẽdo, ſiue caſſando. Tum quia mens & ratio auctoris extrauag. fuerunt obuiare fraudibus vſurarum, & iuuare conſtituentes cenſus, ne vigente neceſſitate, acciperent pro pretio, vel parte pretij aliqua ſibi parum commoda, vel maioris, quam iuſtum eſſet æſtimata. Quæ mens & ratio ceſſant in pretio ſoluendo emptori pro redemptione ſiue caſſatione illius, & ita ipſa extrauag ceſſabit in illo. [d]

110 Quæſtio trigeſimaſeptima, an liceat accipere pro eius redemptione, ſiue caſſatione aliquid vltra id quod datum fuit, ſi ſolutio fuit in pluribus terminis: puta ſoluendo illud intra ſpacium trium, vel quatuor annorum: Reſpondeo, quod non, ſi illud plus accipiatur tanquam pretium, vel pars pretij: ſed ſic, ſi accipiatur tanquam ſolutio alicuius partis cenſus iam decurſi. Verbi gratia: emit quis in Aragonia cenſum 15. ſcutorum trecentis ſcutis, iuxta legem illius Regni, qua ſtatuitur, vt iuſtum pretium cenſus vnius anni ſint viginti, & venditor vult redimere, vel caſſare totum cenſum vnica ſolutione, nõ poteſt emptor quid quam amplius quam trecenta ſcuta accipere, immo, nec ſi pluribus ſolutionibus, ex interuallo etiam magno factis, redimat, poteſt capere aliquid amplius, tamquam pretium, ſed ſic tanquam ſolutionem cenſus decurſi. Si enim venditor tribus annis redimat cenſum illorum quindecim, poterit vltra 300. capere quin decim pro cenſu quidem ſequentis anni primam ſolutionem decem, & pro cenſu anni ſequentis ſecundum ſolutioem quinque. Per ſolutionem enim tertiæ partis pretij non redimitur niſi tertia cenſus: nec per ſolutionem duarum partium pretij, niſi duæ partes cenſus. Et ita ſoluta prima tertiæ partis pretij currunt duæ partes cenſus, & ſolutis duabus partibus pretij currit terria pars cenſus, vt palam eſt rem ſatis perpenpenti.

Quæſtio·

[a] *argumento gl. ſolem. in l. omnis definitio ff. de regu. iur.*
[b] *in rubr. eod. tit lib. 6.*
[c] *c. quæ à iure de reg iur. lib. 6.*
[d] *arg. l. adigere. §. quamuis, ff de iure patron. & c. cum ceſſante, de appella.*

Quæſtio 38. an cenſus redimi poſſit per compenſationem debiti liquidi? Ad quod reſpondeo, quod ſic, eo modo quo dicitur in q. ſeq. tum quia omnis actio ipſo iure tollitur per compenſationem debiti liquidi.[a] Tum quia debitor cenſus poterit proponere coram iudice competenti, quod is cui debet cenſus, debet ſibi liquide tantum quantum fuit pretium acceptum, & petere ab eo, vt iubeat ei habere cenſum pro redempto. Poſſet item extraiudicialiter conuenire cenſuarium, & monere, vt ex tunc habeat cenſum pro redempto, proteſtans, ſe non eſſe obligatum ad ſoluendum illum amplius, nec velle vt duret vltra: immo velle, vt extinguatur per cõpenſationem:[b] & quod curſus vſurarum ceſſet, quoad concurrentem quantitatem à tempore quo cœpit vſurarius illam debere.[c]

*a l. fin. C. de compenſ.*

*b arg. l. vlt. cum ei annotatis ff. de compenſ.*

*c l. cum alter, ff. de compenſ.*

## *SVMMARIVM.*

121 *Cenſum ſoluere vtilius interdum eſt, quam compenſare.*
122 *Cenſuario quouis tempori ſit denuntiatio redemptionis.*
122 *Cenſus, an totus ſoluendus cum redimitur ante terminum.*
123 *Cenſuarij prælationi vt poteſt præiudicari.*
123 *Cenſuarij prælatio, an obſit cognatis, vel ſocijs.*
124 *Cenſus centum pro mille donatus, ad vitam an valeat.*

121 Quæſtio trigeſima nona, an compenſatio iſta fiat ipſo facto, vt cenſuarius non poſſit accipere quidquam ratione cenſus, tempore quo incipit debere liquido tantũ ei, qui debet cenſum, quãtum dedit pro illo, eo quod videatur ipſo facto extinctus. Et pro parte quidem affirmante facit, quod compenſatio ſit ipſo iure.[d] Sed contrarium puto verius, tum quia ſecundum Azonem in ſumma,[e] compenſatio quidẽ fit ipſo iure, ſed parte opponente illam.[f] Tum quia in noſtro caſu non concurrit debitum vnius partis cum debito alterius. Quia qui vendidit cenſum, obligatur quidem ſoluere illum cenſuario tempore ad id ſtatuto, ſed non debet ei pretium eius, niſi redemerit, & ita donec declaret & moneat cẽſuarium, quod vult redimere cenſum, & quod id quod ſibi debet accipiat in compenſationem pretij redemptionis, non videtur redemptus cenſus. Tũ quia multis

*d l. fi. C. de compenſ.*

*e tit. de compenſ. nu. 7.*

*f arg. § compenſationes. Inſt. de actio.*

de cauſis conuenire poteſt debenti cenſum, vt ſoluatur ſibi quod debet ei cenſuarius, quam redimere cenſum; per quas rationes ſoluuntur in contrarium adducta.

122 Quæſtio quadrageſima, an denuntiatio facienda per debitorem cenſuario ante bimeſtre, quod vult redimere cenſum, poſſit fieri qualibet parte anni? Reſpondeo quod ſic: tum quia hæc extrauagãs nullum tempus ad id præfigit: tum quia per illa verba, quibus ſtatuit eã fieri poſſe, cum cenſus extinguendus erit, ſignificat eam fieri poſſe quocumque tempore cenſus extingui poteſt. At ex ead. extrauag. colligitur id quolibet tempore fieri poſſe: tum quia ſubiicit, quod ſi poſt denuntiationem non redemerit in fine bimeſtris, nec coactus fuerit redimere intra annum, poterit quandocunque redimi, præuia tamen denuntiatione prædicta.

Quæſt. 41. an ſi redemptio fiat ante finem anni, quãdo debet ſolui cenſus, ſit ſoluendus totus cenſus illius anni, an pro rata temporis? Reſpondeo, quod tantum pro rata temporis. Quoniam alioquin non poſſet libere quandocunque vellet redimere, cum in cæpto anno nõ poſſit id ſine pœna vel damno facere: & is dicitur libere aliquid facere, qui ſine vllo damno poteſt: [a] vbi hoc annotauerunt Dominic & Franc. & facit gloſ. [b]

123. Quæſt. 42. an prælationi, quam per hanc extrauag. habet cenſuarius in emptione rei cenſui ſubiectæ, præiudicare poſſit is, qui debet cenſum, redimendo prius illum, & poſtea vendendo cui placuerit? Reſpondeo, quod ſic. Quia cenſuario non datur ius prælationis, niſi pro tẽpore quo eſt cẽſuarius: & ſimul ac redimitur cenſus definit eſſe talis, & redemptio poteſt fieri quocunque tempore, per eandem extrauag. vt prædictum eſt.

Quæſt. 43. an cognato, vel ſocio habente ius prælationis in re cognati vel communi ſocij, cenſuarius ſit præferendus? Reſpondeo quod non: tum quia princeps concedendo vni gratiam, non videtur velle præiudicare alij. [c] & ita præfatus Pius V. concedendo cenſuario gratiam, vt præferatur in emptione rei ſibi cenſualis alijs emptoribus, non cenſetur præiudicare cognatis, vel ſocijs venditoris, qui conſuetudine, vel ſtatuto aliquo habent ius prælationis in emptione rerum ſui cognati, vel ſocij. Tum quia alioqui pateret via facilis fraudandi eos

[a] *c. 1. de reg. lib. 6.*

[b] *in clem. dudũ, verbo. libere, de ſepult.*

[c] *l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. &c. ſuper eo. de offic. deleg.*

ſuo iure æquiſſimo prælationis: cum facillime poſſet vēditor cognatus, vel ſocius conſtituere aliquantulum cenſus alteri emptori ſuper re quam vellet transferre in eum per venditionem. Cui rei, quia eſt vna de malitijs hominum, obuiandum eſt. [a]

124 Quæſt. 44. an, ſit licitus contractus quem nuper fecerunt duo; quorum alter donauit irreuocabiliter alteri mille obliganti ſe ad donandum, vel dandum donatori cētum quolibet anno dū viueret, ita quod poſt mortē eius nihil deberetur ſibi nec hæredibus eius? Reſpondeo quod pro parte negante facit hæc extrauag. quatenus habet, nullum cenſum poſſe conſtitui, & vendi, niſi ſeruata forma in ea ſcripta: quę tamen in hoc caſu non fuit ſeruata, pars vero affirmans eſt tenenda. Tum quod eſt licita donatio ſub modo iuſto facta, [b] & præfata donatio eſt eiuſmodi; nullū enim continet modum iniuſtum. Tum quod ſubitio periculi eſt iuſta cauſa accipiēdi aliquid vltra id quod datur, [c] & in caſu propoſito donator ſubijt periculum perdendi omnia mille, vel magnam partem illorum quę donat: nam ſi paucis, vel nullis annis vixerit, longe minus quam donauit, vel nihil accipiet. Tum quod is cōtractus nullatenus eſt mutuatio, etiamſi nō ſit vera donatio: ſed donatio ſub modo, aut contractus innominatus, do, vt des vt diximus in Manual. Confeſſ. [d] Tum quod, vt ibidem diximus, licitum eſt donare alteri aliquid cum pact, quod ſi vixerit certos annos, reddatur ei duplum, & alioqui nihil. Tum denique quod non obſtat hęc extrauag. pro parte negante adducta: quia loquitur de cenſu conſtituto per viam emptionis, vel alterius contractus ei æquipollentis, vt diximus ſuper ea. [e] In caſu autem propoſito agitur de cenſu conſtituto per viam donationis ſub modo factę, & ita non videtur ad ipſum extendi cum quiſque poſſit rei ſuę traditioni modum imponere. [f]

*[a] l. in fundo ff. de rei vend. c. ſedes de reſcript.*

*[b] toto tit. de dona. quæ ſub modo.*

*[c] l. 1. & 2. C. de naut. fœnor. & not. in c. fin. de vſur. & tradit. Dec. in conſ. 113.*

*[d] ca. 17. nu. 222.*

*[e] in glo. 15.*

*[f] l. in traditionibus. ff. de pactis, c. verum de conditio. appoſit.*

## SVMMARIVM.

125 *Cenſus non imponitur hodie ſuper omnibus bonis, etiā aliquo deſignato.*

126 *Cenſum vt imponit quis in re aliena, vel ſua & aliena.*

127 *Cenſus venditor regalia iura ſoluere debet.*

*118 Cenſus emptor vane ſit procurator ad exigendum.*
*129 Cenſui ſoluendo finis ſemeſtris poteſt ſtatui.*
*130 Cenſus venditor obligari poteſt pro euictione.*
*131 Venditor cenſus non poteſt obligari ad pœnam dupli.*
*132 Venditor cenſus vane conſtituit ſe poſſeſſorem precario.*
*133 Venditor cenſus non poteſt dare facultatem capiendi poſſeſſionem nec renuntiare foro, nec dare contractus paratam executionem.*
*134 Cenſus inſtrumento quale, &c. non inſeritur.*
*135 Cenſui emendo, an vllum pretium præfixum.*

125 Quoniam poſt hæc ſcripta breui reſpondimus tredecim quæſtionibus reſultantibus ex duobus contractib. duorum cenſuum in Regno Neapolitano cuidam honorabili viro conſtitutorum: in gratiam & obſequiũ admodum Illuſt. Reuerendiſſ. Domini Petri à Lunell. Caiet. Epiſcopi, multis nominibus mihi ſuſcipiendi, hęc quadrageſima quinta quæſtio continebit quinque prima reſponſa in ſummam redacta. Primum erit, quod nõ potuerunt prædicti cenſus conſtitui poſt hanc extrauagantem ſuper omnibus bonis, nullo immobili ſpecialiter ſuis finibus deſignato. Secundum, quod impoſitio cenſus ante hanc extrauagantem facta ſuper omnibus bonis vendentis licuit, ſi tamen imponens bona capacia tanti cenſus habuit: Quoniam nullo iure antiquiore illa videtur ſtatutum, ne quis poſſet vendere cenſum generaliter ſuper omnibus bonis ſuis.

126 Tertium, quod duo poſſunt imponere vnum cenſum ſuper duabus rebus immobilibus ſuis terminis deſignatis, quarum vna ſit vnius imponentis, & altera alterius. Nullo enim iure antiquo neque nouo huius Extrauag. videtur hoc prohibitum, & ita nec dicendum.[a] Qartum, quod quis poteſt vendere & imponere cenſum ſuper re immobili aliena, conſentiente domino: quia venditio rei alienæ valet.[b] Et ſi fiat conſentiente domino, eſt efficax, quia non poteſt illi contrauenire.[c] Et quia dominus fundi qui poteſt cenſum imponere, poteſt alteri imponenti conſentire, per reg. qui poteſt alienare, poteſt alienanti conſentire:[d] licet aliud ſit vendere, & aliud vendenti conſentire.

127 Quintum quod venditor cenſus, & non emptor.

[a] *arg. c. legatur. 24. q. 2. & §. cõſideremus. auth. de trient. & ſemiſſ. coll. 3.*
[b] *l. rem alienam, ff. de contrah. empt.*
[c] *c. quod ſemel, de reg. iur. lib. 6.*
[d] *ff. de reg. iur.*
[e] *l. aliud. ff eod. & tradita ibi per Dec.*

tenetur ſoluere iura regalia, quæ ratione prædij cenſuarij Fiſco debentur: tum quia dominus prædij vendens ſuper eo cenſum, non poteſt præiudicare Fiſco, neque alteri tertio: [a] tum quia non valet pactum factum inter venditorem & emptorem, ne poſſeſſor prædij venditi teneatur ſoluere iura fiſcalia. [b]

*[a] arg. l. 1. & tot. ti. C. de reb. alie. non alienan.*

*[b] l. 2. C. ſine cenſu. & relin.*

128 Quæſt. 46. continebit ſextum, & alia quatuor de prædictis tredecim reſponſis. Sextum, quod ſuperuacanea & inanis eſt conſtitutio, qua venditor cenſus conſtituit emptorem procuratorem in rem propriam ad illum recipiendum vel exigendum: tum quia emptor eſt dominus cenſus, & non venditor poſt traditionem illius ſufficientem, [c] & ita non indiget mandato procuratorio venditoris ad recipiendum, vel exigendum illum, neque illud ei quidquam prodeſt: tum quia etiam nihil prodeſt emptori ad cogendum venditorem ad tradendum ei cenſum venditum, quoniam non debet eum ad id cogere nomine venditoris, ſed ſuo proprio, quia vendit illum, & pretium ſoluit. [d]

*[c] iuxta, l. traditionib. de pact. C.*

*[d] iuxta l. Iulianus. § offerri. ff. de actio.*

129 Septimum, quod iuſte poteſt conueniri, vt dimidium cenſus ſoluatur in fine ſemeſtris, & alterum in fine anni, vel quod tertia pars in fine cuiuſq; quadrimeſtris Primum, quia nullo iure antiquo, nec nouo huius extrauagantis ſtatuitur contrarium Deinde quia iure cõmuni penſio alicuius rei conductæ debet ſolui in termino à partibus ſtato, ſi quem expreſſe ſtatuerunt. [e] Et ideo conſtitutio temporis ad ſoluendum cenſum nihil aliud eſſe videtur, quam ſublatio dubij, quod iura permittunt & approbant: & ſic eſt quædam expreſſio eius quod quadamtenus tacite ineſt, quæ quidem expreſſio nihil nocet [f]

*[e] iuxta glo. communiter receptã in l. ædem. C. de locat.*

*[f] l. 3. de lega. 1. c. ſignificaſti de elect.*

130 Octauum, quod promiſſio, qua venditor cenſus ſe obligat ad defendendum cenſum venditum emptori, & de euictione videtur permiſſa etiam poſt hanc extrauagantem. Tum quia non videtur illa tollere ea, quę ſunt naturalia contractus emptionis, & venditionis, qualia ſunt obligatio, & cautio de euictione rei vẽditæ. [g] Tum quia eorum, quæ tacite inſunt, expreſſio nihil nocet, vt dictum eſt. & per iura prædicta tacite ineſt venditioni prædicta obligatio, vt etiam diximus. [h]

*[g] iuxta l. ſi fundus, & tot. tit. ff. de euictionib. & l. pacta conuenta, iu. ſt gl. ff. de contrah. empt.*

*[h] ſup. q. 25. & ſeq.*

131 Nonum, quod promiſſio de ſoluendo cenſum ſub

pœna dupli non poteſt fieri poſt hanc extrauagantem, quamuis ante illam fieri potuiſſet. Hæc enim extrauagans prohibet fieri omnia huiuſmodi pacta pœnalia, quæ tamen ante illam non videbantur prohibita.

132 Decimum, quod clauſula, qua venditor cenſus conſtituit ſe poſſeſſorem nomine præcatij, videtur eſſe inepta, & tam iure antiquo, quam nouo reprobanda. Quia venditor cenſus non vendit rem cenſuariam, nec minus poſſidet eam poſt venditum cenſum, quam antea: & cenſum quem vendidit, nullo modo poſſidet ipſe, ſed emptor, vt palam eſt.

133 Quæſt. 47. continebit vndecimum, & reliqua duo reſpōſa de prædictis, tredecim, in ſummam, vt diximus, redacta Vndecimum quod clauſula, qua venditor cenſus facit copiam emptori eius capiendi auctoritate propria rem cenſuariam ob ceſſationem ſolutionis penſionis, eſt iniqua, & omni iuri, non ſolum nouo huius extrauagantis, ſed etiam antiquo contraria. Tum quia ſequeretur, quod propter ceſſationem à ſoluēdo cenſum vnius aurei perderetur fundus valoris mille aureorum: & ita perderetur, vt emptor cenſus poſſet illum auctoritate propria capere. Tum ob alia quam de pactis, quibus datur facultas auctoritate propria rem aliquam capiendi, multis in locis traduntur.

134 Duodecimum, quod clauſula illa: Cum omnibus alijs clauſulis, &c non poteſt apponi poſt hanc extrauagantem, ſi conſuetudo notariorum publicorum illius Regni habet, quod ratione illius clauſulæ poſſint in inſtumento apponi aliquæ obligationes, vel renuntiationes contrariæ huic extrauaganti, vt ex ea colligitur.

135 Decimumtertium, quod licet videri poſſet alicui præfatos cenſus iudicari poſſe iniuſte impoſitos ratione pretij, quia imponuntur ad rationem 10. pro 100. non tamen eſt firmum. Tum quia, vt nos ſupra ſcripſimus, nullo iure nouo, neque antiquo videtur expreſſe ſtatutum quod pretium dicatur iuſtum cenſus conſtituendi. Tum quia pro varietate regionum, vt ſupra etiam admonuimus nu. 101. varium ſoluitur. In Aragonia enim ſoluitur ad rationem 5. pro 100. in Nauarra ad rationem 6. pro 100. in Caſtella ad rationem 7. & aliquantulum plus pro 100. & in aliquot patribus Galliæ ad rationem

10. pro 100. quod etiam in Germania ſolitum fuiſſe, ſignificant extrauag. Martini, & Calixti [a] communes: quatenus probant, licitos fuiſſe quoſdam cenſus impoſitos ad rationem 10. pro 100. Et quod etiam in Vrbe vidimus aliquos impoſitos ad rationem 9. pro 100. & 8. pro 100. quamuis nunc vt plurimum imponantur ad rationem ſeptem pro centum.

[a] *poſita in tit. de empt. inter extrauag.*

FINIS.

# INDEX
# RERVM ET VERBORVM,
## BREVITER COLLECTVS.


*A*

AMOR, *an dicatur cogere vt timor.* 35.n.46

B

*Bartholomeus à Caranza laudatus,* 53.n.71

*Bona omnia ſunt communia inter virum & vxorem in Luſitania,* 48.63.

C

*Carolus V. Imperator, & Rex Philippus II. & eorum conſiliarij laude ob hoc digniſsimi.* 19.n.29.

*Caroli Molinæi erroris primus proditor vbi fuit auctor.* 89.13

*Cenſuariam rem vendi potius emptori quam alij ſubdurum,* 69.91.& 92

*Cenſuarius poteſt pluribus vendere rem cenſualem,* 89.110

*Cenſuarius non tenetur pacto redimēdi cenſum caſu, quo partem rei alienet,* 90.111

*Cēſuarius an poſsit obligari in forma Cameræ,* ibid. & 91.112

*Cenſuarius vendita re cenſuali, liberatur,* 90.113

*Cenſuarius detinens rem, vt tenetur.* ibid. 114

*Cenſuarij prælationi vt poteſt præiudicari,* 97.118

*Cenſuarij prælatio, an obſit cognatis, vel ſocijs,* 97.123

*Cenſuario quouis tempore fit denūtiatio redemptionis,* 100.126.

*Cenſus perpetuus licite emitur, quamuis recenter conſtituatur,* 50.51.67.

*Cenſus redimibilis quot cōditiones requirat,* 53.71

*Cenſus realis in perſona conſtitui nequit, nec perſonalis, nec pignoris, præſertim quoad forum exterius,* 54.55.& 74.

*Cenſus realis pro rebus non neceſſarijs reipub. pernitioſus,* 58.78

*Cenſus vt non poteſt poni ſuper omnibus bonis,* 66.86

*Cenſus qualis contra formam imponitur per ſententiam* 72.95

*Cenſus per ſententiam creatus, an pro parte redimatur,* ibid. 96

*Cenſus an ſolius pecuniæ numeratæ liceat,* 72.78.100

*Cenſus, an vendi poſsit pluris, vel minoris, quam ſit creatus,*


upna

87. 107
*Cenſus ſuper cenſu conſtitui poteſt,* ibid. 107
*Cenſus vnus ſuper pluribus conſtitui poteſt.* 88. 109
*Cenſus totus ſoluendus à poſſeſſore partis rei cenſuariæ.* ibid. & 89. 110
*Cenſus ante hanc extrauagantem creatus, an pereat parte rei perempta.* 90. 111
*Cenſus an perit re facta ſterili,* 91. 113
*Cenſus in re aliena, vel non libera creatus, an deberi & exigi poßit* fol. 93. 115
*Cenſus poſitus in re aliena, quam pecunia numera, an ad eam reduci debeat,* ibid. 15
*Cenſus creatus alio pretio, quam nummis vt licitus,* 94 116
*Cenſus cum quo pacto perimendi conſtitui poßit,* 93. 117
*Cenſus an valeat cum pacto repetendi pretium recipiendo in partem ſolutionis eius cenſus antea ſolutos,* 94. 117
*Cenſus redimi poteſt etiam ſine numerata pecunia,* 95. 118
*Cenſus, vt redimitur per compenſationem,* 96. 120
*Cenſus pretij ſolutio præſens, vt fraudatur,* 65. 85
*Cenſus pretium nequit eſſe debitū, nec debendum,* 68. 90
*Cenſus contractus, & emphyteuticus in hoc differunt.* 69. 91
*Cenſus conſtituendi forma Papæ an vbique ſit ſeruanda,* 81. 102
*Cenſus debitor ſatisfacit credendo in dubio, quod debet illum ex cōtractu cenſitico, & non emphyteutico,* 84. n. 105
*Cenſus an totus ſoluendus cum redimitur ante terminum.* 97. 122
*Cenſus centum pro mille donatus ad vitam an valeat,* ibi. 124
*Cenſus non poteſt poni hodie ſimul ſuper vna re deſignata, & generaliter ſuper omnibus alijs bonis non deſignatis.* 99. 129
*Cenſus non imponitur hodie ſuper omnibus bonis etiam aliquo deſignato,* 99. 125
*Cenſus pro redemptione quale amplius liceat accipere,* 93. 119
*Cenſus vēditor regalia iura ſoluere debet,* 101. 127
*Cenſus emptor vane ſit procurator ad agendum,* ibid. 128
*Cenſus venditor obligari poteſt pro euictione,* ibid. 130.
*Cenſus inſtrumento quale, & cet. non inſeritur,* 102. 134
*Cenſui ſoluēdo finis ſemeſtris poteſt ſtatui,* 101. 129
*Cenſui emendo, an vllum pretium præfixum,* 102. 135
*Cenſum ſuper cenſu poni poſſe,* 64. 84.
*Cenſum redimendi facultatem nec immemorialis tollit.* 69. 92
*Cenſum ponens ſuper re aliena vt tenetur,* 91. 114
*Cenſum ſoluere vtilius interdū eſt, quam compenſare,* 97 121
*Cēſum vt imponit quis in re aliena, vel ſua & aliena,* 100. 126
*Cenſu in conſtituendo ſeruanda octo etiam olim ſeruata,* 64. 83
*Cenſus qui contra extrauagantem conſtituti valent,* 71. 94

Cenſus perpetuos quales nō includit hæc extrauagans, ibid. 94
Compenſationi cur non eſt hic locus, fol. 66 n. 86.
Conſuetudo immemorialis habet vim conſtituti, 22.32
Contractus cenſiticus vt differt ab emphyteutico, 85.86.106
Creditor regulariter an teneatur accipere debiti partem, 74.97
Creditum duplex, & vtrunque gratuitum, 3.3
Cuſtodia rei conuenit ei, ad quem eius emolumentum principaliter pertinet, & cui pereat, 44.59

D.

Doctor Sotus laudatur, fol. 3 n. 2
Doctor Montemaior laudatus, 19.29.
Dominium rei non facit tranſire in alium ſola periculi receptio, 23.4
Dominus non omnis de ſuo, vt libet, diſponit, 25.26 35
Dotem qui promittit, ē non ſoluit, videtur promittere emolumentū quod mediocriter ex illa quæri poteſt, 48.n.64

E.

Emptio cum pacto de retrouēdendo, & in minori pretio quando præſumitur vſuraria, 56.76
Emptio animalium quæ non ſunt, vt vſuraria, 57.n.77
Exhortatio ad perſonales cenſus diſſuadendos, 62.82
Extrauagans Pij V. de modo conſtituendi cenſus, ibi. 82
Extrauagantem hanc qua parte conſuetudo aut non vſus tollet, 84.n.104.

F.

Finis minus principalis eſſe poteſt id quod nequit eſſe principalis, 11.20
Formam contra, vel præter datam facta non valent, 71.94
Fortuiti caſus renuntiatio in hoc caſu nō valet, & optatur ne etiā in alijs contra ius ordinarium renuntiaretur, 67.87
Fortuitorum caſuum renuntiatio minuere deberet redditum, pretium, quod apud paucos facit, 19.18.n. 28.
Fragifera eſt res apta fructum ferre, licet non ferat, 88.108

H.

Homo liber non datur in pignus, neque in ſeruitutem ob debitum ciuile, 58.n.79

I.

Intellectus nouus capituli per veſtras, de donationibus inter virum & vxorem, 21. n. 31
Intereſt quid, & quotuplex, 27.28. n. 37.
Intereſſe damni & lucri quid, 28. 38.
Intereſſe ex mutuo capitur tribus caſibus ſecundum omnes. ibid. 39
Intereſſe extra rem regulariter non debetur. 29. 40.
Intereſſe & vſura differunt iuxta

leges Romanas 30.31.nu. 42
Intereſſe damni, & lucri, vt differunt. fol 33.n.47
Intereſſe capi non poteſt, ſecundum aliquos, niſi concurrant ſeptem: quæ tamen omnia non ſunt neceſſaria. fol.37.n. 51
Intereſſe ante tempus quo lucrifieret, capi non poteſt. 38.52
Ius diuinum an humanum contineat hæc extrauagans. 79.101
Ius quod eſt naturale, vel diuinũ, & quod humanum. 80.101
Ius contentum in hac extrauagãti eſſe variæ ſpeciei. 85.103

L.

Laudemium ob rem cenſuariã vẽditam, vt debetur. 67.89
Lex de non emendo reditus granorum ſancta, vt fraudatur. 19.31
Lex quæ Papæ ligat Reges omnes, & eis ſubditos. 81.102

M.

Mons Pietatis, & alia ſimilia qualia ſint. fol.42.nu.57
Mons pietatis approbatur per Cõcilium & Papam Leonem ex certa ſcientia, & modo ſpecialiſſimo. ibid. 58
Mons Pietatis nõ accipit à pauperibus propter mutuationem, ſed propter cuſtodiam. 45.60
Montes Pietatis communiter inſtituti non deſinũt eſſe liciti, eo quod poſſent melius inſtitui. ibid. & 46.n. 61
Mutuans licite capit id quod ſoluitur, quia non eſt ei ſolutum 40.53
Mutuanti an liceat capere intereſſe non promiſſum. 41.54
Mutuum non facit ſola ſecuritas pecuniæ datæ. 25.35

O.

Obligatio dandi natura & effectu diuidua. 76.98
Obligatio debitoris non tollitur ſecuritate adiecta. 26.36
Obligatio cenſitici mitior, quam emphyteutici. 85.105

P

Papæ commentanti non creditur, vt legem ferenti. 33.46
Peccatum mentale vſuræ, vt differt ab vſura mentali. 10.13
Peccatum vſuræ quid. 6.num.6.
Pecunia plus valet apud negotiatorem quam apud alios, vt triticum ſeminale apud volentem ſeminare, & non habentem aliud ſimile. 31.43
Pecuniæ duplex potentia ad lucrãdum. fol.32.& 33.n.45
Pœna exacta ob non ſolutionem cenſus, an reſtituenda. 85.106
Pretium rei iuſtum non conſiſtit in indiuiſibili: immo habet latitudinem ſummi, infimi, & medij. 5.5
Pretium rei non augetur per furtũ, aut vim. 32.44
Præſcriptio immemorialis, vt fortior centenaria. 69. & 70.93
Pretium cenſus per quæ creſcit, & decreſcit. 86.107
Prædium non fit ex parte infrugiferum eo quod reddat minus 91. 113
Prædium reddens minus non fit ex parte infrugiferum. 91.113

upna

R.

Redituam venditores & emptores in auctionibus, qui multum vidẽtur peccare. 18 fol.n. 27

S.

Sanctus Thomas intellectu angelico donatus 8. fol nu. 9
Spes principalis non omnis illa ſine qua non mutuaretur. 15. 25
Simonia mentalis ad reſtitutionem non obligat. fol. 10. n. 13
Solutio anticipata, vt valet hic minus, 66 86
Solutio partis debiti quæ incommoda. 77. nu. 99.

V.

Vendere quis ſuum poteſt pretio quo ſibi valet: quamuis alijs non tantundem valeat. fol 32. nu. 45
Vendere vt licet ſpe lucri. 34 48
Venditor nihil perdit re empta pereunte. 55. 75.
Venditor cenſus non poteſt obligari ad pœnam dupli. 66. 136
Venditor cenſus vane conſtituit ſe poſſeſſorem precario. 66. 137
Venditor cenſus non poteſt dare facultatem capiendi poſſeſſionem, nec renuntiare foro: nec dare contractui paratam executionem. 66. 138.
Virtuti magis quam vitio fauendum. 33. 45
Vſurarius eſt qui plus quam dedit ex mutuo ſperat. 2. 1
Vſurarij ſunt quidem creditores in ædes debitorum diuerſantes. 3. 1
Vſuræ verbum quid ſignificet. ibi 2.
Vſura quid, cum ſua definitione exacta 5. nu. 6
Vſura aperta in cuiuſmodi credito reperiatur. 3. 3
Vſura palliata inueniri poteſt in omni contractu in quo ſolutio anticipatur, vel differtur, cu exemplis. 4. 4
Vſura non eſt lucrum ſpirituale, aut quaſi ſpirituale amicitiæ, &c. 6. num. 6
Vſuram eſſe illicitam, & peccatum mortale eſt de fide. 67
Vſura prohibita etiam in noua lege: etiam in ſpecie, etiam mentalis. 7. 8
Vſura realis, & mentalis, & cur ita dicantur. 9. 12
Vſura nunc magis quam vnquam antea verbis execrata, vt vero magis quam vnquam opere exerceatur palliata. 10. 14.
Vſuræ quæ definitio aptior 11. 15
Vſura etiã mortifera capere quidquam pro bono opere mutuandi, licet non capiatur pro vſura rei mutuatæ. 11. 16
Vſura ſimoniaca mutuare ob beneficium. ibid. 17
Vſura vt inuenitur ſine pacto & voluntate [illegible]ciſcendi. ibid. 18
Vſura non eſt mutuare cum intentione minus principali lucri, cõtra quoſdam: mutuare autem cum intentione principali lucri ſic, contra alios 13 19
Vſura mẽtalis vt definit eſſe vſura fol. 15. 21

Vſura non eſt lucrum ex amicitia principaliter ſperatum. ibid.22
Vſura eſt acceptum ſine libera dãtis voluntate. 16.24
Vſura eſt quidquid amplius accipitur ob ſolutionis dilationem, aut datur minus ob anticipationem: in omni contractu etiam innominato, cum multis exemplis 17.26
Vſura non eſt ſemper lucrum ſocietatis, ſalua ſorte remanente: & quomodo id fieri poteſt per tres cõtractus, &c fol. 19. & 20. nu. 30.
Vſurariam non eſſe conſuetudinem immemorialem recipiendi quatuor pro centum, ſalua ſorte, qua ratione defendi videtur. 22.32
Vſuram, nec diſpenſatio, nec vis facit licitam. 30.41
Vſura non eſt capere quantum reddidiſſet prædium quod ob mutuum non fuit emptum, quamuis non tantum fuiſſet datũ &c. 41.55.
Vſura eſt lucrum, quod capit mercator pro intereſſe pecuniæ mutuatæ, qua non erat negotiaturus, nec frugifera empturus. 42.56
Vſura non eſt accipere fructus pignoris pro ſoluenda dote dati, noua ratione, ſex aliis reiectis, etiam ſi maritus non ſit gener. 46.62
Vſura non eſt accipere certum quid pro dote promiſſa ſingulis annis, fol. 49. & 50. num. 65.

FINIS.

*Hoc Enchiridion ſiue Manuale Confeſſariorum & pœnitentium Authore doctiſſimo & abſolutiſſimo D. Martino ab Azpilcueta Doctore Nauarro, quarto ab ipſo nonagenario reuiſum & auctum, nunc ſepius typis excuſum, ac omnium pene manibus tritum, & approbatum, & à compluribus adhuc deſideratum, vti vtiliſſimum ac perneceſſarium, iterum & ſæpius imprimi poterit. Datum Antuerpiæ Idib. Nouemb. Ann. M.D.XCIX.*

Silueſter pardo S. Theo. licentiatus, Cathedralis, Eccleſię Ant. Canonicus, librorumq; Cenſor.

upna

1·4